


R. 1039





ANNALIUM
ECCLESIASTICORUM
CAES. BARONII
S. R. E. PRESB. CARDINALIS
TOMVS SECVNDVS.



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36

N. 1039




ANNALIUM
ECCLESIASTICORUM

CAES. BARONII

S. R. E. PRESB. CARDINALIS

TOMVS SECVNDVS.





ANNALES
ECCLESIASTICI,

AVCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
EX CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO CARD.
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SANCTÆ APOSTOLICÆ SEDIS
BIBLIOTHECARIO.

Tomus Secundus.
*Novissima Editio, postremum ab Auctore
aucta et recognita.*

ANTVERPIÆ
EX OFFICINA PLANTINIANA
Apud Balthasarem et Ioaninem Moretos.
M. DC. XVII.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

IN PETRA EXALTAVIT ME ET NVNC EXALTAVIT CAPVT MEVM SVPER INIMICOS MEOS.

en la Libreria del Colegio Real indico de Granada



SANCTISSIMO
AC BEATISSIMO
PATRI
ET D. N. SIXTO QVINTO
PONTIFICI MAXIMO
CÆSAR BARONIUS
CONGREGATIONIS ORATORII PRESBYTER
SEMPITERNAM FELICITATEM.



ANTIQUISSIMAE ac nobilissimæ gen-
tes tanti momenti esse intellexerunt,
BEATISSIME PATER, maiorum res
gestas perpetuæ memoriæ commen-
dare, vt ad huiusmodi opus, veluti sa-
crofanctum, non omnes passim quantumlibet eru-
ditos ac probos, sed præstantiores dumtaxat & sa-
cros viros admiserint. Etenim apud Aegyptios atq;
Chaldæos (vt Iosephus auctor est) ex longissimis
olim temporibus eiusmodi circa conscriptiones re-
rum gestarum diligentia fuit, vt id muneris sacerdo-
tibus tantum iniunxerint. Id quoque non minori,
verum etiam potiori industria ab antiquioribus Iu-
dæis idem tradit esse curatum, apud quos eandem
conscribendæ historiæ functionem Pontifices so-

*Ioseph. con-
tra Apio-
nem lib. 1.*

lummodò atque Prophetæ explere solebant. Sed & Romani ab ipso Urbis exordio id ipsum accuratissimè præstiterunt: nam scribendorum Annalium facultatem penes se Pontifices retinebant: vt planè appareat, non nisi impellente numine, tot gentes adeò inter se diuersas, locorumq. interuallo distantes, perinde ac populum vnum, vni subditum Domino, eidem veluti præscriptæ sibi diuinitus legi obtēperantem, in vnam eamdémq. ea de re sententiam conuenisse. Quod igitur à tot gentibus solertissima fuerat procuratū industria, in Ecclesia Christi nequaquam fuit oscitanter à maioribus prætermisū atque neglectum: nam ab ipsis propemodū Ecclesiæ Romanæ cunabulis, summus Christianæ religionis Antistes sanctus Clemens septē elegit Notarios, qui in idem opus strenuè ac diligenter incumberent: quibus postea totidem additi sunt Subdiaconi cognitores. Quæ omnia diligentissimè scripta atq. recognita, à Romano Pontifice singula pariter exactissimè disquirēte, in publicis Ecclesiæ Tabularijs condebantur. Sed hæc ipsa tam accurato studio comparata, fide publica obfignata, summāq. diligentia custodita (proh dolor!) in sæuissimo atq; vastissimo illo Christiani Orbis incendio, face publica, Diocletiani Imperatoris edicto vbiq. promulgato, summa iactura, maximoque totius Ecclesiæ detrimēto, impiè nimis absque delectu vnà cū sacris diuinæ Scripturæ libris concremata fuisse; adeò vt vix pauca quædam, veluti tenues ex busto reliquiæ, superfuerint. Ad hæc igitur colligenda, aliæque ruinis alijs immensa pænè aggerum mole ob-

ruta,

*Rom. Pōtif.
in Clemēte.*

*Rom. Pōtif.
in Fabiano.*

*Rom. Pōtif.
in Antero.*

ruta, & alta obliuione sepulta, è ruderibus in lucem denuò vendicāda, omnis semper nostra solertia (longa iam in opus ætate cōtrita) summo studio atque industria laborauit. Hæc, inquam, Sanctitas tua, satis sibi cognita atque probata, Vaticanis quoque excudenda fore prælis, apposito sacro chirographo, sua auctoritate mādauit. Editus itaque iam primus Annalium tomus, tua benedictione insigniter roboratus, summāq. tua gratia præclarè admodum illustratus, atque litteris Apostolicis egregiè cōmunitus, mirifico eruditorum applausu vbiq. susceptus est; quod adgratulantes non pauci suis humanissimè datis ad me sæpè litteris significarunt. Sed ecce, quem tua pariter benedictione feliciter auspiciati sumus, secūdam Annalium tomū: idem diuina gratia absolutus Beatitudini tuæ itidem se offert benedicendus: vt sic (quod in diuinis benedictionibus est) sit benedictus egrediens & ingrediens, domiq. ac foris benedictionibus repleatur. Noui planè, SANCTISSIME PATER (liceat quod verū est, liberè profiteri) noui, inquam, quanta vis Apostolicis benedictionibus insit: quippe quibus mox diuinus fauor adspiret; earumdémq. virtute (quod in me sum expertus) quæ arida terra est, aquis exundet; & quæ sterilis, frugum vbertate lætetur: adeò vt ex diuinæ illius quoque benedictionis præscripto apprehendat tritura vindemiam, & vindemia occupet summa vbertate sementem. Nam necdum quidem absoluto primo Annalium tomo, in editione secundi fuit laborandum; eodémque nec penitus consummato, tertius tomus importunè se

Deut. 26.

Leuit. 26.

manibus ingerit exscribendus, elimandus, pariter & excudendus. Quare cum nullus prorsus à laboribus sibi inuicem succedentibus, immò & sese arctantibus ac comprimantibus, detur respirandi locus; excusatione, veniâque dignum me existimet Sanctitas tua, si, quod pridem pollicitus eram, singulis annis singulos Tomos edere, præscriptum terminum excedere videar. Non enim temporis, æquè ac sumptuum, quos ad perficiendum opus satis esse sciebam, ratio rectè subduci potuit: siquidem, quod compertum satis habui, res maximi ponderis haud possunt curriculi velocitate moueri, vel trochleæ vnius volubilitate sustolli; sed (quod vidimus in obeliscis tuo iussu nuper erectis) permultis opus est machinis, vt vel lento moueri gradu, ac sensim erigi, superque bases valeant recta linea collocari. Dabo tamen operam, vt pollicitum tempus haud longiùs prætergrediar: nam nec si vellem, differre liceret, viris eruditissimis litterarum me suarum stimulis vndique impellentibus: sed & ipsa ætas ad senium vergens, opus maturare, magnopere persuadet. Succumbent planè oneri grauissimo vires impares: sed videlicet tantam fiduciam de Apostolica benedictione concipio: quam, licet indignus, submisso tamen animo vehementer exposco: Qua copiosè à tua Beatitudine impertita, idem qui cœpit in nobis opus bonum, ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Vale

Luc. 14. **BEATISSIME PATER.** Deus autem pacis contrahat fatanam velociter sub pedibus tuis.

Philip. 1.
1. Petri 5.
Rom. 16.

FEDERICO

FEDERICO BORROMÆO

S.R.E. DIACONO CARDINALI

AMPLISSIMO

CAESAR BARONIVS

FELICITATEM.



MAGNO quidem & graui damno tunc, Cardinalis amplissime, affecta est Ecclesia Dei, cum Carolus Borromæus Cardinalis S. Prædix (cuius pia dignaque memoria in benedictione est) non tam immatura sibi, quàm bonis omnibus acerba morte ex hoc exilio ærumnoso ad caelestem patriam commigravit. In eo enim adeò diuinæ gratiæ splendor eluxit, vt ipsum omnes alterum Ambrosium non immeritò prædicarent. At qui sublimium suarum virtutum summa potentia omnium animos sibi deuinxit, me ipsum arctioribus charitatis vinculis obligauit, vt eum omni genere obseruantiae, studij, atque officij colere, celebrare, ac frequentare statuerim, destinauerimque has meas lucubrationes, licet tenues, si quando darentur in lucem, eidem in primis offerre, magnum inde fulgorem consecuturas, si illustratæ eius nominis gloria ederentur. Id præterea vt facerem, compellebat, & quasi iure debitum exigebat imensus eius amor, quo me collegasque fratres meos prosequeretur, resque nostras auctoritate & patrocinio confortabat. Eo autem ad æterna præmia (vt pie credimus) euocato, sanè dolebam, quasi abrupto filo, spem mei desiderij concidisse: sed Dei prouidentia, qui grauiora damna sarcire, & dolorem bonorum non parum lenire, atque demortui semen in fratre superstite excitare statuit, te nobis dedit, & ipsum in te reddidit, sic meam iacturam duplici emolumento compensans, cum liceat hæc nostra eius iam viuentis in cælis clariori atque celebriori memoria insignire, necnon tuo tanto nomine consignare. Siquidem ratio videtur exigere, vt quæ illi elaborata erant, tibi iure optimo persoluantur, qui illius etsi minus mortalium & caducorum bonorum, quæ iam pridem cum æternis, aucto scœnore, commutauerat, virtutum tamen relictus es locupletissimus heres; id quidem moribus tuis, veluti testamenti viuis tabulis, aperte testantibus. Non assentor, Deus scit: taceremque libentiùs, nisi hæc tibi iam currenti vrgentia fore calcaria iudicarem, sciremque. Deo rem gratam facturum: nam Prophetico oraculo declaratur, eos illi placere, qui timentes Dominum laudibus celebrant. Ex sententia planè ei accidit, vt summo labore atque industria,

Dent. 25.
Psal. 1.

diuina adspirante gratia, partas diuitias spirituales in te transferret, atque foecundo germine feliciter propagaret. Id namque semper fuerat meditatatus (quod & sedulo curabat officio) vt te puerum, instar purissimæ ceræ, suis compositum manibus formaret in virum omni ex parte perfectum. Sed dum ad absolutum omnibus numeris virtutis exemplar te studuit conformare, suam in te expressit imaginem: quam quidem cum ex iisdem lineamentis eandem fermè esse omnes intelligant, gaudent ipsum in te conspicerè rediuiuum, & in tua adolescentia reflorescere. Hanc attentius proximè spectans Sanctissimus Dominus noster SIXTVS QVINTVS Pontifex Maximus, vt eandem ipsissimam in omnibus redderet, qui tantum deesse videbantur, colores apposuit; cum te exornans purpura, creauit S. R. E. Diaconum Cardinalem: id summis votis expetente populo Christiano, idque diuino Spiritu (liberè dixerim) imperante. Quàm felix, quàm faustum nomnen Cardinalis Borromæi Fidelium auribus tunc restitutum insonuit, cum tu, qui ille ipse moribus videbaris, dignitatis etiam gradu idem esses, ac nomine pariter dicereris! Quamobrem ad summam illam spem concipiendam omnium te intuentium animos erigis, vt, qui instar Elisæi in Elisæ pallio, amplissimæ illius dignitatis es insignia consecutus, duplicis quoque eius spiritus heres fias. Id vt feliciter assequaris, cum omnes exoptent, ego in primis summo expeto desiderio: qui cum illum in te maximè veneror, te in ipso plurimum diligo; dumque eum in te contemplor, te complector, & magnopere colo, cum ipsum recolo. Sic igitur oppignoratas illius summæ virtutis meritis has meas lucubrationes iure tibi rependo, easque offero, quibus scio te plurimum delectari. Accubanti namque tibi mensæ

4. Reg. 1. illi, quam opiparè diuina Sapientia præparauit, voratisque iam auido pectore Theologicæ disciplinæ Scholasticis facultatibus, haustoque cratere, quem Hebraicis miscuit tibi laticibus: adhuc auidius esurienti eadem apparatu regio noua infert fercula ex occisis tauris illis atque altibus Euangelicis. Præstat enim hæc præsens tomus secundus Annalium, quo excitatæ ab Imperatoribus Ethnicis immanes persecutiones in Ecclesiam continentur, martyrumque cædes, immò victoriæ, atque triumpho gloriosissimi describuntur: sed & innumera hæreticorum certamina, deque illorum superata perfidia trophæa præclara narrantur. Ex quibus etiam eadem Sapientia sic ludens in Orbe terrarum, cum leones ouibus superat, & columbis serpentes exagitat, periucunda tibi nobili dignoque conuiuæ exhibet acroamata. His fruere & delectare. Vale, viueque feliciter, semper Catholicæ Ecclesiæ profuturus.

PIO AC VERITATIS STVDIOSO LECTORI CÆSAR BARONIVS S.



RGVMENTI quidem ratio postularet, piè Lector, vt aggressurum te secundi tomii Annalium lectionem, de nostro instituto pluribus moneremus: nisi æquum esset existimare, te eandem haud imparatum atque adeo obiter auspicaturum; sed potius (quod rerum ordo ac temporum à te exigit) decurso eorundem Annalium primo tomo, quæ in eius exordio præfati sumus, tibi perspecta, eadem ad reliquorum cognitionem fatis esse. Non enim ista in plures tomos facta partitio, est argumenti diuersitatis indicium, sed temporum potius discriminatio quædam, & vnius operis opportuna facta in plura volumina sectio. Cum igitur vnum idemque librorum omnium sit argumentum: vnum satis fuerit in ipsius primi tomii Annalium fronte, totius structuræ præposuisse tibi semel exemplar; vt non sit necesse eadem cum fastidio sæpè repetere, & cum molestia crebrius inculcare. Ceterum his à te rectè percognitis, illius tamen nostri instituti te oportet frequentius meminisse, nos haud esse pollicitos (quod rudis fortasse Lector optasset) simplicem tantum rerum gestarum absque aliqua exquisita indagatione veritatis (quam historica narratio potissimum efflagitare videtur) cursu recto ac sine vorticibus quæstionum placideque fluentem orationem: sed (quod certò sciremus eruditissimos viros vehementer expetere) spondidisse pro viribus elucidationem locorum difficilium, quibus Ecclesiastica abundat historia; enodationem quoque perplexitatum, quibus eadem omni ex parte implicata, passimque obuoluta conspicitur. Quo quidem nomine deuinximus iam nobis animos disertissimorum virorum, qui, datis ad nos litteris, id ingenuè professi sunt. Sed & exigente nostri sæculi statu infelicissimo, quo vnum illud omniumque maximum in eo apparuit studium hæreticorum & cura propensior, vt antiquos terminos à sanctis Apostolis eorumque successoribus constitutos omnino conuellerent: oportuit nos Apostolicas traditiones, perinde ac bases quasdam Ecclesiasticarum rerum gestarum, firmiter collocasse, ac solidius stabilisse. Quibus semel iactis quasi totius ædificij ab initio fundamentis, quæ super ea imposita moles exurgit, gratiorem atque iucundioram iam tibi sui repræsentabit aspectum. De cuius quoque structura, dum legendo consecraris nostra vestigia, tecum interdum familiarissimè colloqui, & prout se occasio obtulerit, de pluribus admonere, haud molestum erit. Illud demum tibi in omnibus persuadeas, nos tuos progressus magnopere desiderare; & quò magis magisque proficias, in hoc consilium omne nostrum inuigilare, excubare industriam, atque laborare ingenium, certò scias. Quinetiam tibi & eruditorum fratrum nostrorum studium solertissimum pollicemur; qui eisdem nostros Annales redigent in epitomen, ex iisdemque seorsum Vitas Romanorum Pontificum in tui gratiam atque commodum iam iam colligere parant. Vale.

APPENDIX AD LECTOREM
EXTRA CATHOLICAM ECCLESIAM,

P O S I T V M.



AT non te despicias, Lector, qui à Catholica religione procul abhorres, neque infectamur iurgijs, conuicijs laceessimus, vel appetimus contumelijs: nulla enim animi perturbatione commoti sumus in homines, cum mendacia infectamur. Sed humanissimè tecum agimus: vt planè rem tibi potius, ipsam inquam veritatem, intelligas aduersari, quàm hominem. Agemus, inquam, tecum liberalissimè: vsque adeò, vt omni indulgentia & animi demissione non vereamur te ipsum, si tamen veritatis tantum es cupidus, accuratè istæc nostra legentem æquum arbitrum constituere. Iustæ namque causæ confisi, tantum tibi concedimus, vt non dedignemur tuum quoque de rerum veritate in re tanta tunc subire iudicium, cum (quod æquissimum iudicem decet) tranquilla ratio mente integra atque sincera, omni animi perturbatione semota, depositisque priuatis affectibus, in neutram partem inclinans, sublimiori throno in medium collocato confideat. Si talem te iudicem præstas, te ipsum mente turbatum ad te ipsum puro mentis obtutu cuncta exactius disquirentem libentissimè prouocamus. Ingens fanè vis humanæ insidet rationi, si tamen nullis adstricta compedibus, in omnibus libera liberè agere permittatur. Hac quidem ex causa maiores nostri summa fratri fiducia veritatis, vbi aduersus obstinatissimos hæreticos agendi sese occasio obtulit, cum illi omne iudicium Ecclesiasticum declinarent atque contemnerent, eo indulgentiæ adacti sunt, vt non recusarint Gentilium quoque hominum experiri iudicium, eorumdemque sententiam expectare. Hisce iudicibus Iudæi de Samaritis pugnacissimè altercantibus tandem victoriam retulere. Ethnicis quoque philosopho arbitro ex consensu delecto, cuius standum esset iudicio, Origenes quinque perditissimos hæreticos superauit, ipsumque iudicem ad fidem Christianam capessendam induxit. Sed & sanctissimus Episcopus in Mesopotamia Archelaus, coram Gentilibus adhibitis ex consensu iudicibus, Manetem hæresiarcham nefandissimum confutauit. Sunt & alia de his exempla, quibus appareat, eos, qui veritate pollerent, nullius recusasse iudicium, vel refugisse sententiam, nec eorum quidem, qui Domini auctoritate viderentur esse damnati, ipso dicente: Qui non credit, iam iudicatus est. Sed & nos liberaliùs videmur tecum agere, qui te ipsum, cum ad rectæ rationis compositus fueris ordinem, arbitrum non refugimus: certissimi planè redditi atque securi, adiudicaturum te nobis causam, atque nobiscum pariter consensurum, si amantissima æqui ratio libenter audiat veritatem: quod cupimus nobis laborum sit præmium; vt te ipsum tandem sic à te ipso rectè iudicante iustissimè condemnatum, absolutum erroribus videamus. Faxit Deus, vt aliquando tibi rectè sentienti hilares occurrentes, amplectamur exosculemurque te iam fratrem nostrum fugentem vbera matris nostræ. At verò cum modò, summo cordis dolore, non liceat te, prohibente Apostolo, salutare, nec dicere saltem, Ave: nemo tamen prohibet, quin tibi salutem plurimam cupientes, eam vt Deus impertiat, enixis precibus contendamus.

*Ioseph. An-
tiq. lib. 13.
cap. 6.
Orig. Dia-
log.*

*Epiph. hæ-
res. 66.*

Ioan. 3.

*Cant. 8.
Ioan. 2.*

S I X T V S P A P A V.
DILECTO FILIO CÆSARI BARONIO
SORANO, PRESBYTERO CONGREGATIONIS
ORATORII NVNCVPATÆ.



DILECTE Fili, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius noster Antonius tit. SS. Ioannis & Pauli presbyter Cardinalis Casafa nuncupatus Bibliothecarius Apostolicus nobis retulerit, à te primum Annalium Ecclesiasticorum volumen editum, aliaque propediem edenda esse, opus non minus doctè quàm fideliter à te scriptum, & ad totius antiquitatis Ecclesiasticæ notitiam comparandam valdè utile: quibus nimirum non tantum res gestæ exactè per annos singulos recententur, & quæ de his obortæ sunt controuersæ elucidantur, sed etiam ipsi Apostolicarum traditionum fontes purissimi aperiuntur, atque hæreticorum mendacia confutantur: Nos, qui eruditorum omnium fouere solemus ingenia: cum tuam in primis industriam, & egregiam pro Catholica Ecclesia nauatam operam magnopere in Domino commendemus: cupientes, vt iidem à te editi, vel edendi Annales Ecclesiastici ad integram rerum veritatem custodiendam seruentur penitus incorrupti, & quàm diligentissimè fieri potest, typis excudantur: ac demum ne à quoquam seu negligentia, seu malitia, mendis deformati, aut aliter etiam forsitan titulo mutato vel forma, mutari, corrumpi, vel deprauari possint: M O T V P R O P R I O & certa nostra scientia, omnibus, & singulis Christi fidelibus, præsertim librorum impressoribus, ac Bibliopolis, quouis nomine nuncupatis, tam in Vrbe, & illius districtu, ac statu, & ditione temporali nobis & S. R. E. mediatè vel immediatè subiecta, sub quingentorum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ eo ipso applicandorum, necnon amissionis librorum atque typorum, quàm etiam per totam Italiam & extra eam vbiuis gentium & locorum constitutis, sub Excommunicationis maioris latæ sententiæ pœnis eo ipso absque alia declaratione incurrendis; Auctoritate Apostolica, tenore præsentium interdiximus & inhibemus, ne per decem annos à Data præsentium computandos, primum Tomum Annalium à te editum, & alios singulos à te edendos, totidem annorum spatio ab vniuscuiusque eorum editione numerando, absque tua licentia imprimere, aliòve titulo, vel forma, quouis prætextu mutatos, vel alio quocumque idiomate versos edere, vel sic editos vendere seu venales tenere audeant, vel præsumant. M A N D A N T E S vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & alijs locorum Ordinarijs, eorumque Vicarijs, seu Officialibus, in spiritualibus, generalibus, ac in dicto nostro statu Ecclesiastico Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Pœrestatibus, & alijs Officialibus: vt quando, & quoties per te, vel tuo nomine fuerint requisiti, præmissa contra inobedientes exequantur, & obseruari faciant, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis & consuetudinibus, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quouis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibuslibet personis quomodolibet concessis & confirmatis. Quibus omnibus, illorum tenores, ac si ad verbum infererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem vt præsentium litterarum exemplis etiam in ipsis voluminibus impressis eadem vbiq; fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die xxvi. Iunii, M. D. LXXXViii. Pontificatus nostri anno quarto.

Tho. Thom. Gualterius.

I N
CAESARIS BARONII
ANNALES ECCLESIASTICOS

I O A N N I S B O C H I I

VRBI ANTVERPIENSI A SECRETIS

E L E G I A.



QVI moles operum, miracula vana, colossos,
Qui stupet artifici marmora secta manu,
Miratus veterem spirantia frustra laborem,
Qui videt, aut penitus qui periisse legit;
Qua vel Erichthæis ceciderunt signa ruinis,
Roma, vel in cineres versa fuere tuos:
Desinat exemplis contendere. non minus orbis
Noster ob ingenij munera nomen habet.
Si qua fuit quondam titulis ornata superbis
Machina, seu rara nobilis arte labor:
Barbara si liquidas operum fastigia nubes,
Et mare si pretium vicit, & astra manus:
Imperiosa dies eadem subuertit, & ira
Martis, & ipse suas non tulit orbis opes.
Nos aliud decus, & fatis melioribus ortum,
In lucem fructu commodiore damus:
Quod series cui instabilis, nec lubrica rerum
Fluxarum rapidis subruet aura Notis,
Æternum dat Caesar opus: gaudete Quirites,
Illius imperium conditur arte nouum.
Si vacat Annales sacros, & scripta Baronii,
Vnum pro cunctis voluere, lector, opus:
Quidquid & Æneada struxerunt, quidquid Achivi,
Seu quæ Memnonijs surgit Eöus equis:
Vel qua sera tepet radijs Hyperionis ora,
Dum lauat Hesperio feruida plaustra salo:
Omnia Casareo cedant inuenta labori,
Veris falsa, sacris vana, vetusta nouis.
Pyramidum Pharij celebrantur saxa Canopi,
Bustaq; montanis amula facta iugis,
Scire petis nostro spectanda volumine rupes
Quæ sit, & extructum vertice quod sit opus?
Illa est qua fidei posuit fundamina Christus
Auctor, inaccessa seruat & arce gregem.

Hic

Hic scopulus vires immobilis heret ad omnes,
Impia quas hominum turba, vel Orcus habet.
Alta Semiramij Babylonis moenia cives,
Femineasque minas urbis ad astra ferant:
Nos murum incolimus, nos propugnacula, quorum
Idem opifex, idem est angulus, ipse Deus.
Cares & immodici taceant impendia luctus,
Et Mausolæi culmina celsa rogi:
Noster habet vitam tumulus, mors ipsa sepulta est,
Hac cali reserat fontibus urna viam.
Eleumq; Iouem, toties quo preside parta est
Gloria, Phidiacum Gracia iactet ebur:
Rectorem immensi nos declaramus Olympi,
Qui calo & terris imperat, atque mari.
Prisca fides Triuia Latonia templa Diane
Laudet, & intacta virginitate deam:
At nos, Virgo, tuis, genitrix, aduolumur aris,
Quæ meruisti vtero claudere sola Deum.
Nota fuit timidis conspecta lampade nautis
Insula, Phœbea mole superba Rhodos:
Hic fidei portus, fax religionis auita,
Nulla est, præterita, qua statione, salus.
Miramur Libycis spectacula cincta columnis,
Magnaque Romanis amphitheatra foris:
Emptus tot ad cadem pretiosa certet arena,
Et data commutet vulnere morte pugil:
Aut cauea medio Getulis aduena siluis
Satiat in miseros bellua dente reos.
Talia delectant si quem certamina, nostris
Non minus inueniet tristia fata libris:
Non meritis, nec sorte pari: nam præmia victos
Per tormenta, cruces, funera, certa manent.
Hoc gregis electi sedes animosa beatas
Pignore, nate Deo, te duce, turba perit.
Si spectare iuuat, valeant antiqua, theatro
Casaris humans scena salutis inest.
Nostra docent vitæ melioris pulpita normam,
Fabula lasciuos nil nisi prisca sales.
Quæ fuit magni quondam victoria Circi,
A vitio nobis est fuga, meta Deus.
Et veteres memorat victrix si Roma triumphos,
Maius habet laudis pagina nostra decus.
Hostis erat mundus, mors hostis, & arbiter atra
Noctis in humanum sumpserat arma genus.

Ipsè

Ipse pater summo descendit ab aethere vindex,
 Et tulit ipse suo sanguine victor opem.
 Et secum delicta trahens aliena, trophaum
 In cruce constituit corporis ipse sui.
 Dulces exuvia, spes omnis, & unica mundi
 Prosperitas, cali gloria, pacis iter.
 Conciliatque Deum credentibus, & sua reddit
 Munera praeferitis uberiora malis.
 Romanoq; vices patri, clavesque reliquit,
 Et populi curam iussit habere sui.
 Hoc opus, auctori susceptus origine prima
 Hic labor est, regni scribere gesta sacri,
 Clauigeramq; ratem, nullis quae fracta procellis
 Durat, & aduerso turbine vela facit:
 Bella, neces, animosq; virum, superata ferendo
 Monstra: fidem tanta condere molis erat.
 I, nunc, Imperij luxum contemne prioris,
 Caesaris auspicijs reddita, Roma, tibi.

Secundus Annalium Tomus incipit ab exordio Traiani Imperatoris, & perducitur vsque ad Imperium Constantini: complectitur annos ducentos quinque, sextum ex parte tantum attingit.



ANNA.



ANNALES ECCLESIASTICI.



CROSEQUENTIBVS nobis Annalium Ecclesiasticorum difficillimam inscriptionem, plurima occurrunt, e quibus plane, quam sit hoc opus arduum, & nostris viribus, quae sunt imbecillae, longe impar, intelligamus. Vere namq; difficillima cognitu Sapiens ^a *Prou. 30.* definiuit, viam nauis in medio maris, gressusq; colubri super terram. At verò instar nauis in vastissimo pelago fluctuantis Ecclesia est: cuius varios, duros, & asperos casus, atque horrenda pericula quis oratione se assecuturum esse confidat? Illa praesertim, quae hoc Annalium secundo tomo complexuri sumus, nimirum ingruentes vndique Gentilium furore procellas, altissimosque fluctus ad eam obruendam motu prauorum spirituum excitatos: quos sicut diggerare est impossibile, ita vel saltem dicendo adumbrare, nemo puto satis sufficiet. Rursum verò alia ex parte, quis sinuosos ac multiplices quasi colubri latenter humi repentis haesum gressus, diuersosque & obliquos fraudum ac doli in Ecclesiae damnnum antractus, se vel mente complecti, nedum scriptis profèqui posse praesumat? Quis denique ad rectam veritatis lineam tot tortuosas diuersorum sententiarum ingenij sui norma deducere, atque multiplicium difficultatum insolubiles penè nexus soluere posse in animum inducat? Horum omnium oratio optimè solucia, cunctans haeret in salebris, nec gressum soluere in incertum audet, nisi prius diuinum fauorem sibi adspirasse senserit. Etenim in re tanta Deum Patrem luminum ducem quaerit, Dei que Filium, qui est veritas, comitem cupit, atque Spiritum veritatis sibi inhærentem, seduloque assistentem, atque claro suae lucis radio collucentem exoptat: quorum tanto sulca praesidio, laeta procedat, iamque tuta & alacris cursum capessat.

Ut autem nos immeriti tot tantaque consequi valeamus; Dei genitrix sanctissima Virgo Maria, per qua Veritas aeterna e caelo delapsa latissimè se in terras effudit, summa gratia atque potentia à Deo precibus nobis impetret, largiterque condonet. Sed nihil est quod amplius diffidamus, aut vterius differamus: ex innumeris enim donis per eam acceptis ingens concepta fiducia roboratur, securaque redditur, quod susceptum semel, eadem auspice, illustrandae veritatis officium, optatum exitum consequatur. Quocirca ipsa iam dante signum, atque faustis vocibus acclamante, velut e carceribus oratio lata proliens, hilans ad curium habenas laxat.

IESV CHRISTI	CLEM. PAP.	TRAIANI IMP.
ANNVS	ANNVS	ANNVS
100.	8.	1.

CENTESIMVS Iesu Christi Redemptoris nostri annus, Nerua Aug. quartum, & Traiano Caf. iterum Coss. incipit: ^b quo anno Nerua Imp. sexto Kal. Februarij ^a *Die in Tra-* morte ^{1000.}

Annal. Eccl. Tom. 2.

A

morte

morte sublato, Nerua Traianus ab eodem adoptatus, & Cæsar dictus, successit in Imperium, tenuitque annos decem & nouem, menses sex, & dies quindecim. Fuit natione Hispanus^a, patria Italicensis, non Tudertinus ex Umbria, vt aliquis^b existimauit, deceptus nimirum auctoritate Aurelij Victoris^c, dicentis Traianum fuisse ex vrbe Tudertina: qui & ipse errore lapsus est. Nam, cum apud maiores in confesso esset Vlpium Traianum natum esse Italicę, quę ciuitas est Turditanę provincię in Hispania, cuius meminit Strabo^d, similitudine nominum irrepsit error, vt Tuderti, quę est in Italia vrbs, genitus putaretur. Sed admiratione res digna, hominem nulla auita nobilitate præclarum, vt olim Vespasianum & Titum, ad culmen Imperij esse prouectum: natum tamen patre tribuno: nam illius Traiani creditur esse filius, qui in bello Iudaico sub iisdem Imperatoribus militauit. At sicut illi ob debellatos ac penitus profligatos Iudeos, vnã cum eorum primaria ciuitate, templo, atque provincia perditis, quasi pro munere, Deo id agente, sunt regimen Imperij consecuti, ita pariter Traianus, qui sub iisdem in eadem expeditione contra Iudæos egregiam nauauit operam, quippe qui decimę legionis (vt Iosephus^e est auctor) ductor erat, & ipse, quoddam perinde ac illi, rem gratissimam numini diuino præstiterit, totius Orbis Imperium filio suo, Traiano huic, est adeptus: vt planè appareat, aded fuisse graue Iudæorum scelus atque delictum, vt tantis habitis sint digni muneribus, qui in eos tam immaniter sauiuerunt.

^a Eutrop. l. 8. Ensch. in Chron.
^b Panuin. de Rom. Prin. cip. lib. 1.
^c Aurel. Viñ. in. epitom.
^d Strab. lib. 3.

INGENTI DONATI A DEO PRAEMIO QUI IUDÆOS PERDIDERUNT.
^e Ioseph. de bell. Iud. li. 3. c. 11. 16. 17.

II. STATUS ECCLÆSIÆ.

Sed antequam res gestas Ecclesiasticas per singulos Traiani Imperatoris annos recensere aggrediamur: ipsum Ecclesię huius temporis statum in primis ob oculos ponere, & velut in tabula quadam coloribus expressam imaginem representare, operæpretium existimamus: quod totum id opus Dei esse, & non humanę industrię artem, perfacile intelligatur, si tot Iudæorum atque Gentilium vexata procellis, atque hæreticorum insidiis exagitata, si quę philosophorum ventitata ludibrio, atque magorum delusa præstigijs, Dei Ecclesię nouella germina non fuerint in suo cespite penitus arefacta, vel vnã cum radice omnino conuulsa, sed magis magisque fecundiori propagine latissimè propagata, & vberissimo foetu aucta, & copiosissima prole tam breui temporis spatio creuerit fecundata: econtrã verò Gentilium superstitio, ipso veritatis aspectu, velut quodam fulmine cælitus demisso, sic concussa fuerit & quassata, vt magna ex parte collapsa, in perpetuum iam penitus extinguendam se fore monstraret. Cuius rei grauissimi, iidemque probatissimi testes sunt ipsi scriptores Gentiles, qui inter eos præcipui fuisse videntur, & his ipsis temporibus claruere. Plinius^f enim, cum in Asia Proconsulem ageret, iussuque Traiani (vt paulò inferius suo loco fusiùs dicturi sumus) sauisima persecutione Christianos exagitaret, planè testatur, Christianam religionem longè lateque esse diffusam, nec tantum ciuitates repletas esse Christi cultoribus, sed (vt ait) vicos & agros: è contrario verò iam propemodum desolata remansisse templa deorum, eoque rem hoc exordio Traiani Imperij iacturę deuenisse, vt rarissimus victimarum empor inueniretur: hæc, inquam, ipse ad eundem Traianum Imperatorem scribens, egregiè profitetur. Sed eas litteras suo loco integras describemus.

III. GRAECIÆ ORACVLA REDDITA MYTA.

At ipsa etiam deorum oracula, quę in Græcia maximè vocalia erant, his temporibus iam propè omnino exoleuiffe, & magna ex parte nedum rauca, sed muta penitus reddita esse, Plutarchus locuples testis, qui eo argumento commentarium edidit, ea inscriptione notatum, Cur oracula edi desierunt. vbi hæc inter alia: Quin tu, inquam, Cleombrote, de oraculo nobis enarra, Ammonis scilicet: antiqua enim fama multum ei diuinitatis tribuit, nunc quidem videtur emarcescere. Tacente Cleombrote, & oculos in terram conciente; Demetrius, Nihil, inquit, attinet de isto percunctari oraculo, & causam quærere; cum videamus, oracula, quę in his sunt locis, obsoleuiffe, atque aded, duobus vel tribus exceptis, omnia defecisse. Id potius indagandum est, quibusnam causis extincta sint. Nam (vt alia taceam) Bœotiam, quę superioribus temporibus ob oraculorum multitudinem vocalis admodum fuit, nunc prorsus destituerunt oracula, tamquam amnes siccati, ingenisque diuinationis quasi æstu quodam abolitæ penuria regionem occupauit. Neque enim alibi hodie, quàm apud Lebadiam Bœotia haustum vaticinationis responsa desiderantibus præbet: reliqua partim silent oracula, partim vastata prorsus desertaque iacent.] hucusque Plutarchus.

IV. Iouenalis^g, quando sub Domitiano scribit, Iouis Ammonis idolum fuisse vocale demonstrat, dum ait:

— quid.

A

quidquid
Dixerit Astrologus, credent à fonte relatum
Ammonis: quoniam Delphis oracula cessant:
Et genus humanum damnat caligo futuri.]

Iouis AMMONIS ORACVLA EXTINGVTA.

Cur autem tam clamosa oracula penitus obmutuerint, Plutarchus, vt veræ causę incius, alias hinc inde venari conatus, vel ridendas prorsus, ac contemnendas, verisimiles alias, alias verò aliqua saltem ex parte veras attulit. Siquidem, cum in primis eam statuat firmetque conclusionem, non fuisse deos qui oracula ederent è simulacris, sed qui minores diis haberentur, Genios; eos vel omnino esse desuisse (posse enim Genios mori, etiam exemplo confirmat) vel inde aufugisse, & aliò commigrasse, & nisi reuersi iterum essent, simulacra seu Pythiadas, veluti sine statu organa, siluisse tradit.

B

Sed quoniam Geniorum alios bonos, malos alios, ex sententia maiorum affirmat: cuiusnam generis ij essent, qui Pythiadas afflare solerent, non tantum Paulus Apostolus^a Philippis in Macedonia declarauit, cum spiritum Pythonis à Pythiade muliere exire cõegit, sed idem ipse Plutarchus egregio planè exemplo demonstrat, sic dicens^b: Cum enim quidam sciscitarum oraculum peregrè venissent, fertur ad primas libationes victima immobilis mansisse, neque passa quidquam; tandem instantibus certatim libando sacerdotibus, velut imbre rigata & madefacta, contremuiffe aliquantum. Quid ergo Pythiadi vñ venit? Descendit in opertum oraculi inuita, vt aiunt, & animo minime alacri. Statim autem in primis responsionibus apparuit ex asperitate vocis, eam instar nauis vento impulsã non sustinere vim spiritus, adeoque repletam esse spiritu maligno, & muto. Tandem prorsus exagitata cum terribili clamore ad exitum contendit, ibique sese proiecit: ita vt non tantum consultores fugerint, sed & Nicander vates, & quotquot aderant Osiorum, id est Sanctorum, (sic enim vatum sodales appellantur) paulò post tamen ingressi, sustulerunt eam mente captam, ac superuixit paucos dies.] hæc ipse de Geniis cum simulacra tum Pythiadas afflare solitis. Cum ergo sua etiam ipsius sententia, hos constet prauos fuisse dæmones, quos malos Genios, & malignos spiritus nominat, quisnam eos silere cõegerit, vel inde exire compulerit, in confesso est. Christus enim, qui in hunc venit mundum (vt ait Ioannes Apostolus^c) vt dissolueret opera diaboli, non tantum viuens perpetuum aduersus eum certamen iniens, penè innumeros cacodæmones ab obsessis corporibus expulit, sed & suis diuinam quamdam vim atque virtutem id ipsum præstandi tribuit; qua & loquacissima illa oracula sunt penitus silere compulsa.

V. EX MALO DÆMONE ORACVLA. ^a Act. 16. ^b Plutarch. de oracul. delect. in fine.

C

Cum igitur eo tempore eiusmodi esset rerum nostrarum status, nempe florentissimus, in diesque magis noua credentium propagine illustrior atque præclarior redderetur: Gentilium omnium prouocatur inuidia, atque odium concitatur, præsertim ipsius Imperatoris; qui, cum Gentilium superstitioni addictissimus esset, eò magis sauiuit in Christianos, quò deorum magis cultui in omnibus cupiebat esse consultum atque prospectum. Quamobrem saeuam nimis in Christianos persecutionem commouit: sed quo potissimum anno eius Imperij, est accuratius explorandum. Non enim assentimur Eusebio, qui anno decimo Traiani Imperatoris excitatam esse in Christianos persecutionem affirmat: Plinij enim Secundi, qui his ipsis temporibus clauit, auctoritas refragatur: qui cum de persecutione aduersus Christianos ad ipsum Traianum^d scribit epistolam anno eius Imperij quinto (vt suo loco dicemus) planè significat, longè ante ab Eusebio præscriptum tempus eam inchoatam. Immo cum ibidem dicat, Christianorum, qui à fide desierant, alios ante triennium, alios verò ante plures annos, plures etiam ante viginti ad facinus perpetrandum adductos fuisse; signasse visus est tres in eam diem persecutiones in Christianos indictas: nimirum primam sub Nerone, ante annos viginti & amplius, excitatam: sub Domitiano autem eam, quam ante annos plures pernotam dicit: ante triennium verò tertiam sub Traiano, quę ipso propemodum Traiani Imperij exordio cõeperit. Sed antequam de ipsa agere aggrediamur, pauca quædam de eiusdem Imperij primordiis præfari, operæpretium ducimus.

^c 1. Ioan. 3.

D

Traianus igitur in expeditione Germanica, apud Coloniam Agrippinam^e delatum à Nerua suscepit Imperium, agens annum ætatis (vt Dio^f auctor est) quadragesimum secundum. Verum etsi non nisi post mortem Neruæ liberæ Imperij rexit habenas; tamen Plinij^g testimonio exploratum habetur, quòd ipso die, quo à Nerua Augusto est adoptatus, simul etiam creatus est Cæsar, ac mox Imperator, cum Tribunitia potestate, idemque obfari, operæpretium ducimus.

VI.

TRAIANI PERSECVTIO QUANTO COEPTA.

^d Plin. lib. 10. epist. 97.

E

Traianus igitur in expeditione Germanica, apud Coloniam Agrippinam^e delatum à Nerua suscepit Imperium, agens annum ætatis (vt Dio^f auctor est) quadragesimum secundum. Verum etsi non nisi post mortem Neruæ liberæ Imperij rexit habenas; tamen Plinij^g testimonio exploratum habetur, quòd ipso die, quo à Nerua Augusto est adoptatus, simul etiam creatus est Cæsar, ac mox Imperator, cum Tribunitia potestate, idemque obfari, operæpretium ducimus.

VII. ^e Aurel. Viñ. in Traian. ep. Eutrop. lib. 8. ^f Dio in Traiano. ^g Plin. in Pa-negy.

*Plin. in Pa- negyr. b Dicitur Trai- ano. TRAIANI IMP. EXOR- DIVM QVA- LE.

præclaras victorias in Germania partas, Germanicus est pariter appellatus. At licet Nerua A pater defunctus esset, tamen hoc ipso anno, cum secundum gereret Consulatum, foris egit in expeditione inter barbaros conl. rurus*, egregium in omnibus optimi Principis specimen edens: Quippe qui (inquit Dio^b) vbi primum Imperium assumpsit, edicta quædam ad Senatum misit, atque illud in primis: Numquam suo iussu bonum virum occisum iri, aut ignominia notandum. id quod non solum in præfens sacramento confirmavit, sed per totum Imperij tempus inuiolatum seruauit.] hæc Dio. Atque vrinam sicut lex bona ac æquissima visa est, ita pariter qui boni & optimi viri essent, maiori delectu habito, prudentius exquirit. non ed erroris certe prolapsus esset, vt Christianos vita innocentissimos, ac moribus æquè sanctissimos, quòd deos non colerent, vt impios atque sacrilegos condemnasset: eo namque nomine, quòd magis ipse erat superstitionis Gentilium affectator ac numinum cultor, eo acrius in Christianos eorum contemptores sæuire, sibi æquisimum videbatur. Quamobrem inter cetera edicta, quæ hoc suo primo Imperij anno B Traianus Romam absens ad Senatum misit, illud de religione patria conseruanda visus est primum omnium ingessisse: nam cum (vt auctor est Plinius) ipsi Ioui adeptum in sperato Imperium acceptum ferret, nihil antiquius habuit, quam auitæ superstitioni prospicere, in omnibusque consulere, summam pietatem existimans, de eadem benemereri, sicque deorum gratiam promereri.

VIII.

VERITIA SODALITIA.

*Plin. lib. 10. epist. 97.

*Suid. in hi- stor.

*Apud Plin. lib. 10. ep. 43.

At licet nullum a Principe promulgatum inueniamus edictum, quo Christiani necari iuberentur expressè, tamen alio quodam prætextu, vt reos, a Præsidibus provinciarum iure esse plectendos, edita lege consuluit. Cavit enim in primis edicto, ne collegia seu sodalitia essent: qua ratione & Christianos simul coire, conuentus facere, alii que quam Imperatoriis legibus gubernari, vetitum pariter videbatur. Cuius vigore legis, satis amplam Præsidibus suppetisse facultatem ad infligendas poenas Christianam religionem profitentibus, Plinius^c cum Proconsulem ageret in Bithynia, ad Traianum scribens, aperte significat, dum testatur, se, eo promulgato edicto, Christianorum conuentus vetuisse, eo- que nomine supplicia irrogasse: nam ait in fine: Ipsos conuentus facere desuisse post edictum meum, quo secundum mandata tua herærias esse vetueram.] At quid per herærias Plinius significare voluerit, ignoratione eius vocis, textum esse deprauatum complures existimarunt. Verum a Græca voce *ἑταίριε*, qua (vt auctor est Suidas^d) Plato & ceteri philosophi germanos eiusdem eruditionis amatores, sodales vocabant, herærias Plinius vocat sodalitia: quo sensu etiam ipse Traianus^e eandem vocem vsurpat, cum aliàs rescriptis ad Plinium. Sic igitur non noua edicta proponendo, sed illo de heræriis ab Imperatore olim lato, in prouincia promulgando, acerbam satis persecutionem in Christianos Plinius excitasse, suæ ipsius litteræ ad Traianum scriptæ significant. Ita etiam ceteros prouinciarum Præsides factitasse, nullus iure poterit dubitare, cum illorum omnium comparatione Plinius visus sit optimus: quippe qui exhorrescens tot hominum Christum profitentium carnificinam, vt in re maximi momenti, non sponte agere, immaniterque sæuire, sed consulendum sibi putauit Imperatorem: qui eius permotus litteris, etsi omnino non abstulit, persecutionem tamen magna ex parte, dato rescripto, cohibuit. Sed de his suo loco agemus inferius.

IX.

PERSECUTIO IN CHRISTIANOS ROMAE.

Cum igitur eiusmodi Imperatoris edictum ab eo vnà cum ceteris dignis optimo Principe datis legibus promulgatum pariter & peruulgatum fuisset: qui magistratus Romæ gerebant, nihil sollicitius curantes, quam vt ipsa prima noui Augusti statuta à cunctis in honore haberentur & seruarentur edicta: oculis lustrantes Vibem, illos potissimum E Traiani legibus comprehendi ac perurgeri senserunt, qui maximum omnium contraxisse sodalitiū visi, Christiani nomine dicti essent: quippe, qui non tantum in Vrbe sub vno colligi solerent Antistite, sed longè lateque vbique terrarum, qui eiusdem religionis reperirentur homines, quorum (vt nuper dictum est) erat innumera multitudo, eiusdem regerentur Pontificia potestate. Sed (quod deterius videbatur) dum non colerent numina, & in deos iidem iurasse viderentur, sicut impij, ita & omnium scelestissimi habebantur: quamobrem summa pietas, summaque visa est esse religio, hos virgere, vexare, ac penitus profligare. His omnibus Gentiles omnes facile persuasi, quamlibet alioqui in eos occasionem captantes, sponte illam edicto Imperatoris oblatam, dignissimam & æquissimam sibi visam arripientes, Christianos Romæ agentes in primis exagitare cœperunt, & inter eos illum potissimum, qui aded copiosi sodalitiij princeps esse vide-

A videretur & caput. Erat is Clemens, totius Christianæ religionis summus Antistes, in Pontificatu iam agens annum octauum: qui à Petro Apostolorum principe olim electus, post Linum & Cletum, libens volensque illis cedens, maximam omnia subierat præfecturam; qua sub Domitiano Imperatore Ecclesiam persequeute, & sub Nerua Augusto pacem reddente, nauiter functus, ad grauiora subeunda certamina sub Traiano videbatur esse seruatus.

At licet Romanorum plurimi in Clementem Christianæ religionis Pontificem paribus studiis furerent, atque ad necem eum peterent: eorumdem numerosa etiam multitudo eidem, vt viro innocentissimo atque sanctissimo, deque omnibus optimè merito, omni planè fauebant officio. Sed aduersarij se instantius ingerentibus, vt Clemens coram Vrbs Præfecto Mamertino susteretur causam dicturus, obrinuerunt. Compulsus ille de Clemente cognoscere (inuitus enim ad eiusmodi trahebatur officium) quid de eo esset agendum, per litteras Traianum absentem consuluit. Qui cum audisset Clementem religionis patriæ desertorem, & numinum contemptorem, licet in eum more maiorum animaduertendum esse censeret, tamen quòd etiam in fontes ac criminosos plectendos, se humanum atque benignum exhibere studeret, nè primordia sui Imperij Romano sanguine macularet, in hunc modum de Clemente rescripsit: Oportere vel consentire sacrificantem, aut vltra mare Pontum in desertam ciuitatem Chersonam relegari, locum (vt in Notationibus ad Romanum Martyrologium^a additis explicauimus) trans mare Euxinum, apud Cimmerium Bosphorum, in Taurica Chersoneso. Ea ab Imperatore oblata Clementi optione, absque vlla mora durissimum exilium impietati præposuit.

X.

TRAIANI RESCRIPTVM DE CLEMENTE. Die 23. Nouemb.

Sic igitur ab inuito licet Vrbs Præfecto, ex Traiani sententia, Clemens continuo ad locum exilij amandatur: vbi cum plures Christianorum eadem poena multatos eodemque ærumnis afflictatos nactus esset, illud solatiij illis præstitit, vt diuina ope implo- rata, vberimum aquæ fontem ad potum necessarium (nam illa insuper molestia virge- bantur, vt humeris aquam sex millibus passuum, procul positam, iugiter ferrent) è terra in loco diuinitus agni signo monstrato fecerit erumpere: quo miraculo edito, Christi fidem loci accolis annuntiante Clemente, mirificè Christiana fuit religio propagata, aded vt idololatria, quæ in ea regione antè vigeat, extincta propemodum fuerit. Tum Iberos quoque, populos in eadem Orbis plaga positos, Euangelium suscepisse, vt credamus, Irenæus^b persuadet, qui his temporibus proximus, inter alias remotiores Christi Ecclesias, eas recenset quæ in Iberis essent. Mansit eo in loco sanctus Clemens ad biennium, vbi tandem glorioso martyrio, de quo suo loco dicemus, diem clausit extremum. Hæc de Clemente accepta sunt ex Actis eius tam Latinè quam Græcè^c conscriptis, licet haud illa ipsa esse existimemus, quæ per Notarios Romanæ Ecclesiæ conscripta putantur: nam magistratus ille Comitibus officiorum, cuius illic habetur mentio, nondum fuisse videtur illis temporibus institutus: sed potius quæ ex antiquioribus illis in hominum memoria conseruata remanserant (nam illa ipsa vnà cum ceteris à Diocletiano Imperatore iussa sunt comburi) scriptis fuerunt postea consignata.

XI.

CLEMENTIS IN EXILIO RES QVÆSTAS.

Iren. l. 1. c. 3

*Metaphr. 23. Nouemb. ex quo Lipsoman. & Surian. scripti codices.

His Romæ aduersus Clementem Christianæ religionis summum Pontificem gestis, magna proculdubio facta est reliquorum Christianorum concussio: conuentibus enim semel Imperatoris edicto sublatis, nulla dabatur facultas, vt mutui congressus solatio mororem ex pastoris absentia susceptum lenirent. Tunc accidit, vt qui à Domitiano proscripti, & in insulam relegati fuerant, Flauia Domitilla virgo, de qua suo loco pluribus actum est, & eius eunuchi Nereus & Achilleus^d vnà cum pluribus eiusdem familiae fuerint coronati martyrio, facti omnes impietatis rei. Traditi tunc sunt Nereus & Achilleus Memmio Ruso Consulari, à quo sunt affecti supplicio Tarracinæ, quò fuerant amandati: pari poena affecti alij eius domestici Eutyches, Victorinus, & Maro, diuersis apud Vrbs locis, licet Victorinus in agro Reatino ad Aquas Cutilias necari sit iussus. Demum ipsa Flauia Domitilla vnà cum Euphrosyna & Theodora, cum à Christi religione diuelli nullatenus possent, incenso cubiculo, feliciter martyrium consummarunt: cum paulò antè, eandem ob causam, Sulpitius & Seruilianus capite truncati fuerint. Hæc omnia habent Acta sanctorum Nerei & Achillei, quibus adspulantur antiqua Martyrologia: in illis enim horum omnium dies natalis anniuersaria commemoratione conseruatus habetur. Passus item Romæ est eodem fermè tempore eadem

XII.

FLAVIÆ DOMITILLÆ ET ALIORVM MARTYRIA. * Archilleus

^{a Rom. Mar- tyrol. 26. lnl.} ex causa Hyacinthus^a, id agente Luxurio, cuius operâ & hi quos recensuimus marty- A res malè affecti sunt. Ceterùm hos paucos ex multis recensuisse sufficiat; cùm haud dubium sit, quamplurimos alios non Romæ tantùm, sed vbique locorum, Christianæ fidei causa, hoc eodem anno, glorioso occubuisse martyrio. Nam (vt testatur Euse- ^{b Euseb. lib. 3. c. 26.} b) per singulas Romani Imperij ciuitates in Christianos concitate sunt turbæ: ait enim: Post Neronem & Domitianum sigillatim in vnaquaque ciuitate sub Traiani Im- perio ex seditione populi excitata, grauem contra Christianos persecutionis tempesta- tem commotam, fama & sermone percrebescit.] hæc Eusebius. Porro de reliquis, qui sub eodem Imperatore sunt passi, ageamus singulis annis, quibus eiusmodi certamen iniisse reperiuntur.

XIII. Sic igitur tum ex his quæ dicta sunt, tum etiam quæ dicturi sumus, videas homi- nem omnium antiquorum calculo optimum Principem existimatum, ac immensis lau- ^B dibus prædicatum, tantum in Christianos veluti insensissimos hostes, iniquissimè, non secus ac Neronem & Domitianum, sæuisse. Quod fortasse mirabitur, qui rei causas minis sollicitè perquisierit. At indignabitur fortasse aliquis, si quem communi suffra- ^{TRAIANVS} ^{QUALIS.} gio maiores non tantùm bonum virum, sed optimum, solemnibus acclamationibus, ac publicis votis, iteratisque præconiis celebrarunt; an hoc ipsum verum fuerit, post ^{c Lucianus in Nerone.} ^{d Plin. in præ- fat. ad Vesp. Imp.} tot sæcula videamur in controuersiam non minis inuidiosè quàm calumniosè velle de- ducere: cùm præsertim in mortuum obloqui, licet Nero sit ille, nec Epicurus^c philo- sophus patiatur, nec soleant (quod ait Plinius^d) cum mortuis nisi laruæ luctari. Ve- rum omni nos culpa vacabimus, si nullum recens à nobis excogitatum commentum, nec aliud aliquod ex Aristarchi schola deductum argumentum adducemus in medium, sed quæ iidem ipsius laudatores suis commentariis egregiè testata reliquerunt. Dio ^{e Dio in Tra- iano.} C Cassius^e, suorum temporum scriptorum facile princeps, cùm multa de viro laude di- gnissima prædicet, hæc tandem: Nihilque omnino erat, quod optimè non exerceret. Vini dumtaxat appetens, & in adolescentulos pronus citra calumniam habitus est: vt- pote qui numquam ex eo turpe aut mali quidquam effecit. Nam qui vinum vsque ad fatietatem biberet, sobrius tamen erat, neque in crimen, prægrauante vino, propulsus est. Et in masculorum amoribus ita sibi temperauit, vt nihil per vim, dum voluptati obsequitur, moliretur.]

XIV. Egregiam planè laudem, si volentes tantùm (proh pudor) pueros habuit in deliciis: qua- ^D si reperiri posset qui non in omnibus assentiretur Imperatori. Quis non absque culpa vel pœna præstare putaret, quod tam bonus peteret Imperator? Sed prouoco ipsos, qui eum laudant, ad suas ipsorum leges. Quid ipsorum poeta^f, qui his temporibus vixit? ^{f Iuuen. sat. 2.} *Quod si vexantur leges, ac iura: citari Ante omnes debet Scantinia.]*

Qualis ergo habendus sit Imperator, cuius comparatione hac saltem ex parte Domi- ^{TRAIANVS} ^{IN QVIBVS} ^{DOMITIA- NO DETE- RIOR.} ^{g Suet. in Do- mit. c. 8.} tianus omnium scelestissimus, sanctissimus habeatur; quippe qui eos, cuiusvis condi- tionis essent, statutis à lege pœnis mulctabat, qui eiusmodi grauissimi sceleris rei dicti fuissent; quisque consideret: nam Suetonius^g hæc de ipso testatur: Quosdam ex vtro- que ordine lege Scantinia condemnauit.] Sed quàm eidem pœnæ præ ceteris Traia- nus fuisset obnoxius, qui nec in sua explenda libidine nepoti pepercit? scribit enim Ælius Spartianus hæc de Hadriano filio consobrini Traiani: Fuitque in amore Traiani; nec tamen ei per pædagogos puerorum, quos Traianus impensius diligebat, Gallo fa- uente, defuit.] Inter optimos ne, vel saltem bonos censendus ille videri potest, qui scri- ptorum Ethnicorum testimonio omnium turpissimus est habendus, quem & Iulianus^h ex persona Sileni suggillat, quod à turpi & scœdissima voluptate victus esset, licet inter deos videretur esse receptus?

XV. At si hæc clarioribus Solis radiis, si inquam fulgore Euangelicæ veritatis inspiciantur: constat sententia Pauliⁱ ad Romanos ipsos ea de re scribentis, planè omnium scelestissi- mos Dei sententia iudicatos, atque à Deo penitus derelictos, qui aliorum pondere scele- rum in eiusmodi imum turpitudinis coenum sinantur præcipites ferri. ait enim: Propter- eâ tradidit illos Deus in passionem ignominie. Nam feminae eorum immutauerunt natu- ralem usum in eum usum, qui est contra naturam. Similiter autem & masculi, relicto natu- rali vsu feminae, exarserunt in desideris suis in inuicè, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non proba-

A probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni malignitate, malitia, &c.] Ecce Dei sententia, & Pauli testimonio, quàm omnium scelestissimi habendi sint, patet, qui ita effecti essent omnium impurissimi: sic in eos numine vlciscente peccatum impietatis, ex qua omnium sordium, velut è fonte, vberissimi fluant riuus.

At quàm ceteris excellentius istæc Traianus præstiterit, cùm multa alia, tum quæ hoc ipso anno gessit, manifestè declarant. Nam eius operâ augetur Romanum Imperium ^{XVI.} ^{TRAIANVS} ^{NOVVM IN-} ^{DVCIT} ^{D EVM.} ^{Plin. in Pa- neg. Traian.} nouo deo: siquidem Neruam Augustum, cui acceptum terebat Imperium, hoc ipso sui Imperij exordio retulit inter deos. Plinius^a enim, dum eius celebrat laudes, hæc ha- ber: Tu sideribus patrem intulisti; non ad metum ciuium; non ad contumeliam numi- num, non in honorem tuum, sed quia deum credis. Minus est hoc, cùm sit ab iis qui se deos putant: sed licet illum aris; puluinariibus; & Flamine colas, non alio magis tamen deum facis & probas, quàm quod ipse talis es.] hæc Plinius, homini adulat; qui seipsum esse itidem deum existimaret: gloriæ enim eum fuisse cupidissimum, etiam Dio^b testa- ^{b Dio in Tra- iano.} tur. Ex quibus omnibus videas, qua morum integritate, qua vitæ innocentia Traianus præditus fuerit, qui in Christianos persecutionem commouit.

Refellemus, & pluribus suo loco inane illam opinionem, quæ apud aliquos rem ^{XVII.} haud diligentius perquirentes, fidem sibi conciliat, de Traiani anima sancti Gregorij Pa- pæ precibus ab inferis liberata, nec patiemur hac leuitate Christianæ religionis maie- statem amplius traduci, hominemque impurissimum dici inter sanctos in cælo vnà cum Deo in æternam beatitudinem coopratum, quem Iulianus^c Apostata nec sub ipsa Luna ^{c Iulian. Cef.} ^{TRAIANVM} ^{IN CAELVM} ^{RECEPTVM} ^{NEC ETHNI- CIVOLVNT.} concauitate in deorum conuiuium admitti voluit, nisi ab intemperanti eius animo prius custoditus fuisset, cui admodum timebatur, Ganymedes. Cùm Traianum, inquit, con- spicatus Silenus, quamuis submissa voce loqueretur, intelligi tamen volens, hæc verba protulit: Hoc tempore maximè summa cura & diligentia est adhibenda domino Ioui, quò illi custodiatur Ganymedes.] Patietur ne quis, in summum cælum Traianum esse receptum, quem nec quidem in infimum, nisi saluo Ganymede, placuit in conuiuium suorum deorum admitti? Sed de his aliàs.

Sed & aliæ insuper supererunt causæ, vt quantumlibet optimi viderentur Imperatores, tamen (vt sibi videbatur) iustis de causis in Christianos commouerentur. Nam cùm ex ^{XVIII.} ^{CHRISTIA-} ^{NI CVR A-} ^{IUSTIS AB-} ^{SERTIS} ^{PRINCIPI-} ^{BVS VEXATI.} Iudæis, qui omnium hominum contemptissimi ac nequissimi haberentur, eiusmodi se- cta videretur prodisse, planè erat eo nomine infamata. Rursum verò, quod iidem essent Romanorum ac aliarum omnium gentium numinum contemptores, ab omnibus pari- ter impij censebantur. Accedebat his etiam, quod vano in vulgus rumore sparso, Chri- stianos omnes magos esse, atque magicis artibus, admiranda quæ ederent, operari: licet in ceteris vita ipsorum ab omnibus innocentissima probaretur, tamen ex eo tantummodò quod Christiani essent, infamabantur. Vnde Tertullianus^d ex ipsorum verbis: Bonus vir ^{d Tertul. in Apolog. c. 3.} Caius Seius, sed malus tantùm quod Christianus. Item alius: Ego Lucium sapientem vi- rum repente factum Christianum defero.] nomen igitur tantum condemnationi fuisse subiectum, idem auctor pluribus monstrat. Sed hæc modò satis sit leuiter attigisse. Quo- modo autem hæreticorum scelera redundarent in Christianos fide moribusque sinceros, & aliorum facinoribus iidem innocentes periclitarentur, aliàs dicturi sumus, cùm de aliis calumniis, quibus ab iisdem assiduo exagitabantur, diffusius disseremus.

Eodem anno Abilius, tertius Episcopus Alexandrinus, cùm sedisset annos tredecim, ^{XIX.} ^{ABILIVS} ^{EPISCOPVS} ^{ALEXAN-} ^{DRINVS} ^{e Euseb. hist. lib. 3. c. 16. & in Chron.} ^{f Epiph. hæc. res. 4.} laudabiliter dignèque pastorali cura perfunctus, ex hac vita migravit: in cuius locum successus est Cerdo, qui sedit annos vndecim.] hæc Eusebius^e. Porro ne quis nominis eiusdem occasione errore labatur: quod ad Cerdonem pertinet Episcopum Alexandri- num, longè hic est diuersus ab illo Cerdone sordidarum hæresum inuentore, qui vixit sub Antonino Pio, nec Episcopus fuit, neque in Ægypto versatus aliquando, sed è Syria^f pro- gressus, Romam se contulit, vbi & sub Hygino conatus est ad sua peruersa dogmata pel- licere homines. sed de eo ageamus suo loco.

I.

Annus Christi centesimus primus consignatur in Consularibus Fastis C. Sosio Senecione, & A. Cornelio Palma Coss. Hic ille Sosius Senecio, ad quem Plutarchus sua inscripsit Symposiaca: Cornelius verò Palma, bello Arabico feliciter confecto, clarissimus redditus est. Laudatur à Plinio Traianus, quòd oblatum præsentis anni Consulatum accipere recusavit, sic dicente, cum aggreditur recensere res ab eo gestas anno secundo eius Imperij: Secundum Consulatum recepisti, quia Princeps & pater anserat. At postquam ad te Imperij summa, & cum omnium rerum, tum etiam tui potestatem dii tradiderint, tertium Consulatum recusasti, cum agere tam bonum Contulem posses.] & post alia: Contigit ergo priuatis aperire annum, Fastosque referare: & hoc quoque redditæ libertatis indicium fuit, quòd Consul alius quàm Cæsar esset.] Quo ipso anno idem Traianus in Urbem se contulit: cuius ingressum idem auctor pluribus narrat; additque ipsum candidatum interfuisse comitiis tertij Consulatus, quem auspicatus est anno sequenti. Romam igitur regressus (inquit Dio) multa in emendationem negotiorum publicorum, & beneficium bonorum, quos vehementer complexabatur, constituit. In puerorum alimenta in Italia dumtaxat multa largitus est.] sed hæc pluribus Plinius d.

^a Plin. in Pa-
egy.

TRAIANI
ADVENTVS
ROMAM.
^b Plin. ibid.

^c Dio in Tra-
iano.

^a Plin. in Pa-
neg.

II.

S. IOANNIS
APOSTOLI
ET EVAN-
GELISTAE
OBITVS.
^a Hieron. de
Script. Eccl.
in Ioan.
^b Euseb. in
Chron.
^c Apud Euse-
b. lib. 3. c. 25.
^d Tertul. lib.
de anim. c. 50

Hoc ipso anno, qui numeratur à passione Domini sexagesimus octauus, sanctus Ioannes Apostolus & Euangelista (vt auctor est Hieronymus) Ephesi moritur, & iuxta eandem urbem sepultus est. Ad hunc ipsum annum secundum Traiani Ioannem peruenisse, pariter testatur Eusebius ex Irenæo. Polycrates quoque, Theologorum antiquissimus, scribens ad Victorem Romanum Pontificem, hæc habet de eiusdem Ioannis obitu: His accedit Ioannes, qui supra pectus Domini recubuit: quiq; cum esset sacerdos, & ἑὸς λόγος gestaui: qui denique martyr & doctor fuit, & Ephesi etiam obdormiuit.] hæc ipse, quæ Eusebius recitat. magnum sanè testimonium eiusdem loci Episcopi sanctitate & doctrina celebris, quem haud potuerunt latuisse quæ de Ioannis exitu vera essent: cui meritò omnes de Ioannis obitu debeant auctultare, cum præsertim id ipsum Tertullianus h testatum expressè reliquerit, cum ait: Translatu est Enoch, & Elias, nec mors eorum reperta est, dilata scilicet: ceterum morituri reseruantur, vt Antichristum sanguine suo extinguant. Obiit & Ioannes, quem in aduentu Domini remansurum frustra fuerat spes.] hæc idcirco Tertullianus, quòd viuente adhuc Ioanne, multi sententiam Domini de eo dicentis ad Petrum, Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? quando & exiit sermo ille inter fratres, quòd discipulus ille non moritur.] in eum sensum acceperunt, vt putarent Ioannem vsque ad Domini aduentum fore superstitem: nec satis fuit, Ioannem eos illa suspitione liberasse, cum scripsit, dicens: Et non dixit Iesus, Non moritur.] significans nimirum, noluisse illis verbis, Sic eum volo manere donec veniam] vt non esset vsque ad illud tempus moriturus, intelligere.

III.

ERROR DE
IOANNIS
IMMORTALI-
TATE.

^a Apoc. 11.

^a Euseb. l. 3.
c. 33. & Hieron. de script. Eccl. in Ioan.

Semel igitur illapsus in discipulos Domini de immortalitate Ioannis error, licet ab ipso Ioanne videri potuisset esse omnino sublatus, sic tamen in nonnullos fuit postea propagatus, vt constanter etiam affirmarint, Ioannem adhuc viuere, eundemque venturum cum Enoch & Elia, secundi aduentus Domini præcursoribus. Porro qui primus opinionis huius reperitur assertor, habetur Hippolytus Portuensis, qui in breui illa translatione de mundi consummatione sic ait: Prior ipsius aduentus præcursorem habuit Ioannem Baptistam: posterior verò, quo venturus est in gloria, Enoch & Eliam, & Ioannem Theologum exhibebit.] An non hæc refelluntur satis ab ipso Ioanne, dum in Apocalypsi nonnisi duos fore Christi aduentus præcursores & testes aperte demonstrat? Quid ergo tertium addunt, eundemque volunt esse Ioannem, cum ipse duos tantum futuros affirmet? At verò Ioannem (sicut est fors omnium hominum) certo certius esse defunctum, non tantum quæ nuper sunt à nobis adducta significant, sed & aliorum antiquorum testimonia. Siquidem Eusebius dum agit de Papia & Ioanne presbytero: Dixerunt, inquit, duos eodem nomine nuncupatos in Asia fuisse Ioannes; duoque illorum, nempe Ioannis Apostoli, & Ioannis discipuli, dixerunt Ephesi esse

A esse sepulchra, & vtrumque ad hanc vsque ætatem Ioannis nomine appellari.] Si ergo Eusebij tempore, qui claruit sub Constantino Magno, duo illa Ephesi ostendebantur sepulchra, quis de morte poterit dubitare? Certè nonnisi mortuorum solent esse sepulchra. Meminit eiusdem quoque sepulchri Ioannis Euangelistæ Chrysostomus, dicitque illud, sicut aliorum Apostolorum, esse manifestum: qui & alibi de eodem ait, post mortem tamquam viuum, Ephesum curare. At non potuit hæc ipse ignorare, qui Ephesi versatus est: quippe qui illic præfuit Synodo septuaginta Episcoporum, in qua amotus est gradu Episcopus Ephesinus: idque hi qui res ab eo gestas sunt persecuti, testantur, Socrates, Sozomenus, Palladius, & alij. Ad illud ipsum quidem Ephesi manens sepulchrum Ioannis Euangelistæ allusisse visus est Cælestinus Romanus Pontifex illis litteris, quas dedit ad Concilium Ephesinum, dum ait, reliquias eiusdem Ioannis Ephesi in honore haberi. idem habet Synodica Orientalium Epheso missa ad Senatam Constantinopolitanum; quæ omnes intextæ habentur in Actis SS. Synodi Ephesinæ. Sed prætermittimus hæc de eadem veritate innumera panè recentiorum scriptorum testimonia, ac eorum præcipue, qui in ipsum Ioannem Euangelistam commentarios edidere, cum satis superque ex his historicæ veritati videatur esse consultum.

^a Chryf. hom. 26. in epist. ad Hebr. ^b Chryf. hom. in laud. 12. ^c Apoc. 1. ^d Socr. lib. 6. cap. 10. ^e Soz. l. 8. c. 6. ^f Pallad. in Dial. 5. ^g Meisophr. in vita eius. ^h Act. Ephes. Concil. edit. ⁱ Pel. tom. 2. c. 14. & 10. 3. cap. 6.

B

Ceterum qui eum adhuc viuere testati sunt, nec (quod patens esset) quæ dicta sunt de eius sepulchro negare possent, eò (dicam ne?) dementiae prouenerunt, vt dicerent, eundem intra sepulchrum illud adhuc viuere. Augustinus enim de his agens, hæc ait: Sed cui placet, adhuc resistat, & dicat & asserat Apostolum Ioannem viuere, atque in illo sepulchro eius, quod est apud Ephesum, dormire eum potius, quam mortuum iacere contendat. Assumat in argumentum, quòd illic terra sensim scateret, & quasi ebullire perhibetur: atque hoc eius anhelitu fieri, siue constanter, siue pertinaciter asseueret. Non enim possunt deesse qui credant, si non defunt qui etiam Moysem asserant viuere: quia scriptum est, eius sepulchrum non inueniri, & apparuit cum Domino in monte, vbi & Elias fuit, quem legimus non esse mortuum, sed raptum.] & post aliqua: Tradunt etiam, quòd in quibusdam scripturis, quamuis apocryphis, reperitur, quando sibi fieri iussit sepulchrum, incolorem fuisse præsentem, eoque effusio & diligentissimè præparato, ibi se tamquam in lectulo collocasse, statimque eum esse defunctum: vt autem isti putant, qui hæc verba Domini sic intelligunt, non defunctum, sed defuncto similem cubuisse; & cum mortuus putaretur, sepultum fuisse dormientem, & donec Christus veniat, sic manere, suamque vitam scaturigine pulueris indicare: qui puluis creditur, vt ab imo ad superficiem tumuli ascendat, flatu quiescentis impelli.]

C

Hæc de quorundam opinione recitans Augustinus, quidnam ipse de ea re senserit, ex eius verbis intelligamus. sic enim ait: Huic opinioni superuacaneum existimo reluctari. Viderint enim, qui hunc locum sciunt, vtrum hoc ibi faciat, vel pariat terra quod dicitur: quia & re vera non à leuibus hominibus id audiuius.] ac demum: Si autem (quod magis creditur) id eò S. Ioannes ait, non dixisse Dominum, Non moritur; ne illis verbis, quæ dixit, hoc voluisse intelligi putaretur; corpusque eius in sepulchro eius exanime sicut aliorum mortuorum iacet: restat, vt, si vere ibi sit quod sparsit fama de terra, quæ subinde ablata succrescit, aut id eò fiat, vt eò modo commendetur pretiosa mors eius, quoniam non eam commendat martyrium (non enim eum pro fide Christi persecutor occidit) aut propter aliquid aliud, quod nos later.] hæc de his Augustinus. Ex iis autem, qui eum re vera vita functum dixerunt, nonnulli adiecerunt, eiusdem corpus, resosso sepulchro, cum non fuisset inuentum, illud opinandi dedisse occasionem, quòd e mortuis resurrexerit, ac pariter sicut Dei genitrix in celum Ioannes assumptus fuerit. Porro rem gestam Nicephorus in hæc verba describit:

IV.
DE IOANNIS SEPULCHRO FABVLA.
^a Ang. in 100. tract. 124.

V.
QVOD CRE-
DITVM DE
IOANNIS
CORPORE.

D

E

OPINIO DE
ASSVMPTO
IOANNE IN
CAELVM.
^a Niceph. lib. 1. c. 42.

Cum enim dudum transitionem suam ad Deum, diemque & horam eius præuidisset, presbyteris ministrisque Ecclesiæ, & præterea quicumque essent flagranti fide fratribus assumptis, extra Ephesiorum urbem progreditur: & cum eis in vicinum quemdam tumulum, quò frequenter ire precationi operam daturus solebat, conscendit. Vbi vehementius orans, Ecclesiis Deo commendat: mox sarculis quibusdam & ligonibus celeriter sepulchrum sibi fodi præcipit: deinde eos qui tum aderant, arcans de Deo verbis, & præceptis optimis de fide, spe, & potissimum dilectione (quippe dilectus erat) erudit.] At quænam esse solerent eius argumenti verba Ioannis, Hieronymus h doctet his verbis: Beatus Ioannes Euangelista, cum Ephesi moraretur vsque ad vltimam se-

VI.

^a Hieron. in epist. ad Gal. lib. 3. c. 6.

nectutem, & vix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur, nec posset in plura A
vocem verba contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc: Filio-
li, alterutrum diligite. Tandem discipuli & fratres qui aderant, tædio affecti, quod ead-
dem semper audirent, dixerunt: Magister, quare semper hoc loqueris? Qui respondit di-
gnam Ioanne sententiam: Quia præceptum Domini est; & si solum fiat, sufficit.] hæc
Hieronymus. Sed ad Nicephorum redeamus:

VII. Post hæc, corda eorum confirmans, Salvatori verbo commendat: postremoque il-
lis in Domino saluere & valere iussis, vbi se crucis signo communisset, in monumentum
descendit: operculumque ei imponere, & id firmius communire, denique reuerti eos
postea, sepulchrum aperire, diligenterque prospicere mandat. Hoc modo cum ille, vt
vestibus sepulchralibus amictus erat, in fossam descendisset, seque ad obitum compo-
sisset; statim eo, qui iustis debetur, capitur somno: cum quidem ad vltimam senectu- B
tem, post passionem Salvatoris Christi sexagesimo octauo anno, peruenisset. Et Ioannes
quidem ita diem suum obiit. Dei autem ineffabilis & inuestigabilis gloria, ea quam ipse
solus nouit hora illucescens, corpus eius terrenum & corruptibile in immortale & incor-
ruptibile (ô miraculum ingens!) transmutauit, & in diuinum paradysum itidem, vt
omnibus laudibus celebrandam Dei genitricem, quæ per gratiam mater eius fuit, rece-
pit. Decebat quippe, & ipsum qui matris loco incorruptam semperque Virginem ha-
buisset, & dilectus in primis mirificè Christo fuisset, fraterque aded immortalitatis prom-
ptuarij exstitisset, paulatim quodam modo immortalitatis participem fieri. Porro die se-
quenti, quibus id commissum fuerat, ita vt præceptum acceperant, ad monumentum
uenerunt; operculoque auulso, nihil ibi aliud, quam sepulchralia linæa, repererunt.]
hucusque Nicephorus.

VIII. Cum verò illud de Ioanne testatum habeatur, hoc ipso tempore, anno nimirum sexa-
gesimo octauo à passione Christi, ex hac vita migrasse: quotnam annos tunc natus esset,
antiquiorum neminem inuenimus affirmare. Beda^a autem (quod vnde acceperit, mini-
mè tradit) obiisse diem ait annum agentem nonagesimum octauum: post ipsum Vsuar-
dus^b ponit nonagesimum nonum. Sed hæc quidem maiores latuisse, certum est; ac proin-
de, qui hæc scripsere, coniectura aliqua sibi probata dixisse potius, quam certa aliqua an-
tiquorum assertione firmasse: quod nimirum (vt nuper dictum est) Hieronymi testimo-
nio constaret, ad vltimam peruenisse senectutem. Ceterum quomodo præscriptum an-
norum numerum ex Hieronymi verbis existimant colligendum; si idem ipse Hierony-
mus^c agens contra Iovinianum, affirmat Ioannem penè puerum esse electum à Domi-
no: cum alioqui, si dixerimus eum peruenisse ad dictum ætatis suæ annum nonagesimum-
octauum, oportuerit eum tempore, quo vocatus est, fuisse natum annos vigintiseptem, D
tempore verò Christi passionis tricenarium fuisse: quibus si addas sexaginta octo annos,
quibus vixisse constat post Dominicam passionem, impletur dictus à Beda notatus Ioan-
nis ætatis numerus annorum nonaginta octo. Quamobrem ipsum à Hieronymo dissen-
tire certum est, cuius hæc sunt verba: Sed cur, inquit, non Ioannes electus est virgo, pri-
mus Apostolorum? Ætati delatum est: quia Petrus senior erat: ne adhuc adolecens, &
penè puer, progressæ ætatis hominibus præferretur.] & paulò inferius: Vt autem sciamus
Ioannem tunc fuisse puerum, manifestissimè docent Ecclesiasticæ historiæ, quod vsque
ad Traiani vixerit Imperium, id est, post passionem Domini sexagesimo octauo anno dor-
mierit.] hæc ipse, à Beda (vt apparet) opinione dissentiens. Certè quidem antiquorum
omnium assertione, & Ecclesiæ traditione eum à Domino adolescentem fuisse electum, E
certissimum est: quod & expriment antiquiores musuo opere expressæ eiusdem Ioannis
imagines, ex quibus non leue Ioannis ætatis deducitur argumentum: nam antiquiores
Christianos, qui præsertim ex Gentibus credidissent, Christi, & Apostolorum, vel aliorum
à quibus ingens aliquod beneficium consecuti essent, consueuissent honoris causa ima-
gines coloribus expressas apud se retinere, testatur Eusebius^d.

IX. Ceterum eum non adolescentulum putamus à Domino electum fuisse, vt pueritiæ
confinis esset: sed (quod assequimur coniectura) à Domino vocatum esse annum agen-
tem vigesimum secundum, ac tribus fermè mansisse cum Domino, sicque tempore pas-
sionis eius natum annos viginti quinque initiatum fuisse sacerdotio: nam ab ea ætate, di-
uina lege^e Leuitis concessum erat, ministrare in tabernaculo foederis, secundum editio-
nem Septuaginta, quæ (vt sæpè diximus) hoc tempore penes Hebræos erat frequentiori
vlt

VIII.
ÆTAS
IOANNIS.
^a Beda de sex
ætat.
^b Vsuar. Mar-
tyrol. dit. 27.
Decemb.

^c Hier. in Io-
uinian. lib. 1.

^d Euseb. hist.
lib. 7. c. 14.

IOANNIS
SACERDO-
TIVM.

^e Num. 8.

A vsu recepta: secundum verò Hebraicam, triginta annorum numerum fuisse præscriptum
Hieronymus^a tradit. Verum secundum Septuaginta interpretes, Hebræos iis tempori-
bus admittere solitos ex præscripto legis ætatem annorum viginti quinque ad functionem
Leuiticam, tradit Philo in eo libro, cuius est titulus, De eo quod deterius potiori infi-
diari soleat. Certè quidem ex legali instituto tum Dominum, tum etiam Apostolos multa
esse mutuos, sæpè superius dictum est. Non ergo ætate minorem fuisse Ioannem,
cum tempore nouissimæ cœnæ sacerdotio initiatus est, nec maiorem, adductæ à nobis
rationes facillè persuadent. Ex his igitur omnibus, secundum initam à nobis de ætate
Ioannis rationem, dicendum esset, eum annos natum nonagintatres ex hac vita mi-
grasse. Huic nostræ sententiæ Epiphanius^b fauisse videtur, dum ait, Ioannem scripsisse
Euangelium post annos nonaginta vitæ suæ, cum Ephesum reuersus est: quod contigit
triennio ante obitum. Sic itaque cum sit apud omnes pariter in confesso, Ioannem
hoc anno secundo Traiani Imperij esse mortuum, impossibile esse patet vt ad annum
nonagesimum octauum perueniret, neque, quod Cedrenus^c ait, diem obierit annos na-
tus sex supra centesimum.

At verò sic vita functus est, sed non quidem martyrio, vt aliqui existimarunt, quod
dixisset Dominus: Calicem meum bibetis.] non enim voluit dicere (vt interpretatus
est S. Ioannes Chrysostromus^d) Martyrij corona potiemini, & violenta morte, sicut &
ego, à vita decederis. Nam & calicem bibisse dicitur, quod Romæ in dolum feruentis
olei (vt suo loco dictum est) vt moreretur, immixtus est: consummassetque semel cœ-
lestium martyrium, nisi aliud de eo statuisset diuinum consilium. quamobrem à maiori-
bus martyr est etiam appellatus: sic enim eum nominat Polycrates^e Ephesiorum Episco-
pus, cuius sententiæ superius recitatæ hæc sunt verba: Ioannes, qui supra pectus Domini
in cœna recubuit: qui, cum esset sacerdos, πένταλον gestauit: qui denique martyr & do-
ctor fuit, Ephesi etiam obdormiuit.] Vltimus omnium Apostolorum ad annum hunc
vsque Ioannes mansit in vita ceteris iam antè diuersis in locis martyrio vita functis. Hinc
est quod Epiphanius^f ait: Præterit generatio Apostolorum, à Petro inquam, vsque ad
Paulum, & Ioannem, qui etiam diu fuit in mundo, vsque ad Traiani tempora.] Discipu-
lorum autem Domini aliqui visi sunt remansisse superstitibus, vt inter alios Simeon Ieroso-
lymorum Episcopus, de quo suo loco dicturi sumus.

Ioanne igitur in hunc modum morte sublato, Onesimus Pauli discipulus eiusdem lo-
ci factus Episcopus, his Traiani temporibus eandem curauit Ecclesiam, prout Ignatius^g,
qui sub eodem Imperatore glorioso martyrio vita functus est, ad ipsos Ephesios scribens
affirmat, cum ait: Excepi numerosam vestram multitudinem in Onesimo, viro num-
quam satis ob charitatem prædicando, vestro autem Episcopo.] & inferius: Onesimus
supra modum laudat vestrum decentem compositumque ordinem, quodque omnes
secundum veritatem viuatis, & quod inter vos nullus sit hæresi locus, sed nec audiatur no-
men illius.] hæc & alia huiusmodi Ignatius de laudibus Ecclesiæ Ephesinæ, de qua super-
ius pluribus actum est: florentissimæ sanè; quam Paulus, Ioannes, atque olim Timo-
theus vitæ sanctitate atque doctrina pariter illustrassent: quod non prætermisit ad laudem
eorum idem Ignatius, eadem ad eos scripta epistola, his potissimum verbis: Faxit Deus vt
assequetur vt inueniar in sortem Ephesiorum Christianorum, qui & cum Apostolis in vir-
tute Iesu Christi semper conuersati sunt, cum Paulo, & Ioanne, & fidelissimo Timo-
theo.] hæc ipse, qui & eadem epistola complures memorat Ephesios nobiliores inter ce-
teros Christianos, haud dubium Ioannis, Timothei, atque Pauli discipulos: meminit &
de Polycarpo eiusdem Ioannis alumno. At de Ioanne satis, qui nouissimus omnium
Apostolorum (vt dictum est) diem obiisse creditur.

IESV CHRISTI
ANNVS
102.

CLEM. PAP.
ANNVS
10.

TRAIANI IMP.
ANNVS
3.

ANNO Redemptoris nostri centesimo secundo, adscribitur Fastis tertius Traiani
Consulatus, in quo habuit collegam Frontonem & ipsum tertio Consularem: memi-
nitque eiusdem Consulatus Martialis^h in epigrammate, quo pro ipso precatur numina:
sed

^a Hieron. in
Zerh. lib. 3.
c. 11.

^b Epiph. ha-
ref. 51.

^c Cedren. in
Compend.

X.
IOANNES
QUOMODO
MARTYR.
^d Chrysostr. in
Mat. ho. 66.

^e Apud Eu-
seb. hist. li. 3.
cap. 25.

^f Epiph. ha-
ref. 66.

XI.
ONESIMVS
EPISCOPVS
EPHESINVS
^g Ign. ep. 14.

^h Martial.
lib. II.

sed pluribus Plinius^a, vt cum de Traiano ait: Recepit tertium Consulatam, vt daret: A nouerat moderationem hominum, nouerat pudorem, qui non sustinerent tertio Consul- esse nisi cum ter Consule.] Quo anno, nono Kalend. Decembris, sanctus Clemens Romanus Pontifex in Cherfonelo, quod fuerat relegatus, martyrio coronatur, cum sedisset annis nouem, mensibus sex, & diebus totidem, numerando ab vltima die vacationis sedis Cleti. Quod autem ad tempus spectat, non tantum citatus sapienter liber de Romanis Pontificibus, sed & Eusebius^b atque Hieronymus^c æque affirmant obiisse diem tertio anno Traiani. Ait enim Hieronymus de ipso agens: Obiit tertio Traiani anno, & nominis eius memoriam vsque hodie Romæ extructa custodit ecclesia.

Quod verò pertinet ad eius martyrium, & admiranda quædam ab eo gesta in Cherfonelo trans Pontum; tam apud Latinos quàm Græcos verus extat historia, quam fusiùs descriptam Græcè habes in Epitome Recognitionum eiusdem Clementis, ibique ab antiquo scriptore positam appendicem, à Peronio Latinitate donatam. Eamdem quoque Metaphrastes^d ex antiquioribus monumentis vnà cum ceteris ab se descriptis Vitis Sanctorum edidit: & ne quis existimet eam esse recens inuentam, habes eius historiam assertorem Gregorium Turonensem^e, qui ante mille propemodum annos ex ea scribebat. Quod verò Traianus hominem, quem in aded remotas Orbis partes relegasset, iterum vexaret; non nisi illa causa præcessit, quod Clemens (vt citata nuper de eius martyrio Acta testantur) cum virtute præclarissimi miraculi ibi editi, tum etiam Euangelica prædicatione, omnem ferè illam prouinciam ad Christi religionem perduxit, quorum opera & Gentilium deorum sunt simulacra contracta, & septuaginta diuersis in locis ecclesiarum excitata: non enim potuerunt hæc latere Traianum. Quid autem egerit, cum illa accepisset, eadem Acta his verbis significant:

Cum ergo odiosa narratio peruenit ad Traianum Imperatorem, quod illic ad innumerabilem multitudinem auctus esset populus Christianorum, missus ab eo fuit Præfex Aufidianus, qui plurimos Christianos diuersis tormentis sustulit. Videntque omnes ad martyrium cum gaudio accedentes, cessit multitudini, solum autem sanctum Clementem cogens sacrificare. Sed videns eum tam esse firmum ac stabilem in Domino, & nolle omnino à sua dinoueri sententia, dicit liætoribus: Accipite eum, & ducite in medium maris, & proiците in profundum, ne possint Christiani tollere eius corpus, & pro deo eum colere. Cum ergo factum esset, vniuersa multitudo Christianorum adstans fiebat in littore. Post hæc autem dixerunt Cornelius & Phœbus eius discipuli: Omnes oremus vnanimis, vt ostendat nobis Dominus martyris sui reliquias. Orante autem populo, retrocessit mare in sinum suum ad tria ferè milliaria: per siccum autem egressi populi, inuenerunt in figura templi marmorei paratum à Deo habitaculum, & illic situm corpus sancti Clementis, & anchoram, cum qua fuit proiectus, prope ipsum iacentem. Reuelatum verò fuit eius discipulis, ne reliquias è loco tollerent: quibus etiam hoc fuit responsum, quod singulis annis in die suæ decertationis cessurum sit mare venientibus, septem dies siccum eis iter præbens.] hæc & alia multa de miraculis illic edi solitis: sed habetur illud celeberrimum, quod oratione eiusdem loci Episcopi S. Ephræm martyris est memoriam perpetuam commendatum.

Narrant eadem quoque ex Græcis Nicephorus, ac Latini pariter: quæ quidem omnia in passione Clementis antiquitus in Ecclesia legi solita, æque fuisse descripta, idem qui supra Gregorius Turonensis testatur, sic dicens: Clemens martyr (vt in Passione eius legitur) anchora collo suspensa, in mare præcipitatus est. Nunc autem in die solemnitatis eius recedit mare per tria milliaria, siccumque gradientibus iter præbet, quo ad sepulchrum martyris peruenitur: ibique vota reddentes, orantes populi ingrediuntur ad litus.] Pergit narrare illud insigne miraculum de puero illic incuria parentum relicto, ac post annum viuo ibidem inuento: cui veritati (vt apparet) cum tam Latini quàm Græci pariter adstipulentur, eademque ex scriptione antiquissima noscantur accepta, de his dubitandi nullus videtur locus esse iure relicto, nisi illis tantummodo, qui cælum palmo metiri contendunt, illis inquam, qui admiranda Dei opera humanæ audent infirmitati subiicere. Quoniam autem tempore inde corpus sancti Clementis translatum sit Romam, suo tempore dicturi sumus: De loco autem Clementis exilij atque mortis; quod ab alijs in Cherfonelo Lyciæ, vel (vt habet liber de Romanis Pontificibus) in Græcia habetur esse sepultus; consule à nobis notata in Romano Martyrologio.

Quod

^a Plin. in Pa-
negy.

CLEMENTIS
PAPAE MAR-
TYRIUM.

^b Euseb. hist.
lib. 3. cap. 28.
^c Hieron. de
Script. Eccl.
in Clemente.

II.
DE ACTIS
MARTYRII
S. CLEMEN-
TIS.

^d Metaphr.
die 23. Nou.

^e Greg. Tu-
ron. de glor.
mari. c. 35.
cap. 36.

SEPUL-
CHRUM
CLEMEN-
TIS.

IV.
MIRACV-
LVM IN-
GENS.

^f Rom. Mar-
tyrol. die 23.
Nouemb.

A Quod verò ad ceteras à Clemente res gestas pertinet, hæc in eodem libro de Romanis Pontificibus scripta leguntur: Hic fecit ordinationes per mensẽ Decembrem: creauitque presbyteros decem, diaconos duos, & Episcopos per diuersa loca vndecim.] At quod spectat ad ea quæ ab eodem esse scripta feruntur: Scripsit (inquit S. Hieronymus^a) ex persona Romanæ Ecclesiæ ad Ecclesiam Corinthiorum valde vtilem epistolam, quæ & in nonnullis locis etiam publicè legitur.] sed de ea satis tomo primo actum est. Deinde subdit: Fertur & secunda eius nomine epistola, quæ à veteribus reprobatur; & disputatio Petri & Apionis, longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio historia Ecclesiasticæ volumine coarguit.] hæc Hieronymus; qui agens contra Iouinianum^b, alias plures ab eodem Clemente affirmat scriptas esse epistolas, eandemque de virginitate ferentis Encyclicis (sic enim eas appellat, quod omnibus Ecclesiis communes essent, & per manus traditæ singulis, vniuersum Christianum orbem circumirent) virginitatem egregiè prædicasse: quæ cum suo tempore extarent integræ, in sanctis (vt ait) Ecclesiis legabantur. At de his iterum superiùs, cum de oborto schismate Corinthiorum, Domitiani tempore actum est, opportunè meminimus.

Cum igitur tam Hieronymi, quàm etiam Epiphaniij, qui eas probè norunt, testimonio, cuiusnam argumenti fuerint epistolæ à Clemente conscriptæ, satis superque exploratum habeatur; diuersi planè generis esse eas quæ Clementis nomine editæ habentur, nemo non videt, cum in illis nulla sit de virginitate instituta narratio: quamobrem illas ab Epiphanio atque Hieronymo citatas, magno Ecclesiæ damno periisse, dolendum est. Sed & mirandum, quomodo accidisse potuerit, vt Encyclicæ illæ per totius Orbis Ecclesias circumlatæ ac circumlectæ epistolæ, quarum complura exscripta essent exemplaria, omnino perierint; & quæ ad certas personas missæ essent, manserint integræ & illibatæ: duæ nimirum illæ, quæ ad Iacobum datæ habentur, & quæ ad Iulium & Iulianum est scripta, ac demum quarta ad Ierosolymitanos missa: quæ autem reliqua est ad omnes Episcopos inscripta, æque Encyclicæ dici potest, non tamen ex illis, in quibus de virginitate intertexta tractatio erat. Sed quod duæ ex iis à Rufino Aquileiensi translata dicantur, valde dubito: nam Gennadius de Rufino agens^d, in cunctis à se è Græco editis versionibus præfationem præponere consueuisse testatur: adeo vt quæ sine prologo reperiuntur esse translata, non Rufini, sed alterius esse opus, affirmet. Cuius autem fidei sint ac firmitatis quinque illæ, quæ eiusdem Clementis titulo notatæ habentur, in his non laboro: tu consule quæ tum ab alijs, tum verò à Francisco Turriano^e locupletius sunt disputata: factis nobis visum, rem his paucis egisse.

Sed mirati sumus, Ecclesiæ hostes omnem admouisse arietem, atque aded laborasse, vt primas illas decretales epistolas Romanorum Pontificum fide minuerent, atque irritas prorsus redderent, perinde ac si his fundamentis tota Ecclesiæ ædificatio inniteretur, quibus conuulsis, esset protinus collapsura. Absit vt Dei Ecclesia, columna & firmamentum veritatis, tanta veritatis testandæ labore inopia, vt si ex illis petita probationes deessent, causa caderet: cum tam in his quæ spectant ad sincera dogmata statuenda, quàm in iis quæ pertinent ad rectam disciplinam Ecclesiasticam declarandam, referta habeat locupletissima promptuaria probatissimæ veritatis, cuius nulla prorsus possit vnquam de impostura esse suspicio. Quamobrem consultò quidem, cum agendum est nobis cum iis de Ecclesiasticis controuersijs, ab earundem epistolarum citatione interdum abstinemus, ne vnus his armis indigere credamur, quorum acies ipsorum obiectionibus retusa videri possit: cum ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis (quod habet Psalmus^f) ex sanctæ Ecclesiæ armamentario validiora arma suppetant ac fortiora. Ipsa namque est turris^g Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium; vbi inter alia arma gladius ille (eiusdem Dauid sententia^h) est immatur validior, quo aliquando vsus esset etiam hostis. Sed ad scripta Clementis redeamus: quæ si nos diutiùs detinebunt, lector ignoscat.

Multi quidem nomine Clementis scripta fuisse supposita, nemo iure poterit dubitare. Nam eius titulo insignita ferebatur disputatio, longo (vt ait S. Hieronymusⁱ) sermone conscripta, quam Eusebius in tertio historia Ecclesiasticæ volumine coarguit. sunt enim hæc eius^k verba: Iam verò quidam alia item opera, verbosa illa quidem & proluxa, heri propè & nudius tertius, perinde quasi illius essent, introduxerunt: quæ quidem disputatio-

Annal. Eccl. Tom. 2.

B tatio-

V.
SCRIPTA
CLEMENTIS
^a Hieron. de
Scrip. Eccl. in
Clemente.

^b Hier. contra
Iouinian. l. 1.

^c Epiph. ha-
ref. 30.

VI.
DE CLEMEN-
TIS PAPAE
EPISTOLIS.

^d Gennadius
de vir. illustr.
cap. 17.

^e Turrianus
aduer. ad ag-
delur. lib. 2.
VII.

NON INNI-
TENDVM
APOCRV-
PHIS.

^f Psal. 149.
^g Cantic. 4.
^h 1. Reg. 21.

VIII.
ⁱ Hieron. de
Scrip. Eccl. in
Clemente.
^k Euseb. hist.
lib. 3. c. 32.

NOMINE CLEMENTIS SCRIPTA.

tationes Petri & Apionis continent, quorum apud veteres nulla omnino fit mentio: nam puram illam & sinceram Apostolicam Orthodoxamque doctrinam notam minimè retinent.] hæc Eusebius. Porro eius fingendi operis inde suppeditatum videri poterat argumentum, quod Apio Alexandrinus eodem planè tempore quo Philo (vt vidimus) legatus pro Alexandrinis Romam se contulit, ac sicut Philoni tunc Petrus innotuit, quo & familiarissimè vsus est, ita etiam eius aduersario Apioni notus fuerit: & quem constaret Iudæorum fuisse infensissimum hostem, quos scripto commentario maledictis impetisset, & contumeliis adspersisset, cum Petro etiam Iudæorum omnium spectatissimo fingeretur certamen iniisse. Nisi potius dicere velimus, de alio Apione ea fuisse conficta, illo nimirum Plitonicensi, diuerso ab illo Alexandrino, de quo superius prolixius actum est: illum nempe socium fuisse Simonis magi, & altercatum esse cum Petro, in libro decimo Recognitionum Clementis habetur expressum. Sed missa istæc faciamus.

IX.

DE CONSTITUTIONIBUS CLEMENTIS. Athanasius in Synopsi ex nona epist. res 45. c. 70. Athanasius in Synopsi. res 70.

Ab eodem Clemente scriptæ traduntur Constitutiones Apostolorum, quas non ignorauit antiquitas: nam S. Athanasius eas Doctrinam Apostolorum Clementinam appellat, ea nimirum ex causa, quod sit operis eius exordium: Audite doctrinam sacrâ, &c.] Agnouit eas S. Epiphanius: vsi sunt iisdem, qui his antiquiores atque recentiores in Ecclesia claruerunt celebres scriptores Ecclesiastici, quorum seriem, qui pro eodem commentario scripserunt apologias, texuerunt, sed ita tamen, vt à nemine inter libros canonicos sint receptæ, sed inter apocrypha ab omnibus adnumeratæ. In illorum sanè classem adleguntur ab Athanasio & aliis, sed non sic quidem (quod de multis accidit) vt penitus improbentur: nam quæ de iis esset Patrum sententia, Epiphanius declarat his verbis, cum aduersus Audianos agit: Ceterum ad hoc afferunt falsò iidem Audiani Apostolorum Constitutionem (eo enim nomine commentarium ipsum appellat) quæ apud multos in ambiguo est, sed non reprobata. Omnis enim regularis ordo in ipsa habetur, & nihil à fide adulteratum, neque à confessione, neque ab Ecclesiastica gubernatione & regula. At verò dictum à quo accipiunt de Paschate, prædicti malè interpretantur, & per ignorantiam aliter intelligunt, &c.] hæc ipse. Verùm sicut aliqua, quæ in eis sunt, hæretici sunt perperam interpretati, ita etiam ab iisdem multa fuisse corrupta, canonè nomine Sextæ Synodi testari videtur. Aliqui insuper in eas ex Græcorum fontibus effluxisse, mihi facile persuadeo, vt quod de ieiunio sabbati penitus interdicto in ipsis habetur expressum. Sanè quidem haud alia scripta esse à Clemente Romano Pontifice, quam quæ Romanæ Ecclesiæ Petrus & Paulus Apostolorum principes tradidissent, aut eandem Ecclesiam aliam accepisse traditionem ab ea, quam ex Apostolica institutione eorum Pontifex confirmasset, par est existimare. At de ieiunio sabbati, primo Annalium Tomo est fusiùs disputatum.

X.

Photius in Clemente. Conc. Rom. de lib. apocryphorum de canonibus Apostolorum.

Cassiodorus de diuinis libris. cap. 23. Sixtus Biblioth. lib. 2. Cassiodorus ubi sup. cap. 23.

Rursum verò post octauum librum Apostolicarum Constitutionum, ab eodem Clemente appendicem esse additam titulo, *ἡ ἐκκλησιαστικὴ*, de compositione rerum Ecclesiasticarum canones, Photius tradit: sicque quod in codice Constitutionum Apostolicarum, quæ à Clemente dicerentur conscriptæ, iidem Apostolici canones essent appositæ, ab eodem auctore illos esse editos nonnulli existimant, cum alioqui complures codices absque Clementis titulo illos habeant. Inde fortasse accidit, vt absque Clementis nomine, Gelasij censura liber canonum Apostolorum adnumeretur inter apocrypha. At licet in Græcis codicibus, eo modo quo diximus, titulis Clementis esset inscriptus, tamen quod certa ratio ac perspicua demonstratio afferri non posset, eos ab ipsis Apostolis esse statutos, Dionysius Exiguus, summæ suorum temporum æstimationis vir, vt qui à doctissimo viro Cassiodoro mirificè prædicetur, cum è Græco eos in Latinum verteret, rogatus non à Stephano Papa (vt opinatus est Sixtus) sed (vt habet Cassiodorus) à Stephano Episcopo Salonitano, eiusmodi operi præposuit inscriptionem: Incipiant Ecclesiasticæ regulæ sanctorum Apostolorum, prolata per Clementem Ecclesiæ Romanæ Pontificem: quæ ex Græcis exemplaribus in ordine primo ponuntur: quibus quamplurimi quidem consensum non præbuere facilem; & tamen postea quædam constituta Pontificum ex ipsis canonibus assumpta videntur.] hæc Dionysius apud Cresconianam Collectionem. habet eadem verba idem auctor in ipsa epistola ad eundem Stephanum Episcopum Salonitanum scripta, quam editioni ipsorum canonum Apostolicorum præfixit: quæ hic descripsisse volumus, ne quis adeò miretur, si Gelasius, qui eadem fermè vixit ætate, eundem commentarium notet apocryphum: siquidem

dem si in omnibus certum exploratumque esset, ea ipsa omnia ab Apostolis fuisse statuta, planè inter hagiographa, interque ipsos canonicos diuinæ Scripturæ libros recensenda fuissent: quod inconsulte nimis fecisse reprehenditur Damascenus, dum recensendo libros canonicos, post librum Apocalypsis mox subdit: Canones denique sanctorum Apostolorum per Clementem concinnati.]

Quod ergo inter canonicos libros non sunt adnumerati, ea ex parte, quod auctoritate careant ab Apostolis esse omnino sanctos, apocryphi dici meruerunt: qua etiam ratione S. Athanasius eiusdem Clementis scripta inter apocrypha illa connumerat, quæ ab antiquo Scripturarum canone essent aliena, postea verò recepta, vt Esther, Iudith, Tobitæ, & aliorum. Sic igitur ea ratione, quod cum Apostolorum nomine censerentur, non essent in canone librorum noui Testamenti, merito sunt apocryphorum censura signati: quod verò à sanctis Patribus priuatim, & à sacris Synodis publicè sunt recepti, merito authenticici dici debent. Qua habita consideratione, Isidorus (non ille sanctus Episcopus Hispalensis, vt multi, nomine decepti, sunt opinati, sed ille dictus cognomento Mercator, vt suo loco dicemus) in præfatione suæ Collectionis hæc habet: Denique propter eorum auctoritatem ceteris Conciliis præposuimus canones qui dicuntur Apostolorum (licet à quibusdam apocryphi dicantur) quoniam plures eos recipiunt, & sancti Patres eorum sententias Synodali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas posuere constitutiones.] hæc Isidorus, quæ descriptissimum ex vetustissimo codice, nulli quidem (audacter dico) antiquitate secundo, quem penes nos habemus in nostra bibliotheca: quam esse veram germanamque lectionem, atque illi præstare, quæ in Hispano codice habetur scripta, & à Gratiano descripta, quisque poterit facillè iudicare. Nam quid est, quod habetur: Nec sancti Patres illis assensum præbuere, pro eo quod ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur?] Vnde ista manifesta probatio, quod ab hæreticis traditi fuerint? Quis vniquam talia reperitur dixisse? Et quæ conuentio lucis ad tenebras, cum nihil in illis quinquaginta, nisi quod Catholicam Apostolicamque doctrinam, & sanctissimam morum disciplinam redoleat, sit inuenire? Et quomodo rursus non mendacissimè dictum est, sanctos Patres non esse illis assensos, cum vix sit reperiri Catholicum scriptorem Ecclesiasticum, vel sacrum conuentum Episcoporum, penes quem aliquis ex canonibus illis non inueniatur pari consensione probatus? Explora igitur falsa Isidori lectione, illa prorsus verior atque probator esse cognoscitur, quam idem Gratianus paulò inferius ex legitimo atque germano textu reddidit.

At licet ea ex parte, qua diximus, iidem canones censentur apocryphi, quod sit incertum ab ipsis Apostolis esse conscriptos (neque enim qui pro illis fortissimam scripsit defensionem Franciscus Turrianus hoc contendit, quod ab Apostolis scripti fuerint, sed sine scripto traditos, à Clemente scriptorum memoria consignatos) tamen quod nonnisi ex traditione Apostolica eos mansisse sanctissimi Patres exploratum haberent; ea de causa in primis factum est, vt, qui omnium disertissimi habentur Romani Pontifices, Innocentius, Leo, Gelasius, atque Gregorius, sic ex illis videantur petiisse auctoritatem, vt tamen Apostolorum nomine speciatim citare canones temperauerint, vt ex locis ab eodem auctore collectis, quos breuitatis causa prætermittimus recensere, facillè potest intelligi. quod & nos in Gregorio demonstramus, qui, scribens ad Romanum defensionem, dum admonet ne permittatur Episcopus cum mulieribus habitare, hæc habet in fine: Hoc tantummodò adiecto, vt (sicut canonica decreuit auctoritas) vxores, quas

castè debent regere, non relinquunt.] Quæ quidem ex Apostolico canone citata esse, nulli potest esse dubium, dum & summam illius canonis à Dionysio, qui eos in Latinum vertit, eidem præfixam, Gregorius recitauit. Est autem huiusmodi in Collectione Cresconiana, vbi singula à Dionysio posita verba descripta habentur: Vt Episcopus aut Presbyter vxorem suam, quam debet castè regere, non relinquat.] sequitur ibi canon sextus: Episcopus aut presbyter, &c.] Eadem quoque ratione vetera sacra Concilia, sine cecumenica, siue prouincialia, quorum catalogum idem qui supra auctor suo intexuit commentario; cum eisdem Apostolicis canones citare, recensere, vel restituere, vel quoquo modo commemorare oportuit; potius ipsorum sententiam, quam verba, & generatim antiquitatis nomine, quam speciali atestatione canonum Apostolorum, descripserunt. At quid hoc, nisi (quod dictum est) nomen incertum, & ob id apocryphum, veritas autem & firmitas rei esset in omnibus explorata? Sanè quidem quidquid ex vene-

Damasc. de lib. orthod. lib. 4. c. 18.

X I.

Athanasius nona epist. sup. in Synop. CANONES APOSTOLORUM QVOMODO RECIPERENTUR.

Dist. 16. c. 1.

Dist. 16. c. 4.

X I I.

Turrian. aduer. Magdeburg. lib. 1. cap. 2.

CANONES APOSTOLICI QVOMODO RECIPERENTUR.

Idem eodem lib. 1. c. 23. Greg. lib. 7. epist. 39.

Turrian. aduer. Magdeburg. lib. 1. cap. 12. c. 13. 14.

CHRISTI
102.CLEM. PAP.
10.TRAIANI IMP.
3.

randam antiquitate in sancta Dei Ecclesia ad posteros dimanavit, id non aliunde fluxisse quam ex fontibus Apostolicis, Patres omnes, quorum summa fuit in Ecclesia cum sanctitate coniuncta eruditio, sæpius testati sunt; quorum sententias, cum de traditionibus Apostolicis egimus, superius recitauimus: ut non sit opus, in re tam solida firmaque, & certissime probata, diutius immorari.

XIII. Sed cum qui à Gelasio inter apocrypha recensiti sint canones Apostolici, à quibusdam verò qui post aliqua sæcula vixere, Romanis Pontificibus probati videantur, & Concilij œcumenici testimonio rati firmique habeantur: quo modo id accipiendum sit, operæpretium est intelligere. Est igitur Leonis Papæ Quarti epistola^a ad Episcopos Britanniarum, in qua hæc inter alia leguntur: Quibus autem in omnibus Ecclesiasticis utimur iudiciis, sunt canones Apostolorum, aliter, qui dicuntur Apostolorum Romanorum, Nicænorum, Ancyranorum, &c. Testatur & Rhemenis^b Episcopus, sanctam Romanam Ecclesiam Apostolicos canones custodire; eosdemque custodiendos esse, per Hadrianum Papam mandasse. Verum quod ad Hadrianum spectat, nihil huiusmodi ab eo statutum reperitur: sed auctor respectum habuisse videtur, quasi idem Pontifex receperit Sextam Synodum, ac eius canones; in cuius canone secundo de octogintaquinque Apostolorum canonibus recipiendis est constitutio promulgata: extat enim

^a Diff. 16. c. 5. epistola Hadriani ad Tharasium, ex qua fragmentum male citatur à Gratiano^c: non enim, ut ponit, dixerat Hadrianus: Sextam Synodum^d sanctam recipio cum omnibus canonibus suis. sed ut habet germana versio Anastasij, in hunc modum, secundum ea quæ proposita fuerant à Tharasio: Quare easdem sanctas sex Synodos suscipio cum omnibus regulis, quæ iure ac diuinitus ab ipsis sunt promulgatæ. sed de canonibus Sextæ Synodi suo loco fusiùs agendum est: longiorem namque ea res exposcit indaginem. Sanè hæc & alia, quæ de auctoritate canonum Apostolorum à recentioribus nonnullis scripta habentur, non sunt huiusmodi, ut his quæ à Gelasio vel aliis dicta superius recitauimus, contraria videantur. Nam ne sic quidem ab aliquo Romanorum Pontificum; vel Concilio œcumenico probantur iidem canones, ut verè sint Apostolorum, ac proinde in diuinæ Scripturæ canonem inferendi: sed quòd quæ in eis decreta esse noscuntur, ab omnibus æquè recepta esse videantur. A qua quidem sententia minimè Gelasius discrepat, quippe qui ex eis, quæ in illis habentur, sæpè videatur mutuatus testimonium & auctoritatem, ut ex compluribus locis à Turriano^e collectis facile est peruidere. Quis enim non recipiat ut authenticos, quos à Patribus & sanctis Synodis nouerit esse in firmam auctoritatem acceptos, atque vnà cum aliis sacris canonibus simul intextos?

XIV. Sed iam de numero ipsorum agendum: nam Apostolicorum canonum nomine tam præclaro, ut honestissimo velamento, error irreptisse cognoscitur: quod perspicuè demonstrabimus. Scimus in primis Zephyrini^f Papæ citari solitam epistolam de sexaginta vel septuaginta (duplex enim est lectio) sententiis, ab Apostolis & aliis quamplurimis Episcopis præfixis ac traditis, obseruandis. Certè quidem qui primus è Græco sermone canones Apostolicos in Latinum vertit accuratissimus atque fidissimus interpres Dionysius, Græcus auctor, & inter Latinos magna cum laude diu versatus, quinquaginta tantum reperit: quomobrem opinati sunt nonnulli, sexaginta illas sententias, quinquaginta iis canonibus à Dionysio translatis contineri. Sed quidquid sit, quinquaginta tantum canones, eosdemque à Dionysio in Latinum translatos, nouit antiquitas, qui in noua editione quadragintanouem numero continentur, ita ut vltimus habeatur ille quo agitur de trina in Baptismate^g merfione. Equidem qui his supersunt vsque ad numerum octogesimaquintam, quos habet canon ille qui dicitur Sextæ Synodi, postea emanarunt.

XV. Magnam verò imposturæ faciunt suspicionem tum canon ille sexagesimusquintus, qui apud Theodorum^h est sexagesimus sextus, tum qui de libris canonicis omnium postremus habetur. Priori enim cum excommunicatione plectendus statuitur laicus, & depositione clericus, qui sabbato ieiunauerint; quomodo, quæso, tot tamque difertos antiquos Patres, qui de ieiunio sabbati instituerunt disputationem, canon ille præterit, ut à nemine citatus reperiatur? Vel quonam pacto, obsecro (quod & superius diximus) Romana Ecclesia contra omnium Apostolorum canonem sabbati ieiunium suscepisset, vel eorum Episcopus Clemens id fieri permisisset, qui, quod statuisent Apostoli, & ipse

^a Theod. Bal. in Nomoc. CANONES ADULTERII APPOSITI.

^e Turrian. aduersus Magdeburg. lib. 1. cap. 15.

^f Zephyr. ep. 2. DE NUMERO CANONVM APOSTOLORVM.

^g Theod. Bal. in Nomoc. CANONES ADULTERII APPOSITI.

CHRISTI
102.CLEM. PAP.
10.TRAIANI IMP.
3.

A ipse scripserit, perquam optime scire? Vel quomodo ex traditione Petri & Pauli Apostolorum principum eiusmodi diei sabbati ieiunij sibi vindicare est solita eadem Ecclesia obseruantiam, quam Apostolorum canoni penitus aduersari nosset? Sed de ieiunio sabbati satis superque superius primo tomo. Rursum verò quod ad nouissimum illum canonem spectat, quo libri canonici recensentur: equis vnquam antiquorum Latinorum atque Græcorum adnumerare inter canonicos libros præsumpisset Apocalypsim, quam scilicet in Apostolorum canone prætermisissam, qui vel saltem causam aliquam eiusmodi silentij non adduxisset: certè quidem sancto Hieronymo auctore superius demonstratum est, à Latinis omnibus & antiquioribus Græcis æquè fuisse receptam. Vel quid est, quòd cum de his frequens inter Patres oborta sit controuerfia, nemo penitus reperiatur, qui eiusmodi Apostolorum canonis vel saltem obiter meminerit?

B At omnino inutilis & inanis est tergiversatio illa, quòd, cum Ioannes nouissimè omnium scripserit, nimirum Domitiani tempore, quo ceteros Apostolos iam ex hac vita migrasse ferunt, illos latuerit liber Apocalypsis, sicque nulla ab illis de eo facta sit mentio. Certè hac ratione, nec eiusdem Ioannis Euangelij, quod post Apocalypsim, vel eodem ferme tempore scriptum fuit, eosdem oportuit meminisse; sicut nec aliquarum canonicarum epistolarum, quas nouissimè ab earum auctoribus fuisse scriptas ostendimus. Sed quoniam ea à Clemente oportuit esse addita, nulla subest ratio ut Clementem Romanum Pontificem latuerit Apocalypsis. At quis non videat hæc esse facta ex sententia posteriorum Græcorum, à quibus Apocalypsim non esse receptam, tum Hieronymi auctoritate, tum etiam exemplis compluribus demonstrauimus? verum de his plura superius. Quod item ad eundem spiritum canonem spectat, taceo in præsentiam dicere de sacris libris veteris Testamenti, ut Esdræ, Iudith, Tobia, Sapientia, & Ecclesiastici, qui omnes in eo canone omittuntur. Ceterum quis æquo animo ferat, ut eodem canone inter canonicos libros, octo libri Constitutionum Clementis & duæ eius epistolæ recensitæ habeantur? Quis vnquam tam Græcorum quam Latinorum scriptorum, aut quænam ex sacris Synodis, tam in Oriente quam in Occidente antiquitus celebratis, quæ texuerunt Catalogum canonicorum librorum, inter eos adnumerarunt Constitutiones Clementis? Nouerunt eas quidem, & complures easdem sunt venerati, sed nequaquam eius æstimationis esse quisquam illorum putauit, ut inter canonicas eas scripturas adnumeraret. Præterissent ne, si Apostolorum hoc monuisset auctoritas, & Clementis vniuersalis Ecclesiæ Episcopi chirographum consignasset? At qui nomine Sextæ Synodi fertur canon^a (quòd nosceretur magni esse periculi, omnes canones illos octogintaquinque æquè probari) sic se illos probare dicit, ut tamen

C inter libros canonicos non recipiendas tradat Constitutiones Clementis, quòd ab hæreticis fuerint adulterata.

D His igitur de auctoritate & numero canonum Apostolicorum discussis; illi tantum nobis ex Apostolicis fontibus canones fluxisse iure videri possunt, qui vel à Patribus inter alios sacros Conciliorum canones sint recepti, vel Romanorum Pontificum auctoritate firmati, aut in communem vsum Ecclesiasticæ disciplinæ translatis noscuntur. Quæ enim ab Apostolis tradita essent, & ad posteros temporum successione dilapsa ea summorum Pontificum auctoritate, Conciliorum decretis, & vniuersalis Ecclesiæ consuetudine roborata ac penitus stabilita esse, ut nefas sit his aduersari, quis poterit dubitare? His includi quinquaginta illa capitula à Dionysio è Græco translata, certissimum est. Alia superaddita, duobus illis exceptis, sic aliis in locis posita esse noscuntur, ut in dubium æquè reuocari possit, an inde accepta fuerint, vel in ea translata. Sed vt-cumque accidit: quòd sancta Ecclesia ea probasse noscatur, siue quòd ab Apostolis fuerint instituta, siue quòd Conciliorum decretis fuerint confirmata, meritò iureque authentica habeantur.

E Ceterum quod pertinet ad Apostolos (ne & hoc dicere prætermittamus) consueuisse ipsos obortas controuerfias communi confesso atque consensu statutis quibusdam regulis definire; quæ facta sunt Ierosolymis^b, cum de legalium vsu agitata est controuerfia, satis aperte significant. sed de his superius actum est fusiùs. Sane quidem non tantum de legalibus actum esse in eo Ierosolymorum conuentu, sed & de aliis rebus ad Ecclesiæ regimen pertinentibus Apostolos per dies quindecim pertractasse, appendix ad epistolam Apostolorum apud Clementem^c his verbis declarat: Atque epistolam quidem

^a Annal. Eccl. Tom. 2. ^b Act. 15. ^c Clem. constit. l. 6. c. 12.

XVI.

CANON DE LIBRIS CANONICIS SVBPOSITVS

XVII. CANONES APOSTOL. QVI AV-THENCTI.

XVIII. QUOMODO AB APOSTOLIS DICANTVR CANONES INSTITVTI. Clem. constit. l. 6. c. 12.

missimus: nos verò per aliquot dies mansimus Ierofolymis, simul deliberantes quæ ad A communem utilitatem & ad corrigendas res pertinebant.] At Sophronius * tunc eos canones putavit fuisse statutos, cum Paulus Ierofolymam veniens (vt ipse scribit ad Galatas^b) manit apud Petrum diebus quindecim: quod nobis haudquaquam probatur; nondum enim primo illo Ecclesiæ ortu eas obortas esse causas apparet, vt necesse fuerit tor fancitis legibus opportunitati Ecclesiæ consulere; cum liqueat, Apostolos, nonniſi nouis emergentibus cauis, nouas regulas instituisse.

XIX. Tradunt alij, Antiochiæ ab Apostolis, ad sedandas controuersias illic exortas, habitam esse Synodum: idque auctoritate Pamphili martyris, cuius fragmenta recitat Turrianus^c, sibi vendicant, qui & canones illos in compendium redactos recenset. Certè quidem Innocentius Romanus Pontifex, in epistola^d ad Alexandrum Episcopum Antiochenum, eiusmodi Synodi Apostolicæ meminisse videtur, his verbis agens de Ecclesia Antiochena: Vbi (inquit) & nomen accepit religio Christiana, & quæ conuentum Apostolorum apud se celeberrimum meruit: quæque Urbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa per transitum meruit, ista apud se susceptum consummatumque gaudet.] hæc ipse. Sed quinam hi canones fuerint, ab eodem auctore summam descriptos hic intexere, haud erit otiosum. Est enim canon primus ordine, vt credentes in Dominum Iesum, quos, illius temporis homines (vt habent Acta^e) appellabant Discipulos, dicerentur Christiani. Secundus, ne baptizatus, Iudaico more circumcideretur. Tertius, vt omni nationi ad Ecclesiam aditus pateret, nec quisquam à Christiana religione excluderetur. Quartus, de vitanda auaritia, & quæstibus iniquis. Huic iunctus est canon quintus ordine, de vitio gulæ coërcendo, curiositateque vitanda ludorum, qui in theatris exhiberi soliti essent, deque abstinendo à iuramento. Sextus ordine, de vitanda scurritate & moribus Gentium.

XX. Quæ omnia quod desiderari videantur in canonibus Apostolicis, ea videtur esse causa, ob quam recensita habeantur in Constitutionibus^f eiusdem Clementis, illo excepto, qui septimus ponitur ordine, ex Græco in hæc verba redditus: Ne decipiantur saluati ob idola: sed pingant^g ex opposito diuinam humanamque manufactam, impermixtam effigiem Dei veri ac Saluatoris nostri Iesu Christi, ipsiusque feruorum, contra idola & Iudæos. Neque errent in idolis, neque similes fiant Iudæis.] hucusque verba canonis. At ne imposturam suspiceris, habes hunc ipsum canonem citatum in Concilio Nicæno secundo^h, à Gregorio Pessinuntis Episcopo in hæc verba in epitomen redactum: In Antiochena Synodo sanctorum Apostolorum dictum est, saluatos non debere amplius ob idola aberrare, sed certandum esse ante iconem Dei hominisque Iesu Christi Domini nostri.] hæc ibi concise & perperam translata, vt ex Græca editione, quam idem qui supra describit auctor, perfacile colligi potest. Fuisse quidem in ipsa primitiua Ecclesia, tempore Apostolorum, cultum venerabilium imaginum, superius tomo primo demonstrauimus. Vltimus verò ille recensetur canon, de non admittendo Iudaicorum delectu ciborum. Sed hæc hæctenus de Synodo Antiochena, & canonibus Apostolorum.

XXI. Inter alia scriptorum eiusdem Clementis monumenta recensentur Circuitus Petri, qui ab aliis interdum Itinerarium Clementis, ac rursum, Recognitionum Clementis nomine, libri illi decem sunt appellati. Re vera à Clemente eius argumenti libros esse conscriptos, nulla fuit apud antiquos dubitatio: sed eos, adhuc ipso Clemente viuentem, ab Ebionæis hæreticis fuisse deprauatos, sanctus Epiphaniusⁱ testatur, sic dicens: Vtuntur (Ebionæi scilicet) & aliis libris, nimirum Circuitibus Petri appellatis, per Clementem scriptis, multa corruptentes in ipsis, & pauca vera relinquentes, veluti ipse Clemens per omnia redarguit in Epistolis, quas scripsit, Encyclicis.] & paulò post: Itaque in Circuitibus in totum se ipsos transtulerunt, mentientes contra Petrum multis modis, quasi ipse quotidie se in aquam merferit purificationis gratia, vt ipsi faciunt. ab animatis item & a carnibus ipsum abstinuiffe, & ab omni edulio ex carnibus factò dicunt, veluti etiam ipsi faciunt, &c.] Ab Eunomianis quoque eisdem esse corruptos, Rufinus^j affirmat.

XXII. Merito igitur iureque Gelasius in Romano Concilio recensuit eundem commentarium inter apocrypha: Itinerarium, inquit, nomine Petri Apostoli, quod appellatur, S. Clementis libri decem, apocryphum.] citantur iidem libri, vt à Beda^k, nomine historiarum

^a Sophr. hom. de agon. Petri & Pauli. Galat. 1.

^c Turrian. aduer. Magdeburg. lib. 1. cap. 25. ^d Innoc. ep. 28.

^e Act. 11.

^f Clem. constit. lib. 7. c. 25. CANON DE SACRIS IMAGINIB.

^g Conc. Nicæ. Act. 1.

^h Epiph. heres. 30.

ⁱ Rufin. in præfat. ad Gauden.

^j Beda de rat. temp. 3. in Act. 5.

A storiarum Clementis, quod fortasse exhorrent lectores nomen apocryphum, prout fecisse visus est qui Recognitionum nomen indidit: translati enim eodem titulo habentur à Rufino Aquileiensi, vt ipse in præfatione illis præfixa, à se scripta ad Gaudentium, profiteretur: de quo non est qui dubitare debeat, cum Gennadius^a hoc ipsum de Rufino testetur. Feruntur eorumdem librorum Epitoma, sed quæ interdum aliquid habeant amplius ab his quæ in ipsis Recognitionum libris narrantur. Verum eodem vtique nomine iidem censeri debent: nam Recognitionum duo fuisse volumina, in aliquibus inter se diuersa, idem Rufinus in sua ad Gaudentium præfatione testatur. Sed quam habet appendicem de ipsius Clementis martyrio, esse alterius qui ea ex Actis passionis eius mutuatus est, manifestè satis apparet. Temperasse quidem Patres ab eorumdem librorum usu, nemo est qui antiquorum libris assuetus non intelligat. Clemens Alexandrinus aliquando B & Origenes interdum eos citasse reperiantur: de aliis verò neminem facile puto testimonium reperire, vel rarò admodum. Quamobrem consultis nobis visum, ab iisdem in nostris Annalibus abstinere: inuisus enim fabulis eosdem esse refertos, prudentes omnes, qui eos accuratè perlegerint, puto cognoscent.

Traditio est insuper, Clementem Romanum Pontificem, quem acceperat à S. Petro ritum offerendi sacrificium, Missam nempe ipsam, Romanæ Ecclesiæ scriptis consignatum reliquisse. cui quidem traditioni Proclus^b ad stipulatur his verbis: Multi quidem & alij diuini pastores, qui Apostolis successerunt, ac Ecclesiæ rectores, sacrorum illius diuinae Missæ mysteriorum rationem explicantes, scriptis mandata Ecclesiæ tradiderunt. In quibus primi & clarissimi sunt beatus Clemens, summus illius Apostolorum principis discipulus & successor: qui sacrosancta illa mytheria, à sanctis Apostolis sibi reuelata, in lucem edidit.] hæc de Clemente Proclus Episcopus Constantinopolitanus; cui & alij Græcorum, qui de sacris ritibus commentarios scripsere, pariter assenserunt: licet nonnulli putarint, per Liturgiam Clementis, intelligi quæ de eodem sacratissimo sacrificio ab eodem scripta habentur in Constitutionum^c libris septimo & octauo. Ceterum quæ Latinis, vniuersæque Occidentali Ecclesiæ præscripta est sacrae Missæ forma, quibusdam exceptis quæ sunt addita vel mutata, non tantum ab ipso Clemente, sed ab ipso Apostolorum principis Petro sibi vendicat antiqua traditio; cum eius institutionis nullum aliud sit principium & originem demonstrare. At de scriptis Clementis iam satis. Fuisse quidem Clementem omni scientia egregiè imbutum, cum alij, rum sanctus Eucherius^d eiusmodi de eo scripto elogio declarauit, sic dicens: Clemens vetusta prosapia Senatorum, atque ex stirpe Cæsarum, omni scientia refertus, omniumque liberalium artium peritissimus ad hanc iustorum viam tranſiit, iraque etiam in ea excellenter effloruit, vt principique Apostolorum successor exiterit.]

Clemente igitur martyrio vita functo, cessasse Episcopatum eius diebus viginti vno amplius, habet liber qui dicitur Damasi de Romanis Pontificibus. Verum si successoris electio Romæ (vt creditur) facta est, longiori tempore sedem vacasse, dicendum est: antè enim quam Cherſonelo trans Pontum posita de Clementis martyrio certum nuntium Romam deferri posset, vt de successore eligendo possent haberi comitia; complures alios dies, immò & menses, ante electionem eius qui in locum ipsius subrogandus esset, interlapsos, quisque sibi facile persuadet: re vera autem cessasse sedem Pontificiam vsque ad mensem Aprilis anni sequentis, quæ dicturi sumus in Anaclero, facile declarabunt.

E Ceterum nequaquam morte Clementis persecutio in Christianos excitata quieuit: nam cum alij martyres, tum successor Clementis Anaclerus sub eiusdem Traiani Imperio (vt suo loco dicemus) martyrio coronati sunt. Licet enim Traianus bellis, quæ aduersus barbaros parabat, euocaretur ab Vrbe; qui tamen præfecturam vrbanam gerebant (quod moris sit magistratus gerentes obsecundare animis Principum) haud segniter rem gesserunt. In reliquis autem, quod ad politicum regimen spectat, hoc præsertim anno, quo idem Imperator Consulatum tertium gessit, aded se æquum præbuit, vt (quod scribit Plinius^e) abiturus è Consulatu, iuravit, nihil se contra legem fecisse: quippe qui licet Christianos sit iniquissimè persecutus, tamen quod legibus Romanorum peregrina religio vetaretur, in Christianos lege agere, qui non tantum peregrinam, sed & nouam superinducerent, qui & ipsos Romanorum deos detestarentur, sanctum piumque censeret. Hoc item ipso anno, cum Traianus tertium gereret Consulatum, & quarum

RECOGNITIONVM LIBRI III. PROBATI. ^a Gennad. de Scrip. Eccl. ^b de vir. il. Instrib. c. 17.

XXIII. MISSA CLEMENTIS. ^c Habetur editus tom. 4. Bibl. sancti.

^d Clem. Constit. lib. 7. c. 25. 26. 27. ^e Plin. in Pa. neg.

XXIV. TEMPVS VACATIONIS SEDIS.

XXV. PERSECUTIO PERSEVERAT.

^e Plin. in Pa. neg.

CHRISTI ANACLETI PAP. TRAIANI IMP. 103. I. 4.

rum Consul iam designatus esset, mense Octobri allectos sequentis anni designat Con-

*Plin. lib. 5. epist. 15.

IESV CHRISTI ANACLETI PAP. TRAIANI IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 103. I. 4.

Sequitur annus Domini centesimustertius, quo Traianus Imp. quartum gessit Con-

*Plin. in Pa. neg. dict. in suo Consul.

PLINII CONSULATVS QVA- LIS.

II. ANACLETVS PAPA CREATOR.

III.

*Dio in Traiano.

DECEBALVS VICTVS.

CHRISTI ANACLETI PAP. TRAIANI IMP. 103. I. 4.

A cici est cognomentum adeprus, quæ omnia Dio. Hæc autem facta sunt Consularu ipsius

IMP. CÆSAR. DIVI. NERVÆ. F. NERVA. TRAIANVS AVGVSTVS. GERMANICVS. DACICVS. PONTIF. MAXIMVS TRIB. POT. IIII. COS. IV. VICTO. DECEBALO

Difficillimi belli res præclarissimè gestæ vix apud vnum Dionem breui compendio per-

IESV CHRISTI ANACLETI PAP. TRAIANI IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 104. 2. 5.

Anno sequenti, qui numeratur Domini centesimusquartus, Sura II. & Scruiano

E & illi confinem Pontum repletam fuisse hoc sæculo Christianis, qui Gentilium deorum

Solemne mihi est, domine, omnia de quibus dubito, ad te referre. Quis enim potest

*Pannin. l. 2. Fast. hoc anno.

IV.

DE PLACIDO DVCE.

*10 sep. de bell. Iud. li. 3. c. 3. 4. & l. 4. c. 2. lib. 5. c. 3. & in vita sua.

I.

*Spartian. in Hadriano. Plin. lib. 10. epist. 28.

*Varro de lingua Lat. na. c. 1. 7. ff. de of. sic. Procons.

*Plin. lib. 10. epist. 8.

*Plin. lib. 10. epist. 58. 59.

PLINIVS PROCONSULVS IN BITHYNIA.

*Plin. lib. 10. epist. 97.

II. PLINIUS EPISTOLA AD TRAIANVM.

CHRISTI
104.ANACLETI PAP.
2.TRAIANI IMP.
5.

modum. Interrogavi ipsos, an essent Christiani: confitentes, iterum ac tertio interrogavi, supplicium minatus: perseverantes duci iussi. Neque enim dubitabam, qualecumque esset quod faterentur, pertinaciam certe & inflexibilem obstinationem debere puniri. Fuerunt alij similis amentiae; quos, quia ciues Romani erant, annotavi in Urbem emittendos. Mox in ipso tractatu (ut fieri solet) diffundente se crimine, plures species incidere. Propositus est libellus sine auctore, multorum nomina continens: qui negant se esse Christianos, aut fuisse; cum, praesente me, deos appellarent, & imaginum tuarum, quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum afferri, thure ac vino supplicarent: praeterea maledicerent Christo: quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt re vera Christiani. ergo dimittendos putavi. Alij ab indice nominati, esse se Christianos dixerunt, & mox negaverunt: fuisse quidem, sed desisse, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti quoque. omnes & imaginem tuam & deorum simulacra venerari sunt: ij & Christo maledixerunt.

III.
CONVENTVS
CHRISTIANORVM
MARTYRINI.

Affirmabant autem hanc fuisse summam vel culpae suae vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum iniucem: sequere sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis, morem sibi discendendi fuisse, rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium: quod ipsum facere desisse post edictum meum, quo secundum mandata tua haereticas esse vetueram. Quo magis necessarium credidi, ex duabus ancillis, quae ministrae dicebantur, quid esset veri, & per tormenta quaerere. Sed nihil aliud inveni, quam superstitionem pravam & immodicam. Ideoque dilata cognitione, ad consulendum te decucurri. Vile est mihi res digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam vocantur in periculum, & vocabuntur. Neque enim ciuitates tantum, sed vicus etiam atque agros superstitionis istius contagio peruagata est, quae videtur sisti & corrigi posse. Certè satis constat, prope iam desolata templa coepisse celebrari, & sacra solemnia diu intermissa repeti, passim venire victimas, quarum adhuc rarissimus emptor inueniebatur. Ex quo facile est opinari, quae turba hominum emendari possit, si sit poenitentiae locus.] hucusque Plinij epistola ad Traianum.

IV.
LOCORVM
EPISTOLAE
PLINII
ELVCIDATIO.

Quod igitur ait, quosdam Christianorum ante triennium, quosdam vero ante plures annos, ac rursus nonnullos etiam ante viginti annos à Christiana religione descessisse; ad tria haec tempora (quod superius dictum est, hic quoque repetere non erit inutile) alluisse videtur, nimirum cum ante triennium per Traianum excitata est persecutio, vel cum ante plures annos Domitianus eos persecutus est, ac denique cum longè ante Nero est aggressus persequi Christianos. Quod vero se sacramento dicit obstringere Christianos non ad scelus, sed ne quidquam perperam facerent: non puto de sacramento iuramentum esse intelligendum, cum nulla vetus consuetudo fuisse in Ecclesia ostendi possit, qua, ne peccarent, iuramento promittere Christiani adigerentur: Vnde in eam potius adducimur sententiam, ut existimemus idem esse apud Plinium sacramentum, quod sacrum ritum; verbisque Christianorum locutum, ipsam sacrae Eucharistiae sumptionem sacramentum appellasse, quod eam quidem non aliis impartirentur, quam iis qui mundi essent, & vitae pravae abdicacionem sponderent in futurum. Gentiles quidem mutuam illam inter Christianos fieri solitam sacrae Eucharistiae communicationem, in deteriore partem accipere consueuisse, perinde ac symbolum esset aliquod inter se in ita coniurationis (sicut Catilina poculo sanguinis sibi deuinxisse traditur sceleris focios) docet Minutius Felix in Octauio, & alij qui olim pro Christianis scripserunt aduersus Gentiles apologias. Sed hac ex parte Plinius Christianos excusar, quod non ad scelus patrandum eo se obstringerent sacramento, sed ad peccatum omne vitandum. Quod vero his peractis potestas fieret recedendi, ita tamen ut rursus conuenirent ad capiendum cibum promiscuum, Christianorum Agapen significare voluisse, secundum ea quae à nobis superius dicta sunt, mihi facile persuadeo. Ceterum quod spectat ad conuentus antelucanos: non Traiani tantum edicto, quo (ut ait) haereticas, hoc est, ipsa sodalitia vetita erant; sed quod lege duodecim tabularum nocturnae coitiones essent prohibita, ipsi videbantur Christiani iure plectendi: & ob illud maxime, quod nouam ac peregrinam, Romanae superstitioni contrariam, religionem inducerent. Quid verò

* Sallust. in
Catil.

CHRISTI
104.ANACLETI PAP.
2.TRAIANI IMP.
5.

A verò ad Plinij consultationem Traianus redditis litteris responderit, videamus: sunt autem huiusmodi:

Actum, quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis causis eorum, qui Christiani ad te delati fuerunt, secutus es. Neque enim in vniuersum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest. Conquirendi non sunt: si deserantur & arguantur, puniendi sunt. Ita tamen, ut qui negauerit se Christianum esse, idque re ipsa manifestum fecerit, id est, supplicando diis nostris, quamuis suspectus in praeteritum fuerit, veniam ex poenitentia impetret. Sine auctore verò propositi libelli, nullo crimine locum habere debent: nam & pessimi exempli, nec nostri saeculi est.] haec Traianus.

At quod ad libellos accusatorios sine auctore propositos attinet: iure quidem eos notatos esse oportere Consule, & die, atque iudicis nomine, insuper & nomine accusatoris inscriptos, iurisconsultus admonuit. Ceterum quod Christianos inquiri vetuit, Tertullianus, cum meminit de huiusmodi Imperatoris rescripto, haec ait: Atqui inuenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus cum prouinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsus, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, consuluit Traianum Imperatorem: allegans praeter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum comperisse, quam coetus antelucanos ad canendum & Christo & Deo, & ad conferendam disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cetera scelera prohibentes. Tunc Traianus rescripsit: hoc genus inquirendum quidem non esse, oblatos verò puniri oportere. O sententiam necessitate confusam! negat inquirendos, ut innocentes: mandat puniri, ut nocentes: parcat, & saeuit: dissimulat, & animaduertit. Quid temeripsum censura circumuenis? Si damnas, cur non & inquiris? Si non & inquiris, cur non & absoluis?]

Eusebius quoque pluribus meminit de eiusmodi Traiani rescripto, ac demum subdit: Hoc ubi factum esset, etsi feruor persecutionis acerbæ in nos intentatae quodam modo extinctus fuit; tamen his qui nobis mali aliquid ingerere cupiebant, non minor relicta videbatur occasio; dum hic quidem populus, illic autem cuiusque generis magistratus parabat insidias. Sic ut quamuis palam & aperte non persequerentur, sigillatim tamen in quacumque prouincia suam in nos redintegrarent crudelitatem, & complures Fideles pro Christo decertantes variis martyrij generibus obruncarentur.] haec Eusebius. Sed quod apud eum eiusmodi Plinij & Traiani litterae ponuntur anno vndecimo eiusdem Imperatoris; ex his quae superius dicta sunt de profectioe Plinij in prouinciam, cuius magistratus exordio eadem datae videntur, erroris redargui iure posse videtur. Quod verò ad persecutionem pertinet; haudquaquam quod verarentur inquiri, eam saeuire desisse, vel repuisse dixerimus: nam quod accusationi atque delationi locus esset, satis amplius aditus ad eos persequendos cunctis patefactus videbatur: etenim quosnam temperasse putandum ab accusatione illorum, si, secundum quod praedixerat Dominus, tradendi essent à parentibus, fratribus, cognatis, atque amicis? Si insuper (quod suis locis vberius dicturi sumus) cessantibus etiam Imperatorum edictis (Gentilis populus sua sponte vbique locorum in Christianos, ut in deorum hostes, solerent insurgere, acerbissimamque ea de causa in eos persecutionem excitare: quomodo eos ab accusatione Christianorum temperasse dixerimus? Sed haec ex iis quae sequentibus singulis ferè annis dicturi sumus, manifestiora reddentur.

Verum & illud ex eisdem Plinij litteris obseruandum est, Proconsules sic animaduertere solitos in Christianos quoslibet, ut tamen quos nouissent Romana ciuitate donatos, Romam more maiorum transmitterent iudicandos. Ex quibus possumus intelligere, immensum planè fuisse numerum martyrum, qui Romae sunt passi: quippe quoniam non ex iis tantum qui Romae agerent Christiani, quorum innumera erat propemodum multitudo, ob confessionem nominis Christi ultimo supplicio adigebantur, sed nobiliores qui essent toto orbe Romano Christiani, ad subeundum Romae iudicium capitis amandari solerent: ut factum scimus eiusdem Traiani temporibus de sancto Ignatio Episcopo Antiocheno, Onesimo Episcopo Ephesino, & aliis.

Ceterum tantum abfuit, ut Plinius fuerit assecutus, quod spe vana conceperat fieri posse, ut si Christianis poenitentiae (quod ait) locus daretur, quod profitebantur, esse delinere, ac proinde Christiana religio extingueretur: quin potius adeo in immensum creuerit multitudo Christianorum in Asia, in qua & Bithynia erat, ut vnus tantummodo

* Apud Plin.
lib. 10. ep. 98.

V.
TRAIANVS
AD PLINIVM.

VI.
libellorum
ij. de accusat.
in inscrip.
Tertull. in
Apolog. c. 2.

TRAIANI
RESCRI-
PTVM VA-
CILLAT.

VII.
Euseb. hist.
lib. 3. c. 27.

ALIIS DI-
VERSIS
VIIS CHRIS-
TIANI EX-
AGITATI.

Luc. 22.

VIII.
CIVES RO-
MANI O M-
NES ROMAE
PASSI.

IX.
ASIANI
CHRISTIA-
NI MARTY-
RII CVPI-
DISSIMI.

CHRISTI
106.

ANACLETI PAP.
4.

TRAIANI IMP.
7.

opus planè admirabile, nec antea visum: qua in hanc vsque diem diuina prouidentia, A ceteris ferè omnibus nobilibus Vrbs antiquis monumentis barbarica manu vel terræ motu dirutis atque prostratis, vel saltem quassatis, integra permanente: hoc ipso anno, quo hæc nostra prælo mox subiicienda describimus, Sixtus V. Pontifex Maximus, super eius verticem, præclarissimum Christianæ religionis monumentum, Principis Apostolorum Petri ingentem æneam magna impensa studioque conflatam statuat, inauratamque, sacris titibus solemniter collocauit.

II. At antequam Traiani columna confurgeret, erant Petri trophæa Romæ conspicua: eiusdem namque memoria nobilis in Vaticano fulgebat. Anacletus enim (vt antiquæ Ecclesiasticæ tabulæ^a habent) cum adhuc presbyter esset, construxit atque composuit desuper eius corpus velut trophæa victoriæ, insignem claramque memoriam: quam quidem (quod admirationem omnem superat) non valuit turbo persecutionis aliquo modo profernerre; sed & perseuerasse in posterum, maioribusque in dies accessionibus gloriæ auctam, affirmare videtur Caius antiquus Theologus^b, qui eodem sæculo claruit, nempe Zephyrini Papæ temporibus: immò non Petro tantum erectam memoriam fuisse celebrem, sed & Paulo, tradit, easque trophæa Apostolorum appellat, sic dicens: Ego Apostolorum trophæa perspicue possum ostendere. Nam si lubet in Vaticanum proficisci, aut in viam, quæ Ostiensis dicitur, te conferre; trophæa eorum, qui istam Ecclesiam suo sermone & virtute stabilierunt, inuenies.] hæc Caius.

^a Lib. Pont. in Anacleto. PETRI TROPHÆA ET PAVLLI. ^b Apud Euseb. li. 3, c. 24.

III. Quod igitur habet liber de Romanis Pontificibus in Anacleto: Hic B. Petri memoriam construxit atque composuit.] per memoriam nonnisi ædificij structuram designari constat, quam olim antiquitas vtitatis dicere ecclesiam consuevit. nam & Augustinus^c: Nos, inquit, martyribus nostris non templa sicut diis, sed memorias, sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt spiritus, fabricamus.] quas meritò Caius trophæa appellat, quippe quæ victorias sanctorum de subactis hostibus repræsentent. Ceterum columnam hoc anno construi cœptam, nonnisi ad sextum eius Consulatum fuisse absolutam, inscriptio in ea incisa declarat.

DE MEMORIS SANCTORVM. ^c Aug. de Ciuit. Dei lib. 22, c. 10.

IESV CHRISTI
ANNVS
107.

ANACLETI PAP.
ANNVS
5.

TRAIANI IMP.
ANNVS
8.

I. Centesimus septimus Christi annus Candido & Quadrato II. Coss. adscribitur Fastis: quo Traianus ab Vrbe recedens, Armenis ac Parthis, aliisque finitimis populis bellum intulit: quorum alios in deditionem recepit, alios verò bello subegit. hæc Dio^a pluribus. Tunc quoque accidit (quod Suidas^b meminit) vt Abagarus Rex Edessæ (puto hunc ab illo seniore Abagaro, qui Christi temporibus vixit, de quo suo loco superius facta est mentio, esse progenitum) Traiano munera miserit.

^a Dio in Traiano. ABAGARVS REX EDESSÆ. ^b Suid. in hist.

Ceterum constat, Ecclesiam Edessenam Traiani persecutione diu vexatam: præerat tunc illi Barsimæus Episcopus, qui cum Gentiles plurimos conuertisset ad fidem, eodemque ad subeundum martyrium cohortatus, ipse demum eandem quoque martyrij coronam promeruit, agitur eius natalis anniuersaria celebritas trigesima Ianuarij^c. Illustre item inter alia fuit tunc martyrium Sarbelij, & Barbeæ sororis eius, qui ambo à Barsimæo Episcopo fuerant baptizati. Ceterum Sarbelius, quod sacerdos idolorum fuisset, grauiora tormenta coactus est experiri: quibus omnibus Dei gratia superior factus, tandem inter duo ligna ligatus, sectus est: soror autem eius, truncato capite, martyrium consummavit. Agitur de omnibus quoque commemoratio, celebritate anniuersaria in Ecclesia reperti solita.

II. ECCLESIA EDESSENA VEXATA. ^c Rom. Martyrolog. die 29. Ianuar.

^c Rom. Martyrolog. die 30. Ianuar.

IESV CHRISTI
ANNVS
108.

ANACLETI PAP.
ANNVS
6.

TRAIANI IMP.
ANNVS
9.

I. Sequenti Christi anno centesimo octauo, Coss. Commodo Vero ac Cereale, Traianus Imp. in Orientali expeditione perseuerans^b, Iberos, Sauromatas, Hordroënos, Arabas, Bosphoranos, Cholcos in fœdus accepit; Seleuciam, Cresiphontem, Babylo-

^b Cuspin. de Consul.

nem

CHRISTI
108.

ANACLETI PAP.
6.

TRAIANI IMP.
9.

A nem occupauit & tenuit. Tunc more maiorum lustrans exercitum, inuentos in eo vni- MILITES CHRISTIANI MARTYRES. decim mille Christianos, qui sacra diis facere recussissent, à ceteris segregatos in Armeniam relegauit: ea nimirum spe, vt ea ignominia notati, Christiani esse desinrent. Cum verò Romulus V. C. Imperatoris domus præpositus eum admoneret vt de re haud prudenter gesta; professus se quoque esse Christianum, verberibus primùm iussu eius affectus, demum capite truncatus est: cuius tam gloriose sumptum martyrium Orientalis & Occidentalis Ecclesia certa die, nempe quinta Septembris, annua celebritate recolere consuevit^a. de eo autem non tantum Græcorum Menologium, sed & Metaphrastes^b ex antiquioribus monumentis accepta Acta breui compedio narrant.

^a Rom. Martyrol. die 5. Septemb. ^b Metaphr. die 5. Sept.

De militibus verò relegatis quid factum sit, licet auctor ibi non narret, Menologium tamen, agens de Romulo, mox addit: Christianos plurimos in exilium misit, & in fidei B confessione perstantes supplicio mortis subiecit.] Quamobrem coniectura ducimur, vt existimemus hos illos ipsos esse decem mille præstantissimos martyres, qui in siluis montis Ararat in Armenia fuit crucifixi: & licet sub Hadriano habeant ipsorum Acta eos esse passos; tamen (nisi velimus vsque ad Hadriani Imperium esse reseruatos) cum certum sit, ipsum Traiani nepotem, cui & successit in Imperium, in militaribus expeditionibus secutum esse Traianum, & apud eum locum principem obtinuisse, nihil est quod veritati historiae, cuius diuersa extant exemplaria, deroget; sicut & alia quædam minima, quæ scriptorum incuria irreperunt. Tu velim consulas quæ de his notauimus in Romano Martyrologio vigesima secunda Iunij, qua tam apud Græcos, quam Latinos, eorumdem annua celebritas agitur; cum eam à quorundam calumniis vindicauimus. Eodem quoque tempore passum putamus Hyacinthum, qui eidem Traiano erat à cubiculo: qui cum Christum adorare deprehensus esset, & Cæsareæ in Cappadocia variis tormentis affectus, superari non posset; inclusus in carcere, fame confectus est. agitur de eo dies anniuersaria quinto Nonas Iulij.

MILITES CRUCIFIXI IN ARMENIA.

IESV CHRISTI
ANNVS
109.

ANACLETI PAP.
ANNVS
7.

TRAIANI IMP.
ANNVS
10.

Christi Domini anno centesimo nono, Senecione & Sura Coss. cum Traianus ageret in Imperio annum decimum, Simeon frater Domini dictus, filius Cleophæ, Ierosolymitanus Episcopus, gloriosa pro Christi nomine confessione, crucis supplicio D martyrium subiit. Hæc autem cum consignata habeat Eusebius^a in Chronico, in historia^b ex Hegeippo rem gestam fufius narrat, sed primùm præfatur hæc verba: Hegeippus, cum de quibusdam qui erant ex septem Iudeorum sectis verba facit, perspicue adiungit, Simeonem quem diximus, propterea quod Christianus erat, ab illis eodem tempore callide & malitiose in crimen vocatum. Qui cum dies complures grauius esset verberibus cæsus, iudicemque ipsum, & eos qui in consilio aderant, sua tolerantia in primis obstupescisset, tandem non dissimilem vitæ exitum à Domini passione subiit. Verum multo commodius est, mea quidem sententia, ipsum scriptorem, hæc eadem isto modo ad verbum explanantem, ad verbum audire: Ab eodem scilicet sectarum numero quidam Simeonem Cleophæ filium non modò ex Dauidis stirpe editum, verum E etiam vt Christianum, in iudicium adduxerunt: atque ita, cum annos centum & viginti compleuisset, coram Traiano Cæsare, & Attico Consulari, fidem Christi constanter professus est.] Est porò apud eundem Auctorem: accusatores Simeonis, cum Iudæi ex regia tribu Dauidis prognati diligenter conquirerentur, forte fortuna ex eadem stirpe manifestò deprehenso fuisse. Quod si quis Simeonem cum oculis Dominum conspexisse, tum auribus eius sermonem accepisse dixerit, ratione certè id quidem potest, non solum longinquitate temporis quo vixerit, sed Euangeliorum testimonio quod Mariæ Cleophæ meminert, vbi citatur Maria Cleophæ, pro argumento vrens, cuius filius (vt supra posuimus) fuit Simeon.

^a Eusebius in Chron. an. 10 Traiani. ^b Euseb. li. 3, cap. 26. SIMEONIS MARTYRIVM.

Rursus idem scriptor alios etiam ex genere Iudæ ortos (Iudas autem fuit vnus ex illis, qui Saluatoris fratres dicebantur) post testimonium illud iam antea demonstratum, quod coram Domitiano pro fide Christi dixissent, ad huius Traiani Imperium vitam pro-

II.

Annal. Eccl. Tom. 2.

C 2

pro-

RESIDVI EX FAMILIA SALVATORIS.

protraxisse narrat. Scribit enim in hunc modum: Veniunt, & presunt vniuersae Ecclesiae, vt martyres, & vt genere Saluatoris & Domini nostri fati: & pace tranquilla in tota Ecclesia vigente, ad Traiani quoque Caesaris tempora permanent: ad quae quidem Simeon filius Cleophae, quem supra monstrauimus, vitam producat, a sectis Iudaeorum, quod ex diuina Domini progentie genus ducebat, per calumniam similiter vocatur in iudicium, & eius nomen ea de re ad Atticum virum Consularem defertur. Qui, cum multis diebus acerbas plagas pateretur, testimonium fidei Christi fortiter perhibuit: aded vt cum omnes, tum ipse Consularis supra modum miraretur, quo pacto, cum esset centum & viginti annos natus, talem & tam acerbum plagarum cruciatum sustinuerit. Quibus rebus confectis, ad extremum mandatum erat, vt in cruce ageretur.] hucusque de Simeonis martyrio Hegesippus: in cuius locum, reiecto Thebule quodam, de quo paulo inferius dicemus, successus est Iustus, qui tenuit eum annos tres.

Eusebii in Chronico.

III.

Deinceps idem auctor a nobis citatus, ea quae temporibus nostro sermone modo percurtis gesta sunt, addit: Nempe, quod ad illa vsque tempora (quandoquidem si qui erant qui salubrem & sinceram salutaris praedicationis regulam deprauare & corrumpere studebant, in obscuris tenebrarum latebris delituerunt) Ecclesia integra & incorrupta permanerat. Ceterum postquam sacer Apostolorum chorus varium vitae exitum & diuersa mortis genera pertulerat, praeterieratque illorum aetas, in quibus a Christo donatum erat vt auribus diuinam ipsius sapientiam coram acciperent: tunc certe falsa & veteratoria impij erroris conspiratio exordium cepit; idque illorum fraude & astutia, qui doctrinam a veritate penitus alienam disseminare laborarent: quique cum nemini Apostolorum amplius vita suppetere, de cetero iam nudo capite (vt aiunt) sincero veritatis sermone falsam & commentitiam doctrinam ex aduerso opponere pro viribus niterentur. Hegesippus quidem de his rebus haec oratione complexus, sic ferè memorat.] hucusque de his Eusebius, planè significans, haereticos, etiam Apostolorum temporibus praua dogmata disseminare numquam cessarint, tamen quod tam certis testibus aperte redargui possent, haud aded procaciter & perfrecta fronte aduersus Catholicæ Ecclesiae sincera dogmata aperto Marte configere praesumpsisse, vt postea, illis ex hac vita sublatis facere aggressi sunt.

HAERESES IN VALES CVNT.

IV.

Apud Euseb. lib. 4. cap. 21.

Quinam autem hi fuerint, idem Hegesippus narrat his verbis, dum de eodem Simeone haec repetit, dicens: Postquam Iacobus cognomento Iustus, pro veritatis defensione, sicut & Dominus ipse trucidatus fuit, Simeon filius Cleophae, qui auunculus Christi fuit, Episcopus creatus est: quem omnes discipuli, quoniam Domini consobrinus erat, secundo loco suffragiis illi administrationi praefecerunt. Et quoniam Ecclesia nondum erat falsa peruersae haereticorum doctrinae immanitate corrupta, idcirco virgo appellata fuit. At Thebulis, propterea quod in petitione Episcopatus repulsam tulerat, eam erroris labe ex occulto insidare exorsus est: qui quidem vnus erat ex eorum numero, qui ex septem sectis in populo Iudaico profeminatis oriebantur. Ex quibus sectis originem erroris duxit Simon, vnde Simoniani; Cleobius, vnde Cleobiani; & Dositheus, vnde Dositheani; & Gortheus, vnde Gortheani; & Masbotheus, vnde Masbotheani. Atque ex istorum fontibus profluxerunt Menandrianae, &c.] prosequitur recensere sectas ad sua vsque tempora obortas: sed de eis nos alibi.

THEBVLIS HAERETICVS.

al. Cleobius

V.

IGNATIUS ROMAM MITTITVR.

Eusebii in Chronico. Hieron. de Scrip. Eccl. in Ignatio.

Eodem quoque decimo Traiani anno, ob Christi nominis confessionem S. Ignatius Episcopus Antiochenus vincus abducitur Antiochia Romam, tradendus bestis. Quod autem ad tempus spectat, cum epistola ab eo data ad Romanos Smyrnae scripta appareat ante nonum Kalend. Septembris, dicere opus est, eum aetatis tempore vincum Antiochia eductum, iter ingressum. Sed cum passus ipse sit Kalendis Februarij (vt Romanum habet Martyrologium) idque factum scribant Eusebius & Hieronymus anno vndecimo Traiani Imperatoris: meritò hoc anno eius abductio & iter, sequenti verò martyrium ponitur. Quod autem Ignatius Romam ad dicendam causam & ad supplicium mittitur, inde accidisse putamus, quod non eos tantum (sicut ex litteris Plinij vidimus) qui inter Christianos nobiliores essent, vt qui fuissent Romana ciuitate donati, prouinciarum Praesides Romam mittere consueuerant, sed eos etiam qui inter delinquentes praeter ceteris infamati, factiosorum viderentur auctores, vt Iosephus pluribus declarat exemplis, & alij rerum Romanarum scriptores: cuius certè aetimationis apud

Genti.

A Gentiles erat Ignatius; quippe qui inter ceteros Orientales Episcopos primus merito haberetur, qui non tantum sedis praerogatiua, sed & vitae meritis, & Evangelica praedicatione omnes facile antecelleret. Qualis enim quantum fuerit in Ecclesia S. Ignatius, qui non vni Ecclesiae Antiochenae, vel vni prouinciae Syriae praefectus Episcopus videretur, sed toti penitus Orienti; Epistolae illae, quas, cum Romam vincus a militibus duceretur, obiter in transitu ad diuersas Ecclesias scripsit, manifestè declarant. ipsae enim, velut excellens quaedam pictura, vitam ipsius imaginem representant. Sed relegamus eius itinera, vt vbinam loci quaeque earum sit scripta videamus.

Sed in primis, quod pertinet ad Ecclesiam Antiochenam, priusquam Ignatius Romam mittendus, inde abduceretur, grauissima est persecutione vexata; sed eius abductione visa est conuiescere: existimantibus nimirum persecutoribus, ne in singulos Christianos, quorum in tota ciuitate atque prouincia immensus pæne erat numerus ac propemodum infinitus, cogerentur animaduertere, quod impossibile videbatur; satis esse, si, qui erat omnium princeps ac ductor, in quem omnes intueri, & cui auscultare omnes in omnibus consueuerant, inde abductus, ad sumendas, vt impostor quidam, poenas, Romam amandaretur. Quamobrem factum est, ipso in itinere constituto, Antiochena Ecclesia ex insperato pacem sit consecuta. Quod sanè idem ipse testatur Ignatius, scribens, dum esset in via, ad ipsos Antiochenos his verbis: Leuia minusque grauiua vincula mea Dominus fecit, vbi didicissem vos pacem habere, & in omni concordia & corporali & spiritali degere.] & ad Philadelphios: Per orationem vestram, & viscera quae habetis in Domino Iesu, nuntiatum est mihi, pacem habere Ecclesiam Antiochenam, quae est in Syria.] & ad Smyrneses: Precationes vestrae (inquit) appropinquarunt ad Ecclesiam Antiochenam, & pacem habet. Vnde vincus omnes saluto: qui non sum dignus, cum extremus eorum sum qui ibi sunt.] haec ipse, & alia huiusmodi. Ex quibus sane, quam florens esset tunc Ecclesia Antiochena, aded vt sub tali admonitorio, qui in ea erant Christianae fidei professores, praestantissimi essent; aperte satis demonstrat: ac etiam ex iis quae scribit ad Ephesios, inquit: Orate pro Ecclesia Antiochena, quae est in Syria, vnde vincus Romam abductor nouissimus Fidelium eorum qui ibi sunt.] Sed de ea rursus inferius, & de pace eiusdem Ecclesiae scribit ad Polycarpum.

VI STATVS ECCLISIAE ANTIOCHENAE.

Vincus porrò catenis Ignatius decem militibus traditur custodiendus, qui cum Romam perducerent: delectos autem ad opus non humanitate aliqua viros praeditos, qualis fuit Iulius ille Centurio, qui Paulum Apostolum Romam vincum perduxit, de quo Lucas ait, quod humaniter tractabat Paulum; sed inhumanos prorsus ac feros fuisse, idem scribens ad Romanos, docet his verbis: A Syria Romam vsque terra marique cum bestiis depugno, nocte diuque alligatus decem leopardis, quae est militaris custodia, qui & beneficio affecti peiores sunt. At ego eorum iniurijs magis erudior.] & ad Tarshenses in eandem sententiam: A Syria Romam vsque cum bestiis pugno: non quod ab bestiis feris deuorer; haec namque (vt noctis) Deo volente, pepercerunt Danieli: sed a feris humanam gerentibus formam, in quibus immitis illa fera cubat, quae me quotidie pungit & vulnerat. Verum nihili pendo supplicia haec, dummodo Christum videam, Saluatorem meum & Deum, qui pro me mortuus est.] Hisce igitur militibus traditus, aestiuo tempore abducitur Antiochia, & mense Augusto peruenit Smyrnas, maritimam Ioniae ciuitatem: terra marique illud confecisse iter, citatus nuper locus epistolae ad Romanos indicat.

VII.

Itineris autem comites se Ignatio adiunxerunt è Syria Gaius & Agathopus, è Cilicia Philo diaconus; quorum meminit scribens ad Philadelphios, sic dicens: De Philone diacono viro à Cilicia testimonium habente, qui & mihi in sermone ministrat vnà cum Gaius & Agathopede viro electo, qui à Syria me comitatur, vitæ renuntiantes.] Quanta autem charitate Christiani esse solent erga vincus, quod & corruptis pecunia custodibus, vnà cum eis in carcere pernoctare consueuerant, satis abundè dictum est primo Annalium tomo, cum egimus de Peregrino. Smyrnas igitur cum peruenissent, qui ducebant Ignatium, aliquantisper ibidem constituerunt: an ne vt opportunum tempus nauigandi expectarent, an verò alia ex causa, incertum est. Praerat tunc Smyrnesi Ecclesiae sanctissimus Polycarpus, qui eum omnibus quibus licuit (vt patet est credere) officiis profecutus est. S. Ioannes Chrysostronus, de eiusmodi Ignatij itinere agens, haec ait: Ciuitates quae erant in via, vndique concurrentes, pugilem excipiebant,

Act. 27.

Ignat. epist. 15. MILITES CVSTODES IGNATII QVALES. Ignat. ep. 7.

Ignatius venit Smyrnas.

VIII. Ignat. ep. 9.

IGNATIUS VENIT SMYRNAM.

Chrysostr. orat. de translatione S. Ignatij.

bant, & cum magno com meatu dimittebant, precibus & legationibus ipsam adiuvantes. Et ipsi non vulgarem consolationem ex ipso percipiebant, cernentes martyrem tantam cum alacritate ad mortem currere, utpote qui ad regna caelorum proficisceretur.]

IX. EPISCOPO RVM LEGATIO AD IGNATIVM.

Ignat. epist. 74.

Ignat. ep. 3.

Ignat. ep. 6.

X. IGNATIVS SCRIBIT AD DIVERSAS ECCLESIAS.

XI. IGNATIVI MAGNANIMITAS ET HUMILITAS

Cum igitur sanctissimi viri fama in toto Oriente omnium celeberrimi vincula Asiae Ecclesiae innoverunt, & quae propinquiores erant, de eius adventu Smyrnam fuissent reddita certiores: continuo vnaquaque ex illis legatos, qui debita salutationis officia impenderent, ad eum misit; immo & ipsi illarum Ecclesiarum Episcopi vna cum aliis eodem functi munere, ad eundem Smyrnae agentem quantocyus accurrerunt. Ephesij enim ad eum miserunt Onesimum, suum ipsorum Episcopum, vna cum aliis: testatur id ipse Ignatius, ad eos cum scribit, his verbis: Postquam itaque numerosam vestram multitudinem in Onesimo, viro nunquam satis ob charitatem praedecando, vestro autem Episcopo, exceperim.] & paulo post: Crocus autem & Deo & vobis dignus, quem veluti exemplar vestrae charitatis accepimus, per omnia me recreavit, & illum catenae meae non puduit: quo modo & ipsum refrigeret Pater Iesu Christi vna cum Onesimo, Byrrho, Euploë, & Frontone, per quos omnes vos quo ad charitatem vidi.] & in fine: Vtinam meam pro vestra liceat commutare animam, & pro his quos ad honorem Dei misistis Smyrnam.] Meminit eiusdem quoque Croci in epistola ad Romanos, dicens: Est vna mecum cum aliis multis, exoptatissimum mihi nomen, Crocus.] Tralliani quoque id ipsum praestiterunt per Episcopum suum Polybium, de quo idem Ignatius ad eundem scribens ait: Inculpatam sine omni simulatione mentem in patientia cognoni habere vos, non perfunctorie ea vrentes, sed solide possidentes, quemadmodum significavit nobis Episcopus vester Polybius, qui Smyrnae adfuit per voluntatem Dei Patris, & Domini Iesu Christi filij eius, & cooperante Spiritu, ut vniuersam multitudinem vestram in eo contemplatus sim.] E Magnesia quoque ciuitate Ioniae ad Maeandrum fluuium Demas Episcopus vna cum presbyteris & diaconis adfuit, de quibus idem ad ipsos scribens: Dignus, inquit, fui videre vos per Demam Episcopum vestrum Deo dignum, & Deo dignos presbyteros Bassum & Apollonium, & contubernalem meum Sotionem diaconum.]

Dum igitur Smyrnae ageret S. Ignatius, ea bene vsus est mora; ad easdem Ecclesias, à quibus honestissimas legationes acceperat, litteras scribens: easdemque ad pietatem retinendam, Ecclesiasticamque disciplinam conferuandam, vehementer impulit. Smyrna enim insignem illam epistolam ad Ephesios dedit, & ad Trallianos huic non impari, nec non ad Magnesianos aliam, vt ex iisdem apparet. Nam ad Ephesios: Vtinam, inquit, meam pro vestra liceat commutare animam; & pro his quod ad honorem Dei misistis Smyrnam, vnde haec & scribo.] & ad Trallianos: Saluto vos è Smyrna, vna cum Ecclesiis Dei, quae mecum sunt: quarum praefecti prorsus refocillauerunt me & carne, & spiritu.] & prope finem: Salutatio vos charitas Smyrnaeorum & Ephesiorum.] & ad Magnesianos: Salutatio vos Ephesij & Smyrna, vnde haec scribo.] sed cum Ephesiorum meminit, haud dubium illos intelligere, quos Epheso legatos venientes Smyrnae susceperat. Sed & cum comperisset Christianos quosdam Ephesios Romam recta venturos, eisdem ad Romanos celeberrimam omnium dedit epistolam, vt ipse ad finem eiusdem testatur, sic dicens: Scribo autem vobis haec à Smyrna per Ephesios merito beatissimos.] ac demum quora die scripserit, docet his verbis: Scripsi vobis haec ante nonum Kalendas Septembris.]

Dignum equidem esset, vt omnes sanctissimi viri catena martyrij nobilitate epistolarum hinc pariter velut nobilissima quaedam intexerentur emblemata: sed cum illae in omnium manibus versentur, haud placuit eis legendis remorari lectorem. Sed ex ipsis saltem perpauca quaedam, quae tum sublimis illius animi submissionem, qua, licet omnium Praeses, se cunctis subiicit; tum è contra eiusdem submissi animi sublimitatem, qua, licet victus, super omnes desiderio martyrij subeundi se fortissimè erigit; adeò vt mira quadam connexionè summis ima coniungat: nequaquam praetermississe volumus, quae lectoris animum admiratione ac delectatione simul afficiant. Quam enim humiliter de se sentiret, ostendit haec ad Trallianos scribens: Victus sum, inquit, propter Christum, sed necdum Christo sum dignus: si verò consummatus fuero, fortasse dignus ero.] & ad Magnesianos: Tamen victus sum, comparandus tamen vni vestrum solutorum non sum.] Rursum ad Romanos, cum de pastoribus agit: Me, inquit, pudet de illo-

A

B

C

D

E

A illorum numero dicit: non enim dignus sum, cum nouissimus eorum sum, & abortiuum quippiam.] Et ad Ephesios: Non praecipio vobis, quasi sim aliquid: quamuis victus sum propter nomen eius, necdum tamen perfectus sum in Christo Iesu: nunc incipio discipulus esse, & alloquor vos vt conseruus.] & in fine: Romam victus abducor, nouissimus Fidelium eorum qui ibi sunt, qui ad honorem Dei has gestare catenas dignus habitus sum] ibidem haec de suorum gloria vinculorum: Hic enim spes mea, hic mea gloriatio, hic meae indeficientes diuitiae, in quo à Syria Romam vsque haec vincula circumfero, spirituales margaritas, in quibus contingat mihi consummari precibus vestris.] sed & superius ad eosdem: Audistis me victum à Syria abduci, idque pro Christo communi spe nostra, confisum vestris precibus me consecuturum, vt Romae aduersus bestias pugnem, quò per martyrium discipulus esse possim illius, qui pro nobis se ipsum obtulit Deo Patri.

B At in ea quae ad Romanos, haec de martyrij, quo totus flagrabat, ardentissimo desiderio: Ego omnibus Ecclesiis scribo, quòd voluntarius morior, si modò vos non prohibueritis. Obsecro vos, ne intempestiua beneuolentia me complectamini. Sinite me ferarum escam fieri, per quas licebit Deum adipisci. Frumentum sum Dei: dentibus ferarum molar, vt mundus Dei panis inueniar.] recitantur haec verba Ignatij ab Irenæo libro quinto aduersus haereses, dicente: Quidam de nostris dixit propter martyrium Dei ad iudicium ad bestias: Quoniam frumentum sum Christi, & per dentes bestiarum molar, vt panis mundus Dei inueniar.] sed & post multa haec Ignatius subdit: Fruar bestiis mihi paratis, quas opto truculentiores mihi inueniri: quas & blanditiis demulcebo, vt crudelius me deuorent; non vt quosdam metuentes non attigerunt. Et illae si sponte nolint, ego illas vi adigam. Ignoscite mihi: quid mihi vile sit, ego noui. Nunc incipio discipulus Christi esse, cum nihil exspectam aut visibillum aut inuisibillum, vt Iesum Christum assequar. Ignes, cruces, ferarum concursus, sectiones, laniena, ossium discriptiones, membrorum concisiones, totius corporis solutio, diaboli tormenta in me veniant: tantummodò vt Christum nanciscar. Nihil me iuuabunt fines mundi, nec regna huius saeculi. Melius est mihi emori propter Iesum Christum, quam imperare finibus terrae.] habet alia plura id genus Ignatius in epistola ad Tarsenses: sed de ea suo loco inferius. At de his haec tenus.

C Quibus autem titulis atque praconiis, ad Romanos scribens, ipsam Romanam Ecclesiam exornet, dicere non praetermittam. Ipso enim eius exordio haec habet: Ignatius, qui & Theophorus, misericordiae consecuta in magnificentia altissimi Dei Patris, & Iesu Christi vniueri eius filij, Ecclesiae sanctificatae & illuminatae, per voluntatem Dei operantis omnia, quae pertinent ad fidem & charitatem Iesu Christi, Dei & Saluatoris nostri, quae praesidet in loco Romanae regionis, Deo digna, decentissima, beatificanda, laudanda, digna qua quis potiat, castissima, & eximiae charitatis Christi & Patris nomen ferens, Spirituque plena: quam & saluto in nomine Patris omnipotentis, &c.] Haec igitur non oportuit praetermississe, vt cum scriptorum inopia res Romanae Ecclesiae huius temporis subobscurae remanserint, eam florentissimam fuisse, ex ea Ignatij ad ipsam data epistola facile intelligi possit.

D Smyrna tandem abductus S. Ignatius, Troadem delatus est: vbi & aliquantisper permixtus agere, alias ad diuersos scripsit epistolas. Tunc enim Ecclesiae Philadelpiae Episcopus (vt alij fecerant Smyrnae) Ignatium Troade conuenit, quod ad eos scribens testatur, sic dicens: Conspecto Episcopo vestro, cognoui quòd non à seipso neque per homines ad dignitatem euectus est, &c.] Quòd autem Troade ad eos scripserit, ipse in fine epistolae declarat his verbis: Salutatio vos charitas fratrum qui sunt in Troade, vnde haec scribo vobis per Burgum, qui missus est ab Ephesio & Smyrnenibus honoris causa.] Admiratione equidem digna res est, hominem victum, ferale militum custodia seipsum, ad bestias damnatum, vel Romae damnandum, perinde ac si non ad penas, sed ad triumphum duceretur, omnium Ecclesiarum per quas transiret, & quae de illo audissent, omnibus omnium acceptum officijs & honoribus cumulatum. Quae quidem, vt sibi liceret in sanctissimum virum conferre, quemque ipsorum à truculentis militibus eius custodibus ingenti redemisse pecunia (vt ab aliis fieri solitum esse alibi diximus) certissimum existimamus: hasque moras in diuersis locis vario praetextu dilatas, auarorum custodum fuisse mundinas, in quibus tali occasione coraderent quan-

XII. FLAGRANS MARTYRII DESIDERIVM.

XIII. IGNATIVI ROMANA ECCLESIAE PRAECONIA

XIV. IGNATIVS DVCITVR TROADEM. Ignat. ep. 9.

Ignat. ep. 5.

XV. SCRIBIT AD SMYRNENSES.

Ignat. epist. 10.

Ignat. epist. 11.

XVI. IGNATIVS PHILIPPVS PERDYCI TVR.

Ignat. epist. 11.

Idē epist. 13.

XVII. IGNATIVS SCRIBIT AD TARSENSES.

Ignat. ep. 7.

ET AD PHILIPPENSES.

Ignat. ep. 8.

XVIII. POLYCARPVS COLLIGIT EPISTOLAS IGNATII.

tas vellent pecunias: cum tamen (vt idem ait S. Ignatius ^a) beneficiis affecti, redderentur crudeliores; nimirum vt eò carius id venderent, quò nulli parcentes impensæ Christianos auctione eiusmodi pietatis officia libenter redimere intelligerent. sed redeamus ad Ignatium.

Troade cum adhuc esset, eidem nuntio, Burgo scilicet, dedit litteras ad Smyrnenfes: nam in fine ipsarum ^b: Salutat vos, inquit, charitas fratrum vestrorum, quæ est Troade, vnde & scribo vobis per Burgum, quem misisti mecum vnà cum Ephesius confratribus vestris.] scripsit tunc & ad Polycarpum ipsorum Episcopum. scripsisset quoque ad reliquas Asiæ Ecclesias; sed iussus ex improviso nauem conscendere, quod conceperat animo, perficere minùs potuit. nam in ea ad Polycarpum data epistola hæc ^c ait: Quoniam verò omnibus Ecclesiis scribere nequii, quòd repente iussus sum à Troade navigare Neapolim, scribes Ecclesiis anteriori loco positis, &c.] hæc ad Polycarpum scribit, cum commendauit ei Ecclesiam Antiochenam.

Sic igitur nauis impositus vincus Ignatius Neapolim, primam quæ ad mare sita occurrit in Macedonia ciuitatem, tum Philippo inde perducitur: vbi cum esset, nihil antiquius habuit, quàm vt ad suos Antiochenos scriberet. nam in fine eius epistolæ hæc ait ^d: Salutat vos Philo & Agathopus diaconi, qui vnà me comitati sunt. Salutate inuicem in osculo sancto. Hæc à Philippis scribo vobis.] inde etiam tunc scripsit ad Heronem eiusdem Ecclesiæ Antiochenæ diaconum virtute clarissimum, ad quem in fine: ^e Salutat te Episcopi, Onesimus, Bitus, Demas, Polybius, & omnes qui sunt Philippis in Christo, vnde & hæc vobis scripsi.] & post pauca, futura vaticinatur, fore nimirum, vt sibi in Ecclesia Antiochena succederet: nam ait: Credo enim in Patrem Domini Iesu Christi, & in vnigenitum eius Filium, quòd ostendit mihi Deus, Heronem super thronum meum.] & post nonnulla: Saluta populum Domini nominatim à paruo vsque ad magnum: quos commendo tibi, vt Moyses ipsi Iosue duci exercitus. Nec graue tibi videatur aut insolens, quod à nobis dictum est: etsi enim non sumus tales, quales illi, verùm optamus tales fieri, quandoquidem & Abraham filij sumus. Esto itaque robustus, ô Hero: virili & heroico animo esto. Tu enim introduces, & educes post hac populum Domini, qui est Antiochiæ: & non erit grex Domini velut oues quibus non est pastor.] Hæc de Heroné futuro successore se diuino spiritu prænouisse, scribens ad ipsos Antiochenos, testatus est, tacito tamen ipsius nomine, cum ait: Saluto sanctos diaconos, & optabile illud nomen eius, quem video in spiritu locum meum tenere, vbi Christum nactus fuero, pro cuius anima meam libenter commutauero.]

Philippis etiam scripsit ad Tarsensem Ecclesiam: quod ipse in fine datæ ad ipsam epistolæ his verbis significat ^f: Salutat vos Ecclesiæ Philippensium, vnde & scribo hæc.] at in eius exordio, quàm ardenti esset animo ad subeundum mortis supplicium, demonstrat, cum ait: Verùm nihili pendo supplicia hæc, neque tanti facio vitam meam, vt eam plus amem quàm Dominum: quare paratum me offero igni, ferris, gladiis, cruci, dummodò Christum videam Saluatorem meum, qui propter me mortuus est. Obsecro vos ego vincus Iesu Christi, qui terra marique exagitor, stete in fide.] Post hæc autem Philippis recedens, per Macedoniam terrestri itinere Dalmatiam versus à custodia militari perducitur: cum ad Philippenses, quos reliquerat, dedit epistolam. nam in eius exordio ait ^g: Memor charitatis vestræ, & propensum in Christo erga nos animi, quæ declarastis, decere existimabam, vt scriberem ad charitatem vestram, &c.] sic igitur nouissima hæc omnium Ignatij epistolarum fuisse videtur.

Porro vt omnes tunc in via scriptæ ab Ignatio epistolæ ad diuersas Ecclesias atque personas in vnum colligerentur, atque integræ seruariantur, opus fuit sanctissimi Polycarpi Smyrnenfium Episcopi: nam ex his quæ ipse scripsit hoc eodem tempore post discessionem S. Ignatij à Macedonia, ad Philippenses, id facile potest intelligi. ait enim: Epistolas sanè Ignatij, quæ transmissæ sunt vobis, habeo; & alias quantalcumque apud nos habuimus, transmisi vobis, secundum quod mandastis, quæ sunt huic subiectæ epistolæ: ex omnibus enim vobis magnus erit profectus, continent enim fidem, patientiam, & omnem ædificationem ad Dominum nostrum pertinentem.] hucusque Polycarpus de scriptis ab Ignatio epistolis. Sed pergit: Et de ipso S. Ignatio, & de ipsis qui cum eo sunt, quod certius agnoueritis, significate.] his enim satis perspicue declarat, haud multos post dies à discessione Ignatij Philippis, à se scriptam esse epistolam ad Philippen-

A

B

C

D

E

lippenfes, cuius meminit Eusebius ^a: & ne de ea, quænam fuerit, dubitare quis possit, recitans duo fragmenta, eam ipsam esse, quam nos citauimus, perspicue demonstrat. Eandem in Asiæ Ecclesia legi solitam, S. Hieronymus tradit ^b.

Ceterùm, quod ad Ignatij epistolas pertinet, de illis agens Eusebius, illarum tantum meminit, quæ datæ sunt Smyræ primùm, ac deinde Troade: sic & Hieronymus eisdem recenset, omnes numero septem, videlicet ad Ephesios, ad Magnesianos, ad Tralenses, ad Romanos, postea quæ datæ sunt Troade ad Philadelphios, ad Smyrnenfes, & Polycarpum: omnes scilicet, quas priusquam ex Asia proficisceretur, conscripsit. Quæ autem ab eo sunt scriptæ Philippis in Macedonia ad Antiochenos, & ad Heronem eius Ecclesiæ diaconum, quæve ad Tarsenses, eos præterisse videntur, sicut & quæ nouissimè scripta ab eo fuit ad Philippenses; quas Ignatij esse germanas, eisdemque sincerissimas, nemo iure poterit dubitare: sicut & quæ data est ad Mariam Casobolitem, de qua superius actum est. de quarum fide parum est vt citem veruissimos Græcos codices, qui non in Vrbe tantum in diuersis bibliothecis habentur, sed & aliis vbique locorum, vel Photium in testem adducam: quandoquidem iudicio omnium eruditorum, stylo, caractere, aliisque compluribus notis verborum, sententiarum, ac rerum, ex septem illis omnium auctoritate probatis epistolis certam sibi vendicant fidem: adeò vt nulla manifestior vel vehementior de earum integritate possit afferri probatio, quàm ex reliquis epistolis eiusdem Ignatij, contestatione & connexione quadam sibi inuicem omnibus coherentibus: vt nulla prorsus de impostura possit oriri suspicio. Quòd igitur septem illæ seorsum positæ haberentur, fuit illa prima collectio facta à Polycarpo: qui (secundum Eusebij lectionem, eandemque legitimam, & antiquioribus Græcis codicibus magis consentientem) non tantum ad se missas, sed & alias in vnum collegit, quæ ad Asiæ nominatas Ecclesias scriptæ fuissent, quas (vt testatur) misit ad Philippenses. Hi verò, iis à Polycarpo acceptis, quatuor alias volumini addiderunt, tres nimirum Philippis apud se datas, ad Antiochenos, ad Tarsenses, & ad Heronem diaconum, quarum exempla apud se remansissent; quartam verò ad se ipsos post recessum Philippis ab eodem Ignatio scriptam: hancque ipsam posteriorem collectionem Philippensium non Græcis tantum, sed & Latinis postea innotuisse constat.

Magna quidem in primis Dei prouidentia factum est, vt numeratæ omnes epistolæ ab Ignatio scriberentur: sed & admirando planè diuino consilio procuratum, vt inter tot tantaque naufragia scripturarum, eadem ad nostram ætatem incorruptæ atque integræ seruariantur. In illis quippe eius temporis Orientalis Ecclesiæ facies propemodum viua redditur: atque adeò, vt non tantum res tunc gestæ, sed & Ecclesiastica disciplina, & mores, & Apostolicæ ipsæ traditiones Apostolicarum Ecclesiarum, velut in tabula quadam erudita manus penicillo habeantur expressæ. Quæ enim Petrus & Paulus docuerant Antiochenos, quæ iidem atque Ioannes tradiderant Asiæ Ecclesiis, quas ad pietatem instituerant, quæ eadem Ecclesiæ tradita susceperant atque seruariant; hæc eadem suis epistolis Ignatius memorans & inculcans, illis custodienda præscribit.

Certum quidem esse, & per omnia exploratum haberi debet, ea sua prædicatione Apostolos alumnas Ecclesias docuisse, quæ his temporibus ipsæ seruasæ reperiuntur, quæ & Ignatius ne præteriret admonuit. nam & Eusebius ^c ait, nihil aliud conatum esse Ignatium suis epistolis, nisi vt Apostolicas traditiones illis consignatas relinqueret. ait enim: Deinde hortatus est, vt Apostolorum traditioni mordicus inhærescerent: quam quidem asseueranter testificatus, quòd tutius posteritati seruarietur, necessariò scriptis mandandam existimauit.] hæc Eusebius. Quæ igitur ipsi Apostoli, vel Apostolorum discipuli docuerunt Ecclesias; illa esse germana atque legitima, ab omnibusque seruanda, nemo iure poterit dubitare. Quamobrem eiusmodi fortissimo argumentandi genere aduersus hæreticos vsus est Tertullianus ^d, dum eos prouocans ad Ecclesias Apostolicas, id ratum firmumque esse habendum ostendit, quod Ecclesiæ ab Apostolis institutæ seruariant: sed eò fortius atque validius redditur argumentum, quòd à propinquiorebus Apostolorum temporibus peruntur exempla. Cum igitur vsque ad Traiani tempora omnium testimonio vixisse noscantur Apostoli, cuius anno tertio (vt vidimus) Ioannes Evangelista eas, ad quas Ignatius scribit, curauit Ecclesias: necesse est, vt pariter dicamus, quæ ab illis seruari laudat Ignatius, & quæ vt retineant atque custodiant, idem admonuit, eadem esse Apostolicam traditionem, ac proinde Catholicam disciplinam. Sed age iam, quod

Euseb. hist. lib. 5. cap. 30.

Hieron. de Script. Eccl. in Polycarpo.

XXIX. NUMERVS ET FIDES EPISTOLARVM IGNATII.

XX. MAGNI PONDERIS IGNATII EPISTOLAR.

XXI.

Euseb. hist. lib. 3. c. 30. APOSTOLICAE TRADITIONES LITTERIS IGNATII CONSIGNATAE.

Tertull. de præscript. cap. 36.

quod pertinet ad res gestas: qui esset status Ecclesiae Orientalis huius temporis, videamus: ac deinde quae in ea vigerent instituta, omnia compendio perstringentes addamus.

XXII.

QV IN A M
HAERETICI
TEMPORE
IGNATII.

Præter illam, de qua diximus, quæ foris erat Ecclesiae persecutio, Imperatoris arbitrio in orbe Romano (vt vidimus) grassans, qua & Ignatius Antiochiâ Romam victus abducebatur: vexabat quoque haud mediocriter eandem Dei Ecclesiam perfidia hæreticorum; quos cauendos, in singulis ad diuersos datis epistolis idem Ignatius vehementer admonuit. At de his eo ordine, quo scriptæ, & à nobis sunt recensitæ, ex eius agamus epistolis. Ad Ephesios scribens: Nonnulli, inquit, improbissimi solent dolo malo nomen quidem circumferre, sed patrant quædam indigna Deo, & sentiunt ea quæ pugnant cum Dei doctrina, in exitium proprium, & eorum qui illis credunt: quos oportet vos, vt feras, euitare.] & post multa: Noui nonnullos per vos transeuntes habere peruersam doctrinam peregrini & maligni spiritus: quibus negatis transitum ad spargendum zizaniam, obturatis auribus, ne reciperetis errorem quem docent.] hæc de hæreticis vagantibus Ignatius: quos eò quòd vitassent Ephesij Christiani, ea de causa appellat Ephesiorum Ecclesiam purissimam & celeberrimam, omnibus laudandam sæculis. At licet quinam hi fuerint hæretici, non nominet; in ea tamen, quam tunc item ad Trallianos dedit, epistola nominatim recenset, quos admonet fugiendos; vt Simonis hæresim habentes, Menandrum, & Basilidem, & eorumdem sectatores Nicolaitas, Theodotum, & Cleobolum, de quibus superius: Sunt enim, inquit, nonnulli vaniloqui & seductores, non Christiani, sed Christum tempore, Christi lucrones, qui que ex nomine Christi quæstum faciant, fraude circumferentes illius nomen, & adulterantes verbum Euangelij, &c.]

XXIII.

CERIN-
THVM VI-
TANDVM
ADMONET.

Quænam autem fuerint horum hæreses, superius, cum de eorum origine tomo primo Annalium egimus, dictum est. Ad Magnesianos verò scribens: Non pariamini, inquit, vos seduci aliis opinionibus, nec fabulis, nec genealogiis numquam finiendis: nec fastui Iudæorum attendatis, &c.] pluribus enim monet cauere eos, qui vnâ cum Euangelio Legem quoque dicerent esse seruandam: hæc Cerinthum & alios docuisse suo loco diximus. In ea item quam scripsit Troade ad Philadelphenos (sic eos vocat Plinius) non tantum Simonianos & Nicolaitas vt vitent admonet, sed & Ebionem hæresiarcham cauendum inculcat.

XXIV.

TRADITIO
SINE SCRIP-
TO.

Insuper & quorundam taxat improbam assertionem, dicentium, nihil penitus esse credendum, nisi quæ descriptæ haberentur in Euangelio posito in archiuis, in quos hæc ipse: Audiui quosdam dicentes: Nisi Euangelium inuenero in archiuis, non credo. Talibus ego dico, quòd Iesus mihi pro archiuis est.] & paulo post: Nec enim Spiritui debent archiua præferri. Durum est contra stimulum calcitrare: durum est Christo nolle credere: durum est prædicationem Apostolorum reicere.] hæc Ignatius: quibus planè insinuat, fidem Catholicam ea etiam quæ sine scripto traderentur, debere complecti, ac proinde traditionibus contineri. Ad Smyrneses inde scribens, eos in primis cauendos monet hæreticos, qui Christi incarnationis œconomiam subuerterent. Ac demum in ea quam scripsit ad Philippenses, in his ferè totus est, vt eos vitent hæreticos, qui Christi crucem negabant: qui, inquam, dicerent Christum nequaquam fuisse crucifixum, nisi per imaginem quamdam. Qui hæc sentirent post Simonem magum, aliàs diximus. Has igitur his temporibus vagantes hæreses cum in nuper citatis epistolis cauendas admoneret; simul & aduersis venena antidotum parans, quid purè atque sincerè in Catholica Ecclesia credendum esset, edocuit; testatamque locupletissimè in omnibus Apostolicam fidem, eandemque Catholicam, posteris tradidit.

XXV.

IGNATII
EPISTOLAE,
PROMPTVA-
RIVM TRA-
DITIONVM.

Sed & de iis quæ spectant ad Ecclesiae ritus, mores, traditiones, & disciplinam, quæ illi ab Apostolis, qui eos ad pietatem instituerant, acceperant, dum vt ea omnia seruent atque custodiant, ad eosdem scribens, vehementer inculcat; quænam illa fuerint, certo certius, eadem sæpius repetendo, significat, vt in primis de conuentu Ecclesiastico, ipsa sacra synaxi, atque vsu diuinorum Sacramentorum. Ecce tibi ad Ephesios scribens de conuentu Ecclesiastico, & Eucharistia in eo exhiberi solita: Omnes, inquit, nominatim congregamini.] & infra: Obedientes Episcopo & presbyterio, mente indiuulsa frangentes panem vnum, quod immortalitatis pharmacum est, mortis antidotum, vitam in Deo concilians per Iesum Christum, medicamentum purgans vitia, & omnia pellens mala.] sed & superius: Nemo erret: nisi quis intra altaris septa sit, priuatur pane Dei.] & ad

A ad Magnesianos: Omnes adorandum in idem loci conuenite, sit vna communis præcatio, vna mens, vna spes in charitate, & fide inculpata in Christum Iesum, quo nihil est præstantius. Omnes velut vnus quispiam ad templum Dei concurrite, velut ad vnum altare, ad vnum Iesum Christum summum sacerdotem Dei ingenti.] & ad Romanos de Eucharistia sic: Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus huius vitæ; panem Dei volo, panem caelestem, quæ est caro Christi filij Dei, qui factus est posterioribus temporibus ex semine Dauid & Abraham: & potum volo sanguinem illius, quæ est charitas incorruptibilis, & vita æterna.] hæc ex epistolis Smyrnæ datis. Ex illis autem quas scripsit Troade, ac primum ad Philadelphios: Obsecro vos, vt vna fide, vna prædicatione, vna Eucharistia vtamini. Vna enim est caro Domini nostri Iesu Christi, & vnus illius sanguis, qui pro nobis effusus est: & vnus calix, qui pro omnibus nobis distributus est: vnus panis, qui omnibus fractus est: vnum altare omni Ecclesiae.] & ad Smyrneses, secundum Theodoretum lectionem: Eucharistias & oblationes non admittunt, quòd non constentur Eucharistiam esse carnem Saluatoris nostri Iesu Christi, quæ pro nostris peccatis passa est, quam Pater sua benignitate suscitauit.] hæc ille, cum hæreticos his aduersantes redarguit.

DE S. HV-
CHARISTIA
TRADITIO.

Theodoret.
in impatib.
diolog. 3.

Rursum verò de his quæ spectant ad ordines Ecclesiasticos, hæc ad Ephesios: Enitimi, charissimi, subiecti esse Episcopo & presbyteris & diaconis. Qui enim his obedit, obedit Christo, qui hos constituit. Qui his reluctatur, reluctatur Christo Iesu.] Ad Trallianos in hunc modum: Episcopo subiecti estis, velut Domino.] & paulo post: Sed & presbyteris subiecti estis, vt Christi Apostolis.] & post multa: Quid enim aliud est Episcopus, quàm is qui omni principatu & potestate superior est, & quoad hominem licet pro viribus imitator Christi Dei factus? Quid verò sacerdotium aliud est, quàm sacer cœtus, consiliarij, & assessores Episcopo? Quid diaconi, quàm imitatores Angelicarum virtutum, qui purum & inculpatum ministerium exhibent, vt S. Stephanus B. Iacobo, Timotheus & Linus Paulo, Anacleus & Clemens Petro? Qui igitur his non obedit, atheus & impurus est, & Christum contemnit, & constitutionem eius imminuit.

XXVI.
QV ID IGNA-
TIVS DE
ORDINIBVS
ECCLESIA-
STICIS.

De obedientia item præstanda Episcopo, plura inculcat, scribens ad Magnesianos, necnon ad Philadelphios; hacque gradatione hierarchiam in Ecclesia docet, sic dicens: Principes obediunt Cæsari, milites Principibus, diaconi presbyteris sacrorum præfectis: presbyteri, diaconi, & reliquis Clerus vnâ cum populo vniuerso, militibus, Principibus, & Cæsare, ipsi Episcopo pareant, Episcopus Christo, vt Christus Patri.] & post multa: Exclamaui voce magna inter eos quibus locutus sum: Non est meus sermo, sed Dei: Episcopo attendite, presbyteris, & diaconis, &c.] Spiritus enim sancti de eiusmodi in Ecclesia ordine testimonium certum adducit. Et ad Smyrneses: Omnes Episcopum sequimini, vt Christus Patrem; & presbyterorum collegium, vt Apostolos. Diaconos reueramini, vt ex præcepto Dei ministrantes. Sine Episcopo nemo quidquam faciat eorum quæ ad Ecclesiam spectant. Rata Eucharistia habeatur, quæ sub Episcopo fuerit, vel cui ipse concefferit.] & paulo post: Non licet sine Episcopo baptizare, vel offerre, neque sacrificium immolare.] ac demum: Laici diaconis subiiciantur, diaconi presbyteris, presbyteri Episcopo, Episcopus Christo, vt ipse Patri.]

XXVII.
EPISCOPIVS
OBEDIEN-
DVM.

De reliquis item Ecclesiae ministris sic ad Antiochenos: Saluto hypodiatonos, lectores, cantores, ianitores, laborantes, exorcistas, confessores. Saluto custodes sacrorum vestibulorum diaconissas.] & ad Heronem quoque de munere sacerdotum & diaconorum: Nihil sine Episcopis facito: sacerdotes enim sunt, tu verò sacerdotum minister. Baptizant, ministrant, eligunt, manus imponunt; tu verò illis ministras, vt sanctus ille Stephanus Iacobo.] & ad Trallenses: Presbyteri subiecti estote Episcopo, diaconi presbyteris, populus presbyteris & diaconis. Qui hunc ordinem seruauerint, pro eorum animabus ego libens animam meam commutauero, & Dominus sit cum ipsis perpetuò.] & ad Polycarpum: Meam animam libenter commutauero cum animabus eorum qui Episcopo parent, presbyteris & diaconis: faxit Deus, vt mihi portio cum illis contingat à Deo.] idem quoque ad Philippenses, dicens: Subiecti estote Episcopo, presbyteris, & diaconis.]

XXVIII.
IDEM DE
ECCLESIA-
STICA HIE-
RARCHIA.

Sicque in omnibus vnâ semper prædicat esse Christi Ecclesiam; in eaque pacem & vnitatem esse sitam, si vni omnes Episcopo pareant; à quo ordine aberrare, idem esse, quod cum schismaticis & hæreticis in castris hostium profiteri. vt non mirandum sit, si in his crebrò verferetur, ac totus in his esse penitus videatur. Quæ singula recitasse, non

XXIX.
ECCLESIAE
VNITAS.

otio-

otiosum existimamus, quod debitorum simus etiam insipientibus, illis inquam, qui in tam A
apertissima luce cæcutiunt. Ignoscat interea Catholicus lector, si in adeo notis videamur
diutius immorari: magni quippe interesse putamus, si Apostolica constituta per Ignatium,
veluti canalem quemdam, in Ecclesiam Catholicam semel deriuata monstremus:
quod & nostro instituto est maximè consentaneum. Sed ad rem.

XXX.
IDEM DE
VIRGINI-
BUS ET VI-
DVIS.

Florentissimam præterea, his ipsis temporibus, Dei Ecclesiam fuisse germine sancta-
rum virginum, & continentia viduarum, itidem iisdem litteris sæpe citatis insinuat.
Qui ad Philadelphios in primis, præstare virgines nuptis docens, sic ait: Vxores mari-
tis subditæ sint in timore Dei, virgines Christo in puritate; non abominantes nuptias,
sed id quod præstantius est amplectentes; non in calumniam matrimonij, sed vt liber-
rioribus animis diuinæ legis meditationi vaceris.] plura inferius habet de institutione
virginum & viduarum. Et ad Smyrnenes scribens, salutari mandat virgines, quæ in B
perpetua degunt virginitate, & viduas. Scribens item ad Polycarpum, de virginibus &
continentibus ait: Si quis potest in castitate permanere, ad honorem carnis Dominicæ,
vitet iactantiam. Si gloriatus fuerit, perit: & si id ipsum statuatur sine Episcopo, cor-
ruptum est.] non enim sponte eiusmodi, sed per Episcopum Deo dicantur. de quibus
idem ad Antiochenos: Virgines agnoscant cui se ipsas consecrarunt.] & de iisdem ad He-
ronem eiusdem Ecclesiæ Antiochenæ diaconum: Virgines serua, vt pretiosa Christi mo-
nilia.] & ad Tarsenses: Eas quæ in virginitate degunt, in pretio habere, veluti Christi sa-
cerdotes; viduas in pudicitia permanentes, vt altare Dei.] Sed & ad Philippenses: Saluto,
inquit, collegium virginum, & cœtum viduarum.] post continentiam verò virginum &
viduarum, vt primo loco nuptiæ habeantur, admonet: illæ tamen quæ (vt scribit ad Poly-
carpum) secundum Domini præceptum; arbitrio Episcopi contrahuntur, nimirum vt in C
facie Ecclesiæ celebrantur, & sacerdotis benedictione pariter sanctificarentur.

XXXI.

Hæc & alia complura de Ecclesiæ eius temporis ritibus ac moribus: vt de ieiunio
Quadragesimæ, necnon quartæ & sextæ feriæ, de obseruatione diei Dominicæ, Paschatis
die, & aliis festiuitatibus, non tamen ludæorum more celebrandis, idem scribit ad Ma-
gnesianos, & ad Philippenses. Ex his igitur, quantum licuit, paucis nec admodum
longis epistolis, quales essent Ecclesiæ ab Apostolis institutæ, quibusve moribus, riti-
bus, & institutionibus compositæ, Ignatius, dum in iisdem eas confirmare atque stabili-
re studet, egregiè magna ex parte repræsentat archetypum: ad cuius antiquitatis exem-
plar Catholicam Ecclesiam, eandemque Apostolicam, quænam sit, & penes quos habeat-
ur, per facile est demonstrare: ac proinde nullo negotio liceat iudicare, non Ecclesiam
sed Synagogam satanæ esse dicendam, quæ prototypi lineamentis ab Ignatio sic dedu-
ctis reperitur in omnibus esse difformis. nam (quod sæpe diximus) non aliter Ignatium
quàm Apostolos, nec aliud Apostolos eandem Asiæ Ecclesias, quàm quod Ignatius, do-
cuisset, certum & exploratum omnibus esse debet.

ECCLESIAE
ARCHETYPVS.

XXXII.

Et ne vllamquam de his dubitatio vel leuis oriri possit (quod in ore a duorum vel
trium stet omne verbum) eadem de presbyteris & diaconis, virginibus atque viduis (quasi-
tum breui epistola licuit) confirmata habes à Polycarpo Smyrnenfi Episcopo, epistola
hoc anno (vt diximus) scripta ad Philippenses: quam maiores omnes, vt authenticam,
contradicente nemine, venerati sunt. Ad istiusmodi igitur viuum exemplar Catholicæ
& Apostolicæ Ecclesiæ ab Ignatio in vinculis constituto affabrè exsculptum, ac demum
glorioso martyrio consignatum, omnes prouoco Nouatores hæreticos: cuius vel vno
dumtaxat aspectu facile valeant intelligere, quàm longè dispar Ecclesiæ pulchra sit facies
ad turpissimum simulacro, quod ipsimet sibi effinxerunt, portentosissimi monstri, dum
pro captu ingenij sui nouam quotidie Ecclesiam formant.

XXXIII.

Sed quod rursus ad eandem Ignatij Epistolas spectat: præteruisse nolumus, quod ali-
bi alia diximus occasione, consueuisse S. Ignatium in singulis suis epistolis ad calcem illa
apponere, tamquam speciale quoddam signum Epistolarum, Apostolico more: AMEN.
GRATIA. quo etiam caractere eius successores vsi fuere, vt Gregorius Papa scribens
ad Anastasium Episcopum Antiochenum testatur his verbis: AMEN. GRATIA. Quæ vi-
delicet verba de scriptis vestris accepta, idcirco in meis epistolis pono, vt de S. Ignatio ve-
stra beatitudo cognoscat, quia non solum vester, sed etiam noster. Sicut enim magistrum
eius Apostolorum principem habemus communem, ita quoque eiusdem principis disci-
pulum nullus nostrum habeat priuatum.] hæc Gregorius. Ceterum nescio qua incuria
aut

XXXIII.
SIGNVM E-
PISTOLARVM
IGNATII.

Greg. lib. 4.
epist. 37.

curia aut oscitantia librariorum factum sit, vt non nisi in epistola ad Ephesios, & in ea quæ
est ad Polycarpum scripta, eadem verba vltimo loco post salutationem posita habeantur.

Quamuis autem superius duodecim numerauerimus Ignatij germanas epistolas ad
diuersos: plures tamen ab eo fuisse conscriptas, ex eius verbis ad Romanos facile conici
potest, quibus ait: Ego omnibus Ecclesiis scribo, quod voluntarius morior, si modò vos
non prohibueritis.] sanè quidem nisi ad hyperbolem eiusmodi verba referantur, multo
plures oportuit eum scripsisse epistolas: & alioqui plurimas ab eo ante vincula diuersis
occasionibus datas fuisse, neminem puto dubitare, cum id præsertim postularer munus
Episcopale. Hæc idcirco dixerimus, quod leguntur eiusdem Ignatij titulo tres epistolæ,
quarum priores duæ ad S. Ioannem Apostolum & Euangelistam, tertia verò ad san-
ctissimam Mariæ Virginis ad ipsum reddita: quæ cuius fidei sunt, iudicium esto penes pruden-
tem piùmque lectorem. Scimus eas S. Bernardum citasse aliquando, earumque me-
minisse alios recentiores.

XXXIV.
PLURES E-
PISTOLAE
AB IGNA-
TIO SCRIP-
TAE.

Bernard. in
Psalm. 90.
serm. 1.

Ceterum quod ad genus scribendi attinet, eodem vsus est dum ad omnes paræneti-
cas epistolas scriberet, quod personarum ad quas scriberet & temporis ratio postularer,
verum scipsum cohibens, cum alioqui hoc itinere abundantiori Spiritus gratia perfur-
deretur: vnde scribens ad Trallianos: An (inquit) nolebam abstrusiora vobis scribere?
At ne paruulis vobis obsum, metuo (id mihi ignoscite) ne vim mysteriorum minimè
capientes strangulemini. Etenim & ego, non quatenus victus sum, etiam caelestia
intelligere possum, angelicos ordines Archangelorum, Militiarum caelestium discrimina,
Virtutum Dominationumque differentias, Thronorum Potestatumque diuersitates,
Principatuum magnificentias, Cherubim Seraphimque excellentias, & Spiritus sublimi-
tatem, & Domini regnum, & incomparabilem Dei Patris omnipotentis diuinitatem.
Hæc cum nouerim, non continuo perfectus prorsus sum, aut discipulus, qualis Paulus
& Petrus: multa enim desunt, ne à Deo derelinquar.] hucusque ipse, atque primus in
Ecclesia, qui nomina nouem ordinum Angelorum vnà coniunxerit, cum alioqui ean-
dem in diuersis Scripturæ locis (vt S. Gregorius docet) inueniantur. Nam Dionysium,
qui de caelesti hierarchia plura conscripsit, cum in suis commentariis Ignatium citet
post ipsum scripsisse æquum est existimare, de quo plura inferius. At de S. Ignatij episto-
lis hæcenus, quarum (vt vidimus) meminit Polycarpus, citant Dionysius, Irenæus,
Athanasius, Eusebius, sæpè Hieronymus, crebrius Theodoretus, & alij Latinorum
atque Græcorum complures.

Greg. 80. 34

Dionys. de
Diuin. nom.

Polycarp. ad
Philippens.

Iren. lib. 5.

Athanas. lib. de Synod.

Euseb. hist. lib. 3. cap. 30.

Hieron. de
Scrip. Eccl. in
Ignatio, &
in Matth.

Theodoret. in lib. dialog.

Ignatius itaque transiens per Epirum, Adriaticum mare primum, inde Mediterra-
neum nauigans, Puteolos tandem appulit, vbi vnà cum militibus custodibus à Christianis
ibi agentibus hospitio susceptus est, ac demum Romam perductus. hæc de itinere
Ignatij recitat Metaphrastes, dum ex antiquis monumentis Acta eius recenset. Reliqua
autem de eo, cum Romæ consummauit martyrium, quoniam Eusebium & S. Hieronymum
sequimur, qui id accidisse tradunt anno vndecimo Traiani Imperatoris, dicimus
anno sequenti.

XXXVII.
MARTYRES
PHILIPPENSES.

Certauerunt hoc eodem anno pro confessione nominis Christiani Philippis in Mace-
donia Zozimus & Rufus, quorum meminit Polycarpus in epistola ad Philippenses, sic
dicens: Rogo igitur omnes vos insistere verbo iustitiæ & patientiæ, quam oculata fide
vidistis non solum in beatissimis illis, Ignatio scilicet, Zozimo, & Rufo, sed & in aliis,
qui ex vobis sunt: nam in ipso Paulo & in ceteris Apostolis considerantes, quod hi
omnes non in vacuum cucurrerunt, &c.] recitat eundem locum Eusebius. Porro scri-
ptam fuisse eam epistolam à Polycarpo ante Ignatij martyrium, quod diximus, ipse in
eius sine demonstrat. Agitur anniuersaria dies horum martyrum decima octaua Decem-
bris. Sub eodem Traiano Imp. (sed quo anno, incertum est) passus habetur item Philip-
pis in Macedonia Parmenas, vnus ex septem primis diaconis, cuius natalis dies confi-
gnatus habetur in tabulis Ecclesiasticis vigesimatercia Ianuarij. Zozimus miles quoque
martyrium subiit sub eodem Traiano Imp. damnatus à Domitiano Præfide in Pisidia,
de quo Græci pariter ac Latini memoriam celebrant decimanona mensis Iunij, extant
eius acta fusiùs scripta.

Euseb. lib. 3.
cap. 33.

Metaphr. en
dic.

At quoniam nuper mentio facta est de Dionysio, qui ex epistola ad Romanos locum
& nomen Ignatij citauit in libro quem scripsit de Diuinis nominibus, dicentis: Amor
meus

XXXVIII.

DE DIONYSIO AREOPAGITA.

meus crucifixus est :] hic necessariò de perdifficili historia veritate agendum est: num scilicet ille ipse habendus sit Dionysius Areopagita ; vt præferret titulus commentarij. De his acturi , ante omnia meminisse debemus , quæ in tomo primo Annalium præfati sumus in fine anni Domini nonagesimo octauo , quo diximus Dionysium Areopagitam à Clemente Rom. Pont. esse missum in Gallias , cum interim Ecclesiæ Atheniensi loco ipsius sufficeretur Publius , & post eum Quadratus vsque ad tempora Hadriani successoris Traiani , sub quo & ipse Dionysius martyrio est coronatus. Sed hæc tunc paucis perstricta , hic sunt fusiùs explicanda : & illud primò inuestigandum , quonam tempore Dionysium Areopagitam mortuum esse , verius asseratur.

XXXIX.

Metaph. in Dionysio, die 9. Octob. Hilduin. in Areopagit. apud Sur. tom. 5. die 9. Octobr. Metaph. in vita Ioan. Euang. apud Epom. tom. 10. DE TEMPORE MARTYRII DIONYSII AREOP.

Qui dixerunt eum sub Domitiano Imperatore consummasse martyrium , sibi ipsis contraria scribere certum est : fuerunt qui hæc opinati sunt ex Græcis Metaphrastes , ex Latinis Hilduinus , & Hincmarus Rhemenis Episcopus. Si enim germana est epistola Dionysij Areopagitæ ad Ioannem Euangelistam scripta cum adhuc esset exul in Patmo (probant iidem omnes eam vt legitimam , & ipse præcipuè Metaphrastes) cum in ea dicat Dionysius , sibi diuinitus reuelatum , breui illum fore ab ea relegatione soluendum , ac mutuo fruituros esse congressu : si dixerimus Dionysium sub Domitiano suscepisse martyrium , ipsum ea de mutuo congressu esse mentitum , & vana illusionem deceptum (quod nefas est dicere) necesse esset affirmare : nam omnium testificationem (quod distum est) Ioannem Euangelistam non nisi post obitum Domitiani , sub Nerua esse solutum exilio , exploratissimum est. Sed reddamus eadem hic verba Dionysij : Post paululum verò (dicam , etsi audax dictu videatur) tibi charissima societate iungemur. Ero autem prorsus dignior cui fides habeatur , si , quæ tibi præcognita sunt , quæ ex Deo didici hæc loquar : quòd scilicet ex Patmi custodia dimittendus es liber , & in Asiaticam terram reuerurus.] hæc ipse. Cum igitur non nisi post necem Domitiani sub Nerua Ioannes sit liberatus , & reuersus in Asiam , quando Dionysium illum adiisse oportuit : certè manifestum redditur , ipsum post Domitianum fuisse superstitem . Rursum verò cum iidem eius recipiant scripta , idemque Dionysius in superius citato loco de Diuinis nominibus Ignarij epistolæ ad Romanos scriptæ verba illa adduxerit in testimonium : planè certum redditur , eum post obitum Domitiani , & Neruæ successoris , complures sub Traiano vixisse annos . Nulla itaque prorsus veritate nituntur , qui eum sub Domitiano ex humanis decessisse contendunt . Denique quomodo sub Domitiano passus Dionysius dici potest , si idem qui supra Hincmarus , eodem tempore quo Clemens Romanus , eum , paucis interpositis diebus , martyrio vita functum affirmat ; cum constet ex his quæ à nobis superius dicta sunt , Clementem tertio Traiani Imp. anno martyrem obiisse?

XL.

Mich. Syng. in eod. de Dionys. apud Epom. tom. 10. Suid. in hist. in Dionysio Areopag.

Beda & Ado die 3. Octob.

ARISTIDES PROSECVTVS RES DIONYSII. Hieronym. de Script. Eccl. in Aristid.

His igitur confutatis , quid alij de tempore martyrij Dionysij scripserint , inuestigemus. Michaël Syngellus , presbyter Ierosolymorum , qui , vt profiteretur , & de eo testatur Suidas) tum ex iis quæ à maioribus scripta essent , tum ex traditione accepisset , res gestas Dionysij est persecutus , eius obitum ad extremum Traiani Imperium contigisse scribit : licet in eo hallucinatus videatur (nisi , vt accidit sæpè , in notam numeri irrepsit error) dum numerat annos tantum septuaginta ætatis eius : longè enim hac ætate maiorem , obiisse martyrem , suo loco inferius dicturi sumus. Rursum verò antiqua Martyrologia , quorum maior est fides , Bedæ , Adonis , & alia antiquitus scripta , sub Hadriano Imp. Dionysium Areopagitam martyrium subiisse , testantur his verbis : Natale S. Dionysij Areopagitæ , qui ab Apostolo Paulo instructus , credidit Christo , & primus Athenis ab eodem Apostolo Episcopus est ordinatus , & sub Hadriano Principe post clarissimam confessionem fidei , post grauissima tormentorum genera glorioso martyrio coronatur .] addita verò hæc habentur apud Adonem : Vt Aristides Atheniensis vir fide sapientiaque mirabilis testis est in eo opere , quod de Christiana religione composuit .] meminuit non solum eiusdem Aristidis , sed & commentarij ab eo scripti S. Hieronymus , eumque suo tempore extitisse significat , qui tamen penitus excidisse videtur . claruit ipse Hadriani temporibus , quo & Dionysius dicitur ab eodem Imperatore necatus esse . Quamobrem sicut non credimus Adonem falsà citasse , ita nec Aristidem de Dionysij martyrij tempore mentitum esse putandum .

XLI.

His itaque de tempore martyrij Dionysij stabilitis , nimirum nullo modo contingere potuisse vt sub Domitiano martyrium consummarit , sed ex sententia clarissimorum virorum , Traiani Imp. postremo tempore , vel sub Hadriano : apud nonnullos in dubium

DIONYSIVS AREOP. IDEM PARISIORVM EPISCOPVS. Bedæ in Martyrolog.

Abium reuocatum est , an idem Areopagita sit ille Dionysius Parisiorum Episcopus. Beda diuersis diebus duos ponit Dionysios , videlicet Areopagitam quinto Nonas Octobris , Parisiensem verò Episcopum septimo Idus eiusdem : quem secutus Ado , id ipsum asseruit. Ceterum antiquissimum Bedæ Martyrologium , quod extat apud nos scriptum , itidem & Romanum dictum , acceptum olim (quod alibi diximus) ex reliquijs monasterij S. Cyriaci , vnum tantum habet Dionysium , Parisiensem scilicet , septimo Idus Octobris : vnde non à Beda posita , sed ad Bedam ea de Dionysio Areopagita addita esse oportuit , ex Græcorum videlicet Menologio : nam eo die tertia Octobris idem agunt de Dionysio Areopagita.

Verum Bedæ tempore ea de Dionysio Areopagita , quòd vnum idemque esset cum Dionysio Parisiorum Episcopo , ad eò visa sunt explorata , vt postea temporibus Ludouici Pij Imperatoris (ad quem Hilduinus commentarium ab eo rogatus conscripsit , qui extat) absque aliqua dubitatione accepta fuerint , eademque visa atque recognita , inuenta fuerint in omnibus illis consentientia , quæ ex antiquis Græcorum Archiuis , fide publica ob signata , sunt missa Parisios . His igitur omnibus visis atque exactè recognitis , omnium eruditorum calculo est firmata sententia , vnum eundemque esse Dionysium Areopagitam cum Dionysio Parisiorum Episcopo . Quamobrem Hincmarus illorum temporum vir eruditione & pietate clarissimus , scribens ad Carolum Caluum Imperatorem , vt in re comperta atque omnium fide testata , hæc ait : Patrem vestrum Dionysium esse Areopagitam , à beato Paulo Apostolo baptizatum , & Atheniensem ordinatum Episcopum , & in Gallias à beato Clemente directum : ex his quæ Græca testificatio , & S. Romanæ Ecclesiæ attestatio , & Gallicana intima contestatio , ratum in hac causa (quod longè ante nos dictum est) recognoscant .] hucusque Hincmarus.

Sed ne hæc esse obiter vel inaniter dicta quis existimet : operæpretium ducimus , ad ea singula attestanda , hic paululum immorari . Ignoscat lector : nec scabra petentem orationem vigeat importunè calcaribus , quæso . Licet autem hæc in Notis ad Martyrologium Romanum meminerimus nos scripsisse : tamen quia hinc ea desumpta esse testati sumus , haud æquum putauimus , propter exemplum , prototypi faciendam esse iacturam , cum præsertim proprius hic locus esse noscatur , quo secundum historiæ ordinem vberius pertractentur . Quòd igitur auctor ad ea de Dionysio testanda , Græcam adducat (vt ait) attestatorem : sapienter quidem . Quid enim aliud professus est Michaël Imperator , qui ad hoc subtilius perferendum , omne impendit studium , atque egregiam nauauit operam , cum ad Ludouicum Pium Imp. publica legatione misit commentarios Dionysij Areopagitæ ? Qui cum Parisios perlatis tunc essent , cum natalis ipsius Dionysij vigiliæ agerentur : cuius nam illi fuerint (vt ad tantam rem testandam diuinum quoque suffragium accederet) diuinitus miracula edita certo certius declararunt . narratur rei gestæ historia in eadem epistola , quam ad eundem Ludouicum Imp. Hilduinus tunc scripsit , quæ in superius citato commentario continetur . Quod insuper ad Græcorum attestatorem pertinet : Anastasius S. R. Ecclesiæ Bibliothecarius , vir tum Græcis tum Latinis litteris insigniter eruditus , æquè testatur S. Methodium Constantinopolitanum Episcopum scripsisse mandasse vitam Dionysij Areopagitæ , in eaque de eius aduentu in Gallias fidem confirmasse , eamque egregiè testatam , cum olim presbyter legatum ageret apud Romanam Ecclesiam , eidem tradidisse . Transtulit eam ex Græco ipse Anastasius , misitque ad Carolum Caluum Imp. prout data ad eum (quæ extat) epistola docet : ipsa tamen Vita non habetur.

Sed & de Dionysio (quod diuinis litteris est traditum) In ore duorum vel trium stat omne verbum præstitit hoc ipsum etiam Michaël Syngellus Methodio æqualis : claruerunt ambo eodem tempore Ludouici Imp. sub Michaële Balbo , & eius successore Theophilo Imp. hæretico Iconoclasta , à quo pietatis causa martyrium susceperunt , vt de ambo testatur Cedrenus : ad eò vt nulla de impostura in sanctissimis viris possit vel leuis suboriri suspicio : sed & quòd eius ætatis omnium disertissimi essent , nec de imperitia possint aliquam pati calumniam : Hic , inquam , beatus Michael (hoc enim titulo eum Græci nominant) scripsit oratione panegyrica res gestas Dionysij Areopagitæ , qua eum auocatum ab Ecclesia Atheniensi , & missum in Gallias , curasse Ecclesiam Parisiensem , ac tandem ibidem ad vltima Traiani tempora martyrium consummasse , pluribus profertur . Scripsisse ea Syngellus videtur , cum sub eodem Theophilo Orientalis Ecclesiæ dira per-

secutione vexaretur: vt ipse in fine orationis testari videretur, dum Dionysium enixius ro-

XLV. ANTIQVA MONVMENTA DE DIONYSIO.

Quod item ad Græcorum attestationem pertinet, Metaphrastes ex antiquioribus memoriis eiusdem Dionysij vitam describens, iisdem adstipulatus est, & alij complures ex recentioribus. At ne quis putet, ea tum primùm Acta Dionysij Areopagitæ à citatis auctoribus fuisse inuenta atque conscripta, accipiat, quid scribens ad eundem Imp. Ludouicum, Hilduinus de antiquorum Græcorum monumentis his verbis testatus sit: Vique hodie Græcorum maiores, & Athenarum incolæ perhibent, historiarum scriptis, & successione traditionibus docti, in eadem ciuitate Dionysium tunc temporis primum fuisse Episcopum, quando Timotheus Pauli æque discipulus Ephesiorum rexit Ecclesiam; ipsumque subrogato sibi Episcopo Romam adiiisse, & (vt compererunt) apud Gallo-

XLVI. CONSENSVS GRAECORVM MAGNI PONTIFERIS.

Certe quidem etsi nulla vniquam de Græcorum mutua consensione, & ex suis scriptis attestatione suppeterent testimonia, suum ipsorum silentium loco mille testium foret. Etenim mente recolentes, quàm ipsi fuerint semper rerum suarum tenacissimi custodes ac vindices, hocque illis esse insitum à natura, quippe qui de Homeri patria inter se adeò concertarint: haud putamus fuisse adeò liberales, vt tantum virum, sapientium sapientissimum, Athenarum reliquias, Pauli insignem discipulum, primum ipsorum Episcopum, tam facile donarint Gallis, vt ipsis sibi eum vendicantibus, penitus tacuerint, ac veluti iurato silentio, nullus vniquam ausus fuerit vel leuiter contradicere. Nam si le-

XLVII. DE DIONYSIO AREOPAGITA QUID ROMANA ECCLESIA.

Quod verò de eadem veritate idem qui supra auctor Hincmarus in testimonium adducit S. R. Ecclesiam: aliqua fortasse ea de re extrabant Pontificum Romanorum diplomata: vel, si ea defuissent, dum ille citat ad eandem rem probandam antiqua Missalia Gallicana, quæ ait probata fuisse auctoritate Romanorum Pontificum, Innocentij, Gelasij, atque Gregorij, quorum extare dicit ad Parisiensem Ecclesiam eo argumento scriptas epistolas; satis superque eadem veritas S. Romanæ Ecclesiæ auctoritate testata atque probata dici potuisse videretur. Nam moris erat, vt in sanctorum natalibus in sacræ Missæ præfatione, res ab eis gestæ, breui perstrictæ compendio, in ecclesia publicè recitarentur: cuius veteris consuetudinis fidem faciunt Missale Ambrosianum, atque Sacramentarium S. Gregorij.

XLVIII. FACTO REM TESTATUS EST STEPHANVS PAPA.

Sed alia insuper ratione accessisse visum est Romanæ Ecclesiæ testimonium: quòd Stephanus Papa, cum esset in Galliis, & eiusdem Dionysij ope è morbo conualuisset, translatis Romam eius reliquiis, in eiusdem honorem monasterium Romæ erigendum curauit; quòd Græcis monachis suis gentilibus tradidit habitandum. Dicit namque posse videretur, his publicis monumentis in Ecclesia Romana ratum haberi, Dionysium Areopagitam eundem profus esse cum Dionysio Parisiorum Episcopo. Hæc ipsa de Papa Stephano, Dionysij auxilio reddito sanitati, & eius grati animi studio, Ludouicus Imp. ab eodem Hilduino voluit scriptis memoriæ commendari ex litteris eiusdem Stèphani Papæ hæc restantis. Quòd insuper Romana Ecclesia scriptam à S. Methodio Dionysij vitam, atque ab eodem Romam perlatam, suscepisset, eandemque eiusdem S. R. Ecclesiæ Bibliothecarius Anastasius Latinitate donasset, atque ad Carolum Imp. in Gallias, datis ad eum (quæ adhuc extant) litteris, misisset, argumentum haud leue videri poterat, eandem veritatem ab Ecclesia Romana esse receptam.

* Apud Hilduinum supra.

XLIX.

At de fide Ecclesiæ Gallicanæ, quam idem Hincmarus adducit de ea re probanda, satis videri possunt quæ ex antiquioribus monumentis Acta Dionysij Hilduinus collegit: quæ si aliqua in re, vt de tempore eius martyrij (quòd diximus) minus vera habeantur,

Atur, non ob eam causam cetera omnia, quibus tam Græci quàm Latini adstipulantur, falsa esse dicenda sunt: cum in diuinis tantum Scripturis nullum sit reperire errorem atque mendacium. Re igitur in hunc modum firmiter constituta, his obstare videbatur Gregorius Turonensis, dum ait missum Parisios Dionysium tempore Decij Imp. quòd quidem tam verum est, quàm quòd ibi asserit, eiusdem Decij tempore Trophimum Arelate, Paulum Narbonam, & Martialem item in Gallias amandatos; quos constat fuisse Apostolorum discipulos, & Apostolorum temporibus ad prædicandum Euangelium in Gallias esse missos. Sed hæc, sicut alia plura, auctoris simplicitati multa tam facile admittendi donanda sunt, prout etiam Hilduinus excusat, sic dicens: Ceterum parcendum est simplicitati viri religiosi Gregorij Turonensis Episcopi, qui multa aliter quàm veritas se habet, æstimans, non calliditatis astu, sed benignitatis & simplicitatis voto, litteris commendauit.

OBJECTO DE GREGORIO DILIGENTIVR. * Greg. Turon. hist. Franc. lib. 1. cap. 30.

Quoniam verò in colligendis annis ætatis eius, alios vidimus esse deceptos, operæpretium existimamus, rei veritatem (quantum licet) ex suis ipsius scriptis hic conignatam relinquere. Cum ipse ad Apolloniam scribens testetur, tempore obitus Saluatoris, quo contigit admirandum illud Solis deliquium, se annum ætatis vigesimum quintum agentem fuisse: si ad Hadriani Imperium dixerimus peruenisse (quòd, vt vidimus, testatur antiqua Martyrologia) necesse est affirmare, ipsum suæ ætatis anno decimo supra centesimum obiisse: nam secundum chronographiam à nobis asseritam, anno Christi centesimo decimonono ponitur ingressus Hadriani Imperatoris. Quòd haud adeò mirandum videri debet, si quis consideret, diuina providentia factum vt complures Apostolorum discipuli longiotem ætatem vixerint, vt Apostolicarum institutionum essent viua quedam monumenta; velut Ignatius, de quo egimus, qui Dominum in carne viderat, & Quadratus, qui temporibus eiusdem Traiani rexit Ecclesiam Atheniensem, complures se vidisse tradit, qui tempore Christi in Iudæa variis oppressi languoribus sanati essent, ac eos qui à mortuis resurrexissent: quòd ex suis ipsius scriptis narrat S. Hieronymus. Adde his Hermam Pauli discipulum, cuius & fuisse dicitur liber ille Pastor, in scriptis: hunc usque ad Antonini Pij tempora, qui successit Hadriano, constat peruenisse, quippe qui sub Pio Romano Pontifice librum illum conscripsit. Sed ante omnes in exemplum adducendus fuisse Simeon Ierosolymorum Episcopus, quem annum agentem centesimum atque vigesimum, hoc anno martyrio vitam functam esse diximus. At nec (quòd ad hanc rem spectat) præterisse oportuit, Polycarpum Ioannis Euangelistæ discipulum, præfectum hoc tempore Ecclesiæ Smyræorum;

L. AETAS DIONYSII EX SCRIPTIS EIVS.

quem tamen constat sub Marco Antonino & Lucio Vero, qui successerunt Antonino Pio, martyrium consummasse. Sed de his quæ ad longævam ætatem hominum spectant, lectorem prouoco ad ea quæ tomo primo Annalium ex tabulis Romani census sunt superius recitata. Iam verò difficilior remanet de Dionysio enodanda quæstio: num illa ipsa quæ Dionysij Areopagitæ nomine feruntur scripta, verè ipsius sint. Sanè quidem in re ante annos septingentos communi Græcorum omnium ac Latinorum consensione firmata, haud putamus æquum dignumque sic agere, penindè ac si re integra, nunc primum hi commentarij prodissent in lucem, & quid de his censendum foret, rogarentur eruditorum sententiæ. Sed cum ante tot sæcula eadem scripta fuerint, vt Dionysij Areopagitæ cognita, examinata, probata, ac totius Catholice Ecclesiæ vsu atque auctoritate recepta, & iam (vt ita dicamus) præscripta penitus videantur: in re adeò probata atque confessa erubescit oratio sic versari, vt in quæstione recessa oborta, ad verum libet, quid ipsa sentiret, liberas laxare habenas eloquij debeat. Ceterum quòd iura veritatis sint ampliora omni antiquitate, quippe quæ nulla plurimorum sæculorum valeant præscriptione lædi, nec innumera testium multitudine obrui atque labefactari: sic de his agendum nobis proponimus, vt rei dignitati ac veritati sit omni pariter ex parte consultum; cum alioqui nullus sit reliquus fidei locus, nisi ipsi in omnibus veritas suffragetur. Quamobrem nostræ narrationis argumentum illud erit, accuratius peruestigare, num quæ ab his obiciuntur qui contrarium nituntur adstruere, eiusmodi sint, quæ à maiorum sententia discedere profus cogant: quandoquidem haud æquanimitèr pati possumus, quæ sunt tot tantisque testibus obsignata, leuibus quibusdam coniecturis conuelli, & non nisi certis firmisque atque adeò verissimis rationibus irrita reddi. At quoniam probè scimus, pro-

Hieron. de Script. Eccl. in Quadr. * Hieron. eod. lib. in Herm. Lib. de Rom. Pontif. in Pio.

LI. DE SCRIPTIS DIONYSII DISPUTATIO.

defensione nominis auctoris à compluribus eruditis viris conscriptas esse apologias, A quas numerat Sixtus^a, & à recentioribus alias additas esse: haud nostri ratio patitur instituti, omnia hic aduersantium hæreticorum^b vel curiosorum argumenta retexere; sed inuisa quædam ac leuissima prætermittere, fortiora tantum, quæ ipsis videantur penitus insolubilia, pro virili dissoluere.

Quod igitur in primis obicitur, ritus, cærimonias Ecclesiasticas, ac monasticas institutiones ab auctore assertas ac sæpius inculatas, non fuisse in Ecclesia Dionysij Arcopagitæ temporibus: quam falsum sit, consulat prudens lector, quæ primo Annalium tomò dicta sunt, vbi de diuersis Ecclesiasticis ritibus egimus, & cum de Essenis fusiùs tractata est controuersia: inueniet enim satis perspicue demonstratum, Ecclesiasticas cærimonias ex Apostolorum fontibus in Ecclesiam dimanasse, vitamque monasticam in Essenis (quos fuisse Christianos, aperte docuimus) produsse, sed primitus in Ioanne exor- B diu in sumpsisse: adeo vt non sit opus in his diutius immorari.

Rursum verò quod Dionysius de Diuinis nominibus citet Clementem philosophum: calumniantur ipsum intellexisse Clementem Alexandrinum, qui ea testatus sit de exemplaribus libro octauo Stromatum: in quo cum nihil huiusmodi prorsus inueniatur, manifestæ calumniæ arguuntur, dum Christiano homini de Ideis Platonis opinionem impingunt. Ceterum cum auctor citans Clementem, non sicut in aliis solet, cum Christianos allegat auctores, aliquo digno ac excellenti honeste titulo, sed tantum dicat, Philosophus Clemens, &c.] planè demonstrat, se haud quempiam Christianæ religionis hominem intelligere, sed Ethnicum philosophum aliquem. Cum enim citat Ignatium: Diuinus (ait) Ignatius.] de Hierotheo: Eximius Hierotheus: Diuinus Bartholomæus] & alia id genus. cum verò quempiam Gentilium nominat, absque aliquo honoris titulo, cuius sit professionis tantum indicat: sicut, cum nominat Apolloniam, sophistam appellat. At quisnam fuerit Clemens ille Platonicus philosophus, quem citat Dionysius, est paulo accuratius peruestigandum. Claruit his ipsis temporibus Dionysij Platonicus Philosophus, nomine Actius Clemens, ad quem extat Plinij^c Iunioris epistola, qua eum hortatur vt inhæreat Euphræti, itidem Platonico philosopho omnium celeberrimo, Romæ tunc agenti, vt suorum studiorum ab illo extremam manum accipiat: fuerit ne hic ille à Dionysio citatus, cerèd affirmare non audeam. Sed quis negabit, eius nominis antiquiorum reperiri philosophum, nisi qui se legisse iacet ex Græcis Antigonom, Caristium, Satyrum, & Aristoxenum, ex Latinis verò Varronem, Sentram, Nepotem, Hyginum, atque Tranquillum: qui omnes (vt tradit S. Hieronymus^d) Scriptorum Gentilium texere catalogos, quorum vix nomina, eaque paucis nota, tantummodò remanserunt: quique si nullum eius nominis inter philosophos numeratos Clementem reperisset, etsi non penitus conuincere, in suspicionem tamen de impostura auctorem adducere potuisset.

^a Plin. lib. 11. epist. 10.

^b Hieron. de Script. Eccl. in præfat.

Inanis quoque prorsus redditur & illa ipsorum argumentatio, qua dicunt: Cum auctor citet Ignatium, & Dionysius sit sub Domitiano defunctus, longè antequam Ignatius eam ad Romanos citatam epistolam scriberet: certum reddi, alium à Dionysio esse operis illius auctorem. Sed hæc omnia euanescent ex his quæ à nobis superius dicta sunt, nempe Dionysium ad vltima saltem Traiani tempora peruenisse, immò & sub Hadriano martyrium consummasse.

Verum maior inde suboritur difficultas: Quomodo auctor libros illos inscripserit ad Timotheum, quem sententia Ignatij constat, iam antequam ipse scriberet eam epistolam ad Romanos, fuisse defunctum? testatur enim id ipse in epistola ad Philadelphios. sed & cum ad Ephesios scribens tradat, ei tunc Ecclesiæ præfectum esse Onesimum, satis aperte significat, Timotheum, qui eis præerat Episcopus, iam vita functum esse. Primus enim illi Ecclesiæ à Paulo Apostolo præfectus est Timotheus, cui subrogatus est Onesimus: Ioannes autem Euangelista, non Ephesinæ, vt priuatim eius Episcopus præfesset Ecclesiæ, sed vt Paulus ibi olim & Petrus, Asiæ omnes curabat Ecclesias, vt superius fusiùs demonstraui. Quando autem Timotheus martyrio viuendi finem fecerit, vt ei Onesimus fuerit substitutus, ex Ignatij epistola ad Ephesios colligi posse videtur: nam cum de ipso agens hæc addat, Benedictus Deus, qui donauit vobis, qui tales estis, talem habere Episcopum,] haud pridem eum creatum Episcopum Ephesinum significat. Porro ea epistola hoc ipso anno scripta est, vt superius demonstraui. Neque

DE TIMOTHEO OBIECTIO.

Neque enim asseatur Metaphrasti^a, vel cuius alij, qui eum secutus affirmet Timotheum sub Domitiano consummasse martyrium: nam ipse sibi pugnantia scribit, mirum dum ibidem tradit Timotheum vita functum postquam Ioannes Euangelium scripsit: alibi verò cum agit de Ioanne^b, ipsum ait non sub Domitiano, sed postquam ex Patmo Ephesum rediit (quod sub Nerua factum est) Euangelium conscripsisse. Si igitur post Euangelium à Ioanne scriptum Timotheus necatus est, cerèd non sub Domitiano, neque sub Nerua; sub quo permessa erat Christiana religio, sed Traiani temporibus id contigisse oportuit, eumque perseuerasse in eadem Ecclesia Episcopum ad hunc propemodum annum, verumtamen certum esse, Timotheum ante Ignatium martyrio coronatum esse. Quod verò Dionysius, scribens ad Timotheum de Diuinis nominibus commentarium illum, citet Ignatij epistolam post Timothei obitum scriptam: haud inuisa videtur illa responsio, qua dicitur, ab auctore ea verba Ignatij postea esse addita. Quis enim dubitet, quemlibet tractatorem ad extremum vsque suæ vitæ diem suas lucubrations, aliquid addendo, minuendo, vel immutando, solitum expolire? immò & sæpè accidere, quæ priùs sunt scripta, penitus abolere, & noua meliori iudicio eudere? vt de se ipso S. Hieronymus in præfatione in Abdiam Prophetam testatur, & S. Augustinus sæpius profiteretur.

Ceterum quis nos compellit, vt affirmemus, auctorem ea scripsisse ad Timotheum Pauli discipulum, Episcopum Ephesorum? nam germana, & ab auctore illa operi de Ecclesiastica hierarchia præposita est inscriptio: Compresbytero Timotheo Dionysius presbyter.] sicut & in titulo commentarij de mystica Theologia. quæ autem præfixa est libro de Diuinis nominibus, in hæc verba: Sancti Dionysij Arcopagitæ Atheniensis Episcopi ad Timotheum Episcopum Ephesinum liber de Diuinis nominibus] à librariis esse appositam, omnes iure consentiunt. Verum quod auctor ipso in exordio commentarij de Ecclesiastica hierarchia dicat: Sacerdotij quidem nostri functionem, sanctissime filii Timothee] alium quempiam iuniorum Timotheum signare visus est, cum alioqui ætate maiorem Dionysium Arcopagitam fuisse Timotheo, ex his quæ dicta sunt, facile colligi possit. Nam Episcopus coepiscopum, nominare consueuisse fratrem, non filium, mille exemplis esset facile demonstrare: quamobrem cum Dionysius appellet Timotheum filium, euidentis est, alium aliquem, quam Timotheum Ephesinum Episcopum intellexisse. Et quid absurdum, plures eius nominis eo tempore fuisse Christianos: consueuisse autem Fideles, Apostolorum nominibus, ipsorum amore, filios suos nominare, auctor est Dionysius Alexandrinus Episcopus: ac proinde plures inter Fideles eodem, quo illi, fuisse nomine insignitos, par est credere. Constat tunc quoque vixisse filium Pudentis Romani nobilissimi Senatoris Timotheum, eundemque Petri & Pauli discipulum, atque presbyterum, de quo mentio habetur in Actis sanctarum Pudencianæ & Praxedis, necnon in Romano Martyrologio^d, cum agitur de Nouato, eiusdem Pudentis filio.

Verum si velimus ea (quomodocumque id acciderit) ad Timotheum Ephesorum Episcopum esse conscripta: non eo quidem consilio (vt alij cauillantur) ad ipsum scripsit, vt, quem iam Paulus instituerat, Theologicis imbueret facultatibus: nam ipse aliquando hæc ad eum^e: Mihi igitur ipse quoque, ô amice, perfectioris intelligentiæ consortium trade, meisque ostende luminibus quascumque videre potueris decentiores, vniùsque illius sacratissimæ effigiei præferentes venustates.] sed potius, quod ait Paulus^f, Sapientiam loquimur inter perfectos,] nam idem quoque Apostolus inferius conueritur, dicens: Ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed tamquam carnalibus: tamquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec potestis.] ac rursum in eundem sensum ad eosdem^g: Siue mentem excedimus, Deo; siue sobrii sumus, vobis.] Sicque magna Dei prouidentia factum videtur, vt, quæ esset sapientia illa perfectioribus communicanda, solidusque ille cibus ætate grandioribus impartendus, abdita sanctioribus reuelanda, quid item altissimas illas sedes Angelis tantum peruias dono Spiritus penetrare, ac denique quid esset hominum loqui linguis & Angelorum, Dionysius egregiis tradiderit exemplaribus, ac formis expresserit.

Ceterum indignum planè ac nefas est existimare, tam sublimem ac excellentem & mente diuinitus illustratum Theologum, cæli cardines perambulantem, choros angelicos peruestigantem, Diuinitatis thronum adeuntem, & secreta rimantem; ipsum inquam, LVIII. AUCTORIS MAIESTAS LVIII. NON ADMITTIT.

^a Sixt. Senes. Biblioth. lib. 2. in Dionysij. ^b Mat. Gal. in Areop. & alij sparsim.

LII. DEIVENTUR OBIECTIO. NBS.

LIII.

CLEMENS PHILOSOPHVS QVIVS.

^c Plin. lib. 11. epist. 10.

^d Hieron. de Script. Eccl. in præfat.

LIV.

LV.

DE TIMOTHEO OBIECTIO.

^a Metaphr. 22. Ianuar.

^b Metaphr. dic. 27. Decemb.

LVI.

TIMOTHEI PLYRES HOC EODEM TEMPORE.

^c Apud Eu. lib. 11. c. 20.

^d Martyrol. Ro. 20. un.

LVII.

^e Dionys. de Eccl. hierar. in fine.

^f 1. Cor. 2. 3.

^g 2. Cor. 5.

quam, tamquam ludionem in scena, superinducta larua, ludere, aliumque ab eo qui esset, A voluisse mendaciter fingere, alias mentiri personas, multa que falsa componere ac simulare, quae ut vera certa que vellet ab omnibus accipi: idque magno suae gloriae detrimento, cum impostura suggillandus esset, & immortalem illam, quam sibi ex suis ipsius diuinis plane descriptionibus gloriam comparasset, proprio occultato nomine, & alieno superinducto, inaniter prodigere. visus esset: quam si (quod decet sapientem) dixerimus contempnissse; certe multa mentiri, sapientis non fuit, eius praesertim, qui caelestia ac diuina pertractans, a leuissima quaque opinione mendacij procul debeat abhorreere. Cessat igitur plane omnis de nominum impostura suspicio: pariterque ex his, quae dicta sunt, exploratum habetur (quod praestare polliciti sumus) nihil obitare quae obiecta sunt, quo minus illum ipsum (ut praesertit titulus) germanum illorum operum, legitimumque auctorem fuisse dicamus Dionysium Areopagitam. B

LIX. DE SILENTIO EVSSENTI ATQUE HERETICORUM.

Sed quod reliquum est, videamus, cur ij qui de scriptoribus Ecclesiasticis catalogum antiquitus conscripserunt, ut Eusebius sparsim, & S. Hieronymus vna simul ordine temporum deducta serie scripto de ea re commentario, de Dionysio Areopagita ne verbum quidem fecisse noscantur? Quod ad Eusebium spectat, suspectum quidem nec testimonio dignum eius videtur esse silentium, quippe qui Arianorum patronus, ac sectae illius vexillarius (sic enim appellat eum S. Hieronymus) haud edere sibi suisque opportunum putauit, quae ipso solo aspectu Arianorum dogmata potuissent infringere: nam ex nobilissima illa Caesariensi libris omnibus referuissima bibliotheca Pamphili martyris, quae fuerat Origenis, haud ea omnino prodidit maiorum monumenta, quae Arianam haereseum labefactare ac confutare penitus potuissent: ac proinde agens in historia quam scripsit de Scriptoribus Ecclesiasticis, nequaquam fecit omnium mentionem. Et, ut omittamus de alijs dicere, nonne dolo malo Theognosti Theologorum celeberrimi nomen atque scripta silentio obuoluta reliquit, quod Consubstantialis nominis esset assertor? At is non praeteriit S. Athanasium, qui eum saepius citat, ut cum ait: Dicitur nunc Christi rebelles Ariani, Theognostum, virum disertum, non abhorruisse a vocabulo substantiae: scribens enim de Filio Dei in secundo Hypotyposeon ita locutus est, &c.] recitat ibidem grauissimam disertissimi viri sententiam de vna eademque Filij Dei cum Patre substantia. Itemque alibi: Prisci igitur homines, inter quos & Origenes, vir omnium disciplinarum & multum industrius, & Theognostus ille admirandus & perquam studiosus (horum enim opera legebam, cum tuam epistolam acciperem) tradunt nobis, &c.] Haud sane putandum Theologorum celeberrimum, Athanasio probe notum, Eusebium praeteriisse; quin potius dolo malo eum praetermississe, ac penitus D suppressisse.

Athanas. de Syn. Nic. docet contra Arian heres.

Athanas. de peccat. in Spiritu sancto. in Serapionem.

LX.

At non ego primus, sed iam olim S. Maximus monachus, strenuus pro veritate Catholica aduersus Monothelitas propugnator, Eusebij silentium de Dionysio impietatis nota suggillauit. Ceterum ipsius Dionysij opera potentissima arma continuisse ad expugnandam Arianam impietatem, citatus iam ante a nobis Michael Syngellus, in illis apprimè versatus, plenissimam fidem facit: quamobrem si quid in iis subtilis inspector offenderit, quod aliter se habere interdum sibi videatur; boni consular, & aliunde illud irreplisse non dubitet. Quod verò ad S. Hieronymum spectat: cum eius fides sincerissima nulla prorsus suspicionis labe conuersa habeatur, & nullus omnino in eo dolus subesse possit; aliunde eius silentij ratio petenda est, nimirum ab eius scribendi operis instituto: quo videlicet in praefatione ad Dexterum, eos se colligere profitetur antiquos scriptores Ecclesiasticos, quos inuenisset ab Eusebio recentitos: quod & praestitisse certum est, illis tantum superadditis, qui post Eusebij obitum vsque ad sua tempora in Ecclesia florere; reliquos verò Sophronium addidisse, omnes intelligunt: nec fuit eius ratio instituti, si quae ab Eusebio fuissent praetermissa, perquirere, ipsumque propterea vel oscitantiae vel doli mali arguere.

DILVITVR OBIFOTIO DE SILENTIO S. HERETICORUM.

LXI.

Quando autem eadem Dionysij opera in lucem prodierint, & an omnia simul, incertum est: sed sicut alia complura eiusdem auctoris desiderantur, quorum ipse meminit, necdum ab alijs haecenus visa; ita neque omnia simul reperta putamus: siquidem Athanasio notus tantum videtur fuisse liber, qui tractationem continet de caelesti hierarchia, quem tantummodò citasse reperitur: quod est mirum, si verum est quod scribit idem qui supra Maximus, Dionysium Alexandrinum nouisse opera Dionysij Arco-

Athanas. in quaest. 3. quibus nota Dionysii scripta.

A Areopagita, eademque scholiis illustrasse; adducens in eius rei testimonium Anastasium Episcopum Antiochenum in eo commentario, cuius est titulus, *Εὐ τοῦ ἀρχιεπί*. Innotuisse eadem Ioanni Chrystostomo, qui eum ob sublimem Theologiam appellauit *πρεσβυτὸν τῶ ἀρχιεπί*; hoc est, volucrum cali; auctor est Anastasius Bibliothecarius in epistola ad Carolum Caluum Imperatorem. His necessariò addenda putauit quae Romae accepi à nostro Henrico Spondano Gallo Vascone Typographiae Vaticanæ in correctione edendorum librorum inseruiente, viro sanè integra fide & doctrina conspicuo, qui testatus est se accepisse à Iacobo Dauy de Perronio Episcopo Ebroicensi: quem hoc nostro saeculo in omni genere litteratum quisque iure vocabit antistitem, ipsum vidisse, Venetijs cum esset, orationem illam Chrystostomi Graecè scriptam, in qua elogium illud de Dionysio recitatur, eiusque homiliae titulum esse, Cygnea vox Chrystostomi, quam scilicet habuerit Constantinopoli, antequam in exilium proficisceretur. Insuper oblatum ibidem fuisse librum illum Dionysij in Areopagita, quem in modum catenae compositum esse dicebat. Adhuc, Deo fauente, supercit ipse magno Catholicae Ecclesiae beneficio. Cyrillum quoque Alexandrinum Episcopum nouisse scripta Dionysij Areopagitae, eaque citasse in libris quos scripsit aduersus Dioscorum & Theodorum, & in libro de Incarnatione Verbi, fidem facit Liberatus diaconus in Breuiario, quod de causa Nestoriana & Eutychieana conscripsit: sed nescio qua iniuria vel fraude ea exciderint. Est & apud Origenem sermo (& licet Origenis non sit, antiqui tamen auctoris est tractatio pugnantis aduersus Arianos) in quo idem Dionysius Areopagita citatur.

Liberat. in Breuiar. c. 10. Orig. hom. de diuers. 2.

Ex his itaque haud rectè sensisse noscuntur, qui putarunt Dionysij Areopagitae lucubrations, antiquiores Patres, quos recensimus, omnino praeteriisse: ut Constantinus cognomento Philosophus, qui solebat deplorare maiorum infelicia tempora, quòd Patres his Dionysij caruerint commentariis, quibus potuissent Arii, Eunomij, Nestorij, Eutychetis, & aliorum errores facillè confutare. Ceteri autem Graecorum, qui postea claruere, ut Anastasius Sinaita, Anastasius Nicænus, Maximus monachus, Photius, Damascenus, Andreas Cretensis, Suidas, & alij denique omnes, nemine aduersante, non solum nouerunt Dionysij Areopagitae scripta, eisque sunt vsi; sed & eadem eius auctoris, pugnantiter defenderunt.

LXII. OPERA DIONYSII MAIORIBVS COGNITA.

Eadem Dionysij scripta à Romanis Pontificibus, quorum in his summa est auctoritas, citantur. In primis enim citatur à S. Gregorio Magno liber de Caelesti hierarchia, & à Martino Papa & martyre, atque in Romana Synodo ab Agathone Papa in epistola ad Heraclium & Tiberium Imperatores; quae recitata est in Sexta Synodo, actione quarta. Hadrianus Papa in epistola ad Carolum Magnum Imp. citat eiusdem Dionysij epistolam ad Ioannem Euangelistam conscriptam: Nicolaus Papa item allegat, scribens ad Michaëlem Imp. epistolam Dionysij Areopagitae ad Demophilum. Sed vti iam extaret commentarius ille Theodori presbyteri, cuius Photius meminit, quo soluit obiectiones negantium ea opera esse Dionysij Areopagitae: sanè quidem haud nobis vel alijs fuisset adeò laborandum. Quae enim hodie à Nouatoribus obiectione refricantur, olim à Graecis curiosis fuerunt vehementius inculcata. Non enim maiores nostri, simulac Dionysij lucubrations prodierunt in lucem, oscitanter, nulla de illis habita exactissima peruestigatione, eas receperunt; sed iisdem propemodum, quibus modò, controuersis ab illis accuratè discussis atque examinatis; easdem germanas inuentas, & ab omnibus obiectionibus vindicatas, tam Orientalis quam Occidentalis Ecclesia vsu probauit atque recepit.

LXIII. Greg. in Epist. ad Mart. Rom. Pontificibus nota Dionysii scripta. Hadrian. ep. ad Carol. c. 36.

De commentario itaque Theodori presbyteri fidem facit Photius, dum in sua Bibliotheca sic ait: Legimus Theodori presbyteri librum, quo demonstrat, ea quae S. Dionysij habemus opera, germana esse, nec pseudepigrapha. Quatuor enim obiectiones soluit: quarum prima, qua arguitur illa non esse legitima, talis exiit: Si enim, inquit, pseudepigrapha minus essent, quomodo Patres posteriores de illorum verbis & sententijs nullam fecerunt mentionem? Secunda: Quòd Eusebius Pamphilus opera à sanctis Patribus conscripta recensens, de S. Dionysij operibus nec verbum quidem. Tertia: Si traditiones in Ecclesia longo tempore sensim & pedetentim ortae & progressae sunt: quomodo apud S. Dionysium ita specialis illarum quaedam habetur descriptio? & paulo post sic meminit de quarta obiectione: Quòd loquitur de B. Ignatij epistola, cum sanctus quidem Dionysius Apostolorum temporibus floruerit, Ignatius verò sub Traiano marty-

LXIV. THEODO- RVS DE FEIN- TORVM DIONYSII.

CHRISTI
109.ANACLETI PAP.
7.TRAIANI IMP.
10.

martyrij certamen perfecit, qui paulò ante obitum epistolam illam conscripsit, de qua apud S. Dionysium est sermo. Has igitur quatuor obiectiones soluere contendens Theodorus, pro viribus nititur demonstrare, germana esse sancti Dionysij opera.] hæc- nus Photius.

EV. Addendus iis esset Georgius Pachimerius, qui in Dionysium Areopagitam commentarium elaboravit: sed nequaquam inter antiquos adnumerandus, qui claruit temporibus Michaëlis Palæologi, à cuius Imperij tempore cœpit historiam scribere. Quamobrem reiciendus est commeticus ille titulus, qui affixus est eiusdem paraphrasi in eiusdem Dionysij epistolas, quo dicitur auctorem opus illud aggressum esse horatu S. Athanasij Patriarchæ Alexandrini tunc agentis Constantinopoli. Miratus sum equidem, virum eruditum Godefridum Tilmandum, qui eandem paraphrasim Latinis edidit, & longam disputationem pro iisdem scriptis elaboravit, hæc adeo manifesta non cognovisse, nec etiam correxisse. Quonam pacto, rogo, potuit ea scripsisse Georgius tempore S. Athanasij, si in illis commentariis meminit auctor hæresum Nestorij & Eurychetis, quæ post multos annos ab Athanasij obitu emerere: nec est quòd de secundo Athanasio, itidem Episcopo Alexandrino, ea potuissent intelligi, qui sedere cœpit anno Domini quadringentesimo octogesimo nono, longè antè etiam quàm viveret Pachimerius: fuitque ille non sanctus, sed hæreticus, & Acepialorum patronus. His addendi essent & alij complures recentiores: sed de Dionysio hæcenus. Quod autem ad martyrium eius spectat, consule quæ à nobis sunt in Martyrologio Romano adnotata.

IESV CHRISTI
ANNVS
110.ANACLETI PAP.
ANNVS
8.TRAIANI IMP.
ANNVS
11.

I. **A**nnus sequens, qui numeratur Domini centesimus decimus, adscribitur Fastis Gallo & Bradua Consulibus, cum Traianus vndecimum annum ageret in Imperio: quo (vt auctor est Eusebius^a, & Hieronymus^b) S. Ignatius Episcopus Antiochenus, qui (vt vidimus) anno superiori vincus Antiochiæ Syriæ ductus est Romam, martyrium feliciter consummavit. Quonam genere mortis? Planè accidit, quod operat, vt leonum dentibus dilaniatus, gloriosam martyrij coronam fuerit consecutus, rem gestam paucis Eusebius^c absolvit, his scilicet verbis: Ignatius item, qui ad nostram vsque memoriam multorum ore & sermone prædicatur, post Petrum successione secundus Episcopatum Antiochiæ nactus est. Fertur porro, hunc ex Syria ad Urbem Romam amandatum, bestiis prædam, & laniatum, ob testimonium quod Christo perhibuisset, esse proiectum.] hæc tantum ipse.

II. Ceterum Metaphrastes^d ex vetustioribus tabulis, post alia multa, hæc de eius aduentu Romam, atque martyrio: Venit Romam, & sistitur ante Præfectum Urbis. Is cum Theophorum vidisset Ignatium, & litteras accepisset Imperatoris; dies autem advenisset opportunus, quando erat dies festus & celebris Romanorum; ducit eum in medium theatrum, sicut iubebat improbum edictum Imperatoris. Cum ergo vniuersa ciuitas sederet in theatro, cum ardenti spiritu & oculis iam spectaculum amantibus; vt pote quòd iam fama vbique annuntiaisset, Syriæ Episcopum cum feris esse pugnaturum: conuersus ille ad populum quodam generoso & inflexibili animo, vt qui gloriaretur, & sibi placeret propter eam, quæ pro Christo suscipi cernebatur, ignominiam: Viri (inquit) Romani, & præsentis huius certaminis spectatores; non hæc mihi fiunt, vt luam pœnas alicuius maleficij (maleficos enim, quòd sæpe diximus, Gentiles dicebant esse Christianos, atque vt maleficos esse damnandos, aut sceleratæ alicuius actionis auctores) sed vt Deum assequar, cuius quidem teneor desiderio, & quem cupio insatiabiliter. Sum enim eius frumentum, & molor per dentes bestiarum, vt fiam eius purus panis. Hæc dixit; & dimissi leones, eum statim lacerauerunt & deuorauerunt, à solis asperioribus illis ossibus abstinentes: & re vera impletis votis, vt bestia essent eius sepulchrum.] hæc ille de Ignatij martyrio.

III. Eadem de Ignatij contestatione ad populum facta apud Adonem^e leguntur, licet ab eo multa alia Ignatius Romæ passus tradatur, nimirum quod ait: Pilis plumbeis scapulas eius

^a Euseb. in Chron.
^b Hieron. de Script. Eccl. in Ignat.
IGNATII MARTYRIUM.
^c Euseb. hist. lib. 3. cap. 30.

^d Metaphr. apud Sur. 1. Februar. ACTA DE SANCTI IGNATII MARTYRIO.

^e Martyrol. Adon. die 1. Februar.

CHRISTI
110.ANACLETI PAP.
8.TRAIANI IMP.
11.

A eius primùm contusas, deinde vngulis latera eius dilaniata, & lapidibus asperis confricata: manus eius igne fuisse repletas, & papyro oleo infuso latera eius adusta, iustumque super carbones ardentes insistere, rursusque inflammatum lateribus, & vngulis laceratum, ac testis crustis perfricatum.] hæc & alia vnde acceperit, non inuenimus, & certæ ne sint fidei dubitamus. Dissentit quoque Ado à citato nuper auctore, dum carnes eius intactas à leonibus remansisse tradit. Verùm cum hæc scribat acta coram Traiano Imperatore, haud probantur, cum constet eum in Oriente egisse his temporibus cum exercitu. Sed nec veritati consentientia sunt, quæ ait accidisse hoc anno vndecimo Traiani, Attico & Marcello Consulibus: Marcelli enim Consulatus, sed cum Surano, tunc accidit, cum Traianus ageret in Imperio annum septimum. Scimus alioqui, martyrium Ignatij ab aliis poni aliis ac diuersis Traiani Imperij annis: sed præstat antiquioribus, nempe Eusebio & S. Hieronymo, fidem præstare.

Quid verò S. Ioannes Chryostomus^a de Ignatio Romæ passio? At illi (inquit) qui Romæ habitabant, cum illic magna vigeret impietas, maiore auxilio indigebant. Ideo Petrus, & Paulus, & Ignatius post illos ibi fuerunt immolari, vt ciuitatem illam, idolorum cruoribus pollutam, proprio sanguine abluerent, & operibus ipsis resurrectionis Iesu Christi crucifixi testimonium attulerent, demonstratis iis qui Romæ debebant, se præsentem vitam tanta cum voluptate nunquam fuisse despecturos, nisi sibi omnino persuasissent quòd ad crucifixum Iesum essent ascensuri.] & post nonnulla: Vt autem illi qui Romam incolebant, hæc esse vera, re ipsa cognoscerent, permisit Deus eum sanctum virum illic morte affici. Quòd autem hæc sit causa, ex genere ipsius mortis conabor ostendere. Neque vt extra muros in barathro, aut in carcere, aut in angulo aliquo occideretur, damnatus est: sed in medio theatro, vniuersa ciuitate seorsum confidente & spectante, bestiis in ipsum immisis & concitatis, martyrium pertulit: vt sub omnium oculis aduersus diabolum trophæum erigeret, cunctosque suorum certaminum imitatores efficeret, cum non modò fortiter, sed etiam cum lætitia mortem oppeteret, ferisque cum omni voluptate spectaret, non quasi raperetur à vita, sed tamquam ad vitam meliorem ac præstantiorem vocaretur. Vnde hoc sit perspicuum? ex verbis quæ moriturus loquebatur. Cum enim id genus supplicij sibi esse subeundum intellexisset: Ego, inquit, feras illas adiuaem.] hæc Chryostomus, alludens, puto, ad ea quæ ipse scripserat ad Romanos.

Post verò necem sanctissimi viri, Syros, qui eum comitati sunt Romam, susceptas eius sacras reliquias, Antiochiam ouantes magno gaudio retulisse, idem auctor testatur sic, suos alloquens Antiochenos: Exiguum ad tempus eum vobis ademist Deus, sed maiore cum gratia restituit. Et quemadmodum pecuniam mutuant, cum scenore ea reddunt quæ acceperunt: sic etiam Deus pretiosum hunc thesaurum paulisper suscipiens vt ostenderet Romæ, maiore cum gloria illum vobis retulit. Emisistis eum Episcopum, & martyrem recepistis: emisistis cum precibus, & cum coronis suscepistis: nec verò vos soli, sed cunctæ quæ interiectæ sunt ciuitates. Quomodo enim eas affectas existimatis, cum reportatas reliquias cernerent? quem voluptatis fructum percipere? quanta lætitia gestire? quàm faustis vndique acclamationibus coronatum amplecti? Quemadmodum pugilem generosum, qui omnes deuicerit aduersarios, spectatores à cauea cum plausu conturgentes sublimem statim excipiunt, nec terram attingere patiuntur; sed humeris sublatum, innumerabilibus laudibus exornantes, domum reportant: sic quoque sanctum illum omnes ex ordine ciuitates ab Vrbe relatum suscipientes, humerisque gestantes, Antiochiam vsque sunt comitatae, martyrem coronatum celebrantes, diabolum dudentes, quòd è contrario illi virtutia successisset. Et tunc quidem cunctis illis ciuitatibus profuir, documentoque fuit & patriam hanc vsque in præsentem diem locupletauit.] hucusque Chryostomus de ipsius reliquiarum tunc facta translatione. Positas eas fuisse in suburbis Antiochiæ, ad portam Daphniticam auctor est S. Hieronymus^b: quando autem intra ciuitatem perlata fuerint, suo loco dicemus. agitur huius translationis anniuersaria celebrata decima septima mensis Decembris.

Sed quod ait Chryostomus, eam sic solemner omnium plausu, concursu, & acursu esse factam: cum constet antiquo iure Romanorum, reliquias defunctorum prohibitas esse transferri; scribatque Plinius^c his temporibus ad Traianum pro ea re impetranda, collegium Pontificum adiri solitum: dicendum est, Christianos eiusmodi licentiam, nulli

QUANTA PASSVS IGNATIUS.

IV. ^a S. Ioh. Chryost. serm. de S. Igu. tom. 5. in fin. ^b Hieron. de Passvs.

V. ^a IGNATII RELIQUIAR ANTIOCHIAM ALLATAE.

^b Hieron. de Script. Eccl. in Ignat.

VI. ^c Plin. lib. 10. epist. 73.

nulli parcentes impensar, ingenti pecunia redemisse. Diffringere pecunia consueuisse Gen- A
tiles reliquias martyrum, notauimus in Romano Martyrologio. At sicut qui nuper, licet
vinculis alligatus, cum duceretur ad bestias, magno honore (vt vidimus) à ciuitatibus per
quas transiret, fuit affectus: ita, Deo sic disponente, cum ab iisdem qui eum Romam ad
martyrium fuerant comitati, Antiochiam reduceretur, factum est, vt eadem loca & ciui-
tates eidem occurrentes, quem vincum magno fuerant honore profecuta, eundem co-
rona martyrij redimitum exultantes vbique susciperent. Suspenso enim omnes fuisse
animo, anxie expectantes quid Ignatio Romæ accidisset. sed hæc auidius S. Polycarpum
scire optasse, ipse in fine epistolæ, quam scripsit ad Philippenses, declarat.

IGNATI
DIGNA
TRANSLA-
TIO.

VII.
MIRACVLA
MVLTA EX
RELIQVIVS
S. IGNATII.

Perlatas autem S. Ignatij Antiochiam reliquias, ac in suburbio (vt dictum est) in
cœmeterio collocatas, permultis magnisque coruscasse miraculis, idem Ioannes Chry-
sostomus testatur his verbis: Non aliter quàm thesaurus quidam perpetuus, qui quo- B
tidie exhauritur, & numquam deficit, sic etiam beatus hic Ignatius cunctis ad se accen-
dentibus benedicens, fiducia, & strenua alacritate, magnaque fortitudine plenos re-
mittit domum. Itaque non hodie tantum, sed quotidie confluimus, spirituales ex eo
fructus percipientes. Quisquis enim cum fide ad illum accedit, magnis afficitur benefi-
ciis. Sanctorum enim non modò corpora, sed ipsi loculi & monumenta spiritali gra-
tia conferta sunt.] hæc & alia multa Chrysostronus de cultu reliquiarum sanctissimi viri.
Videas itaque ex his, quanti fecerint Christiani huius temporis (omnes haud dubium
Apostolorum discipuli) reliquias sanctorum martyrum; dum, sæuiente licet persecutione,
nihil veriti inuidiam sæuitiamque Gentilium, nec viarum pertæsi difficultates & longitu-
dinem, Româ Antiochiam vsque eas magna veneratione & lætitiâ retulerunt, & loco
honestissimo collocarunt.

VIII.
HERO EPI-
SCOPVS AN-
TIOCHE-
NVS.
Eusebii in
Chron.

IX.
HERONIS
EPISCOPI
ANTIOCHE-
NI PRECA-
TIO.

Subrogatus fuit ab Antiochenis in locum Ignatij (quod ipse prædixerat) Hero eius- C
dem Ecclesiæ diaconus, ad quem extat ipsius Ignatij hæc præmonens epistola: seditque
annos viginti^a. Legimus in codice Vaticano, post S. Ignatij epistolas, huius Heronis ad
ipsum iam martyrio coronatum precationem, his verbis Latine redditam:
Sacerdos, & assertor sapientissimi Dei, Ignati, immaculata stola indute, perenni fonte
saturate, cum Angelis laudem canens, primogeniti certè amice, à peccatis liberate, à dia-
bolo separate, agonista constitutus in stadio veritatis, acquisisti pretiosam salutem, confu-
disti Traianum, & Senatam Romæ, prudentiam nunc non habentem: domesticus nunc
factus es Christi in dilectione, fide, & vita. Memor esto mei, filij tui Heronis: vt & ego
ex hac vita exiens, sanctis connumerer, vt dignum nomen merear adipisci, & de iniusta
statione atque à Deo aliena extraneus inueniar. Ter quaterque beate, qui ad talia perue-
nisti, pater Ignati, currus Israel, & auriga eius. Euasisti mortem, fugiendo, & de terrenis D
ad cælestia euolasti: coronam deificam & magnam meruisti, & in amabili Dei agone vi-
cisti. Memento eius, quem nutruisti, beate martyr, & præsta mihi colloquium, sicut
prius faciebas.] hucusque Heronis precatio ad Ignatium.

X.
Chrysostr. de
S. Ignat. ser.
tom. 5.

ONESIMO
MARTY-
RIVM.

Rom. Mar-
tyrol. 6. Feb.
et alia.

Niceph. li. 3.
cap. 11.

At non solum Ignatius, sed & alij Episcopi ex suis ipsorum sedibus abstracti, æquè
petebantur ad necem, quod sanctus Ioannes Chrysostronus^b testatur his verbis: Neque
verò id solum diabolus, sed & aliud non minus graue machinabatur. Nam cum urbium
Præfectos ad trucidandos Episcopos impellebat; tum etiam operam dabat, vt in exter-
nas ciuitates abstracti, de medio tollerentur. Id autem agebat, simul vt necessariis rebus
spoliarentur, simul vt itineris labore confecti redderentur imbecilliores.] hæc Chryso-
stronus. quod quidem non tantum in Ignatio factum vidimus, sed & id ipsum postea E
contigisse Onesimo Pauli discipulo, Ephesiorum Episcopo; qui dudum Ignatium, in
itineri constitutum, Smyrnæ conuenit. Hic, inquam, ab Asia Proconsule teneri ac vin-
ciri iussus, Epheso abductus Romam, ibi lapidibus obrutus, martyrium egregie consum-
mauit. hæc quidem de eo antiquæ Ecclesiasticæ tabulæ, in quibus eius martyrij memo-
ria annis singulis repetenda, notata olim fuerat, his verbis scripta habent: Hic vincus Ro-
mam perductus, pro fide Christi lapidatus, primò ibidem sepultus fuit, inde ad locum
vbi fuerat Episcopus ordinatus (nempe Ephesum) corpus eius delatum est.] Sed de eo
errasse constat Nicephorum^d, dum ipsum sub Domitiano tradit occubuisse martyrio:
nam quem certum est superuixisse Ignatio, qui sub Traiano martyr factus est, quomodo
ante Ignatium sub Domitiano martyr potuit ex hac vita migrasse?

XI.

In Macedonia etiam Dyrrachij S. Astius (aliter Antistius) eius ciuitatis Episcopus
suppli-

A supplicio crucis martyrium magna cum gloria consummat: quem cum sic pendentem
in cruce vidissent septem Christiani, qui eadem urgente persecutione ex Italia illuc con-
fugerant; tanto permoti exemplo, magno animi ardore Christianos esse profestentes, se
obtulere martyrio; qui omnes iussu Præsidis in mare demersi sunt. agitur horum anni-
uersaria commemoratio tum à Græcis, tum etiam à Latinis^a.

MARTY-
RIVM AN-
TISTIE E-
PISCOPI
DYRRACHII.

^a Martyrol.
Rom. 7. Iulij.

XII.

CERDO E-
PISCOPIVS
ALEXAN-
DRINVS.

Hoc eodem anno vndecimo Traiani Imperatoris, Cerdo Episcopus Alexandrinus,
cum ageret in sede annum vndecimum, ex hac vita decessit, subrogatusque est in locum
eius Primus, qui tenuit eandem sedem annos duodecim. hæc omnia Eusebius in Chro-
nico. Quod verò spectat ad electionem Episcoporum Alexandrinorum; S. Hieronymus
scribens ad Euagrium, hæc ait: Alexandria à Marco Euangelista vsque ad Heracleam &
Dionysium Episcopos, presbyteri semper vnum ex se electum, in excellentiori gradu
B collocatum, Episcopum nominabant: quo modo si exercitus Imperatorem faciat; aut
diaconi eligant de se quem industrium nouerint, & Archidiaconum vocent.] hæc Hier-
onymus. Quàm verò ingentem calamitatem, in vltionem sceleris in Ignatium perpe-
trati, passa sit ciuitas Antiochena, dicemus anno sequenti, quo contigit, vlciscente nu-
mine viri sanctissimi necem.

IESV CHRISTI

ANACLETI PAP.

TRAIANI IMP.

ANNVS

ANNVS

ANNVS

111.

9.

12.

C Sequens annus ab Ignatij martyrio, numeratur Domini centesimus vndecimus, 1.
Traiani verò duodecimus. Contigit nos in prima editione Annalium ponere Con-
sules Messalam atque Pedonem, fidem secutos^b Euagrij, numerantis annos prioris ter-
ræmotus Antiocheni sub Traiano vsque ad posteriorem terræmotum sub Leone Imp.
Sed quòd verus inscriptio reperta, non finat suo loco in Fastis positum Consulatum Pe-
donis moueri, consignatum ipsum certo anno ab Vrbe condita, calculus ipse potius Eua-
grij mendacij arguendus, quò nos ductos, cum ipso pariter errasse contigit, vt hic eius
auctoritate Consulatum Pedonis, & recensitum sub eius Consulatu terræmotum Antio-
chenum posuerimus, restituendum ipsum sub ipso Consulatu Pedonis post sex annos suo
loco. Venia tamen dignus error, cum Cassiodori Fastis per hæc Traiani & Hadriani
tempora nihil sit perturbatus, vt in his de Consulatu Pedonis illapsus error ex Euagrio
potuerit existimari. Sed re comperta, ponatur hic Consulatus Palmæ iterum & Caluissij
D Tullij; inter susceptos autem T. Aelius Hadrianus is, qui Imperium postea, Traiani adoptio-
ne, cuius spem certam in hoc ei magistratu factam ferunt, consecutus est. Tertius enim
hic annus erat ab eius Prætura, quam Seruiano 11. Consule ab eo gestam, notat Spartianus.
Ceterum ab hoc anno ad annum secundum Leonis Augusti, quo terræmotus ille conti-
git, qui ciuitatem Antiochenam grauissimè afflixit, numerantur anni tercentum quadra-
gintaseptem, quot scilicet Euagrius Scholasticus interlapso tradit ab altero eiusdem ci-
uitatis terræmotu, qui Traiani temporibus acciderat. Vnde si calculum eius sequamur
(vt fecimus) priorem hanc cladem Antiochenam, hoc ipso anno, & his, quos dixi, Con-
sulibus adscribi oportebit. Sed cum ex Dione constet, illam Pedone Consule, quem in
ipso terræmotu Antiochiæ oppressum affirmat, contigisse, Consulatusque Pedonis, vt
E certissima nota demonstrabitur, non ante sextum abhinc annum collocari queat: ad id
tempus necessariò reiciendus erit hic terræmotus, ac docendum, fidem dandam Dionis
narrationi, ipsum verò Euagrium potius in numeri sui computatione lapsum esse.

^b Euag. lib. 2.
cap. 21.

EVAGRII
ERROR.

^c Spart. in
Hadriano.

IESV CHRISTI

EVARISTI PAP.

TRAIANI IMP.

ANNVS

ANNVS

ANNVS

112.

1.

13.

A Nnus præfens, qui ponitur Christi centesimus duodecimus, Traiani verò decimus- 1.
tertius, à diuersis Chronographis diuersis Consulibus consignatur: nam Cassiodo-
rus habet Pisonem & Hastam; alij, quod certius est, Crispinum & Orsitum, sed in his
E modo

Annal. Eccl. Tom. 2.

ORITVS
ANACLETI.

* Rom. Mar-
tyrol. 13. lml.

II.
PATRIAR-
CHAE NO-
MEN.

* Flavian
Vopisc. in
Saturino.

III.
* Habetur
to. 1. Concl.
* Greg. lib. 6.
epist. 37.
TRES SEDES
PATRIAR-
CHAE V-
NA PETRI.

IV.
EVARISTVS
PAPA.

* Ire. li. 2. c. 3.
* Opt. contra
Pavm. li. 2.
* Epiph. ha-
res. 26.
* Aug. ep. 165
* Habentur
to. 1. Biblio-
thec. sanct.
DE TITVLIS
ROMAE IN-
STITVTIS.

V.

modò non laborandum , quòd Imperatoris annis vera certaue temporis ratio constitua-
tur, nec de Consulibus aliquid certi valeat definiri : siquidem , vt superius dictum est , his
Traiani siue Hadriani temporibus, Cassiodori Fasti mendosissimi inueniuntur. Hoc igitur
anno Anacletus Papa, cum sedisset annos nouem, menses tres, & dies decem, marty-
rio coronatur decimatertia die mensis Iulij, qua tabulæ Ecclesiasticæ * anniuersariam eius
memoriæ celebritatem antiquitus notatam habent. Res ab eo gestæ, quas planè fuisse
mirificas, multis argumentis assequi licet, communi naufragio scripturarum remanse-
runt planè obscuræ. nam hæc tantum in libro de Romanis Pontificibus de eo scripta
habentur: Hic memoriam beati Petri construxit & composuit dum presbyter factus
fuisset à beato Petro, seu alia loca vbi Episcopi recondentur sepulturæ; vbi autem &
ipse sepultus est in pace iuxta corpus beati Petri, tertio Idus Iulij. Hic fecit ordinationes
duas per mensem Decembrem, creauitque presbyteros quinque, diaconos tres, Episcopos
per diuersa loca numero sex: & cessauit Episcopatus eius dies tredecim.] hæc ibi.

Leguntur eius titulo epistolæ tres; in quarum vltima quòd trium sedium Patriarcha-
lijum series ponatur, tum nomen Patriarcharum, tum res ipsa displicet Nouatoribus.
Nomen quidem antiquissimum est, tum à Iudæis, tum etiam à Gentilibus vsurpatum,
quod, sicut alia multa, in Ecclesiam feliciter transit: non tantum enim Iudæi, sed & Ægy-
ptij vtebantur eo nomine atque primaria dignitate: nam & Herodotus, cum agit de sacris
Ægyptiorum, Patriarchas illos nominat, qui principem locum in sacris tenent. Insuper
vltus est eo nomine Hadrianus^b Imperator, Traiani successor, in epistola ad Seruanum
Consulem de Ægyptiorum inconstantia, vbi hæc verba: Ille ipse Patriarcha cum Ægy-
ptum uenerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum.] sed de ea re suo lo-
co inferius, vbi, quod de Serapide loquitur, calumniam esse apertè monstrabimus. Ceterum
de sedium prærogatiua à Petro primùm instituta, deque ipsarum ordinis ratione,
diximus primo Annalium tomo.

Hæc eadem habentur in Romanis Conciliis sæpè repetita, nimirum primùm sub Da-
maso, quæ continet Cresconiana Collectio, deinde sub Gelasio^c: censentur enim hæc tres
sedes vna, vnius nimirum Petri nomine & auctoritate firmata. nam ea ratione Grego-
rius^d ad Eulogium scribens, hæc ait: Cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu
sola Apostolorum principis sedes in auctoritate conualuit, quæ in tribus locis vnus
est. Ipse enim sublimauit sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire di-
gnatus est. Ipse decorauit sedem, in quam Euangelistam discipulum misit. Ipse firmavit
sedem, in qua septem annis, quamuis discessurus, sedit. Cum ergo vnus atque vna sit se-
des, cui ex auctoritate diuina tres nunc Episcopi præsentent: quidquid ego de vobis boni
audio, mihi imputo.] hæc Gregorius, consentientia omnibus quæ in dictis Conciliis
sub Damaso atque Gelasio acta sunt. At de his sedibus sæpè inferius. Sed nunc ad res
Romæ gestas redeamus.

Cum (vt dictum est) post Anacleti martyrium sedes vacasset diebus tredecim, in lo-
cum eius est successus Euaristus, & ipse natione Græcus, ex patre Iudæo, nomine Iu-
da Bethlehemitico: qui sedit annos nouem, & menses tres. hæc ex libro de Romanis
Pontificibus, in quo (vt aliàs sæpè diximus) Consules sunt perperam superadditi. Me-
minerunt Euaristi Irenæus^e, Optatus^f, Epiphanius^g, & Augustinus^h. Cum autem in
superius citato libro mox subditur: Hic titulos in vrbe Roma diuisit presbyteris]
quid per titulos intelligi debeat, est accuratius peruestigandum. Haud tamen dubium
per titulos accipi domus diuino cultui mancipatas, in quibus Christiani synaxes agere
consueuerant. est de his exemplum in brevioribus illis, sed planè aureis Pij Papæⁱ episto-
lis ad Iustum Episcopum Viennensem, in quarum priori hæc de nuper erecto titulo:
Antequam Româ exiisses, foror nostra Euprepia (sicut benè recordaris) titulum do-
mus suæ pauperibus assignauit: vbi nunc cum pauperibus nostris commorantes, Mis-
sas agimus.] & posteriori: Presbyter Pastor titulum condidit.] Sic igitur quòd dica-
tur Euaristus titulos diuisisse presbyteris, de illis planè intelligendum est qui recens es-
sent instituti. sicut enim Christiana religio in dies maioribus augebatur incrementis,
ita pariter novos adiciere titulos opus erat, prouè & posterioribus temporibus esse fa-
ctum apparet.

Sed vnde acciderit, vt domus Fidelium in sacrum vsu conuerse, quas nos ecclesias
dicimus, à maioribus Tituli dicerentur, paucis aperiendum. A rebus Fiscalibus videtur
accepta

A accepta esse nomenclatura: tituli namque impositione, rem aliquam sibi Fiscus solitus
erat vendicare, atque Principi consecrare: vt cum ait Imperator^a: Tituli verò, quorum
adiectio prædia nostris sunt consecranda substantiis, non nisi publica testificatione
proponantur. Fuisse huiusmodi titulos vela quædam, quæ regiam representarent pote-
statem, vel imaginibus Imperatorum, vel nominis ipsorum inscriptione insignita, multa
sunt quæ poterunt demonstrare: sed nos breuiter tantum rem attingemus. Eiusmodi
vela cortinas regias S. Ambrosius nominat, dum scribens ad Marcellinam de Valenti-
niano Imperatore agit, qui cortinarum illatione intra basilicam, illam sibi eo modo stu-
duit vendicare: sed eisdem à pueris scissis omnia irrita sunt reddita. Porro titulos &
litteris notari solitos, S. Augustinus^b his verbis demonstrat: Ne domum ipsius inua-
dat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces: ipse vult esse posses-
sor, & frontem domus suæ de titulo alieno muniri; vt, cum titulus fuerit lectus, conter-
ritus quis potentia nominis, abstineat ab inuasioue.] Veruit^c Gregorius huiusmodi titu-
los imponi Ecclesiasticis rebus: quippe qui sciret titulos Ecclesiasticos longè à Fiscalibus
diuersos esse debere.

Fuisse autem apud Christianos titulum, quo domus aliqua cultui diuino mancipare-
tur, vexillum crucis, ex his possumus intelligere, quæ Theodosius Imp. edicto præcepit^d,
vt delubra Gentilium Christianæ religionis cultui manciparentur, collocato in eis (vt
ait) venerandæ Christianæ religionis signo. Ea que ratione quòd titulo crucis censeretur
res dicata esse religioni, Leo Imperator^e, ne signum crucis inferretur in loca publica,
quæ gratia popularis voluptatis essent erecta, lege vetuit, cum sic ait: Decernimus, vt
posthac neque monachi, aut quicumque alij cuiusque status atque fortunæ, in ædes pu-
blicas, vel in quæcumque loca populi voluptatibus fabricata venerabilem crucem, &
sanctorum martyrum reliquias illicitè inferre conentur, vel occupare audeant ea quæ
ad publicas causas vel ad populi oblectamenta extructa sunt.] Ad hæc insuper, alia sunt
complura exempla, & auctoritates, quibus crucis vexillo illato, velur præfixo titulo, res
censeretur Deo dicata; quæ collegimus in nostris Notis in Romanum Martyrologium^f
editis, vt non sit opus eadem hic denudò repetere. Cum igitur domus aliqua publico
religioso Christianorum vsui manciparetur, crucis titulo insignita, ex eo & nomen
accipiens, Titulus dicebatur. ex his & allusio facta est apud Ambrosium^g, cum dicitur:
Domum salutar. tam enim deuota fuisse videtur, vt omnis domus eius signo titulata
esset crucis.] Sed & alia quoque ratione dici potest, ecclesiam dictam esse Titulum; nimi-
rum quòd, qui illi presbyter adscriberetur, ab ea nomen titulumque acciperet, vt eius lo-
ci presbyter diceretur.

Post hæc de Titulis diuisis presbyteris, hæc mox de diaconorum munere ibidem ad-
duntur: Et septem diaconos ordinauit, qui custodirent Episcopum prædicantem, pro-
pter stylum veritatis.] quæ non sic accipias, vt ab Euaristo primùm in Romana Ecclesia
fuerint diaconi ordinati: nam S. Ignatij testimonio superius vidimus, Linum Paulo, Cle-
mentem & Cletum Petro ministrasse diaconos: sed Euaristi opus fuisse videtur, vt dia-
conis munus iniungeret assistendi Episcopo prædicanti. Instar enim cælestis illius præ-
stantissimæ hierarchiæ Ecclesiasticæ pariter esse compositam, certissimum est. In illa
namque septem spiritus in circuitu throni Deo assistere visi sunt^h, ostensumque est diui-
nitus Zachariæⁱ in lapide illo septem infixos esse oculos. alia quoque de iisdem septem
Angelis ante thronum Dei assistentibus sunt symbolicè demonstrata. Qua ratione, sicut
Angelus, qui administratorij spiritus ab Apostolo dicti sunt, & olim à Propheta^k: Qui fa-
cit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem] Deo adstant: ita pariter &
diaconi, qui ministri Ecclesiæ sunt, non tantum vt Episcopo assistant (quod ab ipsa pri-
mitus ipsorum institutione factum est) sacrificium offerenti, sed etiam eidem Euange-
lij annuntianti præsto sunt, institutum fuit.

De eiusmodi conformatione Ecclesiasticæ cum cælesti hierarchia, in his quæ ad dia-
conos spectant, hæc sanctus Ignatius^l scribens ad Trallianos: Quid verò diaconi, quàm
imitatores Angelorum virtutum? qui purum & inculpatum ministerium illis exhi-
bent, vt S. Stephanus beato Iacobo, Timotheus & Linus Paulo, Anacletus & Clemens
Petro.] eiusdem quoque Ignatij testimonio exploratum habetur, in verbo etiam dia-
conos ministrare consueuisse Episcopo. nam hæc habet ad Philadelphios: De Philone dia-
cono, viro à Cilicia testimonium habente, qui mihi in sermone ministrat vnà cum
Gauia,

^a I. se quando
C. de bon. v. a.
can. lib. 11.
TITVLVS
QVALVS.

^b August. in
Ps. 21. exp. 2.

^c Greg. lib. 5.
epist. 44.

VI.
^d I. vlt. de Pa-
gan. c. Theod.
c. l. decerni-
mus. C. de
Episc. &
cleric.
TITVLVS
CRUX.

^e Die 26. Jul.

^f Apud Amb.
in epist. ad
Coloss. c. 4. in
fine.

VII.

DIACONO-
RVM MV-
NVS ET MX-
STERIUM.

^h Apoc. 1. 3.

ⁱ Zachar. 3.

^k Psal. 103.

VIII.
^l Ignatius ad
Tral. epist. 5.
EXCELLEN-
TIA MVNE-
RIS DIACO-
NORVM.

CHRISTI 112. EVARISTI PAP. 1. TRAIANI IMP. 13.

Gauia, & Agathopode viro electo.] erat pariter & Agathopus diaconus, vt in aliis epistolis idem ipse testatur. putatur eiusdem quoque fuisse ordinis Gauia, eo nomine vir dictus, Ignatij studiosissimus. Sic igitur Episcopum Euangelium predicantem septem vallabant diaconi, ob muneris maiestatem, & functionis amplitudinem: hocque significare constat quod subdit: Propter stylum veritatis.] gaudet quippe multorum testimonio veritas. Non enim puto, quod ait auctor, diaconos iustos esse Episcopum predicantem custodire (vt aliqui sunt interpretati) vt ab irruentibus Christianae fidei hostibus eum tuerentur. nullum certe extat exemplum, vt diaconi, more Praetorianorum militum pro defensione Imperatoris, pro tuendo suo ipsorum Episcopo aduersus persecutores vel leuiter obnisi fuerint; aut fuisse aliquando consuetudinis, Ecclesiam Dei castrorum more tueri.

XX. Perseuerauit per multa saecula, vt more illius primitus facte ab Apostolis diaconorum ordinationis, septem tantum in Ecclesia Romana diaconi ministrarent. quam autem ratione fuerit diaconorum auctus numerus, suo loco dicemus. Ceterum sicut Euaristus id illis iniunxit muneris, vt etiam Episcopo Euangelium predicanti assisterent: ita & Fabianus addidit; vt iidem quatuordecim Vrbs regionibus praesent, singulis binas assignans, vt pauperum in eis degentium curam gererent: vnde est nomen ex munere inditum, nempe vt iidem diaconi Regionarij dicerentur, qui etiam in Concilio Romano sub Siluestro nominati reperiuntur diaconi Cardinales, quod, licet diuersis in locis agerent, vnus tamen Ecclesiae, eiusdemque primariae, cardine continebantur: cum alioqui non desissent aliarum Ecclesiarum in Vrbe existentium diaconi, in singulis saltem duo, vt eiusdem Siluestri Papae in Romano Concilio institutio edita ostendit.

X. Ceterum quantae aestimationis & reuerentiae diaconi in Ecclesia esse apud omnes deberent, ex eo potest facile perspici, quod sicut Apostolica institutione & auctoritate monet Timotheum Paulus, ne aduersus presbyterum accusationem absque testibus recipiat, ne videlicet detrahendi atque calumniandi improbis pateret aditus: ita pariter sanctus Ignatius terribili contestatione, ne quis diaconos accuset, exterrit, dum ait scribens ad Trallianos de diaconis: Cauendum itaque, non secus atque ignem ardentem fugitis, ne quis eos accuset.] vt non mirum videatur, si de Episcopis, ne quis eos accuset, tum in epistolis Romanorum Pontificum, tum etiam in sacris Concilijs sapienter statutum legatur. At de his haecenus.

XI. Hoc eodem anno decimotertio Traiani Imperatoris, Pantheon Romae templum celeberrimum ictum fulmine conflagrasse, auctor est Eusebius in Chronico. Quod erat Iouis Vltoris delubrum, iuste numine viciscente, de caelo tactum incenditur, cum vera religio Romanorum persecutione vexatur. Non enim Analeti sanguine exariata est persecutorum rabies, sed alijs ad poenam quaesitis, maiori aucta furore, in quoslibet quos reperiret Christiani nominis saeuiebat.

IESV CHRISTI 113. EVARISTI PAP. 2. TRAIANI IMP. 14.

ANNO Domini centesimo decimotertio, Coss. Calpurnio Pisone & Rustico Bolano, Iustus Ierosolymitanus Episcopus ex hac vita subtractus est, qui successorem habuit Zacharum, post quem Tobias, in cuius locum successus est Benjamin, qui successorem accepit Ioannem, cui est subrogatus Matthias, cui successit Benjamin. Omnes hi sex intra annos tredecim, nimirum vsque ad octauum Hadriani annum (vt Eusebius ponit in Chronico) consumpti sunt: adeo vt hac coniectura facile sit colligere, Ierosolymitanam Ecclesiam dira fuisse persecutione vexatam. Certe quidem cum Traianum non in Christianos tantum, sed & in Iudaeos infensissimo fuisse animo, Dio, qui res ab eo gestas memoriae commendauit, asseruerit: ardentiori furore in eos saeuisse videtur, qui & genere Iudaei essent, & religione Christiani. Sed valde dolemus excidisse nobilissimae Ecclesiae & praeclearissimorum virorum egregia monumenta.

IESV

Ignat. ep. 7. cap. 12.

Rom. Pont. in Fabiano.

DIACONI CARDINALES. Contil. Rom. 2. c. 7. End. Con. 41. 2. c. 6.

1. Tim. 5. NON AC. CUSANDI. DIACONI.

PANTHEON ICTUM FULMINE. Plin. lib. 36. cap. 5.

EPISCOPI IEROSOLYMITANI.

IESV CHRISTI 114. EVARISTI PAP. 3. TRAIANI IMP. 15.

SEQUENTI anno Domini centesimo decimoquarto, Traiano Augusto sextum & Iulio Africano Coss. cum idem Traianus ante biennium, transmissis Euphrate, Assyrios atque Persas debellasset, aliasque finitimas nationes, ac munitissimas ciuitates, vt Babylonem inter alias: Arabiam quoque postea absque certamine in potestatem redegit. hac pluribus Dio, qui & addit: Iactabat, se vltra quam Alexander penetrasset, progressurum: id quod Senatui per epistolam significauit, subiungens aegre se posse eas gentes, quas deuicisset, in fide & officio continere, aut à vi & iniuria defendere: quamquam non cessaret quotidie Orientis populos armis agitare & debellare. Nomina praeterea victarum à se gentium Senatui recitauit: quarum numerus tantus erat, vt vix referri aut numerari possent.] His Romam allatis litteris, & in Senatu lectis, Triumphalis tunc arcus (idem inquit auctor) praeter alia multa, quae in honorem eius decreta & facta sunt, in illius foro substructus est. Iamque ciues se ornabant, vt illi in patriam reuertenti, laeti & plaudentes occurrerent. sed languescente corpore, deficientibus viribus, neque Romam redire, neque quidquam superiore vita & rebus ante gestis dignum efficere valuit. Immo vero praeter bellorum, & magnitudine curarum, coactus aliqua ex parte gentes, quas subegisset, liberas facere.] hucusque Dio. Cuius etiam auctoritate, & alijs vetustioribus monumentis satis exploratum habetur, hoc anno, cum sextum gereret Consulatam, appellatum esse Parthicum, & Arabicum. Extant quidem numismata Traiani, in quibus vna cum sexto ipsius Consulatu, ARABIA ADQVISITA ponitur: alia in quibus expressa habetur columna in foro ipsius erecta, de qua superius dictum est: alia rursus, in quibus itidem cum sexto eius Consulatu, significantur alimenta Italiae distributa.

T. TRAIANI PROSPERE RES GESTAR.



Ex Museo Lelij Pasqual Canonici S. Mariae Maiorib.



Magna profecto tentatio Christianis, qui fide nutarent, eiusmodi Traiani immensa felicitas fuit: cuius quidem rei exemplum perspicuum satis apud Lucianum extat in dialogo illo, qui inscriptus est, Philopater: in quo cum multa insumpsisset verba Triphon quidam, vt Critiam redderet Christianum; ad extremum perlaturum est nuntium eiusmodi à Cleolao de rebus bene gestis à Romano Imp. aduersus hostes, quod ab auctore his describitur versibus:

TENTATIO CHRISTIANA NORVM.

Annal. Eccl. Tom. 2.

E 3

Cecidit

CHRISTI
114.EVARISTI PAP.
3.TRAIANI IMP.
15.

*Cecidit supercilium illud olim Perfidis
Fama celebratum, atque Susa urbs inclita.
Cadet autem & omnis terra nobilis Arabum
Valida imperantis dextera, & vi roboris.]*

Quod cum accepisset Triephon ille, de Christiana fide nihil loqui ausus est amplius, sed factus planè desertor, ad ignotum Deum Athenis (quod nec deos colere vellet Romanorum) quem Critiæ cordi fuisse, auctor superius demonstrauerat, quasi ad tutum religionis portum se contulit: Nos, inquit, illum Athenis Ignotum inuentum adorantes, & manus in cælum tendentes, gratias illi agamus, ut qui digni facti fuerimus huiusmodi potestati atque virtuti subiecti esse. Reliquos autem istos (*nempe Christianos*) nugari sinamus: contenti pro ipsis dicere notum illud, quod prouerbio dici solet: Non est curæ Hippocliidi.] quod ab illis vsurpatur, qui nec perperam facta curant, sed planè negligunt. hæc quidem Triephon, indignè ferens quod à Critia relatum acceperat de Christianis quibusdam assidue psallentibus & ieiunantibus, qui rerum mutationem in malum, & Romani exercitus cladem venturam prænuntiabant: sed cum omnino contraria iis quæ ab ipsis fuerant prædicta, tunc Romæ sibi per Cleolaum familiarem essent nuntiata; Christianos ipse vnà cum Critia sic derisit atque despexit.

III.
CHRISTIANORUM
VATICINIA
VERA.

Ceterum haud falsa fuisse illa Christianorum vaticinia, probauit euentus: nam, teste Dione, non tantum Traianus nihil posthac rebus gestis & superiori vita dignum efficere potuit, sed rebellantibus prouinciis, quas subegerat, eadem Romanos milites, qui fines tuebantur, partim eiecere, partim interfecere. Itemque rebellantibus in Arabia Agarenis, tantum abfuit ut ad eos accedens Traianus domare potuerit, ut panè periclitatus, prohibente numine, recedere coactus fuerit. Quænam verò prodigia tunc acciderint memoria planè digna, idem auctor sic subdit: Prodigia inibi multa sunt facta, tonitrua atque fulgetra; arcus ingens in cælo visus est, tempestas & grandines immensæ: præterea (quod monstro simile existimatum est) quoties Romanus cum hoste manus confereret, ictu fulminis auertebatur. Orta subito muscarum vis, eduliis & poculis insidens; fædo contactu cuncta Romano grauiæ & molesta faciebat. Digrediens inde Traianus, morbo primum tentatur, &c.] sed leuia sunt hæc comparatione eorum quæ à Iudæis Romani sunt passi; quæ nos inferius eo anno, quo ab Eusebio gesta ponuntur, ordine temporum recensebimus. Sic igitur secundum vaticinia Christianorum, omnia ab eo tempore tetra ac infelicia Romano Imperio acciderunt.

IV.
MARTYRIUM
PHOCAE
EPISCOPI.
Bed. Martyrol. 14. 115.
117. & 118.

^bPetr. in catalog. lib. 6. cap. 98.

Quod autem ad Iulium Africanum spectat, qui hoc anno (ut diximus) Consulatum gessit: illum existimamus fuisse Africanum, qui Ponti prouinciam administrans, ut de superstitione Gentilium benè mereretur, inter alios illustrissimum fama virum sanctum Phocam Synopidis Episcopum, multis antea affectum suppliciis, martyrio coronauit. Res gesta ipsius in antiquis tabulis Ecclesiasticis cum apud Græcos, tum Latinos, anniuersaria die commemorationis eius summata collectæ habentur: sed & Asterius Episcopus Amaseæ in Ponto eadem encomiastica oratione recensuit. tu consule quæ de eo à nobis in Martyrologio Romano notata sunt. Sed cum in multis, tum in his non assentimur dicenti ^b, eum triduo ante Traiani obitum (nam multa sunt quæ repugnant) esse passum.

IESV CHRISTI	EVARISTI PAP.	TRAIANI IMP.
ANNVS	ANNVS	ANNVS
115.	4.	16.

Annus Domini centesimus decimusquintus Consulatu Publij Celsi & Clodij Crispini adscribitur in Fastis, licet ab aliis ponantur alij Consules. Quod autem hoc anno decimosexto Traiani Imp. recensetur ab Eusebio terræmotus ille admirandus Antiochenus; errore temporis lapsus esse, tum Dionis, tum Euagrii certa auctoritate monstrauius. Ceterum rebellionem gentium domitarum fuit annus hic Romano Imperio planè funestus.

IESV

IESV CHRISTI
ANNVS
116.EVARISTI PAP.
ANNVS
5.TRAIANI IMP.
ANNVS
17.

Sequenti verò anno Domini centesimo decimosexto, Coss. Ninnio Hasta & Manilio Vopisco, agente Traiano in Imperio annum decimumseptimum, Iudæos ab Imperio Romano rebellasse, tradit Eusebius in Chronico: qua verò audacia & feritate, ex Dione accepimus, qui ait: Per idem sanè tempus Iudæi, qui circa Cyrenem incolebant, Andrea duce constituto, Romanos & Græcos sine discrimine statim obruncant: nec cæde contenti, humanis carnibus vesci cœpere: horum intestinis, stillante adhuc sanguine, cincti, tum pellibus obuoluti, multos per medium vsque ad verticem secuere, plures betiis dilaniandos obiecere, alios inter se digladiari cœgere: ut ducenta & amplius hominum millia eo furore & armis Iudæorum interierint.

Nec minore clade Cyprii affecti fuere: siquidem in ea insula, duce Artemione, conspirantes Iudæi circiter ducenta & quadraginta capitum millia trucidarunt. Qua facti atrocitate Iudæus de cetero legibus & pœnis Cyprii attingere prohibetur. Si vel vi tempestatis, vel per errorem illuc delatus fuerit, ceu capite damnatus, statim morte mulctatur. Sed inulta clades non mansit: nam Traianus missis cum exercitu L. Quieto cum antecedentibus aliis ducibus, Iudæos, qui per vniuersum terrarum orbem tantum cædis ediderant, profligauit.] hucusque Dio. De rebellionem autem à Iudæis facta in Mesopotamia Eusebius in Chronico agit anno sequenti, decimo octauo Traiani, quo hæc omnia accidisse, in historia ^a affirmare videtur. Ceterum quod ad Iudæorum effusam rabiem spectat: quod non Romanis tantum, sed & Christianis essent infestissimi, ab horum nece haud se temperasse putandum est. Quomodo autem iudem à Romanis compressi sint, auctore Eusebio anno sequenti dicemus.

I.
IUDÆI REBELLANT.

II.
CYPRII QUAE PASTIA IVDAEIS.

^aEuseb. hist. lib. 4. c. 2.

IESV CHRISTI	EVARISTI PAP.	TRAIANI IMP.
ANNVS	ANNVS	ANNVS
117.	6.	18.

Annus Christi centesimus decimusseptimus, qui est Traiani decimus octauus, non ut in prima editione posuimus ex Cassiodoro, Hadrianum & Salinatorem Consulatus habuit, sed magis L. Viptanum Messalam & M. Vergilianum Pedonem. Sic enim in antiquis lapidibus eorum nomina describuntur, adiecta etiam in vno eorum nota numerorum ab Vrbe condita, quæ illos hoc anno Christi fuisse Consules, dubitari non sinat, totamque chronologiæ nostræ rationem mirificè confirmet. sic igitur habet eius inscriptionis pars quæ ad annum hunc facit:

I.
DE CONSVLATV PEDONIS.

D. IVNIVS CARVS COOPT.
L. VIPSTANO MESSALA M. PEDONE VERGILIANO COSS.
P. R. C. ANN. DCCCLXVII.

id est: Post Romam conditam anno octingentesimo sexagesimo septimo. Sanè si ad annum Urbis septingentesimum quinquagesimum primum, in quem Christi Domini ortum secundum carnem incidisse docuimus; annos centum & septemdecim, qui ad hos vsq; Consules numerati sunt, adicias, eandem ipsam annorum Urbis summam conficies, octingentos scilicet atque sexaginta septem siue octo, quod vtrumque verum est: quia cum anni Urbis à Palilibus, Aprilis mense inciperent, quemlibet annum ordinarij in duos Urbis annos, siue in duas illorum partes incurrisse, certum est. Quare huiusce Christi anni centesimi decimiseptimi prior pars à Ianuario ineunte, vsque ad 11. Kalend. Maias, quo die Urbis condita fuit, octingentesimo sexagesimo septimo illius anno, reliqua deinceps sexagesimo octauo respondeat.

Ex his ergo certa atque fixa Consulatus Pedonis sede constituta, sequitur, ut dirum illum terræmotum, quo ciuitas Antiochena concussa atque prostrata est, cum in ea esset Imperator in hibernis, & Pedro ipse Consul, Dione teste, interit; non alio, quam hoc ipso anno, contigisse intelligamus. Res autem atrox & luctuosa, prout se habuit, pluribus enarranda, quam ^b Dio idem his verbis præclare admodum describit: Dum verò Antio-

II.
^bDio in Traiano.

E 4 chie

TERRAE-
MOTVS IN-
GENS AN-
TIOCHIAE.

chiæ Traianus ageret, atrox & funestus motus terræ accidit, vicinis vr̄ibus atque populis cladem etiam afferens: quamquam ipsa Antiochia insigni & publica clade vastata fuit. Hiemabat in ea fortè Traianus, atque illuc milites frequenter & priuati complures conuenerant, alij præterea vt iura acciperent: quosdam legationis officium, merces, & priuata compendia traxerant: quamplurimi videndi Imperatoris, & spectandorum ludorum gratia, confluxerant. Ita vix vlla natio aut ciuitas à detrimento & clade immunis extitit: vt planè vniuersus terrarum orbis, & populi qui Romano parebant Imperio, calamitatem ingentem acceperint. Motum terræ fulmina primùm antecesserunt, tum venti insoliti & peregrini vehementius spirauere: quibus monstris atque prodigijs, quæ grauias & horrenda videbantur, nemo tamen quæ mala secuta sunt extimuit. Tum magno & repentino oborto fragore, maria feruescere, fluctus intumescere, adhuc æstus vehementius & violentius insurgere, terra omnis succuti, domus, ædificia contrario icu quasi, B dissilire alia, & supernè assultantia tecta concidere: crepitus audiebarur ingens & horribilis. Mœnia contrario pulsu, modò huc, modò illuc nutantia, confringi & ruere: mare ipsum turbine contorquebatur: terra autem, vbi ædificia non erant maxima, compulsa motu assultabat.

III.

DIRA CLA-
DE AFFLI-
CTI ANTIO-
CHENI.

Tetra omnia erant, simul contrita ligna, collisa vasa fictilia, & saxa acruatim magno cum stridore proruebant. Puluis densus atque concretus excitari: tantaque obducta caligo cunctos opprefferat, vt alterum videre, alloqui, & audire minimè cuiquam, immò ne spirare quidem, ingruente vento ac puluere, liceret. Multi mortales extra domum vitæ periculum adiere, præcipites tectis erumpébant, & velut agmine fugientes in acruos cogebantur: qui omnes ceu è præcipiti loco deiecti, collisi sunt: non pauci adhuc mutilato corpore abiere. Arbores radicitus conuulsa procubuerunt. Ingentem turbam prostrata tecta & subuersi muri obruere: primo impetu densi alius super alium incidentes, extinguebantur. Si qui verò lacerò corpore, vel lapide, vel ligno conuerberati cessissent, hi profectò omnium miserissimi erant, vtpote quibus aut viuere, aut subitò mori negaretur. Non simplex fuit clades: siquidem de tantorum mortalium numero vix sine noxa vnus vel alter euasit. Videre erat hunc confracto humero, illum amissis brachijs fugere: complures capite adempto iacebant: quidam eliso pectore sanguinem euomebant, inter quos Pedito Consul, qui tamen haud multo post animam emisit. Atque vt semel omnia complectar, nullum non calamitatis & miseris genus mortales illi sustinuerunt. Sed diutius noctu & interdiu, id agente fato, terra contremuit. Tunc vitæ dubij & pauore consternati miseri, tanto malo remedium & effugium inuenire non poterant: oblasi tectorum casu passim moriebantur: & quamquam fornices, & concamerata atque vacua loca, D prout casus adegerat, tum peristylia, pensileque horti intercedente ligno, à morte quosdam seruassent: hi tamen omnes durante motu, fame & inedia, priuquam opem quis ferre posset, confecti fuere.

IV.

SPECTACV-
LVM LVGV-
BRE.

Desinente tremore, quidam ruinas ascenderunt. Tunc mulieris vox, & infantis vagitus auditus est: matrem & filium ruinæ opprefferant: mirandumque fuit quo pacto alendo puero lac sufficere potuerit. Sed & mater & filius è terra incolumes educti sunt. Dum verò accuratius per trita cadauera & collapsas domos rimarentur, alter infans inuentus est, qui matris mortuæ vbera adhuc sugeret. Omnibus autem, qui ab excidio & à clade superfuerant, salus ingrata & vita molesta extitit, cum luctuosam vbi-que casum, totque obrutos mortales cernerent. Hac communi ac miseranda populorum strage miserima & infelicissima tunc Antiochia afflicta fuit. Traianus verò à tam E fædo diroque periculo per fenestram domus, quam habitabat, vix ablatas est: accedens enim fortè quidam humana maior effigie, illum inter exiguos tectorum lapsus incolumem subtraxit. Sed tanta deinceps Cæsarem formido tenuit, vt cum iam aliquot dies tremor quieuisset, in hippodromo sub diuo, & in publicis tabernaculis vitam ageret. Mons Casius ita concussus est, vt nutante cacumine, quasi conuulsus in subiectas vrbes labi existimaretur: subsedere & alij montes, quinetiam aquarum fontes non antè vili emicuerunt, fluuij quoque defecerunt. hucusque Dio, licet causam immanissimæ cladis, nempe necem Ignatij, non intellexerit, vel fortasse dissimulauerit.

V.

CAUSA CLA-
DIS ANTIO-
CHENAE.

Auulsa enim ab ea semel ingenti illa & animata columna, cuius virtuti, inuisibili quodam modo, innitebatur vrbs illa, ipsam in terram prosterni, omni que ex parte corruere necesse fuit: hisce namque cladibus Deum vlcisci solitum neces sanctorum, complura

A plura exempla declarant, de quibus agitur suis locis. Quod verò ad Christianos Ecclesiæ Antiochenæ spectat, nequaquam putamus iisdem cum Gentilibus affectos malis esse. Etenim si ex his quæ post multa sæcula sub Leone Imp. eidem ciuitati terramotu iterùm prostrata horribilia contigerunt, argumentum sumendum est; hæc obuentura mala Christianos minimè latuisse putandum. Sed sicut ea tunc fuerunt antea diuinitus reuelata, ita etiam, ne cum impijs perirent pariter iusti (quod non esse Dei voluntatis, contestatus est Abraham^a) iam antè, vt alias fecit Deus, suos præmonuisse Fideles credendum est. Nam si Traianus, ne periret, occulto Dei iudicio, quomodocumque acciderit, consultum fuit; sanè quidem metuentibus se (quod est^b in Psalmis) dedisse significationem, vt fugerent à facie arcus, & liberarentur dilecti sui, æquum est existimare. Certè magnum illum Heronem, eius ciuitatis Episcopum, his malis superuixisse, & multis annis eam Ecclesiam administrasse, certissimum est: licet quæ tum ab eo, vel alijs Christianis gesta sint, scriptorum inopia, vel potius scripturarum naufragio, remanserint silentio conscripta. Ceterùm cum ex Pedonis Consulatu, tamquam certissimo indicio, demonstratum sit, præfenti anno, id est Traiani decimo octauo contigisse terramotum Antiochenum: ab hoc autem anno vsque ad secundum Leonis Augusti, quo alteram ingentem ac planè mirandam ex terramotu cladem Antiochiæ itidem accidisse, commemorat Euagrius^c, non plures quàm trecenti quadraginta & vnus anni reperiantur, quod malè calculos idem subduxerit, necesse est affirmare, cuius & nos error fecit errare, dum inter vtrumque terramotum trecentos quadragintasetem annos enumerauit. Propius ad verum accessit Eusebius in Chronico, dum eandem cladem decimo sexto Traiani anno collocat, & fortasse (nisi quod innumeris eius locis euenisse constat, vt rerum ordo à libris perturbaretur, id huic etiam accidisset) suo prorsus anno, hoc est, octauo decimo Traiani legeretur. Sub finem planè Imperij Traiani rem gestam id confirmat, quod Traianum post hæc statim Antiochiæ profectum, trans Euphratem copias duxisse, Dio restatur, in eaque expeditione, quod suo loco dicitur, diem clausisse. Atque hæc de his factis.

Iudæis in Mesopotamia rebellantibus, præcepit (inquit Eusebius^d) Imperator Traianus Lucio Quietus, vt eos prouinciâ exterminaret: aduersus quos Quietus aciem instruens, infinita millia eorum interfecit, & ob hoc Procurator Iudææ ab Imperatore decernitur. hæc ibi: idemque ea de Iudæis fusijs profectus, hæc alibi^e: Quemadmodum Saluatoris nostri doctrina, & Ecclesiæ itatim magnopere iam tum florebat, & in dies maiores amplioresque faciebat progressus: sic Iudæorum calamitates, malis alio post aliud importatis, magis magisque accrescebant. Nam cum Imperator ad annum decimo octauum regni sui peruenisset, ingens Iudæorum multitudo, nouo tumultu de integro concitato, è medio sublata est. Siquidem non Alexandria solum, & in reliquis Aegypti partibus, verum apud Cyrenen etiam complures, veluti crudeli aliquo & seditioso ipiritu exagitati, contra Gentes quæ vnà cum illis habitabant, seditionem conflare cœperunt. Atque seditione mirum in modum exardescente, sequenti anno (Lupo id temporis vniuersæ Aegypti præfecturam gerente) bellum non exiguum illud quidem & leue mouerunt. At in prima dimicatione illi à Gentibus victoriam fortè consecuti sunt. Ac propterea Gentes Alexandriam properè confugientes, Iudæos, qui in ea ciuitate commorabantur, subitò captos oppressosque interfecerunt. Iudæi ergo, qui tum incolebant Cyrenen, sociorum auxilio, qui habitabant Alexandria, penitus iam destituti, duce Lucia, Aegyptum depopulari, prædas agere, agros illius vastare aggressi sunt.

E Aduersus quos Imperator Marcium Turbo nem cum pedestribus, equestribus, & naualibus copiis misit. Hic multis præliis commissis, belloque contra eos non exiguo tempore continuato, infinitas copias Iudæorum, non solum qui à Cyrene, sed etiam qui ab Aegypto ad auxilium ipsorum duci Lucuæ ferendum se contulerant, trucidauit. Imperator igitur admòdum veritus, ne Iudæi qui erant in Mesopotamia, in Gentes eam regionem incolentes, per insidias impetum facerent; L. Quietus in mandatis dedit, vt illos è prouincia funditus tollerent, deleretque. Qui quidem facta illuc expeditione, immensam Iudæorum multitudinem, qui ibi domicilia rerum suarum collocauerant, occidit. Cuius rei causa tam prosperè gesta, Præfectus Iudææ ab Imperatore declaratus est. Ista etiam Gentiles scriptores, qui illorum temporum res gestas litteris mandauerunt, iisdem ferè verbis posteris prodiderunt. hucusque Eusebius. Quomodo autem Hadrianus Traiani successor eisdem acerbissima clade affecterit, dicemus suo loco inferius.

^a Genes. 18.^b Psal. 59.^c Euag. lib. 2. cap. 12.

VI.

^d Euseb. in
Chro. an. 18.
Traiani.
IUDÆO-
RVM CLA-
DES IM-
MENSÆ.
^e Euseb. hist.
lib. 4. cap. 2.

VII.

IUDÆI
VBIQUE
MALE HA-
BITI.

IESV CHRISTI EVARISTI PAP. TRAIANI IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
118. 7. 19.

I. Centesimo decimo octavo Christi anno, Aeliano & Verere, vel secundum Cassiodorum, Hadriano secundum & Rustico Coss. cum Traianus Imp. nullum unquam persequendi Christianos finem faceret; quid demum addiderit cum redit Antiochiam, Nicephorus^a rem prodigiosam narrat his verbis: Multos Christianorum interimit, in quibus & quinque virgines fidem palam profitentes comburit; & ossibus earum ad summum combustis, cineribusque aeri commixtis, aenea quadam, & alia vasa fieri curat: eaque publico lauacro, quod ipse magnificentissime construxerat, dicat. Verum enimvero quicumque eo lauatum ingrediebantur, quam primum calidas attingissent aquas, caligine simul & vertigine correpti, cum impetu inde procurrebant & concidebant. Causa autem eius mali cognita, Traianus, ut alia ex aere puro vasa balneo pararentur, mandat: priora autem illa in fornacibus conflata, in quinque transformat statuas, easque virginum combustarum forma & habitu pro balneo collocat.] hucusque Nicephorus: qui cum dicat haec accidisse, cum post debellatos Persas Traianus rediit Antiochiam; & ex his quae scribit Dio, ipsum non nisi ultimo Imperij tempore in diuersas Orientis provincias ad Oceanum peragrasse, & in Syriam rediisse constat; haec his temporibus facta esse, dicere opus est. nam etsi (ut vidimus) iam antea Antiochiam venerat, tamen tunc temporis nondum attingisse populum trans Euphratem positum, aperte Dio testatur. Quamobrem, quod tradit Suidas a Traiano promulgatum esse edictum de persecutionis cessatione, ultimo eius Imperij tempore contigisse oportuit: sed quibus tandem permotus Traianus sero sapiens haec pro Christianis decreuerit, idem Suidas^b docet his verbis: Tiberianus, qui primae Palaestinarum genti praerat, ad Traianum retulit, se non parum esse Christianis occidendis, qui vltro supplicia appetere. Vnde Traianus omnibus Praefectis suis mandauit, ne supplicii eos afficerent.] haec ipse.

II. Iisdem temporibus vltimis Traiani Imperatoris, error ille irrepit in nonnullos Fideles, auctore Papias Episcopo Hierapolitano, de millenario; qui tamen non eo usque progressus est, ut transiret in haesim, nisi postquam in Apollinare, qui eum pertinacius propugnabat, a Damasco Papa (ut suo loco dicemus) damnatus est. Papias quidem magnae in Ecclesia auctoritatis Episcopus, Ioannis auditor, quod esset in Apocalypsi, regnuros Fideles cum Christo mille annis, ex perperam facta verborum illorum interpretatione, de regno terreno putauit intelligendum: quem ob magnam hominis estimationem complures magni nominis viri sunt secuti, ut inter alios Irenaeus, Iustinus martyr, & alij, de quibus singulis suo loco dicturi sumus. Sed quid de Papias Eusebius^d habeat, referamus: Polycarpi, inquit, aetate, Papias Ecclesiae, quae est Hierapoli, Episcopus magna fama & celebritate fuit, vir plane cum omnium aliarum artium scientia disertissimus, tum cognitionis sacrarum litterarum non ignarus.] & inferius^e: Papias item libros quinque esse aiunt, qui Expositio sermonum Domini inscribuntur: quorum tamquam ab eo solo scriptorum, Irenaeus sic mentionem facit: Ista Papias Ioannis auditor, Polycarpi familiaris, vir antiquus, in quarto libro operis sui testata reliquit. Sunt enim quinque ab eo libri confecti.] haec Irenaeus.

III. Idem ipse Papias in exordio sui operis declarat, se minimè quidem sanctorum Apostolorum vel auditorem fuisse, vel eosdem oculis suis conspexisse: sed ea quae ad fidem pertinent, ab illis qui iisdem noti & familiares erant, se accepisse, docet his verbis: Non grauabor tua causa, illa quae a presbyteris commodè perdiscebam, & accurate mandabam memoriae, cum explicationibus eorumdem contexere, quod veritatem ab illis traditam pro viribus corroborare queam. Non enim (ut vulgus hominum solet) iis qui multa dicunt, sed qui vera docent, oblector: neque enim ex illis qui aliena & noua mandata commemorant, sed ex his qui recordatione renouant ea quae sunt a Domino per fidem tradita, & ab ipsa veritate profecta, voluptatem capio. Si quis presbyter mihi forte occurrebat, qui cum Apostolis versatus fuisset, dicta Apostolorum ab eo diligenter sciscitabar: nempe quid Andreas dixisset, quidve Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, quid Ioannes, quid Mattheus, aut quis alius discipulus

I. ^aNiceph. li. 3. cap. 23.
QUINQUE VIRGINES MARTYRES.

^bSuid. in list. verb. Traian. Imp.

II. ERROR DE MILLENARIO.

^cApoc. 20.

^dEuseb. li. 3. cap. 30. DE PAPIA EPISCOPO HIERAPOLITANO.
^eEuseb. li. 3. cap. 33.

CHRISTI EVARISTI PAP. TRAIANI IMP.
118. 7. 19.

A lus Domini, quae denique Aristion, & Ioannes presbyter, qui in numero discipulorum Domini habebantur, locuti fuissent. Neque enim ea quae ex libris petebantur, tantum mihi subsidij allatura existimaui, quantum ea quae acceperam ex hominum voce & sermone, qui adhuc in vita manebant.] haec Eusebius ex Papias, quibus sacrarum traditionum excellentia mirifice commendatur: dum illum plures fecisse constat, quae ex aliorum Apostolicorum virorum traditione, quam quae ex scriptis ipsorum accepisset, sed subdit:

Quinetiam Papias, quem modò posuimus, Apostolorum dicta ab his qui cum illis versati essent, fatetur se excepisse: Aristionis & Ioannis presbyteri se fuisse auditorem: nam saepenumero illorum memoriam vsurpat nominatim, & traditiones illorum in sua scripta illigat. Atque iste à nobis non incommode ad legentium vtilitatem explanata sint. Neque sanè erit ab instituto alienum, si Papias testimoniis, quae supra inculcauimus, alia quoque eius verba, quibus mirabilia quaedam tamquam ex traditione ad ipsum delata commemorat, adiungamus. Philippum Apostolum cum filiabus Hierapoli comitoratum, superiore nostro sermone monstrauimus: verum quemadmodum Papias, qui temporibus iisdem vixit, historiam permiram à Philippi filiabus se excepisse asserat, in praesentia exponendum videtur. Mortuum enim suo tempore narrat excitatum. Aliud etiam, quod non minus habet admirationis, Iusto cognomento Barfabae contigisse: nimirum vbi venenum mortiferum ebiberat, eum, propter gratiam ipsi à Domino tributam, molestiae nihil aut incommodi pertulisse.] & paulo interius:

Alia praeterea idem auctor quasi traditione non scripta ad se peruenisse commonstrat, quae peregrinas quasdam Saluatoris parabolas, & nouas eius doctrinas, aliaque nonnulla commentitiis fabulis referta continent. in quibus asserit, regnum Christi, post vniuersae carnis à mortuis resurrectionem, mille annos humano & corporeo more, in terra hac continuatum & stabilitum fore: quae quidem dogmata credo eum propterea excepisse, quod Apostolicas interpretationes, quae ab illis essent arcanis figuris & parabolis subobscuris expositae, male intellexisset: nam homo erat (sicut ex eius scriptis facile licet coniecturam capere) ingenij pertenuis. Ceterum plerisque Ecclesiasticis viris, qui hominis antiquitatem pro suarum partium defensione citabant, persimilis erroris auctor extitit, ut Irenaeus, & si quisquam alius eadem cum illo sentire videbatur.] haec de eo Eusebius: ex quibus facile intelligas, in traditionibus habendum esse delectum; ut non mox ut quis se aliquid ex maiorum traditione accepisse tradit (ut de Papias accidit) fidem illi omnes adhibeant, sed illam esse traditionem tenendam & amplectendam, quae ab Ecclesia Catholica sibi auctoritatem vindicat.

D Quod verò dicat Eusebius, eam de mille annis opinionem Papiam ex traditione non scripta accepisse; sic (quod etiam Eusebius ipse innuit) accipienda putamus, quod ex perperam facta ab aliis Ioannis Apocalypsi interpretatione, in eam ipse inductus fuerit opinionem. Alia praeterea de eodem auctore narrat Eusebius, nempe de Marci in Euangelio conscribendo consilio; de quo Matthaei item Euangelio, de prima Ioannis ac Petri similiter priorum epistola, necnon de Euangelio secundum Hebraeos: quorum omnium à nobis superius mentio facta est. Quod igitur Papias opera penitus deperierint, haud otiosum fuisse putauimus, pauca illa, quae ab Eusebio sunt recitata, fragmenta hic intexuisse. Ceterum ipsum sanctitate spectatum vitae finem clausisse, certissimum est: nam Dei Ecclesia eius natalis diem anniuersariam celebrare iugiter consuevit. irrepit tamen error^a, ut qui dicendus est Ioannis senioris auditor, dicatur Ioannis Apostoli: quod, quae nuper sunt dicta, facile manifestant.

E Sub eiusdem Traiani Imperio passus est in Galliis Crescens, de quo plura superius: eius quoque natalis dies anniuersaria memoria^b celebratur. Immo & qui ei successit in sede Viennensi Zacharias, sub eodem Traiano martyrium consummasse traditur^c. Sed in Apulia Maurus Episcopus cum sociis sub eodem Traiano martyrio defunctus^d est: quorum omnium & aliorum memoria in Ecclesia viget.

IV. RVRSVM EX SCRIPTIS PAPIAS.

V. DELECTVS IN TRADITIONIBVS HABENDVS.

VI.

PAPIAS INTER SANCTOS RELIQUVS.
^aMartyrol. Ro. 22. Febr.

VII.
^bMartyrol. Ro. 27. Iulij.
^cMartyrol. Ro. 26. Maij.
^dIdem 27. Iulij.

IESV CHRISTI ANNVS 119.
 EVARISTI PAP. ANNVS 8.
 TRAIANI IMP. ANNVS 20.

I. **A**nnus Domini centesimus decimus nonus Consules habuit Nigrum & Apronianum: alios Cassiodorus ponit, nempe Catilium & Fulvium. Hadrianus verò non Consul factus hoc anno, sed in sequentem est designatus secundò Consul. Sic enim intelligendum, quòd de hoc anno loquens Spartianus, ait in Hadriano, ipsum favore Plotinæ secundò Consulem esse factum. De anno quidem sequenti loqui Spartianum, ex eo patet, quòd Hadrianus, quo tempore mortuo Traiano successit, id est Augusto mensè huius anni, Consul secundò designatus tantum erat. Id enim docet antiqua verum nummorum inscriptio, quæ sic habet: ^b IMP. CAES. DIVI TRAIANI AVG. P. M. TR. P. COS. DES. II. His ergo dictis anni huius Consulibus, Hadrianus Consul designatus, & statim adoptatus, Imperium post Traiani obitum hereditate suscepit: cum Traianus Augustus Romam reuersurus, apud Selinuntem Ciliciæ ciuitatem, quæ postea cognominata est Traianopolis, siue morbo, siue veneno (quod etiam ferebatur) extinctus est, cum imperasset annos vnde viginti, menses sex, & dies quindecim.] hæc Dio ^b, anno verò suæ ætatis sexagesimo primo, & mensibus & diebus modò enumeratis: nam (vt idem testatur auctor) annum erat agens quadragesimum secundum, cum imperare cœpit. Sed Aurelius Victor annos tribuit eius ætati sexaginta quatuor: exusti autem corporis cineres Romam esse perlatos, & sub eius columna positos, & imaginem eius superpositam tradit. Sed ossa translata fuisse, Dio testatur. Dissentit ab his, quod ad annos ætatis eius pertinet, Eutropius ^c, illi tribuens vitæ annos sexaginta duos, menses nouem, & dies quatuor; qui hæc addit: Inter duos relatus est: solus omnium intra urbem sepultus: ossa collata in urnam auream, in foro quod ædificauit, sub columna sita sunt, cuius altitudo centum quadraginta pedes habet. Huius tantum memoriæ delatum est, vt vsque ad nostram ætatem non aliud in Senatu Principibus acclameretur, nisi, Felicior Augusto, Melior Traiano.] hæc Eutropius. sed de moribus fati superius.

II. Porro quòd de Traiani probitate à nonnullis recentioribus illud recitetur exemplum, quòd proficiscens ad bellum, equo desilierit, vt viduæ causam de occiso filio conquirentis cognosceret: addantque alij, eidem filium suum oppignerasse, & vsque ad reditum reliquisse obsidem; quo etiam exemplo tradunt commotum fuisse S. Gregorium, vt pro eius anima Deum deprecaretur: hæc cum nulla antiquorum scriptorum tulciantur testificatione, apertissima quoque ratione mendacij arguuntur; quod constet maiorum omnium auctoritate, nullum fuisse illi filium, nec adoptiuum quidem. Hadrianus autem antiquum genus ex Hadria Picentium ciuitate, ac recentius ex Italica Hispaniæ vrbe ducebat, natus Romæ Ælio Hadriano, Traiani consobrino, parente, Coss. Vespasiano septies & Tiro quinquies: qui hoc anno Legatum agens in Syria, quinto Idus Augusti adoptionis tabulas à Traiano in extremis polito accipines, eo defuncto tertio Idus eiusdem, nuntiato sibi eius obitu, cepisset Imperium. hæc omnia pluribus Spartianus ^d. Certe quidem argenteum cuspum numisma vidimus, quod hic tibi formis expressum reddendum curauimus, vbi adoptio vnà cum Consulatu & Tribunitia potestate habetur expressa.

^a Hub. Golt. in Thesaur. TRAIANI APTAS ET OBITVS.

^b Dio in Traiano.

^c Eutrop. lib. 8.

HADRIANVS IMPERATOR.

^d Spartian. in Hadrian.

^e Ex Museo Laly Pasqual. Canon. S. Maria Maioris in Vrbe.



IESV

IESV CHRISTI ANNVS 120.
 EVARISTI PAP. ANNVS 9.
 HADRIANI IMP. ANNVS 1.

I. **S**equentis anni Consules fuerunt Hadrianus Augustus secundum, qui, vt ex Spartiano & veterè nummo vidimus, viuente adhuc Traiano designatus fuerat, & Fuscus Salinator. Quo anno Hadrianus in Urbem ex Syria per Illyricum reuersus est. Subsecundo suo Consulatu ipsum hoc anno venisse Romam, antiqui nummi inscriptio docet, quæ cum habeat ex altera parte secundum eius Consulatum, ex altera primum eius in Urbem aduentum notat hoc modo.



Confirmat autem & altera vetus marmorea inscriptio, quam cum à S. P. Q. R. in gratiam beneficij, de quo mox dicendum, paulò post quam in Urbem aduenit, collati, Hadriano positam fuisse conitar: necesse est dicamus, ipsum secundo, qui in ea notatur, Consulatu aduenisse. ea est huiusmodi:

II. **S. P. Q. R.**
 IMP. CAESARI DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NERVAE NEP. TRAIANO HADRIANO AVG. PONT. MAX. TR. POT. II. COS. II. QVOD VNVS OMNIVM PRINCIPVM ET SOLVS REMITTENDO HS. NOVIÈ MILLIES CENTENA MILLIA N. DEBITVM FISCIS NON PRAESENTES TANTVM CIVES SVOS SED ET POSTEROS EORVM PRAESTITIT HAC LIBERALITATE SECVROS.

III. Quæ verò sequuntur impressæ pariter nummorum imagines, non presentis anni, sed magis sequentis, indicant eiusdem Hadriani in Urbem reditum, cum iam terriò gereret Tribunitiam potestatem; quo eadem Principis liberalitate (vt vides in vna ex ipsis inscriptum) RELIQUA VETERA HS. NOVIÈ MILLIA ABOLITA fuerunt per eundem Imperatorem.

D



E



^b Ex Sambuci Emblem. ^c Ex Sebastian. Eris.

Romam igitur cum peruenisset, nihil antiquius habuit, quam exemplo Traiani de Republica bene mereri: nam quòd eius scintilla suspecta esset, iuravit numquam Senatorem aliquem, nisi ex Senatusconsulto, se puniturum: praestitit & illud, quod mox per

Annal. Eccl. Tom. 2.

F per

per edictum donavit omnia debita, siue ea pertinerent ad Imperatorem, siue ad Atrium; & decennium praescripsit, a quo tempore quisquam desineret.] haec cum Dio scribat facta mox ut Romam aduenit, vetus quoque inscriptio, qua & summa est expressa, demonstrat contigisse ipso Hadriano secundum Consule: ut planè intelligas, hoc anno (vt dictum est) ipsum secundum Consulatum gessisse cum secunda Tribunitia potestate, sed (vt dictum est ex alia forma insculpti nummi) eius liberalitas propagata est in annum sequentem, quo cum tertio Consulatu tertiam gessit Tribunitiam potestatem. siquidem, vt Dio scribit in Hadriano, vigintiduas myriadas auri cum dimidia idem Hadrianus ciuibus Romanis dimisit, sygraphis in foro Romano combustis. Sic itaque multis officiis & beneficiis tum publice tum priuatim saepe collatis, animos sibi omnium conciliauit: sed eò magis, quòd quæ à Traiano fuissent optimè constituta, integra eadem & à se aucta custodiuit atque seruauit. Haec quidem de eo, & alia multa, summa laude digna, tum à Dione, tum etiam à Spartiano narrantur, quæ vt parum ad res nostras facientia prætermittimus.

IV. HADRIANVS PERSECVITVR CHRISTIANOS.

Cum igitur Hadrianus Traiani in politicis omnibus sectari vestigia, illumque, si posset, gloria antecellere conareretur: tantum abest vt persecutionem in Christianos iam à Traiano excitatam Romæ compesceret, vt acrius atque acerbius instauraret: quippe qui cum nihil carius se habere monstraret, quàm patriam superstitionem tueri; vt ei esset omni ex parte consultum, aduersantem ei in omnibus Christianam religionem immenso est odio profecutus. Sed noua insuper additur causa: quæ enim nuper sub Traiano acciderat rebellio Iudæorum, & immanis eorum in Romanos sauitia (quòd Christiana religio videretur Iudæorum esse cognata, & ab illis scirent hos esse prognatos, quos etiam Iudæorum interdum nomine nuncuparunt) summam in Christianos Gentilium omnium concitauerunt inuidiam. Sic igitur Hadrianus sauiit in Christianos. Seuerus^a persecutionem quartam ordine ponit, quæ est ab eodem Imperatore conflata; licet alij aliam in persecutionibus numerandis rationem inuisse noscantur.

^aSeuer. hist. lib. 2.

V. b Tertull. in Apolog. c. 3. ABSQVE EDICTOS AN-CITA PER-SECVTIO.

At licet nullum in Christianos edictum ab Hadriano promulgatum appareat, quod & testatur Tertullianus^b; tamen (quod aliàs dictum est) satis erant antiqua Romanorum iura, quibus noua & peregrina vetabatur religio, vt quilibet magistratus in eosdem posset lege agere: quod & faciendum esse, vetus Traiani exemplum non tantum admonerat, sed propemodum compellebat: siquidem quæ ab ipso facta essent, sancta vtique & pia atque omni ex parte iustissima censerentur. Sed & licet edictum ipse aduersus Christianos non promulgarit: tamen illud satis esse poterat, quòd (vt scribit Dio in fine) ad vindictam eorum quos haberet infensos, satis esse putaret, si ad eorum ciuitates scriberet, quòd sibi non placerent: cognito enim semel animo Imperatoris, quales putas in nostros fuisse Gentiles? Certè quidem quæ à Christianis philosophis Aristide & Quadrato Apologiae pro Christiana religione luculentissime scriptæ sunt, de quibus suo loco dicendum, magnæ ab eo in Christianos concitatae persecutionis sunt indices.

VI. EVSTACHI ET SOCIO RVM MARTYRIVM. *Eustachiu

Hadrianus igitur ipso in Imperium ingressu, etsi erga omnes Romano subiectos Imperio optimum Principem, tamen in Christianos exhibuit se Phalaridem: eo nimirum consilio, vt poenarum atrocitate atque sauitia à pietatis cultu, & religione quam susceperant, abstinerent: quamobrem Romam reuersus, Eustachium^{*}, qui Placidus olim dictus erat, diuturna militia spectatissimum, & præclaris victoriis celeberrimum (de quo superius locuti sumus) certo iam signo Christianum detectum, explorata tum ipsius, tum coniugis Theophiltæ, Traianæ olim dictæ, & filiorum fide: cum ab instituto eos diuelli non posse cognosceret, leonibus tradi iubet: qui cum contra naturalem ferociam non modò illis patcerent, sed etiam adblandirentur; maiori exandescens ira tunc Princeps, bouem æneum parari iussit, intra quem igne candentem immissi martyres, gloriosum martyrium consummarunt duodecimo Kalendas Octobris, quo die tam Græci quàm Latini pari consensione eorumdem anniuersariam celebritatem agunt. Porro tam nobilis martyrij memoria Romæ egregiis illustrata est monumentis: at de ipsis plura notauimus in Romano Martyrologio. Hunc autem, ob miram quamdam in tolerandis quamplurimis aduersis patientiam, Nicephorus^c alterum Iob appellat: cuius Acta citantur à S. Ioanne Damasceno^d, ex quibus aduersus Iconoclastas mutuatur exemplum: putamus tamen eis multa superaddita esse.

^cNiceph. li. 3. cap. 29. ^dDamasc. de imag. lib. 3.

VII.

At non eiusmodi tantum acerbissima persecutione vexabatur Ecclesia; sed & (quod grauius

A grauius videbatur) hæreticorum prauis dogmatibus impugnabatur. erant^a hi, qui ad huc viuente S. Ignatio coeperant incerae fidei integritatem hæresum labe conspergere, Basilides nempe, Saturninus, atque omnium sordidissimus Carpocras: hi enim etsi iam antè sua monstra conceperant, tamen, quoad vixerunt Apostoli, vel discipuli Domini, qui Traiani temporibus esse penitus desiere, haud tam procaciter, vt postea fecerunt, in Ecclesiam grassantes irrumperere conati sunt: quamobrem (vt superius dictum est, Hegesippo auctore) Ecclesia eius temporis, virgo antonomastice dicta erat. quæ licet nunquam, quouis hæreticorum excrescente diluuiò, quod semel fuit, incorrupta ac illibata esse desierit, tamen quòd huiusmodi hæreson sordibus forinsecus adspargeretur, facies eius haud decora, vt prius, intuentibus videri poterat: perinde ac si Sol denis nubibus obtegatur, licet semper perseueret esse quod erat, tamen spectantibus haud apparet, qualis antè fulgebat. De his agens Clemens Alexandrinus^b, hæc ait: Inferius circa tempora Hadriani fuerunt qui hæreses excogitarunt, & peruenerunt vltimè ad ætatem Antonini maioris, vt Basilides, etiam si Glauciam sibi adscribat magistrum (vt ipsi gloriantur) qui fuit interpret Petri.] addit & alios, qui postea emerferunt, sic dicens: Similiter quoque Valentinum dicunt audiuisse Theodatum: is autem fuit Pauli familiaris. Marcion enim, cum natus esset eadem qua ipsi ætate, versabatur vt cum senibus iunior, postquam Simon Petrum audiuit paululum prædicantem. Quæ cum ita sint; clarum est, ex antiquissima & verissima Ecclesia has recentiores, & quæ his sunt adhuc inferiores tempore, fuisse innouatas adulterinæ notæ hæreses. Ex his quæ dicta sunt, manifestum esse existimo, vnam esse veram Ecclesiam, eam quæ verè est antiqua, in cuius catalogum referuntur hi qui sunt iusti secundum propositum, cum vnus sit Deus, & vnus Dominus: propterea id etiam, quod est summe venerabile, laudatur ex vnione, & ex eo quòd sit solum, vt quòd sit imitatio principij, quod est vnum. In vnus ergo naturæ sortem coopatur Ecclesia, quæ vna est, quam conantur hæreses in multas discindere.] hucusque Clemens de præsentis temporis Ecclesiæ statu.

^aApud Euseb. lib. 4. c. 21. ^bQui hæretici sub Hadriano

^cCl. Alex. Strom. lib. 7.

Eusebius^c etiam his consentientia hæc scribit: lam verò cum Ecclesiæ, tamquam clarissima quædam lumina, suum splendorem per totum terrarum orbem diffudissent, & fides in Saluatorem & Dominum nostrum Iesum Christum in vniuerso hominum genere magnopere vigeret: diabolus ofor probitatis, veritatis inimicus, ac humanæ salutis semper hostis infestissimus, omnes suas machinas & fallacias contra totam Ecclesiam versans, sicut iam pridem externis persecutionum procellis, & impetu aduersus eam dimicauerat; sic tum quidem ab illis viis interclusus, viris perditis & plenis præstigijs, tamquam quibusdam instrumentis ad perniciem animorum, atque adeò ministris ad interitum comparatis vsus, alio insidiarum genere oppugnare, omnesque vias excogitare studuit, quibus hi præstigiatores & homines fraudulentis, illam ipsam nostræ religionis appellationem callidè prætexentes, non modò Fideles, quos fortè laqueis suis irretirent, in profundam interneccionis voraginem vnà secum præcipitarent, sed etiam fidei ignaros rudisque perditis illis conatibus pariter ab auditu, qui ad salutare Dei verbum patebat, penitus auerterent. Nam virus quoddam erroris subdolum & biceps instar serpentis cuiusdam ex Menandro (quem iam dudum Simonis successorem fuisse monstrauius) quasi ex pestifero fonte erumpens, duos duarum sectarum inter se discrepantium auctores & duces edidit, Saturninum genere Antiochenum, & Basilidem Alexandrinum: quorum ille in Syria, hic verò in Ægypto scholas errorum Deo & pietati repugnantium instituit. Saturninum autem magna ex parte eadem cum Menandro falso confinxisse declarat Irenæus: Basilidem verò secretiorum quorundam mysteriorum simulatione, dum sibi ipsi portentosas fabulas, easque plenissimas impij erroris comminisceretur, conatus suos in immensum intendisse.] hætenus Eusebius.

VIII. ^cEuseb. hist. lib. 4. cap. 7. ECCLESIAE STATVS SVB HADRIANO

Sed quibus artibus Basilides primò Ecclesiam Dei impugnare aggressus sit, eundem auctorem scribentem audiamus: Ex plerisque igitur Ecclesiasticis viris, qui id temporis veritatis patrocinium suscipiebant, & solertiore ratione ac prudentia Apostolicam Ecclesiasticamque fidem & opinionem propugnabant: nonnulliam etiam libros, quos litteris prodiderunt, tamquam præsidia ad errorum impetus, quos supra posuimus, depellendos, posteris reliquerunt. Ex quorum numero Refutatio Castoris Agrippæ, scriptoris eo tempore præstantissimi, valentissima illa quidem, quam contra Basilidem composuit, ad nos peruenit: quæ quidem subtile præstigijs & captionum viri

IX. BASILIDES HAERESIS-ARCHA.

illius acumen apertissimè detexit, patefecitque. Ac dum occulta illius & nefanda manifestò prodit mysteria, asserit etiam illum quatuor & viginti libros in Euangelium scripsisse: & non modò nouos Prophetas ad errorem suum nobilitandum excogitasse, eosque Barabbam & Barchoph appellasse nouis nominibus; verum etiam Angelos, qui numquam extitissent, sibi ipsi confinxisse, barbaraque illis imposuisse nomina, quò hi qui huiusmodi res vehementer suspicerent, in multo maiorem traducerentur admirationem. Docuisseque præterea, quòd hostias idolis immolatas comedere, & persecutionum tempore fidem audacter & liberè eurare, res essent indifferentes: ac denique Pythagoreorum more institutoque iis qui se in ipsius disciplinam tradebant, quinquennij silentium præcepisse. **I**ta atque eius generis simulatque Agrippa, quem dixi, de Basilide enumerauit, veterarias fraudes illius erroris, quem commemorauimus, suis quasi tegumentis pulchrè euoluens, in oculis atque in conspectu omnium defigit.] hucusque Eusebius de Basilide.

X. Sed quæ fuerint scelestissimi nebulonis dogmata, recenseamus: illa enim in primis peperisse monstra videtur, quæ sanctus Ignatius primus omnium confutauit, aliaque insuper postea addidisse, quæ ille non nouit. Scribens ipse ad Trallianos, vt fugiant Simonis, Menandri, atque Basilidis impietates admonet: nimirum quòd sic Christum loquantur, non vt Christum annuntient, sed damnent atque reiciant, quem à Deo Patre alienum prædicent, partum Virginis calumnientur, passionem negent, nec resurrectionem credant, Deum ignotum introducant, & Christum ingenitum censeant, Spiritum sanctum nec esse contereantur: licet ex his aliqui vnam esse personam Patris & Filij & Spiritus sancti commenti sint, omniaque à Deo creata, sed non per Christum, sed per alienam potestatem affirmant. hæc de Basilide, & iis è quibus Basilides ducebat originem, scribit atque egregiè confutat sanctus Ignatius. Agens Irenæus * de Basilide nominatim, hæc ait: Basilides autem, vt altius aliquid & verisimilius adinuenisse videatur, in immensum extendit sententiam doctrinæ suæ: ostendens, Nun primò ab innato natum Patre, ab hoc autem natum Logon, deinde à Logo Phronesin, à Phronesi Sophiam & Dynamin; à Dynamii autem & Sophia Virtutes & Principes & Angelos, quos & primos vocat, & ab iis primum cælum factum. Dehinc ab horum deriuatione alios item factos, aliud cælum simile priori fecisse, & simili modo ex eorum deriuatione alij facti essent, antitypi eis qui super eos essent, aliud tertium deformasse cælum, & à tertio deorsum descendentium quartum, & deinceps, secundum eum modum alteros & alteros Principes & Angelos factos esse dicunt, & cælos trecentos sexagintaquinque, quapropter & tot dies habere annum secundum numerum cælorum. Eos qui posterius continent cælum Angelos, qui etiam à nobis videntur, constituisse ea quæ sunt in mundo omnia, & partes sibi fecisse terræ, & earum quæ super eam sunt gentium. Esse autem principem ipsorum eum, qui Iudæorum putatur esse Deus: & quoniam hic suis hominibus, id est, Iudæis voluit subigere reliquas gentes, reliquos omnes principes contrà stetit ei, & contrà egisse: quapropter & reliquæ residerunt gentes eius genti. Innatum autem & innominatum Patrem, videntem perdicionem ipsorum, misisse primogenitum Nun suum, & hunc esse qui dicitur Christus, in libertatem credentium ei, à potestate eorum qui mundum fabricauerunt. In gentibus ipsorum autem apparuisse eum in terra hominum, & virtutes perfecisse. Quapropter neque passum eum esse, sed Simonem quemdam Cyrenæum angarium portasse crucem eius pro eo, & hunc secundum ignorantiam & errorem crucifixum, transfiguratum ab eo, vt putaretur ipse esse Iesus; & ipsum autem Iesum Simonis accepisse formam, & stantem irritasse eos. Quoniam enim virtus incorporalis erat æterna innati Patris, transfiguratum quemadmodum vellet, & sic ascendisse ad eum qui misit eum, deridentem eos, cum teneri non posset, & inuisibilis esset omnibus.] hæc Irenæus de hæresi totam Christi œconomiam dissolvente.

BASILIDIS HAERESIS.

Iren lib. 1. cap. 23. BASILIDIS VANAE IMAGINATIONES.

XI.

CRUCIS NEGATOR BASILIDES.

Ad quas autem hæc principia conclusiones ille deduceret, mox subdit, sic dicens: Liberatos igitur eos, qui hæc sciunt, à mundi fabricatoribus principibus, non oportere confiteri eum qui sit crucifixus, sed eum qui in hominis forma venerit, & putatus sit crucifixus, & vocatus sit Iesus missus à Patre, vt per dispositionem hanc opera mundi fabricatorum dissolueret. Si quis igitur, ait, confitetur crucifixum, adhuc hic seruus est, & sub potestate eorum qui corpora fecerunt. Qui autem negauerit, liberatus est quidem ab iis: cognoscit autem dispositionem innati Patris, animæ autem solius esse salutem, &c.] Verum

fitum planè diaboli commentum, vt, qui (quod scribit Ignatius) crucis potentia victus esset, eam negando, crucifixum etiam negandum esse contenderet: hæc enim addentes iidem Christi crucis inimici, ventri inseruendum, velsi idolothytis, & vniuersa vtendum esse libidine, facile suis persuadebant; illam eos sententiam docentes: Tu omnes cognosce; te autem nemo cognoscat. Quapropter parati sunt, ait, ad negandum, qui sunt tales, cauentque, nequid ea causa patiantur, ac ne in aperto essent exercenda sua ipsorum mysteria, ea suos effari prohibuit. Addit ad hæc omnia, eos vti solitos imaginibus, & incantationibus, & inuocationibus: idemque tradit Irenæus.


Non erant certè eiusmodi quibus Basilidis sectatores utebantur (quod Nouatores stultè fingunt) imagines Christi Redemptoris: nam quomodo, quæso, cum ille credi nolebat Christum esse corporeum ac crucifixum? sed potius id genus illas fuisse, quibus ad suas perficiendas artes incantatores vti solerent. Sed ad hæc certius comprobanda atque firmanda, dignum quidem fideque exploratum antiquitatis monumentum accedit, quo fati perspicue declaratur, quales esse solerent imagines, quibus ait sanctus Irenæus * vt consueuisset Basilidis sectatores. Siquidem haud pridem, nempe post primam editionem somi huius Romæ factam, è rudicibus (vt accidit) emerit in lucem gemma ex amethysto hinc imaginibus & notis incisa, cuius exemplum hic (vt vides) repræsentandum curauimus. Extat ipsa apud virum insignem, sincera fide & egregia eruditione spectatum, Fuluium Vrsinum, cuius in rebus antiquioribus explorandis ac dignoscendis solertia incomparabilis de gemma elucidauit, quæ ceteris rerum antiquarum studiosis penitus videbantur obscura; nimirum hanc vnam ex illis imaginibus esse, quibus vti solerent Basilidiani hæretici, quas loco bullæ vel amuleti, aut alia causa superstitiosè gestarent.

XII.

IMAGINES BASILIDIS QUÆLES.

Iren. lib. 1. cap. 23.

C



D

Ad quod manifestè probandum, euidens illud in primis suppetit argumentum ex nomine summi dei Basilidis, quem ipse ABPACAË nominabat, quod diseris (vt inueniens) litteris incisum legitur ad finem huius. His namque elementis (vt testatur Irenæus^b, Tertullianus^c, Epiphanius^d, Augustinus^e, Theodoretus^f, & alij) Basilides concepit summæ Virtutis nomen, ex qua dij reliqui dimanarent, omnes numero trecenti sexagintaquinque, secundum anni dierum numerum, totidemque cælorum (vt somniabat) quibus singulis eodem numero dij siue Angeli ab eo nominati præessent. Porro eorum (vt dictum est) numerus litteris illis exprimitur, quibus euidens summi omnium deorum ABPACAË nomen compositum est, nempe A & B, vnum & duo, P & A, centum & vnum, C & A, ducenta & vnum, Æ, sexaginta sunt, quæ simul iuncta summam efficiunt CCC LXV. Ita enim S. Irenæus, & citati superius auctores omnes interpretantur, & numerant ex mente Basilidis.

XIII.

DE ABRA-SAX.

Iren. lib. 1.

Tertull. de Praeser. c. 26.

Epiph. haer. 24.

Aug. de haer. ref. ad Quod. mult. d. 4.

Theod. bar. fabul. lib. 1.

E

Sed & hic illud animaduertendum est, ex eodem nomine in gemma inciso magis probari lectionem S. Epiphaniij, scribentis Abrafax, quam S. Irenæi, Tertulliani, S. Augustini, necnon S. Hieronymi^g pluribus in locis, & aliorum legentium Abraxas: quamuis cum eadem in vtraque lectione reperiantur litteræ, licet diuerso loco positæ, idem significant, atque necessariò eandem summam efficiant. Ceterum tum ex eadem gemma, tum etiam ex dictis auctoribus prorsus exploditur lectio illa vulgata Tertulliani, cum loco Abraxas, legitur Abraxan. Sed nec ipsum, Abraxas, rectum est; cum Abrafax ex gemma & scriptis libris Tertulliani legendum sit.

XIV.

GERMANA LECTIO.

Epiph. ad. Luciferian. prop. fin. & in Amos c. 3. in Abdiam cap. 1. in Nabum cap. 1.

CHRISTI 120.

EVARISTI PAP. 9.

HADRIANI IMP. I.

XV. NOMINA PORTENTOSA.

Rursum verò quòd totum ferme corpus huius ad plantas pedum vsque portentosis nominibus habetur inscriptum: inde quoque evidentius deducitur argumentum, eamdem esse id genus imaginum, quas solent iidem Basilidis sectatores effingere. Nam Epiphanius hæc de eodem Basilide & numero ex eius sententia nominis Abratax ait: Deinde hinc, inquit, & homo habet trecenta sexagintaquinque membra, & vnicuique Virtutum attribuitur vnum membrum, &c.] Hæc cum Basilides diceret: eadem ratione factum apparet, vt in eiusdem imaginis diuersis corporis membris diuersa nomina eorumdem Virtutum habeantur inscripta: illa nimirum, quibus opus habere videretur qui gestabat imaginem: cum alioqui impossibile esset in tam arcto spatio omnia trecenta illa & sexagintaquinque nomina exarari. Cetera verò, vt quòd altera manu clypeum, bidentem altera tenere videatur imago, quòdque virga super caput extet appoita, remanent prorsus obscura, quòd non omnia secreta Basilidis Catholicis innotuerint. Quòd B verò habeatur in postica leonis signum & tauri caput, ad genituram pertinet eius qui eamdem gemmam ex amethysto gestabat.

XVI.

Post hæc autem cusa ante annum Gemmarius in Vrbe emptam à se gemmam casu inuentam, ad nos attulit, referentem eiusmodi figuram portentosam, spectrumque potiùs atque monstrum, & ex parte aduersa inscriptionem habentem ABPACA E. quæ cuncta cum nec ipse, nec aliquis ex iis quibus ostendisset, intelligere penitus potuisset, nos consuluit. Ipsam igitur gratè acceptam in ampliorem testificationem eorum quæ dicta sunt de imaginibus, quas factitarent Basilidiani, hic tibi quàm exactissimè licuit, reddendam curauimus, ad maiorem confutationem calumniantium recentiorum hæreticorum. sic se habet:

GEMMA BASILIDIANORVM.



XVII.

Quòd autem hisce characteribus atque figuris diuersimodè concinnatis vti solent eiusmodi hæretici impostores ad Amuleta conficienda: habes de his egregium exemplum apud Q. Serenum Samonicum antiquum Medicum; & eiusdem (vt apparet) Basilidis sectatorem, qui præcepta medica carmine scripsit heroico, & ad curandum morbum Hemitritæum, his characteribus conficiendum curauit Amuletum ad collum ægrotantis appendendum, continens ABPACA, iunctis aliis elementis quidpiam portentosum ipso sonitu reboantibus:

* Extant in ter epigr. & poemat. Vat. pag. 158.

Inscribis chartæ, quod dicitur ABPACAΔABPA Sapius & subter repetis, sed detrahe summam, Et magis atque magis desint elementa figuris Singula, quæ semper rapies, & cetera figes, Donec in angustum redigatur littera conum. His lino nexis collum redimire memento.] & in fine: Talia languentis conducent vincula collo, Lethalestq; abigent (miranda potentia) morbos.]

ABPACAΔABPA
ABPACAΔABP
ABPACAΔAB
ABPACAΔA
ABPACAΔ
ABPACA
ABPAC
ABRA
ABP
AB
A

Ex his igitur perspicuè, lector, vides, quàm longè dispares sint Basilidis, quæ ab Irenæo damnantur, imagines, ab illis, quibus Christiani Catholici religiosè pieque vti solent: vnde & recentiorum Iconoclastarum hæc in nos tum imperitia tum dolo malo obiectantium habeas calumniam exploratam, atque pariter confutatam.

Rursum

CHRISTI 120.

EVARISTI PAP. 9.

HADRIANI IMP. I.

A

Rursum verò quòd spectat ad eiusdem Basilidis hæreses: recenset eadem Basilidis dogmata Tertullianus^a, qui addit, resurrectionem carnis à Basilide vehementer impugnatam, negante salutem corporibus esse promissam. Sed & Clemens Alexandrinus^b insuper addit, dixisse Basilidem, non omnia à Deo dimitti peccata, sed tantum inuoluntaria, quæ per ignorantiam facta essent: qui multis disputat aduersus Basilidem & Basilidianos; quos & redarguit, quòd dicerent, animam priùs peccasse in alia vita, hic autem pati supplicium. tradit hæc de eo Clemens libro quarto Stromatum: ac rursum de eiusdem sectatoribus, qui affirmarent, fidem esse naturalem, in homine habitare exercitum spirituum, qui essent passiones per quas vnusquisque mouetur, dicerentque, non pugnam aduersus naturales insurgentes passiones, sed eis esse assentiendum, ac proinde libidinibus inquinari licitum atque concessum esse: quos nimirum talia perpetrantes, B Christiano superinducto nomine, magnam infamiæ notam ceteris Fidelibus irrogasse, penes quos nihil esset antiquius, quàm mentis & corporis castitatem excolere, eamque nuncupato interdum voto, vt selectissimum donum Deo pie offerre, de qua ait^d: Est ergo continentia, corporis despicientia, conuenienter pactis conuentis cum Deo initis: non solum enim in rebus venereis, sed etiam in aliis, quæ anima perperam concupiscit non contenta necessariis, versatur continentia. Est autem & in lingua, & in acquirendo, & in vtendo, & in concupiscendo continentia. Non docet autem ea solummodo esse temperantes, siquidem præbet nobis Deus temperantiam, vt quæ sit diuina potestas & gratia. Dicendum est ergo quidnam nostris videatur de eo quòd est propositum: Nos quidem castitatem, & eos, quibus hoc à Deo datum est, beatos dicimus.] hæc Clemens de S. Ecclesiæ moribus.

XVIII. ALIÆ HÆRESSES BASILIDIS. *Tertull. de præser. c. 26. b Cle. Alex. Strom. lib. 4. c Cle. Alex. Strom. lib. 2. 3.

*Clem. Strom. lib. 3. VERA CONTINENTIA.

C

Sed ad Basilidem redeamus. Eò superbiæ & fastus hominem peruenisse, Epiphanius^e tradit, vt se ac suos solos diceret esse homines, ceteros omnes suos & canes: ob idque non propalanda esse aliis^f sua mysteria, quòd præceptum sit: Nolite proicere margaritas ante porcos.] hæc & alia de Basilide idem recitat atque refellit. Ausum porò fuisse Basilidem scribere Euangelium, & suo ipsius inscribere nomine, auctor est ante Ambrosium Origenes, qui & alibi hæc de eodem^g: Quid aliud sunt nisi pestilentia Basilidis quoque sermones, detrahentes quidem eis qui vique ad mortem certant pro veritate, vt confiteantur coram hominibus Iesum, indifferenter autem agere docentes ad negandum, & ad sacrificandum diis alienis? Non minùs peste afficiunt, & corrumpunt audientes se, qui in iisdem sermonibus docent non esse alias peccatorum pœnas, nisi transcorporationem animarum post mortem^h.] hæc Origenes. Quòd intuper negaret ille carnis Christi veritatem, ea falsa assumptione sacratissimam quoque Eucharistiam damnasse, ex sancto Ignatio ad Smyrnenes recitat Theodoretusⁱ. Mortuus est autem Basilides (inquit Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis in Agrippa) in Alexandria temporibus Hadriani: qua tempestate Chochibus dux Iudaicæ factionis Christianos variis suppliciis enecauit.] hæc ipse: sed Barchochebas, loco Chochibus, restituendum est.

XIX. *Epiph. hæres. 24. i Theod. li. 3. dialog. PSEVDORV-ANGELIVM BASILIDIS. g Orig. in Luc. homil. 1.

h Orig. in Martham tract. 18. i Theod. lib. 3. dialog.

D

Fuisse Basilidi filium Isidorum nomine, paternæ impietatis heredem & propugnato- rem, auctor est Clemens Alexandrinus^k, qui ab eo Moralia esse scripta testatur, quæ tam men essent omnium imputatum cloaca: aliud eiusdem citat opus de Adnata anima. Aduersus hos pro Catholica veritate scripsisse constat Agrippam Castorem, Iustinum martyrem, Irenæum, qui omnes hæreses, quæ ante se exuterunt, disertò eloquio confutarunt. his addit Theodoretus Clementem Alexandrinum, & Origenem: quibus adnu- merandus quoque est Epiphanius, & alij recentiores scriptores.

XX. ISIDORVS FILIVS BASILIDIS. *Clem. Alex. Strom. lib. 2. c 3.

E

Sed quorsum (dicit aliquis) quæ profundo perpetuoque fuissent sepeliendæ silentio, huiusmodi sordes, suo putore aërem ipsam corrumpentes, hinc inde ex industria veluti scopi collectæ, produntur in lucem? Ratione id quidem multipliciter suadente. Absolutissimi enim historici muneris in primis esse nouimus, non tantum bella externa scriptis prosequi, sed & ciuilia, cum acciderent: eiusmodi quippe esse censemus, quæ ab his qui Christiano nomine in Catholicam Ecclesiam insurgunt, ciuilia bella conflantur, longè periculosiora illis, quæ ab iis qui foris sunt, inferuntur. sanè quidem hæc præteritis se maximæ tribueretur oisitantia. Magnam rursus ex his quisque utilitatem capessere potest. Sicut enim, Apostoli^l sententia, Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant.] ita opus est hæreses propalari, vt quæ qualisve sit Ecclesia Catholica, pariter innotescat; & planè omnes intelligant, qui continentiam impugnant, Christi crucem negant,

XXI. CVR HÆRESSES RE-CENSEANTVR.

l. Cor. 12.

negant, & martyrium ab Ecclesia auferunt, & alia id genus nefandissima perpetrant, hos A in Basilidianorum classem esse reiectos, & à Catholicis separatos. At quis insuper negarit, hæc spectanda proponere, nihil aliud esse, quàm pulcherrima trophæa Ecclesiæ, victoria ex hostium spoliis comparata, sursum erigere, & in singulis veluti quibusdam notis insculptis & signis præfixis Dei gloriam de Ecclesiæ patrocinio prædicare? Sed proposita persequamur.

XXII. Saturninum, quem alij Saturnillum dicunt, post Basilidem ordine recensemus (licet nonnulli, qui de iis agunt, de Saturnino primùm mentionem instituerint) ea nimirum ratione nos persuasi, quòd cum hic (vt superius dictum est) fuerit patriâ Antiochenus, & in Syria scholam erroris aperuerit, & sanctus Ignatius, sicut multos hæresiarchas, ita Basilidem nominatim expresserit, Saturnini verò Antiocheni, ipse Episcopus Antiochenus, & totius Syriæ Orientalisque magister, nullam prorsus habuerit mentionem, B præsertim ea epistola, quam ad suos scripsit Antiochenos, vel ad Heronem dedit eiusdem Ecclesiæ diaconum & curatorem: in eam facillè adducimur sententiam, vt existimemus, post mortem Ignatij emeruisse impudentem hæreticum; quo viuentem, tantæ lucis fulgore percussus, vt noctua quædam in tenebris delituerit. Et quidni clamasset in Saturninum domesticum furem Ignatius, qui Basilidem in Ægypto agentem, Christi crucem negantem, tot iaculis feruit?

XXIII. Sed quæ essent dogmata Saturnini, ab Irenæo* veluti antiquiore petamus. Hic Menandro inhærens, sic Deum Patrem omnium dixit esse creatorem, vt tamen mundum à septem Angelis creatum, hominemque voluerit Angelorum esse facturam: rursus Iudæorum Deum vnum ex Angelis esse dixerit, quodq; aduersus Patrem rebellasset, in eius destructionem missum esse Christum, & in salutem credentium, eundemque ignotum, C & incorporalem, & sine figura, putatiuè tamen visum esse hominem. Duo insuper hominum genera ab Angelis esse facta tradebat, alterum quidem nequam, alterum verò bonum: & quòd hoc dæmones pessimos adiuuaret, missum esse Saluatorem ad perditionem malorum, in salutem verò bonorum. Addidit insuper illam blasphemiam, vt nubere & generare à fatana esse diceret: complures verò eius sectatores, sic colere abstinentiam, vt ab animatis abstinerent, qua quidem virtutis specie, veluti sanctitatis imposita larua, multos seducerent. Rursum quasdam prophetias ab Angelis, quasdam verò à fatana tradebat esse reuelatas.] hæc de Saturnino Irenæus. addit his Tertullianus, Saturninum negasse resurrectionem futuram. eadem de Saturnino, qui de hæresibus tractatus edidit, nimirum Epiphanius, Theodoretus, & alij ex Græcis, ex Latinis S. Philastrius, S. Augustinus, & alij recentiores. D

XXIV. Eodem planè tempore, quo Basilides & Saturninus, Carpocras sæx omnium hæreticorum, & sæx totius continentiæ, vixit, vt ex Irenæo tradit Eusebius*. Sed horret animus de eò narrationem aggredi, vt quæ Christianis auribus prorsus indigna, ob turpitudinem portentosa nimium & horribilis videatur. Sed quæ de eo à Patribus scripta reperimus, audire, licet auerso vultu, omnes æquanimiter ferant. Satis autem verendæ putamus esse consultum, si in cœnoso gurgite eorum impolluta vestigia affectantes, quæ de iis ab illis sunt memoriæ commendata, ipsorum verbis adducamus in medium. Alexandrinum patriâ hunc fuisse tradit Clemens Alexandrinus*, gentilis eius. In nonnullis consensisse Basilidi, sed illo longè deteriorem esse constat effectum. Mundum quidem (vt ille) ab Angelis factum dixit: Iesum verò Redemptorem ex Ioseph natum, vt ceteros homines, probitate tantùm præstasse aliis, sed se suosque illi similes esse, & ex E eis nonnullos illo fortiores. Constat insuper, artes magicas operari solitos Carpocratianos, & dæmones alligatos habere, gloriantes se ea arte illos habere subiectos. Transmigrationem animarum Carpocratis schola docebat.

XXV. Omne delictum non solum apud eos veritum, sed imperatum: vsque adeò, vt pœna dignus esse duceretur, qui suæ ipsius quæcumque cupienti aduersaretur voluntati: vsurpans illud Euangelicum^d: Contentiens esto aduersario tuo citò, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris.] ac proinde, qui suæ aduersaretur concupiscentiæ, transtimatione fore plectendum, ac rursus alia, nisi ea omnia quæ mundi & concupiscentiæ sunt opera praua expleuerint: quibus iam consummatis, fore, vt tunc liberè proficiantur ad illum Deum, qui est supra Angelos mundi fabricatores. Scripturæ igitur ille superinducens velamen turpitudini,

XXII.
DESATVR-
NINO HÆ-
RESIAR-
CHA.

XXIII.
*Iren. lib. 1.
cap. 22.
DOGmata
IMPIETA-
TIS.

XXIV.
*Euseb. Hist.
lib. 4. c. 7.
DE CARPO-
CRATE HÆ-
RESIAR-
CHA.

*Cle. Alex.
Strom. lib. 3.

XXV.
MORRENDI
CARPOCRATIS
MON-
STRA.
*Mat. 5.
Luc. 12.

A dini, quasi ex legis præscripto hæc esse facienda docebat. hæc etiam de Carpocrate Irenæus*, qui adeò auditu horrenda de huiusmodi sectæ hominibus se accepisse tradit, vt non induci possit ad credendum talia. Addit Tertullianus^b, ipsum tum Christi, tum ceterorum mortalium carnis resurrectionem negasse. Eadem de Carpocrate, ac suis sectariis, eorumque turpitudine Epiphanius^c narrat, & alij qui commentarios de hæresibus conscripserunt. Insuper hos in velamen obscœnitatum multarum perpulchrum sibi ipsi nomen indidisse, vt Gnostici dicerentur, ita suos appellandos esse, Carpocratem docuisse tradunt: licet S. Hieronymus^d velut à Basilide Gnosticos esse nominatos, sicut & Eusebius in Chronico. Sed sicut venena, ita nomina inter se istos communicasse, dici posse videtur: nam eadem ratione, qui ex Nicolaitis prodierunt, æquè Gnosticos esse dictos, Epiphanius^e affirmat.

B Quoniam verò Epiphanius, licet renitens admodum, stylum tandem immitit ad Gnosticorum turpitudines describendas, nos sua ipsius verba hic reddemus, quòd sciamus ea conducere ad veritatem historicam dignoscendam: nam quæ hi agebant in occulto, palàm facta, Gentiles in omnes æquè conuertebant Christianos: Sed audiamus ipsum loquentem^f, cum agit de eorum turpitudine: Qualem inquit, actionem? dicere rursus timeo, vt ne sterquilij occultati canalem reuelem, & quibusdam videar pestilentis graueolentiæ inductionem operari. Attamen quandoquidem ex veritate dependemus, me ipsum cogam, vt impostorum illorum facta reuelans, & castius loquar, & à veritate ipsa minimè excedam. Quid verò aliud quàm omnem nefandam ac scelestam actionem, quam nec fas ore referre, hi perpetrant? Et omnem speciem virilis coitus, ac libidinosæ ad mulieres consuetudinis in singulis corporis membris, incantationesque ac veneficia ac idololatrias perficientes: & hoc dicunt esse rationem redditionis debitorum in corpore, vt non amplius accusentur, nec aliud opus ab ipsis exigatur, &c.] Superiori autem tractatu, quo de Gnosticis fusiùs agit, hæc habet^g: Ipsam enim suam synaxin ac communionem turpitudine multiplicis coitus polluant, comedetes ac contingentes tum humanas carnes, tum immunditias: vt ne audeam quidem totum loqui, nisi sanè cogerer, propter excellentem animi mei dolorem, ab his quæ vanè ab ipsis fiunt, stupore percussus. Ad qualem magnitudinem ac profunditatem malorum, hostis hominum diabolus ducit sibi credentes, vt polluant & mentem & cor & manus & ora & corpora & animas eorum, qui ab ipsis in tanta cæcitate eruditi sunt. Timeo autem ne fortè magnum hoc venenum totum reuelem, veluti cuiusdam basilisci serpentis faciem, ad perniciem magis legentium, quàm ad correctionem. Polluit enim re vera aures magnæ huius audaciæ blasphemæ collectio, & hæc turpitudinis coaceruatio ac enarratio, & fraudulentiæ huius turpis operationis cœnosa maleolentia.] & post multa:

Primò quidem communes vxores habent: & si peregrinus accefferit de ipsorum dogmate; signum est apud ipsos virorum ad feminas, & feminarum ad viros in extendendo manum, ad salutationem videlicet, subter palmam contrectationem quamdam titillationis, per hoc se indicare ostendentes, quòd eiusdem religionis sit qui accessit. Hinc igitur mutua cognitione accepta, statim ad epulationem conuertuntur: larga verò & opipara edulia, carnis esum & vini potum apponunt, etiam si pauperes fuerint. Ex hoc autem vbi compotarunt, & venas (vt ita dicam) satietate impleuerunt: vir quidem concedens vxorem alteri, ad ipsam dicit: Surge, fac dilectionem cum fratre. Miseri autem illi vbi inter se mixti fuerunt, & re vera erubescere dicere quæ apud ipsos fiunt, iuxta E Apostoli illius sancti dictum^h: Quæ apud ipsos fiunt, turpe est etiam dicere. Attamen non erubescam dicere, quæ ipsi facere non erubescunt; vt omnibus modis horrorem incuriant audientibus turpia, quæ ab ipsis perpetrantur, facinora. Postquam enim inter se permixti fuerunt per scortationis affectum, insuper blasphemiam suam in cælum extendunt. Et suscipit quidem muliercula, itemque vir fluxum à masculo in proprias suas manus, & stant in cælum intuentes, & immunditiam in manibus habentes, & dicunt: Offerimus tibi hoc donum, corpus Christi.] & sic ipsum edunt, affumentes suas ipsorum immunditias, & dicunt: Hoc est corpus Christi, & hoc est Pascha. Ideò patiuntur corpora nostra, & coguntur confiteri passionem Christi. Eodem verò modo etiam de femina, vbi contigerit ipsam in sanguinis fluxu esse, menstruum collectum de ipsa, immunditiei sanguinem acceptum in communi edunt: Et hic est (inquiunt) sanguis Christi.

Qua-

*Iren. lib. 1.
cap. 24.
Tertull. de
prescrip. c. 48
Epiph. hæ-
res. 27.
Gnostici
vnde.
Hieron. de
script. Eccl.
in Agrip.

*Epi. hær. 26.
XXVI.

TVRPI-
TV-
DINES GNO-
STICORVM.

Epiph. hær. 27.

*Epiph. hæ-
res. 25.

XXVII.
SCELV-
S IN-
FANDVM
Gnosti-
CORVM.

*Ephes. 5.

XXVIII. Quapropter etiam cum in apocrypho^a legerint: Vidi arborem ferentem duodecim A
fructus in anno, & dixit mihi: Hoc est lignum vitæ. ipsi figuratè interpretantur fluxum^b
^aApoc. 22. muliebrem singulis mensibus fluentem. Porro ubi iuicem coeunt, liberorum gene-
rationem auertantur, & interdicunt.] & paulo post: Si præter sententiam acciderit, vt
prægnans facta fuerit mulier, quid grauius & horribilius designent tales, audi: Detra-
ctum enim foetum, quocumque tandem tempore id aggressi fuerint, accipiunt, & in
mortario quodam pistillo tundunt, & admixto melle, & pipere, & aliis quibusdam aro-
maticibus ac vnguentis ad auertendam nauseam, sic congregati omnes porcorum ac ca-
num horum sodales participes fiunt contuli pueri: atque sic humanæ carnis esu peracto,
deinde preces fundunt ad Deum, & hoc perfectum Pascha dicunt. Sed & alia horrenda
ipsi audent. Cum enim rursus insaniam in seipsis conceperint, imbutis manibus turpi-
tudinis suæ surgunt, & manus suas inquinatas habentes, nudi toto corpore precantur,
tamquam per huiusmodi operationem inueniant dicendi apud Deum libertatem. Cor-
pora autem sua tum muliebria, tum virilia, noctu ac diu curant vnguentis, balneis, epu-
lationibus, & ebrietatibus vacantes. Detestantur ieiunantem, dicentes quod non oportet
ieiunare: principis enim qui fecit sæculum, est ieiunium: verum oportere nutrir, vt cor-
pora sint robusta, quod possint fructum reddere in tempore suo.] hucusque de eorum tur-
pitudine & execrandis mysteriis Epiphanius, qui hæc omnia exploratissima habuit, cum
in Ægypto esset, ab iis qui eiusdem sectæ erant, vt ipse testatur, de iisdem agens in fine.

XXIX. Hæc ergo cum hi omnium scelestissimi operarentur, quæ nec quæuis gentes barbaræ,
quæ ignorant Deum, ausæ fuerint meditari, tamen non tantum se Gnosticos, sed & Chri-
stianos nominabant: hæc omnia illis suggerente diabolo, vt horum nefandis sceleribus
posset sancta ac pura Christiana religio infamari. vnde idem auctor hæc habet infere-
rius^b: Indiderunt enim sibi cognomen Christianorum, ad hoc vt Gentes per ipsos offen-
dantur, & sanctæ Ecclesiæ Dei vtilitatem & veram prædicationem propter illorum ne-
faria facta & incomparabilem improbitatem auersarentur; & ipsorum assiduè nefaria
opera considerantes, putent etiam sanctas Dei Ecclesias tales esse, & auertant (velut
dixi) aures à Dei & veritatis doctrina.] hæc ipse, sed & longè ante ipsum sic Irenæus: Ipsi
ad detractionem diuini nominis & Ecclesiæ, quemadmodum ad Gentes, à fatana præ-
missi sunt: vt secundum alium modum quæ sunt illorum audientes homines, & puran-
tes omnes nos tales esse, auertant aures suas à præconio veritatis: aut videntes quæ sunt
illorum, omnes nos blasphemant, in nullo eis communicantes, neque in doctrina, neque
in moribus, neque in quotidiana conuersatione.] hæc Irenæus^c.

XXX. Porro Iudæorum opera Christianis semper aduersantium has esse calumnias aduer-
sus eos toto Orbe diuulgatas, Origenes^d agens contra Celsum testatur, sic dicens: Ap-
paret sanè nil secus egisse, ac Iudæi in ipso Christianæ religionis & veræ disciplinæ pri-
mordiis factitabant, qui ad nostræ doctrinæ notam & infamiam illud disseminarent,
quod Christianis puerum aliquem immolandi mos esset, cuius & carnem singuli degu-
starent. Insuper & id mendacio effingebunt, quemadmodum qui ex Christiana essent
hac disciplina, cum ea quæ in operto fiunt, facere vellent, extinctis luminibus, ei quam
quisque nactus esset, admiscerentur. Quæ infamia olim temerè edita, plurimos occupa-
bat, qui essent à fide hæc alieni, persuasumque haberent istiusmodi iam esse Christianos:
& ad id temporis sic fallit nonnullos præsumpta hæc & praua opinio, vt ea de causa
Christianos auersentur, ne vel simplicia cum eis ineanter verba.] hæc Origenes.

XXXI. His igitur diabolus (inquit Eusebius^e) qui ex maleficiis capit lætitiæ, tamquam suæ
nequitia ministris fortè vltus est: quod qui fidem receperant, illorum suasu non solum in
fraudem inducti, ad acerbum adeò & miserabilem interitum quasi constructi arriperen-
tur, verum etiam Gentibus, quæ erant à fide alienæ, copiam & tamquam ansam præbe-
rent sacro sancto Dei verbo petulanter impieque obtrectandi: eo planè consilio, vt fama
de istorum flagitiosæ vitæ ratione passim dissipata, turpem ignominia notam vniuersæ
Christianorum multitudini inurerent. Vnde certè accidit, vt nefaria quædam opinio de
nobis concitata, eaque ab omni ratione alienissima, per infidelium animos longè late-
que peruaderet: quod videlicet tum nefando concubitu matres & sorores violare, tum
etiam scelerato quodam alimenti genere vt non vereremur. Verum ista mala ad proli-
xius temporis spatium diabolo ex sententia non processerunt: quod ipsa veritas suum
extulit caput, & progrediente tempore, claro quasi lumine resplenduit. Etenim fraudu-
lenti

EXECRAN-
DVM FACI-
NVS.^b Epiph. hæ-
ref. 27.
CONSILIVM
DIABOLI DE
GNOTICIS.^c Iren. lib. 1.
cap. 24.^d Orig. contra
Cels. lib. 6.
INFAMIA
GRAVIS IR-
ROGATA
CHRISTIA-
NIS.^e Euseb. li. 4.
cap. 7.
CALVMNIAE
IN CHRIS-
TIANOS.

A lenti aduersariorum conatus, eius vi resurati & oppressi, confessim euauerunt. Quippe
alij ex aliis noui & inauditi errores euanescentes, & priores pedetentim ad nihilum pro-
labentes, obsolescere cœperunt: inque multiplices, ac non vniuersi modi sectas & formas
dirempti, ad extremum funditus excisi sunt.

Ceterum insignis veræ & Catholicæ Ecclesiæ splendor, perpetuè eodem modo & XXXII.
eisdem virtutum vestigiis incedens, mirandum in modum propterea creuit, & dilatatus
est, quod veneranda, sincera, libera, modesta, pura diuinæ viuendi rationis, Christianæ-
que pietatis institutio per vniuersum cum Græcorum tum barbarorum genus claritate
quadam eximia & decora enituit: vtque etiam deformis infamiae labes, quæ à maleuo-
lis nostræ religioni adspersa fuerat, simul cum tempore deleta, protinus ad nihilum reci-
dit. Nostra igitur sola permansit disciplina, vt pote quæ tum propter grauitatem & mo-
B destitiam, tum propter diuinæ sapientiæ præcepta institutaque sola esset apud omnes &
auctoritate posita, & summa amplitudine prætare iudicata: sic vt nemo ex illo tempo-
re hactenus turpem aliquam dedecoris maculam fidei nostræ auderet inferre, nec vllam
talem ignominiam importare, quali illis, qui contra vos iam pridem nefariè coniuuassent,
vti volupe fuisset.] hucusque Eusebius: qui tamen quod ait eiusmodi errores citius eua-
nuisse, non sic accipiendum est, vt protinus Gnostici esse desierint, sed quod iis omnibus
veritas superenituit, nec eius lux poruit hisce temporibus obcurari. Ceterum Epipha-
nio^a constat auctore, sua quoque ætate perseuerasse Gnosticos turpissimos in Ægypto,
è quorum illecebris, quibus illectus erat, ne in errorem laboreretur, se fuisse diuinitus libe-
raturum, gratias Deo egit.

Ceterum vix dici potest, quantum laborauerint qui in Ecclesia erant sanctissimi ac
C eruditissimi viri, vt eiusmodi calumnias dictorum occasione hæreticorum in omnes
Christianos à Gentibus iactari solitas omnino diluerent, & ab eorum animis prorsus
abluerent. Testes sunt eius rei grauissimæ ac disertissimæ ab iisdem pro Christiana re-
ligione scriptæ diuersis temporibus Apologiæ. Ac in primis quod Iustinus martyr^b in
sua ad Antoninum Pium Augustum Apologia his verbis habet, cum de hæreticis agit,
quorum occasione infamaretur Christiana religio: Omnes qui ab his prodeunt (quem-
admodum dixi) Christiani vocantur: haud aliter atque Philosophi, cum eis non sint
communia dogmata; quod tamen à philosophia dicitur, commune est omnibus no-
men. An verò etiam hi infamia illa & fabulosis in vulgus sparsa sermonibus facinora
in se admittant, lucernæ euerisionem, & promiscuos concubitus, & humanarum car-
nium viscerationes, nescimus: persecutione quidem eos non expeti, neque occidi à vo-
D bis, ob ipsa etiam dogmata sua, scimus. Est autem nobis liber contra hæreses & sectas
omnes compositus, quem si legere volueritis, dabimus.] & post multa, hæc de mori-
bus verè Christianorum: Quia omnino vel matrimonium non aliter contrahimus, nisi
liberorum creandorum atque educandorum gratia: vel coniugium detrectantes, per-
petuè nos continemus. Et iam nostrorum iuuenum quidam, vt vobis persuaderet non
esse nobis mysterium promiscuam & propatulam mixtionem, libellum obtulit Alex-
andriæ Felici Præsidi, medico permitti postulans, vt testes sibi absunderet (nam sine
permissu Præsidis id facere, loci eius medici interdictum esse dicebant.) Felice prorsus pe-
titioni huiusmodi subscribere nolente, perseuerans in proposito suo adolescens, in sua
tandem, & eorum qui idem secum sentiebant, conscientia acquieuit.] hucusque Iustinus.

E Athenagoras^c idem Christianus philosophus, pro Christianis & ipse scribens de-
fensionem, illatam vulgi rumore in Christianos calumniam refert, atque refellit, sic di-
cens: Triæ nobis rumoribus impingunt crimina, nullorum deorum pietatem, cœnas
Thyestæas, & Oedipodis concubitus. Enim verò si vera sunt ista, nulli parcite generi:
animaduertite in huiusmodi facinora: vnà cum coniugibus & liberis radicatus nos extir-
pate & occidite, si quidem mortalium quisquam ad instar ferarum viuit.] hæc ipse,
& alia addit pro veritatis defensione. Sed & Theophilus^d Episcopus Antiochenus, qui
fextus post Petrum eidem Ecclesiæ præfuit, hæc de iisdem post recitatas leges, quibus
viuerent Christiani: Nunc, inquit, vide an hi qui talia docentur, taliaque discunt, possint
more brutorum animalium viuere, & pollui nefariis commixtionibus; aut possint (quod
quidem omnium immanissimum est) carnes humanas attingere, præsertim cum etiam
monomachias spectare nobis interdictum sit, ne videlicet participes huiusmodi cædium
reddamur: nec cetera spectacula spectare audemus, ne oculi nostri inquinentur, & aures
nostræ

CHRISTIA-
NA FIDES
OMNIBVS
MALIS SV-
PERIOR.^a Epiph. hæ-
ref. 26. prope fin.XXXIII.
APOLOGIAR
PRO CHRIS-
TIANIS.^b Iustin. in
orat. ad Ant.
Pium.CASTITAS
CHRISTIA-
NORVM.XXXIV.
^c Athenag.
orat. pro
Christian.DEFENSIO-
NES PRO
MORIBVS
CHRISTIA-
NORVM.
^d Theoph. ad
Autolic. li. 3.

nostræ hauriant profana, quæ ibi decantantur, carmina, nempe dum Thyestis tragica facinora cõmemorant, & Teræ liberos deuoratos recitant. Nec fas nobis est audire adulteria deorum hominumque, quæ suauiter verborum modulantur mercede, & præmiis inducti celebrant. Verum absit, absit (inquam) à Christianis, penes quos modestia & temperantia florent, continentia viget, vnius vxoris matrimonium legitimum seruat, castitas colitur, iniustitia expellitur, peccatum eradicatur, iustitia exercetur, lex regnat diuina, religio tractatur vera, quos veritas gubernat, gratia seruat, pax protegit, diuinum verbum ducit, sapientia docet, Christus, qui vera est via, regit, Deusque solus imperio temperat: absit, inquam, vt talia facinora vel cogitemus, nedum faciamus.] huculque Theophilus.

XXXV.

Euseb. hist. lib. 5. cap. 1.

Orig. contra Celsum lib. 7.

Tertull. in Apolog. c. 7.

XXXVI. Min. Felix in Oshau. SVMMA OBIECTIO GENTILIVM IN CHRISTIANOS.

At non tantum hæc scriptis, sed coram iudicibus pro veritate certantes proprii dispendio sanguinis, cum de his quæstio haberetur, Christiani liberè professi sunt: quod vetus illa ac nobilis scriptio, epistola inquam Viennensis ac Lugdunensis Ecclesiæ ad Christianos, qui in Phrygia & reliqua Asia essent, conscripta, quam Eusebius recitat, demonstrat his verbis: Quidam etiam Ethnici nostrorum serui vnâ capiebantur (siquidem Præses omnes nos passim requiri præceperat) qui tormenta, quæ sanctos tolerare cernebant, reformidantes, contra nos militibus, satanæ impulsu, illos in hoc idem incitantibus, Thyestæas cœnas, & incestus Oedipodis falsò commenti sunt, & alia quæ nobis nec eloqui, nec cogitare fas quidem esse iudicatur: quin tale facinus aliquando inter homines admissum fuisse, nec credi quidem propemodum debet. Quæ sanè cum essent fama & sermone hominum passim dissipata, omnes velut immanes belluæ contra nos furere cœperunt: ita vt si qui antea propter necessitudinem moderatè se erga nos gessissent, tunc veluti rabie quadam incitati dentibus frendere, insanireque propè viderentur.] hæc ibi. Quanta autem constantia sancti martyres tam viri quàm feminae pro veritate aduersus obiecta mendacia steterint, suo loco fusiùs dicendum erit. De his etiam Origenes, disputans contra Celsum, vt turpis Epicurei retundat dicacitatem, hæc ait: Nostri verò per Celsum ex imperitia abiectiores quidam, & stolidi, & seruales iam vocati, si vel parum per se Deo crediderint, suscepta Iesu iam disciplina, tantum absumt à flagitio & immunditia & quauis concubitus fœditate, vt haud secus ac perfectiores sacerdotes nonnulli quemuis coitum auerferentur, ita vt vel in cœlibatu ex his quidam omnino permanant, ne dixerim, vt à quouis venereo congressu abstineant.] hæc & alia plura id genus Origenes de his qui non ex necessitate, sed volentes erant continentes, atque virgines, vt purius Deo vacarent. Sed & Tertullianus in ipso penè limine defensionis, quæ primò obici calumnia soleret, profert ac diluit: Dicimur (inquit) sceleratissimi de sacramento infanticidij, & pabulo inde, & post conuiuium incesto: quòd eueriores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum & libidinum impiarum inuerecundia procurent.] hæc itaque à Gentilibus in Christianos iactari solita, ipse quàm accuratissimè diluit.

Sed audiamus hæc ipsorum Ethnicorum verbis narrata, quæ in ipso disputationis ingressu Cæcilius obiicit in Octauium apud Minutium Felicem, in hunc scilicet modum: Iam de iniciandis tyrunculis fabula tam detestanda, quàm nota est. Infans farre contactus, vt decipiat incautos, apponitur ei qui sacris imbuitur. Is infans à tyrunculo farris superficie quasi ad innoxios ictus prouocato cæcis occultisque vulneribus occiditur. Huius (prò nefas) sitienter sanguinem lambunt, huius certatim membra dispertunt: hac fœderantur hostia: hac conscientia sceleris ad silentium mutuum pignorantur: hæc sacra sacrilegiis omnibus tetriora. Et de conuiuium notum est: passim omnes loquuntur; id etiam Cirtenis nostri testatur oratio. Ad epulas solemni die coeunt cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis homines, & omnis ætatis. Illic post multas epulas, vbi conuiuium caluit, & incestæ libidinis ebrietate feruor exarsit, canis qui candelabro nexus est, iactu offulæ vltra spatium lineæ: qua vincus est, ad imperum & saltum prouocatur: sic euerso & extincto conscio lumine, impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis inuolunt per incertum fortis; etsi non omnes opera, conscientia tamen pariter incesti, quoniam voto vniuersorum appetitur, quidquid accidere potest in actu singulorum.] hæc Cæcilius. At dum hæc resellunt tum Tertullianus, tum etiam ibi Octauius, hosce omnes manifestæ calumniæ redarguunt; pariterque declarant multis, apud Christianos nihil esse antiquius, quàm castitatem tueri, nempe eos vel vnus nuptiis esse contentos, vel ex animo excolere virginitatem: adeoque esse casta eorum coniugia, vt interdum inter coniuges, mutuo conspirante consensu, perpetua seruetur continentia.

Hæc

A Hæc igitur occasione Gnosticorum in Christianos sæpissimè obiecta, quæstionibus examinata, tormentis peruestigata, nec inuenta, certissimis rationibus confutata, tum verbis, tum scriptis à Christianis diluta penitus remanserunt: vt magno planè miraculo acciderit, quòd religioni tam vehementer infamata, & tot calumniis non tantum vulgi ore traductæ, sed etiam eruditorum stylo notatæ, tam ingens toto terrarum orbe credentium accessio facta est, vt planè perspicuum omnibus redditum sit, eam non hominum sapientia, sed diuino esse consilio gubernatam. Sed quæ reliqua sunt Carpocratis, audiamus. Tradit Irenæus, & alij post eum, consueuisse Carpocratis discipulos dextere auris posteriorem partem perforare, vt eo signo ab aliis secerni atque dignosci possent: habere solitos insuper imagines quasdam vel depictas, vel aliter compositas, ex eis aliam Christi, quam dicerent à Pilato factam, Pythagoræ aliam, itemque alias Platonis, & Aristotelis, & aliorum, eas venerantes, sicut Gentes idola colere consueuerunt. Alexandrum Imperatorem eisdem quoque habuisse in suo larario, suo loco dicemus.

XXXVII. FIDES MAGIS AVCTA, CVM MAGIS DEPRESSA EST.

Iren. lib. 1. c. 25. in fine.

Permagnum quidem interest in imaginibus constandis, effingendis, & conseruandis, quo quis hæc inuitu faciat, num scilicet ob memoriam beneficiorum acceptorum, vt Hæmorrhossam fecisse constat, quæ ob eam causam magnam consecuta est laudem: an verò Gentilium more, vt quis ea simulacra, perinde atque Gentes idola, colat, quod fecisse Carpocratem tradunt. Priore enim modo à S. Ecclesiâ semper receptus, conseruatus, atque laudatus est vsus, quo quis in composita imagine acceptum mente recolit beneficium, ac in illa eum qui contulit, legitime veneratur: à reliquo verò imagium ac signorum vsu, quòd sapit idololatram, semper abhorruit. Sed de his alijs plumbus. Quomodo autem Marcellina alumna Carpocratis ausa fuerit eiusmodi portenta sub Aniceto Papa Romam inferre, suo loco dicemus.

XXXVIII. IMAGINVM CVLTVS DEVERSVS.

Vt autem de omnibus quæ ad Carpocratem spectant, notitia plenior habeatur, de filio, quem reliquit impietatis heredem, ex Clemente Alexandrino pauca dicenda sunt. sic enim ait: Qui verò à Carpocrate descendunt & Epiphane, censent vxores oportere esse communes, à quibus in nomen Christianum scilicet, maximum emanauit probrum. Hic autem Epiphane, cuius etiam scripta feruntur, filius erat Carpocratis, & matris Alexandræ nomine, ex patre quidem Alexandrino, ex matre verò Cephaleneus. Vixit autem solùm septemdecim annos, & Samæ, quæ est vrbs Cephaleniæ, vt deus est honore affectus: quo in loco templum ex ingentibus lapidibus, altaria, delubra, musæum ædificatum est & consecratum: & cum est noua luna, conuenientes Cephalenei, natalem in deos relationem Epiphani sacrificant, libantque & conuiuantur, & hymnos canunt. A patre enim didicit & orbem disciplinarum, & Platonis philosophiam. Fuit autem auctor & princeps Monadicæ cognitionis: à quo etiam proflixit hæresis eorum, qui nunc sunt, Carpocratianorum.] hæc Clemens, qui tum ipsius, tum parentis hæresim confutauit, & præsertim in libro quem inscripserat, De Iustitia.

XXXIX. DE FILIO CARPOCRATIS EPIPHANE.

Clem. Alex. Strom. lib. 3. c. 2. piph. hæres. 3.

Accidit enim iis quod de philosophis tradit Origenes: qui cum suam ipsorum, quam sectabantur, philosophiam introducere in Ecclesiam conati essent, polluerent ipsam non habentem maculam neque rugam: vt meritò dixerit Tertullianus, philosophos extitisse patriarchas hæreticorum. Nam de Carpocrate & Epiphane idem tradit Clemens Alexandrinus, quòd hi, cum legissent in Republ. Platonis, eius instituto vxores debere esse communes, hæc ipsa suos docuerunt obseruare. sed, quod de his qui semel errore labuntur scriptum est: Et qui in sordibus est, sordescat adhuc lineam veritatis semel transgressus, si, per abrupta præcipicia se dederunt. Quòd igitur Gnostici abuterentur Platonis sententiis, ea de causa Plotinus, Platonis discipulum facile princeps, aduersus Gnosticos edidit commentarium, quo cum destruat ipsorum insanias, eorumdem incantationes & magicos susurros, quibus se cælestia mouere posse profiterentur, suggillat, moribusque longe deteriores Epicureis esse confirmat. Addit Porphyrius Plotini discipulus, suo tempore Gnosticos Romæ vulgasse libros quosdam, quos Zoroastris reuelationes appellabant.

XL. Orig. in Io. sue homil. 7. EX PHILOSOPHIS HÆRESES Tertull. aduers. Herm. c. 22.

Plotin. cons. Gnostice.

Porphyr. in vita Plotini.

Ceterum prauum genus Carpocratis latius est propagatum: nam eiusdem stirpis fuit Prodicus nefandissimus, qui Adamitarum auctor extitit, qui nihilo secius eadem, quæ Carpocratiani ac Gnosticorum reliqui, turpissima perpetrabant: indiderunt sibi & ipsi nomen, vt Gnostici dicerentur, quod Theodoretus testatur. De his plura Epiphanius, qui horum Ecclesiâ lupanaria fuisse tradit, vbi non nisi nudos commorari liceret, quas Paradisum nominabant. Addidit his Prodicus alias insanias ac noua dogmata: nam quatuor

XLI. PRODICVS AVCTOR ADAMITARVM. Theod. lib. 1. hæretic. sub. E. iph. hæres. 52.

^a Epiph. in compen.
^b Epiph. h. ref. 26.
^c Clem. Alex. Strom. lib. 3. c. 7.

^d Tertul. in Scorpiaco. XLII. ANTI-CTAE HÆRETICI.

elementa deos esse dicebat ^a, deinde Solem & Lunam. Porro idem Epiphanius ^b tradit A Gnosticos diuersis nominibus appellatos, nimirum Borborianos, Coddianos, Stratio- ticos, Pmbionitas, Barbelitas, & Zacchæos: Naasianos etiam esse dictos, tradit Theo- doretus. Addit de eo Clemens Alexandrinus ^c, ipsum suosque affirmare, se esse liberos, nec vlla lege teneri, nec etiam esse orandum. aduersus hæc idem auctor pluribus disputat, atque egregie confutat. Fuisse illi communem cum ceteris Gnosticis sententiam il- lam, qua diceret, non esse palam confitendum Christum, nec pro eo subeundum mar- tyrium, tradit Tertullianus ^d.

Addit vbi supra Clemens aliam Gnosticorum sobolem, Antictas dictos, qui enor- miter dicerent peccatum non esse malum, sed præmio dignum. Verum hac ex parte, quod pertinet ad corporis voluptatem explendam, idem sensisse Basilidianos, Carpocra- tianos, Valentinianos, Secundianos, & Epiphanius sectatores, Epiphanius docet, cum ^B ait: Necessario verò has apposui voces ad hos redarguendos, cum non rectè viuant nec Basilidiani, nec Carpocratiani, nec Valentini aut Epiphanius sectatores: cui sanè Epipha- ni coniunctus est prædictus Secundus. inter se enim connexi, ita vt aut hic illi tradiderit, aut ille huic errorem impertierit, etiam si aliqua parte inter se differant, tamen in vna hæresi se ipsos collocarunt: quare etiam potestatem habere peccandi docuerunt, cum propter perfectionem omnium naturalia sint seruanda; & si peccent, propter nat- uraliter insitam electionem id faciant.] at de Valentino & Secundo inferius. Hæc iam de Carpocrate & Gnosticis satis.

IESV CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP. ANNVS 121. ANNVS I. ANNVS 2.

^{I.} **C**hristi Redemptoris anno centesimo vigesimo primo, qui est secundus Hadriani, in Fastis Græcis, aliisque recentioribus rectè notantur Consules, Hadrianus ipse ter- tius & Iunius Rusticus; licet mendosè Græci Hadrianum Consulem secundò, pro ter- tiò, scriptum habeant. Reuersà enim, vt superius probatum est, secundum Consularum superiore anno, collega Salinatore gesserat. Cassiodori autem, siue Mariani Scoti, qui ex illius codice iam deprauato sumpsit, nulla per hos Hadriani annos habenda est ratio. Hoc igitur anno Euaristus Papa cum sedisset annos nouem & menses tres, vigesima sexta Octo- bris martyrio coronatus est, ea enim die in tabulis Ecclesiasticis natalis ^e eius signa- tus habetur. Tribuit Eusebius ^f Euaristi sedi annos nouem tantum, quod non confue- uerit ipse menses & dies, quibus superuixissent Romani Pontifices, addere. Quod verò omnes annos eius sub Traiano recenser, inde accidit, quod Cletum vnà cum Anacleto confluens, vnum prætermisit Romanum Pontificem: in quo ipsum, & qui eum secuti sunt, errasse certum est. Statuta enim semel chronographia Romanorum Pontificum superius ex sede Clementis, quem antiquorum omnium sententia peruenisse vsque ad Traiani annum tertium constat, addendo annos nouem & menses sedis Anacleti, ac totidem Euaristi: inspectisque ipsorum diebus natalibus, vt antiquitus in Martyrologio Romano descripti habentur, annos, menses, & dies, vt supra posuimus, esse ponendos, ratio persuadet. Cur autem interdum chronographiam annorum Romanorum Ponti- ficum in libro de Romanis Pontificibus Consulibus adnotatam, vt mendacem, & ab eodem ipso auctore penitus discrepantem prætermittamus, superius reddidimus rationem tomo primo Annalium in Lino. Index Romanorum Pontificum ab Honorio Papa III. collectus, quem exscripsimus ex Vaticana bibliotheca, hoc anno centesimo vigesimo primo Alexandri Papæ ponit ingressum.

EVARISTVS MARTYR CORONA- TVR. ^a Rom. Mar- tyrol. 26. Oct. ^b Euseb. in Chron.

CHRONO- GRAPHIA ROMANOR. PONTIF.

^{II.} Rursus verò in sapius citato libro de Romanis Pontificibus hæc leguntur post alia su- perius recentita de Euaristo: Hic fecit ordinationes quatuor per mentem Decembrem, presbyteros decem & septem, diaconos duos, & Episcopos per diuersa loca quindecim.] in quibus describendis, quod numeri lectio varia habeatur, eam posuimus, quam anti- quioribus codicibus inuenimus comprobata. Sed post hæc: Sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano v. r. aliter v. i. r. Kalend. Nouembris, & cessauit Episcopatus eius dies decem & octo.] hæc ibi. Porro titulo Euaristi duæ leguntur epistolæ. Successit Eua- risto

^Aristo Alexander Romanus, patre Alexandro natus, de regione Caputtauri.] Sed quòd ait auctor: E regione Caputtauri] cum nulla apud Antiquos è quatuordecim regio- nibus eo nomine dicta habeatur, facile inducor vt existinem, locum illum circum- scriptum esse iuxta Palatium, quem Suetonius ^a in Octauio nominat Capita bubula, vbi ^a Sueton. in Octau. c. 5. natum fuisse Octauium tradit.

Hoc eodem anno secundo Hadriani Imp. cum Iudæi captata occasione absentia Prin- cipis, qui superiori anno (vt vidimus) ex Syria Romam venit, iterum rebellassent, rursus domiti sunt. hæc enim Eusebius ^b hoc anno contigisse tradit. At quoniam non semel, sed iterum ab eodem Imp. Iudæi in Palestina afflicti sunt; ne quis hæc confundendo, errore labatur, distinguenda est altera ab altera clade, & quid prius quidve posterius factum sit, diligentius exquirendum. Priorem hanc factam esse sub Hadriano Iudæorum debellatio- nem sub Tinio Rufo, testatur S. Hieronymus ^c: huncque in eiusdem administratione ^c Hieron. in Daniel. c. 9. in sp. ^d Euseb. in Chron. ^e Dio in Ha- driano. ^f Spartian. in Hadriano. prouinciæ perseuerasse vsque ad annum decimum sextum eiusdem Imp. Eusebius ^d au- ctor est. Posterior Iudæorum vexatio accidit sub Iulio Seuero, homine strenuissimo, quem (vt tradit Dio ^e) ea de causa ex Britannia Hadrianus in Syriam euocauit: hanc autem con- rigisse postquam idem Imp. in Orientem reuersus est, tum Dio, tum Spartianus ^f testan- tur, qui prioris, nempe huius quam hoc anno accidisse tradit Eusebius, nullam penitus habuerunt mentionem, quòd respectu posterioris, quam Eusebius in Chronico anno decimo sexto Hadriani Imperij factam fuisse tradit, leuissima visa sit. Quamobrem haud fa- tis videtur posse firmari, quod S. Hieronymus ^g de his agens, ait: Tres autem anni & sex ^g Hier. in Da- niel. c. 9. menses sub Hadriano supputantur, quando Ierusalem omnino subuersa est, & Iudæorum gens cateruatim cæsa, ita vt Iudæi quoque finibus pellerentur.] nam hæc tum Eusebij, tum etiam Dionis & Spartiani testimonio refelluntur. S. Epiphanius ^h cum hæc iure facta ^h Epiph. lib. de mensur. dicat post reditum Hadriani Antiochiam, quando Ierosolymam quoque petiit: tamen cum numeret à clade illata sub Tito vsque ad vltimam, quæ facta est sub Hadriano, an- nos tantum quadraginta septem, ad ipsum potius Imperium Hadriani, quod eo ipso anno cœptum est, quam ad certum annum eius Imperij, quo ea accidit, respexisse videtur. His igitur de tempore vtriusque cladis elucidatis, cetera, quæ in posteriori atque nouissima acciderunt clade, suo loco pluribus dicturi sumus.

IESV CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP. ANNVS 122. ANNVS 2. ANNVS 3.

^D Anno Christi centesimo vigesimo secundo Consularum inierunt Cæcilius Seuerus & Aurelius Fuluus, qui postea dictus est Antoninus Pius Imperator. Meminit huius Consularatus Spartianus in Antonino Pio. Hoc igitur anno, qui numeratur tertius Hadria- ni, in Ecclesia Alexandrina defuncto Primo Episcopo, subrogatus est in locum ipfius Iu- stus, qui sedit annos vndecim.] hæc Eusebius ⁱ. Quo tempore Hadrianus Imperator cum res Vrbanas composuisset atque firmasset, peregrinationem per vniuersas Romani orbis prouincias instituit; & (vt habet Spartianus ^k) primò in Galliam atque Germaniam transit, inde in Britanniam transmisiurus. Ita circumiens prouincias, vniuscuiusque pro- spiciebat securitati atque vtilitati. Quamobrem cusus est nummus huiusmodi inscriptio- ne: ^l LOCVPLETATORI ORBIS TERRARVM. & alius cum huiusmodi fastus pleno ^l Adolph. lib. numismat. titulo: RESTITVTORI ORBIS TERRARVM. quem hîc tibi excusum typis reddimus.



^m Ex Museo Lelij Pasqual. Canon. sancte Marie Maior. in Vr- be.

Annal. Eccl. Tom. 2.

G 2 ventosi

ventosi planè atque vani tituli ex adulatione assentantium comparati. In ea item peregrinatione (inquit Spartianus) Procuratores & Præsides earum pro factis supplicio affecit ita feuerè, vt accusatores per se crederetur immittere.] & inferiùs: De iudicibus omnibus semper cuncta scrutando tamdiu requisit, quamdiu verum inueniret.] sed & superiùs: Cùm iudicaret, in Concilio habuit non amicos suos aut comites solùm, sed iuriconsultos, & præcipuè Iulium Celsum, Saluium Iulianum, Neratium Priscum, aliosque, quos tamen Senatus omnis probasset.] hæc Spartianus: qui cùm de eodem scribat, quòd sacra Romana diligentissimè curauit, peregrina verò contempsit: quòd sciret Christianam religionem peregrinam, & Romanorum superstitioni penitus aduersantem; in eam quo cœperat animo infensissimo sauire non desit.

II. Nam cùm ituro in Gallias, Italicus Præsides, qui Rhetias curabat prouincias, ad Abdum fluium illi occurrisset, inter alia de Christianis suggestit, quòd obstinatissimè deos auerfarentur: impetratoque ab eo rescritto, vt qui deos venerari nollent, diuersis affectos supplicii neci traderet, Faustinum presbyterum & Iouitam diaconum Brixie asstuit in quæstionem. Cùmque eos Hadrianus audire voluisset, nec blanditus illos, vt Solis simulacrum venerarentur, adducere potuisset, condemnat ad bestias: quæ cùm illis parcerent, eo miraculo Calocerus & alij complures ex familia Principis, necnon Asra Præsidis vxor, Christianam religionem prædicare, ac etiam profiteri cœperunt: quos primùm tentatos, sed in sententia itabiles inuentos, Imperator capite truncari mandauit. Calocerus verò vnà cum Faustino atque Iouita Mediolanum perductus diris subiicitur quæstionibus, ac tandem morte multatus est: reliqui duo Romam missi sunt, vbi per Pontifices diu tentati, demum Brixiam remissi, mortis sententiam acceperunt. Notatus fuit singulorum natalis dies in tabulis Ecclesiasticis, vt ex instituto Ecclesie, annis singulis eorundem memoria ageretur, prout in Romano Martyrologio scriptum legitur. Nec præterimus, in eorundem martyrum Actis^a notatum haberi, Romanum Pontificem, qui his temporibus præerat Dei Ecclesie, vnà cum multis in Catacumbis, persecutionis causa, latuisse, atque Calimerum Episcopum ordinatum Mediolanum misisse. Passi etiam his Hadriani temporibus Romæ complures alij martyres reperiuntur, vt Seraphia^b virgo Antiochena, & Sabina^c nobilis femina Romana, Sophia^d cum tribus filiabus ad pietatem egregie institutis, & alij, de quibus inferiùs.

^a Apud Sur. som. 1. diuis. 6. Febr. ^b Rom. Mart. 3. Sept. ^c Ibid. 29. Augusti. ^d Ibid. 1. Augusti.

IESV CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP. ANNVS 123. ANNVS 3. ANNVS 4.

I. Centesimus vigesimus tertius Christi annus Glabronem & Torquatium (secundùm Cassiodori Chronicon) habuit Consules, vel (vt alij) Annium Verum & Augurem: quod magis verum probatur, quàm quod Cassiodori Chronicon deprauatum habet: quo Hadrianus Britanniam petens (inquit Spartianus^e) multa correxit, murumque per octoginta millia passuum primus duxit, qui barbaros Romanosque diuideret.] & inferiùs: Compositis in Britannia rebus, transfessus in Galliam, Alexandrina seditione turbatus, quæ nata est ob Apim: qui cùm repertus esset post multos annos, turbas inter populos creauit, apud quem deberet collocari, omnibus studiosè certantibus.] hæc Spartianus. Magna Dei prouidentia factum est, vt quo tempore Hadrianus Christianam religionem insectabatur, quales essent dij Gentium, fierent manifesti. Apim enim non Ægyptios tantum coluisse, sed eiusdem cultum transisse ad Romanos, Minutius Felix eis exprobrat in Octauio, cùm ait: Nonne & Apim bouem cum Ægyptiis adoratis & pascitis?] Erat Apis (inquit Herodotus^f) idemque Epaphus è vacca genitus, quæ nullum alium potest concipere foetum: quam Ægyptij aiunt fulgure ictam cœcipere ex eo Apim. Habet autem hic vitulus, qui appellatur Apis, hæc signa: Toto corpore est niger, in fronte habens candorem figuræ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ, cantharum in palato, duplices in cauda pilos.] hæc Herodotus, dum de Cambysæ Rege recenset historiam, qui educto mucrone femur Apis percussit, cachinnansque sacerdotibus dixit: O capita nequam, huiusmodi dij exsunt sanguine atque carne præditi, & ferrum sentientes? dignus nimirum Ægyptiis hic deus, &c.]

^e Spartian. in Hadriano.

RINAE ALEXANDRI NORVM OB APIM INVENTVM.

^f Herodot. in Thalia.

Idem

A Idem testatur, consueuisse eiusmodi animal rarò videri; cùm autem appareret, Ægyptios omnes præ lætitia pulcherrima ferre vestimenta. quod cùm accidisset in reditu Cambysis ex Æthiopia, multis de exercitu amissis, putans lætari Ægyptios suis ipsius infortuniis, quàm plurimos ex iis necari iussit, immò omnes qui à feriacione Apis non destitissent. Iudæos qui olim in Ægypto assueuerant, secundum suam ipsorum superstitionem in deserto constasse Apim, iuxta illud Psalmi^g: Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis scœnum] prout & in Exodo^h scriptum est: Fecerunt sibi vitulum constabilem] certa sententia est, plurium auctoritate firmata. Iusto etiam Dei iudicio factum est, vt Ægyptij illi, qui hactenus in suo cæco errore mansissent, huius apparitione ipsorum dei, mutò concertarint, seque confecerint. Sed de Api & aliis Ægyptiorum diis plura ex antiquis collegit Eusebiusⁱ.

II. CVLTORES APIS IV-DARI APOSTATAE. 1. Sal. 105. Exod. 32. Euseb. de præp. Euang. lib. 2. cap. 55.

B Hoc eodem anno Aurelius Antoninus, idemque (vt auctor est Spartianus in Hadriano) ab auo materno dictus Arrius Antoninus, qui & postea Augustus cognominatus est Pius, cùm superiori anno (vt dictum est) Consulatum cum Carilio Seuero gessisset, more maiorum prouinciam accipiens administrandam, Proconsul in Asiam missus est. Meminit eius Proconsulatus in Asia, vbi omen futuri accepit Imperij, Spartianus^k, dum res ab eo gestas describit. Functus olim fuerat, Domitiani, vt opinor, temporibus, eodem magistratu maternus Pij auus Arrius alter Antoninus, ad quem post gestum Asiæ Proconsulatum scriptæ extant litteræ Plinij Iunioris. Ad hunc ipsum Proconsulatum agentem in Asia extant litteræ Plinij Iunioris^l, quibus eundem cùm in multis laudet, illud etiam in eo est admiratur, quòd Romanus homo cùm esset, aded litteris Græcis esset excultus, vt eos qui nati essent Athenis superaret: quod & aliis^m ad eum litteris datis inculcat: vt dubitari iam possit, & quæri, vter horum fuerit ille Asiæ Proconsul Arrius Antoninus. Sed quorsum hæc? ob id scilicet, vt ostendatur hic ille esse Arrius Antoninus, quem, dum prouinciam administraret, & de Christianis quæstiones haberet in vna Asiæ prouinciæ ciuitate, quæ Christianam religionem fuerat amplexata, omnes qui in ea erant Fideles pro tribunali sedentem adire, palàm se Christianos esse profitentes, eaque de causa omnes se libenter mortem oppetiturus: cùm is rei magnitudine & nouitate perterritus, paucis ex illis damnatis; in reliquos, vt præcipitia atque suspendia, si mori optarent, sibi sponte deligerent, exclamauit.

III. ARRIVS ANTONINVS PROCONS. IN ASIA. Spartian. in Antonino Pio. Plin. lib. 4. epist. 5. Idem lib. 4. epist. 18. lib. 5. epist. 10.

C Recitat hæc Tertullianus ad Scapulamⁿ, sic dicens: Arrius Antoninus in Asia cùm persequeretur instanter, omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta obtulerunt. Cùm ille, paucis duci iussis, reliquis ait: *Ὁ δειλοί, εἰ θέλετε δοῦνθ' ἡμεῶν, ἢ μὴ*] hoc est: O miseri; si cupitis perire, præcipitia & restes habetis.] hæc Arrius Antoninus: qui (vt dictum est) postea succedens in Imperium, Pius est dictus. Sed & tertius alius postea fuit, ad quem referri hæc posse videantur, Arrius Antoninus, idemque Proconsul in Asia, qui claruit temporibus Commodi Imperatoris, sub quo & fuit occisus. meminit de eo Lampridius in Commodio, sic dicens: Infidiis, Cleandri Arrius Antoninus fictis criminibus in Attali gratiam, quem in Proconsulatu Asiæ damnauerat, fuit occisus.] De quolibet autem trium horum Antonino Tertulliani verba interpretemur, ex his certè palàm fit, magnas olim in Christianos persecutiones excitatas fuisse. Nam si qui omnium æquissimi habebantur Præsides prouinciarum, vt Antoninus, instanter (vt ait Tertullianus) Christianos persequebantur, quid alios fecisse credendum? Videas ex his pariter flagrantem in Christianis amorem pro Christi nomine martyrij subeundi.

IV. Tertull. ad Scapul. c. ult. CHRISTIANORVM INGENS MARTYRI ARDOR.

E IESV CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP. ANNVS 124. ANNVS 4. ANNVS 5.

Q Vi ordine sequitur annus Domini centesimus vigesimus quartus, qui est Hadriani Imperij quintus, notatur à Cassiodoro Coss. Asiatico & Quinto, ab aliis Auiola & Panfa. quos magis sequimur, cùm tam à Græcis quàm à recentioribus nostris approbentur. Quo anno (inquit Eusebius^o) Hadrianus Imperator in Libyam, quæ à Iudæis vastata fuerat, colonias duxit: Accidit autem eiusmodi clades (vt supra meminimus) sub Traiano. Hoc item anno Hadrianum Hispanias peragrasse, secundum ea quæ à

^o Euseb. in Chron.

CHRISTI
124.

ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP.
4. 5.

^a Spartiano ^a scribuntur; & quod Eusebius tradit, anno sexto eius Imperij, eundem in Achaiam venisse, & Athenis commoratum esse, habita exacta temporis ratione; dicere opus est. Quae autem ab eo in peregrinatione sint gesta, quod ad res Ecclesiasticas minime pertinere noscantur, praetermittimus. habent Dionem & Spartianum, quos consulant qui ista cupiunt. haec autem quae dicta sunt, ad rectam temporum constituendam chronographiam, praetermississe minime oportuit.

IESV CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
125. 5. 6.

I. Anno Domini centesimo vigesimo quinto, Coss. Vero & Ambiguo^b, vel secundum B alios^c Arrio Petino & Aproniano, Hadrianus Imp. ex Hispania recta nauigans, in Achaiam venit; Athenasque abiens, exemplo Herculis, & Philippi, sacra Eleusinia suscepit, multaque in Athenienses contulit.] haec Spartianus^d. Recenset Dio^e alia plura, quae eidem est impartitus. sed & addit Cassiodorus^f: Sub iisdem Consulibus, Atheniensibus leges petentibus Hadrianus ex Draconis & Solonis reliquis libris composuit.] eadem ante ipsum Eusebius in Chronico, hoc item anno. Ceterum quantumlibet Athenae, Areopagitarum collegio probatissimo, omnium ciuitatum optimis legibus excultarum, praestantissimae haberentur, quamuis & antiquis legibus rursus restitutis ab Hadriano, egregie excultae essent: nihil est tamen quod ea res publica comparari potuisset Christi Ecclesiae, quae Athenis erat his temporibus florentissima, illustrata nimirum Publij Episcopi, & post eum Quadrati & Aristidis Christianorum philosophorum, qui tunc viuiebant, singulari doctrina pariter & eximia sanctitate. Hinc Origenes Athenis diu versatus, & in aliis praecipuis Romani Imperij ciuitatibus, comparans Christi Ecclesias cum Gentilium optimis moribus ac legibus institutis ciuitatibus, ac praestantissimis magistratibus, contra Celsum agens, haec ait^g:

II. Ceterum Ecclesiae Dei pereruditae, collatae ad vulgares coetus hominum, plane mundi sunt lumina. Quis enim non fateatur deteriorem Ecclesiae nostrae partem collatam cum vulgaribus concionibus longe praestantiorum esse? nam Ecclesia Dei quae Athenis est, verbi gratia, mansueta est & quieta, quippe quae uni Deo se approbare cupiat: Atheniensis autem populi concio seditiosa, nec villo modo conferenda cum eius urbis Ecclesia Dei. Idem dicendum de Ecclesia Dei, quae est Corinthi, & concione populi Corinthiorum, quam ipsi etiam sua lingua vocant Ecclesiam: similiter de Ecclesia Dei quae est Alexandriae, exempli gratia, & concione Alexandrini populi. Quae si quis candidus & veritatis studiosus audiens examinet, res mira videbitur, conatum hoc aliquem, atque etiam effecisse, ut per ciuitates intra eadem moenia cohabitarent Ecclesiae Dei cum profanis populis suas conciones celebrantibus. Sic etiam Senatui Ecclesiasticum si componas ad Senatus singularum ciuitatum, inuenies quosdam Senatores Ecclesiasticos dignos vbius gentium administrare diuinitus constitutam Rempublicam: Senatores vero istos, qui passim reperiuntur, nihil in moribus habere eximium praeter plebeijs hominibus. Eodem modo magistratus Ecclesiastici cum vrbis magistratibus conferendi: ut intelligas, magistratus Ecclesiae, etiam quae inter collegas paulo frigidius versantur in officio, tamen in morum & virtutum ratione vulgaribus Senatoribus atque magistratibus praecellere.] hucusque Origenes. sed ad Hadrianum reuertamur.

III. Existimauit Eusebius, Hadrianum non hoc primo Athenas aduentu sacris Eleusiniis initiatum, sed post annos duos, cum (ut tradit Spartianus) iterum est reuersus illuc. Verum qui vtrumque eius Athenas aduentum Spartianus scribit, id in eius primo aduentu factum affirmat. Porro quidnam esset Eleusiniis initiari, & Eleusinia sacra quam turpia & obscena, omnes ferè non tantum ex scriptis Apologias, Gentilium deorum sacra abominanda ex eorum penetralibus abducta, palam ludibrio exposuerunt: & inter alios Tertullianus^h libro aduersus Valentinianos, de ritibus quibus sacris Eleusiniis quis initiabatur, pluribus agit, sed & Arnobiusⁱ quoque ea est fusiùs profecurus. Quod igitur ardentius Hadrianus colere visus est superstitionis Gentilitiae deos, eo vehementius Christianam religionem infectatum esse, nemo poterit dubitare: ipsamque Athenarum Ecclesiam ab eodem

^a Spartian. in Hadriano.
^b Cassiod. in Chronico.
^c Quid Hadrianus Athenis.
^d Spartian. in Hadriano.
^e Dio in Hadriano.
^f Cassiod. in Chron.
^g Origenes contra Cels. lib. 3.
^h Tertull. aduers. Valent. cap. 1.
ⁱ Arnob. aduers. Gent. lib. 5.

CHRISTI
126.

ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP.
6. 7.

A vehementer exagitata, quae scribit Eusebius^a atque S. Hieronymus^b in Quadrato, facile monstrant. Hic enim (inquit Hieronymus) Apostolorum discipulus, Publio Athenarum Episcopo ob Christi fidem martyrio coronato, in locum eius substituitur, & Ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregat.] De Apologia, quam pro Christianae religionis defensione Hadriano dedit (quod in secundo eius Athenas aduentu factum esse tradit Eusebius) suo loco dicemus, hoc enim primo Hadriani aduentu contigisse Publij Episcopi martyrium, & post Hadriani discessionem anno sequenti creatum esse Quadratum, verius arbitramur.

IESV CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
126. 6. 7.

B Sequenti anno Christi centesimo vigesimo sexto Gallicanus & Titianus à Cassiodoro sponuntur Consules: è Graecis autem Fastis promuntur Glabrio atque Torquatus, quos sic sequemur in chronologia Consulium, ut tamen nequaquam eis in omnibus deferaamus; sed cum ratio postular, illi vel aliis potius haereamus. inuersos plane esse Consulares Fastos annorum Traiani atque Hadriani Imperatorum, cum superius egimus de Consulatu Pedonis, perspicue est demonstratum: sed id absque prauiudicio fit rectae chronographiae, quae ex annis Imperatorum exacte disponitur. Hoc ipso anno Hadrianus, transacta (inquit Eusebius^c) Athenis hieme, inde recessit. rediisse tum Romam, & inde in Africam traiecit, ut omnes Romano Imperio subiectas prouincias visitaret, auctor est Spartianus^d, qui addit, Hadrianum multa beneficia in Africanas prouincias contulisse: ut merito hac inscriptione inueniantur signata numismata^e: RESTITVTORI AFRICAE.] in eiusque Africae typus inest cum capite elephantis vel proboscide. Licet & alia eiusdem Hadriani numismata de aliis prouincijs eundem plane titulum reddant, ut de Gallia, Hispania, Italia, Achaia, Bithynia, & Phrygia, quae vidimus, & alijs quae extare dicuntur, sed non vidimus. De Africana Ecclesia, quid sub Hadriano sit passa, perire vetera monumenta rerum indices, quae hoc potuissent demonstrare.

IESV CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
127. 7. 8.

A Nnus Domini centesimus vigesimus septimus Scipionem & Aquilinum Consules habet: quo Hadrianus (ut tradit Spartianus) ex Africa Romam reuersus est. quo item anno (inquit Eusebius^f) post Philippum Ierosolymorum Episcopum constituitur Seneca; post quem Iustus, cui successit Leui, post quem Ephraem, inde Ioses, inde demum Iudas. hi omnes vsque ad euersionem, quam ab Hadriano perpeffa est Ierusalem, ex circumcissione Episcopi praefuerunt] nempe vsque ad annum decimumnonum eius Imperij. Frequens haec Ierosolymorum Episcoporum successio (quod alijs dictum est) tam breui tempore, eius Ecclesiae grauem persecutionem arguit: quantum autem quisque horum sederit, licet recentiores ediderint, cum id non scribat Eusebius, qui solet aliorum numerare sedis annos, hoc sibi fuisse obscurum significat: at quod ipse eius prouinciae Episcopus non nouit, nos ignorare fateri malimus, quam diuinare.

E Ceterum quod spectat ad persecutionem in Christianos commotam, ea in dies magis magisque saeuiebat, eoque iam peruenerat, ut non amplius de illis legitima exercerentur iudicia, velut in causis criminis fieri consuevit, sed clamore vulgi Fideles delati, tamquam de crimine conuicti neci darentur. Quae quidem adeo inhumana atque ferocia vnus ex Proconsulibus animum exterruere, indignè ferentem, innocentissimos homines rumore dumtaxat vulgi in mortem damnari. fuit hic Serenius Granianus, qui cum ageret Proconsulem Asiae, de his è prouincia discessurus, ad Hadrianum scripsit: quid autem ipse ad eius successorem Minutium Fundanum rescripserit, anno sequenti suo loco dicemus.

^a Euseb. in Chron.
^b Hieron. de Script. Eccl.
^c Euseb. in Chron.
^d Spartian. in Hadriano.
^e Adolph. Orc. lib. 114. m. m. j. m.
^f Euseb. in Chron.
^g EPISCOPI IEROSOLYMITANI.
^h SERENIVS GRANIANVS SCRIBIT PRO CHRISTIANIS.

IESV CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP. A
 ANNVS ANNVS ANNVS
 128. 8. 9.

I. Centesimo vigesimo octavo Christi anno, Coss. Vero & Bibulo (habent alij Celsum & Marcellinum) Hadrianus Imperator, cum præterito anno ex Africa Romam venisset, atque (vt tradit Spartianus^a) in Orientem profectus esset, Athenas repetit, vbi opera, quæ apud Athenienses cœperat, dedicauit, vt Iouis Olympij ædem, & aram sibi. Tunc Quadratus discipulus Apostolorum (inquit Eusebius^b) & Aristides Atheniensis noster philosophus libros pro Christiana religione Hadriano dedere composuit.] hæc ipse hoc anno nono Imperij Hadriani. At quod ad Quadratum pertinet: non tantum librum dedisse, sed coram ipso ea de re orationem habuisse, idem Eusebius^c alibi his verbis testatur: Hunc, *Hadrianum scilicet*, Quadratus oratione coram habita compellat: & Apologiam, quam pro nostræ religionis defensione propterea contexuerat, quod nonnulli nequam & perditum homines nostris molestiam facessere conarentur, ei offert. Quod quidem opus cum apud multos fratres ad hoc vsque tempus, tum apud nos habetur in manibus: ex quo præclaræ mentis intelligentiæ, & Apostolicæ veritatis excutiendæ regulæ indicia, quæ in illo viro elucebant, facile licet peruidere. Idem porro auctor suam ipsius ostendit antiquitatem, scribens in hunc modum: Saluatoris nostri res gestæ semper hucusque ante hominum oculos versatæ sunt, & veræ etiam sunt. Nam nonnulli ab eo ad sanitatem restituti, alij à mortuis excitati, tum id quidem temporis cum essent morbis liberati, visi sunt; postea etiam semper hæctenus vnà nobiscum commorati: propterea quod non solum cum Saluator apud nos versabatur, sed etiam post eius decessionem, ad longinquum tempus fuere superstites, adeo vt ad nostra vsque tempora non pauci eorum vitam perduderent. Verum de Quadrato ista accepimus.] hucusque de eo Eusebius: qui & de Aristide hæc subdit:

^a Spartian. in Hadriano.
^b Euseb. in Chron.
 QUADRATUS EPISCOPUS AGIT PRO CHRISTIANIS.
^c Euseb. hist. lib. 4. c. 3.

II. Aristides etiam scriptor fidelis, & institutis nostræ religionis imbutus, Apologiam pro fide nostra scriptis post se reliquit: quam quidem Hadriano dedicauit, vt Quadratus antea suam: qui eius liber adhuc à plerisque custoditur.] eadem de iisdem scribit S. Hieronymus^d, cum agit de Scriptoribus Ecclesiasticis, & in epistola ad Magnum oratorem, vbi quantum in primis Quadratus profecerit apud Imperatorem, vt concitatum eius in Christianos animum cohibuerit, hæc ait: Quadratus Apostolorum discipulus, & Atheniensis Pontifex Ecclesiæ, nonne Hadriano Principi Eleusynæ sacra inuisenti librum pro nostra religione tradidit? & tantæ admirationis omnibus fuit, vt persecutionem grauissimam illius excellens sedaret ingenium? Aristides philosophus, vir eloquentissimus, eidem Principi Apologeticum pro Christianis obtulit contextum philosophorum sententiarum.] hæc de iis S. Hieronymus.

III. Sed Hadrianum mitiorem redditum, insuper ad concedendam pacem Ecclesiis impulerunt litteræ Serenij Graniani antea redditæ. Nam Eusebius eodem hoc anno nono Hadriani hæc scribit in Chronico: Et Serenius Granianus Legatus, vir apprime nobilis, litteras ad Imperatorem mittit, iniquissimum esse dicens, clamoribus vulgi innocentissimum hominem sanguinem concedi, & sine vilo crimine, nominis tantum & sectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus, Minutio Fundano Proconsuli Asiæ scripsit, sine obiectu criminum Christianos non condemnandos. cuius epistolæ vsque ad nostram memoriam durat exemplum.] hæc ibi. Porro etsi epistola Serenij Graniani non extet, epistolam tamen Hadriani ad Minutium Fundanum à sancto Iustino martyre in Apologia ad Antoninum Pium descriptam, hac præfatione ab eo præmissa, Eusebius^e recitat in hæc verba: Huius epistolæ exemplar Latino sermone (vt erat) seruatum Iustinus in Apologia sua ponit; ante cuius initium ista ad ipsum præfatur: Etsi ex epistola Hadriani patris tui Cæsaris, maximi & illustrissimi Principis, possumus iure repetere, vt iudicia de Christianis (sicut postulauimus) mandes ex æquitate fieri: illud tamen non tam postulauimus, quod ab Hadriano præceptum sit, quam quod pro certo intelligimus, illud ipsum, quod à nobis postulatum est, iustum æquumque existere. At quod certius cognoscas hoc nos verè commemorare, epistolæ Hadriani exemplar subiunximus, quod quidem ita se habet:

^e Euseb. lib. 4. cap. 3. 9.

Minu-

CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP.
 128. 8. 9.

A Minutio Fundano S. Epistolam à Serenio^a Graniano viro præstantissimo, in cuius locum tu ipse subrogatus es, scriptam accepi. Atque mihi sane videtur res causaque non sine accurata inquisitione prætermittenda, ne tum homines Christiani magnopere conturbentur, tum calumniatoribus sceleris in eos admittendi facultas præbeatur. Quod si homines prouinciales pro sua postulatione quidquam vere ac manifestò afferre, affirmareque contra Christianos poterunt, quo pro tribunali iusto iudicio conuincantur: eò se solum conuertant, eò spectent. Verum vt multitudinis solum petitionibus clamoribusque morte mulctentur, nullo modo permitto. Immo verò multo magis par est, si quis cuiquam crimen velit intendere, vt tu de illo diligenter decernas: & si a quoquam Christiani homines in iudicium vocentur, ostendanturque aliquid contra leges designasse; tu ita, prout criminis ratio & modus postulat, decidas, statuasque. At mehercule, si quispiam quò eos calumnetur, id tentauerit: tu eiusmodi hominem pro nequitia & crudelitate seuerè coarguito; atque adeò sedulo prospicito, vt debitas pœnas luat.] hucusque Hadriani epistolæ ad Fundanum exemplar.

IV.
^a al. Seren-
 nio
 HADRIANI
 RESCRIPTVM PRO
 CHRISTIANIS.

Hunc Fundanum esse putamus, ad quem duæ extant Plinij Iunioris^a scriptæ epistolæ, & qui in Plutarchi dialogo de Ira cohibenda interloquitur vt vir optimus; quem & in libro de Tranquillitate animi laudat. Porro non solum ad Asiæ Proconsulem hæc rescriptit Hadrianus, sed ad alios etiam prouinciarum Præsides; vt testatur Melito Sardenis Episcopus in libello quem obtulit Marco Aurelio Imp. sic dicens: In quorum numero est Hadrianus auus tuus, quem cum aliis multis, tum Fundano Proconsuli, Asiæque Præsfecto, litteras in gratiam Christianorum scripsisse constat.] hæc apud Eusebium^b. Licet autem eiusmodi rescriptum dederit Hadrianus, haud tamen putamus persecutionem in

V.
 MINUTIVS
 FUNDANVS
 QVALIS.
^a Plin. lib. 4.
 epist. 5. c. 3.
 lib. 6. epist. 6.
^b Euseb. hist. lib. 4. cap. 2. 9.

Christianos omnino cessasse: etenim etsi nomen non esset in culpa, plurimas tamen calumnias à Gentilibus in eos strui solitas, easque libentissimè audiri à iudicibus, exemplo sunt quæ habentur scripta in epistola Ecclesiæ Lugdunensis ad Asianos, de qua suo loco agemus; & quæ ex Iustino martyre in oratione ad Gentiles habita inferiùs dicturi sumus, id ipsum perspicuè monstrantia. Sed nec prætermittimus dicere, apud Cassiodorum in Chronico, nonnisi post annos tres persecutionem cessasse, tradi.

Quòd autem ad reliquam Hadriani Imperatoris Orientalem peregrinationem spectat, vt ex ea (quantum licet) temporum chronographia possit certior consignari: quod Dio^a dicit, inde Hadrianum per Iudæam in Ægyptum venisse; non sic putamus accipiendum, vt continuato itinere eodem anno peruenerit in Ægyptum: nam testatur Spartianus, ipsum totam Minorem Asiam, antea quam in Iudæam veniret, peragrassè, & postea in Arabiam concessisse, sicque demum venisse in Ægyptum: idque post annos tres ab hac de qua agimus commoratione Atheniensi contigisse, confirmare videtur Eusebij chronographia, dum anno decimotertio eiusdem Imperatoris, Antioi ponit obitum, qui accidit eo anno, quo idem Augustus in Ægyptum venit.

VI.
 RATIO PER-
 REGRINA-
 TIONIS HA-
 DRIANI.
^a Dio in Ha-
 driano.

IESV CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 129. 9. 10.

E Christi Domini nostri anno centesimo vigesimonono, Coss. Gallicano & Titiano, Hadrianus Imperator Asiam peragravit, multa componens, templa sibi erecta consecrans: prouinciarum Præsides, & Procuratores earum, qui in administratione deliquissent, seuerè pro factis supplicio affecit.] hæc Spartianus^a.

^a Spartian. in Hadriano.

IESV CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 130. 10. 11.

Sequenti anno Domini trigesimo supra centesimum, Coss. Torquato atque Libone, Hadrianus Imperator ex Asia in Syriam venit: quando (inquit Spartianus) Antiochenes ita odio habuit, vt Syriam à Phœnice separare voluerit, ne tot ciuitatum Antiochia metro.

I.
 HADRIANVS
 ENAGITAT
 REBELLAN-
 TIBVS.
 TESTIVDARVS

CHRISTI
130.ALEXANDRI PAP.
10.HADRIANI IMP.
11.

metropolis diceretur. Mouerunt ea tempestate & Iudæi bellum, quod vetabantur muti-
A
lare genitalia.] hæc Spartianus. Dio autem belli Iudaici aliam affert causam, sic dicens^a:
Interea Ierosolyma pridem euerſa rursus habitari iussit, atque urbem Æliam Capitoli-
nam appellauit. Ioui item ex aduerso templi ædem excitauit. Bellum hinc & graue & diu-
rinum natum est. Magno enim dolore afficiebantur Iudæi atque indignabantur, peregrinos
secum in ciuitate habitare: & illud quoque etiam grauius ferebant, externa sacra fie-
ri, & externorum deorum imagines in ipsa constitui. Quievere tamen ab armis & cædi-
bus, Hadrianum veriti, qui eo tempore vicinis in locis constiterat. Nihil tamen scilicet
inter se ea studiosè fabricare non cessabant, quibus, quoties belli necessitas posceret, uti
possent. Postquam verò longius Hadrianus abfuit, palàm in arma vertuntur, quamquam
aperta acie cum Romanis congredi non ausi sint: auxilia autem sumebant muro & cauer-
nis subterraneis, specus fodientes, atque cuniculis omnia munientes, ut quoties violaren-
B
tur, liberos haberent ad fugam exitus, inuicem quoque subter terram clanculùm com-
meare: specus & subterraneas vias, superne quibusdam in locis hiantes ad ventos & lucem
excipiendam, perforauerunt.]

^a Dio in Hæ-
driano.II.
CŒMETE-
RIA ROMANÆ
VALIA.

Hæc quæ scribit Dio de Iudæorum subter terram viis fabricatis, illam ipsam planè spe-
ciem repræsentant, quæ etiam Romæ fuerunt à Christianis in arenariis cryptis constructa
cœmeteria; quorum vsus non modò inferuiebat humanis defunctorum corporibus, ex
quo & nomen est inditum, sed & persecutionis tempore ad latebras Christianorum. Mi-
rabile dictu: vidimus, sæpiusque iustrauius Priscillæ cœmeterium, haud pridem inuen-
tum atque refoſum via Salaria tertio ab Vrbe lapide: quod nullo magis proprio vocabu-
lo dixerimus præ eius amplitudine, multisque atque diuersis eiusdem viis, quam subterra-
neam ciuitatem: quippe quòd ipsius ingressu primaria via ceteris amplior pateat, quæ hinc
inde vias diuersas habeat, easdemque frequentes, quæ rursus in diuersos viculos diuidan-
C
tur, & angustius: rursus, ut in ciuitatibus, stans locis velut fora quadam, ampliora sint
spatia ad conuentus sacros agendos, eademque sanctorum imaginibus exornata; nec desint,
licet nunc obstructa, ad lumina recipiendum desuper excisâ foramina. Obſtupuit Vrbs,
cùm in suis suburbiis abditas se nouit habere ciuitates, Christianorum tempore persecu-
tionis olim colonias, modò autem sepulchris tantum referas, & quod legebat in chartis,
vel videbat ex aliis cœmeteriis aliqua solùm ex parte reclusis, tunc plenius intellexit: quæ
enim de iisdem apud S. Hieronymum^b vel Prudentium^c legerat, suis ipsius oculis inueniens,
vehementer admirabunda spectauit. Sed de cœmeteriis dicturi sumus aliàs locupletius:
satis hæc modò occasione Iudaicarum latebrarum, quæ ad insultum & imperum Romano-
rum vicandos ab illis institutæ fuerunt, quemadmodum & à Christianis Romæ aliisve
D
regionibus vbi loci natura concederet, ad furorem Gentilium euitandum eiusmodi sunt
loca composita. Sed ad rebellantes Iudæos redeamus.

^b Hieron. in
Ezech. c. 40.
^c Pruden. Pe-
ristoph. in
Hieropolit.III.
REBELLIO
IUDÆO-
RVM MAGNI
MOMENTI.

Prosequitur Dio institutam de his semel orationem his verbis: Impetus eorum Ro-
mani primùm contempserunt: verum postquam vniuersa prouincia tumultuata est, & qui
vbique gentium erant, cum eis conspirauerunt; tunc cognouere & intellexerunt quam
graue & periculosum bellum exortum foret: multa enim mala in Romanos, partim
clàm, partim apertè edebant. Adſciuerunt multos etiam externorum prædæ & lucri cu-
piditate, & fere (ut ita dixerim) vniuersus terrarum orbis ex motu Iudæorum con-
cussus est.] Porro (inquit Eusebius^d) cùm defectio Iudæorum longius in dies serperet,
Rufus Præfectus Iudææ, auxiliariis copiis ab Imperatore sibi ad eam rem missis, il-
lorum amentiam tamquam ansam oblatam ad exitium arripiens, acerbè & crudeli
E
ter eos exagitat: virorum ac mulierum vnà cum liberis infinita propè millia confertim
concidit: belli iure illorum agros populo Romano adiudicat. Quo quidem tempo-
re Iudæorum dux erat Barchochebas: quod nomen, si lubet interpretari, astrum signi-
ficat (nam quòd scriptum esset in oraculis^e: Orietur stella ex Iacob: se diuinitus mis-
sum pronuntiabat) vir quamquam reliqua vitæ ratione cruentus ac prædo nefarius, ipsa
tamen appellatione, tamquam sidus aliquod de cælo delapsum, se illis, qui velut ho-
mines ex mancipiorum numero graui seruitutis iugo oppressi, atque miseris ærumno-
sis afflicti affectique erant, lucem ac spem salutis allaturum, falsò commentus est.] &
alibi^f de eodem hæc ait:

^d Euseb. hist.
lib. 4. c. 6.^e Num. 4.^f Euseb. in
Chro. an. 17.
Hadriani.IV.
^g Iustin. mart.
in orat. ad
Antonin.
Pii, c. apud
Euseb. lib. 4. c. 8.

Barchochebas dux factionis Iudæorum nolentes sibi Christianos aduersus Romanum
militem ferre subsidium, omnimodis cruciatibus enecat.] Iustinus^g martyr ad Antoni-
num

CHRISTI
130.ALEXANDRI PAP.
10.HADRIANI IMP.
11.

A num Pium eiusdem itidem meminit, dicens: Sunt libri illi apud omnes vbique Iudæos, QUID IN
qui eos legentes non intelligunt: sed pro inimicis & hostibus nos habentes, itidem cùm
CHRISTIA-
nos BAR-
CHOCHÉ-
BAS.
possunt, occidunt & excruciant: quemadmodum vel ex eo persuaderi potestis: proximo
namque bello Iudaico Barchochebas, defectionis Iudæorum dux & princeps, solos Chri-
stianos ad grauius supplicia, nisi Christum abnegarent, & maledictis inceserent, protrahi
iussit.] hæc Iustinus, qui genere Samarita hæc oculis spectasse potuit, quippe qui ad hæc
vsque tempora Samaritæ egit, & eiusdem belli Iudaici occasione aliò migrare compulsus
est. Hæc sub Rufo Iudææ Præfide primitus facta, & ad multos annos pugnis leuioribus
sunt protracta. Quomodo autem ad bellum Iudaicum conficiendum, eo ingrauescente,
opus fuerit Hadriano strenuissimum ducem Iulium Seuerum è Britannia euocare, &
quàm ingentes ab eo clades Iudæis illatæ fuerint, suo loco dicemus: ad vltimos enim vs-
que Hadriani Imperatoris annos cum Iudæis dimicatum constat.

B Interea verò de Iustino agendum, qui hoc tempore (ut ex eius scriptis Eusebius^a col-
ligit) non temerè quidem & inconsultò, sed consideratè ac magno iudicio, ex Græco-
rum philosophiæ studio ad veram pietatem se ipsum transtulit. Sed quonam pacto, id to-
tum agente numine, contigerit, ex his quæ ipsemet scribit in dialogo quem habuit cum
Tryphone Iudæo, qui & ipse ex eodem Iudaico bello profugus patrium solum verterat,
perspicue intelligemus. Quomodo autem ardenti veræ philosophiæ desiderio omnibus
pene philosophorum sectis inhæserit, ac primùm Stoicis, his verbis enarrat: Cùm ipse
quoque primùm vitam cum his agere cuperem, vni eorum me Stoico cuidam dedi: at-
que cum hoc longo versatus tempore, quia nihil amplius de Deo didiceram (nam nec
ipse quidem sciebat, neque disciplinam hanc adeò necessariam esse dicebat) ab eo descii-
C
ui, & ad alium me contuli Peripateticum vocitatum, hominem (ut ipsemet existimabat)
acutum. Hic me primis diebus secum esse passus, postea mercedem à me sibi designari
petiit, ne infructuosa mihi cum eo esset consuetudo. Ego verò illum hanc ipsam ob cau-
sam reliqui, ne philosophum quidem omnino hunc esse opinatus. Porro cùm impen-
sius adhuc animus meus audire quod philosophiæ proprium atque præcipuum est, expe-
teret; ad Pythagoricum quemdam magni nominis, multique in sapientia supercilij vi-
rum accessi, & cum eo auditor eius & familiaris esse volens egi ibi. Quid (inquit ille) ver-
satus ne es in musica & astronomia & geometria? an existimas quidquam te perspicere
eorum posse quæ ad beatitudinem conducunt, nisi hæc prius cognoueris, quæ animum à
sensibilibus ad intelligibilia perspicenda aptum commodumque reddunt, ut ipsùm quo-
que pulchrum, & quod bonum est, contemplari queas? Et cùm studia ea magnopere
laudaster, necessariaque esse dixisset, me ita à se dimisit: nam me nescire confessus sum.

D Ægrè igitur hoc tulsi, sicut par erat, quòd spe excidisset: idque eò magis, quòd scire il-
lum aliquid putarem. Ac rursus tempus ipsum mecum considerans, quod in disciplinis
iis conterendum erat, rem longius differre non sustinui.

In huiusmodi ergo consilij inopia, placitum mihi est cum Platonicis quoque conuer-
fari. Itaque in vrbe nostra cum viro prudente atque inter Platonicos eccellente, qui non
ita pridem eò venerat, plurimum fui, promoui, & maximè quidem creui. Valdè me de-
lectabat incoporeorum notio, & idearum contemplatio mentem meam quasi alis quibus-
dam aliis euehebat: atque intra breue tempus sapientem me esse factum rebar; illico-
que Deum perspecturum esse, per stultam persuasionem sperabam: nam hic Platonis
philosophiæ finis est. In hunc modum affecto mihi, visum aliquando est, solitudine pro-
lixius vi, & vitare hominum vestigia. Proinde locum quemdam mari proximum petij:

E à quo cùm non multum abessem, ut solus ipse mecum agerem; vetulus quidam senex,
aspectu minimè contemnendus, lenes simul & graues præferens mores, modico me
interuallo affectabarur: atque vbi conuersus subitici, & hominem sum acrius intuitus;
ille, Nosti me? ait. Negauit ego. Quid ergo, inquit ille, me ita contemplaris? Miror, in-
quam, te hic vnà mecum esse: non enim in expectatione mihi fuit, ut hoc loco virum
quempiam conspicerem. Ibi ille: Cura me, ait, de quibusdam familiaribus meis, qui pere-
gre sunt profecti, exercet: quapropter & ipse de eis inuestigaturus, si alicunde forsitan ap-
pareant, huc venio. Tu verò quid rerum hic? At ego: Deambulationibus, inquam, eius-
modi gaudeo, cùm nihil intercedit solitariis meis colloctionibus impediti, nihil
videlicet diuersi afferentibus: ad rationis & sermonis excolendi studium perficiendum
plurimum loca talia conferunt. Sermonis ergo amator quispiam, inquit, tu es; operis
amator

QUID IN
CHRISTIA-
NOS BAR-
CHOCHÉ-
BAS.VI.
^a Euseb. lib. 4.
cap. 8.IUSTINVS
PHILOSOP-
HVS QVAM
DO CHRI-
STIANVS
EFFECTVS.

VI.

MIRA QVAM
DAM INSTI-
NI AD FI-
DEM VOCA-
TIO.

CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP. 130. 10. 11.

amator autem haudquaquam, neque veri studiosus: neque etiam potius operosus, quam A sophista verbosus esse contendis?]

VII. IN CHRISTIANA RELIGIONE VERA SAPIENTIA.

Sic igitur inuicem de vera philosophia disceptantibus, cum illi senex ostendisset impossibile esse, ut, quod tam anxie quareret, penes philosophos reperiret: vltimis verbis nonnisi in schola Christi id fas esse reperiri, hæc affatus ait: At tu votis & precibus tibi ante omnia lucis portas aperiri opta: neque enim ab aliquibus perspiciuntur aut intelliguntur, præterquam si Deus & Christus eis conceperint intelligentiam. Hæc (subdit ipse) atque his longè plura alia cum ille differuisset, & persequi ea iussisset, quæ nunc commemorare tempus non est, abiit, eumque postea non vidi. Confestim verò in animo meo ardor excitatus est, & amor me inuasit Prophetarum & virorum illorum, qui Christo cari sunt & amici: ac reuoluens ipse mecum disputationem illius, hanc ipsam solam comperi esse certam atque vtilem philosophiam: atque ad hunc modum & per hæc ipsa ego B philosophus prodij. Peruelim profectò, omnes eamdem mecum inuicentes animi rationem non alienos esse à Saluatoris doctrina, &c.]

VIII. EXCELLEN- TIA PHILOSOPHIAE CHRISTIANAE.

Pergit Iustinus enarrare, quo modo pedetentim mente diuinitus illustratus, veram philosophiam, quæ ex Christi doctrina est, didicerit, ac proinde perfectè philosophus esse cœperit: quo in genere prætare externis philosophis omnibus, qui veræ fidei sectatores apud Christianos essent, manuarios artifices, idiotas, ac rudes, ipse in oratione ad Gentiles habita docet: vbi & paulò inferius de his quæ calumniosè (vt superius dictum est) paterentur Christiani, hæc de se subdit: Nam & ego ipse Platonis disciplinæ sectator, cum calumniosè audirem Christianos deferri, intrepidè autem ad mortem & alia, quæ terribilia censentur omnia, adire conspicerem; itaui ipse mecum, fieri haudquaquam posse, vt illi in vitiorum prauitate & voluptatum amore viuerent. Quis enim voluptatum sectator, aut per animi impotentiam intemperans in humanarum carnum dapes, pro bono ducens, mortem libenter amplecti queat, vt bonis suis seipsum priuet; ac non potius modis omnibus, vt hanc sibi perpetuò vitam agere, & celare principes, & magistratus fallere liceat, operam nauet, nedum per denuntiationem & indicium se ipsum cædi offerat?] & inferius: Et ego obrentum adulterium ad absterrendos alios homines à perueris dæmonibus Christianorum diuinis doctrinis callidè, vt earum veritatem in suspensionem falsi adducerent, iniectum esse intel- ligens, cum prætextum ipsum & multitudinis opinionem rursi, tum vt Christianus inueniret, me & votis omnibus optasse, & omni contentione decertasse profiteor: non quidem quòd alienæ sint à Christo Platonis doctrinæ, sed quòd sibi ipsis non omnino consent, sicut neque aliorum, Stoicorum videlicet, & Poëtarum, & Historicorum.] D hæc de seipso, suiq; animi in capeßenda Christiana religione consilio Iustinus, de quo plura suis locis dicturi sumus.

IX.

* Orig. cont. Celsium lib. 3. VERI PHILOSOPHI SECTATI FIDEM CHRISTIANAM.

Ex his planè videas, non simplices tantum & rudes (vt Celsus Epicureus & alij in Christianam religionem falsò iactabant) Christo nomen dedisse, sed omnes propemodum, qui veræ philosophiæ studiosi essent, ac veritatis cupidi. Vnde contra eundem Celsum hæc Origenes: Sic igitur quandoquidem elegans & præcipuum aliquid moralibus visã est Christiana esse religio: non modò ad Celsi opinionem seruales quidam & imperiti, sed Græcorum plerique eloquentiæ eruditi & peritissimi viri necessariò hanc subiere, nec tamen per seditionem & contentiosas hæreses, sed quia philosophi omnes studerent, vt earum rerum cognitionem assequerentur, quibus Christiana religio niteretur. Vnde & subsecutum est, vt cum omnes diuinam hanc esse disciplinam admitterent, hæreses & sectæ oborirentur, quæ ab his & nomen sibi sumerent, qui eius quidem doctrinæ principium admirati, vt eumque postmodum vt ab inuicem dissentirent, suasionibus quibusdam inducebantur.] hæc Origenes, ad illos alludens, qui sic persuasi sunt, omnium nobilissimam Christianam esse religionem, vt tamen sua cum ea miscere dogmata studentes, hæreses nouas statuerint: aduersus quos in libro de præscriptionibus Tertullianus pluribus diserit.

IESV

IESV CHRISTI ALEXANDRI PAP. HADRIANI IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 131. 11. 12.

Christi Domini nostri anno centesimo trigésimoprimo, Coss. Celfo & Balbo, Hero Episcopus Antiochenus pro grege sibi commisso Christi martyr occubuit decimasextima mensis Octobris, qua die in tabulis Ecclesiasticis eius natalis annua celebritate re- petendus, conscriptus habetur. Succesit eodem anno (vt habet Eusebius*) Cornelius Episcopus, qui eidem sedi præfuit annis tredecim. Porro infensum magnopere Antioche- nis Hadrianum Imperatorem (vt vidimus anno superiori) Spartianus affirmat: & licet B causam non afferat, cum multæ esse potuerint, commouisse tamen animum eius ciuium erga Christianam religionem vehemens studium, par est credere. Florentissimam enim fuisse Antiochenam Ecclesiam, quippe quæ à sanctissimis Apostolicis viris exulta esset, quæ superius de ea dicta sunt, facile demonstrant. Quo item anno (quantum ex Spartiano colligere fas est) Hadrianus ex Syria in Arabiam, res Imperij Romani vbique composi- turus, profectus est; ac sequenti (vt ex Eusebio constat) in Ægyptum descendit.

I. HERO EPI- SCOPVS AN- TIOCHENSIS MARTYR. * Euseb. in Chron.

IESV CHRISTI SIXTI PAP. HADRIANI IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 132. 1. 13.

Sequenti anno Domini centesimo trigésimosecundo, Catullino & Apro Coss. quin- to Nonas Maij, Alexander Papa vnà cum sociis Euentio ac Theodulo presbyteris sub Aureliano iudice post dira tormenta martyrio coronatus est, qua die anniuersaria memoria eorum celebrata in Ecclesia antiquitus reperitur. Sedit (vt habet Eusebius) annos decem: addit liber de Romanis Pontificibus menses septem & dies duos. Sed qui creatus reperitur post celsationem sedis Euaristi, qui obiit vigésimasexta Octobris, diebus decem & octo, ipsa die decimatertia Nouembris, mortuus verò habetur ter- tia Maij, sedisse eum oportuit vltra decennium menses quinque, & dies viginti. Ex- stant Acta^b Alexandri Papæ & sociorum, sed (quod in multis aliis accidit) nimia an- tiquitate mendosa.

I. ALEXAN- DER PAPA ET MARTYR OCCVBIT CVM SOCIIS * Apud Sur- tom 3. die 3. Maij.

Quantum autem ad horum martyrium spectat: etsi Hadriani ad Fundanum rescri- pro videri posset persecutio in Christianos aliqua ex parte sedata: tamen quoniam illud datum fuit ad Proconsulem Asiæ tantum, nec veluti sanctio atque edictum Prin- cipis vniuerso Romano Imperio fuerit intumatum; Romæ ne id ipsum seruandum esse statuerit, quis poterit iure dubitare. Sed vt eumque acciderit, ferendum non esse vi- sum est summis superstitionis Gentiliæ Pontificibus, ac ceteris magistratibus, Alexan- drum (quod habent Acta) complures Senatores & Præfectum Urbis Hermetem vnà cum omni familia, aliosq; Romanos ciues ad Christi religionem perduxisse: quare eam ob causam inuidiam passus est, & in carcerem detrudi iussus. Sed cum per eum Deus multa miracula edidisset; & Quirinum Tribunum, apud quem Hermes Præ- ctus custodiebatur in carcere, eiusq; filiam Balbinam virginem sanitati redditam, ca- tenarum, quibus vinctus erat, contactu, ad Christi fidem adduxisset: multis diuisque cruciatibus affectus, creberrimis punctis confossus, est iussus occidi. Sed quòd in libro de Romanis Pontificibus capite truncatus legatur, vtrumque facile potuit accidisse. In- super Euentius & Theodulus decollari sunt iussi, Hermesque Præfectus cum suis, Qui- rinusque Tribunus cum iis qui detinebantur in carcere Christianis, diuersis mortis gene- ribus affici: quorum omnium natalitia diuersis diebus, quibus sunt passi, per Nota- rios scriptores rerum à martyribus gestarum in Ecclesiastica monumenta relata sunt, an- nua celebritate solemnia.

II. ROMANO- RVM CIVIVM PLVRES CONVERSI AD FIDEM AB ALEXAN- DRO PAPA.

In libro item de Romanis Pontificibus de eodem Alexandro Papa hæc leguntur: Hic passionem Domini miscuit in precatione sacerdotum.] & paulò post: Hic constituit aquam asperionis cum sale benedici in habitaculis hominum.] Quod pertinet ad me- moriam

III. ALEXANDRI PAPA ET MARTYR.

moriam passionis, hæc sanè iampridem Apostolica institutione tradita, ab Alexandro A potius scriptis mandata ac decreto roborata, quam recens statuta dici debet. Nam Do-
 mini verbis mandatum fuit Apostolis, vt quotiescumque facerent^a, hoc est, sacrificarent (id enim vocem illam importare, alibi diximus) in eius memoriam agere deberent: nec aliud significasse Paulus voluit, cum ad Corinthios scribens dixit^b: Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.] Et de aqua benedictione sanctificanda: præter id quod apud sanctum Clementem^c est Matthæi nomine Apostolica institutio; nonne Paulus ad Timotheum^d scribens, tradit omnem creaturam per verbum Dei & orationem sanctificari? Sic igitur non aquæ tantum, sed & olei, aliarumque rerum hominum vsui inseruiendum, benedictionem ex Apostolica traditione iure sibi Ecclesia vendicat, exemplo Christi, qui panem turbæ daturus, antea (inquit Lucas^e) illis benedixit, ac postea fregit, & distribuit discipulis suis.]

^a Luc. 22.

^b 2. Cor. 11.

^c Clem. Constit. li. 8. c. 35.

^d 1. Tim. 4. BENEDICTIO DIVERSARVM SPECIERVM. Luc. 9. I V.

^e Luc. 9. I V.

^f Epiph. hæref. 30.

AQUAE BENEDICTAE VSUS IN ECCLESIA CONTRA DÆMONES Hieron. in Hilarion. Theod. hist. lib. 5. c. 21. Pallad. in Lausiac. c. 6. Bed. de gest. Angl. lib. 1. cap. 17.

^g Luc. 11.

V.

VSUS VSUS

AQUAM BENEDICENDI. Basil. de Spirit. sanct. cap. 27. Cypri ep. 70 edit. Pamel. o Cyrillus catech. 3. Ambros. de Sacrament. lib. 2. cap. 5. Augustin. in Lusan. lib. 6. cap. 8. Cyrillus. catech. 1.

VI. DE SS. TRINITATE ANTIQVORVM DOCTRINA

Huius quidem rei vsus semper & vbique viguit in Ecclesia Catholica, tam apud Orientales, quam etiam Occidentales, diuino utique in miraculorum virtute suffragio comprobatus: & tantum abest, vt (quod nouatores oblatrant) species sit quædam incantationis atque magiæ, vt potius ad eas dissoluendas, aliasque diaboli artes auertendas, ea solita sit adhiberi. ad hæc namque (quod sanctus Epiphanius^f scribit) ea vsus est Iosephus Comes tempore Constantinij, & quod optauit, feliciter est consecutus. Aquæ haud commuais sed quoquo modo sanctificatæ itidem aspersione sanctus Hilarion, eodem ferme tempore, Gentilis aurigæ magias (vt de eo sanctus Hieronymus scribit^g) penitus dissipauit. Sed & sanctus Marcellus Episcopus Apameæ omnem diaboli conatum, ne Iouis Apameni famosum delubrum combureretur obnitentis, aquæ signo crucis benedictæ vsu penitus superauit. scribit rem gestam fusiùs Theodoretus^h. Macarium itidem aquæ benedictæ virtute magicam imposturam & dæmonum præstigias effugasse, Palladiusⁱ fide certa memoriæ commendauit. Sanctus Germanus^k Episcopus Antiodori, concitatos diaboli operatuentes maris fluctus, aquæ in nomine sanctissimæ Trinitatis sanctificatæ aspersione compefcuit. Sed quid in his immoror? sexcenta propemodum de his adducenda essent exempla, petita ex diuersis Sanctorum Actis fideliter scriptis, quibus magicas incantationes, aliasque prauorum dæmonum molitiones, aquæ benedictæ aspersione constat esse fugatas. Certè ex sententia Domini^l eandem calumniam passi, quod in principe dæmoniorum eiiceret dæmonia, dicentis: Si satanas in se ipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius?] si aqua benedicta vires dæmonis infringuntur: diuinam planè in ea operari virtutem, quis poterit dubitare?

D

Prætermittimus alios innumeros referre casus, quibus sanitarum operationem, aliaque diuersi generis miracula, eiusdem virtute sibi diuinitus insita, per cuncta sæcula in præsens vsque peracta sunt: sed hæc satis ex instituto ad mores Ecclesiæ insinuandos; cum de his sæpè agendi, cunctis sæculis ex historia Ecclesiastica abundè suppetat argumentum: sed tum ex ea, tum etiam ex aliis diuersorum auctorum scriptis Marcellus Columna Archiepiscopus Salernitanus, vir eruditus, exempla collecta in sua, quam nuper scripsit, Hydrogiologia contexuit. Aquam igitur benedicendi ad quemcumque vsum, antiquam esse traditionem ex Apostolicis fontibus manantem, non modò quæ sunt dicta demonstrant, sed, vt in re comperta, ingenuè professus est sanctus Basilius^m, cum agit de aquæ Baptismatis solita benedictione antè sanctificari. de quo Ecclesiastico ritu longè antè meminerunt S. Cyprianusⁿ, S. Cyrillus^o Ierosolymitanus Episcopus, S. Ambrosius^p, S. Augustinus^q, & alij. Sed si quis dicat Gentiles etiam habuisse in vsu aquam iustalem: quid tum? Audiatur is Cyrillum^r dicentem: Vt illa quæ aris offeruntur, cum natura sint pura, inuocatione dæmonum impura efficiuntur: sic contra aqua simplex, per sancti Spiritus, Christi, & Patris inuocationem accepta virtute, sanctitatem consequitur.] Quomodo autem in Ecclesia vsu venerit, vt aqua ad domesticum vsum sanctificata, ipso ingressu ecclesiæ ad leuium sordium expiationem sit exposita, consule quæ primo tomo Annalium eo argumento à nobis pluribus dicta sunt.

E

Habentur epistolæ tres eiusdem Alexandri titulo inscriptæ: in quarum primam iniuria quidem calumniam inferunt ea ratione Nouatores, quod in ea tam distinctè Trinitatis vnitas prædicetur: quasi nouum hoc fuerit in Ecclesia; cum antiquitas in catechizandis Fidelibus mysterium sanctissimæ Trinitatis (quantum homini licet) Catholice

A chistas insinuare curasse, etiam Gentiles scriptores, vt impius Lucianus in Philopatre, testes sint. Aduersus quoque hæreticos Christi diuinitatem negantes, opus fuit sanctis orthodoxis Episcopis, ac ipsi potissimum Romano Pontifici, Christi diuinitatem, & eandem ipsius cum Patre substantiam exactè populam erudire. Vnde S. Athanasius, scribens ad Episcopos Africanos, hæc ait: Prisci Episcopi ab hinc annis centum & triginta, qui tum Romæ, tum in nostra ciuitate Episcopatum gesserunt, accusauerunt eos qui Filium creaturam dicerent, aut qui negarent eum consubstantialem Patri.] & licet de duobus intelligat Dionysius, Romano & Alexandrino Episcopis, qui hoc ipsum egregiè præstiterunt: tamen nonnisi maiorum exemplo, traditione, atque doctrina eos hæc operatos, nemo iure poterit dubitare.

Sed & illud insuper, vt vinum aqua mixtum in sacrificio offeratur, non fuit primum ab Alexandro statutum: sed quod traditione acceptum à Catholicis seruabatur, ne quæ hæreticorum fraude consuetudo irreperet in contrarium, ab eo dicendum est fuisse scripturâ firmatum. Cyprianus^a enim eodem argumento scribens epistolam ad Cæcilium, id non ex Apostolica tantum, sed & Dominica traditione per Apostolos in Ecclesiam deriuatum sibi legitime vendicat. Et sanctus Iustinus martyr in Apologia ad Antoninum Pium, cum de incremento sacrificio agit, vinum simul & aquam vna cum pane adhiberi solitum cum tradit, non vt de re instituta recens loquitur, sed quæ semper ab omnibus fuerit obseruata. Atque vt tandem rebus Alexandri vltimam manum imponamus, hæc de eo postremo loco in libro de Romanis Pontificibus scripta leguntur: Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos duos, Episcopos per diuersa loca quinque. Qui sepultus est via Nomentana, vbi decollatus est, ab Vrbe Roma non longè, milliario septimo, quinto Nonas Maij. Cessauit Episcopatus eius dies vigintiquinque: ac subrogatus est in locum ipsius Sixtus natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Vialata.] hæc ibi. Meminit cuiusdam Iunij Pastoris, cuius causam susceperat defendendam, Plinius^b scribens ad Traquilium. Quod verò pertinet ad annos sedis Sixti, inferius, cum de obitu erit sermo, fusiùs agemus.

VII. VINVM AQUA MIXTVM IN MISSA. Cypri ep. 63. edit. Pamel.

SIXTUS PAPA.

Plin. lib. 3. epist. 18.

Hoc eodem anno Hadriani Imperij decimotertio, cum idem Augustus ex Arabia in Egyptum^c venisset, Antipoum eximie pulchritudinis puerum, quem habebat in deliciis, sepultum retulit inter deos; in cuius honorem, eius nomine aram, templum, festa dicauit, eiusque nomine ciuitatem extruxit: quæ quidem hoc ipso anno facta esse, Eusebius in Chronico, Spartiano consentiens, tradit, qui sic habet: Peragrata Arabia, Pelusium venit (ciuitas est in Aegypto) & Pompeij tumulum magnificentius extruxit. Antipoum suum dum per Nilum nauigat, perdidit: quem muliebriter fleuit. De quo varia fama est, aliis eum deuotum pro Hadriano asserentibus: alijs, quod & forma eius ostentat, & nimia voluptas Hadriani. Et Græci quidem, volente Hadriano, eum consecrauerunt, oracula per eum dari asserentes, quæ Hadrianus ipse composuisse iactatur.] hæc Spartianus. Sed & Dio^d secundum diuersas diuersorum de ea re sententias hæc scribit: Protinus in Aegyptum veniens, urbem quam Antinoi nominauit, condidit de nomine Antinoi pueri eximie pulchritudinis: qui ex Bithyniæ vrbe Cithynide, quam Claudiopolim vocant, ortus, & in deliciis habitus, in Aegypto moritur: siue in Nilum ceciderit (vt Hadrianus scribit) siue immolatus (vt veritas habet) fuerit, ob magiam scilicet. Alioqui enim curiosissimus harum rerum (vt supra diximus) Hadrianus fuit, quippe diuinationibus atque magicis sacris crebro vtens. Quare seu ob amorem, siue quod voluntariam mortem oppetierit (indigebat enim ad ea quæ parabat, anima eius hominis qui sponte occubisset) illum in primis coluit. Quo enim loco is oppetuit, urbem conditam ab eo denominauit: eius statuas per vniuersum orbem terrarum, atque etiam effigies erexit. Stellam denique à se visam aiebat, quæ Antinoi foret.] hucusque Dio.

VIII. Spartian. in Hadriano. NOVVS DEVS ANTINOVS AB HADRIANO INSTITVTVS.

Dio in Hadriano.

In octauo itidem Sibyllinorum oraculorum libro, quo venturæ Vrbs clades referuntur, hæc de eodem Hadriano & Antinoo prædicta leguntur:

IX.

Mysteria cuncta tenebis
Arcana magici: puerum monstrabit, & ipsum
Esse deum. Tollet sancte quæcumque coluntur.]

Extant eiusdem impietatis indices antiqua numismata, tam Græcis, quam Latinis litteris,

teris, diuersisque signis Antinoi diuinitatem testantia; ex quibus hinc tibi vnum reddendum curauimus.

Ex Museo
Lalij Pasqual.
Canon. S. Maria
ria Maioris
in Vrbe.



a



B

X. Hæc igitur ex Gentilibus historicis aded comprobata retulimus, ne, quæ de eadem re à nostris sunt scripta, in controuersiam deduci queant. Etenim qui his temporibus viuebant scriptores Ecclesiastici, & postea florere, cum aduersus deos Gentilium scriberent inuectiuas, vt hac ex parte Christianæ religionis veritati magis consultum esset, Hadriani exemplum in deum referentis & colere iubentis Antinorum, quales ceteri ipsorum deorum fuissent, adducere solebant in medium: vt inter alios Hegefippus, qui sub eodem Imperatore claruit nobilis scriptor Ecclesiasticus, de quo inferius dicturi sumus, hæc quæ Eusebius^b recitat, scribit in ipso sui operis exordio, vbi de his qui ab initio idola erigere statuere: Quod illis (inquit) plus haberetur honoris, sepulchra, monumentaque vacua, atque aded templa exædificarunt, sicut & adhuc faciunt: in quorum numerum refertur Antinorus, seruus atriensis Hadriani Cæsaris, ad cuius honorem celebrantur certamina, quæ Antinoia dicuntur, quæ etiam hac nostra ætate sunt.] hæc apud Eusebium, qui & ex Iustino philosopho & martyre ea de re fragmentum recitans addit: Iste in Apologia pro Christiana religione ad Antoninum de tempore illo ita scribit: Non alienum à ratione putamus, si hoc sermone etiam Antinoi, qui modò penè vixerit, mentionem fecerimus: quem omnes vt deum, propter metum ab Imperatore illis inculsum, venerari coacti sunt; idque cum pro certo cognoscerent, quisnam esset, vnde & quo loco natus.]

VALES DI
GENTIVM.

Euseb. hist.
lib. 4. cap. 10.

XI. Theophilus^c Episcopus Antiochenus, qui ab hinc annos post duodequadraginta sedit, eadem de Antinoo exprobrans, ait: Silentio transmitto Antinoi lucos, & reliquos qui ceteris diis dedicati sunt: etenim cum sint istæ litterarum monumenta prodita, & legantur, profectò fieri non potest, quin intelligenti lectori risum moueant.] & Athenagoras Christianus philosophus hæc in Gentes: Quid Antinorus? maiorum vestrorum erga homines sibi subiectos humanitate & benevolentia deus habitus est: qui hos secuti sunt Principes, nulla de eo præcedente exploratione, & ipsi hominem in numero deorum habuerunt.] hæc Athenagoras. Eadem pluribus inculcat Origenes^d agens contra Celsum, qui his viuebat temporibus, de quo & proximè dicturi sumus. Epiphanius^e itidem. Sed & S. Hieronymus^f, cum de vitis Gentium, quæ Deum ignorabant, agit, & quomodo coruscans Christiana religio ea omnia exiccauerit, dum locum Isaia^g, Et pueris alienis adhæserunt] explicat, hæc ait: In tantum Græci & Romani pæderastiæ quondam vitio laborauerunt, vt & clarissimi philosophorum Græciæ haberent publicè concubinos: & Hadrianus, philosophiæ artibus eruditus, Antinorum consecrauit in deum, templumque ei & victimas & sacerdotes instituit, & ex eo Ægypti ciuitas & regio nomen accepit. Inter scorta quoque in fornicibus spectaculorum pueri steterunt publicæ libidini expositi: donec sub Constantino Imperatore, Christi Euangelio coruscante, & infidelitas Gentium vniuersarum & turpitudine deleta est.] hucusque Hieronymus.

DE ANTI-
NOO IN GEN-
TILES FRE-
QUENS EX-
PROBRATIO

Orig. contra
Cels. lib. 3.

Epiph. in
Epitom. in
Anchorato.

Hier. in Isa.
c. 2. lib. de
script. Eccl.

in Hegefippo,
lib. 2. cont.

Inuen. ante
med.

Isaia 2.

XII. Sed & Prudentius in Symmachum Consularem, superstitionis Gentilitiæ acerrimum defenforem, hæc eadem de Antinoo nouo deo exprobrat, dicens:

Quid loquar Antinorum caelesti sede locatum:
Illum delicias tunc diui Principis, illum
Purpureo in gremio spoliatum sorte virili.

Hadria-

A. *Hadrianiq; dei Ganymedem, &c.* Chrysofomus^a item hæc sæpè refricat. Quod autem Christiani qui in Ægypto erant, hæc de Antinoo in deum consecrato publice deriderent, & alij Ægyptij Hadrianum, cum recessisset, parum grato visi essent animo: ipse postea scribens ad Seruianum Ægypti præfecturam administrantem; multa in Ægyptios Gentiles, Christianos, atque Iudæos, nulla penè illorum habita religionis differentia, turbato animo omnia miscens atque confundens, eiusmodi dedit epistolam, quam ex Phlegontis liberti Hadriani libris acceptam Flavius Vopiscus, & ipse flagrans odio in Christianos, recitat in Saturnino. est autem huiusmodi:

Chrysof.
hom. 27. in
2. ad Cor. &
66. ad pop.
Antioch.

Hadrianus Augustus Seruiano Col. S. Ægyptum, quam mihi laudabas, Seruiane charissime, totam didici leuem, pendulam, & ad omnia famæ momenta volitantem: illi qui Serapim colunt, Christiani sunt, & deuoti sunt Serapi, qui se Christi Episcopus dicunt.

XII.
HADRIANI
EPISTOLA
AD SERVIANUM.

B. Nemo illic archisynagogus Iudæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, non mathematicus, non aruspex, non aliptes: ipse ille patriarcha cum in Ægyptum venerit, ab alijs Serapidem adorare, ab alijs cogitur Christum. Genus hominum feditiosissimum, vanissimum, iniuriosissimum. Ciuitas opulenta, diues, secunda, in qua nemo viuat otiosus. Alij vitrum constant, ab alijs charta conficitur: omnes certè lymphiones cuiuscumque artis & videntur & habentur: podagrosi, quod agant, habent: cæci, quod agant, habent: ceteri quod faciant: nec chiragrici quidem apud eos otiosi viuunt. Vnus illis deus est, hunc Christiani, hunc Iudæi, hunc omnes venerantur & Gentes: & vtinam melior esset morata ciuitas: digna profectò sui profunditate, quæ pro sui magnitudine totius Ægypti teneat principatum. Huic ergo cuncta concessi, vetera priuilegia reddidi, noua sic addidi, vt præsentis gratias agerent. Denique vt primum inde discessi; & in filium meum Verum multa dixerunt, & de Antinoo quæ dixerunt, comperisse te credo: nihil illis opto, nisi vt suis pullis alantur, quos quemadmodum fecundant, pudet dicere.]

* al. cæci

* al. Antoni-

C. Cum verò in ea de Christianis mita inconstantia; modò quòd cum Ægyptijs colerent Serapim, modò Christum, modò Deum vnum eum Iudæis & Gentibus eos venerari dicat; sed & illis mathesim & aruspicinam, & alia id genus tribuat: si velimus hæc ipsum haud calumniosè locutum; certum est de illis Christianis intellexisse, qui erant ex schola Basilidis atque Carpocratis, quos fuisse Alexandrinos, omniumque turpitudinum ibi aperuisse gymnasium, nec in confessione nominis Christi fidos constantisque perstitisse, sed abique culpa posse negare, & deos venerari, suos docuisse, superius diximus: quos certe suis coloribus Hadrianus graphicè descripsisse videretur. Sed cum postremò de Christianis, quòd vnum Deum colerent, meminit; ad Orthodoxos, quibus (vt dictum est) Alexandrina minicè florebat Ecclesia, respectum habuisse visus est.

XIV.

DE QUIBUS
SIT LOCUTUS
HADRIANUS.

D. Ceterum in odium Christianorum noui atque turpissimi Dei cultum aded subsannantium, Antinopoli, vbi idolorum recens erectum erat, factam esse constat de Christianis carnificinam: nam cum aliunde, tum etiam Alexandria illuc ad supplicium Christiani mittebantur. Quocirca in Romano Martyrologio, sicuti & in Græcorum Menologio, vigesima secunda Septembris hæc scripta habentur: Antinopoli in Ægypto sanctæ Irais virginis Alexandrinæ & sociorum martyrum: quæ ad hauriendam ex proximo fonte aquam egressa, cum vidisset nauim confessoribus Christi onustam, relicta hydia, se protinus illis adiunxit, ac simul cum eis in urbem ducta, prima omnium post multa supplicia capite cæsa est; deinde presbyteri, & diaconi, & virgines, aliique omnes eodem mortis genere consumpti sunt.] hæc ibi.

XV.

ANTINOPO-
LITANI
MARTYRES.

E. Cum autem temporibus Hadriani (vt dictum est) complures viri eruditione & vitæ moribus iniignes, iidemque Christiana religione nobiles, aduersus Gentiles pro Christiana religione defensionem scripsissent, vt Quadratus, Aristides, & Hegefippus; non desuit, qui econtra aduersus eam pugnant, vehementissimam ediderit inuectiuam, qua ipsam omni ex parte oppugnans, penitus (si posset) labefactaret atque destrueret. Fuit hic Celsus quidam, de quo, ne quis fortè nominis errore labatur, eum quisnam fuerit, digito Origenes^b demonstrans, ait: Enim verò duos quosdam accepimus fuisse id Celsi nomen sortitos, alterum & priorem Neronis temporibus, alterum Hadriani, qui & posterior fuit, & in Christianam religionem inuectus est.] qui (alibi ait) ex alijs scriptis suis deprehenditur esse Epicureus.] Ceterum addendus his esset tertius Celsus, qui & ipse itidem sub Hadriano vixit, atque clarissimus fuit, nimirum Iulius Celsus Iureconsultissimus, quem

XVI.

CELSVS E-
PICVREVS
IN CHRIS-
TIANOS
SCRIBIT.

Orig. contra
Cels. lib. 1.

CHRISTI SIXTI PAP. HADRIANI IMP. 132. 1. 13.

Imperator in iudicando præcipuum inter alios (vt de eo scribit Spartianus) habuit affef- forem. Rursum verò eiusdem Hadriani tempore alius quoque Celsus Consularis obiisse potius quam vixisse dicendus est: quippe qui infestus olim Hadriano, Traiani tempore, ab eodem cum creatus est Imperator (vt Dio & Spartianus testantur) est iussus occidi. Celsus igitur de quo est sermo, quem constat ex Origene secta fuisse Epicureum, ille ipse Celsus est philosophus Epicureus, cui Lucianus, eiusdem quoque sectæ professor, Pseu- domantem librum dicauit: quem inter Epicureos excelluisse, Lucianus ipse in fine ope- ris, eius laudibus recensitis, ostendit.

XVII. Hic itaque Celsus Epicureus scripsit aduersus Christianam simulque Iudaicam religio- nem commentarium, quem nobili titulo illustrauit & incipit: Veri sermo: quo primùm tam in Christianos, quam etiam in Iudæos inuehitur: quippe qui videns ex Iudæis pro- genitos Christianos, ratus hos non posse subsistere, si illos destruat, in Moysem multa men- dacia congerit: postea verò Iudæum hominem cum Christo acerrimè disputantem in- trodudit, qui complura ex his quæ in Euangelio sunt scripta suggillet, ac blasphemias im- petat. Rursum verò Iudæos, qui Christo credidissent, auctor ipse, eadem Iudæi superin- ducta persona, vehementer exagitat, quòd patriis relictis legibus per Iesum illecti rudi- culè admodum fuissent illusi, in aliam nuncupationem & vitam transeuntes. Post hæc verò ipse, vt pote Ethnicus, altercationem eiusmodi inter Iudæos & Christianos, vt rem futilem ac nullius planè momenti deridens atque subsannans, tam Christianam, quam Iudaicam religionem val. dissimè vrget: quippe qui testetur se cum Christianis vixisse, & nostræ religionis commentarios perlegisse, nihilque se fugere, sed omnia nosse.

XVIII. Incredible penè dictu, quanta dicacitate ac perulantia calumnias dolosè concinnatas, mendacia aruificiose velata, omni argumentorum genere in Christianam religionem iste Celsus adortus fuerit, vt plane videri possit fidei Christianæ structura, omni ex parte val- lidissimis concussa machinis, penitus collapsura, nisi ipsam sapientissimus architectus, idemque structor & fundamentum ipsum, supra firmam petram fundasset, ac diuinæ pro- tectionis compagine immobiliter solidasset. Tot enim Christiana fides probata calibus, semperque aduersis omnibus visa superior, euidentis planè specimen dedit, non humanum esse inuentum, vel arte excogitatum commentum, sed stabilitum diuinitus firmamen- tum: quod Origenes aduersus eundem Celsum agens, hac sententia egregiè proficitur: De Christianis (inquit) quid erit dicendum, quorum doctrinam, vel Romanorum Sen- natus, Imperatoresque, vt quisque successerat, & milites ipsi, & populus, & credentium necessarii impugnando tam acriter interpellarent, vt proinde victa istorum forte succu- buisset insidiis, in diuina virtute emergens, superior adeo euasisset, vt terrarum orbem etiam insidias molientem peruicerit? haecenus ipse.

XIX. Verùm hæc aded fortia atque formidanda, quæ à Celfo in Christianam religionem ob- iecta fuerunt, iis qui tunc temporis erant (vt ait Origenes) fide Christiana imbuti, planè leuia, inania, atque aded nullius visa sunt esse momenti, vt quantumlibet non deessent viri eruditi, qui ea protinus refellere ac confutare penitus valuissent, nihilominus, vt sagittas infantium contempserint: aded vt nullus omnino Celsi vel meminisse legatur ad Orige- nis vsque tempora; quando ipse, ne ex illis pusilli (vt in præfatione tradit) scandalum ali- quod paterentur, eam suscepit prouinciam, vt octo eruditissimis libris Celsi vesaniam strenuè confutaret. At de Celfo Epicureo haecenus: quem licet (vt vidimus) his Hadriani temporibus vixisse, idem Origenes testetur; tamen quòd Marcionis, Valentini, & quo- rumdam aliorum hæreticorum meminit, qui prodire tempore Antonini successions Ha- driani, post illorum peruulgatas hæreses conscripsisse, certissimum est.

IESV CHRISTI SIXTI PAP. HADRIANI IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 133. 2. 14.

Christi Domini anno centesimo trigessimotertio, Coss. Pontiano & Ruffino, defun- cto Iusto Episcopo Alexandrino, in locum eius successus est Eumenes, qui sedit an- nos tredecim.

IESV CHRISTI SIXTI PAP. HADRIANI IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 134. 3. 15.

ANNO Christi centesimo trigesimoquarto, à Cassiodoro ponuntur Consules. Poni- peianus secundum & Commodus, à Græcis Augurinus & Seuerianus. Quod verò ad Commodum spectat: huc Hadrianus in filium adoptauit, & Imperatorem designauit; sed morbo correptus interit, vt de eo Dio tradit: quod accidisse ait Spartianus, cum se- cundò Consul designatus esset, iptis Kal. Ianuariis. Quòd verò Eusebius hoc anno deci- moquinto Imperij Hadriani recenset eiusdem Athenas reditum; nisi adhuc tertid illuc accesserit, ex his quæ ex Spartiano superius dicta sunt, manifesti erroris conuincitur.

Eodem quoque anno (inquit Eusebius) Saluius Iulianus perpetuum composuit edi- ctum.] meminit Saluiani edicti Iustinianus ea sanctione, qua agit de vetere iure enuclean- do, vbi ait, Saluij Iuliani scripturam statuisse illud in primis, debere omnes ciuitates con- suetudinem Romanæ vrbs sequi ac leges, non ipsam quæ esset aliarum ciuitatum. Cum enim olim Prætores suo arbitratu edicta proponerent, ea annua erant, & (quod ait Cice- ro in Verrem) à Kalendis Ianuarij incipiebant, eademque die verso anno finiebant: sed per Hadrianum Imperatorem factum est, vt idem Saluius Iulianus vniuersale edictum scriberet, quo omnes in posterum Prætores vterentur, eaq; de causa perpetuum est appel- latum, meminit eiusdem edicti Eutropius, & alij; cuius nos meminisse volumus, quòd ex eo haud leuis oborta est occasio Christianam religionem exagitandi, cum eo edicto cogerentur Christiani secundum Romanæ vrbs consuetudinem viuere, atque leges, quæ vt plurimum aduersarentur ipsorum institutis. Proposuit & Hadrianus edictum de vige- sima parte hereditatis Fisco applicanda; cuius occasione putamus accidisse, vt idem pri- mus (quod ait Spartianus) Fisci aduocatum instituerit. porro huiusmodi Hadriani edi- ctum à Iustiniano Imperatore fuit abrogatum.

IESV CHRISTI SIXTI PAP. HADRIANI IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 135. 4. 16.

SEQUITUR Christi annus centesimus trigessimusquintus, Coss. Hybero & Silano: cum bellum Iudaicum multis annis à Rufo Iudææ Præfide (vt dictum est superius) admi- nistratum, non modò non confectum est, sed difficilius in dies instauratur: maiores enim animos absentia Principis Iudæi fumentes, prouinciam Palæstinam depopulantur. de his enim Eusebius hoc anno decimo sexto Hadriani Imperatoris hæc ait in Chronico: Iudæi in arma versi, Palæstinam depopulati sunt, tenente prouinciam Tinio Rufo, cui ad oppri- mendo rebelles Hadrianus misit exercitum] immò & novos duces.

Tunc enim Hadrianus (inquit Dio) minimè cunctatus, præcipuos Romanorum du- ces aduersus eos misit: quorum primus Iulius Seuerus in Iudæam ex Britannia vocatus. Hic minimè ausus est prælium committere: nam & multitudine longè impar erat ad de- certandum, & hi de salute desperauerant. Igitur diuisos adortus, carptim, vt quosque poterat, comprehensens, pro multitudine militum atque Tribunorum tum ab alimentis & comæatu interclusos, tardiùs quidem, sed minore cum periculo penitus oppressit: pau- ci admodum euasere, atque à cæde superfuerunt. Arces eorum quinquaginta celeberrimæ dirutæ sunt: vici ad nongentos & octoginta quinque, qui sanè frequentes & nomi- natissimi erant, direpti, & mox igne consumpti sunt: viri in excursionibus & præliis ip- sis ad quinquaginta millia cæti fuere: fame & morbis & igne ingens multitudo absumpta est. sic fere omnis Iudæa desolata est: quam cladem etiam ante bellum multa ipsis denun- tiauerant: nam Salomonis sepulchrum, quod illi in supremo cultu & reuerentia habent, sponte & nullo impellente discussum corruit: lupi & hyenæ passim per vrbes incedentes vlulabant. Non fuit inuicta victoria Romanis: siquidem multi eorum occu- buere. Quare Hadrianus ad Senatum scribens, eo minime vsus est principio: Si vos & filij vestri valent, benè est: ego & exercitus valemus. Seuerum deinde debellatis Iu- dæis in Bithyniam misit.] hucusque Dio de Iudaici belli exitu: quod finem accepisse tradit

CHRISTI 136. SIXTI PAP. 5. HADRIANI IMP. 17.

tradit Eusebius anno decimo octavo Hadriani Imperij: qua ratione nec ad illud vsque tempus eum Romam rediisse, ex litteris tunc ad Senatum scriptis colligi potest. quæ autem post hæc facta sint, suo loco dicenda erunt.

IESV CHRISTI ANNVS 136. SIXTI PAP. ANNVS 5. HADRIANI IMP. ANNVS 17.

I. Christi annus centesimus trigesimus sextus, Coss. Seruiano & Vero, anno decimo septimo Imperij Hadriani, ab Eusebio in Chronico ponitur ieiunium Quadragesimale Romani Pontificis auctoritate institutum atque præceptum. Quod si hoc anno de eo promulgatum est decretum Pontificium; non Telephoro, vt ponit, sed Sixto adscribendum est: eo enim errore semel lapsis Græcis, dum duos Romanos Pontifices Cletum & Anaclerum in vnum constant, accidit vt confusis temporibus, confusæ sint pariter actiones. Ceterum non imus inficias, ab omnibus eiusmodi Ecclesiasticam sanctionem non Sixto, sed Telephoro adscribi: non quod ipse Quadragesimæ ieiunium seruandum recens instituerit, quod olim constat in Ecclesia ex Apostolica traditione esse seruatum: nam (vt modò de Clemente atque Dionysio taceamus) de seruando Quadragesimali ieiunio est admonitio sancti Ignatii scribentis ad Philipenses. Quod ergo vsu quodam ac pia traditione in Ecclesia seruabatur, placuit decreto edito stabiliri. Sed de Quadragesimali ieiunio tomo primo Annalium fusiùs dictum est.

I. QUADRAGESIMALE IEIUNIUM QUANDO INSTITVTVM.

IESV CHRISTI ANNVS 137. SIXTI PAP. ANNVS 6. HADRIANI IMP. ANNVS 18.

I. Sequenti anno Domini centesimo trigesimo septimo, Coss. Pompeiano & Aciliano, decimo octavo Imperij Hadriani anno (inquit Eusebius in Chronico) bellum Iudæicum, quod in Palæstina gerebatur, finem accepit, rebus Iudæorum penitus oppressis. Ex quo tempore etiam introeundi eis Ierosolymam licentia ablata, primum Dei nutu (sicut Prophætæ vaticinati sunt) deinde Romanis interdictionibus. Idemque auctor in Chronico itidem post sequentem annum hæc habet: Ælia ab Ælio Hadriano condita; & in fronte eius portæ, qua Bethlehem egredimur, sus sculptus in marmore, significans Romanæ potestati subiacere Iudæos. hæc Eusebius, sed hæc de Ælia ædificata, atque sue in superliminari posito, Cassiodorus sequenti anno recenset. Quæ autem hoc ipso anno contigerint, idem Eusebius in historia sic describit: Iam verò cum decimo octavo anno Imperij Hadriani bellum iuxta urbem Bethlehem nuncupatam (quæ erat omnium rerum præsidis munitissima, neque adeò longè à ciuitate Ierosolymorum sita) vehementius accenderetur: cumque extra vrbis mœnia longinquiore temporis spatio continuaretur obsidio, & rerum nouandarum auctores fame & siti essent ad extremam propè perniciem detrusi, & caput illius temeritatis debitas pœnas persoluisset: Aristo Pellæus narrat, vniuersæ genti ex illo tempore prorsus interdictum, ne pedem in agrum Ierosolymitanum aliquando inferrent, & legis decreto institutisque Hadriani (ille planè sic in mandatis dederat) ne vel ex edito loco paternum solum oculis aliquando aspicerent. Ierosolymam ergo cum ita esset Iudæorum gente orbata, & veteribus incolis prorsus destituta, genereque frequentata externorum hominum; deinceps cum esset à Romanis occupata, nomen commutauit; & in honorem Ælij Hadriani Imperatoris, qui eam deuicisset, illustrandum, Ælia appellata est. hæc de bello Iudaico sub Hadriano Eusebius: quæ autem de Marco subdit, suo loco dicemus.

I V D A E I PROHIBITI INGRESSV ET ASPECTV PATERNI SOLI.

I I. CVR PORCI IMAGO SUPER PORTAM PONTIACAM POSITA. Fioris in hieroglyph. & hier. hieroglyph. lib. 9.

Sed nec illud dicere prætermittamus: Cur super portam (quod ait Eusebius) qua egrediebantur Bethlehem, porcum in marmore sculptum Hadrianus voluit collocari? Num ad designandum, Iudæos esse omnium hominum scelestissimos? quippe quod eiusmodi simulacrum esse soleret hieroglyphicum hominum veritatem spernentium, profanorum, perniciosorumque, atque eorum denique qui à Deo penitus essent auersi. An potius quod porcus

CHRISTI 137. SIXTI PAP. 6. HADRIANI IMP. 18.

A porcus videretur ob infractum in bello robur esse Romanorum insigne? nam & tradit Feftus, quintum signum militare fuisse porci imagine effigiarum, quod & belli finis (vt tradit) symbolum esset. porcorum imagines in militaribus signis etiam Diocletiani temporibus, immò & Honorij Imp. visas esse, satis liquet. An potius quod (vt dicemus) eadem via in Bethlehem fuerit ab Hadriano erectum templum Adonidi, quem aper occidit: cum alioqui sciamus Plutarchum cultum Adonidis, itidemque Bacchi, Iudæis impingere. Verum licet hæc omnia rectè dici possint: tamen quod Hadrianus nouam illic condidit ciuitatem, quam Æliam nominauit; cum sciret olim eiusmodi animal primum fuisse signum Æneæ condendæ ciuitatis Lauinij (vt inter alios Virgilius octauo Æneidum cecinit) existimari potest, eiusdem quoque animalis signum super portam recens à se extructæ ciuitatis erigi voluisse, vt redderet in eodem opere idem antiquitatis egregium monumentum; quo & numisma eiusdem Hadriani expressum vidimus, nempe porcum cum porcellis sugentibus vbera, vt Æneæ diximus demonstratum: quod hic tibi effigiandum curauimus.

Feft. in verbo Porcus. Hieroglyph. lib. 9. Plutarch. in sympos. lib. 4. quest. 5.

III.



Ex Sebastiano Erizzo.

C Eiusmodi quoque formæ fuisse credi potest exemplar super portam Æliæ collocatum, licet porci vnius Eusebius meminisse videatur. Ceterum & illud in dubitationem reuocari minimè debet, Hadrianum eo signo Iudæis inter cetera omnia insensissimum, significare voluisse, Iudæos propria ciuitate patrioque solo esse penitus interdictos: eiusmodi enim animalium genus ex Iosepho alibi diximus Iudæis fuisse nefandum, atque visu etiam execrandum; quamobrem ne istæ signa militaria viderentur in regione Iudæorum, principes ipsorum olim à Vitellio in Arabes profecturo deprecari sunt transitum. Hæc autem licet ab hoste, tamen non nisi diuino numine suadente, atque in Iudæos vlciscente, facta esse quisque prudens intelliget. Qui olim ex diuinæ legis præscripto super portarum postes verba Dei scribere iussi sunt; spreto salutari Verbo in salutem ipsorum à Deo missio, ac proinde ab eo reiecti, eiusmodi tam insignem ignominiam notam pati coguntur, vt loco diuini oraculi, deformis porci simulacrum in postibus positum cerneretur.

PORCVS ERECTVS IN TITVLVM.

Ioseph. de bell. Iud. l. 5. cap. 1. Idem antiq. lib. 8. c. 7.

Dent. 11.

E Dominus, diuites facti sumus; hanc habebant sententiam: Propter peccata sua ostendere Iudæi; ideo eos oppressimus, & ex pretio eorum diuites facti sumus. hæc Hieronymus. Porro Celsus Epicureus, cum Iudæorum, tum etiam Christianorum hostis insensissimus, quod illi nec domum vel terræ vestigium amplius possiderent, & Christiani vbique terrarum peterentur ad necem, exprobrans hæc ait: Non enim dicturus es, quod Romani à te persuasi, relictiis cærimoniis ritibusque patriis, tuum Altissimum (aut quomodo cumque appellandus est) inuocaturi sint, vt descendens pugnet pro eis, nec opus sit aliis viribus. Idem enim Deus iam antea tum hoc ipsum, tum alia maiora suis pollicitus, vt vos ipsi fatemini; videtis quantum vel illis vel vobis profuerit: cum illis prosperato terrarum dominio ne gleba quidem, aut domicilium factum sit reliquum; vos vbicumque per latebras erratis, quæramini ad supplicium. hæc Celsus, quem eruditè fortiterque, in iis quæ

IV. Oros. lib. 7. cap. 13. Hieron. in Zach. c. 11. IUDÆORVM MISERRIMI STATVS

Apud Ori-gen. contra Cels. lib. 8. prop. finem.

quæ ad Christianos pertinent, Origenes redarguit. Sed reuertamur ad Hadrianum, & ipsum quidem non tantum in Iudæos, sed etiam in Christianos infensum.

v.
Dio in Hadriano.
Paulinus epist. 11.
HADRIANVS LOCA SANCTA PROFANAT.

Non solum enim (quod scribit Dio^a) in contumeliam Iudæorum ex aduerso templi ædem Ioui excitauit; sed in odium Christianorum ibi degentium, quæ sanctissima habebantur loca, æquè polluit simulacris. nam de his hæc tradit S. Paulinus^b in epistola ad Seuerum: Hadrianus, existimans se fidem Christianam loci iniuriâ perempturum, in loco passionis simulacrum Iouis consecrauit, & Bethlehem Adonis fano profanata est: vt quasi radix & fundamentum Ecclesiæ tolleretur, si in iis locis idola colerentur, in quibus Christus natus est, vt pateretur; passus est, vt resurgeret; surrexit, vt regnaret; iudicatus est, vt iudicaret. Me miserum: etiam ista pro me Dominus omnipotens perpeti non recusauit: vt vbi pro salute generis humani crucifixus pependerit, ibi hominum sacrilegio sperneretur: & super crucem, ad quam Orbe concusso, & Sole refugo, & dissiliens moriturorum excitatione monumentis, rerum natura nutauerat, stabat simulacrum dæmonis, & in ara simulacri pecudum busta fumabant, & Dei nomen deferebatur statuis mortuorum; cum ipse viuorum Deus, qui & resurrectio mortuorum est, non solum mortui, sed crucifixi hominis blasphemaretur opprobrio.

VI.
Ipsæ 2.
BETHLEHEM PROFANATA.

In Bethlehem quoque, vbi^c agnouerat bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, ibi principes hominum, inficiati Saluatorem Deum, infames hominum amores, morteque coluerunt. Proditæ nouo sidere Regis æterni vbi cunabula supplices cum suis opibus adorauerunt Chaldæi, ibi barbaras libidines sacrauerunt Romani. Vbi natum Saluatorem cum exercitu Angelorum concinentes cælesti gaudio saluauerunt illustrata nocte pastores, ibi Veneris amasius mixtæ semiuiris planxere meretrices. Proh dolor! quæ pietas hominum hanc impietatem compensare poterit? Vbi sacra nati Saluatoris infantia vagiebat, illic Veneris lamenta fingentium lasciuus luctibus infamis ritus vlulabat: & vbi Virgo peperit, adulteri colebantur. Manit hoc sæculi prioris nefas in tempora nostris proxima Constantini.] hucusque Paulinus, ad quem hæc S. Hieronymus^d: Ab Hadriani temporibus vsque ad Imperium Constantini, per annos circiter centum octoginta, in loco resurrectionis, simulacrum Iouis, in crucis rupe, statua ex marmore Veneris à Gentibus posita colebatur; existimantibus persecutionis auctoribus, quod tollerent nobis fidem resurrectionis & crucis, si loca sancta per idola polluisent. Bethlehem nunc nostram, & angustissimum Orbis locum, de quo Psalmista canit, Veritas de terra orta est; lucis inumbrabat Thamuz, id est, Adonidis. & in specu, vbi quondam Christus paruulus vagiit, amasius Veneris plangebatur.]

4 Hier. ep. 13.

VII.
Seuer. hist. lib. 2.
Orig. contra Celsum lib. 1.

Seuerus^e etiam meminit simulacri dæmonum in loco passionis Dominicæ constituti. & S. Ambrosius in Psalmum quadagesimum tertium planè significat, locum passionis, quem Caluarie dicimus, mutato nomine, fuisse Venerarium nominatum, à Veneris ibi posito simulacro. Sed quod ad Bethlehem pertinet, Origenes^f, qui longè antequam à Constantino loca illa expurgarentur, claruit, cum agens contra Celsum, Bethlehem meminit, nihil tale de eo loco attingit; quem fama celebrem etiam Gentilibus fuisse tradit, cum ait: In Bethlehem speluncam ostendi, vbi ille sit natus: quod vtiq; & in illis locis percelebre est, vel apud eos quidem, qui à fide sunt alieni, fama & nomine circumfertur, eadem & in spelunca Iesum quemdam, quem Christiani adorant & demirantur, genitum esse.] hæc ipse: quibus apparet, nequaquam valuisse Hadrianum suis artibus Christi cunabulorum memoriam obliterare, quin apud Gentiles quoque eadem essent illustra.

VIII.
Euseb. lib. de mensur.

QUALIS REPERTA AB HADRIANO IEROSOLYMATA.

Quod autem ad extructionem Æliæ pertinet, Epiphanius^g id aggressum esse Hadrianum testatur, postquam ex Ægypto in Palestinam aduenit: quod nonnisi his temporibus post debellatos Iudæos potuit accidisse, licet Dio (quod dictum est) id prius factum velit. Rem verò gestam, occasione Aquilæ Pontici sacrorum librorum interpretis, his verbis enarrat: Reperit Hadrianus ciuitatem totam solo æquatam, & templum Dei conculcatum, exceptis paucis domibus, & Ecclesia Dei, quæ parua erat eo loco, vbi reuersi discipuli, quando Saluator assumptus est ab Oliueto, ascenderunt in cœnaculum: illic enim edificatum fuerat, hoc est, in parte Sion, quæ à deuastatione relicta erat, & partes domiciliorum circa ipsam Sion, & septem synagoge, quæ solè in Sion stabant velut tuguria: ex quibus vna relicta fuit vsque ad tempus Maximonæ Episcopi, & Constantini Regis, veluti tentorium, vt scriptum est. Itaque animo versat Hadrianus extruere urbem, non tamen templum. Et adeptus Aquilam hunc prædictum interpretem, qui Græcus erat, & socium ipsius à

A
B
C
D
E

A Sinope Ponti oriundum, constituit ipsum illic operarum extruendæ urbis præfectum. Imposuit autem urbi proprium suum nomen, & regij nominis appellationem: sicut enim ipse Ælius Hadrianus nominatus erat, sic etiam ciuitatem Æliam nominauit.

ÆLIAM APPELLICAT HADRIANVS

IX.
DE AQUILA PONTICO.

Itaque cum Aquila degeret in Ierusalem, & videret discipulos discipulorum ipsorum Apostolorum florentes fide, & magna signa operantes sanationum & aliorum miraculorum (erant enim reuersi ab vrbe Pella in Ierusalem, illicque docebant: nam cum vrbs Ierosolymorum capienda esset, præmoniti fuerunt omnes discipuli ab Angelo, vt migrarent ab vrbe funditus perdenda: hi itaque transmigrarunt, & habitauerunt in dicta vrbe Pella ultra Iordanem, quæ ex decem urbium numero esse dicitur: at post deuastationem Ierusalem reuersi, velut dixi, multa signa perficiebant.) Aquila igitur mente compunctus, Christianismo credidit: & cum petisset progressu temporis signaculum in Christo, id ipsum assecutus est. Cum autem à pristino suo habitu non discederet, à credendo videlicet vanæ astrologiæ, quam exactè edoctus erat; sed quotidie positionem natiuitatis suæ spectaret, redargutusque à doctoribus & increpatus ea gratia, se non corrigeret, sed potius contentiosè opponeret, & non consistentia confirmaret, fatum videlicet & narrationes de ipso: expulsus est rursus ab Ecclesia, veluti inutilis ad salutem. Ex quo facto amarulentiam, veluti ignominia affectus, mente concepit, & ad æmulationem elatus est; & abnegato Christianismo, ipsiusque vita, profelytus fit, & circumciditur Iudæus: atque tunc laborioso studio tradidit seipsum ad discendum Hebræorum linguam, & ipsorum elementa. Vbi verò hanc summè didicisset, interpretatus est, non recta ratione vsus, sed quod aliqua ex receptis libris peruerteter, irruens in Septuagintaduorum interpretationem, vt testimonia de Christo in Scripturis probata aliter ederet, &c.] hæc de Aquila Epiphanius.

B Verum ab eo nonnihil discrepat S. Hieronymus^a, dum ante Christi tempora eum clariuisse tradit, quorundam opinione, qui eum fuisse discipulum Achibæ antiqui sceleris Phariseorum post Sammai & Hillel principis, existimant. Verior tamen sententia illa putatur, quod sub Hadriano Augusto vixit: quam & reliqui scriptores recepisse videntur. Quod verò ad eius interpretationem pertinet, sicut ab Epiphanio haud probatur, ita à sancto Hieronymo interdum reiicitur atque damnatur, vocante eum, Iudaizantem hereticum, licet ipse eam in aliquibus interdum probet. Sed quod queritur Epiphanius Aquilam deprauare studuisse translationem Septuagintaduorum interpretum, fortasse & eadem causa queritur Iustinum martyr in dialogo cum Tryphone, cum Iudæorum calumnias in eam translationem redarguit. Sed nec illud modò de Aquila prætermiserimus, affirmare sanctum Hieronymum^b, duas ab Aquila elaboratas esse diuinæ Scripturæ interpretationes, posterioremque priore fideiorem.

X.
Hier. in Isa. cap. 8.
QVO TEMPORE AQUILA VIXERIT

C Verum ab eo nonnihil discrepat S. Hieronymus^a, dum ante Christi tempora eum clariuisse tradit, quorundam opinione, qui eum fuisse discipulum Achibæ antiqui sceleris Phariseorum post Sammai & Hillel principis, existimant. Verior tamen sententia illa putatur, quod sub Hadriano Augusto vixit: quam & reliqui scriptores recepisse videntur. Quod verò ad eius interpretationem pertinet, sicut ab Epiphanio haud probatur, ita à sancto Hieronymo interdum reiicitur atque damnatur, vocante eum, Iudaizantem hereticum, licet ipse eam in aliquibus interdum probet. Sed quod queritur Epiphanius Aquilam deprauare studuisse translationem Septuagintaduorum interpretum, fortasse & eadem causa queritur Iustinum martyr in dialogo cum Tryphone, cum Iudæorum calumnias in eam translationem redarguit. Sed nec illud modò de Aquila prætermiserimus, affirmare sanctum Hieronymum^b, duas ab Aquila elaboratas esse diuinæ Scripturæ interpretationes, posterioremque priore fideiorem.

IESV CHRISTI	SIXTI PAP.	HADRIANI IMP.
ANNVS	ANNVS	ANNVS
138.	7.	19.

A Nno Domini centesimo trigesimo octauo, Coss. Commodus Vero & Pompeiano: omni penitus Iudæis ocluso aditu Ierosolymam veniendi, deficientibus omnibus qui ex circumcisione vsque in hunc annum eidem Ecclesiæ præfuerunt Episcopi, primus ex Gentibus ordinatus est Episcopus Marcus.] hæc Eusebius in Chronico, eademque alibi^c. Verum vsque ad præsentem annum, quousque ex Iudæis eam Ecclesiam rexerunt Episcopi, perseuerasse in ea legalium cultum, Seuerus^d testatur; dicens, etiam Iudæis illis qui in Christianam, religionem transissent, æquè ac aliis, fuisse vetitum eius ingressum vrbs. nam ait: Et quia Christiani ex Iudæis potissimum putabantur (namque tum Ierosolymæ nonnisi ex circumcisione habebat Ecclesia sacerdotem) militum cohortem custodias in perpetuum agitare iussit, quæ Iudæos omnes Ierosolymæ aditu arceret. Quod quidem Christianæ religioni proficiebat: quia tum penè omnes Christum Deum sub legis obseruatione credebant: nimirum id Domino ordinante dispositum, vt legis seruitus à libertate fidei atque Ecclesiæ tolleretur. Ita primum Marcus ex Gentibus apud Ierosolymam Episcopus fuit.] hucusque Seuerus.

LEGALIA IN HOC TEMPVS ADPVD IUDÆOS VI-GVSSH.

Ceterum quod ait, Christianos eius Ecclesiæ in hanc diem seruasse legalia: haudquaquam

II.

LEGALIA QUOMODO SERVATA.

*Enfcl. lib. 4. cap. 5.

*Epiph. in Panar. h. ref. 66.

III. HADRIANVS ADOPSTAT FILIOS.

*Spartian in Hadriano. Cy Julius C. p. in Ant. nno Pio.

IV. GETVLIVS ET SOCIJ MARTYRES.

v. *Tertul. de anim. c. 17. BIOTHANATI DICTI CHRISTIANI.

*2. Cor. 4.

quam putandum id eos fecisse more Cerinthi & quorundam aliorum hereticorum, qui A in omnibus legi consultum esse volebant, adeo vt etiam circumcisionem acciperent: nec enim eos recessisse ab Apostolorum Concilio ibidem habito, cui & Iacobus eius Ecclesie Episcopus prelatum fuit, dignum est existimare: sed potius leuia quedam, vt scimus temporibus Apostolorum esse factum, pro occasione & tempore, arbitrio potius quam necessitate seruasse. Omnes enim illos recte fuisse fidei, Eusebius a, cum in historia singulos numerat, tradit. Cur vero non ponat singulorum sedis annos, rationem ipse reddit, sic dicens: Episcoporum autem tempora, qui Ecclesiam Ierosolymitanam texere, quoniam (vt fertur) vitam ad breue admodum tempus propagabant, nusquam scriptorum monumentis seruata reperio: tantum tamen ex quorundam scriptis animaduerto, Episcopos numero quindecim, ad obsidionem Hadriano regnante contra Iudaeos factitatum, gradatim succedendo, illic fuisse; quos vniuersos antiqua Iudaeorum stirpe (totam namque Ecclesiam illam ex Hebraeis Fidelibus coaluisse constat) fatos memorant, arque adeo Christi cognitionem ingenuè vereque amplexatos: ita vt ab illis, qui iam tum de rebus eiusmodi recte iudicium ferre poterant, re vera officio & ministerio Episcopali digni iudicarentur: qui quidem ab Apostolorum tempore ad eam vsque obsidionem, in qua Iudaei iterum à Romano Imperio desciscientes fuere non exiguis preliis afflictati, serie sua successione continuata, eam Ecclesiam rexerunt.] hæc Eusebius, qui singulos numerat, quos superius nos eodem auctore recensuimus. Numerat & Epiphanius b in Panario omnes Episcopos Ierosolymitanos ad sua vsque tempora: verum menda aliqua, quæ ex Eusebio possunt corrigi, in eam seriem irreperunt.

Eodem tempore Iudaicis rebus compositis, totoque Oriente sedato, Hadrianus Imperator Romam, peragrato iam toto Romano orbe, se contulit, itemque (vt tradit Spartianus in Aelio Vero) Commodum Verum adoptauit futurum heredem Imperij: qui cum Consulatum auspicatorum proximo Kal. Ianuarij diem obiisset, adoptauit deinde Arrium Antoninum, qui postea Pius dictus est; sed ea demum lege, vt ille sibi duos adoptaret, L. Annium Verum, & M. Antoninum. hi sunt duo pariter Augusti, qui simul primum Republicam gubernarunt. Erat Marcus Antoninus fratris vxoris suæ filius, & Lucius Verus Aelij Veri, qui ab Hadriano fuerat adoptatus.] hæc Spartianus c. Porro hæc de Antonini Pij adoptione, cum qua (vt scribit Iulius Capitolinus in Antonino) accepit & Tribunitiam potestatem, post obitum Aelij Veri contigerunt.

Hadriano interim Romæ agente, rursus Christiani deferuntur, vt deorum Contemptores: inter alios enim Getulius Christianorum hospes & monitor, & frater eius Amanius Tribunus, & Cerealis qui agebat Vicariam præfecturam, qui ab iis ad fidem Christianam conuersus, à S. Sixto Papa in cryptis arenariis cum suis latitante est baptizatus, centi sunt. Familia Cerealium Romæ nobilissima erat, præfecturis frequentibus & Consulatus illustrata, quorum extant quamplurima monumenta: opportuniori loco inferius de illis agemus. Porro de his omnibus rescripsit Hadrianus, vt, nisi immolarent, ignibus traderentur: quod & factum est. Sublatum viri sui Getulij corpus, quod flamma non combusserat, Symphorosa in arenario sui prædij sepeliuit, vbi vnà cum Exuperantio presbytero & septem filiis, quos eodem Getulio patre genuerat, frequenter vigilias celebrabat. Sed tandem ipsa tenta, simulque eius filij, post acerbissimas quaestiones, diuerso mortis genere extincti sunt. Nomina filiorum sunt hæc: Crescens, Iulianus, Nemesius, Primitius, Iustinus, Staeteus, & Eugenius. de quibus iam martyrio consummatis hæc apud Bedam: Altera autem die Hadrianus præcepit corpora eorum in foueam altam proiici: & Pontifices templorum posuerunt nomen loci illius, Ad septem biathanatos.]

Vox Græca in Latinitatem transit, à βίωσι θανάτω, id est, violenta morte; qua voce vtitur Lampridius in Heliogabalo, cum ait: Et prædictum eidem erat à sacerdotibus Syris, biathanatum se futurum.] sed & Tertullianus d iterum, vt primò cum ait: Aut pessimum, secundum biathanatos, vt ipsis etiam vocabulis vtar, quibus auctrix opinionum istarum magica sonant.] & paulò inferius: Itaque inuocantur quidem ahoi & biathanati.] Hæc de hac voce volumus elucidasse, quòd in nonnullis sanctorum martyrum Actis appareat, Christianos ab Eθνicis ignominie causa, quòd violentæ mortis sententiæ obnoxij essent, Biathanatos nominari consueuisse: secundum illud Apostoli e: Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tamquam morti destinatos.]

Extant

A Extant autem horum omnium dictorum martyrum Acta, aliaque vetera monumenta à nobis citata in Romano Martyrologio, vbi omnium natalitia, celebritate anniuersaria reperenda, certis habentur notata diebus. Tiburtini genere erant, & præclarissimæ confessionis specimen ob oculos Hadriani in villa Tiburtina, quam omnium sumptuosissimam extruxerat, edidere. Edificauerat enim mirè (inquit Spartianus a) villam, ita vt in ea & prouinciarum & locorum celeberrima nomina inscriberet, veluti Lycæum, Academiam, Prytanium, Canopum, Pæcilen, Tempe vocaret: & vt nihil prætermitteret, etiam inferos finxit.] Sed quæ deliciarum causa extracta erat, doloris ac mœroris coepit esse exordium: nam in ea villa (idem ait) profluuio sanguinis penè ad exitum venit.] non cessauit morbus, donec lenta tabe corpus paulatim deflueret: cum timens Imperio, in eius affectatores sauire coepit, vsque adeo vt nec Seruiano seni nonagenario parceret: sed sub ipsum mortis tempus id contigisse, Spartianus tradit. Sabinam quoque Augustam coniugem aequè vt voluntariam subiret mortem coegit; quæ palàm testata est, se studiosè conatam, ne ex eo humani generis perniciës grauidaretur.] hæc Aurelius Victor in Hadriano. Tunc accidit, vt defuncto, quem diximus, Commodus adoptato (vt Dio tradit) Antoninum futurum heredem Imperij adoptaret. quæ autem post hæc secuta sint, suo loco dicemus.

Ad hunc vsque annum, quo incipit numerari Olympias ducentesima vigesima nona, VII. Phlegon chronographus Olympiadas supputauit, atque res gestas in eis breuiter attigit potius quam tractauit, vt Philostorgius tradit, quem citat Suidas, qui de Phlegonte hæc habet: Phlegon Trallianus, libertus Augusti Cæsaris (quidam Hadriani dicunt) historicus, scripsit Olympiadas libris sexdecim: sunt autem vsque ad Olympiadem ducentesimam vigesimam nonam res vbique gestæ. Eisdem libris octo exposuit; descriptionem Siciliae, de longæuis & mirabilibus rebus, de Romanis festis libros tres, de Romæ locis, & vnde cognomenta habeant, Epitomen Olympionicarum libris duobus, & alia. Huius Phlegontis (vt Philostorgius ait) quantum ad res Iudaicas attinet, historiae copiosius exponendæ sunt, cum Phlegon & Dio breuiter eas attigerint, & obiter commemorarint: nam religionem & reliquas virtutes ne tantillum quidem eos constat curasse, sicut nec illas: contra verò Iosephus reformidanti similis est, & cauenti ne offendat Græcos.] hucusque Suidas: quem miramur admittere dubitationem, num Augusti, seu Hadriani Phlegon libertus fuerit: nam quem numerasse ait Olympiadem ducentesimam & vigesimam nonam, quæ hoc anno inchoatur, quomodo potuit sub Augusto vixisse? Porro Phlegontis licet scriptoris Eθνici meminisse volumus, quòd ab Origene saepe (vt diximus) Eusebio, & aliis Ecclesiasticis tractatoribus citatus esse reperitur, cum præsertim de admirando illo Solis deliquio, quod tempore passionis Domini accidit, agunt. Extabant nomine quoque Phlegontis de Hadriani vita libri; sed de iis suo loco agemus inferius: hæc modò de eo satis.

VI.

*Spartian in Hadrian.

HADRIANVS DAT PŒNAS CRVDELITATIS.

VII.

SVPVVTATIO PHEGONTIS.

IESV CHRISTI ANNVS 139.

SIXTI PAP. ANNVS 8.

HADRIANI IMP. ANNVS 20.

E Christi anno centesimo trigesimo nono, Aelius Verus vnà cum Vibullio Pio adscribitur Consulatus Fastis: licet (vt dictum est) Consul designatus secundò antequam adierit, morte sublatus fuerit, quando Antoninus Pius adoptatur ab Hadriano quinto Kalend. Martias. Eo tempore cum Hadrianus Imperator, qui numinis vltione ex nimio fluxu sanguinis phthisi grauiter laborabat, ingrauescente morbo in hydropici incidere, diu multumque medicorum arte magicisque incantationibus curatus, cum in dies magis magisque tabes grauior atque molestior redderetur, viuendi tædio affectus, mori vehementer expetiit ac procurauit. id quidem Dio b in primis tradit his verbis: Ceterum Hadrianus magicis artibus & incantamentis quibusdam aquam omnem intercutem eduxit, qua tamen rursus & celeriter repletus fuit. Postquam igitur morbus auctus est, & vtrumque adhibitis remediis, in dies deficiebat, mori decreuit. Sæpè aut venenum, aut gladium postulabat, & frustra quidem: nullus enim porrigebat. Posteaquam autem promissa pecunia, & data venia, nemo ei obtemperabat; accersit quemdam barbarum, Annal. Eccl. Tom. 2. I Masto-

I.

*Dio in Hadriano. HADRIANVS MORTIS CVPIVS.

Mafforem nomine, genere Iazygem, quo homine propter robur & audaciam plerumque in venationibus vsus fuerat. Hunc partim minis, partim magnis pollicitationibus impulit atque coegit, vt eadem sibi inferret: circumscriptoque locum sub mammilla, quem Hermogenes medicus demonstrauerat, quo letaliter percussio, statim sine dolore expiraret. Sed vbi hoc ei non successit (nam Maffor tanto facinore perterritus atque attonitus aufugit) multum in graui morbo de se conquirebatur, quod nullam potestatem haberet, nec sibi mortem consciscere posset, maxime quando etiam multa super alios posset.] hucusque Dio. Porro non solum medicamentis & incantationibus, sed & quibusdam fictionibus illi prorogare vitam, qui eius curam agebant, callide studuerunt; agentes nimirum, vt nouis inuentis eum spe viuendi alerent, & ab inferendi sibi mortem desiderio penitus distraherent.

I. I. * Spartian. in Hadrian. AFFECTATA FALSA MIRACVLA.

ANTONINVS CVR PIVS DICTVS. * Iulius Capitol. in Antonino Pio.

VNDE VINDICTA IN HADRIANVM.

FALSA MIRACVLA GENTILIVM.

* Eadem quoque tabula ex archetypo expleta, quod est Romae in biblioth. Farnesiana, mira diligentia descripsit editamque vidimus a vico insigni Iusto Lipio Antiqu. Inscript. orb. 2. fol. 29. ex typogr. Plantiniana anno 1582.

Quae vero essent haec commenta, & tamquam in scena actiones, Spartianus his verbis describit: Post testamentum quidem iterum se est conatus occidere: substracto pugione, sauior factus est: petiit & venenum a medico; qui se ipse, ne daret, occidit. Ea tempestate superuenit quaedam mulier, quae diceret somnio se monitam, vt insinuaret Hadriano, ne se occideret, quod esset bene valiturus: quod cum non fecisset, esse caecaram. Iussam tamen iterum Hadriano eadem dicere, atque genua eius osculari, recepturam visum, si id fecisset. Quod cum infomnium impleset, oculos recepit, cum aqua quae in fano erat, ex quo venerat, oculos abluisset. Venit & de Pannonia quidam natus caecus ad febrientem Hadrianum, eumque contigit: quo facto & ipse oculos recepit, & Hadrianum febris reliquit. Quamuis Marius Maximus haec per simulationem facta commemorat.] haecenus Spartianus. Sic igitur variis diuersisque artibus Hadrianus distentus, in sequentem annum vitam cogitur propagare. Ceterum cum multi disputent causam, cur Antoninus, quem adoptauerat, & Imperij heredem reliquerat, Pius cognomento sit appellatus, aliique aliam afferant; mihi certe ea probatur, quod tamdiu Hadrianum viuere coegit, cum natura filij etiam soleant interdum parentum, quod summa rerum potiantur, optare mortem.

Haec tam dira passum esse Hadrianum, numine viciscente, quod Seruium virum optimum necarit, opinati sunt Dio & Spartianus Gentiles historici, quod nullam aliam potiore offensa ab eo numinis causam cognoscerent: quippe qui Christiani nominis inimici, nullam putarent rationem esse habendam de Christianorum occisione, cuius rei causa illum gratia dignum potius quam vindicta ducerent, quod pium diis obsequium impendisse videretur. Verum qui haec aequiori lance expendit, proculdubio intelligit, ob plurimorum innocentium Christianorum eadem saepius perpetrata haec ipsum commeruisse.

Ceterum quod ad illa miracula spectat, quae ex Marij Maximi nobilissimi historici sententia fuisse conficta, Spartianus affirmat, eademque omnia concinnata arte Antonini, qui, quod tantopere prorogare studuerit vitam parentis, Pij meruerit cognomentum: opportuna se offert occasio, vt de alijs quibusdam miraculis commentitijs agamus, quae eiusdem Antonini temporibus esse edita, publica monumenta testantur: quae vel ipsius Antonini commento, vt quemadmodum ea inuentione erga parentem pius, ita erga deos piensissimus videretur; seu impostura sacerdotum, vel iisdem omnibus conuenientibus, vt collabentem deorum cultum falsorum miraculorum editione fulcirent, contigisse certum est. Quod enim Christianam religionem diis aduersariam, virtute miraculorum mirifice auctam stabilitamque conspicerent, iisdemque maiorem accessionem ad eam in dies fieri intelligerent, vt eadem quoque ratione suos in religionis officio continerent, quaedam ab Aesculapio facta esse miracula confinxerunt, eademque publica memoria consignarunt. Extrat de his antiqua tabula marmorea, licet non integra, Romae in aedibus Maffaeorum maiusculis litteris exarata, quam hic diuerso tamen caractere reddimus.

Αὐτῶν τῶν ἡμέραις Γαίω πηλὴ τυφλῶ ἐρχημάτισεν ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἱερὸν βήμα καὶ προσκυνῆσαι εἰς τὸ πρὸ τῆς δεξιᾶς ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν καὶ δεῖναι αὐτὸς πέντε δακτύλους ἰσπάνω τῆ βήματι καὶ ἀεὶ τὴ χεῖρα καὶ ἐπὶ δεῖναι ἐπὶ τοῦς ἰδίους ὀφθαλμοῦς καὶ ὄρθον ἀνέβλεψεν τὸ δῆμον παρὲς αὐτὸς καὶ συναχθεσθῆναι ὅτι ἴδωσιν ἀρεταὶ ἐργύοντο ἐπὶ τοῦ σέβαστος ἡμῶν Ἀντωνίνου.

Lucius

A Λουκίω πλευρετικῶ καὶ ἀφιηλοσμένω ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐρχημάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐπὶ τῆς βίβλου ἀεὶ τέφραν καὶ μετ' αὐτὰ ἀναφυεσθαι καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τὸ πλεῖστον καὶ ἰσώσθη καὶ δημοσία ἡ χειρὶσιν αὐτῶν.

Αἶμα ἀναφέροντι Γυλιανὸς ἀφιηλοσμένω ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐρχημάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐπὶ τῆς βίβλου ἀεὶ κόκκους σερβίλα καὶ φάγαν καὶ μέλιτ' ἐπὶ τῆς ἡμέρας καὶ ἰσώσθη καὶ ἐλθεῖν δημοσία ἡ χειρὶσιν ἑμπεροσθῆν τῆ δῆμου.

Οὐαλερίω Ἀπρω σερπῶντι τυφλῶ ἐρχημάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ λαβεῖν αἶμα ἐξ ἀλεκερῶν καὶ λάκου καὶ μέλιτος καὶ πολλοὺς συναχθεῖν καὶ ἐπὶ τῆς ἡμέρας ἐπιχεῖσαι ἐπὶ τοῦς ὀφθαλμοῦς καὶ ἀνέβλεψεν καὶ ἐλήλυθεν καὶ ἡ χειρὶσιν δημοσία τῶ θεῶ.

Haec Benedictus Aegius Spoletinus, verbum verbo reddens, sic Latine vertit:

Hisce diebus, Caio cuiusdam caeco oraculum edidit: Venires ad sacrum altare, & genua flecteret: a parte dextera venires ad laeuam, & poneret quinque digitos super altare, & eleuaret manum, & poneret super proprios oculos. Et recte vidit, populo praesente, & congratulante, quod grandia miracula fierent sub Imperatore nostro Antonino.

FICTA MIRACVLA AESCVLAPII.

Lucio affecto lateris dolore, & desperato ab omnibus hominibus, oraculum reddidit Deus: Venires, & ex tribomo tolleret cinerem, & una cum vino commisceret, & poneret supra laeum. Et conualuit; & publice gratias egit Deo; & populus congratulatus est illi.

Sanguinem reuolenti Iuliano, desperato ab omnibus hominibus, ex oraculo respondit Deus: Venires, & ex tribomo caperet nucleos pini, & comederet una cum melle per tres dies. Et conualuit; & veniens publice gratias egit, praesente populo.

D. Valerio Apro militi caeco oraculum reddidit Deus: Venires, & acciperet sanguinem ex gallo albo, admiscens mel; & collyrium conficeret, & tribus diebus vteretur supra oculos. Et vidit; & venit, & gratias egit publice Deo.

Porro hanc tabulam e rudibus templi Aesculapij, quod Romae celebre erat in insula Tiberina, vbi solita erant inscribi de remedijs morborum tabellae, esse erutam, omnes intelligunt: pariterque consentiunt, qui accurate haec peruestigant, eadem miracula eiusdem generis esse cum illis, quae olim a Vespasiano, ac nuper ab Hadriano facta esse dicuntur. sed de illis superius satis. Sanè quidem Arnobius disputans aduersus Gentes, cum de Aesculapio Romano sub specie serpentis aduecto, & in Tiberina insula collocato, longiorem texuit orationem, pluribus ac manifestis rationibus docet, nullam ymquam ab Aesculapio Romanos vtilitatem consecutos esse. Ceterum consueuisse Gentes in numinum suorum gratiam miracula atque oracula fingere, exemplum quoque de Theoteco Antiocheno, qui eadem Maximini Imperatoris temporibus praestitit (quod Eusebius narrat) fidem facit. Sed quam solers esse soleret impostorum industria, sagaxque calliditas ad eiusmodi Aesculapio mira arte concinnanda commenta, quae scribit Lucianus in Pseudomante de eodem Aesculapio in colubri forma hoc eodem propemodum tempore in Ponto iterum apparente, satis aperte declarant. Sed de ea re in Marco Pij successore agemus.

Vt GENTILES AD FINGENDAM MIRACVLA PROCLIVES. * Arnob. li. 7.

* Euseb. lib. 9 cap. 2.

IESV CHRISTI SIXTI PAP. ANTONINI PII IMP.

ANNVS 140.

ANNVS 9.

ANNVS I.

Centesimo itaque ac quadagesimo Christi anno, Camerino & Magno Coss. Hadrianus Imperator Antoninum Pium adoptatum auget Tribunitia potestate: quam hoc anno auspiciatum esse, non superiori, manifesta probatio est ex nummis antiquis, in quibus Consulatus eius secundus, qui accidit sequenti anno, simul iungitur cum Tribunitia potestate æquè secundò accepta. Singulis enim annis Imperatores Tribunitiam potestatem accipere solitos, certum est: adeò ut in iis, quibus non ante Imperium, sed cum Imperio collata est Tribunitia potestas, pro numero collatæ Tribunitiæ potestatis, totidem annos Imperij liceat numerare; secus si cui antè Tribunitia potestas obtrigerit: nec aliter accipias, quod sæpè à nobis infertur: & pro numero eiusdem Tribunitiæ potestatis anni pariter numerantur Imperatorum: hæcque ex Dione, ut suo loco dicetur. Hoc autem anno ipsum Consulatu pariter auctum cum Tribunitia potestate, quem tibi hic exprimendum formis curauimus, nummus significat, in quò anni sequentis Consul designatus inscribitur ordinarius, cum tamen anni huius Consulatus ipsius fuerit honorarius, creatis antè Camerino & Magno Consulibus.

Ex Museo Lelij Pusq. Canonice. S. Mariae Maioris in Verbo.



Hoc ipso anno idem Hadrianus Imperator agens annos ætatis sexagintaduos, menses quinque, & dies sex, Imperij, verò annos viginti & menses undecim, cum mortem voluntariam diutius exoptatam sibi adsciscere non daretur; tandem consilio medicorum cibo & potu abstinens, finem viuendi fecit.] hæc Dio. Mortuus est apud Baias sexto Idus Iulias, sepultusque ad tempus in villa Ciceroniana Puteolis: inde verò translatum est (ut dicemus) corpus eius Romam, locatumque in mole, quam ab eo denominatam trans pontem construxit postea Antoninus. Neque ab his discrepat Capitolinus in Antonino Pio, dum ait, sepulchrum fuisse in hortis Domitiæ: nam ibidem erant Domitiæ hortus & Circus. Affirmat etiam id ipsum Dio, dum sepulchrum refert ad ripam fluminis, iuxta pontem Ælium. Quòd verò ante Antoninum in Hadriani sepulchrum illatum corpus Ælij Veri Cæsaris ab ipso Hadriano traditur: iam antea ab eodem Hadriano illud sepulchrum constructum fuisse liquet, quod etiam declarat eiusdem sepulchri cubitalis inscriptio istis verbis:

L. AELIO. CAESARI. DIVI HADRIANI. AVG. FI. CONS. II.]

Quæ tamen contraria videntur iis quæ dicta sunt, Hadriani molem ab Antonino constructam. Ut autem quæ ad eò inter se discrepare videntur, vnà concilies: in primis attende quæ Dio habet in Hadriano, Augusti monumentum ad eò repletum fuisse, ut nullus Imperatorum illic amplius sepeliretur; cuius rei gratia Hadrianus nouum illud delegit sepulchrum, vbi quem adoptauit Ælium Verum sepeliuit. Antoninus verò, quem diximus, postea illuc transtulit Hadriani corpus; sicque dum ibi nouum Hadriani sepulchrum addidit, locum illum construxisse dicatur. hoc modo discrepantes auctores concilies. Rursum quod ad Hadrianum pertinet, auctor est Spartianus, ipsum iam morientem hæc occinuisse carmina suorum malorum prænuntia:

Animula, vagula, blandula, Hospes, comesq; corporis,

Quæ

CHRISTI 140.

SIXTI PAP. 9.

ANT. PII IMP. I.

Que nunc abibis in loca? Pallidula, rigida, nudula, Nec ut soles, dabis iocos.

In eum mortuum à multis multa sunt dicta. Acta eius irrita fieri Senatus volebat: nec appellatus esset Diuus, nisi Antoninus rogasset. Templum demique ei pro sepulchro apud Puteolos idem constituit: quinquennale certamen, & Flamines, & sodales, & multa alia, quæ ad honorem numinis pertinerent. Quare (ut superius dictum est) multi putant Antoninum, Pium dictum.] huc utque Spartianus: in quem errorem irrepsisse putamus, dum eum imperasse tradit annos vigintiunum & menses undecim. cetera ab eo gesta, & vitæ mores, tum Dio, tum ipse sunt pluribus profecuti, qui addit: Famæ celebris Hadrianus tam cupidus fuit, ut libros vitæ suæ scriptos à se libertis suis litteratis dederit, iubens ut eos suis nominibus publicarent. Nam Phlegontis libri Hadriani esse dicuntur.] sed perire, sicut & alia eiusdem auctoris: inter omnes enim eius lucubrationes ex Annalibus ab eo scriptis supersunt ea tantum, quæ ab origine citantur, ut illud de Christo atque Petro memoria dignum, cum idem Origenes ait: Phlegon in decimo tertio vel decimoquarto (ut arbitror) Annalium libro, futurorum quorundam prænotionem detulit Christo, cum de Petro confusius pleraque & de Christo ediderit: & planè testificatur, pro huius prædictionibus res occurrisse: cum alioqui ex his quæ ex præcien-tia successere (& id quidem inuitus) diuinæ esse potentia definiuit.] hæc Origenes, qui & (ut dictum est) de tempore passionis Christi ex eodem Phlegonte recitat testimonium, nec non de tempore Ierosolymitanæ cladis. Laudat eundem Eusebius quodque: sed de eo superius satis.

Sed quod pertinet ad Hadriani scripta, quorum occasione ad hæc de Phlegonte digressi sumus; auctor est Epiphanius, ipsum scripsisse in medicos epistolam exprobratricem, artem ipsorum culpantem: sed & eum morientem, illud vulgatum in populo dixisse: Turba medicorum interfecit Regem.] Magiam præterea calluisse Hadrianum, Dio & Spartianus testantur. Fuisse namque matheseos peritum, Marius Maximus utque ad eò demonstrat, ut eum dicat cuncta de se scisse, sic ut omnium dierum vsque ad horam mortis futuros actus antè præscripterit.] hæc apud Spartianum in Ælio Vero. His puto de causis Tertullianus vocat Hadrianum omnium curiositatum exploratorem. Illud præterea de Hadriano non excidat, quod Aurelius Victor, dum de ipso agit, in fine sic subdit: Officia sanè publica & palatina, necnon militiæ, in eam formam instituit, quæ paucis per Constantinum mutatis hodie perseverant.] nempe vsque ad Theodosium Imperatorem. Hæc meminisse oportuit ob nonnullas soluendas ambages de magistratibus. At de Hadriano hæc tenus.

Reperiuntur complures alij martyres, præter illos quos recensuimus, sub eadem Hadriani persecutione passi esse, quorum certi dies passionis sunt in Ecclesiasticis tabulis pro ipso anniuersaria commemoratione conscripti: videlicet Terentianus Episcopus Tudertinus vnà cum Flacco: Eleutherius Episcopus Illyrici ab Anacleto Papa, non Aniceto (ut habet Nicephorus) educatus, atque vnà simul Anchia mater, Chorebus Præfectus, Eupsychius in Cappadocia, Ariadna in Phrygia, Exuperius, Zoes; Cyriacus, & Theodolus, Maria ancilla, Theodorus, & Paulippus: Thamelus cum sociis, Philetus, Lydia, Macedonius, Theoprepidus dux, & Chronidas commentariensis, de quibus singulis in Romano Martyrologio habetur mentio: sed sunt & alij complures, quorum nomina exciderunt.

Hadriano extincto, Antoninus Pius, quem ille adoptauerat, Romanum Imperium moderatur, qui paternum genus è Gallia Transalpina Nemauso ciuitate ducebat, ut tradit Iulius Capitolinus, qui & eius cognationem describit. Imperare cœpit annos natus quinquagintatres, quippe (ut idem affirmat) natus est Domitiano duodecies & Cornelio Dolabella Coss. Ipso primo regni initio cum nouisset Senatum Hadriano fuisse infensum, conarique eius acta rescindere ob nobilium cædes quas fecerat: his verbis vsus: Igitur nec ipse Princeps vester ero, si ille improbus, inimicusque vobis atque hostis fuit: nimirum enim omnia acta eius, in quibus est adoptio mea, rescindetis.] Senatui placauit: & Hadriani corpore Romam translato, & ad hortos Domitiæ collocato, ingens illi sepulchrum struxit, quod postea Moles est Hadriani nuncupata, diuinis illi honores impendit, inter diuos retulit, sacerdotes instituit, ac templum erexit. hæc omnia Spartianus

Annal. Eccl. Tom. 2.

I. 3

tianus

^a Spartian. in
Hadriano.
^b Jul. Capitol.
in Ant. Pio.
^c Anul. Pict.

tianus ^a, Iulius ^b Capitolinus, & alij ^c. Ferunt quoque ea de causa ipso Imperij initio A
Pium esse ab omnibus nominatum, quod multis tunc reis factis, postulatibusque nonnul-
lis ad supplicium, neminem puniuit: Non oportere, inquiens, ab his rebus principatus
exordium ducere. Qua de re cunctis laudabilis extitit, utpote animi tranquillitate Numę
Pompilio comparatus. De his agens idem Capitolinus, Vique aded, inquit, sub eo nul-
lus percussus est Senator, ut etiam parricida confessus, in insula deserta poneretur, quia
vivere illi naturę legibus non licebat.]

VII.
FELIX EC-
CLISIAE
STATVS.
^a Iustin. in
diolog. cum
Trypt. ex
vers. Langi.

Qualisnam autem esset Christianę religionis status his temporibus, ex iis quę scribit
Iustinus philosophus, qui eodem Antonino Imperatore in Vrbe claruit, possumus intel-
ligere. Ac primum illud, quã longę lateque in toto terrarum orbe Christiana religio
fuerit propagata, idem auctor in dialogo cum Tryptone ^a his verbis demonstrat: At-
qui ne vnum quidem est genus mortalium, siue barbarorum, siue Gręcorum, siue B
etiam aliorum omnium, quocumque appellentur nomine, vel Hamaxobiorum, vel No-
madum domo carentium, vel in tentoriis viuientium (scenitarum) & cum pecoribus
vitam tolerantium, inter quos per nomen crucifixi Iesu, supplicationes & gratiarum
actiones Patri fabricatori rerum omnium non fiant.] hæc Iustinus. His consentientia
scribit Ireneus ^c, qui hoc ipso etiam sæculo claruit, cum ait: Est in mundo loquelę dif-
similes sunt, sed tamen virtus traditionis vna & eadem est. Et neque hæ quę in Germa-
nia sunt fundatę Ecclesię aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ quę in Hyber-
ris sunt, neque hæ quę in Celtis, neque hæ quę in Oriente, neque hæ quę in Ægypto,
neque hæ quę in Libya, neque hæ quę in medio mundi sunt constitutę: sed sicut Sol
creatura Dei in vniuerso mundo vnus & idem est, sic & lumen & prædicatio veritatis
vbique lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad veritatis cognitionem venire. C
Et neque qui valde prævalent in sermone, ex his qui præsent Ecclesię, alia quã hæc
sunt, dicent: nemo enim super magistrum est: neque infimus in dicendo deminorabit
traditionem.] hæc Ireneus, dum de vna fide vigente in omnibus Ecclesiis, & vna om-
nium traditione differit.

VIII.
^a Tertull. in
Apolog. c. 37.
CHRISTIA-
NA RELIGIO
PROPAGA-
TA.

Sed & Tertullianus ^a, qui in fine sæculi huius floruit, hæc in Gentes: Si enim & ho-
stes exertos, non tantum vindices occultos agere vellemus, decesset nobis vis numero-
rum & copiarum? plures nimirum Mauri, & Marcomanni, ipsique Parthi, vel quantę-
cumque vnus tamen loci, & suorum finium gentes, quã totius Orbis? Externi sumus,
& vestra omnia impleuimus, vrbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa,
tribus, decurias, Palatium, Senatium, forum: sola vobis reliquimus templa. Cui bello
non idonei, non prompti fuissēmus, etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur? D
si non apud istam disciplinam magis occidi liceret, quã occidere. Potuimus & iner-
mes, nec rebelles, sed tantummodò discordes solius diuortij inuidia aduersus vos dimi-
casse. Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum abruptissēmus à vobis,
suffudisset vtique dominationem vestram tot qualiumcumque amissio ciuium: immò
etiam & ipsa destititione punisset: proculdubidò expauissetis ad solitudinem vestram, ad
silentium rerum, & stuporem quemdam quasi mortuę Vrbs quæsissetis, quibus in ea
imperassetis.] hæc in Gentes.

IX.
^a Tertull. ad
uer. Iud. c. 7.
CHRISTI
REGNUM IN
GENTES V-
NIQUE.

Idemque aduersus Iudęos ^b: In quem enim, inquit, alium vniuersę Gentes credide-
runt, nisi in Christum qui iam venit? Cui enim alij Gentes crediderunt, Parthi, Medi,
Elamitę, & qui habitant Mesopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & in-
colentes Pontum, & Asiam, & Pamphiliam, immorantes Ægyptum, & regionem Afri-
cę, quę est trans Cyrenem, Romani, & incolę, tunc & in Ierusalem Iudęi, & Gentes E
ceterę, vt iam Getulorum varietates, & Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes
termini, & Galliarum diuersę nationes, & Britannorum inaccessa loca Romanis, Chri-
sto verò subdita, & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & ab-
ditarum multarum Gentium, & prouinciarum, & insularum multarum vobis ignota-
rum, & quę enumerare minis possumus? In quibus omnibus locis Christi nomen, qui
iam venit, regnat, utpote ante quem omnium ciuitatum portę sunt apertę, & cui nullę
sunt clausę, ante quem serę ferreę sunt comminutę, & valuę arę sunt apertę. quam-
quam & ista spiritualiter sint intelligenda, quo præcordia singulorum, variis modis à dia-
bolo obsessa, fide Christi sint reserata: attamen perspicuę sunt adimpleta, utpote in qui-
bus omnibus locis populus nominis Christi inhabitet.] hæc ipse.

Idem

A Idem verò Tertullianus pluribus monstrat, nullum hæctenus fuisse regnum, nullam X.
republicam, quę vi armorum aded dilatare suos vnquam potuerit fines, perinde ac NULLEVM
populus Christianus fecerit, idque absque vi armorum atque tumultu, sic dicens: Quis REGNUM
enim omnibus regnare potuisset, nisi Christus Dei Filius, qui omnibus, in æternum GEN-
tibus regnaturus nuntiabatur? Nam si Salomon regnauit, sed in finibus Iudęę tantum, à REGNO.
Berſabee vsque ad Dan, termini regni eius signantur. Si verò Babylonis & Parthis reg-
nauit Darius, non habuit potestatem vlteriùs vltra fines regni sui; non habuit in omni-
bus Gentibus potestatem. Si Ægyptiis Pharaon, vel quisque ei in hereditatem regni suc-
cessit; illic tantum potitus est regni sui dominio. Si Nabuchodonosor cum suis Regu-
lis ab India vsque Æthiopiam habuit regni sui terminos: si Alexander Macedo num-
quam Asiam vniuersam & ceteras regiones, posteaquam deuicerat, tenuit: si Germa-
ni adhuc vsque limites transgredi non sinuntur: Britannię intra Oceani ambitum con-
cluse sunt: Maurorum Gens, & Getulorum barbaries, à Romanis obsidentur, ne re-
gionum suarum fines excedant: quid de Romanis dicam, qui de legionum suarum
prædiis Imperium suum muniunt, nec trans ipsas Gentes porrigere regni sui vires pos-
sunt? Christi autem regnum & nomen vbique porrigitur, vbique creditur, ab omnibus
Gentibus supra numeratis colitur, vbique regnat, vbique adoratur.] hucusque de Eccle-
się huius sæculi fecundissima propagatione Tertullianus post alios Ecclesiasticos tracta-
tores: qui cum vel aduersus hæreticos, vel Gentiles, vel Iudęos eius temporis locuti
sint, à quibus facillè potuissent mendacij redargui; quę essent omnibus explorata locu-
tos esse, nullus poterit iure dubitare. Ceterum quò magis res Christianorum ampli-
bus spatii dilatabantur, & numerosiore populo augebantur, eò maior Gentilium in eos
concitabatur inuidia & persecutio: & quantumlibet nullo alio speciali edicto (vt de
Antonino certum est, id testante Tertulliano ^a) vetaretur Christiana religio, nihilomi-
nus mille circumuenti calumniis Christiani, frequenter à iudicibus extremo supplicio ^aPolig. c. 5.
damnabantur. non desunt de his sub eodem Antonino Pio certa exempla, de quibus suis
locis inferiùs agemus.

IESV CHRISTI SIXTI PAP. ANTONINI PII IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
141. 10. 2.

D SEquenti anno Domini centesimo quadragesimoprimo, Antoninus Aug. secundum I.
vnā cum Bruttio Præfente adiit Consulatum. Quo tempore iam sublato Hadriano, IVDÆI AB
qui Iudęos sæpè rebellantes compresserat, ac patrio solo multis cladibus affectos expul- ANTONINO
erat; eosdem iterum rebellantes, aliosque populos nouarum rerum cupidos tumultuantes COMPRESSI.
Antoninus per Legatos ac prouinciarum Præsides bellum agens subiecit; alios verò re-
pressit, ac continuit in officio. De rebus gestis aduersus Iudęos (quod perierint vetera mo-
numenta) nulla est penitus mentio, nisi quę apud Iulium Capitolinum ^b, qui gesta ab
Antonino breuiori summa perstrinxit, his verbis habentur scripta: Per legatos suos plu- ^b Jul. Capito-
rima bella gessit. Nam & Britannos per Lollium Vrbicum Legatum vicit, alio muro ex- <sup>lin. in Anto-
nitino Pio.</sup>
spititio, summotis barbaris, ducto. Mauros ad pacem postulandam coëgit; & Germa-
nos, & Dacos, & multas Gentes, atque Iudęos rebellantes contudit per Præsides & Le-
gatos. In Achaia etiam atque Ægypto rebelliones repressit: Alanos molientes sæpè refre-
nauit.] hæc Capitolinus, vna sermè sententia multorum annorum, immò & totius An-
tonini Imperij res gestas inuoluens potius quã explicans, tradit.

IESV CHRISTI TELESPHORI PAP. ANTONINI PII IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
142. I. 3.

A Nno Christi centesimo quadragesimosecundo, idem Antoninus Augustus tertium I.
inuit Consulatum, collegamque sibi adsciuit M. Aurelium Antoninum: de cuius ^a Jul. Capitol.
Consulatu hoc ipso tertio Antonini anno Marco delato, meminit Iulius Capitolinus ^c, in Ant. Pio.

I 4

ac

FAUSTINA
INTER DI-
VOS RECE-
PTA.

ac primū de obitu Faustinae Augustae his verbis: Tertio anno Imperij sui Faustina A
vxorem perdidit, quae à Senatu consecrata est, delatis Circensibus, atque templo & Fla-
minicis, & statuis aureis atque argenteis: cum etiam ipse hoc concesserit, vt imago eius
cunctis Circensibus poneretur: statuam auream delatā à Senatu positam suscepit. M. An-
toninum Quaestorem, Consulem, petente Senatu, creauit.] hae ipse. Sed qua impostura
impietatem ornarent, vt mendacium veritas crederetur; audi quid ad eundem Antoniu-
m Iustinus Christiana sit libertate locutus: Porro cur morientes apud vos Imperatores
semper immortalitati consecrare dignamini, producentes quempiam qui iureiurando
confirmet vidisse se è rogo ascendere in caelum ardentem Caesarem?]

II.
INCREMENTUM
CHRISTIANAE
RELIGIONIS
VNDEN-
TUM

Quibus putandum est risibus Christianos homines his temporibus insectatos esse Gen-
tiles, qui singulis ferè annis noua templa, noua sacerdotia, nouis quos illi fecissent diis
erigere atque statuere viderent? immò potius tantam ipsorum insaniam commiseratos B
esse. Iam superiori anno Hadrianum Principem, hoc verò feminam coniugem Impera-
toris, quos nouissent omnes, inter deos cernebant esse relatos, & perinde ac diis tem-
pla & sacrificia instituta. Porro hae ipsorum deliria Christianae religionis propagationi
mirum in modum conducebant. Qui enim nobilioris essent ingenij, & cultus veri nu-
minis amatores, istae spectantes ac pra oculis semper habentes, abiectam nimis ac hu-
mi reptantem esse Gentium Theologiam cognoscebant; quippe quae mortales, arbitrio
Senatus & Principis, soleret habere deos. Hae quidem, Christianis praesertim inculcanti-
bus, Gentiles, qui animaequiores essent, perspicue intelligentes, Christianam religio-
nem, quam signis atque virtutibus toto Orbe viderent effulgere, contemplati, admira-
ti, ac perferutati cum essent; eidem dedisse nomina, & toto animo amplexatos esse; ma-
gnamque ex his rebus nostris esse factam accessionem, nemo iure poterit dubitare. Cum C
econtra ipse Antoninus Augustus, cum dilabentes ad externum ac planè contrarium re-
ligionis cultum sentiret homines, quo reliquos Principis exemplo in officio contineret,
diis assidue sacrificabat; nec (quod tradit Capitolinus*) vllum sacrificium per vicarium
fecit, nisi cum aeger fuit.

*Iul. Capitol.
in Ant. Pio.

III.
SIXTI PAPAE
MARTYRIUM.

Hoc eodem anno Sixtus Papa, cum sedisset annos decem, vno minus mense & vigin-
tiduobus diebus, octauo Idus Aprilis martyrio coronatur. Tam Graeci, vt Eusebius &
alij eum secuti, quam Latini, vt liber de Romanis Pontificibus, consentiunt de Sixto,
quod sederit annos decem: quamobrem habita temporis ratione, quo desit qui eum
praecessit Alexander, & dierum quibus sedes vacasse ponitur, insuper & natalis diei Sixti
martyrij, vt in tabulis Ecclesiasticis legitur, hoc ipso anno, eaque die Sixtum desisse, opus
est dicere. Cui de Sixto chronographiae haud longè dissonant indices Vaticani atque D
Cresconij: nisi quod in quibusdam impletum decennium, tribus additis mensibus, Sixti
sedi tribuitur. Qui secuti sunt Eusebium, vnum ex Romanis Pontificibus praetermit-
tentem, nempe Clerum, sub Hadriano Sixti obitum ponunt: sed aequè falli eos putamus,
qui in annis Romanorum Pontificum additios nec sibi constantes in libro de Romanis
Pontificibus positos secuti sunt Consules.

IV.
ROM. PONT.
ANTIQUVS
TITVLVS.

Leguntur titulo Sixti Papae epistolae duae: sed quod in altera ipsarum Sixtus vniuer-
salis Apostolicae Ecclesiae Episcopus inscriptus habeatur, miramur adeo offendisse No-
uatores; perinde ac si fuerit humanum inuentum, vt Petrus, & qui ei in sede succe-
dunt, & in Petro totius ouilis Dominici curam à Domino susceperunt, vniuersalis Ec-
clesiae inscribantur Episcopi. Porro eiusmodi titulus, vt scilicet vniuersalis Ecclesiae di-
citur Episcopus, idemque & Pontifex Maximus, qui in sede Petri succedit Romanae E
cclesiae Antistes, non recens est in Ecclesiam introductus, sed antiquitus vsitatus: quod
parum est vt ex Sixti epistola, quae ab eis ducitur in controuersiam, demonstramus,
quandoquidem & qui aliquando recta sentiens, sed à fide Catholica refuga, in ipsam
Romanam Ecclesiam insaniens, eam dente canino dilacerat Tertullianus^b, recitans &
impugnans Victoris Romani Pontificis edicti verba, ait: Audio etiam edictum propo-
situm, & quidem peremptorium: PONTIFEX scilicet MAXIMVS EPISCOPVS
EPISCOPORVM (erat haec inscriptio decreti) dicit: Ego & moechis & fornicationis
delicta poenitentia functis dimitto.] Verum non nisi secundum veterem nomenclatu-
ram ea posita à Victore, vel (si velimus esse verba Tertulliani) secundum vsitatam ver-
borum consuetudinem ab ipso dicta & inculcata, nemo in dubium iure poterit reuo-
care. Sed de his alias.

^bTertull. lib.
de pudic. c. 1.

Quod

A Quod item ad scripta Sixti Romani Pontificis spectat, non praetermittendum, à Ruf-
fino Presbytero Aquileiensi tentatum, vt Sixti philosophi Pythagorici commentarium, S
in Latinum à se translaturum, nomine Sixti papae & martyris vulgaret; licet prioris ne vel
posterioris Sixti itidem martyris nomine illum ediderit librum, non constet. Detexit
sanctus Hieronymus^a imposturam, scribensque ad Ctesiphontem, ait: Illam autem tem-
meritatem, immò insaniam quis dignè poterit explicare sermone, quod librum Sixti Py-
thagorei, hominis absque Christo, atque Ethnici, immutato nomine, Sixti martyris, &
Romanae Ecclesiae Episcopi, praenotauit? in quo, iuxta dogma Pythagoricorum, qui ho-
minem exaequant Deo, & de eius dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur:
vt, qui volumen philosophi nesciunt, sub martyris nomine bibant de aureo calice Baby-
lonis. Denique in ipso volumine nulla Prophetarum, nulla Patriarcharum, nulla Apo-
stolorum, nulla sit Christi mentio; vt Episcopum & martyrem sine fide Christi fuisse
contendat.] hae Hieronymus, qui aliàs ea de causa in eundem exclamans, ait^b: Mife-
rabilis Grunnius, qui ad calumniandos sanctos viros aperuit os suum, linguamque suam
docuit mendacium, Sixti Pythagorei hominis Gentilissimi vnum librum interpretatus
est in Latinum, diuisitque in duo volumina, & sub nomine sancti Sixti vrbis Romae Epi-
scopi ausus est edere, in quibus nulla Christi, nulla Spiritus sancti, nulla Dei Patris, nul-
la Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum sit mentio: & hunc librum, solita
temeritate & infania, Anulum nominauit: qui per multas prouincias legitur, & maxi-
mè ab his qui *deus dicitur* & impeccantiam praedicant.] Inuehitur rursus^c in eundem
eadem ex causa alibi.

V.
SIXTO PA-
PAE LIBER
FALSO AD-
SCRIPTVS.

^aHier. ad-
uers. Pelag.

^bHieron. in
Ierem. c. 22.

^cHieron. in
Ezech. c. 18.

Legitur eiusdem Sixti Papae^d decretum, ne sacra vasa ab aliis quam à sacris ministris
tangerentur. Si enim in iis quae futurorum erant umbra, tanta Dei monitu inerat obser-
uantia, vt sacra vasa filius^e Caath non nisi tecta portare liceret: quomodo non ea sanctissi-
ma haberentur, & religiosiori essent cultu seruanda, quibus sacrificium omnium prestan-
tissimum exhiberetur? sed de sacris vasibus pluribus. Rursus de rebus à Sixto decretis:
Hic insuper (habet liber de Romanis Pontificibus) constituit, vt quicumque Episcopus
euocatus fuerit ad sedem Romanam Apostolicam, rediens ad parochiam suam, non sus-
cipiatur nisi cum Formatis salutationis ad plebem à sede Apostolica. Eiusmodi quidem
commercio Formatarum vnus Ecclesiae Catholicae seruari, ac proinde probari solitam
vnitatem, tradit Opreatus Mileuitanus^f, qui texens catalogum Romanorum Pontificum
à Petro vsque ad Siricum, de eo ait: Cum quo nobis totus Orbis commercio Formata-
rum in vna communionis societate concordat.] & Augustinus de his ad Eleusium & fo-
cios^g: Hic primò asserere, inquit, conatus est, vbique terrarum esse communionem suam.
Quaerebam vtrum epistolas communicatorias, quas Formatas dicimus, possent, quo vel-
lent, dare: & affirmabam, quod manifestum erat omnibus, hoc modo illam facillimè ter-
minari posse quaestionem.] hae Augustinus. Antiquissimus itaque fuit eius rei vsus, vt per
communicatorias litteras Romani Pontificis, vnitas Ecclesiae monstraretur: in Concilio
enim Nicæno^h forma quaedam eiusmodi litterarum, ne fraus irreperet, est instituta, non
autem recens res ipsa est introducta.

V I.
^aLib. de Rom.
^bEt. in S. 1. 10.
^cX. 1. 1. 4.

SIXTI DE-
CRETVM DE
FORMATIS.

^fOpreat. lib. 2.
^gcontra Parm.

^gAugust.
epist. 163.

^hNicæn. Cōc.
cap. 18.

Quae autem dicebantur Formatae, seu communicatoriae litterae, eadem (vt auctor est
Atticusⁱ) Canonicae epistolae appellabantur. Quinetiam Theophilus Episcopus Alexan-
drinus in epistola prima Paschali in fine, quas dicimus Communicatorias, easdem & Pa-
cificas nominatas esse demonstrat: quas etiam idem auctor in tertia Paschali epistola in
fine appellat Ecclesiasticas: in Concilio autem Chalcedonensi^k nuncupatae reperiuntur
Pacifica. solitas quoque Pacificas à recens ordinato Episcopo ad collegas dari, tradit
Theodorus in Photij Nomocanone^l. Concedebantur etiam Pacificae, nempe Commu-
nicatoriae, pauperibus peregrinantibus, quibus eorum fides Catholica probaretur. Di-
uersas autem ab iis fuisse litteras commendatitias ab Episcopis dari solitas, canon idem
Chalcedonensis Concilij admonet: ait enim, commendatitias litteras dari solitas tan-
tūm iis qui essent in Ecclesia opere clariores: & ab Episcopis dari solitas suis clericis pere-
grinantibus, alius canon eiusdem quoque^m Concilij docet, sed aliter legit Theodo-
rus. Dabantur etiam litterae commendatitiae personis quae potuissent esse suspectae, ne
quid de illis dubitaretur: de quibus & Paulus meminit ad Corinthios, cum aitⁿ: Num-
quid egemus, sicut quidam, commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola no-
stra vos estis.] Qui enim commendatitiis litteris peregrinabantur, quocumque perge-
rent,

V I I.
LITTERA-
RVM ECCLE-
SIASTICA-
RVM DIVER-
SA GENERA-
TIO. 2. Conc.
post Concil.
Chalced.

^kChalced.
^lConc. Chal.
c. 11.

^mConc. Chal.
c. 11.

ⁿIdem c. 13.

^o2. Cor. 3.

rent, apud Christianos erant illæ pro viatico. de quo Lucianus in Peregrino : Suscepta se-
cunda peregrinatione egreditur vagaturus, satis sibi viatici in Christianis repositum esse
existimans.] his familia erant apud Gentiles Diplomata, quorum meminit Plinius ^a Iu-
nior scribens ad Trajanum, quæ postea Tractoriæ sunt appellatæ: est titulus de Tractori-
coris & ^b Statuiis. Extat hæc tenus eorumdem forma ^c litterarum, quæ ab Imperatore da-
bantur. erant & aliæ eiusdem nominis ab Episcopis dari solitæ, de quibus dicemus infe-
rius. Sed quod semel occasione Formatarum, de Ecclesiasticis litteris agere cœpimus, de
aliis quoque eiusdem generis dicere non prætermittamus.

VII I. Erant & Dimissoriæ litteræ, quas ibidem Theodorus illas esse tradit, cum clericus de-
monstratur voluntate sibi prælati Antistitis esse profectus: sine his enim non licebat extra
diocesim peregrinari. his quoque indigebant Episcopi, qui profecturi essent ad Comita-
tum. Erant insuper litteræ, quæ dicebantur Memoriales, seu Commonitoriæ, quibus le-
gati, quid in suscepta legatione deberent agere, per singula admonebantur. extant de
his complura exempla, quæ suis locis ponentur inferius. Erant etiam & litteræ dictæ Syno-
dicæ, quæ ad diuersos dabantur à Synodis. Si verò scriptæ essent ad omnes Christi fide-
les, siue à Synodo, vel à summo Pontifice, vel aliis alia darentur occasione, dicebantur
Encyclicæ, hoc est, Circulares. Rursùm verò eadem epistolæ dicebantur Catholicæ,
non ea ratione quod fidem Catholicam continerent, sed quod ad vniuersam Eccle-
siam datæ essent. hinc Apollonius apud Eusebium ^d hæc de Themistone: Audebat,
Apostolum imitando, Catholicam ad omnes Ecclesias epistolam contexere.] Insuper
de Dionysio Corinthiorum Episcopo tradit Eusebius, Catholicas ad Ecclesias scri-
psisse epistolas.

IX. Decretales verò dicebantur Romanorum Pontificum epistolæ, quibus vel ad diuer-
forum consultationes respondere solerent, vel cum quid seruandum vitandumve esset,
edicerent. De quibus Gelasius ^e: Decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diuersis tem-
poribus ab vrbe Romana pro diuersorum Patrum consultatione (sic legendum, non con-
solatione) dederunt, venerabiliter recipiendas.] Pastorales verò, quæ pro instructione da-
rentur; quales sunt illæ, quæ ad diuersas Ecclesias à S. Ignatio scriptæ habentur. Erat quo-
que olim tempore persecutionis Ecclesiæ genus litterarum, quæ dicebantur Confessorie,
quæ à Christianis, qui pro Christi nomine detinerentur in carcere, pro commendatione
lapsorum ad Episcopos dari solebant. erat frequens harum vsus tempore persecutionis,
vt ex multis S. Cypriani litteris constat: est earumdem mentio in Concilio ^f Eliberitano
& Arelatensi primo ^g. Quæ autem pro redemptione captiuorum ab Episcopis dari con-
sueuerant, litteræ Captiuorum appellantur in Concilio Lugdunensi ^h.

X. Insuper quoque habentur litteræ dictæ Apostolicæ, quæ Apostolica auctoritate à Ro-
manis Episcopis dari consueuerunt, quarum diuersa sunt genera: frequentiores illæ quæ
Breues dicuntur. sed ea vox penes antiquos diuersæ reperitur esse significationis: nam
apud Optatum ⁱ Mileuitanum, Breuis dicitur charta illa, in qua conscripta essent bona
Ecclesiastica, quam nos vsitatus dicere solemus Inuentarium, alio nomine idem Opta-
tus vocat Commemoratorium. eandem vocem in eundem sensum vsurpat sanctus Au-
gustinus contra Cresconium ^k, & Gregorius Papa ^l, sed & Cassiodorus pro regis iussio-
nibus. nam Theodoricus ^m ad Gemellum scribens, ait: Admonitio nostra non decri-
t, vt instructior reddaris: dum infra scriptis Breuibz definita susceperis.] Verùm apud Lam-
pridium ⁿ eadem vox pro matricula, seu catalogo, in quo nomina scriberentur, acci-
pitur, sicut & in Codice Iustiniano ^o, & citatis aliis locis superius. Quæ verò sede va-
cante à clero scribi solerent epistolæ, eadem Clericæ litteræ dicebantur: sic enim eas
nominat Cyprianus ^p.

X I. Numeranda quoque inter Ecclesiasticas litteras epistola quæ Tractoria à sancto Augu-
stino sepius nominatur. Scribens enim ad Victorinum ^q, illam Tractoriam nominat epi-
stolam, qua Episcopi vocarentur ad Synodum. & cum alibi ^r sic inquit: A Primatæ tuo
per Tractoriam sunt vocati.] sic dictæ (vt puto) quod vocatis his litteris causa publica
Episcopis, quocumque irent, viaticum præstaretur, exemplo earum quæ ab Imperatori-
bus concedi solerent. Sed diuersa planè erat epistola Tractoria à Tractoria, qua, quid
de aliqua re gestum esset, Episcopi alios redderent certiores. meminit eiusdem generis
litterarum idem etiam Augustinus ^s. Quæ autem à Catholicis Episcopis ad hæreticos, vel
schismaticos, aut etiam Paganos litteræ scriberentur, quod in eis nulla liceret communi-
catio-

^a Plin. lib. 10.
epist. 121.
122.
^b Lib. 8. c. 6.
Cic. Theod.
^c In Lexic.
Iur. verb. Tra-
ctor. & apud
Cruic. tit. de
tract.

^d Euseb. lib. 5.
cap. 17.

^e Gelas. in
Concil. Rom.
c. de lib. au-
suer.
^f Conc. Eli-
beritan. c. 25.
^g Conc. Arel.
lat. 1. c. 59.
^h Conc. Lug-
dun. 2. c. 2.
ⁱ Optat. cont.
Parr. lib. 1.

^k Cassiodor.
lib. 4. ep. 21.
^l Lamprid. in
Alexand.
^m Inter char-
tas, de con-
uen. s. s. de
lur. c. li. 10.
ⁿ Cyp. ep. 4.
edit. Pamel.

^o Aug. in lib.
cit. Donatist.
post coll. c. 24.
^p Idem ep. 36
con. 1.

A cationis symbola, vt pacis, salutis, & benedictionis apponere, Priuatas epistolas dici so-
litas, idem sanctus Augustinus, scribens ad Glorium ^a & alios Episcopos Donatistas,
affirmat, cum hæc ait: Vnde factum est, vt etiam ad nonnullos Donatistarum prima-
rios scriberetur, non Communicatorias litteras, quas iam olim propter suam peruer-
tatem ab vnitæ Catholica, quæ toto Orbe diffusa est, non accipiunt, sed Priuatas,
qualibus nobis vti etiam ad Paganos licet.] Porro non sic dicebantur priuatæ, quasi pu-
blicæ illæ non essent, quas ita scribebat Augustinus ad Donatistas, vt publicæ illis fo-
rent, & ab omnibus legerentur, sed quod carerent publicæ communicationis titulo,
aliisque publicis notis, quæ Communicatoriis litteris præfigi solerent. Sed & ne id de
Ecclesiasticis litteris prætermittamus: Solitos quoque Episcopos suas, quas publicè da-
rent, litteras annulo signatorio communitæ, cum Augustinus in superius citata epi-
stola ad Victorinum ^b in fine indicat, tum in Concilio Aurelianensi ^c habetur expressum.
B Addimus ad hæc etiam: Consueuisse eos scribere litteras in tabellis eburneis, vel in char-
tis, rarè verò, nec nisi chartæ inopia, in membranis, argumento sunt quæ idem Augu-
stinus habet, scribens ad Romanianum ^d. At de litteris Ecclesiasticis hæc tenus. iam ad
ceteras à Sixto res gestas redeamus.

Habet hæc idem qui supra liber de Romanis Pontificibus: Constituit vt Missarum
actionem sacerdote incipiente, populus hymnum decantaret: Sanctus, Sanctus, Sanctus
Dominus Deus Sabaoth, &c.] quæ enim fuisse in vsu etiam temporibus Apostolorum,
testimonio Constitutionum Clementis ^e demonstrantur, à Sixto, vt sanctius ab vno-
quoque custodirentur, litteris sunt Apostolica auctoritate firmata. Sed subdit: Hic fecit
ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros vndecim, diaconos tres, Epi-
scopos per diuersa loca quatuor.] ex his vnus fuit sanctus Peregrinus, Episcopus creatus
Antifiodorensis: de eo enim hæc in antiquis Ecclesiasticis tabulis scripta ^f habentur:
Antifiodori passio sancti Peregrini Episcopi; qui à B. Sixto Papa in Gallias cum aliis cle-
ricis missus, Euangelicæ prædicationis munere impleto, capitali sententia damnatus, co-
ronam meruit sempiternam.] Mortuus demum Sixtus (vt dictum est) octauo Idus Apri-
lis, iuxta corpus B. Petri sepultus est in Vaticano: cessauitque Episcopatus eius dies duos.
In cuius locum successit est Telephorus, natione Græcus, ex Anachoreta. hæc in eodem
libro de Romanis Pontificibus.

Hoc eodem anno tertio Antonini Imperatoris (inquit Eusebius) Iustinus philosophus
librum pro nostra religione conscriptum Antonino tradidit.] Cassiodorus autem id se-
quenti anno factum esse, in Chronico profertur. Verùm de tempore, quo illum com-
mentarium scripsit, nulli magis quam ipsi Iustino credendum esse, omnes facillè assen-
tiantur. Porro ipse in eadem Apologia hæc de annis Christi habet ^g: Ante annos centum
quingenta nos asseuerare Christum sub Cyrenio natum esse: docuisse autem, quæ do-
cuit, posterius sub Pontio Pilato.] hæc cum scribat Iustinus, non nisi post annos octo-
eum scripsisse librum oportuit. Certè quidem cum in ea Apologia doctrinam Marcionis
hæresiarchè vulgatam dicat; constetque non nisi Antonini tempore eum docere cœpisse
(vt suo loco dicemus) planè perspicuè constat, Iustinum seriùs elaborasse illam ad An-
toninum Apologiam. Præterea si (quod omnes affirmant) haud longè post acceptam Iu-
stini Apologiam Antoninus pro Christianis rescripsit: cum illud constet ex eius inscri-
ptione datum esse rescriptum anno decimoquinto sui Imperij; nam Tribunitia potestas
iuxta numerum annorum Imperij multiplicari solita, quindecies in eo numerata habe-
tur: necesse est dicere, illa prope tempora Iustinum suam, quam diximus, ad Antoninum
deditisse Apologiam, de qua suo loco dicemus.

Ceterum quod ad res Christianorum pertinet: etsi certum exploratumque sit, nul-
lum aduersus eos ab Imperator e esse promulgatum edictum; tamen vel inuidia magistra-
rium, quod Christianam religionem mirifice propagatam viderent, in diesque maio-
ribus accessionibus crescere ac dilatari; vel calumniis contradicentium non nihil esse ve-
xatam, tum cædes Sixti Papæ, & aliorum, qui Romæ, eodem Antonino imperante, sunt
passi; tum quæ de iisdem temporibus ab eodem Iustino sunt memoriæ prodita, certam
exploratamque fidem faciunt. Sed de his anno sequenti.

^a Aug. ep. 162.

^b Idem ep. 27
^c Conc. Au-
rel. 1. in pref.
Clodouei.
^d Aug. ep. 113

XII.
RELIOVA
DE SIXTO.
^e Clem. Cõst.
lib. 8. cap. 16.

^f Mart. Rom.
die 16. Maij.

TELESPHO-
RVS PAPA.

XIII.
^g Euseb. in
Chron.
CORRIGI-
TVR EVSE-
RIVS ET
CASSIODO-
RVS.
^h Iustin. orat.
ad Anton. ex
uersione
Lang.

IVSTINVS
QUANDO
SCRIPSIT
APOLOG.

XIV.
IUGIS PER-
SECVTIO.

IESV CHRISTI TELESOPHORI PAP. ANTONINI PII IMP.

ANNVS 143. ANNVS 2. ANNVS 4. A

I. HERO SECVNDVS EPISCOPVS ANTIOCHENSIS.

Anno Domini centesimo quadragesimotertio, Priscino & Severo Coss. cum Antoninus in Imperio ageret annum quartum, Cornelius Episcopus Antiochenus vita functus, successorem habuit Heronem eius nominis secundum, qui sedit annos viginti-septem.] hęc ex Eusebij Chronico. Inter hęc autem cum Pio Imperatori, qui ab omnibus indulgentissimus ac clementissimus predicatur, nequaquam (vt alij fecerant, & ipse olim Proconsul in Asia) in Christianos gladio agendum videretur, rato nimirum sua aestimatione indignum, in infantes saeuire: tamen quod auita superstitioni paulatim deficienti prospectum foret, quod intelligeret occasione Sibyllinorum carminum, & aliorum Gentilium vatum ac Prophetarum, qui multa de Christo praedixisse visi essent, complures a patria superstitione deficere, & ad religionem Christianam confluere, eiusmodi librorum lectionem penitus vetuit, apposita poena mortis. De quo quidem edicto, non nisi odio hostis humani generis promulgato, Iustinus Christianus philosophus, apud eundem Imperatorem scriptis agens, grauiter conuenitur, dicens: Opera autem & instinctu malorum demonum, mortis supplicium aduersus librorum Hydaspis, aut Sibyllae, aut Prophetarum lectores constitutum est: vt per timorem homines ab illis, quod minus scripta ea legentes rerum bonarum notitiam percipiant, sed in seruitute eorum retineantur, absterrentur. quod certe quidem efficere, & ad finem suum perducere nequiterunt. Non enim absque timore tantum huiusmodi scripta legimus: verum vobis ad inspicendumque in eis traduntur (vt videtis) offerimus, grata acceptaque omnibus fore scientes. Atque hoc etiam si paucis persuaserimus, maximum tamen inde feremus lucrum: nam vt boni agricolae amplam a Domino capiemus mercedem.] hęc Iustinus constanti animo ab eo legenda conscripsit.

Iustin. in Apolog. ad Anton. ex versione Lang.

IV. IVSTINI CONSTANTIA PRO RELIGIONE SUSCEPTA.

Insper & magna animi constantia ad Gentiles cohortatoriam scribens orationem, cum pluribus ad eos persuadendos vtatur argumentis, carmina Sibyllina ex certis illorum scriptis accepta, quibus tum idolorum inanis superstitione, tum verus Christianae religionis cultus aperte demonstraretur (quod dixit) iisdem Gentilibus aperta luce inspicienda proposuit. Extat adhuc eo titulo conscripta oratio, in qua inter alia hęc de Christiana disciplina antiquae Sibyllae carmina referauit:

Felices oras animae telluris habebunt, Laude Deum prius ingentem, quam corpora curent, Insigni quae confise pietate beabunt: Cunctaq; despicient templorum testa, negantes Aras, sordorum nihil monumenta deorum, Caenis & spurco pecudum polluta cruore: Vniusc; Dei sacris pia turba lisabit.]

hęc & pleraque alia ex eorum Sibylla Iustinus: qui & ad conuincendam deorum cultus superstitionem, hęc eadem oratione conscripsit de his quae haud diu ante accidissent: Consulente enim quodam (sicut vos ipsi narratis) oraculum vestrum, quinam vniquam extiterint verè pij & religiosi homines; tale responsum id edidisse dicitis:

Solus Chaldaeus sapit, & Iudaeus apella. Per seipsum genitum Regemq; Deumq; colentes.]

Rom. 4.

III. GENTILES SVIS IPSORVM SCRIPTIS AD MONITVM Arnob. aduers. Gentes lib. 3.

per Chaldaeos intelligens omnes, qui ex femine Abrahæ Chaldaei hominis descendunt, ac proinde non Iudaeos tantum, sed Christianos, quippe cum ille ab Apostolo dicitur sit Pater credentium.

At quod ad ipsos Gentiles pertinet, non tantum (quod dictum est) suis ipsorum propheticis libris ad Christianam religionem sectandam iisdem impellebantur; sed vt ab auita superstitione recederent, ac penitus abhorrerent, quae de diis ac deorum oraculis ab eo qui inter Latinos eruditionis principem locum tenere videretur, vehementer admonerentur. Erant hi Ciceronis commentarij de Diuinatione, atque de Natura deorum, de quibus hęc Arnobius: Ante omnes Tullius Romani disertissimus generis, nullam veritus impietatis inuidiam, ingenuè, constanter, & liberè quid super tali opinione sentiret, pietate cum maiore monitruavit: a quo si res sumere iudicij veritate conscriptas, non verbo-

CHRISTI TELESOPH. PAP. ANT. PII IMP. 143. 2. 4.

A verborum luculentias pergeretis; perorata esset hęc causa, nec secundas (vt dicitur) actiones nobis ab infantibus postularer. Sed quid aucupia verborum, splendoremque sermonis peti ab hoc dicam, cum sciam esse non paucos, qui auerferentur & fugiant libros de hoc eius, nec in aurem velint admittere lectionem opinionum suarum praesumpta vinctem? cumque alios audiam mustitare indignanter, & dicere oportere statui per Senaturn, vt aboleantur hęc scripta, quibus Christiana religio comprobetur, & vetustatis opprimatur auctoritas? Quinimmo si fiditis exploratum vos dicere quidquam de diis vestris, erroris conuincite Ciceronem temeraria & impia distare; refellitote, redarguite, reprobate. Nam intercipere scripta, & publicatam velle submergere lectionem, non est deos defendere, sed veritatis testificationem timere.] hucusque Arnobius. Admiratione quidem digna res est, cur horum lectionem, sicut & aliorum, hi quibus cura hęc erant, & auctoritate polerent, non omnino proscrisperint; cum a nemine excellentius, quam ab eodem auctore, Gentilitia superstitione falsitatis posse redargui videretur. Sed ipsis inuitis, voluit Deus, vt tam aperta testimonia, vanitatem deorum testantia, semper essent vbi-que loquentia; quod inoluta superstitione, non modò nostrorum scriptis, verum etiam suorum olim editis commentariis, radicitus conuelli posset.

Sed qui Christianis infensis erant Gentiles homines, quod minus ratione valerent, eò vehementius aduersus eos calumniis nisi sunt agere: nam quaecumque erant Gnostico-rum portenta, vel aliorum haereticorum turpitudines, omnia Christianis omnibus adscribebant, nimirum infames illos conuentus, infanticidia, humanarum carnum esum, lucernarum euersiones, promiscuos concubitus, aliaque abominanda atque nefanda: quarum quidem rerum rumor vsque adeo increbuerat, totaque Vrbe & Orbe fama dissipata erat, vt satis esse putarent iudices ipsum dumtaxat nomen ad supplicium, si quod Christianus quis esset, tantummodò accusaretur. Hęc omnia ita se iis sub Antonino temporibus habuisse, Iustinus philosophus in ea, quam ad ipsum Imperatorem scripsit Apologia, de his omnibus conquestus, firmiter asseuerat, vbi praecleara est hęc in iudices perperam iudicantes inuectiua: Non legitimo examine iudicia exercetis, sed affectu praeter rationem in transuersum acti, & malignorum geniorum flagris quasi furis incitati, causa non iudicata, supplicia infertis nihil pensantes.] Quinam his temporibus publicorum iudiciorum subselliis infidebant Iurisperiti, quorum opera Antoninus utebatur, recenser Iulius Capitolinus, nimirum Vinidium Verum, Saluum Valentem, Volusium Metianum, Vlpium Marcellum, & Iabolenum. Quomodo verò tandem ob iniqua iudicia compulsus sit Iustinus de his conqueri apud Imperatorem, & in Senatu declamare, suo loco dicemus.

IV. CALVMNIAE IN CHRISTIANOS.

Iulius Capitol. in Antonino.

IESV CHRISTI TELESOPHORI PAP. ANTONINI PII IMP.

ANNVS 144. ANNVS 3. ANNVS 5.

Q Vi sequitur annus Christi quadragesimusquartus supra centesimum, Consules habuit Ruffinum & Quadratum: quo Eusebius in Chronico tradit, Marcum, eius nominis secundum, esse iussitum in sedem Alexandrinam Eumeni, sedisseque annos decem: sed cum vsque ad successorem, quem ponit anno duodecimo Antonini, non nisi septem anni numerentur; mendum in notam numeri irrepsisse oportuit.

I. MARCVS IVNIOR EPISCOPVS ALEXANDRINVS.

IESV CHRISTI TELESOPHORI PAP. ANTONINI PII IMP.

ANNVS 145. ANNVS 4. ANNVS 6.

Christi anno centesimo quadragesimoquinto, Torquato & Attico Herode Coss. novum monstrum apparuit, Valentinus haereticus, vt Eusebius tradit in Chronico: cum namque sub Antonino Pio prodixisset, Tertullianus & æque omnes affirmant, nimirum Irenaeus, Theodoretus, & alij. Tradit idem Tertullianus, hunc fuisse philosophum secta Platonum. Quomodo autem sit lapsus in haereticum, idem auctor his verbis

I. DE VALENTINO HAERETICARUM TERTULLIANUS IREN. LIB. 2. CAP. 4. THEOD. LIB. 1. HAER. FABUL. TERTULL. DE PRESCRIP. C. 30

Annal. Eccl. Tom. 2.

K

CHRISTI
145.TELESPH. PAP.
4.ANT. PII IMP.
6.* Tertull.
cont. Valent.
cap. 4.

verbis enarrat^a: Sperauerat (inquit) Episcopatum Valentinus, quia & ingenio poterat & A eloquio: sed alium ex martyrij prerogatiua loci positum indignatus, de Ecclesia authentica regulam abrupit (vt solent animi pro prioratu exciti, praesumptione vltionis accendi) ad expugnandam conuersus veritatem, & cuiusdam veteris opinionis semini actu colubroso viam delineauit.] hanc Tertullianus. Fuisse autem natione Aegyptium, patria Phoenonitem, quae est ciuitas maritima; calluisse Graecas litteras, imitatumque esse Hesiodum de Theogonia triginta deorum, Epiphanius^b tradit; additque haec de praedicatione ipsius, in Aegypto praedicasse Catholicam fidem, itemque in Ecclesia Romana; sed eundem in Cyprum venientem, passum esse fidei naufragium. De eo autem, quod primo Romae Catholicam doctrinam secutus fuerit, etiam Tertullianus^c affirmat.

b Epiph. ha-
ref. 31.c Tertull. de
praescrip. c. 30I I.
MONSTRA
VALENTINI
DEFORMIA.d Tertull.
aduer. Valent.
cap. 22.e Epiph. ha-
ref. 31.f Tertull. ad-
uer. Valent.
cap. 22.I I I.
CETERA VA-
LENTINI
IMPIA DOG-
MATA.g Tertull. ad-
uer. Valent.
c. 29. & 30.
ADVERSAN-
TES MAR-
TYRIO VA-
LENTINIA-
NI.h Tertull. in
Scorp. c. 1.

I V.

Hic igitur sicut ab Hesiodi Theogonia triginta deos, ita à Platone mutuatus est Ideas: hancque simul miscens cum Euangelio Ioannis, quo tantum utebatur; monstrum horrendum conflauit, tricupiti Cerbero longè deformius. Triginta enim deos cum fingat, quos Saecula nominat, eorum quindecim masculos, ac totidem numerat feminas; eorumdemque permixtione alios generari; ex iis Saluatorem omnium, veluti Pandoram Hesiodi, ex omnium vult deorum munere esse perfectum. Vnde egregie Tertullianus^d: Igitur ex aere collatio (quod aiunt) in honorem & gloriam Patris, pulcherrimum Pleromatis sidus fructumque perfectum compingunt, Iesum: eum cognominant Soterem, Christum, & Sermonem, de patruitis: & omnia iam, vt ex omnium defloratione constructum, Graculum Aelopi, Pandoram Hesiodi, Accij Patinam, Nestoris Cocetum, & Miscellaneam Prolemæi. Quam propius fuit de Atticis historiis, Pancarpium vocari à tam otiosis auctori- bus nominum.] hanc Tertullianus. Porro triginta Aeonum, hoc est, Saeculorum Valenti- ni nomina, captu difficilia, simul posita & interpretata, atque magno labore distincta ac figurata ab erudito viro Pamelio apud Tertullianum habes; quem consulas, vt prodigio- sa haereticorum deliria cernens obtupestas. de quibus & Epiphanius^e: Si comparans (in- quit) his, quae apud Hesiodum & Stesichorum & alios Graecos poetas sunt, apponat: in- ueniet sane ex comparatione, quod eadem sint, & nihil aliud: & ex eo cognoscer, quod nihil aliud admirandum, quam confictam Graecorum poeticam fabulosa Gentium erro- ris ac doctrinae expressit, nulla mutatione facta, quam adulteratae apud ipsos barbaricae nominum effictionis.] vnde & merito ait Tertullianus^f: Ouidius Metamorphoseis suas deleuisset, si hodie maiorem cognouisset.]

Quod autem ad Valentini cetera dogmata & mores pertinet: docuit impiè, D. Iesum Christum sic natum de Virgine, vt ex ea nihil acceperit, sed per ipsam velut per canalem transierit, carnemque è caelo secum deuexerit^g. Negauit & resurrectionem eiusdem car- nis; sed aliud esse ex alio corpus componendum; imò nec omnium esse resurrectionem. Tria enim constituit genera hominum, Carnale, Animale, & Spirituale, cuius generis se suosque esse dicebat. Spiritualibus aiebat non esse necessarias operationes, sed Psychi- cis, hoc est, Animalibus hominibus; horumque, vt Spirituales effici possent, debere esse abstinentiam atque martyria, & alia huiusmodi, quibus se iam esse solutos asse- rebant, quod iam perfecti euassissent.] hanc pluribus Tertullianus^h: qui & in Scorpiaco ad- uersus Valentinianos, martyrium iubeundum esse negantes, plura quippe qui experi- mento nouisset, horum sermonibus magnam credentibus inferri solitam esse iacturam, cum Christianos persecutio vrgeret. nam ait inter alia: Hoc apud Christianos persecu- tio est. Cum igitur fides aetuat, & Ecclesia exurit, de figura rubi, tunc Gnostici erum- punt, tunc Valentiniani proserpunt, tunc omnes martyriorum refragatores ebulliunt, E callentes & ipsi offendere, figere, occidere.] & paulò post, quibus niterentur verbis, subdit, quod quererentur pati innocentes, malè tractari sectam nemini molestam, peri- reque homines sine causa. Addunt insuper (inquit) vanitatem esse atque dementia, pro Deo mori.] hancque inculcare: Semel Christus nobis obiit, semel occisus est, ne oc- cideremur. Si vicem repetit; num & ille salutem de mea nece expectat? An Deus homi- num sanguinem flagitat? maxime si taurorum & hircorum reculat: certe peccatoris poe- nitentiam mauult, quam mortem.] hanc & alia plura id genus ab iis iactari solita, tradit Tertullianusⁱ. Magna profecto haec erat tentatio in Ecclesia: quamobrem idem auctor librum illum aduersus Gnosticos, quo nomine etiam Valentiniani dici voluerunt, De bono martyrij inscribi voluit.

Ad haec insuper, tertium genus dicebant hominum, quos Carnales appellabant, ho- rum-

CHRISTI
145.TELESPH. PAP.
4.ANT. PII IMP.
6.

A rumque esse deteriorem conditionem: nimirum, quod licet bonis niterentur operibus, nullatenus tamen consequi possent salutem. Rursum Valentiniani se ipsos saluandos anima & corpore, Animales verò per bona opera, sed tantum anima: porro animas An- gelis nuptui tradendas esse fabulabantur. Quales autem fuerint horum mores, qui se nul- lis bonis operibus teneri obligatos dicerent, facile quisque poterit existimare. Cum- que iidem collegio Gnosticorum fuerint associati; quales fuerint ipsorum turpitudines, iam semel dixisse sufficiat. sed satis modò putamus hic breuiter recitare, quae sanctus Ire- naeus^a de iis narrat in haec verba: Idolothya indifferenter manducant, nihil inquinari ab iis putantes: & in omnem diem festum Ethnicorum pro voluntate in honore eorum factum primi conueniunt, vt in nihilo quidem abstineant, quod est apud Deum & apud homines otiosum muneris homicidiale spectaculum. Quidam autem & carnis volupta- tibus insatiabiliter inseruientes, carnalia carnalibus, spiritualia spiritualibus reddi dicunt. B Et quidam quidem ex ipsis clam eas mulieres quae discunt ab eis doctrinam hanc, cor- rumpunt: quemadmodum multae saepe ab iis suasae, post conuersae mulieres ad Eccle- siam Dei, cum reliquo errore & hoc confessae sunt. Alij verò & manifestè, ne quidem erubescerent, quascumque admauerint mulieres, has à viris suis abstrahentes, suas nuptas fecerunt. Alij verò valde modestè initio, quasi cum sororibus fingentes habi- tare, procedente tempore manifestati sunt, grauida fore ad fratrem facta, & alia multa odiosa & irreligiosa facientes. Nos quidem, qui per timorem Dei timemus etiam vs- que in mentibus nostris & sermonibus peccare, arguunt quasi idiotas & nihil scientes: se ipsos extollunt, perfectos vocantes & semina electionis: nos enim in vsu gratiam ac- cipere dicunt; quapropter & à nobis auferri, semetipsos autem propriè possidere.] ha- stenus Irenaeus.

C Hinc quoque est, quod ait Tertullianus^b, consueuisse Valentinianos appellare Catho- licos, Simpliciter: aduersus quos ipse agens, satis commendat in Ecclesia simplicitatem, at- que sine furo sinceram veritatem, & sine malitiae tinctura candorem innocentiae; sed & in ipso aedificio, quo Fideles conueniunt, quam Ecclesiam dicimus, elucere simplicita- tem; nam ait: Nostra columbae domus simplex, etiam in editis semper & apertis, & ad lucem amat figuram Spiritus sancti, Orientem, Christi figuram.] atque è contrario Valen- tinianos in suis ipsorum ritibus imitari ait^c secreta Eleusynia: quippe qui nihil magis stu- deant (inquit) quam occultare quod praedicant: ac secretè agentes, multae apud ipsos ef- fense fores, multisque obductae velis, & silentium perpetuò custoditum. Hinc quoque ac- cidisse putamus, vt Romae, vbi Valentinus diu versatus est, nequaquam ipsa sacra (vt mos est in Oriente) velis inter agendum obductis operirentur: sed patentibus omnibus non tantum clara diei luce, sed luminaribus incensis, fierent vbique clara atque perspicua: si- quidem nihil veritas erubescat, nisi solummodò abscondi: ac proinde ne panis velis oc- cultata sacrificia sacris illorum viderentur esse similia; omnia aperta, omnibusque paten- tia consultò Romana Ecclesia sacra mysteria esse voluit.

D Rursum verò quod ad Valentini nefanda dogmata pertinet: tradit in homine ineffe- habitantes iniquos spiritus, qui eum ad omne malum impellant. De his enim agens, hanc recitat Clemens Alexandrinus^d: Valentinus scribens ad aliquos, his verbis scribit de appendicibus: Est autem vnus bonus, cuius fiducia est ea quae fit per filium manife- statio; & per eum solum potest cor fieri mundum, ex corde extruso omni maligno spiri- tu: multi enim in eo habitantes spiritus id mundum esse non sinunt: vnusquisque autem eorum propria efficit opera, saepe non conuenientibus insultans cupiditatibus.] Idem Clemens^e de alia eiusdem Valentini haeresi sic: Valentinus in epistola ad Agatho- podem: Cum omnia, inquit, sustinisset, erat continens, diuinitatem operabatur Ie- sus: edebat & bibebat propriè, non reddens cibos: tanta ei inerat vis continentiae, vt et- iam nutrimentum in eo non interierit, quoniam ipse non habuit interitum.] hanc erat Valentini opinio de incorruptibili.

V I I.
Præter epistolae Clemens & Epiphanius, scripsisse Valentinum Euange- lium tradit Tertullianus^f: Euangelium, inquit, habet suum præter haec nostra.] conti- nuisse illud infantiam Saluatoris, ex iis quae Irenaeus^g scribit, facile intelligi potest: qui etiam ait, inenarrabilem multitudinem apocryphorum ab eo fuisse collectam, quibus ad suas praestigias illustrandas vti solet. At non eius tantum Euangelij meminit Ter- tullianus^h, sed etiam Psalmodum, & commentarij, cuius Sophia titulus esset. Porro quod

Annal. Eccl. Tom. 2.

K 2

quod

ALIA VA-
LENTINI
DE MEN-
TIAE.Iren. lib. 1.
cap. 1.
VALENTI-
NIANORVM
MORES.v.
Tertull. ad-
uer. Valent.
cap. 23.Eod. lib. c. 1.
OCCULTA
MYSTERIA
HAERETI-
CORVM.v r.
Clem. Alex.
Str. m. lib. 2.
ALIA DELI-
TIA VALEN-
TINI.Clem. Stro-
mat. lib. 3.V I I.
VALENTINI
SCRIPTA.
Tertull. de
praescrip. c. 49.
Iren. lib. 1. c. 17.
Tertull. de
carne Christi
c. 20 & adu.
Valent. c. 1.

quod pertinet ad mysteria initiandorum credentium; tot fuisse apud eos ritus, quot antistites, Irenæus^a affirmat, qui sex modos ab eis seruatōs refert, quos breuitatis causa recensere prætermittimus.

VIII. Quinam verò fuerint Valentini præcipui sectatores, qui ad eius cloacam alias quam plurimas egresserunt fordes, narrat Tertullianus^b his verbis: Eam viam postmodum Ptolemeus intrauit, nominibus & numeris Æonum distinctis in personales substantias, sed extra Deum determinatas, quas Valentinus in ipsa summa diuinitatis, vt sensus & affectus motus incluserat. Deduxit & Heracleon inde tramites quosdam, & Secundus, & magus Marcus: multum circa imagines legis Theotimus operatus. Ita nusquam iam Valentinus; & tamen Valentiniani, qui per Valentinum. Solus ad hodiernum Antiochiæ Axionicus memoriam Valentini integra custodia regularum eius consolatur.] hucusque Tertullianus, qui rursus alibi^c: Talia, inquit, ingenia fructificant apud illos ex materni sermonis redundantia. Atque ita insolescentes doctrine Valentinianorum, in siluas iam exoleuerunt Gnosticorum.] at de Valentini sectariis agemus inferius.

IX. Qui verò scripserint aduersus Valentinianos, idem auctor^d docet his verbis: Nec vndique dicemur ipsi nobis finxisse materias, quas tot iam viri sanctitate & præstantia insignes, nec solum nostri antecessores, sed ipsorum hæresiarcharum contemporales, instructissimis voluminibus & prodiderunt, & retulerunt, vt Iustinus philosophus & martyr, & Miltiades Ecclesiarum sophista, vt Irenæus omnium doctrinarum curiosissimus explorator, vt Proculus nostræ virginis senectæ & Christianæ eloquentiæ dignitas, quos in omni opere fidei, quemadmodum in isto, optamus assequi.] In isto, dicit Tertullianus, quoniam & ipse aduersus eosdem Valentinianos hæreticos strenuè laborauit: etenim non vnum tantum aduersus Valentinianos edidit commentarium; sed (vt diximus) in eo quem Scorpiacum inscripsit, Valentini oppugnat hæresim; & in alio quem elaborauit de Carne Christi, eiusdem ea de re confutat errorem. His addit Theodoretus Theophilum Antiochenum, Philippum Gortynæ Episcopos, Modestum, Origenem, Rhodonem, Hippolytum, & Eusebium Emisenum. iis iungendi quoque fuissent Clemens Alexandrinus & Epiphanius.

X. Sed mira fuit Valentinianorum procacitas, de quibus ait Tertullianus: Conuinci possunt, sed suaderi non possunt] fuisseque veluti lubricos angues spiris inflexos, vndique latebras captantes. Nam ait Irenæus^e: Cum enim ex Scripturis arguuntur, in accusationem conuertuntur ipsarum, quasi non rectè habeant, neque sint ex auctoritate, & quia variè sint dictæ, & quia non possit in his inueniri veritas ab his qui nesciant traditionem.] & paulo post: Cum autem ad eam iterum traditionem quæ est ab Apostolis, quæ per successiones presbyterorum in Ecclesiis custoditur, prouocamus eos: aduersantur traditioni, dicentes se non solum presbyteris, sed etiam Apostolis existentes sapientiores, sinceram inuenisse veritatem: Apostolos autem admiscuisse ea quæ sunt legalia Saluatoris verbis: & non solum Apostolos, sed ipsum Dominum modò quidem à Demiurgo, modò autem à medietate, interdum autem à summitate fecisse sermones: se verò indubitè & incontaminatè & sincerè absconditum scire mysterium. quod quidem impudentissimè est blasphemare suum factorem. Euenit itaque, neque Scripturis iam, neque traditioni consentire eos.] hucusque Irenæus.

XI. Qui tamen, quod sibi visum est potentius telum, ex legitima Apostolorum traditione in Romana Ecclesia fideliter conseruata, ad omnem illorum pertinaciam infringendam comparatum, validissimè intorquet, sic dicens^f: Sed quoniam valde longum est, in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum numerare successiones, maxime & antiquissimæ & omnibus cognitæ, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam, propter sui potentioris principalem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique Fideles: in qua semper ab his qui sunt vndique, conseruata est ea quæ est ab Apostolis traditio.] Tantum abest igitur, vt Romana Ecclesia (quod impudentissimè garrunt Nouatores hæretici) prædicatione Valentini, Marçonis, & aliorum qui Romæ hæresim publicè professi sunt, fuerit violata, vt Irenæus & alij

^a Iren. lib. 1. cap. 18.

^b Tertull. ad uers. Valent. cap. 4.

^c Tertull. ad uers. Valent. in fine.

^d Iren. lib. 3. c. 2.

^e Iren. lib. 3. c. 2.

^f Iren. lib. 3. cap. 3.

A & alij aduersus eos nihil fortius nec vehementius obiecerint, quam Ecclesiæ Romanæ ex Apostolica traditione, in ea illibata & incorrupta conseruata, doctrinam. At de Valentino hætenus.

Quod verò ad eius progeniem spectat: ex Valentini schola, quæ & Gnosticorum dicta fuit, progressa est hæresis Ophitarum: qui (inquit Irenæus^a) Sapientiam serpentem factam dicunt, & agnitionem hominibus immisisse. Huius hæresis auctorem fuisse Euphratem quemdam, tradit Origenes^b contra Celsum. Derestabantur Ophitæ, qui serpentem (à quo & nomen acceperunt) vt Dei sapientiam colebant, Deum omnium creatorem, quem humano generi inuidentem dicerent esse Deum Iudæorum. Porro horum originem antiquam adeo fuisse, vt Valentino haud posteriores fuerint, ex eo cognosci facile potest, quòd Celsus, qui vixit temporibus Hadriani (vt idem Origenes testatur) haud dubium & Antonini, eorum dogmata callens, contumeliæ causa, quasi Christianis omnibus essent communia, eadem Catholicis obicere solitus erat. de quibus idem Origenes aduersus eum: Tantum (inquit) abest, vt hi Christi sint sectatores, vt non minus quam Celsus hic Iesum incusent; nec eorum quispiam in concilium prodeat, nisi execrationes & maledicta in Iesum prius congesserit. Aduerte autem quam temerè in his gerit Celsus, quæ aduersus Christianos oblatrat: quandoquidem cum nostræ religionis hominibus Ophitas istos contulerit, qui ne Iesu quidem velint nomen audire.] de his agens Tertullianus^c, Nicolaitis eos accessisse tradit: Qui, inquit, serpentem magnificant in tantum, vt illum etiam ipsi Christo præferant. & paulo post: Ipsum introducunt ad benedicendam eucharistica sua.]

C Quomodo autem hæc facerent, sanctus Augustinus^d his verbis describit: Habent vnum colubrum, quem nutriunt & venerantur: qui & incantante sacerdote egreditur de cauerna, & ascendit super altare innixum speluncæ, & oblationes eorum lambit, & inuoluens se circa eas, regreditur ad speluncam, & ita confringunt oblationes in eucharistiam, quasi à serpente Christo (vt illi putant) sanctificatas.] hæc Augustinus, ex Epiphanius^e (vt apparet) qui de Ophitis agens, post eadem recensita, hæc addit: Non solum frangunt panes, in quibus serpens inuolutus est, & accipientibus tradunt; sed vnusquisque salutem serpentem, & osculatur ex ore, siue per præligias quasdam serpente ad mansuetudinem incantato, siue ex alia diaboli operatione ad hos decipiendos, ipso animalculo blandiente: adorant hunc, & gratiarum actiones dicunt.] hæc & alia complura de Ophitis Epiphanius. Quod verò ait sanctus Augustinus, Ophitas dixisse Christum illum fuisse serpentem qui decepit Euam; Theodoretus^f addit, ex Ophitis quosdam affirmasse, Christum in serpentis speciem transmutatum. Nec repugnant hæc iis quæ recitauimus ex Origene; hos scilicet, cum serpentem adorant, Christum Iesum blasphemis impetere solitos: nam ingens & execranda blasphemia erat, serpentem illum Christum dicere. Ceterum licet antiquam, tamen obscurissimam hanc dicit fuisse hæresim Origenes^g, quippe quoniam suo tempore Ophitæ nusquam apparerent, & vel penitus desissent, vel pauci admodum reliqui essent. At de Ophitis plura Epiphanius, Philastrius, Augustinus, Theodoretus, Isidorus, Ioannes Damascenus, & alij, qui hæreticorum catalogum texuerunt: & licet alij eorum à Valentino (vt diximus) alij à Nicolaitis, alij verò à Carpocrate dictos, superius demonstraui.

E Videas ex his planè diabolum Christi crucis virtute percussum, ex idolis fugatum, & penitus profligatum, inopia sanè consilij, pristinam illam, quam olim decipiens primos parentes induerat formam, noua hæresi excogitata repetere, & diuinum in ea sibi cultum, prout posset, arripere: quippe qui (quod vtique obseruatione dignum est) iisdem planè temporibus non ab hæreticis tantum, sed ab Ethnicis per impostorem quemdam curauit sibi itidem in colubro honorem diuinum impendi. His namque Antonini temporibus accidit, quod Lucianus^h in Alexandrum impostorem declamat, hominem ex eorum numero, qui magiam & incantationes profitentur. erat hic ex schola Apollonij Tyanæ; atque ex falsis confictisque Sibyllinis oraculis Æsculapium in Bithynia apparituum prænuntians, serpentem palam adorandum exposuit: illumque Æsculapium esse, falsò commentus; magnam ob responsa, quæ à se conficta dare solebat, corrasit ex confluentium oblatione pecuniam. Aperuit enim huius dementia officinam Abomi in Ponto, illucque Ponticis, Paphlagonibus, Bithynis, Ionibus, Galatis, Cilicibus, & aliis Asiæ populis

XII.
^a Iren. l. 1. c. 34. in fine.
^b Orig. cont. Cels. lib. 2. OPHITARVM HÆRESIS.

^c Tertul. de præf. c. 47.

XIII.
^d Aug. de hæres. ad. 2. quod. multitudine. OPHITARVM SACRANEANDA. ^e Epiph. hæres. 37.

^f Theod. hæres. fab. lib. 1.

^g Orig. cont. Cels. lib. 6.

XI V.
DIABOLVS RVRSVS IN FORMA SERPENTIS VVLT COLL.

^h Lucianus in pseudomate. ALEXANDER IMPOSTOR PRODIT.

confluentibus, magnum nomen consecutus est: vsque aded, vt ab ipsa vrbe Roma atque A tota penè Italia ad nouum oraculum cunctis vocale concurrerent, & inter alios, qui Romano præerat exercitui Rutilianus, qui eo vsus est familiarissimè: sed & qui cum exercitu erat in Armenia Seuerianus, ad idem consulendum oraculum misit, sed falso est responso eius elusus. Quæ omnia pluribus Lucianus, qui tam insignem hominis imposturam, tamquam in scena tragœdiam, egregiè repræsentat, qui etiam ait, confinxisse impostorem, numen, quod in serpente colebant, professum esse, se præ ceteris esse Christianis infensum: quippe qui perspicuè intelligentes impij nebulonis commenta, conficto deo detrahare non desinerent: ob idque Christianos, quibus Pontus abundabat, lapidibus prouincia pellendos esse, illud commentitium dictabat oraculum. Simulabatque Epicureos quoque, quod deos negarent, à numine odio haberi.

XV.
QVID PRÆ
FARETVR
IN SACRIS
IMPOSTOR.

Quæ autem, dum suos initiaret, impostor ille præfari soleret sacerdos, idem quoque iis B recitat verbis: Primo quidem die, Atheniensium ritu, denuntiatio fiebat huiusmodi: Si quis impius, aut Christianus, aut Epicureus mysteriorum explorator accessit, discedat. Ceterum qui deo credunt & parent, sacris feliciter initientur. Sub hæc protinus exigebantur, illo præeunte, dicenteque, Foras pellantur Christiani.] Perdurasse verò ait eiusmodi fabulam multis annis, eliciente illo ex eo serpente singulis annis octoginta vel saltem septuaginta drachmarum millia: demum ipsum strophæ artificem Alexandrum, pede sca- tentibus vermibus putrefacto, annos propemodum septuaginta natum, miserando con- sumptum interitu desisse, idem auctor affirmat. Quomodo autem Marcum Imperato- rem, qui Pio successit, falso responso vnâ cum exercitu huiusmodi oraculû in maximum discrimen adduxerit, suo loco dicemus. Sed nec illud prætermittendum de cultu serpen- tis, quod Dio scribit in Hadriano; nuper eumdem Imperatorem in templo Iouis Olym- C pij, quod Athenis sumptuosissimè erexerat, posuisse pro numine draconem ex India de- portatum. Quod igitur iam muta (vt dictum est superius) reddita essent oracula; quod Gentiles quoquo modo in officio contineret, curauit humani generis hostis per impostu- ram saltem in serpente esse, vel potius videri vocalis. Hæc fuerunt horum temporum commenta, quibus tum hæreticos, tum Gentiles in serpente delusit diabolus. At de his satis: susceptam modò de Valentini sobole narrationem ordine prosequamur.

XVI.
Iren. lib. 1.
cap. 35.
Epiph. hæ-
res. 38.
DE CAIANIS
HAERETI-
CIS.

Valentini feturam aliam fuisse Caianos hæreticos, Irenæus a in primis affirmat. Ve- rum non ex Valentino tantum, sed etiam à Nicolao, Carpocrate, & Gnosticis omnibus hos mutuatos esse venenum ac turpitudinem, Epiphanius b tradit. Totus planè horreo, tam istorum quàm aliorum execrandas recensere blasphemias: sed compellit necessitas argumenti. Eò enim impietatis atque dementiae creuit horum hæreticorum nequitia, vt D rerum ordinem & qualitatem penitus inuertentes, quod malum bonum, & qui ab eo de- nominati essent mali omnes, hos sanctos dicerent atque perfectos, nempe Cain, Core, Sodomitas, & alios id genus homines, & sum mum omnium Iudam Ischariote[m], hosque magna ex virtute esse progenitos. Nec saluari aiebant quempiam, nisi (quod dicebat Carpocrates) per omnes turpitudines eat, & omnia peccata consummet: addentes cui- que perficiendo peccato Angelum esse præfectum. hæc de his pluribus Irenæus, qui eos- dem ait vsos esse pseudoeuangelio, quod Iudæ dicebant.

XVII.
Tertul. de
pres. c. 47.

Sed & Tertullianus c hæc de Caianis pluribus complexus est & explicatiùs his fermè E verbis: Ipsi enim magnificent Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata sit in ipso: nam Abel ex inferiori virtute conceptum, procreatum, & ided infe- riorum repertum. Hi qui hoc asserunt, etiam Iudam proditorem defendunt, admirabi- lem illum & magnum esse memorantes, propter vilitates quas humano generi intulisse iactantur. Quidam enim ipsorum gratiarum actionem Iudæ propter hanc causam reddend- dam putant. Animaduertens enim (inquiunt) Iudas quod Christum vellet veritatem sub- uertere, tradidit illum, ne subuerti veritas posset. Et alij sic contra disputant, & dicunt: Quia potestates huius mundi nolebant pati Christum, ne humano generi per mortem ipius salus pararetur; saluti consulens generis humani, tradidit Christum: vt salus quæ impediabatur per virtutes, quæ obsistebant ne pareretur Christus, impediri omnino non posset, & ided per passionem Christi non posset salus humani generis retardari.] hæc Ter- tullianus. His omnibus consentientia Epiphanius d scribit, additque hos dixisse, Angelos esse oppressores bonorum, adiutores verò malorum, & vnum ex his Moysen excæcasse. Confinxisse insuper addit librum nomine Pauli, quem vocarent Ascensum Pauli.

HORRENDA
MONSTRA
HAERETI-
CORVM.

Epiph. hæ-
res. 38.

Testan-

A Testantur eadem de his Philastrius, Augustinus, & alij his recentiores (quos præmulti- tudine piget enumerare) qui de hæresibus commentarios conscripserunt.

Sed iis aduersi Sethiani, à Seth filio Abel nominati hæretici, ex eodem Valentino ali- qua ex parte descenderunt; dum, sicut ille, nouam esse in Seth generationem hominum dicerent. horum meminit Irenæus a: sed ij, aliis additis fictionibus, à Valentino longius recesserunt; quorum dogma summatim his verbis Tertullianus b complexus est: Huius peruersitatis doctrina hæc est: Duos homines ab Angelis constitutos, Cain & Abel: & propter hos magnas inter Angelos contentiones & discordias extitisse: ob hanc causam illam virtutem, quæ super omnes virtutes esset, quam matrem pronuntiant, dum Abel in- terfectum dicerent, voluisse concipi & nasci hunc Seth loco Abelis: vt euacuarentur An- geli illi, qui duos priores illos homines condidissent, dum hoc semen mundum oritur & nascitur. Permixtionem enim dicunt Angelorum & hominum iniquas fuisse: ob quam causam illam virtutem, quam (sicut diximus) pronuntiant matrem, ad vindictam etiam cataclysmum inducere, vt & illud permixtionis semen tolleretur; & hoc solum semen, quod esset purum, integrum custodiretur. Sed enim illos, qui feminis illos prioris instituis- sent, occultè & latenter, & ignorante illa matre virtute, cum illis octo animabus in arcam misisse etiam semen Cain, quod semen malitiæ non periret, sed cum ceteris conseruatum, & post cataclysmum terris redditum, exemplo ceterorum excresceret, & effunderetur, & totum Orbem impletet & occuparet. De Christo autem sic sentiunt, vt dicant illum tantummodò Seth, & pro ipso Seth ipsum fuisse.] hucusque de his Tertullianus.

Addit Epiphanius c, hæc dilucidius explicans, hos conscripisse libros quosdam nomi- ne magnorum virorum: nempe ex nomine quidem Seth septem libros, alios verò libros d Alienigenas, sic enim vocant: alium autem ex nomine Abraham, quem & Reuelationem esse dicunt, omni malitia refertum: alios item ex nomine Moysis, & alios aliorum.] Mem- minerunt de Sethianis iidem quisuprà scriptores Ecclesiastici. De reliquis autem discipu- lis Valentini, quoniam non nisi cum Valentino defecit, docere cœperunt, temporibus nimirum Irenæi (quod ipse tradit) opportunius suo loco inferius agemus. Hæc autem de Caianis & Sethianis, quod illorum ortus certum tempus inexploratum sit, sub Valenti- no, ex quo deduxere principium, sunt collocata: licet à Tertulliano ante Valentinum po- nantur, ab Epiphanio autem & aliis postea.

XVIII.
SETHIANI
HAERETICI
Iren. l. 1.
c. 7. 14. 24.
Tertull. de
pres. c. 47.

XIX.
Epiph. hæ-
res. 31.
LIBRI SE-
THIANO-
RYM.

IESV CHRISTI TELESPHORI PAP. ANTONINI PII IMP.

ANNVS
145.

ANNVS
5.

ANNVS
7.

D

Centesimo ac quadragesimosexto Christi anno, Auito & Maximo Coss. Marcion I. Ponticus, nouum portentum, ex improuiso recens emerfit hæresiarcha. Cum autem sub Antonino Pio eum docere cœpisset, omnium sit eadem sententia: quoto anno eius Im- perij nefarium aggressus sit opus, licet Tertullianus d se minus curasse inuestigare dicat, ta- men ex his quæ mox subinfert, certus annus initij Marcionis hæresis consignari posse vi- detur. nam ait: Quoto quidem anno Antonini maioris de Ponto suo exhalauerit aura ca- nicularis, nõ curauit inuestigare. De quo tamen constat, Antoninianus hæreticus est, & sub Pio impius. A Tiberio autem vsque ad Antoninum anni ferè centum quindecim, & di- midium anni cum dimidio mensis: tantumdem temporis ponunt inter Christum & Mar- cionem.] hæc cum scribat Tertullianus, numerans à Christi exitu vsque ad Marcionem spatium centum & quindecim annorum cum dimidio, mensisque dimidio: cumque eius- dem Tertulliani ea sententia de Christi annis fuerit (vt superius est fusiùs demonstratum) anno ætatis suæ trigésimo sub Consulatu Rufi atq; Rubellij Geminorum esse passum: si quis ab eo tempore deducat præscriptum annorum numerum, qui ab eo tempore vsque ad Marcionis exordium excurrerunt; planè inueniet, hoc anno Domini centésimo qua- dragesimosexto Marcionem cœpisse docere. Hæc quod ad tempus spectat.

Ar quoniam (vt idem auctor est Tertullianus e) Cerdonis Marcion discipulus fuit: que ipse primùm de Cerdone scribit, in medium adducamus. ait enim: Accedit his Cerdon quidam: hic introduxit initia duo, id est, duos deos, vnum bonum, & alterum sæuum: bonum superiorem; sæuum hunc, mundi creatorem. Hic Prophetas & legem repudiat,

II.
Tertull. de
pres. c. 51.
DE CERDO-
NE MARCIO-
NIS MAGI-
STRO.

K 4

Deo

Deo creatori renuntiat, superioris Dei filium Christum venisse tractat: hunc in substantia carnis negat, in phantasmate solo fuisse pronuntiat: nec omnino passum, sed quasi passum: nec ex virgine natum, sed omnino nec natum. Resurrectionem animæ tantummodò probat, corporis negat. Solum Euangelium Lucæ, nec tamen totum, recipit. Post hunc discipulus ipsius emerfit Marcion quidam nomine, &c.] hæc de Cerdone Tertullianus. De quo item meminit Irenæus^a, qui dum ait Cerdonem venisse Romam sub Hyginio Papa, planè declarat, eundem, licet Marcionis magistrum, eodem tamen tempore docuisse; licet alibi^b eum ante Marcionem fuisse dicat. Hyginium enim tempore Antonini Pij Romanam Ecclesiam curasse, certum est.

^a Iren. lib. 1. cap. 23.
^b Iren. lib. 2. cap. 4.

III. Quod verò idem Irenæus numeret eundem Hyginium modò octauum, modò nonum Romanæ sedis Episcopum, inde accidit, quod (vt aliàs dictum est) ipsum Clerum, vt alij plerique, cum Anacleto conflauerit: & cum eum ponit octauo in ordine loco, manifestum est incipere numerare ab eo, qui Petro successit, Lino: cum verò eum superius loco nono ponit, ab ipso Petro certum est numerasse. At de Cerdonis inconstantia, qui veniens Romam sub Hyginio palinodiam recantauit, & iterum lapsus est in suum errorem hæc idem Irenæus^c: Cerdo autem qui ante Marcionem, & hic sub Hyginio, qui fuit octauus Episcopus, sæpè in Ecclesiam veniens, & exomologesin faciens, sic consummavit, modò quidem latenter docens, modò verò ab aliquibus traductus in his quæ docebat malè, & abstentus est à religiosorum hominum conuentu.] hæc Irenæus de Cerdone. Eum autem non solum à Simone mago, sed & à Saturnino accepisse quam propagauit hæresim, auctor est Epiphanius^d, qui eum primò docuisse tradit in Syria, ac demum se contulisse Romam.

^c Iren. lib. 1. cap. 23.
^d Iren. lib. 2. cap. 4.

IV. Quod verò pertinet ad Marcionem Cerdonis discipulum, quem hoc anno hæreses docere cœpisse, Tertulliani testimonio diximus: prodiit hic primò ex Stoicorum schola philosophus, sicut Valentinus (quod diximus) à Platone. Vnde Tertullianus f: Vbi tunc Marcion, Ponticus nauclerus, Stoicè studiosus? vbi tunc Valentinus, Platonice sectator?] Ex philosophorum officina prodiisse hæreses horum temporum, idem Tertullianus docet, cum ait g: Ipse denique hæreses à philosophia subornantur. Inde Æones & forme, nescio quæ, & trinitas hominis apud Valentinum: Platonice fuerat. Inde Marcionis deus melior de tranquillitate: à Stoicis venerat. Et vt anima interire dicitur, ab Epicureis obseruatur. Et vt carnis restitutio negetur, de vna omnium philosophorum schola sumitur. Et vbi materia cum Deo æquatur, Zenonis disciplina est. Et vbi aliquid de igneo deo allegatur, Heraclitus interuenit. Eadem materię apud hæreticos & philosophos volutantur, iidem retractatus implicantur.] hæc Tertullianus, sed D de iis superius aliàs.

^e Idem vbi sup. c. 7.

V. Quod verò ad genus & vitæ mores Marcionis spectat: Hic (inquit Epiphanius^h) genere Ponticus fuit, ex vrbe Sinope. Qui prima vita sua virginitatem exercuit; solitarii enim vixit, & Episcopi sanctę nostrę Ecclesię Catholicę filius fuit. Progressu verò temporis circa virginem quamdam corrumpitur; & decepta virgine, se ipsum atque illam à spe detraxit. Et cum illam corrupisset, à proprio patre ex Ecclesia eiicitur. Erat enim pater ipsius propter excellentem pietatem illustris, & veritatis insigniter studiosus, in Episcopatus ministerio honestè viuens perseuerabat. Marcion autem multum supplicans, ac veniam precatus, eam à patre non impetravit: dolor enim vexabat venerandum senem ac Episcopum, quod non solum lapsus esset ille, sed quod etiam ipsi dedecus afferret. Cum autem affecutus non esset ab ipso per blandicias quę petebat, non ferens multorum ludibrium, ab vrbe sua aufugit, & venit Romam, cum mortuus esset Hyginus Episcopus Romanus (hic autem nonus erat à Petro & Paulo Apostolis) & cum senibus adhuc supersticijs à discipulis Apostolorum congressus, petebat vt in congregationem reciperetur; & nemo id ipsi permittebat. Æmulatione igitur elatus, vbi non accepit præidentiam & Ecclesię ingressum, excogitat sibi ipsi consilium, & ad impostoris Cerdonis sectam confugit.] & post alia: Hoc igitur clarè ipsis dicebat: Cur non voluistis me suscipere? Cum autem illi dicerent: Non possumus hoc sine permisso patris tui facere, vna est enim fides & vna concordia; & non possumus aduersari bono comministro nostro, patri autem tuo. æmulatione igitur commotus, & ad magnam indignationem ac superbiam elatus, fissuram effecit sibi ipsi, hæresim erigens, ac dicens: Ego findam Ecclesiam vestram, & mittam fissuram in ipsam in æternum.] hæc & alia de Marcione Epiphanius.

^h Epiph. hæres. 42.

Verum

A Verum non propter stupri illati crimen & excommunicationem fuisse ab Ecclesia Romana reiectum, sed propter hæresim, quam, antequam Romam venisset, fuerat confectus, ex multis probatur. Sed prius de tempore eius in Urbem aduentus, & quid de ea re alij scripserint, peruestigandum. Cum enim (vt vidimus) Epiphanius tradat, post Hyginij mortem, nempe sub Pio, qui illi successit, Marcionem Romam se contulisse: idem ipse inferius^a, post tempora Aniceti, quem nonum dicit Urbis Episcopum, illuc venisse confirmat, ac proinde sub eius successore Sotere, insinuare videtur. Ceterum Irenæus^b eum ante Anicetum, vel sub eo, Romam venisse demonstrat, cum ait, S. Polycarpum Romam venientem sub Aniceto, complures ex iis qui fuerant decepti à Marcione ad Catholicam Ecclesiam reuocasse: hæcque de congressu Polycarpi cum Marcione addit: Ipse autem Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti sibi, ac dicenti, Cognoscis nos? respondit: Cognosco te primogenitum satanæ. Tantum Apostoli & horum discipuli habuerunt timorem, vt neque verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulterauerant veritatem.] recitat eadem Eusebius^c. Porro Tertullianus^d sub Eleuthero Romano Pontifice Marcionem lapsum, & ab Ecclesia eiectum, affirmare videtur, dum ait, agens de Valentino ac Marcione: Constat illos neque adeò olim fuisse, Antonini ferè principatu, & in Catholicam primò doctrinam credidisse apud Ecclesiam Romanensem, donec sub Episcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam semper eorum curiositatem, qua fratres quoque vitabant, semel & iterum eieci.] hæc Tertullianus.

^a Epiph. hæres. 42.
^b Iren. lib. 2. cap. 3.
^c Euseb. lib. 4. c. 13.
^d Tertull. de præsc. c. 30.

B Verum hæc sunt intelligenda, cum postremò ab Eleuthero Marcion damnatus est: aliàs sibi ipsi auctor contrarius esset: quippe si (quod sæpius profiteretur) Marcionis hæresis sub Antonino Pio exorta est, quomodo sub Eleuthero cœpisse potuit, cum omnium sententia constet, longè post Antonini obitum Eleutherum Romæ sedisse? cum alioqui idem ipse Tertullianus^e in priori commentario, quem aduersus Marcionem metro conscripsit, sub Aniceto Papa ipsum Romam venisse testetur. Hæc igitur adeò inter se diuersa, sic in vnam simul consentient veritatem, si dixerimus, quod exploratum est, eundem Marcionem sæpè Romæ palinodiam recantasse, eundemque eadem ex causa sæpius venisse Romam: neque Romæ primùm, sed in Oriente, sub Antonino Pio hæreses docere cœpisse hoc ipso anno, vt eiusdem Tertulliani auctoritate superius dictum est. Immodò si Origeni credimus, qui tradit Celsum Epicureum sub Hadriano Imperatore scripsisse aduersus Christianos commentarios suos, in quibus sæpè mentionem habuit hæresis Marcionis: necesse est dicere, iam ante Antonini tempora sub Hadriano esse Marcionis hæreses peruulgatas. Philastrius^f eum primò in Asia errores docuisse, ibique à Ioannis Apostoli discipulis potius, quam ab ipso Ioanne conuictum, Romam venisse tradit. Sicque, quod dixit Tertullianus, Marcionem Catholicam se doctrinam sectari, Romæ significasse; ex eo accidit, quod idem^g auctor ait, ipsum, vt reciperetur, scriptis Catholicam fidem esse professum. Sed quomodo inconstans animo, nec perstans in sententia, semel ac iterum ab Ecclesia eiectus fuerit, suo loco, eodem auctore, dicemus.

^e Tertull. lib. 3. in hæres. Marcion.
^f Philastr. de hæres. c. 46.
^g Tertull. contra Marcion. lib. 4. cap. 4.

C Sed vt ad eius recensendas hæreses tandem deueniamus: illud in primis Marcion conatus est, vt Cerdonis dogma de duobus principiis stabiliret, adscita (vt sibi videbatur) accommodata ad eam rem probandam Euangelij sententia, quænam hæc fuerit, Tertullianusⁱ declarat his verbis, à principio rem exordiens: Marcion quidam nomine, Ponticus genere, Episcopi filius, propter stuprum cuiusdam virginis ab Ecclesiæ communicatione abiectus. hic ex occasione, qua dictum sit^h: Omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem malos: hæresim Cerdonis approbare conatus est; eadem dicere; quæ ille superior hæreticus antè dixerat.] Agens de Marcionis hæresis principio Epiphanius^j, illam item Domini, de non insuendo pannum^m nouum veteri, ipsum ait vsurpassisse parabolam, atque huic coniunctam alteram de non mittendo vinumⁿ nouum in vtres veteres; perinde ac si Dominus his significare voluisset, legem veterem se respuere tamquam malam.

^h Tertull. contra Marcion. lib. 4. cap. 4.
ⁱ Tertull. aduers. hæres. de præsc. c. 51.
^j Epiph. hæres. 42.
^m Lucæ 6. vs. 42.
ⁿ Matth. 9. vs. 17.

D Hisce iactis impietatis fundamentis, in primis, vt Cerdo, duos posuit Deos sibi contrarios, quorum alter bonus, malus verò esset alter; alter legis veteris auctor, alter autem nouæ: proque his stabiendis, Antitheses scripsit, nimirum contrarietates, quibus lex noua veteri aduersatur, vt non ab vno Deo vetus & nouum Testamentum prouenisse, sed planè contrariis, demonstraret: ab illoque malo mundum esse creatum, à bono autem restitutum atque redemptum; huncque fuisse Iesum, soluentem legem atque Prophetas,

^h Tertull. aduers. hæres. de præsc. c. 51.
ⁱ Epiph. hæres. 42.
^j Lucæ 6. vs. 42.
^m Matth. 9. vs. 17.
ⁿ Ibid.

CHRISTI
146.TELESPH. PAP.
5.ANT. PII IMP.
7.

phetas, à Deo Patre missum. Putarunt alij tres Deos à Marcione poni; quos Epiphanius^a A recentens, ait, Addidisse rursus Cerdoni aliud quoddam principium, triaque esse: vnum quidem supremum & innominatum & inuisibile, quod etiam bonum dicere vult, quod nihil ex his quæ in mundo sunt creauit: alterum visibilem Deum, & opificem, huncque esse Deum Iudæorum; diabolum verò, tertium.] Origenes^b autem in hunc modum numerat tres Deos Marcionis, nimirum Deum Iudæorum, Deum Christianorum, tertium verò Gentilium. Imò Tertullianus^c, qui eorum qui extant Marcionis hæreses ceteris accuratius disquisiuit, conuincit ipsum nouem posuisse Deos, nempe, vt ait, in superioribus tres substantias diuinitatis, Deum bonum, Deum malum, & Mundum superiorem; in inferioribus quatuor, Factorem, Locum, Materiam, & Malum, quæ omnia innata vult atque infecta esse, & Deo coæterna: insuper & duos Christos, quorum alter apparuerit Tiberij tempore, alter verò à Creatore promittatur, cum alioqui non nisi duos se Deos B ponere profiteretur, bonorum auctorem alterum, alterum verò malorum. Sed apud Eusebium^d testatur Rhodon Asiaticus, non Marcionem, sed quosdam ex Marcione descendentes, tres naturas atque principia rerum statuisse.

X. Respuit Marcion vetus Testamentum, tamquam à malo Deo prolatum; nouum verò ex animi sui sententia mutilauit: quippe qui cum Christi carnem negaret, quæ Euangelistæ de ea egregie testati essent, nempe Matthæi Euangelium, & partem Lucæ, reiecit: ac demum omnia (inquit Irenæus^e) quæ sunt de generatione Domini conscripta auferens, & de doctrina sermonum Domini, in quibus manifestissime conditorem huius vniuersitatis suum Patrem confitens, Dominus conscriptus est. Semetipsum esse veraciorem, quàm sunt hi qui Euangelium tradiderunt Apostoli, suasis discipulis suis, non Euangelium, sed particulam Euangelij tradens eis. Similiter autem & Pauli Apostoli Epistolas abscedit, auferens quæcumque manifestè dicta sunt ab Apostolo de eo Deo qui mundum fecit, quoniam hic Pater Domini nostri Iesu Christi, & quæcumque ex Prophetis memorans Apostolus docuit prænantibus aduentum Dei.] hæc Irenæus; eadem & ceteri, qui de eius hæresi conscripserunt: sed & ceteris copiosius Tertullianus.

XI. Idemque cum carnem à malo principio dixerit esse exortam, eius omnino negauit resurrectionem, vetuitque eius propagationem: sicque ea ex causa virginitatem prædicans, coniugia respuit atque damnauit. Quamobrem à salute coniugatos penitus excludebat: nam (quod tradit Tertullianus^f) nolebat baptizare coniugatos: Non tingitur, inquit, apud illum caro, nisi virgo, nisi vidua, nisi cælebs, nisi diuortio Baptisma mercata.] Animarum autem earum tantum esse salutem, quæ eius doctrinam didicissent, earumdemque itidem non vnam, sed variam atque diuersam esse naturam, Marcionem docuisse, Origenes^g affirmat. Adiecit his omnibus horrendam blasphemiam (inquit idem qui supra Irenæus^h) vt diceret, Christo ad inferos descendente, esse saluatos Cain, Sodomitas, Ægyptios, & alios omnium nequissimos; Abel autem, & Enoch, & Noë, & reliquos iustos, eò quod non occurrissent ei, nullam participasse salutem: quippe qui amici fuissent Dei Hebræorum, quem Malum diceret.

XII. Animatorum quoque esum damnasse tradunt: immò & omnes simul execrari solitos creaturas Marcionitas, Theodoretusⁱ exemplo declarat, sic dicens: Noui eorum senem quemdam nonagenarium, qui manè surgens, sputi sui excremento faciem suam lauabat: & causam rogatus, dixit, se opus nolle habere Creatore, nec aquam, quæ ex illius operibus est, accipere. Cum autem præsentem dixissent: Quomodo ergo comedis, quomodo bibis, vestiris, & dormis, & quæ constituta sunt mysteria peragis? dixit, se necessitate ductum hoc facere, quod non posset aliter viuere, vel mysteria peragere: & confessus est infanus, vel inuitus, nihil habere eum ab illo qui vocatur Bonus, sed omnibus bonis frui & operibus Creatoris, quem malum Deum putant.] hucusque Theodoretus. In suis itidem sacrificiis & arcanis mysteriis aqua eos vti solitos, Epiphanius tradit^k, insuper & sabbato ieiunare in odium Dei creatoris omnium: cum alioqui Occidentales longè ante Marcionis tempora (vt superius dictum est) alia atque ab ea longè diuersa ratione diei sabbati ieiunium suscepissent religiosè seruandum. Addit his idem auctor, per Marcionem non modò anabaptismum introductum fuisse, sed eum & tertium quoque ad peccata diluenda concessisse baptismum, feminaeque apud eos solitas baptizare. Quintam auctor est Chrysostomus^l, consueuisse Marcionitas mortuos baptizare; cuius fabulæ idem ponit catastrophem. Ad hæc addimus, Marcionitas, quod carnem detestarentur, tam-

^a Epiph. hæres. 42.^b Orig. dial. contra Marcion. lib. 3.^c Tertull. contra Marcion. lib. 1. cap. 15.^d Euseb. hist. lib. 5. c. 13.^e Iren. lib. 1. cap. 29.^f Tertull. aduers. Marc. lib. 1. c. 29.^g Orig. in ep. ad Rom. c. 2.^h Iren. lib. 1. cap. 29.ⁱ Theod. lib. 1. hæres. fabul.^k Epiph. hæres. 42.^l Chrysost. in 1. ad Cor. h. mil. 40.CHRISTI
146.TELESPH. PAP.
5.ANT. PII IMP.
7.

A tamquam ex Malo principio procreatam; quodam furore percitos in eam infantes, vt eam perderent, se sponte martyrio obtulisse. de his namque loquitur Clemens^a Alexandrinus, dum ait: Sunt enim quidam non nostri, sed tantum nominis participes, qui quidem magno studio se ipsos morti contendunt tradere, propter odium in Creatorem miseri mortem cupientes.] hæc Clemens. Indeque accidit, vt ex Marcionitis plures passi reperiantur pseudomartyres.

Ad hæc & alia id genus, quæ ex falsis positionibus consequuntur, conualidanda, ipsum complures scripsisse libros, tradit Tertullianus^b, nimirum Euangelium, Epistolam, Antitheses, & Apostolicum instrumentum. hæc nequissimus hominum commentus est: vt merito aduersus eum agens Tertullianus dicat^c: Nihil tam barbarum ac triste apud Pontum, quàm quod illic Marcion natus est, Scythia tetrior, Hamaxobio instabilior, Mafageta inhumanior, Amazone audacior, nubilo obscurior, hieme frigidior, gelu fragilior, Istro fallacior, Caucaaso abruptior. quid nisi penes quem verus Prometheus Deus omnipotens blasphemis lancinatur: iam & bestiis illius barbarè importunior Marcion.] hæc & alia plura Tertullianus in eum.

Quantum autem intulerit hic detrimenti Ecclesiæ, vix eloquens quispiam consequi verbis posset. Nam Iustinus martyr^d, qui hæc spectauit oculis, Marcioni, inquit, permulti credentes, quasi soli vera scienti, nos derident, nullam illi habentes eorum, quæ asserunt, probationem: sed præter rationem, perinde atque à lupis agni rapti, esca impiorum & à Deo alienorum dogmatum, atque ipsorum dæmonum sunt.] hæc ipse. Atqui non vno in loco, sed in diuersis Orbis partibus Marcion vexillum impietatis erexit: nec vt aliæ hæreses citò, ita eius dogmata extincta sunt: quandoquidem Epiphanius^e, qui scripsit temporibus Theodosij, aduersus eum agens, hæc habet: Eius hæresis adhuc etiam nunc est Romæ, & in Italia, in Ægyptoque, & Palæstina, & in Arabia, ac Syria: in Cypro item, atque in Thebaide, quin & in Perside, & aliis locis reperitur.] sed & Theodoretus sua quoque ætate ingentem in Syria fuisse Marcionitarum numerum, quos se magna ex parte ad Catholicam perduxisse Ecclesiam, scribens^f ad S. Leonem Romanum Pontificem, tradit.

Ceterum non defuerunt, qui statim aduersus marcionis venena pararent antidotum: præstitit id quidem primus omnium Iustinus martyr, qui iisdem cum Marcione temporibus claruit, & in Apologia ad Antoninum Pium, eiusdem cum meminit, ait: Marcion verò Ponticus hodie etiam discipulos suos docet.] & paulo post: Est nobis liber contra hæreses & sectas omnes compositus, quem si legere volueritis, dabimus.] sed priuatim idem Iustinus aduersus Marcionem (vt auctor est Irenæus^g) insignia volumina scripsit: meminit eorumdem Hieronymus^h. Paulo post verò Tertullianus ætate iunior, aduersus eumdem scribens, ingenij sui primitias consecrauit: sed quod præcox nimis sibi visum esset opusculum, elaborata pleniore compositione, rescidit; immò (vt aitⁱ) & de secundo tertium emendatum edidit quinque distinctum libris. Extat nuperque editum opusculum illud, quod se rescidisse testatur, quinque libellis aduersus eumdem Marcionem versu conscriptum. Irenæus etiam Marcionem scriptis suis exagitauit. Rhodon quoque Tatiani auditor (vt Eusebius^k docet) scriptis acriter impugnavit hæresim Marcionis. Itemque (vt testatur Theodoretus^l) Theophilus Antiochenus Episcopus, Philippus Gortynæ, Modestus, Hippolytus insuper, Clemens Alexandrinus, Origenes, Philaltrius, Cyrillus Ierosolymitanus, Eusebius Emislenus, Augustinus, Ioannes Chrysostomus pluribus in locis, Theodoretus, & alij recentiores complures, qui de hæresibus conscripserunt. Cetera autem de Marcione inferius suo loco dicemus.

Numerantur complures Marcionis discipuli famosissimi, vt Potinus, & Basiliscus, & alij: de quibus hæc Rhodon^m: Verum alij (sicut Marcion ipse) duo inducunt principia, inter quos Potinus & Basiliscus numerantur. Isti Ponticum Lycum imitati, cum nullam rerum distinctionem (sicut nec ille) reperire possent, ad vulgarem quamdam & facilem viam se conuerterunt: duoque principia exiliter & ieiunè, nulla demonstratione adhibita, esse affirmarunt. Alij rursus ab illis in deteriores erroris scopulos tamquam procel-la delati, non duas solùm, sed tres naturas constituerunt: quorum quidem (sicut eius disciplinæ propugnatores memorant) dux & princeps fuit Syneros.] hæc Rhodon. Porro quem ipse Lycum Ponticum dicit, eum fuisse existimamus, quem Tertullianus Lucanum appellat, cum aitⁿ: Extitit post hunc Lucanus quidam nomine, Marcionis secta-

XII I.

MARCIONIS
SCRIPTA.
^a Tertull. aduers. Marcion. lib. 1. Pamel. libid. Schol. 2.^b Tertull. aduers. Marcion. lib. 1. cap. 1.

XIV.

^d Iust. mart. in Apolog. ad Antoninum. DAMNA A MARCIONE ILLATA ECCLESIAE.^e Epiph. hæres. 42.^f Habetur in fine secundi tom. operum Theodoret.

XV.

QUI SCRIPSERINT IN MARCIONEM.

^g Iren. lib. 5. aduers. hæres. Hieron. de Scrip. Eccl. in Iustino.^h Tertull. aduers. Marcion. lib. 1. c. 1.ⁱ Euseb. hist. lib. 5. c. 13.^k Theod. lib. 1. hæres. fabul.

XVI.

^m Apud Euseb. hist. lib. 5. c. 3.

MARCIONIS DISCIPULLI.

ⁿ Tertull. de præscrip. c. 51.

seſtator atque diſcipulus : & hic per eadem vadens blaſphemie genera , eadem docet que A Marcion & Cerdon docuerant .]

XVII. APELLES HAERETICUS.

Post hoc (subdit) subsequitur Apelles discipulus Marcionis, qui posteaquam in carnem suam lapsus est, à Marcione segregatus est. Hic introducit vnum Deum infinitis superioribus partibus : hunc potestates multas, Angelosque fecisse : propterea & aliam Virtutem quam dicit, Dominum dicit, sed Angelum ponit. Hoc vult videri, mundum institutum ad imitationem mundi superioris, cui mundo permisuisse poenitentiam, quia non illum tam perfecte fecisset, quam ille superior mundus institutus fuisset. Legem & Prophetas repudiat : Christum neque in phantasmate dicit fuisse, sicut Marcion ; neque in substantia veri corporis, vt Euangelium docet, sed in eo quod è superioribus partibus descendat, ipso descensu fideream sibi carnem & aeream contexuisse : hunc in resurrectione singulis quibusque elementis, quæ in descensu suo mutata fuissent, in ascensu reddidisse, & sic dispersis quibusque corporis sui partibus, in caelo spiritum tantum reddidisse. Hic carnis resurrectionem negat : solo vitur & Apostolo, sed Marcionis, id est, non toto. Animarum solarum dicit salutem. Habet præterea priuatas, sed extraordinarias lectiones suas, quas appellant phaneroſeis, Philumenes cuiusdam puellæ, quam quasi prophetissimam sequitur : habet præterea suos libros, quos inscripsit Sylogismorum ; in quibus probare vult, quod omnia quæcumque Moyses de Deo scripserit, vera non sint, sed falsa sint.] hucusque de Apelle Tertullianus a, qui superius eius erroris fuisse auctricem puellam quamdam, Philumenem nomine, testatur, sic dicens : Prouiderat iam tunc Spiritus sanctus futurum in virgine quadam Philumene angelum seductionis, transfigurantem se in angelum lucis : cuius signis & præstigiis Apelles inductus, nouam hæresim induxit.] Testatur idipsum Rhodon b, cum ait : Apelles vnus ex eorum grege, vitæ instituto, & prouectæ ætatis, ratione valde seuerus & grauis, vnum principium fatetur ille quidem, sed prophetias nostras ex spiritu contrario & sibi repugnante editas constantiter asseuerat : arguta & subtili sententiæ virginis, nomine Philumenes, dæmonio quodam agitata obsecutus.]

a Tertull. de præscrip. c. 6.

b Apud Euseb. lib. 5. c. 13.

XVIII.

DE PHILUMENE HAERETICA APPELLIS FEMINA.

Porro idem qui supra Tertullianus c, fuisse Philumenem Apelli in deliciis, sic scribens testatur : Si & Apellis stemma retractandum est, tam non vetus & ipse, quam Marcion institutor & præformator eius : sed lapsus in feminam, desertor continentie Marcionensis ab oculis sanctissimi magistri Alexandriam secessit. Inde post annos regressus, non melior, nisi tantum quod iam non Marcionites, in alteram feminam impexit, illam virginem Philumenem (quam supra edidimus) postea verò immane prostibulum & ipsam, cuius esset energemate circumuentus, quæ ab ea didicit, Phaneroſeis scripsit. Adhuc in sæculo superstans, qui meminerint eorum, etiam proprii discentes & successores ipsorum, ne posteriores negare possint.] hæc Tertullianus. Immo & Rhodon d se cum Apelle locutum fuisse testatur, sic dicens : Senex Apelles, quoniam nobiscum congressus multa nequiter & improbe dixisse conuincebatur, coactus est fateri, non rationem fidei omnino quærere oportere, sed quemque in ea fide persistere debere, quam professus fuisset. Eos enim, qui in Christum crucifixum spem coniecissent, saluos fore, dummodò in bonis operibus sedulo versari reperirentur.] hæc Rhodon, planè declarans fuisse in confesso in Ecclesia Catholica, ad salutem consequendam, vnà cum recta fide opera esse necessaria ad salutem.

c Tertull. de præscrip. c. 30. d Apud Euseb. feb. hist. lib. 5. c. 13.

XIX.

PHILUMENÆ ARREPTITIA.

e August. de hæres. c. 24.

Idemque Rhodon meminit de Philumene à dæmone femina agitata, cui Apelles omnem fidem præstaret. Verum de ea fusiùs agens Augustinus e, hæc addit : Hic præterea Philumenem quamdam puellam dicebat inspiratam diuinitus ad prænuntianda futura : ad quam somnia atque æstus sui animi referens, diuinationibus seu præstigiis eius secretim erat solitus præmoneri, eodem phantasmate eidem Philumenæ pueri habitu se demonstrante ; qui puer apparens, Christum se aliquando, aliquando esse assereret Paulum : à quo phantasmate sciscitans, ea soleret respondere, quæ se audientibus diceret. Nonnulla quoque illam miracula operari solitam : inter quæ illud præcipuum, quod in angustissimi oris ampullam vitream panem grandem mitteret, eumque extremis digitulis leuare soleret illæsum, eoque solo, quasi diuinitus sibi cibo dato, fuisset contenta.] hucusque de elusionibus Philumenes Augustinus.

XX.

f Hieron. ad Crespionem. aduer. Pelag.

Meminit eiusdem sanctus Hieronymus f, dum aduersus Pelagianos agens, qui præsidio nobilium quoque mulierum vallabantur ; atque diligenti habita peruestigatione consi-

A considerans, nullam propè fuisse hæresim, quæ non habuerit feminam adiutricem (quod experimur hodie in Regina Angliæ, Caluinistarum patrona) ait : Simon magus hæresim condidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio : Nicolaus Antiochenus, omnium imunditiarum repertor, choros duxit femineos : Marcion Romam præmisit mulierem, quæ decipiendi sibi animus præpararet : Apelles Philumenem suarum comitem habuit doctrinarum : Montanus, immundi spiritus prædicator, multas Ecclesias per Priscam & Maximillam, nobiles & opulentas feminas, primum auro corruptit, deinde hæresi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora transcendam. Arius, vt Orbem deciperet, sororem Principis antè decepit. Donatus per Africam vt infelices quosque scetentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus est. In Hispania Agape Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foueam, successoremque sui Priscillianum habuit, Zoroastis magi studiosissimum, & ex mago Episcopum : cui iuncta Galla, non gente, sed nomine, germanam huc illucque currentem alterius & vicinæ hæreseos reliquit heredem.] hæc ex multis sanctus Hieronymus exempli causa pauca collegit, notique Philumenæ occasione voluimus recitasse. At tam de ipsa, quam de Apelle satis. Numerat, præter superos recensitos, alios quoque Marcionis discipulos Theodoretus a, nimirum Blastum, Preponem, & Pithonem.

NULLA HÆRESIS SINE FEMINA ADIVTRICE.

Tot igitur tantisque Ecclesia Catholica vexata pressuris, longeque molestius atque periculosius horum circumuenta dogmatibus, quam Gentilium persequentium exagrata cladibus, planè diruta atque funditus conuulsa fuisset, nisi super firmam petram fundata, & in Petro Christi promissionibus (quod diximus) stabilita, omnibus hostium & aduersantium potestatum ictibus fortior atque solidior semper inconcussa mansisset. Nihil vniquam aduersus veritatem sibi mendacium valuit vsurpare, quin protinus eius fulgore percussum, ceu tenebræ ortu Solis, sui mox senserit detrimentum atque defectum. Qui igitur pro veritate tuenda, aduersus tantam impostorum colluuiem, egregiam nauarunt operam, etsi compluribus aliis ad eos conuincendos vsi sunt argumentis, nullum tamen eo visum est esse præstantius, quam ad Ecclesiam Catholicam prouocare : nimirum vt cum quæ in ea ab Apostolorum temporibus tradita essent, perspicuè demonstrarent, hoc vno omnes illorum infringerent impetus, atque conatus eluderent. His (vt diximus) Irenæus b, prouocans ad omnium antiquarum Ecclesiarum, ac Romanæ potissimum, ab Apostolis manantem traditionem, ad omnes hæreses prosternendas vsus est armis. Hoc sicut nihil validius, ita nec fuit antiquius apud omnes : cum vetus illa vbique in Ecclesia consuetudo vsusque semper viguerit, vt ad dignoscendas hæreses à fide sincera, sicque admixta metalla discriminarentur ab auro, ad lapidem Lydium, ad Catholicam ipsam Ecclesiam vtriusque perlatis, quid adulterinum, quidve purum esset, facile appareret.

Theod. hæret. fabul. lib. 1.

XXXI.

b Iren. lib. 3. cap. 3. VERA FALSISSIMO QVOMODO DIGNOSCANTVR DOGMATA.

In quam sententiam hæc in primis Tertullianus c : Apostolos Domini habemus auctores, qui nec ipsi quidquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed acceptam à Christo doctrinam fideliter Nationibus assignauerunt.] & post multa d repetens à principio, quod vim certæ argumentationis inculcet, ait : Primò per Iudæam contestata fide in Iesum Christum, & Ecclesiis institutis ; dehinc in Orbem profecti, eandem doctrinam eiusdem fidei Nationibus promulgauerunt, & proinde Ecclesias apud vnamquamque ciuitatē condiderunt : à quibus traducem fidei & semina doctrinæ ceteræ exinde Ecclesie mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur, vt Ecclesie fiant. Ac per hoc & ipsæ Apostolicæ deputantur, vt soboles Apostolicarum Ecclesiarum. Omne genus ad originem suam censetur necesse est. Itaque tot & tantæ Ecclesie, vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes : sic omnes primæ, & omnes Apostolicæ ; dum vnā omnes probant vnitatem. Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & contestatio hospitalitatis, quæ iura non alia ratio regit, quam eiusdem sacramenti vna traditio.] ac paulo post : Si hæc ita sunt, constat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis Apostolicis, matricibus & originalibus fidei conspiret, veritati deputandam ; id sine dubio tenentem, quod Ecclesie ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit : reliquam verò doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesie, & Apostolorum, & Christi, & Dei.]

XXXII. Tertull. de præscrip. c. 6. Tertull. eod. l. c. 20. 21.

PROVOCATIO AD ECCLESIAS APOSTOLICAS.

Rursum in eisdem, post multa eodem argumento fortius inculcata, hæc ait e de iis qui se æque Apostolicam prædicare doctrinam dolose iactarent : Ceterum si quæ audent interferere se atati Apostolicæ, vt ideo videantur ab Apostolis traditæ, quia sub Apo-

XXXIII. Tertull. eod. lib. cap. 13.

DOGMA TVM VERITAS QVOMODO EXQVIRENDA.

* Tertull. de prescript. 36.

b Tertull. lib. 5. contra Marcion. cap. 19.

XXIV. * Iren. lib. 3. cap. 3. DE TRADITIONIBVS VERITAS ELVCET.

d August. contra epist. Manich. c. 1.

XXV. CATHOLICVM NOMEN CVR INVENTVM. * Pacian. ad Symphron. de Cathol. nom.

stolis fuerunt; possumus dicere: Edant ergo origines Ecclesiarum suarum: euoluant ordinem Episcoporum suorum ita per successionem ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerint; habuerit auctorem, & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesie Apostolicae census suos deferunt: sicut Smyrnatum Ecclesia habens Polycarpum, ab Ioanne collocatum refert, sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit, proinde utique & ceterae exhibeant, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostolici seminis traduces habent. Conspiciant tale quid haeretici.] haec ipse, & alia plura id genus; ac demum in eosdem *: Age iam, qui voles curiositatem melius exercere in negotio salutis tuae, percurrere Ecclesias Apostolicas, apud quas ipsae adhuc cathedrae Apostolorum suis locis praesidentur: apud quas ipsae authenticae litterae eorum recitantur, sonantes vocem, & representantes faciem vniuscuiusque. Proinde est tibi Achaia, habes Corinthum. Si non longe es a Macedonia, habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italiae adiaces, habes Romam, vnde nobis quoque auctoritas praesto est. Statu felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, &c.] Sic igitur (idem b alibi inquit) soleo in praescriptione aduersus haereses omnes de testimonio temporum compendium figere, priorem vindicans regulam nostram omni haeretica posteritate.] haec ipse.

Consueuerunt & ceteri eadem ratione (vt dictum est) disquirere fidei veritatem. nam & Irenaeus *: Traditionem (inquit) Apostolorum toto mundo manifestam in Ecclesia adest perspicere omnibus qui vera velint audire: & habemus numerare eos qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiis, & successores eorum vsque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognouerunt, quale ab his deliratur.] haec & alia plura eodem argumento, quae superius recitauimus, idem inculcat. Eandem quoque firmam certamque recte fidei explorandae regulam, quicumque fuerunt in Ecclesia Catholici, nouerunt atque securi sunt. de qua & Augustinus aduersus Manichaeos agens haec ait: In Catholica enim Ecclesia, vt omittam sincerissimam sapientiam, ad cuius cognitionem pauci spirituales in hac vita perueniunt, vt eam ex minima quidem parte, quia homines sunt, sed tamen sine dubitatione cognoscant: ceteram quippe turbam non intelligendi viacitas, sed credendi simplicitas tutissimam facit. Vt ergo hanc omittam sapientiam, quam in Ecclesia esse Catholica non creditis: multa sunt alia, quae in eius gremio me iustissime teneant. Tenet contentio populorum atque gentium. Tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, chantate aucta, vetustate firmata. Tenet ipsa in sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionem Dominus commendauit, vsque ad praesentem Episcopatum successio sacerdotum. Tenet postremum ipsum Catholicae nomen, quod non sine causa inter tam multas haereses sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cum omnes haeretici se Catholicos dici velint, quaerenti tamen peregrino vbi ad Catholicam conueniatur, nullus haeticorum vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere. Ista ergo tot & tanta Christiani nominis carissima vincula recte hominem tenet credentem in Catholica Ecclesia; etiam si propter nostrae intelligentiae tarditatem, vel vitae meritum, veritas nondum se apertissime ostendat. Apud vos autem nihil horum est, quod me inuitet & teneat; sola personat veritatis pollicitatio.] hucusque Augustinus. atque haecenus de antidoto aduersus omnium haeticorum venena, vna omnium Patrum sententia praeparato, & ex Catholico nomine comparato.

Hoc ad dignoscendos religiosos ab impiis, Orthodoxos ab haeticis, esse in Ecclesia introduatum, & vt tesseram quamdam ac symbolum positum, Pacianus * declarat his verbis: Sub Apostolis, inquit, nemo Catholicus vocabatur. Esto, sic fuerit. Vel illud indulge: cum post Apostolos haereses extitissent, diuersisque nominibus columbam Dei atque reginam lacerare per partes & scindere niterentur, nonne cognomen suum Ecclesia postulabat, quae incorrupti populi distingueret unitatem, ne intemeratam Dei virginem error aliquorum per membra laceraret? nonne appellatione propria decuit caput principale signari? Ego forte ingressus populosam urbem hodie, cum Marcionitas, cum Apollinarios, Cataphrygas, Nouatianos, & ceteros eiusmodi comperissem, qui se Christianos vocarent; quo cognomine congregationem meam plebis agnoscerem, nisi Catholica diceretur?] & paulo post: Catholicum istud nec Marcionem, nec Apellem, nec Montanum sonat, nec haeticos sumit auctores] sed Apostolos, & qui ab eis sunt successores.

Quod

A Quod vero his potissimum Hadriani & Antonini temporibus, tot, quas recensuimus, haereses obortae fuerint, earumdemque professores Christianorum nomine censerentur: data est ansa quaerentibus Ethnicis in religionem Christianam inuehendi ac declamandi, quod nulla ex parte sibi constaret, cuius cultores inter se adeo dissentirent, & pugnaciter altercarentur. Hinc ille Christianorum implacabilis hostis Celsus Epicureus, qui iisdem vivebat temporibus, haec in Christianos oblatrans aiebat *: Postquam late sparsi sunt, Christiani videlicet, iterum atque iterum scissos esse, singulis suas factiones sibi parantibus, & in multitudine dissona aliis aliis argumentibus: nec iam quidquam praeter nomen eis commune superesse, si tamen vel hoc pra pudore commune relinquitur; reliqua vero aliorum alia instituta esse.] haec Celsus, quem Origenes redarguens b ait:

Etiam ad hoc respondebimus, nullam vniquam extitisse rem magnae existimationis, & communi vitae vtilem, quae non in varias sectas discissa sit. Medicinae namque, quod ea sit utilis ac necessaria humano generi, multasque quaestiones habeat de modo curandi corpora, apud Graecos ex professo plures sectae inueniuntur, & (sicut opinor) etiam apud barbaros qui Medicinam proficentur. Rursum philosophia veritatis cognitionem, recteque viuendi rationem pollicetur, conaturque nos res vtilissimas docere in multas quaestiones diductas: ideo sectas habet plurimas, quasdam magis, quasdam minus insignes. Necnon Iudaismus sectarum materiam praebuit, aliis aliter Moysis atque Prophetarum sermones accipientibus. Eodem modo quia Christiana religio magnum quiddam ac venerabile visa est hominibus, non tantum seruili ingenio praeditis, sicut Cello videtur, verum etiam multis Graecorum eruditis: necessariis exortae sunt sectae, non contentionis, sed inquirendae Christianae veritatis studio, dum omnes admirantur ac venerantur diuinas Scripturas; sed varij harum intellectus auctores suos habent, vt quisque aliqua probabili ratione ad interpretandum motus est. At neque Medicinam sanae mentis homo fugiat propter sectarum differentias: & parum honeste faciat si quis simili de causa abhorreat a philosophia: sicut neque propter Iudaicas sectas damnanda sunt Moysis atque Prophetarum sacra volumina.

Quod si haec non absurde a nobis dicta sunt, an non pari modo etiam Christianorum sectas excusare licet? de quibus mihi miranda videtur Pauli sententia dicentis *: Oportet haereses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant inter vos. Nam quemadmodum medicus is demum probatus est, qui variis medicorum sectis examinatis, probet sese in earum plerisque exercuit, & is in philosophia profecisse intelligitur, qui variarum opinionum disceptationibus exercitatus, potiores ex eis rationes sequitur: sic ausim affirmare, illum esse inter Christianos sapientissimum, qui Iudaeorum atque Christianorum sectas introspexit diligentissime. Qui vero nostram doctrinam propter sectas eius vituperat, damnabit etiam Socraticam, quod ex eius philosophiae disputationibus ortae sint diuersae scholae aliquot: damnabit & Platonis decreta propter dissentientem ab iis Aristotelem, & nouis indulgentem opinionibus: qua de re iam a nobis ante dictum est. Celsus autem videtur mihi nouisse quasdam haereses, quibus ne nomen quidem Iesu nobiscum est commune: fortassis enim audiuit de Ophianis qui vocantur, & Cainanis, & si quae alia similis est sententia, modis omnibus a doctrina Iesu discrepans: verum ista nihil ad inculpatisimae religionis Christianae vituperationem attinent.] haecenus Origenes.

Ceterum & huius quaestiones scopus visus est attingisse Ildorus d Pelusiota, dum Apollonio Episcopo haec roganti scribit his verbis:

E Et apud Gentiles, quamuis etiam eos in potestate ac ditione sua habens, ac pro libito suo agens ac ferens, & apud Iudaeos, tametsi etiam eos velut rabido quodam furore percitos ad idolorum cultum atque homicidia impulsisset, multas haereses diabolus procreauit. Quod si apud Christianos quoque multo plures peperit, nemini mirum istud videatur. Nam cum ante carnalem Christi aduentum ac praesentiam omnes vitij temulentia laborare, nec vllum (vt ita dicam) pure atque integre sobrium esse conspiceret: idcirco pauca contentionis semina iniiciebat. Posteaquam autem salutare Verbum caeli venit, nobis quidem caelestis vitae generis documenta ferens; diabolo autem per eas minas, quas in peccatores intendebat, poenam quae ipsum manebat, praenuntians, dicebat enim, Ite in ignem, qui paratus est diabolo & angelis eius: tum vero communis ille omnium hostis, tum quod genus nostrum sensim ac paulatim vitium excurrere, ac virtutem admittere, atque impietatem ablegare, ac pietatem amplecti conspiceret, tum

XXVI. GENTILIVM OBRECTATIO IN CHRISTIANAM RELIGIONEM. * Apud Orig. cont. Celsum lib. 3.

b Orig. ibid.

XXVII. HAERESIS APVD OMNES FACULTATES.

XXVIII. EXCVSATIO DE HAERESIBVS QVAE SVNT INTER CHRISTIANOS. * 1. Cor. 11.

XXIX. * Ildor. lib. 2. epist. 90.

CVR PLVRES HAERESES.

quod condemnationis suae decretum audisset, acrius aduersus nos flauit, atque haereses A in lucem protulit. Nam cum pietati iam oblectari nequeat, in id omni contentione incumbit, vt per ipsius nomen plerisque ad impietatem ducat: atque pietatis specie atque obtentu veritatem euertere conatur; eosque qui optimae vitae laude persape excelluerunt, per corrupta dogmata obterit. Etenim vnicum hoc illi opus, vnicumque studium est, vt omnes ad vnum siue per vim, siue per adulterina dogmata, in exitij pelagus secum praecipites agat. Haec igitur haeresum principes cogitantes, aduersus veritatem femina iacere desinant: illud secum reputantes, quod ipsi praeter ceteris in summo periculo versantur. Desinant etiam illorum auditores anticipata dumtaxat opinioni seruire, atque aduersus veritatem impetum facere, ne alioqui magnum omnique sermone praestantius Saluatoris facinus, quantum quidem in ipsis est, inane atque infrugiferum reddant. Desinant item ij, qui rectis quidem dogmatibus gloriantur, verum per B vitae segnitiam ea facere conuincuntur, quae eos nothos ac spurios pietatis discipulos esse coarguunt; atque ad rectam fidem optimam vitae rationem adiungant. Sic enim futurum est, vt omnes Dominicam vocem laudem nostram praedicantem audiamus.] haec ad Apollonium Iidorus.

QVOD FACIENDVM SINGVLIS.

XXX.

* Aug. de Temp. ser. 98 QVAE VITAE EX HAERESIB.

1. Cor. 11.

* Aug. de Ciuit. Dei. l. 16. cap. 2.

1. Cor. 11.

* Lactant. lib. 4. cap. vi.

XXXI.

VBI VERITAS DOGMATVM.

XXXII.

VNDE HAERESIB.

* al. fene

Porro non sine magno emolumento permittit Deus Catholicam fidem ab haeresibus saepe saepius agitari. Nam (inquit Augustinus *) si doctrina Ecclesiastica simplex esset, & nullis extrinsecus haeticorum dogmatum cingeretur, non poterat tam clara & tam examinata videri fides nostra. Sed idcirco doctrinam Catholicam contradicentium obsidet impugnatione, vt fides nostra non otio torpescat, sed multis exercitationibus elimetur. Propter hoc denique & Apostolus b dicebat: Oportet autem haereses esse, vt probati quique manifesti fiant inter vos. Hoc est dicere: Oportet haeticorum thuribulis altare circumdari, vt certa & manifesta omnibus fiat Fidelium atque infidelium differentia. Cum enim fides Catholica velut aurum coeperit fulgere, & praedicatio eius vt argentum igne probatum intuentibus resplenderit: tunc maiori cum turpitudine & dedecore haeticorum voces obscuri amentum vilitate fordebunt.] Idem alibi c in eadem verba Apostoli d: Oportet haereses esse, vt probati manifesti fiant in vobis.] addit: Vnde etiam scriptum est: Filius eruditus sapiens erit, imprudente autem ministro vteretur. Multa quippe ad fidem Catholicam pertinentia, dum haeticorum callida iniquitate agitantur, vt aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & instantius praedicantur: & ab aduersario mota quaestio, discendi exitit occasio. Haec quam vera sint, nos certe in Ecclesiasticae historiae controuersis experti sumus. Quid in his amplius Lactantius d egregie philosophetur, audiamus:

Sed quoniam (inquit) multae haereses extiterunt, & instinctibus demonum populus Dei scissus est, determinanda nobis breuiter veritas, ac in suo proprio domicilio collocanda; vt, si quis aquam vitae cupit haurire, non ad derritos lacus deferatur, qui non habent venam; sed vberimum Dei fontem nouerit, quo irrigatus perenni luce potiat. Ante omnia scire nos conuenit, & ipsum & legatos eius praedixisse, quod plurimae sectae & haereses haberent existere, quae concordiam sancti corporis rumpere: ac nouissimè summa prudentia caueremus, ne quando in laqueos & fraudes illius aduersarij nostri, cum quo luctari Deus nos voluit, incideremus: tum dedisse certa mandata, quae in perpetuum custodire deberemus: quorum plerique imitatores, deserto itinere caelesti, vias sibi deuias per anfractus & praecipitia condiderunt, per quam partem plebem incautam & simplicem ad tenebras mortemque deducerent. Quod quatenus acciderit, exponam.

Fuerunt quidam nostrorum vel minus stabilita fide, vel minus docti, vel minus cauti, qui dissidium facerent vnitatis, & Ecclesiam dissiparent. Sed ij, quorum fides lubrica fuit cum Deum nosse se & colere simularent, augendis opibus & honori studentes, affectabant maximum sacerdotium; & a potioribus victi cadere se cum suffragatoribus suis maluerunt, quam eos facere * praepositos, quibus concupierant ipsi ante praeponi. Quidam vero non satis caelestibus litteris eruditi: cum veritatis accusatoribus respondere non possent, obuiantibus, vel impossibile, vel incongruens esse, vt Deus in vterum se mulieris includeret, nec caelestem illam maiestatem ad tantam infirmitatem potuisse deduci, vt hominibus contemptui, derisui, contumeliae, & ludibrio esset, postremo etiam cruciamenta perferret, atque execrabili patibulo figeretur: quae omnia cum neque ingenio,

nec

A nec doctrina defendere, ac refutare possent (nec enim vim rationemque penitus peruidebant) deprauati sunt ab itinere recto, & caelestes litteras corruperunt, vt nouam sibi doctrinam sine vlla radice ac stabilitate componerent. Nonnulli autem falsorum prophetarum vaticinio illecti, de quibus & veri Prophetae & ipse praedixerat, exciderunt a doctrina Dei, & traditionem veram reliquerunt. Sed illi omnes daemoniis fraudibus irretiti, quas prospicere & cauere debuerant, diuinum nomen & cultum per imprudentiam perdididerunt. Cum enim Phryges, aut Nouatiani, aut Valentiniani, aut Marcionitae, aut Anthropiani, aut Ariani, seu quilibet alij nominantur, Christiani esse desierunt ij, qui Christi nomine amisso, humana & externa vocabula induerunt.

Sola igitur Catholica Ecclesia est, quae verum cultum retinet. Hic est fons veritatis, hoc est domicilium fidei, hoc templum Dei: quod si quis non intrauerit, vel a quo si quis exiuerit, a spe vitae ac salutis aeternae alienus est. Neminem sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enim de vita & salute: cui nisi cautè & diligenter consulatur, amissa & extincta erit. Sed tamen quia singuli quique coetus haeticorum se potissimum Christianos, & suam esse Catholicam Ecclesiam putant; sciendum est, illam esse veram, in qua est religio, confessio, & poenitentia, quae peccata & vulnera, quibus est subiecta imbecillitas carnis, salubriter curat. Haec interim paucis admonendi gratia retuli, ne quis errorem fugere cupiens, maiori implicetur errore, dum penetrare veritatis ignorat. Postea plenius & verius contra omnium mendaciorum sectas proprio separatoque opere pugnamus. Sequitur, vt quoniam satis de religione vera & sapientia locuti sumus, in proximo libro de iustitia differamus.] At de his haec tenus.

VBI VERA ECCLESIA CATHOLICA.

XXXIII.

C IESV CHRISTI TELESPHORI PAP. ANTONINI PII IMP.

ANNVS

ANNVS

ANNVS

147.

6.

8.

A Nno Christi centesimo quadragesimo septimo, Antoninus b Pius Augustus quartum inuit Consularum, collegamque sibi adsciuit M. Aurelium Caesarem secundum Consulem: a Cassiodoro autem ponuntur Orfitus & Priscus.

* Panuin. in Fastis.

I E S V CHRISTI TELESPHORI PAP. ANTONINI PII IMP.

ANNVS

ANNVS

ANNVS

148.

7.

9.

S Equenti vero anno centesimo quadragesimo octavo, Erucius Clarus & Claudius Suerus Consules creati sunt. Habentur idem Consules in antiqua Graeca inscriptione positi, quae est huiusmodi b:

I E P A T A E I S T O N P A I A N I S T O N
T O N E N P O M H D I O S H A I O T
M E T A A O T S E P A P I A O S K A I T H E O N
S E B A S T O N E T E I M H S A N E M B H N
P R O P H E T H N . P A T E P A T H S P R O
T E P R A M M E N H S T A E E O S P R O T O
M H M A P M A P I N H . H . A N A T E T H E I S A
E N T O O I K O T O N P A I A
N I S T O N T H A . N O N O N
M A I O N . H . E S T I N K A T A
A A E E A N A P R E I S P A X O N I A
E P I K O T P A T O P O S M E T E I A I O T
A M P I A T O Y P P E S B Y T E P O Y
S E E T O E P O Y K I O K A A P O
B . G N E O K A A T A I O
S E B H P O K O S .

b Extat Roma apud ecclesiam S. Mariae in Via Lata, sed litteris obscuris & inoptis. Haec eandem inscriptionem Lipsius folio 41. inscripsit.

Latinè ita ad verbum :

*Sacer ordo Paanistarum
Romæ dei Solis
Magni Serapidis & deorum
Augustorum honorarunt Emben
Prophetam, patrem præ-
scripti ordinis stemmate
marmoreo, quod positum est
in domo Paanistarum, pridie Nonarum
Maij, quæ est secundum
Alexandrinis Pachonia,
Sub Curatore Metelilio
Ampliato presbytero,
Sexio Erucio Claro
I I. Gneo Claudio
Seuero COS.*

II. Hæc tum ad rectè consignanda tempora, tum etiam ad statum Romanorum Gentilium insinuandum posuimus. Constat quidem Romanos, qui post prædicationem Evangelij adhuc in auitæ superstitionis tenebris obstinato animo remanserunt, longè deteriores suis maioribus esse factos: cum nimirum spreta Christianæ religionis veritate, deorum omnium externorum, quos patres ipsorum fuerant auersati, cultum in Urbem cupidè adsciuere: & inter alia numina, Serapidem, cuius in hac inscriptione mentio habetur, aliosque Ægyptiorum deos, eorumque sacra summo studio excoluere. Nutabant olim illata in Urbem sacra Ægyptiorum, Senatu & Imperatoribus eisdem aduersantibus. nam auctor est Dio ^a, anno septingentesimo ab Urbe condita, ex Senatusconsulto factum esse decretum, vt fana Serapidis atque Isidis, quæ priuatim nonnulli sibi construxerant, demolirentur: quod (vt ait) eos non magnopere inter numina numerabant. Postea autem, vbi ea in Senatu sententia obtinuit, vt publicè colerentur, extra Pomœrium eos deos collocauerunt. Rursum verò anno ab Urbe septingentesimo septimo (vt idem ^b affirmat) iusserunt aruspices omnia templa Isidis atque Serapidis demoliri: sed post quinquennium Lepido & Planco Coss. Serapidi Isidique templum decretum est ^c. Anno autem ab Urbe septingentesimo sexto, Augusti Consulatu sexto, idem Dio ^d affirmat vetuisse Imperatorem, ne intra pomœrium diis Ægyptiis sacra fierent: quæ cum se in Urbem iterum insinuarent, Agrippa tunc curans Urbem, anno ab Urbe septingentesimo trigesimalotertio, repressit edicto; statuens ne quis ea in suburbano intra quingentos passus ageret ^e. Sed & postea Silano & Norbano Coss. anno ab Urbe septingentesimo septuagesimosecundo, Tiberius anno sui Imperij vigesimo proscripsit Ægyptiorum sacra: immò actis in crucem Ægyptiis sacerdotibus, Isidis templum demoliri iussit, eiusque statuam in Tiberim mergi. testantur hæc Tacitus ^f, Suetonius ^g, atque Iosephus ^h.

At quid postea? Spreta ab iisdem (vt dictum est) veritate; sacrum illud de eis est impletum oraculum ⁱ: Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Non tantum enim ex Senatusconsulto recepta sunt intra Urbem Ægyptiorum deorum sacra, iisdemque templa erecta, sed ipsi Imperatores (quod de Commodò scribitur) & Consulares homines facris Isidis turpiter initiabantur: vt non mirum sit, Emben Prophetam (quod habet inscriptio superius recitata) insigni muere, nempe marmoreo simulacro honoratum fuisse. dicebantur autem apud veteres Gentiles (vt habet Festus) illi Prophetæ, qui essent fanorum antistites, oraculorumque interpretes. At de his pluribus inferius ad tempora Commodiana dicturi sumus. Sic igitur de Romanis Gentilibus in deterius lapsis illud iure tunc occini potuit, quod de Iudæis olim à via aberrantibus dictum est ^k: Noui recentisque venerunt, quos non coluerunt patres eorum] vel, si coluerunt, facti sapè pœnitentes, eosdem sapius abiecerunt. Sed has aliasque omnes sordes abluat martyrum sanguis.

SENTILIA SVPERSTITIO IN DETERIVS PROLAPSA.

^a Dio hist. Rom. lib. 49.

^b Dio hist. Rom. lib. 42.

^c Dio hist. Rom. lib. 47. ^d Dio hist. Rom. lib. 53.

^e Dio hist. Rom. lib. 54.

^f Tacit. Annal. lib. 2.

^g Sueton. in Tiber. c. 36.

^h Ioseph. antiq. lib. 18. c. 4.

ⁱ I I. Apoc. 22.

RECEPTI DIU AEGYPTIORVM IN VRBEM.

^k Dent. 32.

A

B

D

E

IESV

IESV CHRISTI TELESPHORI PAP. ANTONINI PII IMP.

A ANNVS ANNVS ANNVS
149. 8. 10.

Centesimo quadagesimonono Christi anno, à Cassiodoro Gordianus ac Maximus Consules ponuntur, ab aliis ex Græcis Fastis duo Valerij, Largus & Messalinus, cum ageret Antoninus in Imperio annum decimum.

IESV CHRISTI TELESPHORI PAP. ANTONINI PII IMP.

B ANNVS ANNVS ANNVS
150. 9. 11.

Anno Christi centesimo quinquagesimo, secundum Græcos Fastos, Torquato & Iuliano secundum, vel ex Chronico Cassiodori, Romulo & Glabrione Coss. Iustinus martyr iterum pro Christianis scribens Apologeticam orationem, obtulit eam Imperatori. Cum enim ipse numeret ^a annos centum & quinquaginta à Christi natiuitate vsque ad illud tempus, quo eam scribebar orationem, nullus de his dubitandi scrupulus relictus esse videtur. Sed de his pluribus superius ^b actum est, dum Eusebij & Cassiodori refellimus sententiam, alio tempore eam fuisse scriptam affirmantium. Præfixit autem ipse sue orationi Christiano philosopho dignam huiusmodi inscriptionem:

Imperatori Tito Ælio Hadriano Antonino Pio Augusto Cæsari, & Verissimo filio Philosopho, & Lucio Philosopho, Lucij quidem Cæsaris natiuo, Pij autem adoptiuo filio, eruditionis amatoribus; sacroque Senatui, & populo Romano vniuerso. Pro his, qui ex omni hominum genere iniuste odiis iniquis & violentæ vexationi sunt obnoxij: Iustinus Prisci Bacchij filius, Flauia Neapoli Syriae Palæstinæ ortus, ex illis vnus, hanc orationem atque deprecationem conscripsi.]

Quam verò liberè ac intrepidè ipso eius exordio eos compellet, hæc accipe: Qui verè pij & philosophi sunt, eos solam veritatem in pretio habere, & colere debere, ratio dicat.] & paulò post: At vos quidem Pij, & Philosophi, & iustitiæ custodes, & eruditionis amatores, quòd sic vocemini, vbique auditis; an verò etiam sitis, res ipsa demonstrabit. Siquidem non adulatori vos hoc scripto, neque ad gratiam quidquam dicturi, sed vt iuxta exactam & exquisitam rationem iudicium feratis, postulaturi accessimus: ne videlicet sententiæ domo allatæ præsumptione, neque superstitione hominibus placendi affectione, neque præter rationem concepto impetu, & inueterata longo tempore fama mala præoccupati, contra vos ipsos calculum feratis. Nostra quidem ratio est, à nemine nos quidquam mali pati posse, si non aut malefici coarguamur, aut prauj, causa cognita, iudicemur esse. Vos autem occidere quidem potestis, nocere non potestis.] hæc dicens, multa exprobrat de iniquissimis in Christianos iudiciis: quippe qui solo nomine, quòd Christiani sint, nulla habita rerum peruestigatione, vt facinorosissimi omnium, morte damnentur. Quamobrem calumniis obiecta singula purgat, ipsorumque innocentiam multis demonstrat: quippe qui non sint illi, vt vulgò dicebantur, arhei, quòd deos non colant, qui verum Deum norint, & officiis illi congruis prosequantur: nec eos expectare humanum regnum (quod ipsi suspicabantur, ac proinde defectionem atque rebellionem timebant) sed cæleste ac planè diuinum; eaque ex causa libentissimo animo huius vitæ dispendium eos pati: quod nequaquam accideret, si in mundo regnandi cupiditate aliqua tenerentur obstricti. diluit ac planè confutat de crucifixi hominis cultu in Christianos iactatas à quocumque blasphemias, qui crucis mysterium ignoraret: monstratque pluribus, deos colentium inanem ac turpem esse superstitionem: deque Christi diuinitate, eiusque de carnis assumptione œconomia eruditè copioseque disserit, & de crucis mysterio multa referat, atque Christianorum fidei veritatem multis certisque argumentis testatam relinquit; eorumdemque vitæ innoxia disciplinam, exactissimum castitatis cultum, patientiam, obedientiam, pacis custodiam, benignitatem, in hostes quoque dilectionem, & alia plura id genus insinuat.

Insuper & sacrorum mysteriorum ritus, nempe Baptisimi & Eucharistiæ, alioqui secretos, voluit illis esse perspicuos; ea nimirum ex causa, quòd vehemens ore omnium diffi-

I. TEMPVS SCRIPTAE APOLOGIAE IUSTINI. ^a Iustin. in orat. ad Anton. ver. LXX. ^b Supr. anno 142. in fin.

II. APOLOGIAE IUSTINI TITVLVS.

III. LIBERA IVSTINI ORATIO.

IVSTINI APOLOGIAE SVMMA.

IV.

CHRISTI
150.

TELESPH. PAP.
9.

ANT. PII IMP.
II.

DE SV CAR-
NIS HVMA-
NAE CALV-
NIA DILVI-
TYR.

pata esset in Christianos calumnia, eos in sacris necare solitos puerum, illiusque carni-
bus vesci, extinctisque luminibus promiscue turpiterque misceri: quae enim (vt dictum
est superius) agerentur à Gnosticis, qui & Christiano nomine censebantur, ea omnia
Catholicis atque innocentissimae vitae Christianis crimini vertebantur potius, quam il-
lis, quos instar Protei ad libitum mutare formas, idola colere, ceteraque quae Gentilium
essent ritus agere, ac sic latitare, sua ipsorum haeresis docuisset. Poruit & ea de humana-
rum carniū esu calumnia non tantum ex Gnosticorum facinoribus esse conflata, sed
ex veritate mysterij malè accepti perfacile comparata: nimirum quod in confesso apud
Catholicos esset, se in sacris carnem Christi Domini nostri esu, & sanguinem po-
tu aequè participare. Quomocumque autem id acciderit, ad eluendam inolitam de
Sacramento calumniam, Iustinus (licet vetitum lege a sit, sanctum dare canibus, & an-
te porcos proicere margaritas) sacra suis scriptis Christianorum mysteria perspicuè in-
tuenda atque cognoscenda proponit. Essent hic ea singula, ad sacros Ecclesiasticos anti-
quos ritus & mores infinuandos, eius verbis scribenda: sed quod aliàs superius, vbi ex
instituto de Ecclesiasticis traditionibus actum est, eorum meminimus; iterum ea repete-
re, superuacaneum esse ducimus.

V.

Quali autem, quantave animi libertate istaec omnia ipse tractarit; praeter illa quae
sunt superius recitata, inuectiua illa potissimum declarat, qua ait: Sed enim metuere
videmini, ne vniuersi, quae iusta sunt, faciant: & vos, quos puniatis, non habeatis. Car-
nificum verò hoc fuerit, non Principum bonorum opus. Persuasum autem vobis est,
malignorum daemoneum opera haec fieri, prout diximus: qui etiam ab eis, qui praeter rati-
onem vitam degunt, hostias & cultum flagitant. Ceterum vos, qui pietatem & philo-
sophiam consecramini, contra rationem quidquam agere, non arbitramur. Sin vos etiam
aequè ac dementes homines veritatem post consuetudinem habetis, facite sanè quod
potestis. Tantum quippe Principes opinionem veritati praefidentes valent, quantum in
solitariis locis praedones.] denique perorans haec addit: Haec si quidem vobis rationi &
veritati consentanea esse videntur, in pretio ea habete: sin pro nugis ducitis, tamquam
deliramenta contemnite: atque ita contra eos, qui nihil per iniuriam iniqui admiserunt,
perinde ac aduersus hostes, supplicium capitis statuite. Illud autem vobis praedicimus,
vos minimè euasuros esse futurum iudicium Dei, si in hac iniquitate perduraueritis.
Et nos clamabimus: Quod Deo gratum placitumque est, id ipsum obtineat & fiat.]
haec locutus, subiunxit libello appendicem, Hadriani Imperatoris, quod superius est re-
citarum, ad Minutium Fundanum pro Christianis rescriptum editum, quo vetuit Chri-
stianos circumuerti calumniis, atque ex solo nomine, nullo probato crimine, tumul-
tuariè condemnari.

VI.

Annuerit ne Iustini libello Imperator, non constat: nam post haec Romae religio-
nis causa parratas esse Christianorum caedes, vt Telephori Romani Pontificis & alio-
rum, suo loco dicemus. Neque enim assentiri possumus affirmantibus Antoninum
Pium Augustum Iustini oratione persuasum, mox illud, quod extat in fine eius pro
Christianis Apologiae, dedisse rescriptum: nam illud Asiae populis post triennium da-
tum fuisse apparet, nimirum eius Imperij anno decimoquinto. Cum enim ibi Tribu-
nitiae potestatis inscriptio notata habeatur decies quinquies, totidem eum annos tunc
egisse in Imperio, certum est: nam auctore b Dione constat, pro numero annorum
Imperij, multiplicari vices Tribunitiae potestatis: aded vt quoto quis Imperator auctus
reperiatur numero Tribunitiae potestatis, totidem eum annos agere in Imperio, necesse
sit pariter affirmare: quamobrem anno decimoquinto eius Imperij ea oportuit Antoni-
num pro Christianis rescripsisse.

VII.

Meminit huius à se scriptae Apologiae ipse Iustinus in dialogo cum Tryphone, cum
agit de Simone mago: vt appareat, commentarium illum post haec tempora ab eo scri-
ptum: vbi & de Christianorum persecutione verba faciens, quanta illi essent animi ala-
crite ad subeunda supplicia, monstrat his verbis: Dum caedimur, letamur, persuasum
habentes, quod excitaturus nos sit Deus per Christum suum.] & post multa, quomo-
do persecutione saeuente, maior ad Ecclesiam adiceretur credentium numerus, testatur
sic dicens: Non esse autem qui exterreant, & in seruitutem redigat nos, qui Iesu nomina
per fidem dedimus, per terram omnem manifestum est. Quod namque dum gladio per-
cutimur, & in crucem agimur, & bestiis obicimur, & vinculis & igne & tormentis aliis
omni-

SYMMA IV-
RTINI LI-
BERTAS IN
DICENDO.

DE TEMPO-
RE DATI
RESRIPTI
AB ANTO-
NINO PIO.

b Dio histor.
Rom. lib. 53.

PERSECV-
TIONE CRE-
SCIT ECCLE-
SIA.

CHRISTI
150.

TELESPH. PAP.
9.

ANT. PII IMP.
II.

A omnibus plectimur & excruciamur, à professione nostra non discedamus, satis constat.
Et quanto magis eiusmodi tormenta quaedam in nos expediuntur, tanto alij plures Fide-
les & verae religionis per nomen Iesu fiunt cultores. Quemadmodum enim, si quis vitis
excidat fructificantes partes, vt palmites, qui alios floridi & frugiferi profundant ramos,
illa proferat, facit: ita in nobis quoque accidit. Plantata namque est à Deo & Salvatore
vitis & vinea, populus eius.] haec ipse. Porro non haec Romae tantum pati Christianos
consequisse, sed vbiq; gentium, demonstrat paulo post sic dicens: Non solum ex posses-
sionibus suis Christianorum quisque exigitur, verum etiam in mundo toto nemini eorum
viuere permittitur.] vt ex his appareat, non leuem, etiam sine edicto, his temporibus
persecutionem in Christianos grassatam esse: nisi ad tempora Marci & Lucij, successo-
rum Antonini, ea referenda esse velimus. At de his haec tenus.

B

IESV CHRISTI TELESPHORI PAP. ANTONINI PII IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
151. 10. 12.

Christi Domini anno centesimo quinquagesimoprimo, Orfito & Prisco Coss. sed se-
cundum Cassiodorum, Praesente & Rufo, Antonini Imperatoris anno duodecimo,
post Marcum Iuniorum subrogatur in Ecclesia Alexandrina Celadion Episcopus, qui se-
dit annos quatuordecim. haec Eusebius in Chronico & Historia a.

I.
CELADION
EPISCOPVS
ALEXAN-
DRINVS.
Euseb. lib. 4.
cap. 28.

C

IESV CHRISTI TELESPHORI PAP. ANTONINI PII IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
152. 11. 13.

Sequenti anno Domini centesimo quinquagesimosecundo, Gallicanus & Vetus no-
strati habentur Consules: apud Cassiodorum verò Commodus & Lateranus habentur conscripti.

D

IESV CHRISTI TELESPHORI PAP. ANTONINI PII IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
153. 12. 14.

Qui verò post sequitur annus Domini centesimus quinquagesimustertius, Gordiani
& Maximi Consulatus in Fastis adscribitur; sed à Cassiodoro, Vero & Sabino Con-
sulis confignatur. Verum ij omnes rerum Ecclesiasticarum notitia steriles.

E

IESV CHRISTI HYGINII PAP. ANTONINI PII IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
154. 1. 15.

Anno Christi centesimo quinquagesimoquarto, Glabrione & Veriano Coss. die quin-
ta Ianuarij, Telephorus Papa cum sedisset annos vndecim, menses nouem, minus
diebus tribus, martyrio coronatur. Tribuit eidem Eusebius b annos vndecim exactos,
itidemque indices Cresconiani. Verum quod Eusebius ipse primo Antonini Imperij an-
no eum decessisse dicat, errore lapsus ex eo intelligitur, quod in ferie Romanorum Pon-
tificum Cletum numerare praetermiserit. Porro cum alij Telephorum sedisse velint an-
nos vndecim, menses tres, & dies vigintivnum: haud rationem visi sunt habuisse tempo-
ris creationis eius, quae (vt vidimus) contigit octaua Aprilis; & obitus, qui apud omnia
Martyrologia positus habetur quinta Ianuarij. Martyrio coronatum fuisse Telephorum,
auctor est etiam Irenaeus c, qui ait: Gloriosissime martyrium fecit.] Tertullianus d id
etiam de eodem his verbis:

I.
TELESPHO-
RI MARTY-
RIVM.
Euseb. lib. 4.
cap. 10.

c Iren. lib. 3.
cap. 3.
d Tertull. in
carm. contra
Marcion.
lib. 3. in fine.

Post expleta sui qui lustris tempora, irradit
Telephoro: excellens hic erat, martyr q, fidelis.]

haec

hæc Tertullianus in poemate contra Marcionem à se, cum esset iunior, scripto, quod im- A
perfectum, in emendatum, atque metricis numeris minus attemperatum reliquit. sed de
eo inferius suo loco dicemus. Rursum verò de martyrio eiusdem mentio habetur in e-
odem nuper citato libro de Romanis Pontificibus:

II.
* Apud Eu-
seb. in Chron.
TELESPHO-
RI DECRE-
TA.

Vbi & hæc itidem de Telephoro: Hic constituit vt septem hebdomadas ante Pascha
ieiunium celebraretur.] eadem leguntur apud Eusebium *. Verum Quadragesimale ieiunium
ex Apostolica institutione manasse, superius primo Annalium tomo demonstraui-
mus: quomobrem non recens à Telephoro illud fuit in Ecclesia decretum, sed potius
quod traditione Fideles seruarent, at de his diuersa esset consuetudo Ecclesiarum, edita
constitutione, scripto illud fuerit perpetuò stabilitum. Sed & ibidem subditur: Hic fecit
vt in Natali Domini nostri Iesu Christi noctu Missæ celebrarentur: cum omni alio rem-
pote ante horæ tertiæ cursum nullus præsumeret Missas celebrare; quia ea hora Domi- B
nus noster Iesus Christus ascendit in crucem.] Verum sunt hæc accipienda de his quæ
frequentiori vsu in Ecclesia seruarentur, cum alioqui multis constet exemplis, in sacris vi-
gilis noctu sacrificium offerri consueuisse. Sed post hæc additur, statuisse Telephorum,
vt ante sacrificium diceretur Angelicus hymnus, Gloria in excelsis Deo.] Deum hæc
in fine: Hic fecit ordinationes quatuor per mensẽ Decembrem, presbyteros duode-
cim, diaconos octo, Episcopos per diuersa loca tredecim.] Recensentur in singulis Roma-
nis Pontificibus non solum ordinationes clericorum, qui Ecclesiæ Romanæ vsui essent,
sed & Episcoporum, qui in diuersas Orbis prouincias mitterentur: vt ex his etiam perspi-
cium reddatur, fuisse muneris Romanorum Pontificum, non solum Urbis, sed & Orbis
totius Ecclesiæ consulere. His de Telephoro dictis, de sepultura eius mox subditur: Sep-
ultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, Nonis Ianuarij: & cessauit Episcopatus C
eius dies septem.] Sicque decimatertia eiusdem mensis Ianuarij susceptus est in locum
eius Hyginus Græcus, Atheniensis, ex Philosopho.

HYGINIUS
PAPA.

III.

Telephoro iam nece sublato, cuius inferioris ordinis Christiano Gentiles pepercisse
putandum est? sæuit acerbè nimis his temporibus eorum in Christianos furor: nam præ-
ter illos, quorum memoria excidit, ac eos quorum superius facta est mentio, reperiun-
tur itidem Romæ alij martyrio coronati. Passus est tunc etiam Alexander Episcopus ^b via
Claudia, vigesimo ab Vrbe milliario, cuius natalis dies in tabulis Ecclesiasticis descriptus
habetur: sed cuius ciuitatis Episcopus fuerit, ignoratur. Martyr quoque effectus est Spo-
leri Pontianus, & alij plures in Italia. In Oriente etiam complures reperiuntur sub eodem
Antonino nobilitati martyrio, nimirum Pergami in Asia Agathodorus & Carpus, alia ve-
rò die Agathonice, Pergæ in Pamphilia Theodorus, eiusque mater Philippa, & alij plu- D
res, Apamæ Alexander, Damasci Victor & Corona, Marcinopoli Melitina, Augusto-
duni in Gallia Flocellus & alij, in Sardinia Potitus: quorum omnium in Romano Marty-
rologio certa passionis dies adscripta habetur. Porro longè maiorem esse numerum eo-
rum, quorum iniuria temporum & naufragio scripturarum memoria perit, nemo est qui
ex his, quæ sunt recitata, non possit facile opinari.

* Martyrol.
Rom. die
21. Octob.
MARTYRES
PASSI SVB
ANTONINO
PIO.

IV.

Porro sanctorum suorum vindex Deus, haud alia de causa his diebus totum planè Im-
perij Romani orbem diuersis cladibus afflictauit, quàm vt manifestis declararet signis at-
que prodigijs, esse Gentilibus diuinum numen infensum. Quænam verò hæc fuerint, Iu-
lius Capitolinus * his verbis recenset: Aduersa huius temporis hæc prouenerunt: fames,
de qua diximus; Circi ruina; terræmotus, quo Rhodiorum & Asiæ oppida conciderunt,
quæ mirificè omnia instaurauit, & Romæ incendium, quod trecentas quadraginta insu- E
las vel domos absumpsit: Narbonensis ciuitas, Antiochense oppidum, & Carthagenense
forum arsit: fuit & Tiberis inundatio.] hæc ipse. Ceterum magnum hæc cunctis incuf-
sisse timorem, & ipsum Imperatorem pariter commouisse, ex eo facile opinari licet, quod
ipse hoc anno, his prodigijs numine perterrente, Gentiles à Christianorum persecutione
dato rescripto cohibuit: quod hoc ipso anno decimoquinto sui Imperij rescriptisse, ex
Tribunitia potestate, annis singulis repeti solita, ibi iam quindecies repetita (vt dictum
est) facile intelligi potest. Erat autem rescriptum huiusmodi ^d:

* Iulius Capi-
tol. in Auro-
nimo.
CLADES
ROM. IMPE-
RII OB PER-
SECVTIO-
NEM CHRIS-
TIANOR.
* Apud Iu-
stin. mart. in
fine orat. ad
Autoninu. ex
uers. Langi.

V.
RESCRIPTUM AN-
TONINI
PRO CHRIS-
TIANIS.

Imperator Cæsar Titus Ælius Hadrianus Antoninus, Augustus, Pius, Pontifex Ma-
ximus, Tribunitiæ potestatis decimumquintum, Consul tertium (aliter quartum) Pa-
ter patriæ, populis Asiæ salutem.] Titulus est ex Iustini commentarijs desumptus: nam
qui habetur apud Eusebium, noscitur deprauatus; quippe qui loco Antonini Pij, habeat
Mar-

A Marcum Aurelium. Cetera autem quæ sequuntur, ipsum nempe rescriptum, ex Eu-
sebio * hic subscribimus:

* Euseb. lib. 4.
cap. 12.

Noui quidem diis curæ esse, ne tales homines impuniti in obscuro lateant: nam illi
ipst (scio) de iis qui ipsis cultum tribuere recusant, sunt multò acerbius supplicium
sumpturi, quàm nos. Ac quibus hominibus iam ipsi grauem exhibetis molestiam, &
tamquam impios atque à deorum cultu auersos infimulatis, eorum planè, quam ha-
bent, magnopere confirmatis religionem. Illis enim magis in optatis est, vt in crimen
adducti, mortem pro Deo suo opperant, quàm vt vita fruantur. Vnde sua ipsorum vita
hoc pacto prodita, multò maiorem clarioremque reportant victoriam, quàm si impe-
rata quæ vos ab ipsis fieri postulatis, obirent. Ceterum de terræmotibus, qui vel præ-
terierunt, vel iam sunt, non alienum à ratione videtur, vos commonefacere: quando-
quidem etiam cum adsint, animos dimittitis, & infelices vestri omnium casus in illorum
religionem, tamquam eorumdem causam, transfertis. At illi cum tale quid eueniat,
constantiùs firmiùsque Deo fidunt. Vos autem toto illo tempore Deum penitus ignora-
re, relique sacras prorsus contemnere, & non solum cultus qui soli Deo debetur, inscij
esse & expertes, verum etiam eos qui illum obseruant & venerantur, grauius exagitare,
& ad mortem vsque insectari videmini. Pro quibus omnibus, multi qui nostris præfure
prouincijs, iam antè diuiniſſimo sanctissimoque nostro patri litteras scripserunt. Ad quos
quidem ille rescriptit, nihil eiusmodi vitis negotij facessendum, nisi fortè aliquid male-
ficij contra Romanum Imperium designare moliantur. Ad me etiam eorum causa scri-
psere multi: quibus per litteras patris mei sententiæ & voluntati assentiens, responsum
dedi. Quod si quispiam igitur cuiquam Christiano, quia Christianus sit, pergat molestias
C quidquam aut criminis inferre: ille cui crimen illatum fuerit, etiam si re ipsa Christia-
nus deprehensus sit, absoluator: qui autem illum accusauerit, iustam debitumque sup-
plicium subeat.] hæc tenus rescriptum.

Addit Eusebius ^b: Hoc edictum Ephesi in communi totius Asiæ concilio diuulgatum
fuit. Atque ita ista accidisse, Melito Sardenſis Ecclesiæ Episcopus, qui eodem tempore
hominum fama celebris fuit, testatur perspicuè suis ipsius verbis, quæ sunt posita in
Apologia vtilissima illa quidem, quam pro nostræ fidei & religionis defensione con-
textuit, eamque Imperatori Vero dicauit.] hæc ipse. Apparet autem ex dictis eiusmodi
Antonini rescripti verbis, non solum Proconsulem Asiæ, sed & alios complures Præsi-
des de Christiana religione eidem Imperatori dedisse litteras, rursumque eundem Au-
gustum non ad Asiæ populos tantum, sed & ad alias quoque prouincias interpellatum
eius generis dedisse rescripta. quod aperte testatur Melito Sardenſis in ea Apologia ad
D Verum: quem recitat Eusebius ^c sic dicentem: Tuus item pater, quicum vnà tu sum-
mam rerum eo tempore administrabas, tum ad alias ciuitates generatim, tum ad Larif-
sæos, Theſſalonicenses, ad Athenienses, & ad omnes denique Græcos nominatim per
litteras mandata delegauit, ne quid nouarum rerum contra nos Christianos aliquando
edere molirentur.] hæc Melito.

VI.
* Euseb. ubi
supra.

FLVRA AN-
TONINI
RESCRIPTA
PRO CHRIS-
TIANIS.
* Euseb. lib. 4.
c. 25.

Illud etiam eiusdem Principis rescripti verbis manifesto declaratur exemplo, nimirum
confueuisse Gentiles, Christianorum hostes, quæcumque diuinitus missæ essent clades,
& accidissent infortunia, Christianis crimini dare, ac culpæ illorum adscribere, secundum
ea quæ & alibi recitauimus ex Tertulliano ^d, qui ait: Aduersus sanguinem innocentium
conclamant; prætexentes sanè ad odij defensionem illam quoque vanitatem, quod exi-
stiment, omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi Christianos esse causam. si
E Tiberis ascendit in moenia: si Nilus non ascendit in arua: si cælum stetit: si terra mouit:
si fames, si lues: statim Christianos ad leonem.] hæc ipse. Quod autem ad statum Ro-
manæ Ecclesiæ pertinet: etſi, vt aliæ foris positæ Ecclesiæ, à Gentilium persecutione (id
Antonini rescripto iubente) quieuerit, haud tamen tranquilla frui pace permiffa est;
quippe quæ hæreticorum se in Urbem obrudentium fuerit vehementer exagitata mo-
lestiis. quinam verò hi fuerint, dicturi sumus anno sequenti.

VII.
OMNES CLA-
DES ADScri-
BI SOLITÆ
CHRISTIA-
NIS.
* Tertul. in
Apolog. c. 49.

IESV CHRISTI HYGINII PAP. ANTONINI PII IMP.

ANNVS ANNVS ANNVS A
155. 2. 16.

I. Christi Domini nostri annus centesimus quinquagesimus quintus Consulibus adnotatur Presente & Rufino: quo, Hyginio Romano Pontifice annum secundum sue sedis auspicante, Valentinus & Cerdo nefandissimi haereticarum cum venissent in Urbem, turbas in Ecclesia concitauere non modicas. que nam fuerint horum haereses, satis dictum est suo loco superius. Docuerat (vt dictum est) Valentinus in Aegypto: cumque a pluribus suam concinnationem ex Platone, aliisque philosophis, atque poetis, simulque diuina Scriptura contextam accipi cognouisset; angusta sibi visa Aegypto, longè lateque in Christiano orbe haeresim propagare conatus, sub Hyginio Romano Pontifice (vt auctor est Irenaeus *) Romam se contulit, nec quidem citò discessurus; sed Hyginij tempora, & eius in sede successoris Pij illic expleuit, permanfitque vsque ad Anicetum, vt idem tradit his verbis: Valentinus venit Romam sub Hyginio, creuit verò sub Pio, & prorogauit tempus vsque ad Anicetum.] haec ipse. Immo verò vsque ad Eleutheri Papae tempora mansit eum Romae, ac primò se Catholicum proutulisse, Tertullianus b testatur, tam de Valentinio quam Marcione agens his verbis: Vbi tunc Marcion Ponticus nauclerus, Stoicæ studiosus? Vbi tunc Valentinus Platonicæ sectator? Nam constat illos neque aded olim fuisse, Antonini ferè principatu, & in Catholicam primò doctrinam credidisse apud Ecclesiam Romanensem; donec sub Episcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam semper eorum curiositatem, qua fratres quoque vitiabant, semel & iterum eiecti.]

VALENTINVS ROMAM VENIT. Iren. lib. 3. c. 4. & apud Euseb. lib. 4. cap. 10. b Tertul. de praescrip. c. 30

II. Admiratione quidem digna res est, procacissimum haereticum Romam aduenientem, aded maiestate eius Ecclesiae perculsum esse, vt non ausus fuerit palam suas blasphemias effundere, sed fidem Catholicam mentiendo, se aequè Catholicum profiteri, nec nisi clanculum, disputationis captata occasione, haereses propinare. Quod verò ad Cerdonem pertinet: ipsum quoque sub Hyginio in Urbem se contulisse, Irenaeus c tradit, atque Tertullianus d his verbis, de Hyginio, qui successit Telephoro, intelligens:

CERDONIS ADVENTVS ROMAM. Iren. lib. 1. cap. 28. d Tertul. in eadm. contra Marcion. lib. 3. in fine.

Post illum socius legis, certusq; magister; Cum vestri sceleris socius, praecursor, & auctor Aduenit Romam Cerdo, noua vulnera gestans, Detectus, quoniam voces & verba ueneri Spargebat furtim; quapropter ab agmine pulsus Sacrilegum genus hoc genuit, spirante dracone. Constabat pietate vicens Ecclesia Roma Composita à Petro, cuius successor & ipse Iamq; loco nono cathedram suscepit Hyginus.

III. At ipse Cerdon, quantumlibet in Oriente publice palamque haereses professus esset, Romam tamen cum venisset, licet impudens ac petulans, reueritus tamen Ecclesiae Apostolicæ Apostolico ore testatam fidem, ac eorum sanguine consignatam, erubuit turpitudinem suam, simulauitque delicti poenitentiam, & exomologesis pallio se studuit operire, desperans nimirum se non nisi Catholici nominis tegmine inter Fideles Catholica fide coruscos versari posse: sicque audacissimus homo perimuit, & loquacissimus obmutuit, effectusque militiae, cuius dux erat, desertor, in castris Ecclesiae videri voluit, facta sepe exomologesi, profiteri. Quod quidem Irenaeus e testatur his verbis: Cerdon autem, qui ante Marcionem, & hic sub Hyginio, qui fuit octauus f Episcopus, saepe in Ecclesiam veniens & exomologesi faciens, hic consummauit, modò quidem latenter docens, modò verò exomologesi faciens, modò verò ab aliquibus traductus in his quae docebat malè, & absentus est à religioforum hominum conuentu.]

Iren. l. 3. c. 4. e al. bonus

III. Ceterum tantum abest, vt vel minimum per hos vel alios huius temporis haereticos labefacta fuerit puritas atque sinceritas Romanae atq; Apostolicæ fidei, vt (quod aliàs diximus) ad eos fortius conuincendos, idem ipse Irenaeus & Tertullianus ad Ecclesiam Romanam prouocent integritatem, in qua nimirum Apostolicæ traditiones vigerent. Non alij quidem Cerdoni, nisi leuissimi homines adhaeruerunt, qui palearum instar in Ecclesia haberentur, & circumferrentur omni vento doctrinae. de quibus haec Epiphanius f: Cerdon à Syria digressus, & Romam profectus, corruptor & sui ipsius & credentium ipsi, miserrimus visus est

Miserà

CHRISTI HYGINII PAP. ANT. PII IMP.
155 2. 16.

A Misera est enim hominum natura, cum relicta Deivia errat, & vbi seipsam à Dei vocatione separauit: contigit enim his prouerbum canis, qui umbræ intentus, non continuit quod habebat in ore.] haec & alia de Cerdone & eius sectatoribus Epiphanius.

Sed obseruatione illud magnopere dignum est, cariosos atque putentes haereticos non ed vsque dementiae peruenisse, vt Apostolicæ sedis culmen omnino contempserint; apud quam submissa ceruice ferrea, saepe facerent exomologesi, planè profitentes, non aliunde sibi licere nomen Catholicum vel specie tenus praeferre, quam ex Romanae Ecclesiae communicatione quoquo modo surrepta. At non modò Valentinus & Cerdon, sed & Marcion, & alij complures haereticarum, de quibus singulis suo loco dicendum, fictè vel verè palinodiam recantaturi, non apud aliquam aliam sedem, quam Romanam, neque apud quempiam alium summæ aetimationis Episcopum, quam Romanum, id sibi legitime faciendum putarunt: quòd in confesso esset non solum apud Catholicos, sed etiam haereticos Ecclesiae Catholicae perduelles, eam esse Ecclesiam totius metropolim, & omnium Ecclesiarum gerere principatum, vtpote cuius esset fidem probare, atque perfidiam condemnare.

v. ETIAM HAERETICARUM DE ROMANAE ECCLESIAE.

IESV CHRISTI HYGINII PAP. ANTONINI PII IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
156. 3. 17.

C Sequens annus Christi centesimus quinquagesimus sextus notatur in vulgarioribus Fastis Consulibus Lucio Aelio Commodo & Sextilio Laterano, sed à Cassiodoro Tertullo ac Sacerdote: quem, vt memoria rerum Ecclesiasticarum icinum, scriptorum penuria sic praeterimus.

IESV CHRISTI HYGINII PAP. ANTONINI PII IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
157. 4. 18.

D Anno sequenti centesimo quinquagesimo septimo, Seuerus atque Sabinus, aliter Sabinianus, Consules habentur, sed à Cassiodoro ponuntur Quintillus ac Priscus. In tanta enim Consulum varietate haud propterea quis suspicari debet rectam chronologiam interuerti: nam cum de annis constet Imperatorum, iis certa ratio temporis stabilitur. hoc igitur anno decimo octauo Antonini Imperatoris, Eusebius a, cum (vt profiteretur) sic sibi explorata esset Ierosolymitanae Episcoporum sedis successio, vt tamen, quot quisque sedisset annos, haberet incompertum: hos in vnum recenset post eos, qui superius numerati sunt, Ierosolymitanos Episcopos, dicens: Cassianus decimus septimus Ierosolymae Episcopatum post Marcum suscepit: post quem decimus octauus Publius: cui successit decimus nonus Maximus: vigesimus Iulianus: vigesimus primus Gaianus: vigesimus secundus Symmachus: vigesimus tertius Caius: vigesimus quartus Iulianus: vigesimus quintus Capito.] hos ponit vsque ad annum Commodi Imperatoris quintum.

Euseb. in Chronico. EPISCOPI IEROSOLYMITANI.

IESV CHRISTI PII PAP. ANTONINI PII IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
158. I. 19.

E Christi anno centesimo quinquagesimo octauo, Siluano & Augurino Coss. vndecima Ianuarij Hyginus Romanus Pontifex, cum sedisset annos quatuor, duobus minus diebus (vt colligitur ex tempore ingressus eius, vsque ad diem qui natalitio ipsius adscriptus est in Romano Martyrologio) moritur martyr. Quod verò pertinet ad numerum annorum sedis eiusdem, aequè consentiunt Latini atque Graeci, eum sedisse annos quatuor: quod quidem liber de Romanis Pontificibus, Collectio Cresconiana, alique Vaticani indices testantur. affirmat id ipsum Eusebius b. Ceterum in perquirendis annis Hygini, si quis Consules perperam posuit, immò errore illapsus in librum de Romanis Pontificibus subsequatur in Hyginio; duodecim saltem annos eum sedisse, dicere Annal. Eccl. Tom. 2. M opus

HYGINIUS MORITVR MARTYR. b Euseb. li. 4. cap. 10. & in Chronico.

*Pamlin. in Fajb.

bCypr. ep. 74. eult. Vamel.

II. HYGINII RES GE- STAE.

*Habentur collectano. 1. Conc. in Hyg.

FIVS PAPA.

III. DE SVCCES- SIONE AN- CETI.

d Opt. Mile- nit. contra Parm. lib. 2. e Aug. epist. 165. e Hieron. de Script. Eccl. in Hegesipp. e Apud Euseb. lib. 4. cap. 21. b Iren. lib. 3. cap. 2. e 4. i Tert. contra Marcion. l. 3. e Carm. in sine. e Euseb. in Chron. e bistor. lib. 4. cap. 10. i Epiph. ha- ref. 27. m Nice. epist. Cass. in Chr. Nicophorus. Cal. l. 3. c. 25.

opus esset. quod tandem intelligens is* qui vsque ad ipsum Hyginium per Consules in eis positos numeravit annos Romanorum Pontificum, licet sero errorem sentiens, iam in ceteris paulo cautius egit. Rursum vero, quod Irenaeus, Tertullianus, Epiphanius in locis citatis superius numerant a Petro Hyginium nonum ordine Romanum Episcopum, quod & alij fecisse reperiuntur, vt Cyprianus^b in epistola ad Pompeium; id inde accidit, quod ipsorum alij Clatum, alij vero (quod saepe superius dictum est) Anacletum praetermittunt, ex his duobus vnum constantes.

Quod ad res ab Hyginio gestas spectat, remanserunt, sicut & aliorum quorundam antiquorum Romanorum Pontificum, prorsus obscurae, cum haec tantum in citato superius libro de Romanis Pontificibus habeantur memoriae commendata, videlicet: Hic clerum composuit, & distribuit gradus.] Porro quod ad gradus cuiusque ordinis in Ecclesia, quo Ecclesiastica habetur composita hierarchia, iam a temporibus Apostolorum haec facta esse, Ignatio auctore & aliis, como primo Annalium demonstrauimus: verum aliqua antiquae formae ab Hyginio fuisse addita, vel eadem illustrata, aequum est existimare. Leguntur Hyginij titulo epistolae duae: recitantur & a Gratiano plura^c eiusdem decreta, quae referre omitimus. Demum haec de eo postremo loco ponuntur: Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros quindecim, diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca sex. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, tertio Idus Ianuarij. Cessauit Episcopatus eius dies tres.] Sicque decimaquinta Ianuarij die Pius Papa creatur, de quo haec in eodem libro de Romanis Pontificibus scripta leguntur: Pius natione Italus, ex patre Ruffino, fratre Pastoris, de ciuitate Aquileia, sedit annos nouemdecim, menses quatuor, dies tres.] haec ibi. sed de tempore sedis eius plura inferius.

Verum antequam ulterius progrediatur de Pio Papa, Hyginio succedente, narratio, sciendum est, de successore Higinij diuersam reperiit antiquorum sententiam: dum alij non Pium, sed Anicetum, Pium vero illi suffectum dixerunt: alij vero (vt positum est) primo loco Pium, ac post eum numerant Anicetum. Vtriusque sententiae haud vulgares assertores habentur: siquidem priorem locum tribuunt Aniceto, posteriorem vero Pio Optatus^d Mileuitanus & Augustinus^e, dum Romanorum Pontificum catalogum texunt: eidem quoque sententiae ad stipulari videtur Hieronymus^f, dum post Petrum decimo loco numerat Anicetum: non desunt praeterea complures antiqui indices, in quibus itidem Pius postponitur Aniceto. Verior tamen ac magis recepta contraria huic videtur esse sententia, qua prior locus Pio tribuitur: id enim profitetur in primis Hegesippus, qui sub eodem Aniceto Romam venit: hic enim dum post Anicetum, non Pium, sed Eleutherium ponit^g, planè declarat, primò Pium, ac post eum sedisse Anicetum. Id ipsum Irenaeus^h, qui iisdem etiam vixit temporibus, tradit, & huic ferè aequalis Tertullianusⁱ, Eusebius itidem^k, Epiphanius^l, duo Nicephori^m, ac demum tam Latini, quam Graeci recentiores omnes: vt iam planè stultitia habeatur, iis non acquiescere, qui eodem tempore, quo iisdem Pontifices, in Ecclesia claruere, vt Hegesippus, & Irenaeus, qui què his proxime accedit Tertullianus.

IESV CHRISTI ANNVS 159. PII PAP. ANNVS 2. ANTONINI PII IMP. ANNVS 20.

I. Christi anno centesimo quinquagesimonono, Coss. Barbato & Regulo, Pius agens in Pontificatu annum secundum, decretum edidit de celebrando Paschate die Dominico: quod tradit Eusebiusⁿ. Verum licet ipse Pius auctor dicatur Ecclesiasticae sanctionis: tamen quod iam antea ab Apostolis esset traditum, ipse tantum ad corrigendas Iudaizantes Ecclesias, quae haecenus Iudaeorum more quartadecima Luna Pascha agere solerent, voluit decreto firmasse. Sanè quidem (inquit Socrates^o) qui Romam & alias partes Occidentis incolunt, Petrum & Paulum Apostolos consuetudinem, quam illi tenent, ipsi reliquisse affirmant. Verum nemo istorum omnium de his rebus scriptis proditum proferre potest.] haec Socrates Nouatianus. Porro complures Nouatianorum cum Iudaeis ipsi quoque celebrabant Pascha decimaquarta Luna: cuius institutionis Ioannem Euangelistam fuisse auctorem, Quartodecimani calumniabantur: quem potius id, sicut alia multa, in illa tunc nuper extorta & coalescente primitiua Ecclesia tolerasse, putandum

n Euseb. in Chronico. CELEBRAN- DVM PAS- CHA DIE DOMINICA. o Socr. h. 7. lib. 5. c. 25.

A dum est. Ceterum non nisi ex Apostolica traditione, qui de his egerunt sanctissimi Patres, Victoris tempore, vt die Dominico Pascha celebraretur, sibi vendicasse, docet Eusebius^a. sed alienum ab hac institutione fuisse Ioannem, mox dicturi sumus.

Haec Petrum Apostolum Romae docuisse, & eadem ab eo accepta S. Marcum Aegyptiis tradidisse, testatur S. Protherius^b Episcopus Alexandrinus, scribens ad S. Leonem Romanum Pontificem. Quod si de his antiquius testimonium scriptis proditum quis requirat, habet Ignatium, qui vixit temporibus Apostolorum, & sedem Apostolicam Antiochenam, quam Petrus fundarat & Paulus docuerat, administravit: quem profecto alia docuisse atque scripsisse, quam ab ipsis Apostolis accepisset, nefas est dicere. hic, inquam, scribens^c ad Magnesianos, Asiae populos, celebrandum ait diem Dominicum, vt dierum principem, resurrectioni Domini consecratum. & ad Philippenses^d, de non celebrando Paschate more Iudaico, haec contestatus, inculcat: Si quis cum Iudaeis celebrat Pascha, aut symbola festiuitatis eorum recipit, particeps est eorum qui Dominum occiderunt & Apostolos eius.]

Immo & ipsi iustmet Ioanni Apostoli testimonio rata haberi videtur celebratio Paschae die Dominico. nam cum in Apocalypsi^e eius dici meminerit tamquam celebris in Ecclesia ac nominati, quanam, quae, potuit esse ratio diei Dominici in Ecclesia celebrandi, nisi quod esset resurrectioni Dominicae consecratus, nempe quod ea die Christiani sacramentum resurrectionis Domini religiosè studiis votisque recolerent. Ceterum si more Iudaico decimaquarta Luna eius memoria in Ecclesia ageretur; quod incerta dies eius esset, vtpote quae singulis annis mutaretur, omnis diei Dominicae (quae prima erat) celebrandi ratio cassa reddita videri potuisset. Quod si quolibet octauo die, nempe Dominico, resurrectionis memoria solemnibus ritibus Apostolica traditione repeti consuevit: quorsum alia die ipsam anniuersanam Paschatis celebritatem oportuit celebrari? Haec autem quantumlibet optimo iure dici posse videantur, Polycrates^f tamen de Ioanne secus affirmat, necnon Irenaeus, testimonio (vt ait) Polycarpi: quibus si assenserimus, nuda- ret ipse liber Apocalypsis, & alterius potius auctoris esse, quam Ioannis Apostoli, dicere oporteret: quod horret piorum auditus.

Pius igitur, ne ob altercantium studia conuelleretur quae ab Apostolis de celebrando Paschate die Dominico traditio in Ecclesia statuta esset, eam decreto edito stabilendam curauit. Cui accessisse diuinum quoque suffragium, Angelico ministerio collatum, idem qui supra liber de Romanis Pontificibus in Pio his verbis testatur: Sub huius Episcopatu frater ipsius Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei praecipit Angelus Domini, cum veniret ad eum in habitu pastoris, vt sanctum Pascha die Dominica celebraretur.] haec ibi. Hunc illum fuisse Hermen, quem Paulus, ad Romanos scribens, salutari mandat, dicens, Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrosam, Hermen] testantur Origenes^g, Eusebius^h, Hieronymusⁱ, atque alij. Porro liber Hermæ, seu Hermetis, qui inscriptus est Pastor, quibusdam antiquis optimè notus atque probatus fuit. de quo enim Eusebius^k testimonium affert Irenaei, cum ait: Librum item Pastoris non modo legendo cognouit, sed etiam approbatione confirmauit. Praclare (inquit) loquitur liber, (cum librum Pastoris intelligit) qui sic loquitur: Primum omnium, vnum Deum esse credito, &c.] nouit eum atque frequenter citat Origenes^l, qui tamen eum à nonnullis contemni tradit: vt planè appareat, haud integram solidamque fidem apud omnes meruisse. Vfus est eo commentario ante eum Clemens Alexandrinus^m, ac etiam Tertullianusⁿ ex eo testimonium petit. De quo olim cum primum scriberet contra Marcionem, haec ait^o:

Post hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater, Angelicus Pastor, quia tradita verba locutus, &c.]

Athanasius^p aduersus Arianos agens, eum citans, vtilissimum librum appellat. Sed quantae aestimationis apud Graecos fuerit, Hieronymus^q post Eusebium declarat his verbis: Afferunt auctorem hunc esse libri qui appellatur Pastor, & apud quosdam Graeciae Ecclesias etiam publice legitur. Re vera vtilis liber: multique de eo scriptorum veterum vsurpauerunt testimonia; sed apud Latinos praene ignotus est.] haec ipse.

Quod autem ad Latinos pertinet, sic eis liber innotuit, vt tamen eum ipsi inrer eorum apocryphorum genera adnumerarint, quae legi in Ecclesia possint, non tamen citari debere ad fidem Catholicam adstruendam: hac enim censura à maioribus fuisse nota-

a Euseb. hist. lib. 5. cap. 22.

b Apud Bed. de vit. temp. cap. 42.

c TRADITIO APOSTOLICA DE PASCHATE.

d Ign. epist. 6.

e Apoc. 1.

f Apoc. 1.

g Quid Ioannes de Paschate.

h Apud Euseb. lib. 5. cap. 23.

i e 24.

j Orig. in ep. ad Ro. c. 16.

k Euseb. lib. 3. cap. 3.

l Hieron. de libro Hermæ, qui est Pastor.

m Hieron. de Script. Eccl. in Herm.

n Euseb. lib. 5. cap. 9.

o Ori. Periarch. lib. 4. c. 2.

p Cle. Alex. Strom. lib. 1. c. 6.

q Tertull. de orat. cap. 12.

r Tert. contra Marcion. l. 3. cap. in fine.

s Athan. de inoav. Verbi.

t Hieron. de Script. Eccl. Euseb. l. 3. c. 3.

u Quid Latini de Libro Pasto- rum, ris.

CHRISTI
159.

PII PAP.
2.

ANT. PII IMP.
20.

^a Tertull. de
pudic. c. 10.

tum, Tertullianus^a affirmat : ipse autem eum postea omnino respuit, quod reciperet mœchi pœnitentiam contra pseudoparaclæti doctrinam . ait enim : Sed crederem tibi, si scriptura Pastoris, quæ sola mœchos amat, diuino instrumento meruisset incidi: si non ab omni concilio Ecclesiarum etiam vestrarum inter apocrypha & falsâ indicaretur, adultera & ipsa, & inde patrona sociorum .] hæc Tertullianus, planè significans, Pastorem librum extra classem diuinorum librorum esse reiectum, quod plus æquo quidam illi fauissent: qui etiam eundem commentarium Petri auctoritate confirmare nitentur, dum insigni titulo, nempe, Iudicium Petri, opus inscripserant.

VI.
ANTIQUVS
MOS DIV-
DICANDI
LIBRO IN
ECCLESIA.
^b Ruf. expos.
^c Symb. Ap. p. 7.

At (ne id prætereamus) ex iis quæ ex Tertulliano recitauimus, planè declaratur, non recens fuisse iudicium in Ecclesia, de scriptis editis, quæ hagiographa, quæve apocrypha essent, accuratè decernere, sed perantiquum, quo (vt dictum est) Pastoris librum dictæ censuræ maiores subiecerant: à quorum sententia recentiores nequaquam recesserunt. nam de eodem Rufinus^b agens hæc ait: In nouo verò Testamento libellus, qui dicitur Pastoris, siue Hermetis, qui appellatur, Duæ viæ, vel Iudicium Petri (tot enim nominibus à diuersis nominari consuevit) quæ omnia legi quidem in Ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam.] hæc Rufinus. Eadem quoque ratione idem liber à S. Prospero aduersus Collatorem agente, qui eius auctoritate errorem suum tueri conatus fuit, nullius planè auctoritatis est iudicatus: sed & Gelasio æquè inter apocrypha recensetur. vfos eo quoque esse Arianos ad suam ipsorum hæresim confirmandam, testatur S. Arhanasius^c. Certe quidem ante Gelasium atque Prosperum, vt apocryphum, non absque trepidatione citari solitum, ipse item S. Hieronymus^d significat. Quod verò alij Hermam, Hermen, vel Hermetem eum appellent, quod vtriusque nominis meminerit Paulus; haud magni momenti quaestio est: frequentiori autem vsu Hermam inuenimus nominatum, cognomento Pastorem.

^e Atha. epist.
ad Afros
apud Theod.
Hist. li. 1. c. 8.
^f Hieron. in
Amos c. 7.

Sed quod me magnopere reddit ambiguum, illud est: Cùm in nuper citato libro de Romanis Pontificibus dicitur, tempore Episcopatus Pij Papæ ab Hermete scriptum esse librum, quo Angeli pastoris habitu apparentis mandatum de celebrando Paschate die Dominico contineretur: tamen in commentario illo, qui Herma Pastoris inscribitur, & citatus à Patribus reperitur, nulla prorsus de celebrando Paschate habetur mentio; qui etiam longè ante hæc tempora scriptus apparet, nempe sub Clemente, cui duos illos libellos dandos, & in exteris ciuitates mittendos (qui locus videri verbis ab Origene quoque citatur in Periarcho^e) Herma scriptor admonitus est: vt planè ex his dicere necesse sit (si velimus vnum eundemque esse auctorem) diuersos hos inter se fuisse commentarios, diuersis temporibus scriptos; quorum prior vsu celebrior Græcis in primis habitus sit; posterior autem tam Latini quam Græcis obicurius, cuius nulla prorsus mentio ab aliquo antiquorum facta inueniatur.

VII.
DIVERSA
PASTORIS
SCRIPTA.

Porrò Hermæ quoque Pastoris nomine censetur libellus ille, quo res gestæ sanctæ Prædix virginis, & fratrum ipsius Nouati atque Timothei descriptæ habentur: eiusdem enim auctoris titulo in antiquis codicibus ipsorum Acta descripta leguntur. erant hi quatuor fratres Pudente Senatore & Priscilla clarissima femina geniti; quos omnes Apostolorum prædicatione eruditos, se suæque Christianorum obsequio mancipasse constat. quorum in Viminali posita erat domus amplissima, coniunctæque illi thermæ, quæ interdum Nouati, interdum verò Timotheinæ ab eiusdem Pudentis filius superius nominatis dictæ reperiuntur. Primum enim ibi ac præcipuum fuisse apud Pudentem & filios hospitium Christianorum, primo Annalium tomo diximus, simulque in nostris ad Romanum Martyrologium Notis: apud eosdem quoque Pudentis filios diuersarum esse Iustinum philosophum, suo loco dicemus, cum agemus de eius pro fide Christiana suscepto martyrio. Certe quidem peregrinos, qui ex Oriente Romam veniebant, hospitari solitos in Viminali colle, vel in Exquilis eidem proximis, Iuuenalis his verbis perspicue ostendit:

^g Orig. lib. 4.
cap. 2.

VIII.

DOMVS PV-
DENTIS ET
FILIORVM.

^h Iuuen. Sa-
tyra 3.

*Hic alia Scyone, ast hic Amidone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Tralibus aut Alabandis,
Exquilias, dictumq; petunt à vimine collem,
Vixerat magnarum domuum, dominiq; futuri.*

Ex his namque vna erat nobilissima Christianis patens Pudentis Senatoris domus, apud quam & Nouati thermæ, super quas erectus est titulus Pastoris dicitur. Quando autem id contigerit, suo loco inferius dicemus. Cur autem Hermæ inditum sit cognomen

CHRISTI
160.

PII PAP.
3.

ANT. PII IMP.
21.

mentum Pastoris, an quia ei Angelus (vt dictum est) in habitu Pastoris apparuit, an verò quod cognomen esset Romæ familiæ Senatoriæ (anno enim tertio M. Aurelij Imperatoris Consulatum gessisse reperitur Iunius Pastor vnà cum Papyrio Æliano) haud satis certum est: sed illud verius creditur.

IESV CHRISTI
ANNVS
160.

PII PAP.
ANNVS
3.

ANTONINI PII IMP.
ANNVS
21.

Christi anno centesimo sexagesimo Tertullus & Sacerdos creati sunt Consules. Numeratur idem annus vigesimus primus Antonini Pij Imperatoris, quo perperam ponitur à Cassiodoro Consulatus Antonini quintus, cum nonnisi quartus notatus eius Consulatus habeatur vltimo sui Imperij anno, quo vigesima quarta eius potestas Tribunitia annuatim collata, posita reperitur in antiquis monumentis siue nummorum, siue aliarum inscriptionum; vt inter alias illa, quæ in eius sepulchro in mole Hadriani sic posita legitur: IMP. CÆSARI. T. ÆLIO. HADRIANO. ANTONINO. AVGVSTO. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XXIII. IMP. II. COS. IIII. P. P. qua etiam inscriptione arguuntur erroris, qui hoc anno (vt Cassiodorus) vel sequenti (vt alij) obitum ipsius Antonini Pij Imp. referunt.

IESV CHRISTI
ANNVS
161.

PII PAP.
ANNVS
4.

ANTONINI PII IMP.
ANNVS
22.

Christi Redemptoris anno centesimo sexagesimo primo, Quintillo & Prisco Coss. cum ageret Antoninus Imperij annum vigesimum secundum, Eusebius notat in Chronico, plures exteris gentes, æquitate eius permotas, depositis armis se eius voluntati subdidisse. Hos autem fuisse Bactros, Hyrcanos, & Indos, Aurelius Victorⁱ testatur, qui multis eum celebrat laudibus, sicut Iulius Capitolinus, & alij, qui res ab eo gestas fusiùs sunt prosecuti.

I.
ANTONINO
SPONTE DE-
DITI POPV-
LI.
^a Aurel. Vict.
in ant. Pio.

Laudat & S. Augustinus^b æquissimam ab eo latam legem, ne maritus adulterij accusare possit vxorem, si ipse impudicè vixerit. Reddam verba Augustini, simulque legis ex Gregoriano Codice acceptæ: Sed isti, quibus displicet, vt inter virum & vxorem par pudicitæ forma seruetur, & potius eligunt, maximè in hac causa, mundi legibus subditi esse quàm Christi; quoniam iura forensia non iisdem, quibus feminas, pudicitæ nexibus viros videntur constringere; legant quid Imperator Antoninus non vetique Christianus, de hac re constituerit, vbi maritus vxorem de adulterij crimine accusare non sinitur, cui moribus suis non præbuit castitatis exemplum: ita vt ambo damnentur, si ambos pariter impudicos conflictus ipse conuicerit. Nam supradicti Imperatoris hæc verba sunt, quæ in Codice Gregoriano leguntur: Sanè (inquit) meæ litteræ nulla parte causæ præiudicabunt: neque enim si penes te culpa fuit, vt matrimonium solueretur, & secundum legem Iuliam Eupasia vxor tua nuberet, propter hoc rescriptum meum adulterij damnata erit, nisi constet esse commissum. Habebunt autem ante oculos hoc inquirere, an cum tu pudicè viueres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuisti. Periniquum enim mihi videtur, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibet. quæ res potest & virum damnare, non ob compensationem mutui criminis rem inter vtrumque componere, vel causam facti tollere. Si hæc obseruanda sunt propter decus terrenæ ciuitatis, quanto castiores quærit cælestis patria & societas Angelorum?] hæc Augustinus. Eiusdem planè legis sententiam Vlpianus^c in secundo de adulteris libro descripsit.

II.
^b Au. de adul-
ter. coniug.
lib. 2. c. 8.

ANTONINI
LEX AEQVIVS
SIMA.

^d L. miles. §. in-
de. x. ff. ad leg.
Iul. de adul.

Eiusmodi quoque Antonini lege reddita est cassa illa Ælij^d Veri Cæsaris (hunc Hadrianus, vt in Imperium succederet, adoptauerat) in vxorem suam de extraneis voluptatibus conquerentem dicta sententia: Vxorem dignitatis nomen esse, non voluptatis. Perinde ac si ad voluptatem liceret viris se aliis admiscere. Sed longe illo æquior Antoninus, qui legem Iuliam in viros quoque impudicos armauit.

III.
^e Spartianus
in Ælio Vere.

IESV CHRISTI PII PAP. ANTONINI PII IMP.

ANNVS

ANNVS

ANNVS

162.

5.

23.

A

I. **S**equenti anno Domini centesimo sexagesimosecundo, Vibius Barus & Annius Brada creati sunt Consules, quibus à nonnullis obitus ponitur Antonini: sed nos anno sequenti. Hoc ipso anno, biennio nimirum ante persecutionem Marci Aurelij & L. Veri Imperatorum, in thermis Nouari Romæ erectus est titulus, qui Pastoris dicitur est, de quo superius: qua autem occasione id factum sit, litteræ eiusdem Pastoris ad Timotheum, Nouati, Pudencianæ, atque Praxedis germanum, significant, quas facta collatione exemplarium hic expressimus. sunt huiusmodi:

TITVLVS
PASTORIS.

Pastor presbyter Timotheo compresbytero in Domino salutem.

II.
PASTORIS
LITTERAR.

Venerabilis virgo Praxedes afflictæ erat propter transitum germanæ suæ Pudencianæ: B multi nobiles Christiani ad eam veniebant, & consolabantur eam vñ cum Episcopo Pio, venitq; ad eam germanus vester Nouatus, qui est frater noster in Domino, & consolatus est eam, & multos Christianos pauperes donis suis refecit, & ministravit omnibus de facultatibus suis, rogans ab ea, vt orationibus eius indulgentiam à Domino mereretur: idemq; vos frequenter cum beatissimo Pio Episcopo ad altare Domini commemorabat. Post mensē verò & dies vigintiocto ægritudine detentus est Nouatus, postquam abscesserat à conspectu virginis Praxedis. Pio autem Episcopo cogitante de omnibus Christianis vñ cum virgine Praxede, requiritur Nouatus vir Dei: & cum auditum fuisset, quòd ægritudine detinebatur, contristati sunt omnes. Beata autem Praxedis dixit ad S. Pium Episcopum: Iubeat sanctimonium vestrum, vt eamus ad eum; & visitatione tua cum orationibus saluabit eum Dominus. Et facta constitutione, noctu vñ cum Pio Episcopo & virgine Domini Praxede perreximus ad virum Dei Nouatum. At cum audisset idem vir Dei Nouatus omnes nos congregatos ad se venisse, gratias cepit agere Deo, quia meruit à S. Episcopo Pio & virgine Domini vñ cum nostra visitatione confortari: & fuimus in domo eius diebus ac noctibus octo. His autem diebus cum ibi essemus, hoc placuit ei, vt vobis vñ cum beata Praxede omnem substantiam suam relinqueret. Inde verò tertio decimo die transiit ad Dominum. De quo facto nos litteras huius textus ad vos direximus vñ cum beato Pio Episcopo sedis Apostolicæ, & virgine Praxede, vt, quid tibi placuerit de substantia germani tui Nouati, facias nos certiores, vt tua ordinatio in omnibus custodiatur.] Missa per Eusebium subdiaconum sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Ibidem quid Timotheus rescripserit, his verbis ponitur:

III.
RESPONSIO
TIMOTHEI.

Timotheus confratri presbytero Pastori, & sanctissimæ sorori Praxedi in Domino D salutem. Nos famulatum in omnibus præuenientes, oramus sanctimonium vestrum, vt nos commendare dignemini memoriæ sanctorum Apostolorum, & sancto Pio Episcopo, sanctæ Sedis Apostolicæ Præsuli, & omnibus sanctis. Ego humilis seruus vester plenius gaudio repletus sum, audiens quòd mihi scribere dignati estis. Mea siquidem vobis semper votiuua fuit & est conscientia. Vnde agnoscat sanctitas vestra, quia quod germano suo Nouato placuit, & nobis famulis vestris placet: vt in arbitrio sanctæ virginis sit quod mihi dereliquit, & quod vobis & sanctæ virgini placuerit, ex eo faciendi plenam per omnia habeatis potestatem.] Sequitur Pastor: Accepta igitur hac epistola gaudio repleti sumus, & tradidimus eam legendam sancto Pio Episcopo. Tunc beatus Pius Episcopus gratias egit Deo Patri omnipotenti. Eodem tempore virgo Domini Praxedes, accepta potestate, rogauit beatum Pium Episcopum, vt in thermis Nouati, quæ iam in vsu non erant, ecclesiam dedicaret, quia in eis ædificium magnū & spatiosum videbatur esse: quod & placuit Pio Episcopo, & dedicauit ecclesiam in thermis Nouati, in Vrbe, in loco qui appellatur Vicus Lateritorium, vbi & constituit Titulum Romanum, in quo & baptisterium consecrauit quarto Idus Maias.] hætenus de Tituli erectione. Quæ autem contigerunt sub persecutione post annos duos excitata sub M. Aurelio & Lucio Vero, describentur suo loco. Porro natalis dies Nouati in tabulis Ecclesiasticis notatus habetur. Iplum verò titulum Pastoris iam vetustate collabentem, hoc ipso anno quo hæc scribimus, decentissimè restitutum vidimus ab eiusdem Tituli presbytero Cardinale Illustriss. ac Reuerendiss. Henrico Caetano, S. R. E. Camerario: vbi coalescit recens reddita obseruantia Cisterciensium monachorum.

* Martyrol.
Roman. die
20. Iunij.

IESV

IESV CHRISTI PII PAP. ANTONINI PII IMP.

ANNVS

ANNVS

ANNVS

163.

6.

24.

A

A No Christi centesimo sexagesimo tertio, Marco Aurelio tertium & Lucio Vero secundum Coss. septima die Martij, Antoninus Pius, cum imperasset annis vigintiduos, mensibus septem, & diebus vigintifex, moritur. At quoniam veritas annorum, quibus imperauit, inexplorata quampluribus fuit, occasio data est nonnullis temporis ordinem peruertendi. Quamobrem haud otiosum putamus ad veritatem rerum gestarum exquirendam, eam certa firmaque temporis chronologia stabilire.

I.
DE TEMPORE
QVO IMPERAVIT
ANT. PIVS.

B Meminisse ergo in primis debemus, ipsum Tribunitiam potestatem primo anno Imperij accepisse, Hadriano adhuc viuente, anno (vt diximus) centesimo quadragesimo: cumque in monumentis antiquis^a, eius nominis inscriptio notata habeatur Tribunitia potestate vigesima quarta, necesse est, ipsum ad hunc vsque annum peruenisse: quamobrem ea ratione se collegisse ex Diono Xiphilinus tradit, imperasse Antoninum annos vigintiquatuor. sic & Eutropius, qui eundem Antonino tribuit annorum numerum: tot enim annos eum regnasse putauerunt, quot repetita in eo Tribunitia potestas reperitur. Verum ex iis vigintiduos tantum explese patet, duos autem tantummodò inchoasse: nam cum eo anno Domini centesimo quadragesimo, die decima Iulij, quo mortuus est Hadrianus, solus cœperit imperare, deseritque (vt dicemus) hoc anno septima die Martij; reliquum est, vt affirmemus ipsum imperasse vigintiduos annis expletis, mensibus septem, & diebus vigintifex. quamobrem Theophilus Episcopus Antiochenus, qui hoc tempore claruit (nam sub Marco Aurelio & Lucio Vero Antonini Pij successoribus sedit) cum ait Antoninum regnasse annos vigintiduos, menses septem, & dies sex, in numerum dierum irrepsisse errorem, dicendum est, nempe vt loco dierum viginti sex, tantum sex positi habeantur: nam ea ratione colligeretur, ipsum obiisse decimasexta die Februarij. Porro ex iis quæ idem Theophilus ait, dum consignat tempus Imperij M. Aurelij, quem Verum appellat successorem Antonini, quem ex Tertulliano^b, & aliis constat obiisse diem decimasexta Martij; eum imperasse annos decem & nouem, ac dies decem: necesse erit affirmare, Antoninum Pium, cui ille successit, clausisse diem septima die Martij.

* Apud Pan-
tin. in Pass.
comment. ep.
Adolph. Oct.
de Num.^b Tertul. in
Apol. c. 25.

Mortuus est apud Lorium villam, domesticis etiam rebus compositis, ac de familiaribus & aliis optimè meritis: quem Senatus retulit inter diuos. Meruit & Flaminem, & D Circenses, & templum, & sodales Antoninianos: solusque omnium propè Principum prorsus sine ciuili sanguine & hostili (quantum ad seipsum pertinuit) vixit, & qui ritè comparatur Numæ, cuius felicitatem, pietatemque, & securitatem, carmoniaque semper obtinuit.] hæc Capitolinus. Matura quoque senectute eum vita fundum esse constat: quippe qui cum natus sit (vt idem tradit auctor) decimanona Septembris, Consulibus Domitiano duodecimum & Dolabella, anno Domini (vt posuimus) octogesimo octauo, decesseritque (vt dictum est) hoc anno, septima die Martij; colligitur eum vixisse annos septuagintaquatuor, menses quinque, & dies sexdecim. tumulatus est in sepulchro, quod super Tiberim ipse erexerat (vt demonstratum est) Hadriano, hoc elogio: IMP. CÆSARIS T. ÆLIO. HADRIANO. ANTONINO. AVG. PIO. PONT. MAX. TRIB. POT. XXIIII. IMP. II. COS. IIII. P. P.

II.

ARTAS ET
SEPVLTURA
ANTONINI
PII.

E Antonino Pio defuncto, Marcus Aurelius Antoninus cognomento Philosophus, & Lucius Ælius Verus Antoninus, quos viuente ac iubente Hadriano adoptauerat, succedunt in Imperium. Quoniam verò horum Imperatorum diuersa reperitur apud antiquos nomenclatura, quod nonnullis erroris causam præbuit; de his dicere necessarium ducimus: ac primum quidem, quo nomine dicti essent, antequam ab Antonino adoptarentur. Marcus Aurelius Antoninus filius fuit fratris^c vxoris Hadriani, Annij Veri. Hic (inquit Capitolinus) principio sui nomen habuit, nempe (vt tradit Dio^d) Marcus Annij Verus; quem, inquit, prius Catilium nominauerant, nimirum (vt idem ait Capitolinus) à Catilio Severo materno proauo. qui addit: Post excessum verò patris, ab Hadriano Annij Verissimus vocatus est; post virilem togam, vt olim, Annij Verus] hæc ipse. Porro Iustinus martyr^e eum appellat Verissimum.

III.
M. AVRELIVS
ET L. VERVS
IMP.^c Iul. Capitol.
in Pio.
^d Dio in Hadriano.^e Iust. mart.
in apolog. ad
Ant. exorb.

M 4

His

IV. His sic se habentibus, errore lapsus videtur Spartianus, dum ait^a, Antoninum Pium A iussu Hadriani sibi adoptasse Annium Verum, & Marcum Antoninum: aperte significans, Annium Verum diuersum ab Antonino, ipsumque esse, quem dicimus Lucium Verum: nam & Theophilus Antiochenus, qui (vt diximus) his diebus vivebat, Marcum Antoninum, Verum appellat, quem ait imperasse annos decem & nouem, ac dies decem: quæ de Lucio Vero dici non possunt. Porro Veri nomen Lucio adhæsisse postquam Marcus eum in collegam Imperij adsciuit, idem Capitolinus testatur: nam (vt ait) Marcus nomen Antonini sibi sumpsit, Lucio autem, Veri, tribuit. Idem ait Galenus^b, qui hoc ipso tempore Romæ claruit: sed in eius textum mendam irrepsisse certum est, dum apud eum Seuerus, pro Vero legitur. sic enim ait: Decefferat paulo antè de vita Antoninus, qui Hadriano in Imperio successerat: regnabat autem Seuerus, qui se ipsum, mutato nomine, Antoninum appellauit: Lucium verò, quem Imperij fecit participem, Seuerum nominauit.] vt restituendus sit locus: Regnabat autem Verus, qui se ipsum, mutato nomine, Antoninum appellauit: Lucium verò, quem Imperij fecit participem, Verum nominauit.] Sic igitur vides nomen Veri ante Imperium fuisse Marci, post Imperium autem communicatum Lucio. hæc ex Capitolino.

V. Ex his itaque patet, Marcum Antoninum Philosophum primò dictum esse Cariliam Annium Verum, postea Marcum Annium Verum, inde Verissimum, postea, vt olim, M. Annium Verum. Sed (quod prætermittit Capitolinus) adoptatus ab Hadriano, Ælij cognomen accepit, & ex Anno dictus est Aurelius: nam in Consulatu ipfius, quem gessit cum Pio tertium Consule, scriptus habetur in nummis & aliis antiquis monumentis, M. ÆLIYS AVRELIYS. factus autem Imperator, omisso Ælio, M. Aurelius Verus Antoninus est dictus: licet in antiquis monumentis, Veri nomen, quod Lucio tribuerat, in Marco prætermisum appareat, & frequentius Marcus Aurelius Antoninus poni consueuerit, & interdum Marcus Antoninus tantummodò scriptus habeatur. Porro Aurelij cognomentum non à suis maioribus accepit, sed à parente qui eum adoptauit, Antonino Pio ex familia Aureliorum progenito, vt apparet ex Iulio Capitolino in Pio. quo etiam cognomine appellatum fuisse Lucium Verum, cum post expletum septennium ab eodem Pio adoptatus est, idem Capitolinus tradit in Vero.

VI. Sed quod ad Lucium spectat, natus est ipse Lucio Aurelio Ceionio Commodo, qui adoptatus ab Hadriano dictus est Ælius Verus, vt auctor est Spartianus, qui fusiùs res ab eo gestas est profecutus: cuius filius Lucius, de quo est sermo, & ipse dictus est Lucius Ceionius Ælius Commodus Verus Antoninus, vt idem Capitolinus auctor est: sicque Ælius ab Hadriano, ab Antonino Pio Aurelius, Antoninus & Verus ex coniunctione Marci est appellatus. Quamobrem cum vterque Ælius atque Aurelius, itidem ambo simul Verus & Antoninus sint dicti, proprio tantum nomine discriminantur ab inuicem, vt alter Marcus, alter verò Lucius nominetur. Porro frequenter cum Verus tantum nominatus reperitur, Marcus intelligi solet: communi enim quodam vsu tunc receptum erat, vt per Verum intelligeretur Marcus, vt ex Theophilo & Galeno illorum temporum & ætatis hominibus patet.

VII. Cum igitur ex Senatusconsulto nonnisi Marcus Aurelius declaratus esset Imperator, idem communicato Lucio nomine Veri, collegam sibi eum adsciuit Imperij: sicque nunc primùm duo simul regnare visi sunt Imperatores, qui & Diui fratres sunt appellati, eò quod ambo voluntate Hadriani ab Antonino Pio fuissent adoptati: quot autem annis eorum quisque imperauerit, in cuiusque ipsorum obitu dicemus. Licet autem essent ambo fratres ab eodem parente Antonino Pio adoptati: tamen Marcus vt grandior natu & fama præstantior, qui que solus à Senatu Imperator delectus esset, vt parentem erga Lucium se gerebat: qua de causa (vt dictum est) ipsum etiam Verum voluit nominari: quem &, desponsata illi filia, suum generum fecit.

VIII. Hunc Marcus ad bellum Parthicum perdifficile destinauit, quod (ait Dio^d) Vologesus Parthorum Rex prior intulerat, quo omnem exercitum Romanum collocatum à Seueriano ad Elegiam, quæ est in Armenia, atque inclusum vndique vnà cum ipsis ducibus telis confecerat atque perdidit, ob eamque causam ciuitatibus Syriæ formidolosus erat:] Deceptus namque fuerat Seuerianus falso oraculo Æsculapij recens apparentis in Ponto, arte subdola impostoris Alexandri: de quo multa superius dicta sunt. Hæc enim Lucianus^e ea de rescribit: Itaque quod Seueriano redditum est, responsum

scilicet,

A scilicet, super expeditione in Armeniam suscipienda, ex Autophonis erat. Adhortatus enim illum ad incursum eius regionis, sic ait:

*Parthis, Armenisq; citato Marte subactis,
Romam urbem repetes, & claras Tiberidis vndas,
Vertice serua gerens radiis distincta serenis.*] Addit Lucianus:

Denique posteaquam vecors ille Gallus persuasus, incursum fecisset, euenissetque vt vnà cum exercitu caderetur ab Othryade; hoc oraculum à monumentis sustulit, atque aliud in eius locum substituit huiusmodi:

*Agmen in Armenios ne duc, neque enim expedit istuc,
Ne tibi femineis vir amictus vestibus, arcu
Exitium immittat, vitæque ac lumine priuet.*] Idem hæc subdit Lucianus:

B Siquidem & hoc interim callidissimè fuerat commentus, vt posterioribus, substituitque responsis, ea quæ perperam maleque euenissent, sarciret ac mederetur.] hæc de Seueriano, & Romano exercitu impostoris commento & malis artibus profligato Lucianus.

Antè igitur quàm Lucius Verus mitteretur à Marco Aurelio cum expeditione in Orientem, filiam suam Lucillam (vt dictum est,) illi spondit; quem eo sibi vinculo arctius deuinciret. Scribit enim hæc Iulius Capitolinus^a his verbis: Antonini mox ipse nomen recepit; & quasi pater Lucij Commodi esset, & Verum eum appellauit, addito Antonini nomine, filiamque suam Lucillam fratri despondit. Ob quam coniunctionem pueros & puellas nouorum hominum frumentariæ perceptioni adscribi præceperunt.] Hæc ipse cum scribat Capitolinus de frumentaria Marci largitione erga pueros & puellas nouorum hominum, id est nouorum ciuium, qui in Urbem nuper adscripti, frumentationem iure hæcenus caruerant: mirum sanè videri debeat, neque illum, neque alium quemquam horum temporum ethnicum Scriptorum memorandæ alterius Marci liberalitatis meminisse; qua ob præclaram ab Abercio Episcopo rem gestam, ter mille modios frumenti Hierapolitanis in Phrygia ciuibus, qui Christiani omnes erant, in perpetuum præstandos præscripsit.

Ad hæc autem elucidanda, illud præmonuisse oportuit, excidisse commentarios Marrij Maximi nobilissimi historici, quibus horum potissimum temporum res gestæ fuerant scriptorum monumentis egregiè consignatæ. Porro Iulius Capitolinus, & huic æqualis Ælius Spartianus, claruerunt ambo temporibus Diocletiani, & in gratiam ipsius & ad ipsum scripserunt Vitas quorundam Imperatorum, vt ex suis ipsorum scriptis apparet: quamobrem cum scirent ipsum Diocletianum immenso odio in Christianos flagrare, & ipsi eadem in eos inuidia, quæ de Christianis scripta memoria digna reperissent, ex composito prætermiserunt: adeò vt acerbissimè in eos per Imperatores M. Antoninum & Lucium Verum excitatæ persecutionis, de qua proximè dicturi sumus, nec verbum quidem fecerint: sicut & multa alia ab iis obuoluta silentio relicta habentur, quæ toto Romano orbi perspicua, publicis etiam testata monumentis habentur: hæc autem certo certius explorata haberi, suis locis inferius demonstrabimus. Sed & Dio ipse, qui claruit sub Alexandro, iis haud liberio rem se exhibuit, dum quæ de Christianis Imperatorum edictum publicè testatum esset, ipse Christianorum inuidens gloriæ, tribuit Ægyptiis Magis. Sed de his inferius.

Quod ergo ad rem propositam spectat, hæc quæ de frumento Hierapolitanis in Abercij Episcopi gratiam concessa significauimus, quomodo se habuerint, eo quo sunt gesta ordine recitabimus, ab ovo (vt aiunt) narrationem auspicantes. Nata est Marco Aurelio filia, Lucilla dicta, eo anno, quo (vt Capitolinus^b ait) auctus est ab Antonino Pio Tribunitia potestate: quem illi collatam esse vnà cum secundo Consulatu, quem gessit cum Antonino quartum ab eo inuito, nummorum declarant inscriptiones ab Adolpho^c erudito viro simul congestæ. Ipsa igitur hoc primo Imperij exordio, cum impleisset ætatis annos sexdecim, Lucio despondetur: sed retardatæ sunt nuptiæ, quod cum Vologesus^d Parthorum Rex aduersus Romanos bellum mouisset, & exercitum Romanum vnà cum ducibus in Armenia confecerat, missus est à Marco Aurelio aduersus eum ipse Lucius Verus hoc ipso Imperij anno primo, prout ex Iulio Capitolino atque Eusebio colligitur. Ille enim cum dicat Lucium Parthici belli causa in Syria quinquennium fuisse ab Vrbe absentem; addatque Eusebius^e, anno sexto Imperij Romæ de Parthis triumphum

ROM EXERCITVS DECEPTVS EX FALSISS RE SPONSIS ORACVLLI.

IX. LVCILLA CONIVNCTA LVCIO VERO. ^aIul. Capitol. in Marco.

X. INVIDIA GENTILIVM HISTORICORVM.

XI. ^bIul. Capit. in Marco.

^cAdolph. Occ. lib. de num.

^dDio Ep. Iul. Capitol. in Marco.

^eEuseb. in Chronica.

plum egisse: affirmare opus est, primo Imperij exordio Lucium ad bellum Parthicum fuisse profectum; quod per Legatos gerens, ipse constitit Antiochia. Porro conditum fuerat inter Marcum & Lucium, ut Lucilla (sponsa i. phesum mitteretur, quod ipse Lucius ad nuptias illic agendas accurreret. hæc cum scribat Iulius Capitolinus, Acta etiam Abercij iisdem adtipulantur his verbis: Inter eos autem conuenerat, ut stato die Lucius quidem ab Oriente, Antoninus autem Romam veniret Ephesum; & in templo quod ibi erat Dianæ, Antoninus dea teste traderet puellam, Lucius verò acciperet. Sed nouus incidens casus in annum sequentem coëgit differri nuptias. Arripitur enim à prauo dæmone Lucilla: nec medicorum, vel aruspicum ex Etruria petitorum arte curari valuit, contestante dæmone, se non nisi ab Episcopo Hierapolitano, quem habebat, infensissimum, fore pellendum. hæc cum innocuisent Marco parenti, his euocandum litteris ad Præsidentem prouinciæ datis Abercium curauit, quæ iisdem Actis habentur in textæ his verbis:

XII. Antoninus Imp. August. Euxeniano Poplioni salutem. Ego tui ingenij solertiam re ipsa expertus, & maximè iis, quæ iussu nostræ potentie nuper fecisti Smyrnæ, leuata Smyrnenfis calamitate, quæ eis ex terræmotu euenerat; ut par erat, sum lætatus, & tuam in rebus gerendis laudauit diligentiam: omnia enim accuratè didici, perinde ac si adfuissem. Nam à te est missa relatio, & qui eam reddidit Cæcilius procurator noster omnia mihi apertè narrauit. In præsentia autem cum sit potentie nostræ significatum, Abercium quemdam Episcopum Hierapolitanum apud te versari, virum aded piuum in Christiana religione, ut medeatur dæmoniis, & alios morbos curet facillimè: eo eum nos necessariò opus habeamus, Valerium & Basianum Magisterianos diuinorum nostrorum Officiorum misimus, ut eum cum omni honore & reuerentia ad nos adducant. Tuæ ergo iubemus præstantiæ, ut ei persuadeas ad nos venire cum summa animi alacritate, sciens non paruam tibi futuram esse apud nos laudem. Vale.

XIII. Fuisse quidem penes Gentiles, ac Romæ præsertim, eorum, qui à dæmone arriperentur, multitudinem, Tertullianus his verbis declarat: Quis autem vos (nimirum si recederemus) ab illis occultis & vsquequaque vastantibus mentes & valetudines vestras hostibus raperet? à dæmoniorum incurtibus dico, quæ de vobis sine præmio, sine mercede depellimus. Sufficisset hoc solum nostræ vltioni, quod vacua exinde possessio immundis spiritibus pateret. Hæc Tertullianus, plane significans, Gentiles magnopere opus habuisse Christianorum ministerio ad prauos spiritus propulsandos, & e corporibus expellendos. De Smyrnenfi verò clade, quæ sub eodem M. Aurelio accidit, & munificentiæ Imperatoris in eadem vrbe restituenda, cuius mentio in hac epistola habetur, meminit Dio his verbis: Pecuniam multis ciuitatibus largitus est, in quarum numero fuit Smyrna, quæ ingenti terræmotu conuulsata fuerat, eamque Senatori & Prætorio viro, ut reficeret, mandauit. Quod verò missos à se dicat Marcus Imp. Magisterianos; dicebantur ij alio nomine Agentes in rebus, quibus cum alia, tum etiam euectiones publici cursus commissæ erant: sanè quidem non recens & à Constantino primùm (ut aliquis existimauit) institutus est hic magistratus, sicut nec Magister Scribij, cuius meminit Lampridius in Alexandro, & Eusebius sub Diocletiano de Adauco Magistro Officiorum. Officia enim Palatina innouata esse ab Hadriano, dictum est suo loco superius.

XIV. Ceterùm ut ad Abercium redeamus: Romam venit, moxque obsessam virginem à dæmone liberauit. Quod donum per Abercium Marcus Antoninus & Faustina consecuti, eum iis muneribus, regia munificentiâ dignis, donatum voluerunt, quæ ipse rogauit: nempe ut Hierapolitanæ Ecclesiæ mendicis (totâ enim ciuitas acceperat Euangelium) donarentur ter mille modij frumenti; balneaque calidarum aquarum, quæ nuper eruperant, ædificari iuberet. quæ omnia Marcus Imp. liberalissimè præstitit. Cuius largitionis annis singulis reperendæ accepto diplomate regio, reuersus est in patriam Abercius, ac sancto sine, sibi successore delecto, quieuit: quo etiam citius sublato, eruditissimus vir Apollinaris, de quo suo loco plura dicturi sumus, eius Ecclesiæ administrationem suscepit, regnante adhuc eodem Marco Aurelio Antonino. Porro quamlibet incrementibus compluribus persecutionibus in Ecclesiam, numquam tamen cessasse constat eiusmodi frumenti annuam pensionem vsque ad tempora Iuliani Apostatæ, qui eam penitus sustulit, ut eadem quoque Acta testantur.

XV. At necessitate quidem adactus, præterque institutum, eiusmodi Marcus ab Abercio requi-

*Iul. Capitol. in Marco.

LUCILLA ARREPTITA.

ABERCIVS A MARCO AURELIO ROMAM VOCATVS.

*et Magistros.

XIII. Tertullianus in Apol. c. 37. MVLTI ARREPTITII INTER GENTILES.

*Dio in Marco.

*Euseb. lib. 8 cap. 23.

DE FRUMENTO DONATO HIERAPOLITANIS.

XV.

A requisitum, cogente & extorquente numine, de pellendo prauo dæmone ab obsessa filia officium: nam expulsiore dæmonum nullam præstandam esse fidem, se à monitore didicisse testatur, cum ait: A Diogneto, studium in res inanes non conferre, fidem abrogare iis quæ de incantationibus, dæmonumque profligationibus, ac id genus aliis rebus, præstigiatores & impostores referunt. Hæc ipse. At de Abercio fusiùs agitur in nuper citatis Actis: quæ apud Metaphrastem descripta habentur, nos summa breuitate contracta narrauimus, cum multa in ea irrepisse noscantur, quæ haud nobis omnino probentur. Hæc autem quæ ex iisdem huc intulimus, quantum licuit etiam ex Christianæ religionis hostibus aliqua saltem ex parte confirmata reddidimus: sic ut, quod ait Iulius Capitolinus de nuptiis Lucillæ, Ob hanc coniunctionem pueros & puellas nouorum hominum frumentariæ perceptioni adscribi præceperunt de frumento pauperibus erogando ab Abercio, singuli que annis præstando, intelligendum esse, satis apertè (ut licuit in rebus aded antiquis) demonstrauerimus. Doluimus vehementer è manibus nostris elapsam (nescimus quomodo) epistolam illam, quam ab Abercio ad Marcum scriptam, piæ memoriæ Illustrissimus ac Reuerendissimus Guillelmus Syretus Cardinalis, Bibliothecarius, pro magno munere nobis concesserat, quod si rursus in manus nostras deueniet, & si, qui fortè describendam accepit, reddiderit, ponemus in appendice, vel editione secunda. At de his fati. Cetera autem, quæ ad Ecclesiæ huius temporis statum pertinent, dicemus anno sequenti.

IESV CHRISTI	PII PAP.	M. AVR. & L. VER. IMPP.
ANNVS	ANNVS	ANNVS
164	7.	2.

Christi Domini anno centesimo sexagesimo quarto, Iunio Rustico & Vectio Aquilino Coss. grauis in Christianos persecutio est excitata, quæ à Seuerò quinta ordine ponitur. sed quoniam multa sunt quæ aduersari videntur; hæc diligentius exquiramus.

Tertullianus in primis nullam aduersus Christianos à Vero datam esse legem, affirmat. Per Verum namque (quoniam Imperatores optimos quosque recentè) non Lucium, sed Marcum esse accipiendum, quæ ex Theophilo Antiocheno & Galeno & aliis dicta sunt, facillè demonstrant. Sed quod tam antiquitus scripti codices, duobus exceptis, quàm typis olim excusi habent, Nullus Verus] cum Pamelius in textu legendum posuerit, Nullus Seuerus] non probo. nam etsi aliquando priuatum aliquod scriptum à Marco ad Proconsulem aliquem datum aduersus Christianos reperitur; nullum tamen publicum edictum: nam ob eam causam quod illud non extaret, idcirco eum Proconsules consulere, ipsumque ad eos de Christianis rescripsisse oportuit. Præterea ut Verus, & non Seuerus legatur, manifestè docet Eusebius, qui Tertulliani verba reddens, Verum legit, non Seuerum.

Sic igitur cum nullam à Vero aduersus Christianos promulgatam fuisse legem dicat Tertullianus, quomodo acciderit, ut sub iisdem Imperatoribus ingens persecutio Christianos vexauerit, declarat Eusebius: quippe qui dicat, vexationem illam non Principis edicto, sed temerario populi impetu fuisse commotam. Sed reddamus eius verba: In cuius locum, Soteris scilicet, Eleutherus duodecimus ab Apostolis successit. Ad decimumseptimum annum Imperij Antonini Veri, grauis & acerba in nonnullis terræ partibus persecutionis procella ex temerario populi impetu per singulas vrbes excitata, contra nos ingrauescere coepit. Verùm de ea suo loco inferius. Sed ex his quæ ex Eusebio recitauimus, illud obseruandum est ob plurium locorum elucidationem (quod & nuper dictum est) cum ipse referat, ingressum Eleutheri ad annum decimumseptimum Antonini Veri, eo nomine Veri, intelligere Marcum Aurelium, liquidò constare: nam Lucius Verus nequaquam ad eum numerum annorum pertuenit: sicq; appellatione Veri, intelligere Marcum; nomine autem Antonini, Lucium interdum significare solitum: sicut cum ait: Antonini fratrem Marcum Aurelium, &c.] Est frequens apud Vulcatium, & alios, ut Veri nomine iisdem Marcum intellexerint, sicut (ut diximus) & Theophilus ad Autolicum, atque Galenus. sed de his quoque superius: Ad rem igitur.

Rursus verò nequaquam Marcum Aurelium de Christianis sumpsisse supplicia, illud fati-

COGITVR M. AVRELIYM PETERE ADVERSVS DÆMONES. *M. Anton. in Vita sua lib. 1. Metaph. dia 22. Olib.

*Seuer. hist. sacr. lib. 2.

I. Tertull. in Apolog. c. 5. in fine.

*Pamel. lib. num. 71. LECTIO TERTVLIANI DE VERO SVB-SISTIT. *Euseb. lib. 5. cap. 5.

II.

*Idem lib. 5. cap. 1. PERSECVTIO SVB M. AVRELIO ILLATA A POPVLO.

*Idem lib. 5. cap. 5.

III. fati

fatis persuadere posse videtur, quod Gentiles historici eum fuisse natura clementissimum, exemplis compluribus docent: siquidem Cassium Imperij perduellem sæpius exprobrasse nimiam Marci Aurelij clementiam, testatur ^a Vulcatius: additque ipsum non tantum eiusdem Cassij arripientis tyrannidem nuntiata necem luxisse, sed & obsecrasse Senatam, ne de his qui Cassium secuti essent, pœnas sumeret; vetuisseque ne quis Senatorum puniretur, nec vilis nobilis viri sanguis funderetur: Eadem planè Iulius Capitolinus^b, qui & testatur eius assertione, sine sanguine Senatorio Imperium transegisse. Quod enim in philosophia Stoicos sectatus esset, sic se vultu animoque compositum esse monstravit, ut nec tristibus & aduersis doleret, nec iucundis ac prosperis lætaretur. De eodem quoque hæc idem ait Capitolinus: Erat mos iste Antonino, ut omnia crimina minore supplicio, quam legibus plecti solent, puniret.]

IV.

ASTANA ECCLESIA DIRE EXAGITATA. ^c Apud Euseb. lib. 4. c. 25.

Ceterum etiam (quod ait Tertullianus) nulla à Vero, ab ipso (ut diximus) Marco Aurelio aduersus Christianos lex est promulgata: tamen cum in aliis locis, tum in Asia constat Christianos diuersis fuisse exagitados edictis à Proconsulibus prouincias administrantibus latis; quorum aliàs diximus eandem fuisse auctoritatem in iis quæ ad religionem spectarent, quæ erat Romæ Pontificum. Quod quidem Meliton Sardenis Episcopus in eo libro, quem pro Christianis ad Imp. Antoninum scripsit, testatur his verbis: Lam quod nunquam antea accidit, totum genus piorum hominum, qui se diuino cultui penitus addixerunt, persecutione affigitur, & nouis edictis per vniuersam Asiam exagitatur. Nam impudentes & proterui calumniatores, atque aded alienarum rerum appetentes; his edictis occasione nacti, palam noctu & interdum furantur, eosque expilant, qui nihil cuiquam omnino intulerint iniuriæ.] hæc Meliton. cetera suo loco.

V.

^d Iul. Capito. in Marco. QUOMODO SVB M. AVRELIO IRREPIT PERSECVTIO. ^e Apud Mezanph. Ep. Sur. die 14. Maij.

Insper testis est Iulius ^d Capitolinus, Marcum Aurelium curasse potius ius verus restituere, quam nouum sancire: sed cum antiquo iure Romanorum peregrina religio vetita esset, ac graua supplicia statuta aduersus nouorum numinum cultores (quod aliàs dictum est) satis ex his suppetere videbatur iusta causa contra Christianos agendi, licet nullum aduersus eos nouum promulgaretur edictum. Sed & alia excogitata atque aperta est ad persecutionem via: nam in Actis sanctorum martyrum ^e Victoris atque Coronæ, quæ noscuntur esse fidelia, datum ab Imperatore edictum dicitur, quo iubebantur omnes diis sacrificare: qui recusarent, supplicio afficerentur. Hæc eadem in Actis Abercij superius citatis etiam expressa habentur: fuisse nimirum promulgatum edictum ut omnes diis publicè offerrent libamina & sacrificia. id etiam manifestum apparet ex Actis S. Iustini martyris & sociorum, de quibus inferius sermo erit. De eodem item edicto de immolando diis, ab ipso lato, mentio quoque habetur in ^f Actis S. Glyceriæ martyris: ut iam de eo nulla sit dubitatio.

VI.

^g I. I. ff. ad l. Int. maiest. ^h Euseb. lib. 4. cap. 1. M. AVRELIVS IN CHRISTIANOS CVR COM. MOTVS.

Insper cum omnium Gentilium sententia Christiani impij haberentur, quod deos contemnerent, planè constat, apud Romanos omnium immanissimum scelus fuisse in deos relinquere, hocque longe excedere crimen maiestatis. Vlpianus ^g enim ait: Proximum sacrilegio crimen est, quod maiestatis dicitur.] quamobrem in Christianos apud eos impietatis reos inuigilasse iura ac magistratus, quisque facillè existimare poterit. Rursus verò ex Actis martyrum Ecclesiarum ^h Viennensis ac Lugdunensis, quæ recententur in epistola ab ipsis scripta ad Asianos, quam Eusebius recitat, planè apparet, ipsum Imperatorem consultum à Præside Galliarum quid de Attalo & aliis Christianis ageret quos detinebat in carcere, rescriptis, ut qui Christum confiterentur, durissimè torqueantur; qui verò negarent, liberi dimitterentur: aded ut certo certius appareat, Marcum Aurelium Imperatorem aduersus Christianos priuata saltem mandata dedisse. Constat quidem id præcipuè illi curæ fuisse, ut antiquæ religioni Romanorum prospiceret, quam hebetatam ac propè derelictam videbat ob ingentem Christianorum multitudinem. Si enim iam Traiani temporibus eam aded collapsam fuisse testatur Pliniusⁱ, scribens (ut dictum est) ad ipsum Imperatorem, ut vix reperiri posset qui sacrificium diis offerret: quid putandum, maioribus in dies accessionibus aucta Christiana religione accidisse? Ut igitur collabenti penitus deorum cultui suppetias ferret, de immolando diis eiusmodi per Orbem promulgasse videretur edictum.

VII.

M. AVRELIVS SVPERSTITIONISSIMOVS.

Quid in id fecerit M. Aurelius? qui, cum constet fuisse eum auxæ superstitionis obferuantissimum, ac præ aliis fermè omnibus Imperatoribus tenacissimum, non potuit non odisse vehementius (ut dictum est) Christianos, qui eam spernebant, deridebant, atque

A atque penitus falsam esse non modò verbis, sed sanguine etiam, vitæque dispendio contestabantur. Iam ipse à teneris planè annis ipsam deorum superstitionem imberbar: quippe qui (ait Capitolinus) octauo suæ ætatis anno ab Hadriano in Saliorum collegium relatus est; & in Saliatu functus est sacerdotio, & præsul, & vates, & magister, & nonnullos inaugurauit, & exaugurauit, nemine præeunte, quod ipse carmina didicisset.] hæc ille. Affectabat hoc ipse vehementer, similemque se præstare Numæ Pompilio sargebat: cum præsertim eum ab eodem Numa traxisse originem, Marium Maximum nobilissimum antiquum historicum testari, idem Iulius Capitolinus affirmet. Tantam ergo ea de causa de deorum patrociniò fiduciam conceperat, ut, cum Faustina Augusta (quod scribit Vulcatius ^a) de vindicando in eos, qui cum Cassio tyranno conspirarent, ad eum scripsissent, Marcus inter alia hæc rescripserit: Esto igitur securus: dii me tuentur: diis pietas nostra cordi est.]

B.

Sic igitur cum in hunc modum erga deos affectus esset, haud potuit non odisse eos qui deos contemnerent, eosque prauos demones esse iactarent, ac quos possent ab eorum cultu homines auocarent. Sed quod Stoicorum philosophorum proprium est, ex virtutis specie comparatam aucupari iactantiam; satis suæ existimationi videbatur esse consultum, si extrinsecam quamdam ipse, Stoicæ disciplinæ professor, clementiam ostentans, magistratus in Christianos scruientes dissimulare; immò id sibi esse gratissimum, etsi non iubendo interdum, tamen non coërcendo monstraret: licet aduersus eos quoque rescriptis, sit superius demonstratum. Sanè quidem etsi se aliàs indulgentissimum præ se ferret, tamen aduersus manifestos & grauium criminum reos inexorabilem permansisse, Iulius Capitolinus ^b testatur: quamobrem quod Christiani non impietatis modò quod deos non colerent, sed etiam nefandorum criminum rei deferrentur, & calumniis aduersantium circumuenirentur, publica ipsi ac seuera animaduersione digni videri poterant.

C.

Rursum verò quod Christiani rumore vulgi dicerentur perturbatores publicæ priuatæque quietis, quod scilicet communi illorum superstitioni ac moribus aduersarentur: operæpretium se facturum existimauit, si eiusmodi genus hominum penitus rolleret, si posset; vel saltem diris suppliciis coërceret. Ad hæc, opinor, idem qui supra Iulius Capitolinus respectum habuit, dum inter cetera, quæ recenset ab eodem Imperatore emendata in Vrbe atque correctæ, demum hæc ait: Fama fuit sanè, quod sub philosophorum specie quidam Republicam vexarent & priuatos: quod ille purgauit.] Hæc sanè si de Christianis in primis dicta velimus, quippe qui sanctitudine morum, veram philosophiam præ se ferebant, minimè fuerit absurdum. Sed & de Ethnicis quoque qui Romæ, Principis ingenio abusi, magno numero inanem philosophiam ostentantes Remp. variis modis vexabant, intelligi possunt: nam verè philosophos Marcus Aurelius, & ipse gloriosus cognomento Philosophi, magno in pretio habuit: de quibus egregiè Tatianus ^c contra Græcos his verbis: Atqui tamquam ab hoc studio philosophi veltri absumunt, ut nonnulli sexcentis in annum aureos ab Imperatore Romano ad nullum vtilem finem accipiant, ne scilicet vel barbam frustra prolixam alant.] Porro Tatianus his verbis non tantum videtur suggillasse Crescentem Cynicum, in quem vehementer inuehitur, sed & alios Romæ agentes philosophos. Tenebat inter eos omnes principem locum Apollonius Chalcedonius: quem Marcus Aurelius, factus etiam Imperator, discendi causa domi conuenire soleret, ut Iulius Capitolinus ^d testatur: qui commendans affectum &

D.

studium Principis erga philosophos, quos audierat, hæc ait: Tantum autem honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet, & sepulchra eorum aditu, hostiis, & floribus semper honoraret.] Ceterum etsi ad omnes æquè Christianos (ut dictum est) quæ de philosophis coërcendis sunt ab Imperatore decreta, spectare posse videantur; tamen præcipuè occasione Iustini philosophi olim Academici, postea Christiani, ea etiam imperata fuisse, non dubium est: non solum enim Principibus notus erat ob grauem fortemque Apologiam illam Pio ipsique Cæsaribus traditam; sed recens eius factum, quod narratum sumus, eum fecerat notioem. Cum enim Christiana religio Romæ tum petulantium philosophorum calumniis atque diceris proscinderetur; tum iniquorum iudicum Fideles ob Christi nomen passim iniuste duci iubentium grauissimè vexaretur: Iustinus ex philosopho Christianus, ac proinde veræ sapientiæ amantissimus, cum Romæ ageret, tum priuatum, atque

E.

Annal. Eccl. Tom. 2. N tum

^a Vulcatius in Audio Cass.

VIII. M. AVR. CVR IN CHRISTIANOS INFENSIVS STIMVS.

^b Iul. Capito. in Marco.

IX.

M. IMP. PHILOSOPHVS PHILOSOPHVS ROMANVS TRIT. ^c Tat. aduers. Græc. orat.

^d Iul. Capito. in Marco.

X. MARC. IMP. ODIO PROSECVTVS EST IVSTINVM.

tum publicè in primis Crescentem philosophum Cynicum, Christianam fidem grauius infectantem, & in eam obsecratiùs obloquentem, sæpè conuenit atque conuicit. Parceret ne Christianis eiusmodi genus hominum, qui procaci libertate dicendi, in magistratus quosque amplissimos, ac in ipsos denique Imperatores temerè inuehi consueuerint: horum fordidos mores, effrenamque petulantiam, tum Dio Chrysostomus^a, tum Lucianus^b, & alij suis ipsorum scriptis, & ex nostratibus Gregorius Nazianzenus^c pluribus reliquere testatam. Qui enim factes erant philosophorum, Cynici, & Epicurei, hos præ ceteris infelitos sentit Christiana religio: cuius rei his temporibus specimen edidere Cellus Epicureus, cuius superius facta est mentio, & Crescens Cynicus, de quo in præsentiarum est sermo. Sed quibus hic vitæ moribus fuerit imbutus, primò dicendum est.

XI. Tatianus eiusdem Iustini discipulus, atque ex philosopho itidem Christianus, in ea oratione quam habuit contra Græcos^d, hæc de Crescente: Crescens denique ille Megalopoli nidulatus, maxime omnium puerorum incesto amori deditus, & pecuniæ studio addictissimus erat: mortem verò cum ceteris contemnendam suaderet, ipse tam malè de ea sentiebat, vt Iustinum, sicut & me, tamquam extremo malo mortu traderet, eò quòd ille veritatem prædicans, voluptuosos & impostores philosophos argueret.] de eodem post multa: Vidi quemdam sæpenuerò, & visum admiratus, postea contempsi, vtpote qui aliter in animo sentit, foris autem quod non est mentitur, perquam delicate gloriantem, & variis modis luxuriantem, dum partim oculis micat, partim manibus gesticulatur, lutoſo vultu insanens, nunc Veneri nunc Apollini similis, vnus omnium deorum accusator, superstitionis epitome, præclararum actionum calumniator, hypocrita, cædium adulterijque promotor, insanæ auaritiæ commendator, cinædorum doctor, condemnatorum auctor: talem inquam vidi, qui interim à nemine non laudabatur. Ego verò mendacissimum hominem, & impietatem eius & studia abominatus sum.] hucusque de Crescente Tatianus. Ac denique in reliquos Cynicos: Quid (inquit) magnum & admirandum agunt philosophi vestri: incedunt enim altero ex humeris neglecto, capillitium demittunt copiosum, barbam alunt, vngues ferinos gerunt: & cum nihil se desiderare dicant, indigens tamen secundum Proteum coriario propter peram, textore propter tunicam, lignario propter baculum, diuitibus denique & coquo propter gulam. Qui Deum ignoras, canem colis, & hominem sine ratione tibi imitandum putas. Tu verò Cynice cum grauitate clamans publicè, te ipsum vlciseris, &, nisi aliquid acceperis, conuitium dicis.] Ecce tibi quales erant philosophi, qui Christianis negotium tacescebant, quaque arte Gentilium tibi gratiam conciliabant.

XII. Quod rursus ad Crescentem spectat, cuius gratia eiusmodi est instituta narratio: Iustinus eius petulantiam, licet collato sæpè cum eo sermone conuictam, cohibere tamen minimè potuit: id ipse testatur^e ea defensione, quam habuit oblato libello, quo de Christianorum pressuris conquestus est; asseuerans se pariter expectare martyrium, sic dicens: Ego quidem insidias, & sustuarium, crucifve supplicium à quopiam expecto, qui aliquo sit numero & nomine, vel ab ipso etiam Crescente philosopho & philocompo, hoc est, strepitus popularis & insolentis arrogantiae amatore: indignus namque est, qui philosophus & sapientiae amator dicatur, propterea quòd publicè de rebus quas ignorat, videlicet quòd Christiani sint athei, prorsusque sine Deo & impij sint, asseuerat; ad gratiam & libidinem eorum, qui ab eo sunt in errorem seducti, id faciens. Si enim doctrinam Christi non attigit, & eam reprehendendo proſcindit, improbissimus est, idiotis & indoctis hominibus multo deterior, qui sæpe de rebus, quas ignorant, loqui & falsò testificari superſedent. Sin Christianam professionem legit, aut certe amplitudinem eius non intellexit: aut intellexit ille quidem, ne verò in suspicionem Christianam eum esse perueniat, id facit, & nos criminatur: longè adhuc est importunior, nihil ingenui & liberalis ingenij habens, vtpote inepta & absurda opinione vir, timoriquè fordido obnoxius.

XIII. Sanè scire volo, me, qui quaestiones huius generis quasdam illi proposuerim, cognouisse, atque argumentis etiam euicisse, nihil hominem certò vereque scire. Quòd ipse autem hæc ita veraciter loquar, si ad vos colloquia disputationum huiusmodi relata non sunt, paratus sum adhuc cum eo, ad fidem faciendam, apud vos de eis denuò sermonem conferre: & esset profectò id quoque imperio dignum opus. Sin cognita vobis sunt interrogationes meæ, atque illius responsiones; satis apud vos testatum perspicuumque fuerit,

^a Dio Chryf. in Alexand. ^b Lucian. in Peregrino. ^c Greg. Naz. orat. in Max.

^d Flavienus t. 8. Biblioth. sanct. DE CRESCENTE CYNICO HONESTE CHRISTIANO. XV.

^e Iustin. orat. ad Senat. Rom. IUSTINVS QUID DE CRESCENTE.

^f XIII. CRESCENTIS IMPERITIA.

A fuerit, nihil eum scire: aut certè, si scit, propter auditores suos eloqui non audere, quo minus exemplum Socratis imiretur. Quæ quidem res illum (sicut antea dixi) non philosophum & sapientiae amatorem, sed philodoxum & gloria aucupatorem esse declarat: qui nimirum Socraticum illud omni comprobatione dignum non obseruet, Nullum esse veritati præferendum virum. Sed impossibile est homini Cynico, qui finem promiscuum, nullo adhibito rerum vitæque certo delectu, est amplexus, bonum aliud nosse, quam adia phoriae & inordinatae huiusmodi confusions & indifferentiae.] hucusque de Crescente Iustinus: recitat eadem Eusebius^a.

Cum igitur per Crescentem Cynicum & alios eius similes impeteretur, ac in dies magis magisque calumniis vrgeretur Christiana religio; ob eamque causam Christiani cum redderentur omnibus insensissimi, apud eos qui iura reddebant, malè audirent, B paterentur: noua oborta occasione, idem Iustinus pro iisdem scripsit Apologiam, non ad Senatum Romanum tantum (vt habet inscriptio) sed re vera & ad ipsos Imperatores Marcum Aurelium & Lucium Verum, prout clarè demonstrat Eusebius^b, dum ait: Temporibus iisdem Iustinus, de quo paulo antè mentio facta est, vbi secundum librum, quem pro religionis nostræ defensione dedit, Imperatoribus supra citatis dedicauerat.] & paulo post, quemnam per secundum illum librum significare voluerit, declarat his verbis: Quod quidem ipse, qui veritatis semper studiosissimus fuit, in Apologia sua, quam dudum commemorauimus, probè sicut erat de eo futurum, mente & cogitatione percipiens, his verbis satis perspicue declarat: Equidem expecto, &c.] Hæc quidem cum eadem ipsa sint, quæ ex eius oratione ad Senatum inscripta, modò à nobis recitata sunt: luce clariùs apparet, secundam illam à Iustino scriptam Apologiam ad dictos Imperatores Marcum Antoninum & Lucium Verum, illam ipsam esse, quæ præpostero ordine ante Apologiam ad Antoninum datam, ad Senatum Romanum tantummodò habetur inscripta; cum (vt testatur Eusebius) ad dictos Imperatores, sed (vt puto) ad Senatum quoque scripta fuerit. Iniusta igitur est eorum querela, qui dicunt Apologiam ad dictos Imperatores à Iustino conscriptam, esse deperditam: cum, quænam illa fuerit, ab Eusebio velut digito perspicue indicetur. Quæ cum scripta fuisse dicatur ad eosdem Imperatores Marcum Aurelium & Lucium Verum: ne quis miretur, si apud S. Hieronymum^c Lucio sit superadditum nomen Commodi. nec quis hunc Lucium Aurelium Commodum putet filium Marci, qui nec nisi decimosexto eius Imperij anno cœpit regnare cum patre: longè enim antè S. Iustinus subierat martyrium: nam Lucium Verum, Commodum quoque dictum fuisse, quòd filius Lucij Commodi esset, quem Hadrianus in filium adoptauerat, superius dictum est.

Quænam autem scribendæ huius secundæ Apologiae causa præcesserit, idem suæ orationis exordio his ipsis verbis significat: Quæ heri & proximis diebus in Vrbe vestra, ô Romani, sub Vrbicio accidere, & quæ vbique locorum similiter citra rationem omnem à Præsidibus sunt, necessitatem hanc mihi imposuere, vt pro nobis, qui iisdem vobiscum affectionibus propensionibusque obnoxij, & fratres (quamuis id ignoretis, & propter earum quæ habentur dignitatum splendorem nolitis) vestri sumus, orationem hanc componerem.] ac paulò post: Maligni dæmones insenti nobis, atque huiusmodi iudices sub ditione sua habentes, sibi que sub religionis nomine seruientes, per eos ipsos tamquam dæmoniis agitados Principes occidi nos procurant. Vt autem causa tota, quæ sub Vrbicio facta est, manifesta sit, rem ipsam exponam.] quæ verò sequenti narratione ponentur, ex Eusebio^d, eius verbis rem gestam narrante mutuati sumus: quòd par sit credere, eum sicut in antiquiora, ita in fideliora quoque exemplaria incidisse. ait enim:

Mulier quædam cuidam viro magna lasciuia defluenti in matrimonium data fuit: quæ quamquam iam antea eodem intemperantiæ vitio contraminata erat, tamen simul ac Christi doctrina ac præceptis erat erudita, non solum ipsa cœpit valdè moderatè & temperanter se gerere, sed viro etiam persuadere, vt similiter se temperantiæ & vitæ modestæ dederet: doctrinæ præcepta, quæ didicerat, ei referre, commonstrareque supplicium his qui neque temperatè neque recta ratione vitam degunt, perpetuo & æterno igne infligendum. At ille eisdem libidinis vestigijs insistens, suorum improbè factorum turpitudine vxoris animum ab se penitus abalienauit. Nam hæc cum in eodem lecto cum viro, qui contra naturæ legem, atque ad eò contra ius fasque omne, toto pectore

^a Euseb. lib. 4. cap. 15. XIV.

IUSTINVS SCRIBIT APOLOGIAM AD SENATVM ET IMPP. Euseb. li. 4. cap. 15.

^c Hieron. de Script. Eccl. in Iustino.

XV. VRBICIVS PRAESES QUID IN CHRISTIANOS.

^d Euseb. lib. 4. cap. 16.

XVI. DE MULIERE CHRISTIANA SOLICITATA AVIROSVO AD TVRPI TVDINEM.

CHRISTI
164.P I I P A P.
7.M. AVR. & L. VER. IMPP.
2.

(vt dicitur) omnes omnino voluptatis vias instare pergebat, de reliquo cubare nefas duceret, cupiebat, lege coniugij rupta, ab illo separari. At postquam ab amicis, qui consilium dederunt vt adhuc cum eo perseveraret, perinde ac vir iam spem quamdam suæ vitæ commutandæ ostentaret, dissuasa, deque sententia depulsa est; & inuita seipsam comprimens, ad tempus commorata.

XVII. Ceterum vbi vir eius Alexandriam profectus, se maioribus sceleribus obstringere nuntiabatur: illa, ne scelerum & flagitiorum ab eo impiè admissorum, si in coniugio perstaret, particeps & focia fieret, præsertim cum non victus solum esset, sed tori etiam consors: dato ei libello repudij (sic enim appellamus) penitus ab illo discessit. Honestus ille scilicet & bonus eius maritus, quem planè magnam lætitiã eò capere oportuerat, quòd non modò eius vxor sua prauifaceta, quæ olim, ebrietate & quouis vitiorum genere effusè exultans, cum seruis & mercenariis consueuisset alacri animo & prompto consciscere, omnino exuisset; sed etiam eum eadem molientem vehementer esset hortata vt prorsus desisteret: honestus ille inquam maritus, cum eius repudiasset consilium, eam discedere cupientem grauius apud tuam maiestatem accusauit, & Christianam esse asseruit. Vnde illa quidem tibi, qui nostri imperium geris, querelæ libellum obtulit: primùm obtestata, vt suæ sibi rei familiaris dispensandæ potestas permitteretur: qua quidem ordine semel disposita, pollicita est se deinceps crimini obiecto responsuram. Quod quidem ei facillè concessisti.

MVLIER
CHRISTIA-
NA ACCU-
SATVR A
VIRO.

XVIII. Ille autem qui eius aliquando maritus fuisset, cum nihil posset amplius contra eam in præsentia dicere, in Ptolemæum quemdam eius in sacris litteris magistrum, quem Urbicus Præfectus graui afficiebat supplicio, omnem suam malevolentiam transfudit: idque hac arte & fallacia Centurioni amico persuasit, vt Ptolemæum seorsum prehensum, vel hoc vnum interrogaret, vtrum esset Christianus, nec ne. Atque Ptolemæum, vt pote veritatis fautorem, qui animum neque fraude neque mendacijs aliquando inquinauisset, cum se Christianum ingenuè esset confessus, Centurio in carcerem denuò compexit, & longo temporis spatio in ea custodia illum grauius & acerbè afflictauit. Tandem verò cum Ptolemæus ad Urbicum adduceretur, & similiter illud solum rogaretur ab eo, esset ne Christianus, an non: ipse rectè factorum conscientia fretus, ob amorem quo Christi doctrinam complectebatur, eximium diuinæ religionis, quam profitebatur, mysterium liberè denuò confessus est. Qui enim negat se esse, quem se profiteatur esse; aut certè negat, quia professionem ipsam improbat; aut certè eam confiteri recusat, quia sibi conscius sit, se vitam indignam illa professione & ab eius institutis longè alienam traduxisse: quorum neutrum in verè Christianum aliquando poterit incidere.

PTOLE-
MÆVS AC-
CVSATVR
VT CHRIS-
TIANVS.

XIX. Urbicum autem, cum illum ad supplicium adduci præcepisset, Lucius quidam, qui etiam Christianus erat, cum iudicium ad eò temerè & inconsideratè factum intelligeret, sic compellat: Quid causæ est, cur hominem qui neque adulterium neque stuprum cuiquam intulerit, neque homicida, neque fur, neque expilator sit, neque quidquam denique sceleris consciuisset deprehensus fuerit, sed solum Christiani nomen apertè confessus, tanta pœna multare statueris? Crede mihi Urbici, neque Imperatori Pio decora & conuenientia, neque Philosopho Cæsaris filio digna, neque sacro Senatui congrua decernis. Tum ille, nullo alio dato responso, sic Lucium alloquitur: Tu etiam (vt mihi videris) ex eo numero es. Quod cum Lucius constanter asseuerasset, illum itidem in cruciatum abripi mandauit. Ille permagnam se ei debere gratiam fatebatur: nam ita se non iniquis solum & improbis eiusmodi dominis liberatum fore dixit, sed etiam ad bonum patrem & clementem Regem Deum rectè profecturum. Alias præterea tertius, his interueniens, ad idem supplicium subeundum adiudicatus est.] hucusque de re tunc gesta Iustinus. Facta sunt hæc Romæ decimonono mensis Octobris, quo eorumdem martyrum natalis dies, anniuersaria memoria celebrandus, Ecclesiasticis tabulis consignatus est.

LVCI CON-
STANTIA,
CONFESSIO
ATQVE
MARTY-
RIVM.

XX. At quoniam eiusmodi Christianorum obrudentium se neci flagrans subeundi martyrij desiderium speciem quamdam reddebat spectaculi illius, quod in Asia sub Antonino Pio tunc Proconsule contigit (de quo suo loco superius dictum est) quando spondente se multitudine ad necem offerente, ipse Proconsul exclamans, dixit: O miseri, si cupitis perire, præcipitia aut restes habetis.] Iustinus his (vt apparet) alludens, hæc subdit: Ne verò quispiam dicat: Omnes vos igitur vobis ipsis asserite manus, atque ad Deum

FLAGRANS
DESIDE-
RIVM MAR-
TYRIJ.
* V. erull. ad
Scopu. in sm.
b. i. i. in orat.
ad Senat. ex
uersion. Læg.CHRISTI
164.P I I P A P.
7.M. AVR. & L. VER. IMPP.
2.

A Deum iam nunc ite, neque nobis negotium faceffite: causam cur hoc non faciamus, & quamobrem, cum inquirimus, intrepidè profiteamur, exponam.] prosequitur pluribus horum omnium reddere rationem, quæ nos causa breuitatis omittimus. pluribus enim differit de Christianorum in martyrio subeundo constantia.

Exprobat post hæc Iustinus iudicium immanem scuitiam; qui vt de illatis de promiscuo concubitu atque esu carniū humanarum calumniis leue aliquod possent testimonium aucupari, vel confessionem extorquere, diris infirmam ætatem & sexum subicerent quæstionibus, ait enim: Ad lycophanticam aduersus nos calumniam nonnullos necantes, ad tormenta protraxerunt nostrorum seruos, aut pueros, aut mulierculas: vt per cruciatu horrendos & formidabiles, eorum quæ sermonibus vanis atque fabulosis feruntur, flagitiorum extorquerent confessionem: quæ flagitia ipsi manifestò faciunt.

B Nos, autem, quoniam nihil ad nos pertinet, propterea non curamus, Deum ingentium & ineffabilem testem cogitationum & factorum habentes.] ac paulo post: Vtinam verò nunc etiam aliquis existeret, qui superiore quopiam è loco voce tragica exclamaret: Vereamini, vereamini, quæ manifestè ipsi perpetratis, ea in innocios referre; & quæ vobis ipsis & vestris insunt diis, ea illis attribueret, in quos ne tantilla quidem cadit pars scelerum tantorum. Mutamini, conuertimini, respiscite.] hæc & alia plura in eos Iustinus.

Tandem verò quid contenderet ab illis, in sine libelli declarat his verbis: Quapropter vos rogamus, vt Senatusconsulto (prout vobis visum fuerit) scripto, libellus hic permittatur: vnde ab alijs etiam res nostræ cognosci, atque illi ipsi Christiani suspicione falsa liberari queant, qui præter suam ipsorum culpam supplicijs obnoxij sunt; atque vt ad notitiam hominum ista perueniant, propterea quòd in hominum natura notio honestatis & turpitudinis inest: tum autem nostra etiam causa, quos illi tales ignorant, quales ipsi dicunt, damnare foeditates: atque ob id etiam, quòd valedixerimus dijs, qui eius generis flagitia admiserunt, atque etiam nunc similia ab hominibus exposcunt. Atque illi vtique se ipsos ipsi calculis suis condemnant, dum nos, quasi talia designantes, ad mortem, aut vincula, aut aliam eiusmodi pœnam damnant: ita vt iam non alijs eis opus sit quæstionibus. Ego verò etiam impiam atque erroneam in gente mea Simonianam desepxi disciplinam.

Quòd si vos hanc, edicto proposito, petitionem publicaueritis; nostrum fuerit, rem omnem omnibus clariùs exponere & declarare: vt illi, quoad eius fieri possit, respiscant, & mutati meliores reddantur, cuius vnus rei gratia tantum, libellum hunc composuimus. Non sunt autem doctrinæ & præcepta nostra (si sanum accedat iudicium) turpia, sed omni humana sapientia longè superiora: si minus, Sotadijs certè quidem, & Philænidis, & Saltatoris, & Epicureis, alijsque id genus poetiis institutionibus non similia: quarum & qui antea scripti sunt, & qui nunc eduntur, libellos legere omnibus est permillum. Ac desinemus iam verba facere; connisi, quantum in nobis fuit, votisque omnibus precati, vt omnes vbique homines, qui ad veritatis perueniant agnitionem, reperiantur digni.] hæc ex ipsius secunda Apologia Iustinus, cuius idem qui supra Eusebius a alibi meminit, sic dicens: Alter est autem qui secundam pro fide nostra continet defensionem; quem eius Imperatoris, quem diximus, successor & gentili Antonino Verò, cuius in præsentia prosequimur tempora, obtulit.] hæc Eusebius. Verum hæc omnia pro Christianis à Iustino tunc scripta, in deteriorem partem accepta sunt, quippe qui visus esset Republicam perturbare: quo malo cum dicat Iulius Capitolinus eam Marcum ipsum purgasse; planè significat, eius sententia Iustinum in carcerem trudi iussum esse, eumque denuum martyrium consummasse: de quo sequenti anno dicturi sumus.

Hoc etiam persecutionis exordium, aliquos ex Romano clero nobilitatos esse martyrio, Acta S. Praxedis, quæ à S. Pastore habentur conscripta, docent his verbis: Post annos duos, & dies decem & octo, facta est persecutio magna Christianorum, vt traherentur ad idolorum culturam, & multi martyrio coronati sunt. Virgo Domini Praxedes, feruens spiritu sancto, multos Christianos occultabat in eodem Titulo, quos cibo pascebat, & verbis hortabatur Spiritu sancti. Tunc vulgatum est Antonino Imperatori, quòd conuentus fieret in domo Praxedis. Qui misit & tenuit multos, inter quos Symitrium presbyterum cum alijs vigintiduoibus: quos sine interrogatione gladio puniri præcepit in eodem titulo. Quorum corpora noctu beata Praxedes collegit, & sepeliuit in cœmeterio Priscillæ septimo Idus Iunias. Tunc afflictione contristata beata Praxedes ingemit,

Annal. Eccl. Tom. 2.

N 3

XXI.
IUDICVM
INIQUITAS
ET SÆVI-
TIA.XXII.
QVOD IV-
STINVS IV-
STE PETA T.LIBELLVM
PVBLICARVM
PETIT IV-
STINVS.Euseb. li. 4.
c. p. 17.Iul. Capit.
in Martio.XXIII.
PERSECV-
TIO INCA-
LESCEIT.PRAXEDIS
OFFICIA
ERGACHRI-
STIANOS,
ET OBIVS.

luit, & orauit ad Dominum, vt transiret ex hac vita. Cuius orationes & lacrymæ ad Dominum Iesum Christum peruenerunt. Itaque post dies trigintaquatuor, post prædictorum martyrium migravit ad Dominum virgo sacrata, duodecimo Kalendas Augusti. Cuius corpus ego Pastor presbyter sepeliui iuxta patrem suum in cœmeterio Priscillæ, Via Salaria, vbi florent hodie orationes sanctorum.] hucusque Pastor: qui & ipse post varias ærumnas, multosque labores persecutionis tempore exantlatos, in Domino quieuit vigesima sexta Iulij: idemque natalis dies, commemoratione annua repetendus, fuit in Ecclesiasticis tabulis descriptus.

I.

Centesimo sexagesimoquinto Christi Redemptoris anno Papius Ælianus & Iunius Pastor Consulatum adierunt. Quo tempore, ingrauescente nuper excitata (vt dictum est) in Christianos persecutione, turrente populo, magistratibus conspirantibus, cum (vt supra memorauimus) ad eam compescendam Iustinus philosophus scripsisset pro Christiana religione egregiam orationem ad eisdem Imperatores, promeruit pro mercede martyrium. quod quidem non modò Latinorum, sed & Græcorum antiquis monumentis Ecclesiasticis consignatum reperitur: in horum enim Menologio Kalendis Iunij recensetur eius martyrium sub Rustico Præfecto vnà cù sociis Charitone, Charitina, Euelpisto, Hierace, Peone, & Valeriano, seu Liberiano. Extant horum Acta, atque illa ipsa (vt apparet) quæ à Notariis exceptoriis publicæ sunt commendata memoriæ: quæ Epiphanius a visus est cognouisse, dum (vt in eisdem Actis etiam legitur) sub Rustico Urbis Præfecto eum subiisse martyrium tradit: licet apud eundem auctorem error irreperit, dum Iustini martyrium sub Hadriano ponitur. Haud enim potuit in iis errasse Epiphanius, quem non latuit, eundem Iustinum ad Antoninum Pium, Hadriani successorem, scripsisse pro Christianis defensionem. Cum igitur magno Dei beneficio eadem celeberrimi viri & sociorum Acta martyrij fuerint in hanc diem integrè conseruata; quod breuia sint, ac proinde fideliora, hinc ea intexere operæpretium duximus. Sunt autem huiusmodi, omnia appositâ præfatione ab auctore quæ descriptit.

IUSTINI
MARTYRIUM ET SOCIORVM.

*Epiph. hæc
ref. 46.

II.

Apud Me-
mphis. die 1.
Iun. Lipom.
Et sup. co-
dem die.

ACTA IUSTINI
MARTYRII ET SOCIORVM.

Comprehensit Iustinus & qui cum illo erant, adducti sunt ad Urbis Præfectum Rusticum nomine. Quibus ante tribunal constitutis, Rusticus Præfex dixit Iustino: Age, esto diis obediens, & Imperatoris edictis. Illi autem Iustinus respondit: Nemo vniquam reprehendi aut condemnari poterit, qui Saluatoris nostri Iesu Christi præceptis obediens. Tum Rusticus Præfectus: In cuiusnam (inquit) eruditionis ac disciplinarum genere versaris? Cui Iustinus: Omnium disciplinarum genus discere conatus sum, omnemque eruditionem expertus: postremò verò Christianorum disciplinæ adhæsi, quamuis illa non placeat iis qui falsæ opinionis errore ducuntur.] profitetur hæc ipsa idem Iustinus in exordio sui cum Tryphone dialogi. Tum Rusticus dixit: Illane, miterime, eruditione delectaris? Maximè, inquit Iustinus: quoniam recto cum dogmate Christianos ipsos sequor. At Præfectus: Qualenam est istud dogma? Respondit Iustinus: Rectum dogma, quod Christiani homines cum pietate seruamus, hoc est, Vt vnum Deum existimemus factorem atque creatorem omnium quæ videntur, quæque corporeis oculis non cernuntur, & Dominum nostrum Iesum Christum Dei Filium confiteamur, olim à Prophetis prænuntiatum, qui & humani generis iudex venturus est, Saluator, præco, & magister iis qui ab illo benè didicerint. Ego quidem, vt homo, imbecillus sum & longè minor, quàm vt de infinita illius Deitate aliquid magnum dicere possim. Prophetarum hoc munus esse fateor: illi enim huius ipsius, quem Filium Dei dixi, in orbem terrarum aduentum multis antea sæculis diuinitus prædixerunt.

III.

Quæsiuit Præfectus, quem in locum Christiani conuenient. Cui respondit Iustinus, ed vnumquemque conuenire, quò veller ac possit: An (inquit) existimas omnes nos in eundem locum conuenire solitos? Minime res ita se habet: quoniam Christianorum Deus loco non circumscibitur: sed cum inuisibilis sit, cælum & terram implet, atque vbique à Fidelibus adoratur, & eius gloria collaudatur. Tunc Præfectus: Age (inquit) dicas,

A dicas, quem in locum conueniatis, & discipulos tuos congreges. Respondit Iustinus: Ego prope domum Martij cuiusdam, ad Balneum cognomento Timothinum, hæcenus manui. Veni autem in urbem Romam secundo; neque alium quempiam locum, nisi quem dixi, cognosco. Ac si quis ad me venire voluit, communicauit cum illo veritatis doctrinam.] hæc ipse. Porro Timothinæ Thermæ eadem & Nouati dictæ reperiuntur, positæ à S. Kuso & P. Victore in Viminali: Timotheus enim & Nouatus (vt dictum est) germani erant, Pudentis Senatoris filij: extantque vsque hodie earumdem Thermarum vestigia, superque Titulus Pastoris (de quo superius locuti sumus) erectus permanet. Patebat Pudentis Senatoris domus (vt aliàs meminimus) ab initio Petri Romam aduentus hospitio Christianorum. Cum igitur se in Urbem iterum venientem semper ad Balneum Timothinum diuertisse Iustinus tradit, planè significat, se exceptum hospitio à Nouato atque Timotheo fratribus, eorumque sororibus Pudentiana, atque Praxede, nobili reuerà atque præcipua in Vrbe Christiana familia: quippe qui omnes se suaque pietatis officiis manciparant. Porro Timotheum his propè diebus ex humanis fuisse sublatum, litteræ Pij Papæ ad Iustum Episcopum Viennensem, de quibus dicemus anno sequenti, significant.

THERMARUM
TIMOTHINARUM
HOSPITIUM
CHRISTIANORVM.

Sed ad initam à Præfecto cum Iustino quæstionem redeamus. Ergo Christianus es tu? inquit Rusticus. At Iustinus: Maximè, Christianus ego sum. Tunc Præfectus dixit Charitoni: An & tu Christianus es? Cui Chariton: Christianus ego sum, Deo ipso iuante. Quæsiuit Rusticus à Charitina muliere, num & ipsa Christi fidem sequeretur. Cui respondit illa, se quoque, Deo dante, Christianam esse. Tunc Rusticus dixit Euelpisto: Tu verò quisnam es? Qui respondit: Seruus quidem Cæsaris sum, sed Christianus, à Christo ipso libertate donatus, & illius beneficio atque gratia eiusdem spei, cuius & isti sunt quos vides, particeps factus. Post hæc Præfectus quæsiuit ab Hierace, num & ipse Christianus esset. Cui Hierax dixit: Certè Christianus & ego sum: eundem enim Deum colo & adoro. At (inquit Præfectus) Christianos vos fecit Iustinus? Ego (inquit Hierax) fui, & ero Christianus. Stans autem & Peon dixit: Ego quoque sum Christianus. Et quisnam (inquit Præfectus) te docuit? Respondit ille: A parentibus bonam hanc confessionem ego accepi. Post hunc Euelpistus dixit: Et ego quidem Iustini sermones magna cum voluptate audiebam; sed à parentibus tamen & ipse Christianus esse didici. Tunc Præfectus: Vbinam parentes tui sunt? In Cappadocia, inquit Euelpistus. Quæsiuit Præfectus & ab Hierace, vbinam gentium essent parentes eius. Cui respondit Hierax: Verus pater noster Christus est, & mater fides, qua in ipsum credimus: terreni verò parentes mei mortui sunt. Ceterum ego ab Icomio Phrygiæ abstractus huc veni. Quæsiuit Præfectus à Liberiano, quidnam & ipse diceret: num Christianus esset, atque in deos impius? Cui Liberianus: Et ego (inquit) Christianus sum: colo enim & adoro solum Deum verum.

IV.
IUSTINI
ET SOCIORVM
CONFESSIO.

Tunc Præfectus, conuersus ad Iustinum, dixit: Audi tu qui eloquens esse diceris, & putas te veram disciplinam tenere: Si à capite per totum corpus flagellis cæsus fueris, persuasum ne habes fore vt in cælum ascendas? Cui Iustinus: Spero (inquit) me habiturum quod habent qui Christi dogmata seruauerint, si hæc ipsa, quæ dicis, perpeffus fuero. Scio enim, omnibus, qui sic vixerint, diuinam gratiam conseruari, quoad totus mundus consummetur. Ad hæc Præfectus Rusticus: Ergo futurum opinaris, vt in cælum ascendas, mercedem aliquam recepturus? Non opinor (inquit Iustinus) sed scio, & hoc tam certum habeo, vt nihil dubitem. Rusticus dixit: Veniamus deinceps ad id quod propositum est, & nos vrget. Conuenite simul, & vno eodemque animo diis sacrificate. Ad hæc Iustinus: Nemo (inquit) qui recta sentiat, pietatem deserit, vt in errorem atque impietatem dilabatur. Præfectus Rusticus dixit: Nisi iussis nostris parere volueritis, cruciatus sine vlla misericordia patiemini. Iustinus autem: Maximè nos in votis habemus, propter Dominum nostrum Iesum Christum cruciatus perpeti, ac saluari: hoc enim nobis salutem & fiduciam conciliabit ante eiusdem Domini & Saluatoris nostri terribile illud tribunal, cui totus mundus diuino iussu assistet. Idem & reliqui martyres dixerunt, hoc addentes: Fac citò quod vis: nos enim Christiani sumus, & idolis non sacrificamus.

*ad. Pædiæ

V.
IUSTINI
CONSTANS
FIDES.

Hæc audiens Præfectus, talem sententiam pronuntiauit: Qui diis sacrificare, & Imperatoris edicto parere noluerunt, flagello cæli, ad capitalem poenam abducantur, quem

VI.
SENTENTIA
IUDICIS IN
IUSTINVM
AC SOCIOS.

quemadmodum leges præcipiunt. Itaque sancti martyres, Deum collaudantes, ad con-
 factum locum perducti, post verbera securi percussifunt, & in Saluatoris confessione
 martyrium consummarunt. Post hæc quidam Fideles clam illorum corpora sustulerunt,
 & in loco idoneo illa condiderunt.] hæcenus Acta Iustini & sociorum quam emenda-
 tissimè ex Græco codice reddita. At licet Iustini natalis diuerso die à Græcis, quam à
 Latinis, adscriptis tabulis Ecclesiasticis habeatur (quod plurimis ex causis accidere in
 aliis multis, diximus in Notationibus nostris ad Romanum Martyrologium) tamen si
 non aliunde, ex nomine saltem Præfetti ab Epiphano æquè prodito, vnum eundemque
 esse, nullus iure poterit dubitare. Quod si is qui ambigam de iis tulit sententiam, cita-
 tum Epiphani locum exploratum habuisset, nulla mentem eius dubitatio penitus in-
 cessisset. De eius martyrio idem Epiphanius^a agens, ait eum subiisse martyrium in con-
 sistente ac matura ætate, cum esset annorum triginta: sed suspicor in numerum men-
 dum irrepisse: nam ex iis, quæ ipse Iustinus scribit in dialogo cum Tryphone, hæc eum
 ætate maiorem fuisse, conici posse videtur.

^a Epiph. h. 2.
 ref. 46.

VII.
^b Euseb. li. 4.
 cap. 17.

LIBRI A
 IUSTINO
 SCRIPTI.

Quod verò pertinet ad nobilis ingenij lucubrationes, eas recenset Eusebius^b, sic di-
 cens: Hic Iustinus multa sanè & præclara sui ingenij sacrarum litterarum cognitione
 accuratè informati, & in iisdem valde diligenter exercitati, monumenta nobis reliquit,
 eaque certè plena vtilitatis & commodi cuiusque generis. Ad quæ mittemus studiosos
 quosque, simulatque ex illis ea tantummodo, quæ ad nostram notitiam peruenerunt:
 ad legentium vtilitatem percensuerimus. Est vnus quidem illius liber Antonino cogno-
 mento Pio, liberis eius, & Senatui Romano dicatus, qui nostræ religionis & institutorum
 propugnationem complectitur: alter autem, qui secundam pro fide nostra continet Apo-
 logiam, quem eius Imperatoris, quem diximus, successori & gentili Antonino Vero, C
 cuius tempora in præsentia prosequimur, obtulit: alter item liber contra Gentiles ab eo
 editus, in quo vbi de multis rebus, quæ tum apud nos, tum apud Gentiles philosophos
 quæri solebant, longum sermonem habuit, tandem de dæmonum natura disserit, quæ
 iam oratione explicare non opus est. Aliud præterea eius opus contra Gentiles scriptum
 in manus nostras peruenit, quod Elenchum inscripsit. Et præter ista, est aliud de Dei mo-
 narchia, quam non solum testimoniis ex factis litteris quæ apud nos sunt, sed etiam ex
 Gentilium libris petitis firmè comprobat. Aliud, cuius inscriptionem fecit, P saltem.
 Alius porro de Anima commentarius, in quo variis positis quæstionibus de argumento
 quod instituit, Græcorum philosophorum opiniones citat: quibus tum se responsurum,
 tum feram ipsius sententiam alio libro separatim in idem argumentum scripto explana-
 turum pollicetur. Disputationem præterea aduersus Iudæos contexit, quam in vrbe D
 Epheso cum Tryphone, Hebræorum id temporis facilè præstantissimo, habuerat: in qua
 non solum qua ratione diuina gratia ipsum ad veræ fidei doctrinam impulsisset, sed etiam
 quam ardenti studio antea in philosophorum disciplinas se insinuasset, & quantum deniq;
 studium operamque in veritate accuratissimè peruestiganda posuisset, perspicuè docet. In
 eodem etiam libro narrat de Iudæis, quo pacto insidias ad Christi doctrinam oppugnandam
 compaauerunt.] & paulo post: Scribit in eo præterea, quo modo ad sua ipsius tem-
 pora dona prophetiæ in Ecclesia elucerent. Meminit item Ioannis Apocalypseos, eamque
 Apostoli esse ferè affirmat.] ait denique: Eius scripta tanti æstimabantur à veteribus, tam-
 que videbantur probata, vt Irenæus eius libenter citet testimonia] nimirum ex libro ab
 eo scripto contra Marcionem.

VIII.
 ALII IV-
 STINI LI-
 BRI.
^c Euseb. lib. 4.
 cap. 10.
^d Hieron. de
 Scrip. Eccles.
 in Iustino.
^e Xyst. in Bi-
 blioth.

Hæc cum recenset Eusebius scripta Iustini, addendus his est commentarius ille Con-
 tra omnes hæreses, quem se scripsisse, ipse in oratione ad Antoninum auctor testatur:
 cuius tamen idem Eusebius^c alibi & S. Hieronymus^d meminerunt. Feruntur eiusdem
 auctoris alij quoque commentarij, nempe ille, cuius est titulus, Euerfio quorundam
 dogmatum Aristorelicorum: alius cuius hæc est inscriptio, Christianarum ad Græcos
 quæstionum, & Græcarum responsionum, earumque confutatio: & alius qui de recta
 fide & sancta consubstantiali Trinitate tractatum habet. Insuper epistola parænetica ad
 Zenam & Serenum de vita Christiana. Tradunt^e eum etiam in Apocalypsim scripsisse
 volumen. Quæ verò ex his, quæ nec Eusebius nouit, legitima sint, quæve spuria vel am-
 bigua, haud est præsentis negotij prolixas nimis hæc aceruarè quæstiones. Quod ad Iustini
 purgationem spectat de millenarij opinione; ne eadem cogamur sæpè repetere, consule
 quæ dicta sunt superius, cum actum est de Papia.

Sed

A Sed illud à Iustino dictum, quod Nouarores in calumniam vertunt, non possumus
 dissimulare. Cum enim in epistola ad Zenam & Serenum de vita Christiana, ipso sui
 exordio hæc dicat: De quorundam, prout eorum fert præsumptio, institutione & di-
 sciplina, sed præter rationem suscepta illa & inutili, iuxta traditionem hominum, quasi
 hereditario ab eis iure occupata, persimilia Phariseis facientibus & sentientibus; in
 epistola ad Papam perquam diligenter & accuratè disserui, &c.] Cum, inquam, dicat
 Iustinus se scripsisse ad Papam de iis qui corrupissent disciplinam Ecclesiasticam, tradi-
 tionibus hominum intendentes: mox velut opportuna quadam nocta occasione, Ca-
 tholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ perduelles, abutentes tanti martyris sententia, phanaticè
 absque vlla penitus ratione conclamant illud Phariseorum infelix elogium: Quid ad-
 huc egemus testibus? vos audistis blasphemiam] nimirum scripsisse Iustinum ad Papam,
 nempe ad ipsum Romanum Pontificem, de corrupta Romanæ Ecclesiæ disciplina, con-
 uulsis iam in ea traditionibus Apostolicis, hominumque statutis subinductis. Sittite, quæ-
 so, continete clamores, & à plausu paululum miseri abstinete manus: amice, rogo, res
 agatur sine fucò & fallaciis, more Christianorum.

IX.

CALVMNIA
 NOVATO-
 RVM EX
 IUSTINI
 VERBIS.

Vnde, dicatis velim, vobis innotuit, si Papæ nomen olim commune erat omnibus
 Episcopis (vt abundè notauius in Romano Martyrologio, ad quæ vos prouoco) quòd X.
 Iustinus ad Papam scribens, ad Romanum Episcopum potius, quam ad alios, epistolam
 illam scripserit? cum præsertim & Papæ nomen penes Græcos interdum contigerit
 esse proprium viri alicuius, & non dignitatis: nam celebrant illi nobilem martyrem in
 Lycaonia, Papam nomine, qui ex Menologio relatus est nuper in Romanum Martyro-
 logium. Sed esto (quod contenditis) ad ipsum Romanum Pontificem scripserit eam Iu-
 stinus epistolam: non tamen probare potestis, eam prauitatem in Ecclesiam Romanam
 irrepisse. nam quòd eius muneris esset non tantum Ecclesiæ Romanæ prospicere, sed
 omnibus vbique positis, quæ alibi à recto traditionum tramite declinassent, eius vigi-
 lantiæ & potestatis erat in pristinum restituere. Sed etsi (vt hoc quoque liberaliter con-
 cedamus) velimus eum intellexisse de his quæ Romæ agerentur: cum ex his quæ dicta
 sunt atque dicentur, constet, diuersarum sectarum hæreticos in Urbem aduentasse; quid,
 quæso, tam nouum mirumque esset, Iustinum litteris admonuisse Pontificem, vt eos ca-
 ueret, & salutis gregis sui consulere?

ARGVVN-
 TVR INSCI-
 TIAR ET
 NEQVITIAE
 NOVATO-
 RES.

At verò non patitur veritas se sinuosis hisce circumduci ambagibus: quare de fideli
 ac tuta Apostolicarum traditionum in Ecclesia Romana obseruantia atque custodia XI.
 sincerissimus ac dignissimus testis S. Irenæus accedat: qui cum in suis scriptis Eleu-
 theri Papæ meminerit, constat certè post obitum Iustini martyris illum commentarium
 conscripsisse. Ipse enim quid de Romanæ Ecclesiæ semper seruata integritate, his ver-
 bis alia occasione sæpius recitatis, & nunc necessariò repetendis testetur, audiamus.
 Agens siquidem de Apostolorum traditionibus, in omnes ab eis institutas Ecclesias per
 successiones Episcoporum delapsis ad posteros, hæc ait: Sed quoniam valde longum
 est, in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum enumerare successiones: maximæ & an-
 tiquissimæ, & omnibus cognitæ, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo fun-
 data & constituta Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem & annuntia-
 tam hominibus fidem, per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, in-
 dicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malam,
 vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, præterquam oportet col-
 ligunt. Ad hanc enim Ecclesiam, propter principalem auctoritatem, necesse est om-
 nem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique Fideles: in qua semper ab his
 qui sunt vndique, conseruata est ea quæ ab Apostolis est traditio.] hæc Irenæus, qui &
 inferiùs appellat eam, Diues depositorium Apostolicarum traditionum. His igitur cla-
 ra luce tam patenti testimonio & irrefragabili auctoritate monstratis, erubescat necesse
 est cæca præsumptio, dum, quamcumque captans occasionem, nodum in scirpo quæ-
 rit, vt Romanam Ecclesiam calumniosè dilaceret, ac contumeliosè profcindat. At iam
 quæ reliqua sunt de Iustino, prosequamur.

ECCLESIAE
 ROM. IVGIS
 INTEGRIT-
 TAS.

^a Iren. lib. 3.
 cap. 3. 4.

Reliquit inter alios disciplinæ suæ alumnos Iustinus Tatianum, fide Christiana &
 eruditione præclarum: qui Romæ agens, egregiam præstantis ingenij fœturam edidit,
 librum nimirum aduersus Græcos, nempe Gentiles, & alia scriptorum monumenta. de
 quo hæc Eusebius^b: Tatianus, vir planè cum primo ætatis suæ tempore Græcis disciplinis
 dedi-

XII.
 DE TATIA-
 NO IUSTI-
 NI DISCI-
 PVLO.
^c Euseb. li. 4.
 cap. 15.

deditus, tum in iisdem postea non exiguam gloriae amplitudinem assecutus, qui quidem A plurima monumenta scriptis prodita post se reliquit, in libro, quem contra Gentiles componebat, haec ferè commemorat, &c.] De eodem quoque volumine haec magna cum laude S. Hieronymus: Tatianus infinita scripsit volumina, è quibus vnus contra Gentes florentissimus extat liber, qui inter omnia opera eius fertur insignis.] extat is, cuius hoc est exordium: Non decet nos, ó Græci, odio tanto profequi barbaros, & ipsorum placitis inuidere: quod enim apud vos studium non à barbaris traxit originem? &c.] Meminit Origenes eiusdem Tatiani lucubrationis his verbis^a: Extat Tatiani iunioris oratio apud Græcos etiam habita, in qua scitè admodum & abundè historici omnes explicantur, qui de Iudæorum & Moyfi antiquitate conscripserint.]

^a Orig. contra Celsum li. 1.

XIII.

QUOMODO
TATIANVS
FACTVS SIT
CHRISTIA-
NVS.

Quomodo autem ipse Christianam fidem sit assecutus, eodem commentario declarat: cumque tamen primò, cur auersatus esset Gentilium superstitionem, rationem exactissime reddidisset, haec demum ait: Cum diligenter circumspicerem, in libros quosdam barbaros incidere mihi contigit, antiquiores multo quam Græcorum philosophia, si spectes ætatem, & angustiores, si illorum errores. His ergo fidem adhibui, quòd stylus non est phaleratus, nec vlla scriptorum affectatio, & sermo nusquam obscurus, futurorum ita euentuum prænotione, & magnitudine promissionum, & quòd vnum vniuersorum monarcham statuerent, impulsus. Itaque mente mea diuinitus edocta, intellexi, &c.] & post multa de sua peregrinatione ante Christianam fidem suscepta: Haec quidem non aliunde audita narraui, qui magnam terræ partem peragraui, & vestra studia professus sum, tum artes & inuentiones multas exercui, & tandem Romæ versatus, varias à vobis illuc delatas statuas aspexi. Ne quis me putet (quod plerique solent) alienis opinionibus niti: verum omnia illa, quorum oculatus testis sum, conscribere instituo. Vale igitur dixi Romanorum iactantia, Atheniensium frigidus sermoni, & dissentientibus illorum studiis, & barbaricam nostram philosophiam complexus sum.] ac demum sic perorat: Haec vobis, ó Græci, Tatianus, ego barbaræ philosophiæ sectator composui, natus apud Assyrios, & vestris primùm studiis imbutus, deinde verò illis quæ fouere me profiteor. In posterum verò, quoniam Deum & opera eius agnosco, firma mihi & nunquam neganda remanente diuina institutione, paratum me vobis ad examinanda mea dogmata præbeo.] hucusque Tatianus felicissimus in hanc diem.

XIV.

TATIANVS
A CETERIS
DEFECIT.

Postquam verò Iustinus, quem non vt magistrum modò ac monitorem, sed vt parentem reuerbatur, martyrio vitam finiuit; miser penam inanis elationis subuectus, è summo fastigio in imum impietatis barathrum sese precipitem dedit, adeò vt auctor fuerit hæresis Encratitarum: quam intra parietes domesticos coalescentem, innotuisse tandem anno duodecimo eiusdem Imperatoris M. Aurelij, tradit Eusebius in Chronico. sed agemus de ea suo loco.

XV.

AGRIPPA
EPIS. ALEX.
^b Euseb. li. 4.
cap. 18.

Hoc eodem anno, cum Celadion Episcopus Alexandrinus sedisset annos quatuordecim, ex hac vita migrans, successorem habuit Agrippam, qui eidem sedi præfuit annis duodecim.] haec Eusebius^b in historia, licet in Chronico numerus annorum eius vltra annos quatuor lapsus esse legatur.

I.

^a Extat in
Bibliot. fact.
^b Presbytero
EPISTOLA
PII PAPAE
AD IVSTVM

Anno Redemptoris nostri centesimo sexagesimo sexto, Iulius Mactrinus & Cornelius Celsus Consules creati sunt, cum Pius Papa annum in sede sua ageret nonum, qui postremum præcedit: quo ipse priorem hanc perbreuem epistolam scripsit ad Iustum postea Episcopum Viennensem, his scilicet verbis^a:
Pius Episcopus Romanus fratri Iusto Episcopo^b. Antequam Romæ exiisses, soror nostra Euprepia (si benè recordaris) Titulum domus suæ pauperibus assignauit, vbi nunc cum pauperibus nostris commorantes, Missas agimus. De te autem, superbeate, postquam ad Senatoriam Urbem Viennensem perrexisti, quid factum sit, nosse cupimus, & vt sementem Euangelij iam sparseris, audire multum desideramus. Presbyteri illi, qui ab Apostolis educati vsque ad nos peruenerunt, cum quibus simul verbum fidei partiti

A partiti sumus, à Domino vocati, in cubilibus æternis clausi tenentur. Sanctus Timotheus & Marcus per bonum certamen transierunt. Vide frater, vt illos imiteris sequendo, ne vinculis mundi illigeris. Festina palmam perseuerabilem cum sanctis Apostolis tenere, quam per multas passiones Paulus suscepit, & Petrus, cui crux charitatem Christi tollere non potuit. Salutant te Soter & Eleutherus, digni presbyteri. Saluta fratres qui tecum viuunt in Domino: Cerinthus, primarcha satanæ, multos auertit à fide. Gratia Christi habitet in corde tuo.] hucusque prior ad Iustum Pij epistola.

Porro Timotheum, cuius nuntiat exitum, quem vnà cum aliis Apostolis versatum esse tradit, illum ipsum putamus Timotheum germanum Nouati, fratrem Pudencianæ & Praxedis, filium verò Pudentis Senatoris atque Priscillæ, de quo superius sapè facta est mentio. Quem cum dicar passum esse cum Marco, haud dubium est illo eodem esse, quorum in antiquis Ecclesiasticis tabulis adscriptus habetur natalis dies vigesima quarta Martij, his verbis: Romæ natalis sanctorum martyrum Marci & Timothei, qui sub Antonino Imperatore martyrio coronati sunt.] Porro Marcum Aurelium dictum quoque esse Antoninum, ex iis quæ nuper diximus, satis liquet. Cerinthus verò, quem primarcham satanæ nominat, quemque Apostolorum temporibus innotuisse diximus, haud quis mirari debet in hanc vique diem fuisse superstitem. nam & Polycarpus Smyrnæ Episcopus, quem familiaritate & notitia coniunctum Apostolis tradit Eusebius^a, adhuc his temporibus superstes erat: quin immò & viribus validus sub Aniceto Pij successore (vt suo loco dicemus) Romam se contulit. Vixisse etiam Hermam Pauli discipulum his diebus, superius dictum est: vt non adeò prodigiosum videri debeat, si Cerinthus adhuc in humanis esset: quod vtique firmiter erit, si consenserimus^b Irenæo^c Tertullianoque^d, dicentibus, post Carpocratem hæreses docuisse Cerinthus. Verum quòd dicit, multos à Cerintho satanæ primarcha auersos à fide: non viuentem Cerinthus, sed eius adhuc grassantem hæresim, ac multos auertentem à fide, significare voluisse, videri potest, satis enim à Cerintho seducti dici poterant, quos à recto fidei instituto ipsa eius hæresis peruertisset.

II.

TIMOTHEVS
ET MARCVS
MARTYRES.

^a Euseb. li. 3.
cap. 30.

^b Iren. lib. 1.
cap. 25
^c Tertull. de
Præscript.
cap. 48.

Sed describamus & hic eiusdem Pij posteriorem epistolam ad eundem Iustum, Viennensem iam factum Episcopum: quam sequenti anno, paulo ante suum obitum, datam esse, ex ipsa apparet, quæ est huiusmodi:

III.

POSTERIOR
PII AD IV-
STVM EPI-
STOLA.

Pius Episcopus Romanus fratri Iusto Episcopo S. Attalus epistolas martyrum portans ad nos venit, gaudium nobis inextimabile faciens de triumpho eorum: qui dixit nobis, sanctum Verum, collegam nostrum, victorem de mundi principe triumphasse. Tu verò apud Senatoriam urbem Viennensem, eius loco à fratribus constitutus, & colobio Episcoporum vestitus, vide vt ministerium, quod accepisti, in Domino impleas. Cura autem sanctorum martyrum corpora, sicut membra Dei, quemadmodum curauerunt Apostoli Stephanum. Carceres sanctorum visita, ne aliquis tepestat in fide. Martyria sancta Spiritu sancto proba. Vt perseuerent in fide, eis incitator insiste. Presbyteri & diaconi non vt maiorem, sed vt ministrum Christi, te obseruent. Plebs vniuersa sanctitate tua protegatur. Fratres nostri, quos per Attalum recognoscas, de tyranni seruitute iam liberati, requiescunt in Domino. Presbyter Pastor Titulum condidit, & dignè in Domino obiit. Reuelatum mihi esse scias, collega beatissime, citius me finem huius vitæ esse facturum. Vnum flagitabo: In comunione sta, & mei ne obliuiscaris. Salutat te Senatus pauper Christi apud Romam constitutus. Saluto omne collegium fratrum, E qui tecum sunt, in Domino.] haec Pius.

IV.

VERVS EPI-
SCOPVS
VIENNENSIS,
ET AT-
TALVS.

^a Apud Euseb.
lib. 5. cap. 1.
^b Idem lib. 3.
cap. 3.

Appellat autem Senatum pauperem, sacrum collegium ministrorum, presbyteros, ac ceteros Romanæ Ecclesiæ clericos. Fuit porro Verus, cuius meminit, primus Viennensis Ecclesiæ Episcopus, Apostolorum discipulus, qui Traiani tempore Episcopatum eius Ecclesiæ accepit, & ad hæc vsque tempora illi præfuit. Attalum verò, cuius hic Pius mentionem facit, illum ipsum esse existimo, cuius agonem cum ceteris postea egregiè toleratum, litteræ^d eiusdem Ecclesiæ Viennensis ac Lugdunensis ad Alianos scriptæ testantur: quem genere fuisse Pergamenum, sed Romana ciuitate donatum, ac magni nominis virum, tradunt: quas quidem litteras datas idem Eusebius^e dicit, cum iam Montanus ac socij in Phrygia se prophetiæ spiritu imbutos omnibus demonstrassent: quod idem ait contigisse anno vndecimo Marci Aurelij & Lucij Imperatorum. sed de his suo loco. Porro has ambas perbreues epistolas, ex Viennensi archiuo proditi

Excl. 10. 10. Biblioth. sancta.

IVSTVS EPI SCORVS.

proditas a, germanas atque legitimas esse, cum rerum argumentum & admirabilis quædam cum aliis horum temporum gestis confesseratio, tum simplicissimus ille antiquitatis candor, quem in omnibus præ se ferre noscuntur, facile persuadent, quemuis, quantumlibet scrupulosi ingenij, virum eruditum eas recipere. Ceterum quod ad Iustum spectat, ad quem datæ sunt litteræ; ipsum eadem persecutione post longum exilium martyrium subisse, Ado eiusdem Viennensis Ecclesiæ Episcopus, in breui quod scripsit Chronico tradit. Leguntur duæ aliæ prolixiores Pij Papæ epistolæ, de quibus alij differuerunt: insuper & complura eiusdem decreta, quæ à Gratiano diuersis in locis appositè relata sunt, prout cuiusque argumenti ratio postulabat. ea hic non laboramus describere, quod in vnum collecta post eandem Pij citatas epistolas habeantur.

IESV CHRISTI

PII PAP.

M. AVR. & L. VER. IMPP.

ANNVS

ANNVS

ANNVS

167.

10.

5.

I. PIVS PAPA MARTYRIO CORONATUR.

Christi Domini anno centesimo sexagesimo septimo, Arrio Pudente & Gabino Orfito Coss. vndecima Iulij, Pius Papa, cum sedisset annos nouem, & menses sex, tribus minus diebus, martyrio coronatur: ea enim die natalis eius martyrio illustratus in Ecclesiasticis tabulis notatus antiquitus reperitur. Porro quod ad annos sedis eius, in libro de Romanis Pontificibus, qui fertur nomine Damasi, error irrepsisse videtur, dum loco nouem annorum, decem & nouem, & menses aliquot positi leguntur. Sanè quidem Eusebius in Chronico cum annos quatuor tantum (vt dictum est) tribuat Hygino, qui præcessit Pium, postea vsque ad Anicetum, Pij successorem, decem tantum numerat annos, quibus Pium sedisse oportuit: cui hæc dicenti potius assentimur, quam cum alibi ait sedisse Pium annos quindecim: priori enim sententiæ de annis Pij propius accedit Cresconiana collectio, eademque vetustissima.

II. ACTA PII PAPAE.

Quod verò pertinet ad res à Pio gestas: præter illa quæ sunt superius recensita, hæc in eodem libro de Romanis Pontificibus perstricta paucis habentur: Hic constituit, hæreticum venientem ex Iudæorum hæresi suscipi & baptizari. Quod speciale hoc de iis constitutum sit hæreticis, vt pote Baptismi præscriptam in Ecclesia regulam non seruantibus: de aliis hæreticis, qui licet extra Ecclesiam essent, tamen in Baptismi forma cum Ecclesia consentirent, diuersam fuisse consuetudinem & traditionem insinuat: quam Stephanus Papa (vt suo loco memorabimus) aduersus eos qui negarent vllum esse hæreticorum Baptisma, sæpè citauit; seruandamque à patribus traditam disciplinam, aduersus omnes altercantes sæpius inculcauit. Porro per Hebræorum hæresim significare voluisse Cerinthi sectam, quæ præ ceteris (vt vidimus) studebat Hebraicis ritibus, mihi facile persuadeo: quippe quos circumcisionem Legis admittentes ac propugnantes, & Christi diuinitatem negantes, atque (vt docet Irenæus) Christum à Iesu seiungentes, diuersam quoque ab Ecclesia Baptismi formam induxisse, facile est existimare.

III. PII PAPAE DECRETVM DE BONIS ECCL.

Sed subditur: Et constitutum de Ecclesia fecit, nempe decretum, ne prædia diuinis vsibus tradita, humanis inseruiant. idque in secunda epistola habetur expressum. Non est autem quod quis refragetur, & ante Principes Christianos Ecclesiam non possedisse bona stabilia dicat: nam id superius primo Annalium tomo manifesta veritate ostendimus. Ad postremum de factis ab eo sacrorum ministrorum ordinationibus, hæc ibidem leguntur: Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros octodecim, diaconos viginti vnum, Episcopos per diuersa loca duodecim. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, quinto Idus Iulij: & cessauit Episcopatus eius dies quatuordecim. Hæc ibi. Sed puto in diaconorum numerum mendum irrepsisse.

IV. ANICETVS PII SVBSTITVITVS.

Eodem igitur anno, vigesima quinta die Iulij, decimo quarto nempe die ab obitu Pij, creatur Papa Anicetus natione Syrus: quot autem annis sederit, in obitu eius dicemus. Quo tempore, nacti occasionem vrgentis persecutionis, famosissimi quidam hæretici se intruserunt in Urbem: vt, si quo modo possent, nobilissimæ Apostolicæ Ecclesiæ sinceritatem labefactarent. Fuit inter alios, qui id præsumperunt, procax femina, Marcellina nomine, sectatrix nefandissimæ sectæ Gnosticorum, de quibus satis superius dictum est. Hæc enim (inquit Irenæus) Marcellina, quæ Romam sub Aniceto venit, cum esset

Iren. lib. 1. cap. 24.

A huius doctrinæ, multos exterminauit. eadem de ea Epiphanius, & alij. Ceterum illud planè videtur fuisse consilium prauis dæmonis, inferendi in Urbem Gnosticos hæreticos: vt non tantum, si posset, impiis dogmatibus Fideles seduceret, sed & suis ipsorum turpissimis ac nefandissimis actionibus, quas titulo Christianitatis patrent, ceteris Fidelibus illic agentibus, ac purè sancteque viuentibus, summæ infamiæ notas inureret. in Catholicos enim omnia ab ipsis commissa scelera redundabant. nam cum Gnostici (vt dictum est) pro arbitrio colere idola, & cuncta facere, quæ Ethnici vellent, parati essent; ac proinde inter eos æquè vt ipsi Gentiles haberentur: iis qui firmiter atque constanter se Christianos profiterentur, omnia illa turpia ac pudenda de promiscuo concubitu, & coenis Thyestæis, quæ Gnostici perpetrarent, crimini vertebantur; ac propterea ea sic de illis sparsa calumnia, omnium in se ciuium animos iidem concitabant.

B Contulit se quoque in Urbem, eiusdem Aniceti Papæ tempore, ille omnium scelestissimus hæresiarcha, Marcion Ponticus. testatur id Irenæus, sed & Tertullianus; in carmine aduersus Marcionem, sic habens:

Alq. Pio suscepit Anicetus ordine sortem, Sub quo Marcion hic veniens, noua Pontica pestis Nondum secretum facinus suo corde reclusum, Passim vulgo loquens latebrosa perfidus arte. Sed postquam cepit mortis proferre sagittas, Abiectus merito tam seui criminis auctor A sanctis reprobus, patuit mirabile monstrum.]

Hæc Tertullianus: licet Epiphanius velit eum Romam venisse post mortem Hyginij, nempe sub Pio, quando (vt ait) petens vt in Ecclesiam reciperetur, repulsam passus est. Valentinum quoque hæresiarcham, qui se Romam contulerat sub Hygino, mansisse ibi vsque ad Anicetum, Irenæus affirmat. Venerat (vt vidimus) & sub eodem Hygino Romam Cerdon nouarum hæresum auctor. Porro tantum abest (quod & sæpè aliàs dictum est) vt Romana Ecclesia horum sordibus fuerit inquinata, vt Irenæus, qui iidem temporibus vixit, ad hos omnes errores redarguendos, Romanæ Ecclesiæ in medium adducat fidei, quam ab Apostolis acceperat, integram puritatem, ac solidam firmitatem.

Ceterum tam Valentinus, quam Marcion, Romæ cum essent (quod fecerat, vt vidimus, itidem Cerdon) fidem Catholicam simulantes in Ecclesiam sunt recepti: sed detecti tandem & reiecti, ac rursus ad pœnitentiam admissi, demum sub Eleuthero ab Ecclesia penitus sunt proscripi. hæc quidem Tertullianus, qui & ipse his temporibus vixit, narrat verbis huiuscemodi de Marcione ac Valentino verba faciens: Constat illos neque adeò olim fuisse, Antonini ferè Principatu, & in Catholicam primò doctrinam credidisse apud Ecclesiam Romanensem; donec sub Episcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam semper eorum curiositatem, qua fratres quoque vitiabant, semel & iterum eieci, Marcion quidem cum ducentis sestertiis suis, quæ Ecclesiæ intulerat, nouissimè in perpetuum disidium relegati, venena doctrinarum suarum disseminarunt. Postmodum Marcion pœnitentiam confessus, cum conditioni datæ sibi occurrit, ita recepturus, siceteros quoque, quos perditioni erudisset, Ecclesiæ restitueret, morte præuentus est.] hæc Tertullianus. Ex quibus videas hæresiarchas, licet impudentissimos, è Ponto alterum, alterum ex Ægypto se in Urbem conferre, illiusque Ecclesiæ communicationem quærere, & si non possent aliter, dolo tamen suffurari, eamque adeò affectare, vt semel licet expulsi, iterum recantantes palinodiam, eidem se insinuare studerent: quippe qui scirent (vt dictum est) communicantes cum Romana Ecclesia, ab omnibus Christiani orbis Ecclesiis recipi; ab illa verò reiectos, ab omnibus æquè respui. Videas & qua arte Marcion eius communionem consequi conatus sit: quippe qui, vt se ex animo illi coniungi ac penitus inharere significaret, suam quoque non leuem pecuniæ summam in eam contulit, nempe ducenta sestertia, quæ pendunt quinque aureorum millia: porro eadem ipsa eidem rursus eieci mox reddita fuere.

Verum ex his licet existimare, Dei Ecclesiam (sicut etiam Ierolymis Apostolorum tempore) ex Fidelium oblatione fuisse locupletem. nam si peregrinus homo à parente domo pulsus, ac vndique pænè profugus, tanta contulit in Ecclesiam: quid putandum fecisse ciues, eosdemque plurimos, diuitiis & nobilitate præstantes? Est illud quo-

Epiph. hæref. 27.

Hæresiarchæ Romam confecerunt.

v.

Iren. lib. 3. cap. 4. Tertull. li. 3. in fin. MARCION VENIT ROMAM.

Epiph. hæref. 42.

Iren. lib. 3. cap. 4. Iren. lib. 1. cap. 28.

vi.

Marcion et Valentinus simulantibus Pontentiam recepti.

Tertull. de præscr. c. 50.

CVR HÆRESIARCHÆ AFPECTABANT COMMVNIONEM ROMANÆ ECCLESIAE.

vii.

SATISFA-
CTIO INV-
CTA PONI-
TENTIAE.VIII.
Euseb. lib. 4.
cap. 13.
POLYCARPI
ROMAM AD
VENTVS.Iren. lib. 3.
cap. 3.Euseb. lib. 4.
cap. 13.IX.
Idem lib. 5.
cap. 24.
QVID EGE-
RIT POLY-
CARPIVS CVM
ANICETO.X.
TOLERATI
QUARTODE-
CIMANI.Hieron. de
Script. Eccl.
Polycarpo.XI.
Idem eodem
lib. in Hege-
sip.
Euseb. lib. 4.
cap. 21.
DE HEGH-
SIPPO RO-
MAM VE-
NIENEA.

XII.

quoque ad pristinos Ecclesiae mores insinuandos obseruatione dignissimum: ea demum A
conditione fuisse promissum Marcioni reditum in Ecclesiam, si, quos seduxerat, eod-
dem Ecclesiae restitueret, nimirum ea adhibita satisfactione, vt publicè contraria iis quae
dixerat, praedicaret.

At nec illud de Marcione praetermittendum, quod ex Irenæo Eusebius^a recitat: ni-
mirum cum S. Polycarpus Smyrnae Episcopus Romam hoc tempore sub eodem Pon-
tificæ Aniceto venisset, Marcioni in eius conspectum venienti, dicenti quæ ac roganti,
Nosce nos, amabò: respondisse, Noui equidem primogenitum satanae. Porro pluri-
mum profuit opportunus Polycarpi Romam aduentus; quippe qui cum Apostolis ver-
satus fuisset, magnam quæ ex eo apud omnes existimationem consecutus: quamobrem
complures eorum (vt idem^b auctor ait) quos Valentinus ac Marcion seduxerant, ad Ec-
clesiam veram quæ religionem reduxit: illo quæ, quod in Marcionem dixerat, experi-
mento docuit, quantum quisque auersari debeat hæreticos, si nec verbo tenus, quod & B
Ioannem fecisse narrabat, communicare voluisset.] Qua verò occasione Romam vene-
rit Polycarpus, idem Eusebius^c ex Irenæo commemorat; nimirum vt dissidia, quæ de
tempore celebrandi Paschatis essent oborta, componeret.

Quam benignè autem ab Aniceto susceptus fuerit, & de controuersis quid demum
transactum sit inter eos, ex eodem Irenæo hæc alibi idem Eusebius^d recitat, dicens: Cum
beatus Polycarpus, Aniceto Episcopatum administrante, Romam aduentaret; cum quæ
ille & Anicetus de aliis rebus, de quibus inter se discrepabant, pauca contulissent; con-
fessim pax inter eos fuit conciliata: quin pro hoc festo obseruando, quod controuersiae
caput videbatur, charitatis vincula nequaquam ruperunt. Neque tamen Anicetus Poly-
carpo poterat persuadere, vt suum obseruandi morem deponeret; neque contra Poly-
carpus Aniceto persuasit, vt consuetudinem Asiaticam (quippe qui morem presbytero- C
rum, qui illum erant antegressi, debere sedulo retineri assereret) vilo modo obseruaret.
Quæ cum ita essent constituta, communicabant inter se mutuo; & in Ecclesia Anicetus
ritus qui in Eucharistia agi solent, Polycarpo, ob reuerentiam videlicet quam erga illum
habebat, obeundi potestatem concessit: atque tandem cum pace alter decessit ab altero:
& omnes Ecclesiae, tum eorum qui decimoquarto die festum Paschatis obseruabant,
tum eorum qui secus, placida pace & tranquilla inter se fruebantur.] hucusque de his
Eusebius ex Irenæo.

Sed meminisse oportet (quod aliàs diximus) sic statuisse olim Apostolos celebra-
ndum Pascha die Dominico, vt tamen (sicut in multis aliis) Iudaizantes adhuc complu-
res Christianos, eos nimirum qui essent ex circumcissione, quorum ingens erat in Asia
numerus, æquanimiter tolerarent. Cetera autem, quæ ad Polycarpi martyrium spe- D
ctant, suo loco dicemus. Quod verò apud S. Hieronymum^e legatur, Polycarpum Ro-
mam venisse ad Anicetum temporibus Antonini Pij; Chronicon ipse videtur secutus
Eusebij, qui sub Antonino Pio ponit Anicetum: verum ipsum errasse certum est, cum in
serie Romanorum Pontificum Cletum numerare praetermiserit: vel accidit potius, vt
(quod superius dictum est) Hieronymus, sicut Opratus & Augustinus, post Hyginium
posuerit Anicetum, & non Pium, vt ceteri.

Idem S. Hieronymus^f tradit de Hegesippo ex ipsius scriptis, venisse Romam sub
Aniceto, & ibi permanisse vsque ad Eleutherum: Eusebius^g autem aliter legisse videtur,
dum ait, eundem Romæ egisse vsque ad tempora Aniceti. de cuius in Urbem peregrina-
tione hæc idem ex eiusdem commentariis prodit: Hegesippus quinque libris, qui ad
nos peruenerunt, accuratissimam plenissimam quæ sententiae & opinionis de fide de-
clarationem post se reliquit: in quibus ostendit, se in itinere Romam versus suscepto, E
multis cum Episcopis sermonem contulisse, & vnam eandem quæ accepisse ab omnibus
doctrinae formam & institutionem. Atque illum quidem post alia, quæ de Clementis
ad Corinthios epistola disseruit, ista quæ sequuntur, narrantem audire licet: Ecclesia
Corinthiorum in vera recta quæ doctrina constanter persistabat vsque ad Primum, qui ibi-
dem gessit Episcopatum: quo cum ipse, dum Romam versus nauigabam, de religione
nostra communicauit, & Corinthi non paucis diebus commoratus sum; in quibus dum
inter uos de doctrina Catholica multa conferebamus, non parum vterque ab alterius
consuetudine cepit oblectationis.

Cum essem Romæ, mansi ibi vsque ad Aniceti tempora, cuius tum quidem Eleuthe-
rus

A rus munus Episcopale capeffit. Nulla Episcoporum sedes, successione ab Apostolis du-
cta, nulla ciuitas, in qua non ita seruata essent omnia, vt lex praescriperat, docuerant Pro-
pheta, & Dominus ipse praedicauerat.] hæc de statu omnium (vt ait) Ecclesiarum cum
Hegesippus testetur, magnum planè extat testimonium ad declarandam atque insi-
nuandam Catholicam veritatem. Nam si illa legitima erat Christi doctrina, certa quæ
traditio Apostolorum, quas in hanc diem omnes vbique seruassent Ecclesiae: planè con-
uincitur, à Catholica veritate illos omnes desciuisse, qui aliam ab his diuersam reperitun-
tur docuisse fidei normam, vel mores aliter instituisse: ac proinde qui virginitatem dam-
nant, ieiunia contemnunt, Sanctorum cultum reiiciunt, hierarchicum in Ecclesia ordi-
nem confundunt, Sacramenta respuunt, ritus quæ Ecclesiasticos despiciunt, & alia id ge-
nus multa agunt, contra ea quæ in Ecclesia obseruata sunt (vt vidimus) vsque ad Eleu-
therum Papam, sub quo Hegesippum ea scripsisse apparet, manifestissimi erroris redar-
gui, ac desertores veritatis esse conuinci.

Cum verò post hæc multa ex eodem Hegesippo de sectis dicta recensent, de eodem
demum hæc addit: Nonnulla item cum de Euangelio, quod secundum Hebraeos, quod-
que Syriacum dicitur, tum separatim de Hebraicæ linguæ proprietate disputat: scique
narrat, tamen si erat Hebraeorum stirpe ortus, ab eorum tamen religione & institutione ad
fidem Christi venisse: alia item tamquam à Iudaica traditione sine scripto accepta com-
memorat. Porro autem non hic solus, sed Irenæus & tota veterum turba, Proverbia
Salomonis librum esse præclara eximia quæ sapientia referunt affirmabant. Quinetiam
dum de sacrae Scripturae libris, qui inter apocrypha numerantur disserit, quosdam ex illis
suo ipsius tempore à quibusdam hæreticis falsò confictos esse narrat.] hucusque ex Heges-
ippo hic Eusebius^a: qui alibi de scriptis ab eo libris hæc ait: Hegesippus, vir propter
doctrinae præstantiam in luce atque hominum notitia versatus, cuius testimonium iam
antea, dum res nonnullas Apostolorum temporibus gestas, ab eo quæ scriptis traditas
commemoramus, sæpius vsi sumus. Ille enim sinceram & minimè fucatam Apostolicam
prædicationis traditionem quinque libris, illo quidem scribendi genere maximè simplici
ac summissio, litteris prosequi aggrediens, tempore quo ipse floruit, aperte indicat.] Recitat
ex eis fragmentum, quo auctor de Antinoo meminit Hadriani seruo ab eodem inter
deos relato. Commendat & S. Hieronymus eius in historia conscribenda simplicem
stylum, cum ait: Omnes à passione Domini vsque ad suam ætatem Ecclesiasticorum
Actuum texens historias, multa quæ ad vtilitatem legentium hinc inde congregans,
quinque libris composuit sermone simplici, vt quorum vitam sectabatur, dicendi quo-
que exprimeret characterem.]

At cum tam Eusebius quam sanctus Hieronymus laudent Hegesippi in historia Ec-
clesiastica conscribenda simplicitatem: nemo pueret hac ex parte ipsum rectè scribendam
historia numeros minus expleffe. Errant mea sententia, qui putant illum scribendam
historia partes implere, qui res gestas eloquentia phaleris exornat, & quæ sunt oratoris
apponit: atqui longè diuersam esse vtriusque tractandi generis facultatem, cum alij
sparsim diuersis in locis meminerint, Lucianus^b eodem argumento scribens commen-
tarium pluribus docet, ac planè deridet historia illam, quæ sese pennis eloquentia
sursum efferens in encomium conuertitur: affirmans planè decipi illos, qui duo neces-
sario requirant in historia, iucundum, & vtile; adulterinam hanc diuisionem nomi-
nans, atque ait: Vnum enim opus est historiae, & vnus finis, vtilitas, quæ ex sola ve-
ritate conciliatur. Iucundum verò si & ipsum sequatur, melius quidem hoc, perinde
vt si forma seu pulchritudo athletam: sin minus, nihil vetat ab Hercule prognatum
esse Nicostatum Isidoti filium, generosus cum sit, & vtroque colluctatore suo fortior,
etiam si ipse quidem, quod ad faciem attinet, turpissimus videatur.] hæc & alia plura ipse
in eadem sententiam: laudat quæ proinde dictionem humi incedentem, & cum pul-
chritudine & magnitudine simul eorum, quæ dicuntur, elatam. Sed & Plinius^c ad Ca-
pitolium: Orationi, inquit, & carmini adest pauca gratia, nisi eloquentia sit summa: hi-
storia quoquo modo scripta delectat.] & post nonnulla: Habent quidem oratio & histo-
ria multa communia, sed plura diuersa in his ipsis, quæ communia videntur. Narrat sanè
illa; narrat hæc, sed aliter. Huic pleraque humilia & sordida, & ex medio petita; illi om-
nia recondita, splendida, & excelsa conueniunt. Hanc sæpius ossa, musculi, nerui; illam
tori quidam & quasi iubæ decet. Hæc vel maximè vi, amaritudine, instantia; illa tractu &
suau-

ECCLESTIA-
RYM MIRA
CONSENSIO.EX QVO
QVIS HAE-
RETICVS
DEMON-
STRETVR.

XIII.

SCRIPTA
HEGESIPPI.XIV.
HISTORIAE
SCRIBEN-
DAE RATIO.Lucian. lib.
Quomodo
hist. scrib. sit.Plin. lib. 5.
epist. 3.

CHRISTI
167.

ANICETI PAP.
1.

M. AVR. & L. VER. I MPP.
5.

suauitate, atque etiam dulcedine placet: postremò alia verba, alius sonus, alia constru- A ctio. Nam plurimum refert (vt Thucydides ait) ἡμιμα sit, an ἀγώνισμα: quorum alterum oratio, alterum historia est.] hucusque Plinius.

XV.
HEGESIP-
PVS IMI-
TANDVS.

Cùm igitur Hegesippi historia ad hos fuerit modos omnes attemperata: ipsum à ce- teris imitandum, qui res Ecclesiasticas sunt memoria commendaturi, quis poterit du- bitare? nam & hæc ibidem Plinius ait: Inuenio autem apud sapientes honestissimum esse, maiorum vestigia sequi, si modò recto itinere præcesserint.] Eiusmodi quidem scriben- di genus maiores nostros esse sectatos, cum plurima alia exempla declarant, tum sanctus Basilius oratione in Gordium martyrem demonstrat his verbis: Sanctorum memorias orationis & eloquentiæ fucò prosequi; non fas erat illi.] & paulò post: Illorum enim qui in fide clarauerunt, historia simplex velut lucem quamdam Dei cultoribus ad virtutis iter ostendit.] ac rursus: Quòd si reliquorum facta virorum eloquentiæ floribus ornantur, B Sanctis tantum ad ea, quæ maxima gessere, demonstranda, sat fuerit oratio simplex.] hæc Basilius. At de his obiter dictis hæcenus: in quæ, occasione historiæ ab Hegesippo con- scriptæ, casu velut incidimus. Porro illa magno damno deperdita cum sit, per paucis eius fragmentis perfrui ab Eusebio recitatis. Denique eiusdem Hegesippi sanctissimi vitæ perfuncti, in Domino requiescentis, anniuersaria memoria* in sacris tabulis scripta meruit consecrari. Feruntur Hegesippi nomine commentarius de Excidio Ierosolymita- no, & ad ipsum apposita Anacephaleosis: sed alterius planè auctoris est opus, qui (vt aliàs diximus) post tempora Conitantiini floruerit.

* Martyrol.
Rom. 7. Apr.

IESV CHRISTI ANICETI PAP. M. AVR. & L. VER. IMPP.
ANNVS ANNVS ANNVS
168. 2. 6.

I.
PUDENTVM
FAMILIA
NOBILIS.

ANNO Domini centesimo sexagesimo octauo, Seruilius Pudens & Sufidius Pollio A Consules creati sunt: claruisse namque his temporibus Romæ Pudentum fami- liam, ex duobus iunctis Consulatus eius facile possumus intelligere, eiusdemque fa- milia fuisse Pudentem Senatorem Christianum, de quo sæpè superius dictum, æquum est existimare, meminit & Terrullianus b eiusdem nominis Proconsulis, cuius laudat in Christianos iudicando modestiam, cum ait: Pudens etiam missum ad se Christianum, in elogio concussione eius intellecta, dimisit, scisso eodem elogio sine accusatore: se negans auditurum hominem, secundum mandatum.]

* Terrull. ad
Scuph. c. 4.

II.
TRIUMPHVS
DE BELLO
PARTHICO.
Euseb. in
Chronico.
Ibidem.
Int. Capitol.
in Marco.
Idem in Lu-
cio.

Eodem anno c Parthico bello post quinquennium absoluto, L. Verus vnà cum M. Au- relio triumphauit: tot enim annis durasse illud, tradit Iulius Capitolinus: hocque anno sexto de Parthis superatis actum esse triumphum, Eusebius d habet. At Parthico bello confecto, parari cœptam expeditionem Marcomannicam, quam diu antè idem Marcus Imperator fuerat meditatus, sed suspèdisse eam vsque ad Parthicum bellum perfectum, idem scribit Capitolinus e. Porro cum idem alibi f tradat, Lucium ipsum aliquamdiu Vr- bis deliciis esse detentum; constatque fuisse pestem sub eo post sequentem annum: colligitur, eosdem Imperatores non nisi post duos annos ad bellum esse profectos; quod ex iis, quæ dicemus inferiùs, euentiùs apparebit. Hæc autem ad exactam temporum chro- nologiam insinuandam prætermisisse minimè oportuit.

IESV CHRISTI ANICETI PAP. M. AVR. & L. VER. IMPP. E
ANNVS ANNVS ANNVS
169. 3. 7.

I.
PERSEC-
TIO IN
CHRISTIA-
NOS ACRI-
VSSARVIT.

* Int. Capitol.
in Marco.

Centesimo sexagesimonono Christi anno, Coss. L. Aurelio Vero tertium & Vinidio A Quadrato, persecutio in Christianos iam olim excitata acriùs recrudescit, atque ferociùs sæuit. Quòd enim se erga deos studiofiorum M. Aurelius præbuit, eò in illorum hostes, ac quos diceret impios Christianos, se inhumaniorem exhibuit. Hoc liqui- dem anno, cum magnus metus ex Marcomannico bello immineret, idem Imperator totus fuit in concilianda sibi numinum gratia: siquidem ait Capitolinus g: Tantaus timor belli Marcomannici fuit, vt vndique sacerdotes Antoninus acciuerit, peregrinos ritus

CHRISTI
169.

ANICETI PAP.
3.

M. AVR. & L. VER. I MPP.
7.

ritus impleuerit, Romam omni genere lustrauerit, retardatusque à bellica profectioe sit: celebravit & Romano ritu lectisternia per septem dies.] hæc ipse. At si (vti moris erat) iis temporibus quærebantur à diis responsa; eadem si non vera, saltem conficta omnia pariter in necem Christianorum conspirasse, & quasi prætextu placandorum nu- minum, illorum hostes esse tollendos respondisse, par est existimare. Quamobrem qui inter Christianos erant omnium spectatissimi, eos ad necem petendos ante alios Impera- torum consilium fuisse videretur.

Quapropter sanctus Polycarpus, vsque in hanc diem post tot tantisque persecutiones 11. ipsis etiam Gentilibus reuerendus, post alios ad necem tandem vulgi clamore quæritur hoc ipso anno septimo M. Aurelij Antonini, vt de eo scribit Eusebius. Porro res gesta ab eodem Eusebio* ex litteris Smyrnenfis Ecclesiæ in hunc modum describitur: Eodem B tempore Polycarpus, cum Asia maximis persecutionum procellis turbaretur, martyrio supremum vitæ diem egit. Cuius quidem vitæ exitum, litterarum monumentis adhuc conseruatum, in hac nostra historia memoriæ prodere, in primis necessarium arbitror. Est autem epitola ex persona Ecclesiæ Smyrnenfis, cui præfuit Polycarpus, Ecclesiis Ponti scripta; quæ ad eius martyrium spectantia, perspicuè docet his verbis:

* Euseb. li. 4.
cap. 14.
POLYCAR-
PI MARTY-
RIVM.

Ecclesia Dei quæ Smyrnam incolit, Ecclesiæ quæ est Philomilij, & aliis omnibus 111. sanctis & Catholicis Ecclesiis quæ vbique gentium sunt, misericordia, pax, & charitas DEI Patris & Domini nostri Iesu Christi assatum impleatur. Scripsimus vobis, fratres, quæ videbantur pertinere cum ad alios martyres, tum ad beatum Polycarpum: qui quidem persecutionis flammam contra Ecclesiam incensam, sanguine suo copiose per martyrium effuso, penitus restinxit. Istitis deinceps, antequam in martyrij Polycarpi C explicationem ingrediantur, ea quæ spectant ad ceteros martyres, ordine narrant, & qualem quamque cellam erectamque animorum firmitatem ad dolorum morsus tole- randos ostenderint, scitè describunt. Nam (vt epistola loquitur) qui vndique circumfi- stebant, cum coram cernerent illos partim flagris ad intimas vsque venas & arterias dilaceratos, sic vt iam viscera, aliaque occultiora membra intimis corporis recessibus abdita, oculis omnium subiicerentur, partim buccinorum testis è mari deportatis, & lapillis quibusdam præacutis substratis affictos, & per quodque suppliciorum & tor- mentorum genus raptatos, & bestis denique immanibus ad dilaniandum traditos: cum coram (inquam) cernerent illos hæc omnia tam toleranter sustinuisse, incredibili propè admiratione obstupuerunt.

111.
EPISTOLA
SMYRNEN-
SIS ECCLIE-
SIAE.

Inter quos Germanicum quemdam, qui diuina gratia roboratus, imbecillitatem D animi naturaliter insitam, quæ efficit vt corporis mortem vehementer extimescamus, erexit, recreauitque, propter eximiam & singularem eius constantiam, facile primas tu- lisse memorant. Nam cum Proconsul illi persuadere conaretur, proponeret ætatem, & magnopere flagitaret, vt, cum iam adolescens esset, & in ipso ætatis flore constitutus, sui ipsius misericordiam caperet: eum illa minimè curasse, sed abiecta cunctatione, feram parato animo attraxisse ad se, & propè eam in corporis sui laniatum impulisse, quò cele- rius ab hac iniusta & impia vita liberaretur. Verum quamquam vniuersa multitudo tum diuini & cælestis huius martyris fortitudinem & constantiam, propter egregiam & gene- rosam mortem magnopere admirabatur, tum vniuersam vniuersi generis Christiano- rum virtutem vehementer suspiciebat: tamen subito vnà hoc pacto omnes cœpisse con- clamare: Tolle impios: Quærat Polycarpus. Quinetiam cum permagna turba istis po- puli clamoribus de Christianis conquirendis facta esset, Phrygem quemdam nomine E Quintum, qui nuper è Phrygia aduenerat, simulac immanes feras & terribiles præterea cruciatus perspexerat, molli ac fracto animo obstupuisse, & tandem salute prodita, ma- nus præignauia dedisse. Declarat quidem eadem, quam modò citauimus, epistola, illum non prudenti animi prouisione & consilio adductum; sed temerè, & quasi repentinò vento incitatum, cum aliis ad tribunal iudicis iuisse: qui simulatque deprehensus teneba- tur, illustre & euident exemplum omnibus proposuisse, ne inconsideratè & imprudenter huiusmodi rebus se aliquando obicerent. Sed isto modo de illorum martyrum exitu à nobis expositum sit.

IV.
GERMANI-
CI CERTA-
MEN.

Polycarpum autem, qui maximam omnibus admirationem sui excitabat, primùm vt ista de martyribus audierat, pacato & tranquillo animo perstitisse, & vultum om- nemque mentis statum constantem & immobilem conseruasse. Et quamuis in animo

V.

POLYCAR-
PI RECES-
SVS.

haberet, illa in ciuitate manere; tamen familiaribus petentibus, obsecrantibusque vt A se inde subduceret, demum morem gessisse; ad villam non longè ab vrbe distantem progressum esse: ibique cum paucis amicorum commoratum; & dies noctesque nihil aliud molitum, quàm preces obnixè atque instanter ad Dominum fundere: quibus quidem supplex efflagitabat (hoc enim erat illi semper in more positum) vt pax tranquilla concederetur Ecclesiis. Ac triduo antequam prehenderetur, cum in precibus attentè positus, somno oppressus esset, nocte in visione secundùm quietem vidisse dicitur ceruical flamma accensum derepentè consumi, conficique. Qua quidem re è somno excitatum, statim visum suum iis, qui vnà aderant, exposuisse; & quod futurum erat, mente ferè præfagentem, apertè suis prædixisse necessariis; se, flammaram incendiis corpori circumiectis, vitam pro Christo profundere oportere. Tandem igitur cum illi, qui eum omni cura & diligentia conquirebant, instarent; iterùm incredibili studio & amore erga fratres compulsùm, in aliam villam se transtulisse ferunt: quo quidem non longo tempore post, qui illum insequerantur, rectà peruenisse, duosque illius loci pueros comprehendisse, atque alterius illorum indicio, vbi verbis eum ceciderant, ad Polycarpi diuersorium accessisse.

VI.
POLYCAR-
PVS INVE-
NITVR.

Qui sub crepusculum aduentantes, certiores fiebant, eum in superiori conclaui as-
dere. Ex quo loco licet perfacile in aliam domum se recipere potuisset, noluisse tamen, sed dixisse, Fiat voluntas Domini. Quem sereno ac placido vultu collocutum esse: vt qui visum antea ignorassent, cum oculos in canam eius & ingrauescentem ætatem, in venerandam quoque & constantem vultus moderationem coniecissent, viderentur sibi rem permiram videre; rogarentque ab se ipsi mutud: Tanta ne, quæso, festinatio in tali seneprehendendo suscipi debuisset? Istum autem, abiecta cunctatione, primùm mensam illis actutum apponi iussisse; deinde orasse, vt cibum largè & affatim sumerent: vnamque horam, quò liberè orationi vacaret, protulasse: qua ei concessa, surrexisset, & gratia Domini cumulatè repletum, adeò ardentè precatum esse, vt, qui præstò illum audirent orantem, admiratione propè obstupescerent, compluresque illorum tam spectatum, tamque eximia & diuina virtute præditum senem morte affici, vehementer condolecerent. Post ista, reliqua illius historia est ad verbum in eadem epistola explicata.

VII
POLYCAR-
PVS PER-
DUCITVR
SMYRNAM.

Vt primùm finem precandi fecerat, & memoria repetierat omnia quæcumque illi in vita aliquando contigissent, siue magna illa fuissent, siue exigua, siue gloriosa, siue ingloria; & totam denique Ecclesiam Catholicam per vniversum Orbem dispersam precibus Deo commendauerat: cum iam hora abeundi instaret, satellites eum a sino impostum, versus vrbem die festo magni sabbati adduxerunt. Herodes, qui Præfectus pacis dicebatur, & pater illius Nicætes, illi obuiam prodire: qui vbi illum ad se in rheda transtulerunt, prope cum assidentes ei persuadere conati sunt ad hunc modum: Quid mali est, istud dicere, Domine Cæsar, & illi sacrificare, & sic tandem saluum euadere & incolumem? Polycarpus verò nullum dedit responsum: sed illis magis instantibus, sic tandem locutus est: Non facturus sum aliquando, quod mihi consulitis. Isti igitur spe illius in suam sententiam pertrahendi deiecti, contumeliosa verba in eum iaciunt, & tanta cum celeritate de curru præcipitant, vt inde delapsus, tibiam magnopere laceraret, læderetque. At ille ea de re minimè laborans, quasi nihil mali fuisset perpeffus, lubenti animo à satellitibus ductatus, satis incitato gradu ad stadium proficiscitur.] Quòd verò Smyrnenfium epistola hic meminerit de Herode pacis Præfecto; num fortasse hic ille Herodes Atticus, qui his temporibus sub M. Aurelio floruit inter Græcos clarissimus orator, cuius meminerunt Iulius Capitolinus^a, & Gellius^b; qui & Præfectus pacis sit dictus, eò quòd munus illud obierit, vt tumultus vbique locorum inter ciues, Gentiles & Christianos (quos dictum est magnopere increbuisse) aliquo modo componeret? Sed ad Polycarpum redeamus. In eadem Smyrnenfium epistola hæc sequuntur:

HERODES
ATTICVS.
^a Iul. Capit.
in Mæuo.
^b Gell. lib. 1.
cap. 2.

VIII.

Polycarpo igitur in stadium ingredienti, vox è cælo demissa dixit: Fortis esto Polycarpe, & excelso animo rem gere. Eum, à quo esset vox profecta, vidit nemo: vocem autem multi è nostris audierunt; sed propter tumultum in stadio concitatum multitudo omnino eam audire non potuit. Illo igitur ad iudicem deducto, simulatque inrellectum erat Polycarpum fuisse comprehensum, ingens tumultus ciebat. Ex quo Proconsul, vbi accessit, sciscitatus est: Tu es Polycarpus? Polycarpus se eundem esse fatebatur. Tum suadere Proconsul, vt Christum negaret, sic locutus: Reuerere

POLYCAR-
PVS IN STA-
DIO PV-
RNAT.

ætatem tuam: & alia his similia, quæ ab huiusmodi viris dici solent: Iura per Cæsarum fortunam. Respice, dic: Tolle impios. Polycarpus graui & constanti vultu in vniuersam multitudinem, quæ erat in stadio, intuens, & manus versus eos tendens, cum genuit, oculis in cælum sublatis, dixit: Tolle impios. Præfidi, cum ampliùs instaret, diceretque, Iurato, conuictis Christum afficito, & te dimittam: Respondit Polycarpus: Octoginta sex annos illi iam inseruii, & nullo me hætenus affecit incommodo: quomodo igitur Regem meum, qui me ad hoc vsque tempus seruauit incolumem, contumeliosis verbis possum afficere? Proconsule denudè vrgente, ac dicente, Iura per Cæsarum fortunam: Polycarpus, Si, inquit, ad inanem ostentationem requiris, vt per Cæsarum fortunam iurem (sic enim vocas) & me, qui sum, ignorare præ te fers, sic (vt liberè & ingenuè loquar) accipito: Christianus sum. Quòd si placet Christiani professionem cognoscere; da mihi diem, & audies.]

Quòd tantopere Proconsul extorquere conaretur à Polycarpo, vt iuraret per fortunam Cæsarum, eam puto adduci posse rationem, quòd inualuisset penes Gentiles (vt testatur Tertullianus^a, & alij qui pro illis scripserunt Apologias) opinio, Christianos de regno assidue loquentes & Christo venturo, esse Imperij perduelles, & moliri ab Imperatore defectionem. Quamobrem ab eis iuramentum, quod subiecti Regibus præstare solent, Præfules prouinciarum in hunc modum exigere consueuerunt. Porro sic iurabant Christiani Principibus, vt tamen à deorum nominibus (vt idem Tertullianus^b ait) abstinerent. Sed de his aliis inferius pluribus. Pergit deinceps quæ subsequuta sunt in hunc modum epistola:

IX.
CVR A PO-
LYCARDO
IVRAMEN-
TVM EXI-
GITVR.
^a Tertull. in
Apol. iustit.
ad Ant. Ar-
nobius &
alij.
^b Tertull. in
Apol. c. 32.

Tum Proconsul: Istud, inquit, persuadeo populo. Tibi equidem (inquit Polycarpus) rationem & sententiam meam aperire non grauabor: magistratibus enim & potestati-
bus à Deo constitutis eum honorem, qui nostrarum animarum salutem, nostraque religioni nihil affert detrimenti, pro dignitate tribuere docemur: sed illos non satis dignos existimo, quibus de fide nostra per responsum satisfaciam. Et Proconsul: Bestias, inquit, habeo in promptu: istis te obiciam laniandum, nisi te maturè pœnituerit. Accersere, inquit: nam nobis rata & decreta stat sententia: & multum ab eo absumus, vt aliquando animo mutato nos meliorum pœniteat, & deteriora sequamur. A scuitia & crudelitate ad æquitatem & modestiam traduci, est pulchra sanè mutatio. Ad quem rursus Proconsul: Te, inquit, ardentibus flammaram incendiis domitum & mansuetum reddam, si bestiarum laniatus contemnas, & non respicias ocyus. Tum Polycarpus: Ignem, inquit, mihi munitaris, qui ad tempus exardescit ille quidem, sed paulo post penitus extinguitur: verum ignem illum futuri iudicij, ad perpetuum impiorum supplicium & cruciatum referuatum, omnino ignoras. Sed quid cunctaris? profer bestias, aut aliud quod lubet. Ista & alia complura locutus, tanto vultus decore & gratia imbutus est, tantaque animi fidentia & alacritate expletus, vt his, quæ ei essent tam minaciter obiectata non modò non conturbatus succumberet, sed contra certè illum ipsum Proconsulem admirabili sua constantia & grauitate prorsus obstupesceret. Proconsul præconem mittit, qui in medio stadio istud ter prædicaret: Polycarpus professus est, se Christianum esse.] Per præconem namque solitum interloqui iudicem, leges antiquæ declarant. Sed sequitur:

X.
POLYCAR-
PVS QVID
CVM PRO-
CONSULE.

Quæ vox cum à præcone esset emissa, vniuersa tum Gentium, tum Iudæorum multitudo, qui Smyrnam incolebant, animi impetu & bile effrenata exardescens, alta voce clamare: Iste est Asiæ doctor: Iste Christianorum pater: Iste nostrorum deorum euerfor: Iste denique est, qui adeò multos perdocuit, vt neque diis sacrificent, neque eos adorent. Quæ cum essent locuti, vociferari, & rogare Philippum munerarium, vt leonem, qui Polycarpum discerneret, emitteret. Hic verò respondere, non esse sibi integrum: quoniam fratrum iam certamina confecta erant. Tunc illis visum est, vno consensu clamando instare, vt Polycarpus viuus in rogam coniceretur. Ita enim factum oportuerat, vt visio, quæ de ceruicali illi apparuisset, compleretur (quod quidem cum ardens videret, Deum precatus paululum, ad Fideles tandem, qui cum eo erant, se conuertit; & mente, prophætico more, futura præfagens, dixit: Me viuum oportet cremari) Ista igitur erant tanta cum celeritate suscepta, vt dicto panè citius propterea geri viderentur, quòd cum frequens hominum turba & ex officinis & ex balneis ligna sarmenta que actutum coaceruabat, tum maximè Iudæi ad hoc facinus (sic enim illorum mos in eiusmodi negotio erat) operam propenso animo conferebant.

XI.
GENTILES
ET IUDÆI
CLAMANT
IN POLY-
CARPVM.

XII. Verum ubi rogi extractus & paratus erat, Polycarpus, soluto cingulo, & omnibus A vestibus exutus, calceos etiam sibi extrahere cepit: quod quidem antea non aliquando facere consueverat, propterea quod singuli Fideles magno studio inter se contendebant, quis primum ei in eo munere inseruiens, corpus illius posset contrectare: nam in toto ætatis curriculo, etiam ante caniciem, propter vitam honeste actam probeque moratam, magnopere colebatur. Paulo post igitur instrumenta, quibus in rogo firmus teneretur, apparsa corpori illius circumiiciuntur: & cum illum clavis vellent affigere, dixit: Sinite me hoc modo: nam qui mihi patientiam ad ignis flammam sustinendas pro sua clementia largitur, largietur etiam, ut sine commissuris clavorum, quibus me affigere statuistis, consistans absque ulla corporis commotione ego adhærescam. Idcirco illum non clavis, sed solum vinculis colligant. Qui manibus à tergo circumplexatis restrictisque, tamquam aries insignis ex immenso grege delectus, ut holocaustum gratum & acceptum fiet Deo omnipotenti, sic locutus est: B

POLYCAR-
PI PER IG-
NEM MAR-
TYRIUM.

XIII. Pater dilecti & benedicti Filij tui Iesu Christi, per quem tui cognitionem accepimus, Deus Angelorum & Potestatum, Deus totius creaturæ, & iustorum cuiusque generis, qui viuunt in conspectu tuo, tibi gratias ago, quod me huius diei & horæ celebritate donasti, in qua cum in martyrum numero, tum in calice passionis Christi tui tormentorum particeps fiam, in resurrectionem vitæ æternæ, tam animæ, quam corporis, per immortalem Spiritus sancti virtutem: inter quos quæso martyres hodie in conspectu tuo pro hostia pingui & accepta admittar, sicut præparasti, præsignificasti, & iam tandem compleuisti, qui Deus verus es, & omnis mendacij expers. Ac propterea præ ceteris omnibus te laudo, te benedico, te glorifico per Iesum Christum dilectum Filium tuum, Pontificem æternum, per quem tibi cum Spiritu sancto gloria nunc & in futura sæcula C sæculorum, Amen. Hanc vocem, Amen, ubi emiserat, & orandi finem fecerat, carnifices, quibus ignes instruendi cura imponebatur, rogam incenderunt.

XIV. MIRACULA
IN MARTY-
RIO POLY-
CARPI.

Qui ubi ardentem flammam effuderat, miraculum ingens iis, quibus idem videre à Deo concessum fuit, qui que ad ea, quæ gerebantur, ceteris Fidelibus in posterum enarranda, erant referuati, visum est. Ignis enim fornacis speciem gerens, tamquam velum nauigij ventorum flatibus turgescens, corpus martyris vndique obuallabat. Ille in medio constitit, non tamquam caro exulta, sed tamquam aurum & argentum in camino ignis ardore probatum. Quinetiam tantum & tam fragrantem odorem inde hauriebamus, ut idem velut ex thure odorifero, aut alio quouis pretioso aromate, efflatus videretur. Ad extremum igitur, cum nefarii & impij homines eius corpus ab igne minime posse consumi viderent: carnifici mandata dederunt, ut propius ad rogam progressus, illum ense stricto confoderet. Qua re confecta, tanta cruoris copia effluxit, ut ignem prorsus extingueret, & vniuersa multitudo quæreret secum magna cum admiratione, vtrum tantum esset discriminis inter fideles & electos: ex quorum numero iste Polycarpus vnus erat, vir nostris temporibus omnium facile præstantissimus, Catholicæ Smyrnenfis Ecclesiæ Episcopus, doctor Apostolicus, & Propheta pius. Nam quoddamque verbum ex eius ore exibat, idem vel iam expletum erat, vel postea pro certo explendum.

XV.

Inuidus igitur, odiosus, & iustorum hominum generi semper infestus diabolus, cum martyrij eius amplitudinem, cumque incorruptam & integram vsque à teneris vnguiculis viuendi rationem, immortalitatis corona remuneratam, cumque ipsum propterea stabili & certo præmio vitæ æternæ donatum cerneret, omni cura & cogitatione E eò incubuit, ne corpus eius à nobis inde auferretur, idque adeo, ut permulti è nostris permagna cupiditate ducerentur & eius rei efficiendæ, & sanctæ illibatæque carnis perfruendæ. Nam certi homines Nicetem patrem Herodis, Dalcæ fratrem, submonebant, ut Præsidem exoraret, ne corpus eius cuiquam daret: Ne Christiani, inquit, Crucifixo illo relicto, hunc venerari incipiant. Atque hæc Iudæis submonebantur, obnoxieque instantibus aggressi sunt. Iudæi autem nos, quibus in animo erat illum ex igne eximere, accuratè obseruabant. At illud miseri penitus ignorabant, nimirum nos non aliquando in animum posse inducere, ut vel Christum deseramus, qui pro salute omnium, qui in mundo salui futuri sunt, crucis tormenta perpessus sit, vel alium quempiam aliquando colamus ut Deum. Illum enim, qui verè Dei Filius est, adoramus: martyres verò, ut discipulos & imitatores Domini, propter incredibilem eorum beneuolentiam, quam in

PIORVM
STVDIVM
ERGA SAN-
CTORVM
RELIQVIA.

A proprium Regem & magistrum declarauerunt, meritò amplexamur; quorum cum in pietate discipulos, tum consortes in gloria fore optamus.

Centurio autem, cum videret Iudæos inire contentius, corpus martyris in medio poni, & (ut Gentium mos fert) igne comburi iubet. Sic nos postea ossa eius, lapillis pretiosis auroque puriora, ex cineribus selecta, eo loco reposuimus, qui illis erat decorus, consentaneusque. Vbi sane nobis aliquando in vnum coactis, Dominus præstabit, ut celebrem eius martyrij diem instar natalis festi, cum exultatione & gaudio quantum fieri potest maximo recolamus: idque cum ad martyrum memoriam, qui antea tale certamen confecerunt; tum ad eorum exercitationem, mentisque ad talem constantiam præparationem, qui postea eo genere mortis Christum ingenue confessuri sunt.] hæc tenus epistola Smyrnenium Ecclesiæ apud Eusebium ex versione Christophoroni, à qua translatus Ruffini*, in his præsertim quæ ad finem sunt posita, reperitur aliquantum diuersa, utpote (quod exitimandum est) ex diuerso textu Eusebij comparata. nam hæc postrema ipse sic vertit: Ambusta ossa, pretiosissimis gemmis chariora, & omni auro probabiliora per ignem facta, collegimus, & sicut conueniebat, ex more condidimus. Quo in loco etiam nunc, præstante Domino, solemnes agimus celebresque conuentus, maxime quidem in die passionis eius. Sed & cum eo eorum memorias, qui prius passi fuerant, celebramus, ut sequentium animi ad præcessorum viam exemplis insignibus suscitentur.] hæc Ruffini versio. Sed ex vtraque antiquus mos Ecclesiæ tum in condendis ac venerandis sacris sanctorum martyrum reliquijs egregiè commendatur, tum etiam de celebrandis diebus festis natalium eorundem vetus traditio testata ac in omnibus explorata redditur.

XVI.
RECONDI-
TAE POLY-
CARPI RE-
LIQVIAE.

* Euseb. li. 4.
cap. 15. vers.
Ruff.
CULTVS RE-
LIQVIA-
RVM, ET CE-
LEBRATIO
DIERVM
NATALIVM
SS. MARTY-
RVM.

C Sed prosequamur cetera: subdit enim mox Eusebius hæc ipsa: Ista de beato Polycarpo, qui Smyrnæ martyrium obiit, cum aliis duodecim ex Philadelphia profectis, qui idem genus mortis lubenter pertulerunt, litteris mandata sunt. Qui solus præ ceteris multo maxima nominis celebritate apud omnes floruit, vsque adeo ut ipsis Gentibus vbique locorum frequens in ore & sermone versetur. Talem quidem exitum res ab admirabili & Apostolico Polycarpo gestæ tandem consecutæ sunt, cuius historiam in ea, quam declarauimus, epistola fratres Ecclesiæ Smyrnenis accuratè narrarunt.] hucusque ipse de rebus Polycarpi ex dicta epistola Smyrnenis Ecclesiæ quæ quidem Acta publicè legi consueuissent in Ecclesiâ, ut quæ fidelissimè ac sincerissimè scripta essent, testatur Gregorius Turonensis in libro de Gloria martyrum*.

XVII.
* Euseb. lib. 4.
cap. 14. vers.
Christoph.

His igitur de Polycarpi martyrio enarratis, reliquum est, ut de iis, quæ ab eo scriptorum monumentis tradita sunt, pauca dicamus. Iam superius mentio habita est de epistola ab eo scripta ad Philippenses; quam etiam legi publicè in Ecclesiâ, antiquum vsum fuisse, tradit sanctus Hieronymus*. Ad hæc addimus, affirmare Suidam, datam fuisse ab eodem Polycarpo epistolam ad Dionytiū Areopagitam, quæ non extat. haud dubium putamus inter tam insignes eruditione ac pietate viros intercessisse magnam animorum coniunctionem, ac proinde inter eos (quod commune est amicorum omnium) viguisse litterarum consuetudinem, nec intermissam fuisse, etiam si idem Dionysius (ut dictum est superius) fuerit amandatus in Gallias. Vnus quidem ille amicitia inter Asianos Christianos ac Gallos, qui ex epistola Ecclesiarum Viennensis ac Lugdunensis, ad eos qui in Asia sunt Christianos conscripta, optimè declaratur (recitatur sumus eam paulò inferius, vel alteras ad Dionysium litteras scriptas fuisse à sanctissimo viro Polycarpo, sed quod vigilans esset eius erga omnes Orientis Ecclesias vel alias studium, ut credamus impellit, complures ab eo ad diuersas Ecclesias datas fuisse epistolas.

XVIII.
SCRIPTA
POLYCAR-
PI.
* Hieron. de
Script. Eccl.
in Polycarpo.

Id quidem & sanctus Irenæus Episcopus Lugdunensis, qui ab ipso Polycarpo fuit facris litteris imbutus, testatur in ea, quam ad Florinum, qui olim vnà secum docebant audierat Polycarpum, conscripserat epistolam: cuius quidem partem ab Eusebio* recitatum, hic describere, operæpretium existimamus. ait enim: Ista dogmata, Florine, ut tecum agam humanitus, sanæ doctrinæ & sententiæ non sunt: ista dogmata sunt Ecclesiæ repugnantia, utpote quæ eos, qui illis obsequuntur, in maximam impietatem deciant: ista dogmata ne hæretici quidem, qui erant ab Ecclesiâ exturbati, vnquam affirmare audebant: ista dogmata presbyteri qui ante nos fuerunt, qui que erant ipsorum Apostolorum discipuli, minime tibi tradiderunt. Vidi enim te, cum adhuc puer essem,

XIX.
* Euseb. lib. 5.
cap. 9.
IRENÆVS
ET FLORI-
NVS AVDI-
TORES PO-
LYCARPI.

in

PESTIS VN DE EGRES- SA. ^a *Isid. Capit. in vita Gal. Gal. de pres. sag. expulsi. lib. 3. cap. 3.* ^b *Idem de morbi vulg. lib. 3. agrit. 1. & lib. 6. cap. 29.* ^c *Idem simp. medic. lib. 9.*

III. EXPEDITIO MARCO- MANNICA ^a *Isid. Capit. in Marco.*

CHRISTIA- NI MALO- RVM OM- NIVM CAU- SA CREDI- TL.

^a *Tert. Apol. sup. 40.*

^b *Isid. c. 37.*

^c *Isid. Capit. in Marco.*

V.

PERSEVE- RANT CA- LYMNIAE.

VI.

secum deferre videretur. Et nata fertur pestilentia in Babylonia, vbi de templo Apollinis ex arcula aurea, quam miles forte inciderat, spiritus pestilens euasit, atque inde Parthos, Orbemque compleffe.] Quam iusto Dei consilio factum est, vt ab eodem ipso- rum deo, ex quo Æsculapium haberent pestis propulsatorem, pestis egressa, Romanum Imperium deuastaret: sed hæc omnia ceciderunt in vltionem sanguinis Christiani. Meminit eiusdem quoque pestis & Galenus, qui tunc Romæ agens, eius vitandæ cau- sâ, fuga sibi consuluir, in patriam ^a rediens: agens enim de ea, maximam ^b appellat pe- stilentiam, eamque longissimam fuisse ^c tradit, persimilemque ei fuisse scribit, quam Thucydides narrat ^d.

Adeo enim sæuiri lues ipsa, vt, cum depasta esset innumeram Romanorum multitudi- nem, ad futurum bellum Marcomannicum oportuerit seruos & alios præter vsum arma- re. Rursum verò restituisse numinum cultum quam diligentissimè Imperatorem, vt ingruentem in dies magis pestem propulsaret, tradit idem qui supra Capitolinus ^e, cum ait: Instante adhuc pestilentia, & deorum cultum diligentissimè restituit; & seruos, quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam parauit, quos Voluntarios, exem- plo Volonum, appellauit: armauit etiam gladiatores, quos Obsequentes appellauit: latro- nes etiam Dalmatiæ atque Dardaniæ milites fecit: armauit & Diocmitas: emit & Ger- manorum auxilia contra Germanos.] hæc ipse. Sed hæc in secunda expeditione facta esse post mortem Lucij, idem auctor affirmat: quo item tempore, filium eius septennem, oborto sub aure tubere, ea vi morbi sublaturum esse tradit.

Aliis adhuc cladibus Urbem ipsam, atque Romanum Imperium fuisse exagitatum, idem auctor docet his verbis: Interpellauit istam felicitatem & securitatem Imperato- rum prima Tiberis inundatio, quæ sub illis grauissima fuit, quæ res & multa Urbis ædi- ficia vexauit, & plurimum animalium interemit, & famem grauissimam peperit: quæ omnia mala Marcus & Verus sua cura & præsentia temperarunt.] verum hæc de ex- crescente Tiberi, ipso Imperij exordio contigisse videntur. Ceterum tantum abest, vt his cladibus Gentiles afflicti, à Christianorum persecutione cessarint, vt potius, quod sibi persuaderent hæc omnia mala ob spretum à Christianis deorum cultum ab illis immitti, idcirco in eos sæuiri insanire, acerbius insilire, & quasi auctores malorum om- nium iunctis animis conspirare studuerint. nam ad hæc respexisse quoque tempora vide- tur Tertullianus ^f, cum ait: Aduersus sanguinem innocentium conclamant, prætexen- tes sanè ad odij defensionem illam quoque vanitatem, quod existiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi Christianos esse causam. Si Tiberis ascendit in mœnia, si Nilus non ascendit in arua, si cælum stetit, si terra mouit, si fames, si lues, statim Christianos ad leonem. Tantos ad vnum?] sicut etiam ad hæc eadem tempora alluuisse visus est, cum superius ^g ait: Si enim hostes exertos, non tantum vindices oc- cultos agere vellemus, deesset nobis vis numerorum? plures nimirum Mauri, & Marco- manni, ipsique Parthi, vel quantæcumque, vnus tamen loci & suorum finium, Gentes, quam totius Orbis?] quos enim populos nominauit, sub horum Imperio aduersus Ro- manos arma mouisse certum est. De Parthis & Marcomannis iam dictum est: de Mau- ris idem affirmat Iulius Capitolinus ^h, inualuisse ac deuastasse Hispanias: quod bellum per legatos confectum ait.

Perseuerarunt hæc, quamdiu Gentiles fuere, qui in Christianos hanc calumniam fre- quenter, vt quoddam telum potissimum intorquentes, obiectare consueuerant: cuius rei causa permotus Arnobius (vt ipse testatur) suo tempore aduersus Gentes libros septem conscripsit, in quorum exordio hæc præfatur: Quoniam comperi nonnullos, qui se plu- rimum sapere suis persuasionibus credunt, insanire, bacchari, & velut quiddam prom- ptum ex oraculo dicere, postquam esse in mundo Christiana gens cœpit, terrarum or- bem petiisse, multiformis malis affectum esse genus humanum, ipsos etiam cæcites dere- lictis curis solemnibus, quibus quondam solebant inuisere res nostras, terrarum ab regio- nibus exterminatos: statui pro captu ac mediocritate sermonis contraire inuidiæ, & ca- lumniosas dissoluere criminationes: ne aut illi sibi videantur, popularia dum verba de- promunt, magnum aliquid dicere: aut, si nos talibus continuerimus à litibus, obtinuisse sese causam putent, victam sui vitio, non assertorum silentio destitutam. Non enim ne- gauerim validissimam esse accusationem istam, &c.]

Ceterum ante ipsum plenius refellerunt eandem calumniam Tertullianus tum in

Apo-

A Apologetico, tum scribens ad Scapulam, Cyprianus itidem agens aduersus Demetria- num, & in commentario illo quem de Idolorum vanitate edidit; sed & alij complures Ecclesiastici tractatores eandem quoque calumniam potentissimè confutarunt. Ac non hæc tantum Gentiles sub Ethnicis Imperatoribus Christianorum hostibus in nos iaculari, etiam sub Christianis Principibus eadem procaciter obiectare non desierunt: quorum causa (vt suo loco fufius dicemus) Orosius scripsit historias, & S. Augustinus eruditissi- mos illos de Ciuitate Dei commentarios ingenti studio atque solertia elaborauit.

Hoc eodem anno octauo Imperatorum, post Heronem Antiochenum Episcopum, qui vigintifex annos in Episcopali functione expleuit, eligitur Theophilus, vir per- quam eruditus, cuius excellentis ingenij ac pietatis complura Eusebij tempore (vt ipse tradit ^a) extabant opera. Sedit hunc octo, idem auctor affirmat: verum cum ^b ex eius commentariis ad Autolicum ^c constet ipsum superuixisse M. Aurelio Imperatori, dicendum profectò est, dictum annorum numerum excessisse: quamobrem Nicephori chronologiæ de Theophili annis æquius est assentiri, qui sedit eum tradit annos tre- decim. De eius lucubrationibus Eusebius ^d agens, hæc habet: Theophili verò, quem Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum fuisse, supra monstrauius, tres libri extant, quos re- ligionis elementa & quasi seminaria complectentes, Autolico dedicauit: aliud item opusculum edidit, cuius inscriptio est, Contra Hermogenis hæresim, in quo testimoniis sumptis ex Apocalypsi Ioannis vitur: alij sunt eius libri, qui ad primam Christiani in fide institutionem spectant. Cum verò hæretici tamquam zizania etiam id temporis, non minus quam antea, sincera doctrinæ semina hominum mentibus mandata labefactare nitentur: Ecclesiæ pastores vndique illos, tamquam immanes & agrestes bestias, à Christi ouibus arcere, & à præda depellere laborabant, interdum fratres admonendo, cohortandoque, non rarò ipsos hæreticos aperto Marte adoriendo, & coram absque scripto tum differendo cum illis, tum eorum errores refutando: nonnumquam qui- busdam commentariis, quos diligenter scripserant, opiniones ab illis inuentas accura- tissimè coarguendo. Theophilum autem cum aliis nonnullis contra eos viriliter dimi- casse, ex libello quodam summa industria ab eo contra Marcionem elaborato; qui quid- em cum aliis eius libris, quos diximus, est ad hoc vsque tempus seruatus, satis perspi- cuum est.] hæc Eusebius.

S. Hieronymus ^e eius scripta relegens, addit: Legi sub nomine eius, in Euangelium, & in Proverbia Salomonis commentarios, qui mihi cum superiorum voluminum ele- gantia & phrasi non videntur congruere.] idem alibi ^f ad Algasiam scribens, hæc de eodem habet: Theophilus Antiochenus septimus post Petrum Episcopus, qui quatuor Euange- listarum in vnum opus dicta compingens, ingenij sui nobis monumenta reliquit, hæc super hac parabola in suis commèntariis est locutus, &c.] Verum cum septimum numeret Antiochenum Episcopum Theophilum post Petrum, Eusebius & alij sextum ponunt, nempe post Petrum primo loco Euodium (licet alij Ignatiū recenseant) secundo loco Ignatium, tertio Heronem seniore, quarto Cornelium, quinto Heronem iuniorem, sexto verò Theophilum, de quo agimus, collocant. Rursum idem in præfatione in Euangelium Mat- thæi testatur se legisse eiusdem Theophili commentarios in Matthæum. In fine autem commentariorum in quatuor Euangelia, de symbolicis in Ecclesia formulis hæc eleganter idem Theophilus ait: Hortus Domini est Ecclesia Catholica, in qua sunt rotæ martyrii, lilia virginum, violæ viduarum, hederæ coniugum. nam illa quæ æstimabat eum hortu- lanum, significabat scilicet, eum plantantem diuersis virtutibus credentium vitam.] hæc ipse, distinguens iisdem cuiusque status in Ecclesia ordinem & prærogatiuam.

Idem verò Theophilus cum scribens ad Autolicum, in primis Catholicam veritatem, ad quam velut ad tutum portum sit confugiendum, admonuit, ac rursus ipsas hæreses, quas scriptis exagitauit, eiusmodi venusta similitudine præsignando, quomodo quis eas posset effugere, demonstraui, sic dicens: Quemadmodum in mari insulæ quædam pro- minent habitabiles, frugiferæ, & quibus est aqua salubris, necnon naualia & portus com- modi, quibus se naufragi receperunt: sic Deus dedit mûdo, qui peccatorum tempestatibus & naufragiis iactatur, synagogas, quas Ecclesias nominamus, in quibus veritatis doctrina feruet, ad quas confugiunt veritatis studiosi omnes, quotquot saluari, Dei que iudicium & iram vitare volunt.] Sed quod hic Theophilus non ad vnam, sed ad omnes, quas velit, confugiendû monet Ecclesias: planè declarat, quod diximus ex Hegeffippo, omnes Eccle- ^g

Annal. Eccl. Tom. 2.

P

lias,

VII.

^a *Eusebius in Chronico. lib. 4. cap. 19. & in Chronico. Theoph. ad Autolico. l. 3. cap. 23. THEOPHILI SCRIPTA.*

VIII.

^e *Hieron. de scrip. Eccl. in Theophilo. l. 1. ad Algas. quæst. 6. THEOPHILVS QVO- TVS EPISC. ANTIOCH.*

IX.

^g *TYPVS EC- CLESIA RVM.*

fiat, siue ab Apostolis, siue ab eorum successoribus fundatas in ciuitatibus tam Orientis quam Occidentis, semper perstitisse in eam diem in fide Catholica: ac proinde hæreticos nullas in eis habuisse histèporibus fundatas vel specie tenus ecclesias, sed instar ferarum extrà per lustra vagatos esse. de quibus idem hæc subdit: Vt verò aliæ sunt insulæ taxosæ, aqua potabili vacuæ, steriles, efferatæ, inhabitabiles, quæque plurimum damni tum nauigantibus, tum naufragis afferunt; in his etiam naues atteruntur, & quotquot ad eas appellunt, extrema pericula subeunt: ita sunt doctrinæ errores, dico hæreses, quæ suos sectatores perdunt: non enim à præuia veritate ducuntur: verum quemadmodum piratæ, ubi impleuerunt naues suas, penetrant ad prædicta loca, ut exitium apponent: sic accidit iis, qui, relicta veritate, in hæreses abeunt, à quibus tandem perduntur.] hæc ipse.

HAERESVM SYMBOLVM.

X. AVTOLICVS HOSTIIS CHRISTIANORVM.

At scribendi ad Autolicum libros illos Theophilus ea fuit occasione impulsus, quòd ipse Autolicus inter Gentiles cum primis diferrus, non secus ac Celsus Epicureus, aduersus Christianam religionem ad ipsum Theophilum commentarium conscripsisset; quo Græcorum cultum, nempe Gentilitiam superstitionem exaltans, laudibus celebraret, & ipsam Christianam religionem, & qui illi addictus esset, Theophilum subsannaret. Ad quem ipse respondens, ac confutans, hæc eum in primis verbis compellat: Tu me, ò amice, tantum non obruisti sermonibus tuis, quibus declaras te multum gloriari & superbire propter deos tuos lapideos, ligneos, sculptos, fusos, fictos, & pictos, qui neque cernunt, neque audiunt. Præterea mihi crimini vertis, quòd sim Christianus, & insigni præclarumque hoc nomen geram. At ego quidem libenter confiteor, me Christianum esse, gaudeoque hoc nomine, quod Deo gratum & acceptum est, appellari; & nihil æquè in votis habeo, quàm vt sim ἀγενσος, id est, bonus erga Deum, siue vt me bonum Deo exhibeam. Non enim (vt tibi videtur) odiosum & molestum nomen est. Verum enimvero tu fortassis ita sentis de Deo, quòd ἀγενσος, id est, malus erga Deum, &c.] tribus enim libris tum veritatem religionis Christianæ demonstrat, tum etiam salutatem ipsorum Gentilium superstitionis redarguit.

XI.

DE HERMOGENE HÆRESIARCHA

Tertull. de præscrip. c. 7.

Idè in Elermog. cap. 1.

Ceterum quòd tam Eusebius, quàm etiam S. Hieronymus tradant, scriptum fuisse à Theophilo Antiocheno librum aduersus Hermogenem hæresiarcham: falli eos necesse est affirmare, qui eius hæresim post hæc tempora dixerunt in Ecclesiam erupisse, quamobrem vt de eo hic agamus, temporis ratio à nobis exigit. Quisnam igitur qualisve fuerit Hermogenes, hic opportuno loco dicamus. Docuit in Africa, picturæque studiosus, ex Christianis transit ad ad philosophos Stoicos, ex quibus inferre conatus est in Ecclesiam de materia ingenita opinionem, & ab aliis turpitudinem morum. Haud dubium hanc hæresim suggillauit Tertullianus in libro de Præscriptionibus, cum ait: Et ubi materia cum Deo æquatur, Zenonis disciplina est. Fortasse vt adularetur Imperatori, Stoicam disciplinam profitenti, ex schola Stoicorum Hermogenes ingenitam materiam in Christi Ecclesiam inuehere conatus est. De eo idem Tertullianus in commentario, quem in ipsum scribit, multa in medium prodit: ac primùm quòd nouellus esset hæreticus, quippe qui adhuc cum scriberet in eum, viueret. nam ait: Hermogenis autem doctrina tam nouella est; denique ad hodiernum homo in sæculo, & natura quoque hæreticus etiam turbulentus, qui loquacitatem facundiam existimet, & impudentiam constantiam deputet; & maledicere singulis, officium bonæ conscientie iudicet. subdit & de eius arte pingendi: Præterea pingit licitè, nubit assiduè, legem Dei in libidinem defendit, in artem contemnit, bis falsarius, & cauterio & stylo, totus adulter, & prædicationis & carnis. & paulò post: A Christianis enim conuersus ad philosophos, de Ecclesia ad Academiam & Porticum, vnde sumpsit à Stoicis materiam cum Domino ponere, quæ & ipsa semper fuerit, neque nata, neque facta, nec initium habens omnino, vel finem, ex qua Dominus omnia postea fecerit. Hanc primam vmbra planè sine lumine pessimus pictor illis argumentationibus colorauit. Rursum verò malum à materia produisse, ipsum docuisse tradit.

XII.

Idè de præscrip. c. 10. ALI ERRORES HERMOGENIS. Tertull. de præscrip. c. 14.

Adhærisse Hermogeni sodalem Nigidium quemdam, idem alibi testatur, cum ait: Ceterum & Nigidius nescio qui, & Hermogenes, adhuc ambulant peruertentes vias Dei. Cupio ostendant mihi ex qua auctoritate prodierunt. Addit Philaltrius hæc de Hermogene: Is dicebat, corpus Domini in Sole esse repositum, diabolum autem & dæmones esse in materiam refundendos. Porro ex Hermogenis hæresi, Manichæorum esse deductam hæresim, Gregorius Nyssenus docet. Aduersus verò Hermogenem scripserunt non tantum,

A tantum, quos diximus, Theophilus & Tertullianus, sed & Origenes in Periarcho, Eusebius, & alij qui in Hexameron commentarios ediderunt. Ex Hermogene autem prognatos esse non solum Manichæos (quod diximus) sed & Sabellianos, auctor est Philaltrius, qui addit, Galatas homines Seleucum & Hermiam, eandem de materia Deo congenita opinionem sectatos, aliaque addidisse, nempe quod subdit: Paradisum visibilem appellant ex Platone, animas hominum de igne & spiritu esse existimantes: isto baptismo non vtuntur, propter verbum hoc quod dixit Ioannes: Ipse vos baptizabit in Spiritu & igne. Isti Angelos dicunt creatores esse animarum nostrarum, non Christum Saluatorem. Mundum autem istum infernum esse asserunt, & resurrectionem in filiorum procreatione hanc esse prædicant, quæ fit in humano genere quotidie, non illam immortalitatis futuram & gloriosam annuntiant expectantes. Qui ab his descenderant, Hermiotitas dictos, alios quoque tradit errores, quos recenset, cumulasse, hos omnes Hermianos ab Hermia, vel Seleucianos à Seleuco, nominat Augustinus. Quod verò tam Philaltrius, quàm Augustinus, non nisi cum agunt de Sabellianis, de Hermogene meminerunt: accepta est à quibusdam erroris occasio, vt putarint post Sabellium vixisse Hermogenem. Porro Hermogenis sectatores, ab hæresi, quam assererent, Martirij nuncupati sunt ab eodem Tertulliano: quos æquè omnes Hermogenianos dictos Lactantius confutat.

Origen. Periarcho. l. 1. c. 2. Euseb. de præpar. lib. 7. cap. 8. Philaltrius de hæres. c. 55. 56. 57. Lact. 3. Quæ ex Hermogene prodierunt.

Aug. de bas. cap. 59. Idem ubi supra c. 41. Tertul. contra Hermog. cap. 25. Lact. lib. 2. cap. 9.

IESV CHRISTI ANICETI PAP. M. AVR. & L. VER. IMPP.

ANNVS

ANNVS

ANNVS

171.

5.

9.

C

Sequenti anno centesimo septuagesimo primo, Sosio Prisco & Cælio Apollinare Scoff. Marcomannicum bellum cœptum est, ipsis Imperatoribus ad bellum proficiscentibus: de quorum profectioe, ac obitu Lucij Veri, hæc scribit Capitolinus: Profecti tamen sunt paludati ambo Imperatores, Parthis & Marcomannis cuncta turbantibus, aliis etiam gentibus, quæ pulsæ à superioribus barbaris fugerant, nisi reciperentur, bellum inferentibus. Nec parum profuit ista profectio, cum Aquileiam vsque venissent: nam plerique Reges cum populis suis se retraxerunt, & tumultus auctores interemerunt. Quadi autem, amisso Rege suo, non prius se confirmaturos eum, qui erat creatus, dicebant, quàm id nostris placuisset Imperatoribus. Lucius autem inuitus profectus est, cum plerique ad Legatos Imperatorum mitterent, defectionis veniam postulantes. Et Lucius quidem, quod amissus esset Præfectus Prætorio Furio Victorinus, atque pars exercitus interuisset, redeundum esse censebat: Marcus autem fingere barbaros existimans & fugam, & cetera quæ securitatem bellicam ostenderent, ob hoc, ne tanti apparatus mole premerentur, instandum esse dicebat. Denique transiens Alpibus, longius processerunt, composueruntque omnia, quæ ad munimen Italiae atque Illyrici pertinebant. Placuit autem vrgente Lucio, vt, præmissis ad Senatum litteris, Lucius Romam rediret. Via quoque postea iter ingressi sunt: sedens cum fratre in vehiculo Lucius apoplexia arreptus perit. & post multa addit, corpus Lucij Romam aduectum, illatumque maiorum sepulchro, ac inter diuos ipsum Lucium à Senatu esse relatum.

I. BELLVM MARCOMANNICVM Capitolinus. Marc. ab. Sarmatis.

OBITVS LVCII IMP.

In eius sepulchro ad Hadriani molem posito inscriptio legitur, qua erroris redarguitur ipse Iulius Capitolinus, & Aurelius Victor, qui dixerunt eum imperasse annos vnde cum nouem tantum reperiat in Imperio vixisse, quod eius sepulchri eiusmodi docet elogium his verbis exaratum: IMP. CAESARI. L. AVRELIO. VERO. MED. PARTIC. PONTIF. TRIBVNIC. POT. IX. IMP. V. COS. III. P. P. quot enim vicibus repetitus habetur numerus Tribunitiæ potestatis, tot annis eum vixisse in Imperio dicendum est. Nam (vt ex nummis constat) ea primùm cum Imperio semel adeptus, annisque singulis iterata, certum eius Imperij numerum annorum constituit. Ex numero igitur Tribunitiæ potestatis certam ac firmam stabiliti chronographiam annorum cuiusque Imperatoris, superius quoque auctore Dione sæpius notasse meminimus. Quod vt exploratus cuique sit, eiusdem Dionis hic repetam verba, quòd maximi ponderis sint: nam de his frequenter, ob dubium annorum numerum cuiusque, fermè Imperatoris, oportuit meminisse. ait itaq; Dio: Gerere quidem Tribunatum plebis, nefas ducunt

TEMPVS IMPERII LVCII.

Dio hist. Rom. lib. 53.

Imperatores, cum utique ipsi Patricij sint: omnem verò Tribunitiam potestatem, quantum unquam maxima fuit, accipiunt. Et quia quotannis eam cum Tribunis plebis eius anni renouant, annorum Imperij ipsorum hinc summa concipi solet.] hæc Dio: ex quibus tempus exordij Marcomannici belli, & obitus Lucij perspicue demonstratur.

III.

* Galen. de
præcog. ad
Posthum. c. 9.

GALENVS
QV D CVM
M ARCO
IMP.

Ceterum M. Aurelius, qui funus Lucij curaturus Romam aduenit, haud passus est se illic diutiùs retineri: sed inde mox recedens, susceptum Marcomannicum bellum est profecutus, eoq; diu detentus fuit. quod quidem Galenus^a narrat his verbis: Dum Aquileiæ hibernarent, ac exercitum colligere & instruere decreuissent, nuntios ad me miserunt, quibus ut ad se venire iubebat. Ceterum Lucio media hieme ad superos concedente, ut cadauer Romam retulit, & que consueta sunt, fieri peregit, iter in Germanos suscepit: atque ut se subsequeretur mandauit. Verum cum bonus & humanus esset, ipsi (sicut scis) persuadere valui, ut me in Vrbe relinqueret, præsertim cum breui rediturus esset.] & post nonnulla: Præter opinionem igitur cum Imperator diutiùs bello Germanico detentus fuisset, omne id otium ad scribendum contuli.] hæc ipse. Quod verò Capitolinus post Lucij obitum, Cassium rebellasse ait; non id continuo accidit, sed post acceptam de barbaris victoriam contigisse, inferius tradit.

IV.

* Aui. sup.
tom. I. die
19. iunij.

Tempore eiusdem Marcomannici belli martyrio coronatos Geruasium & Protasium, quæ S. Ambrosij^b nomine conscripta habentur, eorum Acta testantur. Expetiuisse enim sacerdotes idolorum ab Astatio duce, ut, si vincere barbaros, & ad Imperatores victor reuerti cuperet, & de diis benemereri, Geruasium & Protasium Christianos supplicio afficeret: quod ille impigre faciendum curauit. Scimus tamen alios ad alia tempora eorum referre martyrium: sed de his in Notationibus ad Romanum Martyrologium satis egimus.

V.

DE IMPO-
STURA A-
LEXANDRI
ITERVM
* Lucianus in
Pse. idom.

At quomodo falso oraculo, opera Alexandri impostoris (de quo superius fusiùs actum est) tamquam ab Æsculapio, qui recens apparuisset, prodito, Marcus Imperator illi fidem præstans, insigniter deceptus, ipseque Romanus exercitus ingenti clade affectus sit, Lucianus^c rem gestam in hunc modum describens: Accipe, inquit, iam facinus quoddam hominis sceleratissimi, vnum inter omnia multo impudentissimum. Cum iam non mediocrem in regiam aditum sibi patefecisset, inque aulam Casarem, præsertim Rutiliano rem adiuuante atque approbante, cum bellum, quod in Germania gerebatur, maximè flagraret, Diuo Marco cum Marcomannis & Quadis conferente, oraculum diuulgauit; quo iubebat, uti duos leones viuos in Danubium immitterent variis cum odoribus ac sacris quibusdam magnificis. Sed præstat oraculum ipsum referre:

FALSO ORA-
CVLO DECI-
PITVR IMP.

*Gurgibus fluuij turgentis ab imbribus Istri
Immisisse duos Cybeas edico ministros,
Monte feras altas: tum quantum alit Indicus aer
Florum atque herbarum benevolentum: moxque futura est
Et victoria, pax & amabilis, & decus ingens.*

VI.

Hæc cum facta essent quemadmodum ille præscripserat, leones quidem simulatque in hostium regionem enataissent, barbari, canes quospiam aut lupos esse rati, fustibus arcebant. At nostrorum protinus maxima strages consecuta est, viginti ferme millibus simul extinctis. His similia sunt ea quæ in Aquileia contigerunt, cum parum absuerit quin vrbs ea caperetur. At is ad id quod euenerat, Delphicam illam responsionem, Cræsoque redditum oraculum frigidè sanè detorsit, dicens, Deum quidem prædixisse victoriam, haud tamen explicuisse, vtrum Romanorum futura esset, an hostium.] hucusque de oraculo impostoris famosissimi Lucianus. Ex his videas, Imperatorem diuidentem, & Christianos odio prosequentem, in extremum discrimen adduxisse Romanum exercitum; sed quod in eo militarent plurimi Christianorum, haud funditus deleri potuisse: horum namque præstantia ac pietate postmodum non ipse tantum Romanus exercitus diuinitus est liberatus, sed & hostes penitus profligati. hæc autem quomodo facta sint, suo loco vberius dicturi sumus.

VII.
EVCIANI
ARTAS.

Quod autem ad Lucianum pertinet, qui hæc scripsit: licet omnes affirmant claruisse temporibus Traiani Imperatoris, tamen ex iisdem scriptis liquidò constat, eum ad hæc vsque tempora peruenisse, ac etiam eadem supergressum esse. Sed cum multa quæ ab eo scripta sunt aduersus Christianam religionem, suis locis sint superius recentita; hinc de eius obitu paucis agere, ratio temporis persuadet, & quæ de eo à Suida litteris sunt com-

A commendata simul attexere. sic enim ait: Lucianus, Samosatenus cognomento, blasphemus, siue maledicus, atque inauspicatus, ac potius impius, quod in Dialogis diuina oracula pro ridiculis inducit, fertur sub Traiano & ante eum fuisse. Initio concionator Antiochiæ fuit: quæ res cum ei malè cessisset, se ad scribendum contulit; scripsitque infinita. Interiisse fertur à canibus, cum rabiem suam contra veritatem exercuisset. Nam in Peregrini vita perstringit Christianismum, & ipsi Christo maledicit homo sceleratus. Itaque furoris sui & in hac vita iustas poenas dedit, & in futura æterni ignis cum sacana hereditatem cerner.] hucusque Suidas. Eiusmodi sanè digno homine epitaphio decuit impium hominem cum impietate sua pariter sepeliisse. Quod verò idem Suidas dicat, Lucianum fuisse Antiochiæ concionatorem, inde accidit, ut complures ipsum fuisse religione Christianum existimarint, sed à fide apostatam in eandem esse furiosè grassatum. B Sanè quidem ex eius scriptis superius citatis cognoscitur, ipsum res Christianas apprime calluisse. Vix dici potest quantum cladem apostatæ quibusque sæculis in Christianam religionem intulerint, quod & hoc deplorato nostro sæculo experimur. At de his aliàs.

IESV CHRISTI
ANNVS
172.

ANICETI PAP.
ANNVS
6.

M. AVR. IMP.
ANNVS
10.

Centesimo septuagesimo secundo Christi anno, Seuero Cethego & Iulio Claro Coss. M. Aurelij Imperatoris anno decimo, Melito^a Sardenis in Asia Episcopus, pro Christianis sæua persecutione exagitatis, eidem M. Aurelio Antonino Imperatori Apologeticum obrulit. Quam neuolus fuerit liber ille, & Christiano Episcopo dignus, pauca quædam quæ ex eo accepta Eusebius^b recitat, facillè monstrant. sunt enim hæc: Iam (quod numquam antea accidit) totum genus piorum hominum, qui se diuino cultui penitus addixerunt, persecutione affligitur, & nouis edictis promulgatis per vniuersam Asiam exagitatür. Nam impudentes & proterui calumniatores, atque aded alienarum rerum appetentes, ex his edictis occasione nacti, palàm noctu atque interdium furantur, eosque expilant qui nihil cuiquam omnino intulerunt iniuriæ.] & paulò post: Quod si te præcipiente hoc fit (iustus enim Imperator & Rex non iniusti quidquam aliquando consilio statuit) sic sanè rectè factum, atque eiusmodi mortis præmium lubenti animo perpetimur.

I.
* Eusebius in
Chron. hoc
anno.
MELITONIS
APOLOGIA
IMPERATO-
RI OBLATA.
* Idem histor.
lib. 4. cap. 25.

Istam autem vnam tibi supplices petitionem offerimus, ut tu ipse auctores talis contentionis & dissidij dispiciendos cures: denique recto iudicio decidas, mortem ne ac supplicium, an salutem & securitatem sint promeriti. Sin verò istud consilium, hocque nouum decretum tua auctoritate minimè sancitum est, quod planè ne contra crudeles quidem & barbaros hostes statueri æquum est: multo magis te obsecramus, ne tam aperto latrocinio nos expoliari permittas.] His item subdit: Diuina, quam nos excolimus, religio antea inter barbaros insigniter viguit: quæ cum apud gentes tuas, præclaro & eximio Augusti regno, à quo paternum duxisti genus, floreret; ipsi imperio, quo tu potiris, cum primis fausto ac felici præsidio fuit. Nam ex eo tempore Romani Imperij fines magna cum amplitudine & splendore dilatati sunt: cui tu non modò iam successor fortunatus es, sed etiam cum filio futurus es, modò diuinam illam religionem tuearis, quæ simul cum Augusti regno apud vos cum incepta, tum vnà cum Imperio enutritæ accreuit: quam planè maiores tui, præter aliarum religionum ritus quos obseruabant, magnopere coluerunt. Atque quod nostra religio Imperio tam præclare cepto maximo planè adiumento & commodo fuerit, illud certissimo argumento esse poterit: nempe quod ab Augusti regno hætenus nihil rerum aduersarum inuectum est, sed contrà, omnia summo cum splendore & amplitudine prosperè & ex animi cuiusque sententia processerunt.

II.
MELITO E-
PISCOPIVS
QV D PRO
CHRISTIA-
NIS.

Et quamquam Nero & Domitianus, soli inter omnes Imperatores, inuidorum quorundam & maleuolorum hominum suauu adducti, nostram religionem ignominie & obreccationi exponere studebant, quorum perditio conatu falsa ista & malitiosa criminatio contra Christianos ad aures hominum illapsa est, & temeraria ac vesana consuetudine continuata: illorum tamen incitiam & amentiam pij & religiosi tui patres maioresque coarguentes, sæpè eos, qui contra istos piæ religionis doctrinæ professores ali-

III.
MODESTIO-
RES IMPP.
PRO CHRIS-
TIANIS
RESCRIPSE-
RE.

quid noui moliri audebant, modestè & prudenter per edicta correxerunt. In quorum numero & Hadrianus auus tuus, quem cum aliis multis, tum Fundano Proconsuli Asiaeque Praefecto litteras in Christianorum gratiam scripsisse constat: tuus item pater, quocum vnà tu summam rerum administrabas, tum ad alias ciuitates gregatim, tum ad Larissas, & ad Theffalonicenses, ad Athenienses, & ad omnes denique Graecos nominatim mandata per litteras delegauit, ne quid nouarum rerum contra nos Christianos aliquando edere molirentur. Te igitur multo potius omnia facturum, quæ à tua benignitate postulamus, pro certo sumus persuasi: quippe cum de his hominibus non eandem solum cum maioribus sententiam & mentem, sed etiam multo humaniorem & diuinæ sapientiae studio magis deditam teneas.] hucusque ex Apologetico Melitonis Eusebii, qui texens eiusdem auctoris scriptorum catalogum, ait:

^a Euseb. lib. 4. c. 25. in prin.

IV. MELITONIS SCRIPTA.

Primum Melitonis duo de Paschate libri, alius de recta vitæ Christianæ institutione, de Prophetis alius, liber item de Ecclesia, alter de die Dominico; est præterea eiusdem liber de natura hominis, de eius creatione, de obedientia fidei; de sensuum sedibus: istis accedit liber de anima & corpore: inter quos est etiam liber de lauacro regenerationis, de veritate, de fide, de generatione Christi; liber etiam eiusdem de prophetia, de hospitalitate; vnus item qui Clauis inscribitur, alius etiam de diabolo, alius de Apocalypsi Ioannis, de Deo incarnato, postremo ad Antoninum scriptus. In libris quos de Paschate confecit, quo tempore illos scripserit, in ipso illorum exordio his verbis refert: Cum Seruius Paulus esset Asiae Proconsul, quo quidem tempore Sagaris martyrij corona donatus est, magna apud Laodiceam orta est controuersia de Paschate: quod quidem festum forte eodem temporis articulo, quo oriebatur controuersia, incidit; atque illis ipsis diebus etiam à me ista de festo illo fuere perscripta.] & in fine: Idem auctor præterea in proœmio operis sui, quod breues & selectas sententias ex Scripturis depromptas continet, librorum veteris Testamenti, qui sunt omnium consentiente auctoritate probati, catalogum citat; quem quidem isto loco ad verbum percerere necessarium duximus.

V. EPISTOLA MELITONIS AD ONESIMVM.

Melito Onesimo fratri S. Quoniam sæpenumerò incredibili studio erga verbum Dei incensus, à me vehementer flagitasti, vt quasdam breues & selectas sententias ex Lege, & Prophetis, & Salvatore, & vniuersa fide nostra excerptas tibi contexerem, & item librorum veteris Testamenti accuratè cognoscendorum cupiditate incitatus, quot numero sint, & quo ordine collocati, magnopere scire expetiisti: cum studium tuum erga fidem, & cognoscendi auiditatem erga verbum Dei pro certo intelligerem; & quòd pro æternæ salutis corona strenuè instar athletæ decertans, istas res ob desiderium illud, quo erga Deum exardescis, maximè omnium præferre videare: illud planè cum tale & tam fructuosum cernerem, cumulatè, quoad poteram, perficere laboraui. Proinde in Orientem iter suscipiens, & eò vsque loci proficiscens, vbi hæc & prædicata & gesta fuerunt; cum accuratè à quibusdam de veteris Testamenti libris didicissem, illorum nomina hic subscripta ad te misi, quæ sunt hæc: Moysis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Iesus Naue, Iudices, Ruth, Regum seu Regnorum libri quatuor, Paralipomenon duo, Psalmi Dauidis, Salomonis Proverbia, Sapientia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Iob, Prophetarum libri, Isaia, Ieremia, & duodecim Prophetarum scripta in vno libro separatim contenta, Daniel, Ezechiel, Esdras. Ex quibus breues & selectas sententias excerptimus, easque in sex libros dispertiuimus. Tot libri dicuntur esse Melitonis.] hæc Eusebius. Sed quod ait de sua profectioe ad Orientem, ad locum vbi diuina Scriptura prædicatione est vulgata, haud dubium de Ierosolyma est intelligendum; vbi agens, ex canone Hebræorum tantum, quos recitat, libros recensuit. Cum igitur Melitonis lucubrationes tum ab Eusebio, tum etiam à S. Hieronymo ad eò exactè sint enumeratæ: planè constat, librum illum de Transitu Virginis, Melitonis nomine decoratum, alterius potius esse auctoris; nec vel Melitonis continere apicem, eruditus quisque perfacile iudicabit: sed enim illum recens emersisse, & antiquos omnes latuisse certum est, ac proinde apocryphum iure censendum.

VI. SAGARIS MARTYR. ^a Apud Euseb. lib. 5. c. 23.

Quòd verò in libro de Paschate Melitonem meminisse ait de Sagaris martyre: fuisse hunc Laodiceæ Episcopum, ac illustri martyrij obiisse certamen, testatur Polycrates Episcopus Ephesorum, qui & de Melitonis exitu meminit, dicens: Quid attinet dicere de Sagaris Episcopo & martyre, qui Laodiceæ mortem oppetiit? Quid porro beatum Papirium, & Me-

& Melitonem eunuchum recenseam, qui Spiritus sancti instinctu afflatus, totum vitæ suæ tempus piè sancteque exegit, qui Sardis tumulo conditus est, expectans Christi e caelo ad vniuersam carnem visitandam aduentum, ex quo ex mortuis resurget? Isti omnes diem Paschatis decimoquarto die Lunæ ex Euangelij prescripto obseruarunt, &c.] Huius (inquit Hieronymus^a) elegans & declamatorum ingenium laudans Tertullianus in septem libris, quos scripsit aduersus Ecclesiam pro Montano, dicit eum à plerisque nostrorum Prophetarum putari.] sed de his superius, vbi toleratam eam de Paschate celebrando sententiam tunc fuisse diximus: quamobrem Sagaris & aliorum nomina publica attestazione sunt in Ecclesiasticis tabulis meritò recensita, certusque singulis tributus dies, quo anniuersaria eorum memoria celebratur.

^a Hieron. de Scrip. Eccles. in Melitono.

At non Melitonem solum, sed & Apollinarem Hierapolitanæ Ecclesiæ Episcopum, fama conspicuum, scripsisse librum his temporibus pro fidei Christianæ defensione, idem testatur Eusebius^b, qui & ceterorum eius scriptorum his verbis seriem texuit: Ex multis Apollinaris scriptis, quæ apud multos integra seruantur, ista sunt quæ ad nos peruenerunt: Liber ad Imperatorem, de quo antè diximus, scriptus: quinque libri contra Gentiles: de veritate duo: contra Iudæos duo: & alij quos deinceps scripsit contra Cataphrygarum hæresim, quæ id quidem temporis (quando quidem iam tum Montanus cum suis pseudoprophetis peruersæ suæ opinionis fundamenta iaciebat) tamquam nasci cœpi: atque etiam non longo tempore post de integro renouata, multo serpsit longius.] hæc de Apollinari Eusebius.

VII. APOLLINARIS HIERAPOLITANÆ EPISCOPI SCRIPTA. ^a Euseb. lib. 4. cap. 25. ^b Ibid. cap. 26.

Alios item complures tunc claruisse in Ecclesia viros sanctitate & doctrina egregiè exultos^c testatur iniquens: Philippus porro, quem Dionysij testimoniis Ecclesiæ Gortynensis Episcopum fuisse cognouimus, longè accuratissimum opus contra Marcionem contexit: idem ab Irenæo factitatum est. Modestus quoque egregiè præter ceteros, viri illius errorem conspicatus, omnium oculis subiecit ad contemplandum. Alij item complures scriptores extiterunt, quorum lucubrationes adhuc in permultorum fratrum manibus integræ custodiuntur.] Inter alios verò est de Musano apud eundem memoria nobilis, eum ait: Musani autem, quem inter eos qui supra demonstrati sunt numeramus, extat quidam liber elegantissimus, ab eo scriptus aduersus quosdam fratres, qui videbantur inclinare in hæresim eorum qui Encratitæ dicuntur.] Meminit horum omnium S. Hieronymus. Recenset quoque inter hos Eusebius^d Pinytum Episcopum Cretensem, de quo idem Hieronymus^e ait: Pinytus Cretensis, Gnosia vrbis Episcopus, scripsit ad Dionysium Corinthiorum Episcopum valde elegantem epistolam, in qua docet non semper lacte populos nutriendos, ne quasi paruuli ab ultimo occupentur die; sed quasi solido vesci debere cibo, vt in spiritualem proficiant senectutem.] sunt & alij qui his temporibus claruerunt Catholici scriptores Ecclesiastici, de quibus aliàs opportuniùs.

VIII. ^a Ibid. c. 24. SCRIPTORES ECCLESIAE HUIUS TEMPORIS.

Vides ex his & planè intueris diuinam erga Ecclesiam prouidentiam, quæ scilicet perditissimis hisce temporibus, quibus dictæ hæreses inualescebant, quæ ex diuersis scholis philosophorum prodierant, eruditissimos, omniq; disciplinarum genere excultissimos dedit viros, qui non eorum modò procaciam infringere, petulantiam reprimere, omnesque conatus frustrarentur; sed & eruditissimis commentariis, Gentilium etiam in Christianos vt impios oblatrantium impetum retunderent, atque audaciam coërcerent.

^b Ibid. c. 27. ^c Ibid. supra cap. 20. ^d Hieron. de Scrip. Eccles. in Pinyto.

IX. CLARIORES TEMPORE HAERESVM A DEO ECCLESIAE DARI DOCTORES.

IESV CHRISTI ANVS 173. ANICETI PAP. ANVS 7. M. AVR. IMP. ANVS 11.

Christi Domini nostri anno centesimo septuagesimotertio, Seuerò & Herenniano Coss. M. Aurelij Imperatoris anno vndecimo, Pseudopropheta, quæ iuxta Phrygas nominatur, accepit exordium, auctoribus Montano, Priscilla, & Maximilla infans vatis.] hæc Eusebius^b. Verùm Epiphanius^c, aduersus eosdem agens, hæc ait: Hi fuerunt circa annum decimumnonum Antonini Pij post Hadrianum.] Rursum autem scribit Apollinaris^d, qui eodem quo Montanus vixit tempore, sub Grato Asiae Proconsule Montanum ad fidem venisse, ac mox cœpisse se efferre superbia. Mentio de Grato

I. DEMONTANI HAERESI. ^a Euseb. in Chron. hoc anno. ^b Epiph. haeres. 48. ^c Apud Euseb. lib. 5. cap. 15.

Grato Consule apud Cassiodorum habetur anno quarto Antonini Pij Imperatoris; quem si velimus, more maiorum; post Consulatum, Proconsulatum Asiae accepisse, ad ea tempora eius sunt primordia referenda. At possumus hæc ex sententia eiusdem Eusebii de Apollinare ita scribentis simul conciliare: Scripsit, inquit, contra Cataphrygarum hæresim; quæ id quidem temporis (quandoquidem iam tum Montanus cum suis pseudoprophetis peruersæ suæ opinionis fundamenta iaciebat) tamquam nasci cœpit: atque etiam non longo tempore post de integro renouata multo serpiens longius.]

^aEuseb. lib. 4. cap. 26.

II. TRIA TEM-
PORA MON-
TANI.

Duo igitur tempora, immo & tria, Montani ac sociorum consideranda putamus. Primum, cum iidem in Ecclesia prophetare cœperunt, & in admiratione sunt habiti, sed nondum detecti hæretici; quippe qui ouinis pellibus lupos induentes vitam optimis compositam moribus; abstinentia præsertim excultam extrinsecus præferrent: insuperque & miraculorum sibi virtutem arrogantes, necdum quidquam Catholicis dogmatibus contrarium loquentes, iam toti Orbi facti conspicui, & in admiratione habiti, ab omnibus propemodum præconis tolli & laudibus prædicari cœperunt. Secundum verò tempus fuit, cum res in controuersiam deduci cœpit primis M. Aurelij Antonini temporibus, cum in Galliis ingens persecutio vigeret. quæ duo tempora Eusebius simul oratione coniungens, ait: Cum Montanus, & Alcibiades, & Theodotus in Phrygia iam prophetandi opinionem apud complures adepi fuissent (permulta enim, diuina gratia largiente, miracula & opera stupenda ad illud vsque tempus per varias Ecclesias edita, fidem multis faciebant, illos etiam donum prophetiæ fuisse consecutos) cumque de his hominibus controuersia orta esset, fratres rursus qui in Gallia habitabant, priuatum iudicium, idque prudens & rectum cum primis, de iisdem epistolæ quam diximus, subiunxerunt.] hæc de illis cum scribat Eusebius, planè significare videtur, eos aliquando rectè ambulasse, & diuina gratia illustratos signa & miracula edidisse, sed ea de re aduersas his fuisse postmodum nonnullorum sententias sanctorum virorum.

^bIdem lib. 5. cap. 3.

III. MAGNA
TENTATIO
MONTANI
HAERESIS.

Tertium verò tempus illud fuit, cum iidem iam palàm facti quales essent, ab Ecclesia Catholica penitus eieciti sunt. quod quidem non fuit parui negotij opus: tantam enim sibi apud plurimos æstimationem & gloriam comparauerant, vt nec iam detecti excederint ab opinione multorum: immo & qui de eis aliquando rectè sensissent, atque damnassent, postea fraude pellecti eorumdem facti fuerint acerrimi defensores: vt Tertullianus planè infelix, qui in calce lucubratiissimi operis, quod aduersus hæreticos conscripsit, de Præscriptione, secundum Phrygas hæreses notat, atque condemnat: post verò iisdem, omnibus intensis neruis, patrocinatus est. Magna certè Montani fraus tentatio in Ecclesia fuit, cum non hic vel ille inanis homo & facilis ad credendum ab eiusmodi composita larua deceptus sit, sed & qui magna præditi videbantur sanctitate atque doctrina.

^cTertull. de præscript. cap. 15.

IV.

Enituit tunc temporis quæ de sede Petri impolluta seruanda viguit semper vigilans diuina prouidentia: nam cum illi totis viribus nisi essent primariæ Ecclesiæ communicationem suffurari, quò sic ab vniuersa Catholica Ecclesia viderentur esse recepti atque probati; dum res apud Romanum Pontificem ageretur, idemque de impartienda illis communicatione litteras dedisset, continuò reuocauit; cum adueniens Praxeas, Catholicae religionis tunc homo, multa de illis, quæ hæcenus præterissent ipsum Romanum Pontificem, eidem significasset, inculcassetque. Testatur id quidem Tertullianus, cum ait: Nam idem Praxeas tunc Episcopum Romanum agnoscentem iam prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ & Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis Prophetis & Ecclesiis eorum assuerando, & præcessorum eius auctoritatem defendendo, coëgit & litteras pacis reuocare iam missas, & a proposito recipiendorum charismatum concessare.] hæc Tertullianus: quem licet velimus non mentitum esse (periculosum enim alioqui est, hæreticis de suis dogmatibus quæcumque dicentibus fidem præstare) quid magnum est falsis assertionibus surreptam, pacificis scriptis litteris, communicationem dare Romanum Pontificem?

^dTertull. aduers. Praxead. cap. 1. ROM. EC-
CLESIA
MONTANVM
RESPVIT.

V.

Accidit id quidem aliàs sæpè; & inter alia plura exempla illud est perspicuum, quod in præsentiarum menti occurrit: Eustathius Sebastenus hæreticus Romam veniens cum suis ad Liberium Papani, fidei Catholicae sinceram professionem edens, dolosè communionem surripuit; rediensque gloriose de Romanae Ecclesiæ communicatione se extulit: sed reclamantibus Orientalibus, & qualis adhuc esset Eustathius declarantibus; rursus sic cogni-

^eSocrus. li. 4. cap. 11.

A cognitus, ab Ecclesia pulsus est atque damnatus, vt suo loco dicemus. Qui nouit, numquam à Romano Pontifice atque etiam aliis consueuisse dari litteras communicatorias, quas & pacificas dicimus, absque fidei Catholicae præmissa prius confessione; nec rursus illam profitentibus, ac eas petentibus litteras, potuisse negari; haud profecto mirabitur, Papam per litteras impertitum fuisse pacem Ecclesiis Phrygiæ atque Asiæ, quarum fidem Catholicam, edita ex more rectæ fidei professione, iam exploratam habuisset; hoc est namque quod ait Tertullianus, ipsum Romanum Pontificem agnoscentem prophetias Montani & sociorum, ex ea (quod addit) agnitione pacem Ecclesiis Asiæ & Phrygiæ per litteras concessisse: perinde ac si diceret, cognita ab eis edita fide Catholica, nec ab ea illorum prophetias dissentire cognoscens (haud dubium, eos, quæ in illis erant hæreses, occlusisse) ad dictas Ecclesias litteras pacificas dedit. Nam quid est, per Praxeam aliis significatis, reuocasse quas dederat pacificas litteras, nisi prodita illorum hæresi, eos auersatum fuisse? vt appareat in omnibus vgnisse simul eiusdem Romani Pontificis sinceritatem ac pariter potestatem.

LITTERAE
COMMUNI-
CATORIAE
QUIBUS DA-
RI SOLITAE
ET QUIBUS
NEGARI.

Sic igitur tribus his temporibus consideratis, nulli sanè crimini dari potuit, si ipso initio, vel medio tempore, cum primum illorum prophetiæ iunctæ miraculis veris assertis vel apparentibus ederentur, vel cum postea de iis dubitatione exorta, diuersæ essent diuersorum sententiæ, quis iisdem communicasset: sed tantum modo crimen erat, cum patefacta, atque à Catholica Ecclesia improbata ipsorum hæresi, id sciens quis prudens, fecisset. Fuisse namque semper à temporibus Apostolorum in Ecclesia, ac perseuerasse in posterum spiritum prophetiæ, absque controuersia apud omnes est. de quo & Iustinus martyr hæc ait: Apud nos enim hucusque prophetica extant dona: vnde & vos intelligere debetis, quæ olim in genere vestro (de Iudeis intelligit) fuere, ea esse in nos translata. At quemadmodum apud vos, sanctorum Prophetarum tempore, etiam pseudoprophete erant: ita & apud nos permulti sunt falsi doctores, quos cauendos esse Dominus noster præmonuit.] & post multa: Est, inquit, apud nos videre & feminas & masculos dona à Spiritu Dei habentes.] equidem ex veteri quoque prophetia iure sibi S. Ecclesia nouas vindicat prophetias, loelis nempe oraculo dicente: Effundam Spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri & filiae vestrae. Idque sibi per Christum concessum est, diuino Spiritu ex mensura fidei (quod ait Apostolus) his & aliis charismata singula diuidente.

VI.

QUANDO
CRIMEN
ESSET MON-
TANO COM-
MUNICARE.

^aIustin. in
dialog. cum
Tryphone.

PROPHETIA
SEMPER IN
ECCLESIA.

^bIac. 2.
^cEphes. 4.
^dRom. 12.

Ceterum quod spectat ad Montanum & socios eius, per facile fuit ab eis decipi: quippe qui in omnibus speciem pietatis præferabant, nam (vt docent Philastrius, Epiphanius, Theodoretus, & alij) Scripturas omnes cum Catholicis, tam veteris quam noui Testamenti, recipiebant: de Patre, Filio, & Spiritu sancto paria cum Ecclesia sentiebant: dona Spiritus esse pariter in Ecclesia, ac Fidelibus etiam impertita affirmabant: disciplinam insuper Ecclesiasticam se arctissime seruare profitebantur: ieiunia, martyria, & cuncta alia, quæcumque in pretio essent in Ecclesia Catholica, excolere diligentissime curabant: nec ea quidem verbis dumtaxat, sed re ipsa præstare videbantur. magnum itaque hæc omnia apud vnumquemque durioris licet ingenij hominem vim habuisse, quis dubitet? Verum enim verò quis hæc accuratè considerans, non afficiatur magna animi admiratione atque stupore, perspicuus diaboli callidam artem atque in decipiendo versutiam, nouo semper certamine, quò minus suarum technæ insidiarum prodita euitentur, Dei Ecclesiam oppugnantis? Ecce tibi qui non ita pridem, nempe hoc ipso sæculo, Gnosticorum & aliorum, quos retulimus, turpitudines commentus erat, vt ignominiam irrogaret Ecclesiæ, eamque penitus labefactaret: iam detectus, & vnà cum suis sectariis omni execratione dignus habitus, atque proscriptus, immutans speciem, omnesque exuens prioris habitus impuritates, sordes, ac turpitudines, superinducta summæ atque admirandæ sanctitudinis composita larua, progreditur, nonnisi ieiunia, continentiam, & martyria prædicans: ostentansque in suis prophetiæ spiritum, & summa illa à Christo olim promissa Fidelibus charismatum dona, multaque alia superaddens, quæ ad sectam esse possent illecebræ, maximo omnium fuit Ecclesiæ detrimento.

VII.

PER FACILE
ERAT A
MONTANO
DECIPI.

^aPhilast. de
haer. cap. 50
^bEpiph. ha-
resi 48.
^cTheod. he-
ret. sub. lib. 3.

Quod verò ad Montanum ipsum spectat; S. Hieronymus, ad Marcellam scribens, in primis eum abscisum & semiuirum appellat, ac proinde eunuchum fuisse declarat: qui nuper baptizatus, propriaque excellentiæ gloria elatus, malo arreptus spiritu, prophetam proficere cœpit, magnamque inde sibi existimationem comparauit, nactus ad eam

VIII.
^aHieron. in
epist. 54.

MONTANVS
PRISCILLA
ET MAXI-
MILLA
PSEUDO-
PROPHETAE.

eam rem duas, quas seduxit nobiles feminas, Priscam videlicet, quam nonnulli Priscillam nominant, & Maximillam, eademque eodem afflata spiritu docuit prophetare; quarum ope innumeros pœnē seduxit, nam Hieronymus scribens contra Pelagianos ad Cresiphontem, de iis hæc ait: Montanus, immundi spiritus prædicator, multas Ecclesias per Priscam & Maximillam, nobiles & opulentas mulieres, primū auro corruptit, deinde hæresi polluit.] hæc ipse.

IX.

At quod ad rerum ab eo gestarum historiam pertinet, à nullo fidelius atque certius quàm ab eius temporis homine, qui aduersus eum cominus decertauit, assequi licet. Is fuit nobilis eruditione atque virtutibus præstans Apollinaris Hierapolitanus Episcopus, qui ab ipso rerum exordio narrationem instituens, ad Auircium Marcellum scribens, in hunc modum præfatur: Quamquam longo iam & prolixo temporis spatio, Auirci Marcelle charissime, à te, vt aliquid contra Cataphrygarum hæresim scriberem, incitatus sum: tamen hæcenus me ab illo instituto continui; non tam quòd dubitarem falsā errorum commenta me posse conuincere, & firmis testimoniis veritatem corroborare, quàm quòd tum meruerem, tum sedulo præcauerem, ne Euangelico noui Testamenti verbo, cui neque apponere neque detrahere quidquam licet, & præsertim qui secundum Euangelium vitam degere instituerit, quibusdam viderer meo quasi Marte aliquid vel addere, vel statuere, quod non in eo omnino comprehensum sit.] En vides, lector, quanta modestia, animique demissione, antiqui Patres, quantumlibet eruditissimi atque sanctissimi, ad diuinas scripturas tractandas, etiam si ex eis oppugnaturi forent hæreticos, se conferebant. Sed prosequitur deinde inchoatam de Montano narrationem, sic dicens:

Apud Euseb.
lib. 5. cap. 15.
Quæ Apollinaris
de Montano.

X.

APOLLINARIS
DISPUTATIO
ADVERSUS
MONTANVM.

Verum cum nuper essem Ancyra Galatiae vrbe, & Ecclesiam quæ est in Ponto, contentionum procellis ab ista noua & inusitata non (vt illi dicunt) prophetia, sed potius (vt demonstrabitur) pseudopropheta concitatis iactatam offenderem: quantum poteram, iuuante Deo, de his ipsis eorum erroribus, qui iam passim vagantur, & de iis quæ ab illis proponebantur, multis diebus in Ecclesia assidue disceptabam: aded vt ea non solum permagna efferretur lætitia, sed ad veritatem vehementer roboraretur; & qui contrarias partes tuebantur, eodem temporis momento à me refutati, animos deiicerent, & omnes veritatis aduersarij summo dolore angerentur. Ac cum presbyteri, qui in eo loco erant, præsentem Zotico Otreno postularent, vt de iis, quæ fuissent contra veritatis aduersarios eo sermone disputata, commentarium aliquem relinquere-mus: istud quidem minime ibi præstitimus, sed constanter illis sumus polliciti, Domino nobis gratiam largiente, nos illum scriptis hoc loco mandatuos, & absque cunctatione ad eos missuros. Ista aliaque deinceps verba in exordio libri præfatus, & in sermone progressus paululum, auctorem erroris, de quo locuti sumus, hoc modo commemorat.] & paulo post:

XI.
EXORDIA
MONTANI.

Pagus esse dicitur in Mysia Phrygia, quæ nuncupatur Ardabam. ibi ferunt quemdam nomine Montanum, qui nuper ad fidem venerat, Grato tum Proconsule Asiae; primū insatiabili quadam animi cupiditate in primatu ambiendo incensum, simulatque aditum diabolo aduersario ad se patefecerat, spiritu quodam maligno abripi, & de repente furore & mentis insaniam exagitarum bacchari, atque mox non temerè solum garrire, sed peregrinas quasdam voces fundere, & contra quàm Ecclesiae consuetudo cum traditione tum successione antiquitus ab Apostolorum temporibus eousque deriuata postulabat, prophetare scilicet occepisse. Ex illis, qui eo temporis articulo adumbratas eas & adulterinas voces auditione acceperant, nonnulli contra illum, tamquam insano spiritu præditum, dæmonio agitatum, falsi erroris quasi vento pulsum, & hominum denique multitudinem magnopere conturbantem, acriter increpabant; & Domini tum distinctionis, qua spiritus erroris innotescerent, tum minarum, quibus perterrefacti, vigilanter pseudoprophetarum aduentum præcauerent, recordati, ne ita deinceps garrirer prohibuerunt. Alij autem, Dominicæ distinctionis penitus obliui, de eo, velut Spiritu sancto & dono prophetiae imbuto, sese gloriosè extulerunt, atque insolenter intrinuerunt: à quo decepti, inque fraudem abducti, spiritum illum vesanum fallaciter blandientem, & populum in errorem astutè inducentem, vehementer sollicitarunt, vt se à loquendo non amplius prohibere permitteret.

XII.

Diabolus igitur cum arte quadam, immò eiusmodi falsæ & fraudulentæ astutiæ præstigiis,

giis, perniciem contra istos, qui ita se Deo opposuissent, machinatus esset, & ab eisdem, contra atque meruerat, magno honore affectus; illorum mentem à fide, quæ est secundum veritatem, lapsam, errorisque somno confopitam excitauit, incenditque vt duas meretrices in illud ipsum scelus impellerent, spirituque complerent adulterino, quo non aliter quàm Montanus, quem diximus, furiosè, ineptè, ac nouo & peregrino modo garrirer: vique aded, vt spiritus ille veteratorius eos, qui tum in eo se oblectarent, tam effusè gloriarentur, interdum beare & promissionum magnitudine admodum inflatos reddere videretur, interdum coniecturis & rationibus probabilibus nixus, aperte eorum peccata coram redargueret, vt putaretur etiam corrector vitiorum. Quamquam pauci ex Phrygiis erant, qui eius erroris tenebris inuoluebantur, præfractus tamen ille & arrogans spiritus ad Catholicam & vniuersam sub cælo Ecclesiam contumeliis onerandam, eos propterea perdociuit, quòd idem ille pseudopropheticus eius spiritus neque aditum ad illam sibi patentem habere, neque honorem in illa acquirere potuerat. Nam vbi Fideles qui Asiam incolebant, sæpenuerò & multis in locis eiusdem in vnum conuenerant, & doctrinam recens inductam explorarant, & eam profanam ac detestabilem ostenderant, & errore ipsam improbarant: sic tandem isti tum ab Ecclesia extrusi, tum à comunione penitus depulsi fuerunt.] hæc Apollinaris. reliqua verò, quæ ab eodem scripta sunt de fine ipsorum, inferius suo loco dicemus.

Quæ autem ab Apollonio, egregio eiusdem sæculi scriptore, de iisdem sint memoria commendata, hic intexere operæpretium existimamus. ait enim: Atqui quis sit hic recens & nouitius doctor, facta illius & doctrina satis declarant. Iste est, qui nupriarum diuortia perdocet: qui nouas ieiunij leges sancit: qui Pepuzam & Tymium (ista enim sunt paræ ciuitates Phrygia) cupiens omnes vndique eò conuocare; Ierusalem nuncupat: qui pecuniarum exactores constituit: qui oblationum nomine mu-nera accipienda prætexit: qui denique sui verbi prædicatoribus, vt eiusdem verbi doctrina sordido ventris abdomine & ingluuie roboretur, salaria suppeditabat. Fixæ de Montano: de cuius prophetiis, sermone aliquanto longius producto, sic scribit: In-terlegendum est, istas primas Montani prophetissas, vt primū spiritu illo repletæ erant, maritos deseruisse. Quàm falsò igitur mentiti sunt hi, qui Priscam virginem appellabant? Deinde subiungit: An non vniuersa Scriptura videtur prophetam vetare, ne mīn-nera & pecuniam accipiat? Quando ego igitur fortè video prophetissam aurum, argen-tum, & vestes pretiosas cupide accipientem: quid est cur illam non prophetissarum nu-mero excludam? Iterum sermone longius prouecto, de quodam illorum, quos Confes-sores nominabant, hæc differit: Themison etiam totus re vera auaritiæ sordibus inuolu-tus, qui non toleranter crucem afflictionis (quæ est veri confessoris nota) gestabat, sed pecuniarum multitudine se è vinculis eripiebat; cum oportuisset illum ob istud pecca-tum humili submissoque animo se gessisse: martyrem & testem Christi se esse gloriatus, audebat, Apostolum imitando, catholicam ad omnes Ecclesias epistolam contexere, iuc-tum illos, qui planè multo melius credebant quàm ille, fide & religione instrueret; tum suæ doctrinæ confirmare ineptias; tum denique in Dominum, in Apostolos, & in san-ctam Ecclesiam conuitia petulanter iacere.

MONTANI
CONATUS.

XIII.

APOLLONI-
VS QUID DE
MONTANO.
Apud Eu-
sebiu. lib. 5. c. 17.

MONTANI
ARTES.

ibidem.

THEMISO-
NIS PROCA-
CIA.

XIV.

ALEXAN-
DER PSEU-
DOMAR-
TYR.

De alio item eorum, quos tamquam martyres apud se honore & obseruantia decora- bant, sic tradit: Vt non de pluribus verba faciamus, dicat nobis ipsa prophetissa de Alex- andri facinoribus, qui se martyrem prædicat, & quem ipsa conuiuio excipit familiariter; quem etiam alij complures adorant: cuius latrocinia & alia flagitiorum genera, pro qui- bus debitas pœnas persoluerit, nihil nostra interest commemorare, præsertim cum in ipsas tabulas publicas satis accuratè relata sint. Igitur quisnam istorum alterius condonabit peccata? prophetissa ne martyri latrocinia, an martyr prophetisse auaritiā? Cum enim Dominus dixerit: Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas; isti omnia contra, in rerum veritarum possessione magnopere deliquerunt. Nam illos; qui ab istis prophetæ & martyres dicuntur, non à diuitibus solum, sed à pauperibus etiam ab orphanis & viduis pecunias exegisse, perspicuè ostendemus. Quòd si in hac re sibi confidant: prodeant in medium, & de his nobiscum vnà disceptent; vt, si fortè conuin- cantur, desinant de cetero peccare. Oportet enim fructus prophetæ exactè explorari: nam arbor fructu ritè internoscitur.

Vt verò Alexandri flagitia cuique ea cognoscere cupienti dilucidè aperiantur, hoc pacto

XV.

CHRISTI
173.ANICETI PAP.
7.M. AVR. IMP.
II.

pacto ostendemus. Ephesi ab Æmilio Frontino Proconsule, non propter nomen Christi, A sed propter latrocinia (erat enim maleficus) quæ turpiter admiserat, in iudicio condemnatus est. Verùm postea cum se ob nomen Christi persecutionem passum fuisse apud Fideles, quos callidè hac astutia deludebat, falsò prætexuisset: illis Proconsulem rogantibus pro eo, dimissus est. Attamen propria ac sua, unde erat, Ecclesia eum, quia latro erat, recipere nolebat. Ceterùm qui plura de rebus gestis illius (cuius vitæ rationem hæc prophetissa, licet cum illa multis iam annis commoratus sit, ignorare præ se fert) penitus agnoscere cupiant, Asiæ tabulas publicas habent, unde discant. Istius igitur mores depingendo, in iisdem, tamquam in tabula, propriam etiam & veram prophetissæ effigiem scitè depinximus. Similem etiam inscitiam in multis eorum possumus declarare. Quòd si sibi suisque ingeniis præsidant, veniant quæso in quæstionem, iudiciumque subeant.

XVI. Alio etiam loco eiusdem libri, de prophetis, de quibus se ita iactant, ista adnectit: Si B inficias eant ipsorum prophetas munera accepisse, hoc pro confesso statuunt, se, si munera accepisse manifestò conuincantur, non omnino esse prophetas. De quibus rebus infinita penè eaque certissima argumenta proferemus. quin omnes prophetæ fructus examinare necessum est. Dic mihi: Propheta ne comam coloribus tingit? Propheta ne oculos stibio oblinat? Propheta ne sumptuosè & vestitu splendido ornatus incedit? Propheta ne tabulis & tesseriis ludat? Propheta ne scœnus exercet? Ista verò mihi fateantur, & dicant utrùm liceat vsurpare, an contrà. Ego certè hæc apud illos factitata, perfacilè ostendam. Idem iste Apollonius in eodem libro commemorat, quòd quadragesimus iam annus, in quo quidem ad hoc opus scribendum se contulit, agebatur, ex quo Montanus illam confictam & commentitiam prophetiam inceperit. Atque rursus dicit, Zoticum, cuius superius scriptor meminerat, cum Pepuzam aduentasset, ibi iam Maximilla prophe- C tare se simulante, insanum in illa spiritum coarguere conatum esse: verùm ab illis, qui Maximillæ partibus fauebant, ab instituto prohibitum. Porro Thraseæ cuiusdam ex numero martyrum, qui tum erant, meminit.] hæc ex Apollonio Eusebius; qui nobilis inter scriptores Ecclesiasticos, aduersus Cataphrygas, ad eorum auctores confutandos, librum separatum conscripsit.

XVII. Qui verò decimoquarto anno à morte Maximillæ, alterius ex prophetissis Montani, aduersus eosdem commentarium scripsit Miltiades, hæc in eosdem habet, quæ ex multis idem Eusebius^a recitat his verbis: Hic pseudopropheta Montanus, quem impudentia & audacia sequuntur ut comites, cum esset furore correptus, ex inscitia quadam voluntaria ordiens, in insaniam animi non voluntariam (sicuti antè diximus) præceptis tandem dilabebatur. At verò neque quemquam veteris Testamenti prophetam, neque quem- D quam noui ostendere potuerunt, qui insano spiritu in hunc modum fuerint aliquando exagitati: neque de Agabo, neque de Iuda, neque de Sila, neque de Philippi filiabus, neque de Ammia ex Philadelphia, neque de Quadrato, neque de aliis quibusuis prætereà, quòd vesano ipsorum more vlla ex parte aliquando prophetauerint, omnino gloriari poterunt. Rursus ista memorat paulo post: Quòd si post Quadratum & Ammiam ex Philadelphia, mulieres illæ Montani (sicut prædicat) in prophetiæ munus proximè succedebant: proferant etiam eos, qui post Montani & mulierum illarum mortem (nam donum prophetiæ in Catholica Ecclesia ad postremum vsque Christi aduentum debere versari affirmat Apostolus) in idem munus successerint. Verùm decem & quatuor annis, qui iam à Maximillæ morte hæcenus intercesserunt, ne vnum quidem prophetam commonstrare poterunt.] hæcenus ex Miltiade Eusebius, qui subdit ab eodem auctore editum quo- E que librum fuisse contra Gentiles, & alium contra Iudæos: Apologiam quoque pro Christiana religione ad illius temporis Imperatores scripsisse tradit. Quæ cum omnia magno detrimento deperisse noscantur; fragmentum saltem ex eo ab Eusebio recitatum, tamquam perillustri antiqui Theologi monumentum, ut eius quoque sicut aliorum memoria viuat in chartis nostris, hic voluimus recitasse.

XVIII. De ipsorum verò pseudoprophetarum damnatione ab Episcopis Asiæ & aliis facta, hæc Serapion^b, eiusdem quoque sæculi clarus inter scriptores Ecclesiasticos, in epistola ad Coricum & Ponticum habet: Ut verò istud intelligatis, omnem in Christo fraternitatem, quæ per vniuersum orbem terrarum diffusa est, ab hac noua & peregrina prophetia, tam falsis præstigiis instituta, reapse abhorrere; litteras Claudij Apollinaris beatissimi, qui Hierapoli Asiæ ciuitati Episcopus præfuit, ad vos misi. In hac Serapionis epistola

PSEUDO-
PROPHETAE
QUALIS

MILTIADES
QUID DE
MONTANO.
^aEuseb. lib. 5.
cap. 16.

QUID SE-
RAPION DE
MONTA-
NISTIS.
^bApud Eu-
seb. lib. 5.
cap. 18.

CHRISTI
173.ANICETI PAP.
7.M. AVR. IMP.
II.

A epistola extant diuersorum Episcoporum subscriptiones, quorum vnus sic ferè subscribit: Aurelius Cyrenius, testis Christi, vobis salutem & prosperam valetudinem opto. Alter isto modo: Ælius Publius Iulius ex Debelto Colonia Thraciæ Episcopus: Viuit Deus in cælis, quòd Sotas in Anchialo voluit Priscillæ dæmonem euicere, sed veteratores illi hypocritæ neutiquam permiserunt. Sunt etiam in iisdem litteris permultorum aliorum Episcoporum subscriptiones sua ipsorum manu exaratae, qui eidem sententiæ suffragati sunt.]

At non in Asia solum, sed & in Græcia hoc sæculo pleraque acta fuisse Concilia, in quibus de iisdem dignoscendis habitum fuisse tractatum, putamus. nam Tertullianus^a ait: Aguntur præcepta per Græcias illas certis in locis Concilia ex vniuersis Ecclesiis; per quæ & altiora quædam in commune tractantur, & ipsa repræsentatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur.] Ex Apostolorum namque traditione eiusmodi dimanauit in Ecclesiam consuetudo, ut contentionibus de fide exortis, vel cum alia perdifficilia tractanda essent, Ecclesiarum Episcopi in condictum omnes locum conuenerent. At quippiam de iisdem definire, haud fuisse liberum absque Romano Pontifice (neque enim soliti erant) vel si quid definiissent, illius auctoritate probari, solemne semper in Ecclesia fuit, ut innumera propemodum declarant exempla, suis quibusque locis ponenda. Ad hæc spectat, quòd, cum Asiæ Episcopi de celebrando Paschate luna decima quarta agerent, Polycarpus Romam ad Anicetum (ut dictum est) ad eius ea de re explorandam sententiam venit; qui inolitæ Asiæ Ecclesiæ consuetudini noluit refragari. Festinasse itaque ea item ex causa Montanum, atque falsa relatione subripuisse litteras pacificas à Romano Pontifice, diximus.

C Sed iam quis fuerit Montani & prophetissarum exitus, à Claudio Apollinare, Hierapolitano Episcopo, audiamus: In secundo libro (inquit Eusebius^b) ista de morte illorum, quos supra persecuti sumus, commemorat. Quin nos ideò prophetarum interfectores appellarunt, quòd garrulos in primis & loquaces illorum prophetas minimè admiserimus (hos enim prædicant esse, quos Dominus pollicebatur se populo missurum.) Nobis iam quæso respondeant: Et quis, amabò, optimi, illorum, qui Montani & mulierum illarum disciplina eruditi garrire coeperunt, qui vel à Iudæis sit persecutionem perpeffus, vel à nefariis & facinorosis Gentibus neci traditus? Nemo certè: neque quisquam illorum prehenus aliquando pro Christi nomine cruci affixus est: neque in Iudæorum synagogis mulier vlla inter eos aliquando flagris cæsa, aut lapidibus vsquam obruta. Et quod ad Montanum ipsum & Maximillam spectat, illi alio quodam & longè diuerso mortis genere occubuisse dicuntur. Nam istos ferunt spiritus vesani & perditum impulsu commotos, sibi laqueo mortem conscuiffe: non tamen simul, credo, & eodem momento (ipso temporis puncto quo alteruter obierit, multus sermo de illis inter homines versabatur) sed ita occubuisse, ut diximus, & eundem cum Iuda proditore vitæ exitum adeptos, constans est fama. Est etiam pari ratione de admirabili illo Theodoro, qui primus illius commentitiæ prophetiæ quasi procurationem susceperat, valdè creber sermo, quo modo è mentis potestate deturbarus, fraudulento spiritui se ipsum concediderit; à quo sublimem aliquando in aërem sublatus, ac deropente præcipitem deiectum, miserè ac perditè interiisse ferunt. At illi: Rumor est, inquiunt, istud ita gestum esse. Nos ne, o beate, nosne eiusmodi quidquam pro certo nos scire censebimus, cum oculis ipsi minimè conspeximus? Montanus namque, Theodorus, & mulier illa quæ supra commemorata E est, fortasse sic, fortasse secus mortem oppetierunt.

Rursus eodem in libro dicit, sanctos & pios Episcopos id temporis conatos esse Maximillæ spiritum redarguere reprimereque; sed ab aliis, qui videlicet spiritui illi patrocinio esse studebant, impeditos esse. sic enim scribit: Ne ampliùs loquatur Maximillæ spiritus, sicut Asterius Urbanus in libro suo illam loquentem inducit: Omnium insectatione vigeor, & tamquam lupus ab ouibus repellor: non sum lupus, verbum equidem sum, spiritus, & virtus. Sed virtutem, quæso, in spiritu euidenter declaret ostendatque. Atque adeò Zoticum ex vico qui dicitur Comana, & Iulianum ex Apamea, cum viros probatos, tum Episcopos, qui id temporis ad eam explorandam, & cum ipso garriente spiritu differendum aduentauerant (quorum ora Themison cum suis obturabant, neque vllò modo patiebantur mendacem illum & subdolum spiritum ab illis redargui resellique) cogat faceri, si poterit, illum ipsius spiritum verum & ingenuum esse.

Annal. Eccl. Tom. 2.

XIX.
CONCILIA
IN GRÆCIA
^aTertull. de
iuin. aduers.
Elyptic. c. 33.

XX.
^bEuseb. lib. 5.
cap. 15.
EXITVS
MONTANI
ET PROPHETISSARVM

XXI.

In

CHRISTI
173.ANICETI PAP.
7.M. AVR. IMP.
II.XXII.
PRAEDI-
CTIONES
PSEVD.
PROPHE-
TARVM.TEMPVS
OBITYS
MAXIMIL-
IAE.PSEUDO-
MARTYRES
HAERETI-
CORVM.XXIV.
MONTANI
HAERESIS
QVAE.^aTertull. de
fug. in per-
sec. cap. 1.
^bHier. ep. 54.^cEpiph. ha-
ref. 48.XXV.
QVOD DE
SPIRITU
SANCTO
MONTANVS.

In eodem libro iterum, paucis verbis interpositis, quae ad commenticias illas Maximillae prophetias conuincendas accommodantur, tum tempus, quo ista ipse scripserit, ostendit, tum vaticiniorum illius meminit, quibus antea augurabatur bella & seditiones futuras, quarum commenta isto modo redarguit: Qui fieri potest, ut istud illius mendacium iam non satis omnibus exploratum sit? Nam ex eo tempore, quo illa mulier abiit à vita, in hunc usque diem plures quam tredecim anni intercesserunt, & neque bellum in aliqua regione separatim, neque passim in toto orbe terrarum gestum hactenus accepimus: quin Christianis etiam, Dei misericordia largiente, pax secunda & stabilis permanit.] Hæc cum scribat Apollinaris, ob obitu Maximillae tredecim annos & ultra, Romanum Imperium omni ex parte bello vacasse, satis potest intelligi, ipsam defunctam esse ultimo M. Aurelij tempore, & Apollinarem scripsisse ultimo tempore Commodi Imperatoris: nam anni tredecim illius Imperij, pacifici absque bello transierunt: antea verò & postea vel externum vel ciuile bellum viguit, ut dicemus suis quibusque locis. Sed rursus ex Apollinari Eusebius.

Ex tertio libro item pauca quaedam proferam, quibus Montani æmulos, qui inani ostentatione complures ex suis martyres fuisse iactant, impugnat in hunc modum: Cum iam omnia illorum argumenta, quae supra posuimus, sint penitus confutata, & nihil habeant quod dicant amplius, ad martyres confugiunt, seque affirmant complures habere martyres, atque hoc certum argumentum esse virtutis & potentiae quae est in prophético illo spiritu abdita. Ceterum istud, ut videtur, omnino à veritate alienissimum est: etenim non pauci aliarum hæreseon propugnatores, permultos venditant se habere martyres: non tamen propterea cum illis consentiemus, neque illos veritatem penes se retinere fatebimur. Qui primi ex Marcionis hæresi Marcionitæ vocati sunt, permultos se Christi martyribus abundare prædicant; sed tamen Christum ipsum, uti veritas postulat, minimè profitentur. Non multo post hæc subdit: Simulatque viri verè Ecclesiastici & Catholici persecutionis temporibus, ad testimonium fidei, quae est ex veritate, vna cum quibusdam Cataphrygarum hæresi cæcatis, quos illi hæretici pro martyribus habebant, essent forte vocati, ab illis planè dissenserunt plurimum: & ne cum vesano ac dementi Montani & mulierum sibi in societatem adscitarum spiritu vlla ex parte consentire viderentur, cum illis communicare ad extremum usque spiritum prorsus recusarunt. Atque hoc verum esse, & nostris temporibus Apameæ, quae iuxta Mæandrum sita est, gestum, Gaius & Alexander Eumeniæ prognati, qui tunc martyrium subibant, satis perspicue declarant.] hucusque ex Apollinari Eusebius.

Quod autem ad Montani praua dogmata pertinet, quae ab aliis de his dicta sunt, recensere. Aiunt ergo illum primum eius & maximum fuisse errorem, à quo, ut è fonte, fluxerunt ceteri; quod diceret se esse Paracletum illum Spiritum veritatis, quem Pater pollicitus erat se daturum Apostolis: eo tamen nomine eum sæpè citat Tertullianus. ac proinde ipsum negasse, Apostolos accepisse Spiritum Paracletum. Rursum quod spectat ad doctrinam fidei de sanctissima Trinitate, docuisse Montanistas, quae postea Sabellius prædicauit, testatur S. Hieronymus, cum ad Marcellam scribens, Primum, inquit, in fidei regula discrepamus. Nos Patrem & Filium & Spiritum sanctum in sua vnumquemque persona ponimus, licet substantia copulemus: illi (nempe affecta Montani) Sabellij dogma sectantes, Trinitatem in vnius personæ angustias cogunt.] inde quoque potuit accidisse, ut qui se Paracletum diceret, idem quoque se esse Deum Patrem, impudentissimè affirmaret, ut ait his verbis Epiphanius: Insuper apponit idem Montanus, sic dicens: Ego Dominus Deus omnipotens, conuersans in homine.] ac subdit post nonnulla: Montanus autem se ipsum solum glorificat, & dicit esse Patrem omnipotentem, & in homine inhabitare: ut vndiquaque ostendatur, quod non ipse sit ab illo missus, neque qui ab illo accepit.] ac paulò post: Deinde rursus inquit miserimus homuncio Montanus, Neque Angelus, neque Legatus, sed ego Dominus Deus Pater veni. Hæc autem cum dicat, deprehenditur alienus esse, ut qui Christum non glorificet.] nam de Spiritu Paracleto dictum ab eo fuerat: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.]

Hæc cum tradant de Montano Epiphanius atque Hieronymus, falsum esse oportet, quod idem Epiphanius, necnon ante ipsum Philastrius, Theodoretus, & alij dixerunt, Montanum de Patre, Filio, & Spiritu sancto eadem sensisse, quae Ecclesia Catholica. Verùm hæc omnia arbitror iactata potius à Montanistis, quam à Montano: nam Tertullianus,

CHRISTI
173.ANICETI PAP.
7.M. AVR. IMP.
II.

A tullianus, qui eum nominat Paracletum, & omnia ab eo dicta eidem Paracleto fert accepta, ac subinde eadem ut diuinitus tradita pro viribus propugnare non destitit, nihil huiusmodi de Trinitate eum sensisse demonstrat. Rursum verò si tam horrendas palam blasphemias Montanus effutisset, quorsum de eo dubitare, propheta ne, an pseudopropheta fuerit, opus erat? quid tam diu de eo altercatum atque consultatum? in re enim tam patente, nulla prorsus opus erat consultatione: nam ipso primo auditu blasphemiarum, eam cuiuscumque, licet impij, aures exhorruissent. Hæc ut existimem, adducor etiam, quod nullus antiquorum scriptorum, qui eodem sæculo cum illo vixerunt, & aduersus eum scripserunt, hæc obiiciat: cum multa in eum inferant, & quae longè minora his erant (ut vidimus) magnopere exaggerent. Nec tam immania, quae ante omnia obiicienda ac refellenda fuissent, putandum eos obuoluta silentio reliquisse, si re vera ab ipso dicta fuissent.

B Et quod de Sabellianismo Montanistarum tradit S. Hieronymus, nequaquam id sensisse Montanum, nec Montanistas quidem omnes, sed ex eis aliquos, affirmat Theodoretus, nempe ex illis, quos Tertullianus vocat secundum Æschinem. Nec item credimus, licet dixisset se esse Paracletum, ut Theodoretus affirmat, atque Tertullianus qui hoc nomine eum appellat, significare voluisse Paracletum humanam assumpsisse carnem, & illum ipsum se Montanum, vel absque carne se Spiritum tantum, & negasse se esse hominem: nam nullus planè est qui id aliquando dixerit de Montano, dum vel ei aduersans, ab eo proditas impugnat hæreses, vel eas pugnaciter, ut Tertullianus, defendit. Quamobrem sic existimamus ipsum à Tertulliano vel aliis dictum esse Paracletum, quod se illum diceret accepisse Spiritum paracletum, quem Christus pollicitus fuerat à Patre mittendum: ipsumque se maiori plenitudine, quam fecissent Apostoli, aliis imperitari, quod illum maiori abundantia, quam Apostoli, accepisset, quippe qui diceret, illos (ut de se quoque testatur Paulus, cum ait: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus) nondum quod perfectum erat accepisse, sed in se ac suos plenitudinem illam Spiritus, immò ipsum Paracletum descendisse, ac proinde (quod de ipso Spiritu à Christo dictum erat: Ipse docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia) se suosque plenissimam rerum scientiam affecturos esse.

Ea quippe ratione secundas nuptias, quas non reiecit Apostolus, ipse tamquam maiori scientia præditus, ut fornicationem damnauit. Insuper, quod nec ipse Christus, nec Apostolus admisisset, nuptiarum docuit solutionem. Ad hæc etiam ieiunia quaedam noua & penitus inusitata in Ecclesiam conatus est introducere. de quibus Hieronymus ad Marcellam: Nos, inquit, vnam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, toto anni tempore nobis congruo, ieiunamus: illi tres in anno faciunt Quadragesimas, quasi tres passi sint Saluatores.] non quod diceret Montanus se tercio Quadragesimale ieiunium repetere, quod tres passi re vera essent Saluatores, cum vna tantum ea ratione in Ecclesia ex traditione Apostolorum, post Christi passionem, sit solita celebrari: sed aliam ab hac diuersam prætexebat ieiuniorum causam Montanus, quam refert Tertullianus, cum ait: Spiritus sanctus cum in quibus vellet terris, & per quos vellet prædicaret, ex prouidentia imminentium suæ Ecclesiasticarum tentationum, siue mundalium plagarum, qua Paracletus, id est, aduocatus ad exorandum iudicem, huiusmodi officiorum remedia mandabat, puta nunc ad exercendam sobrietatis & abstinentiæ disciplinam: hunc qui recipimus, necessariò etiam quæ tunc constituit obseruamus.] hæc ipse. Sed quam falsum vates extiterit, pax Ecclesiæ, quæ secuta tunc est (ut ex Apollinare diximus) perspicue declarat.

At subdit S. Hieronymus, non ob id Ecclesiam non amare ieiunia, quod respuat illa Montani. nam ait: Non quò & per totum annum, excepta Pentecoste, ieiunare non liceat, sed quòd aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre.] hæc cum dicat Hieronymus, planè significat, Montanum, tamquam totius Ecclesiæ præfulem, lege sancta ad hæc sua seruanda ieiunia vniuersam voluisse Ecclesiam obligare: quod non obscure declarat Tertullianus, cum sæpissimè in Catholicos inuehatur, quòd à Paracleto tradita ieiunia non seruarent. Exiis apparet quàm calumniosè agant, qui sanctos monachos, aliosque regulares damnant, quos & seruantes plura in anno ieiunia ac Quadragesimas, Montanizare dicunt, & non nisi à Montani spiritu afflatis iactant eas de ieiuniis leges esse statutas: nam hi non ut Montanus eiusmodi leges vniuersæ præscripserunt Ecclesiæ,

clesia, vt ob id, qui non eas seruarent, esse damnandos dicerent, sed eos tantum, qui arctiori vinculo disciplinae sua sponte se voto ad ea & alia seruanda obligassent, teneri voluerunt, nec eos semper, sed cum idoneae vires suppetent.

XXXIX. MONTANI NON ERAT INDICERE IEIUNIA.

Tertull. ad uers. v. i. c. 13.

Rom. 13.

XXX.

Hieron. cōmen. in ep. ad Eph. li. 2. cap. 3.

QVID DE FUGA IN PERSECUTIONE MONTANVS.

Tertull. de fug. in persec. cap. 13.

XXXI.

Tertull. de anima. c. 9. QVID DE ANIMAE QUALITATE MONTANISTAE.

XXXII.

Hieronym. epist. 54. MONTANISTARVM RIGOR.

Quod verò ad Ecclesiam eius temporis spectat (vt paucis Tertulliano istaec in Catholicos inclamanti satisfaciamus) consultò quidem atque prudenter ea penitus Catholici reiecerunt: primò quidem, quòd si ob aliquam imminuentem cladem erant indicenda ieiunia, hoc non Montani erat, sed Episcoporum munus: id enim consuetudine iam in Ecclesia receptum fuisse, idem ipse testatur, cum ait: Bene autem quòd Episcopi vniuersae plebi mandare ieiunia assolent, non dico de industria stipium conferendarum, vt vestrae capturae est, sed interdum ex aliqua solitudinis Ecclesiasticae causa.] Praterèa si quae à Montano statuta essent ieiunia Ecclesia recepisset, spiritum illius comprobasse penitus visa esset. At quantumlibet existimasset ipsum diuino afflatum Spiritu illa locutum, adhuc tamen quòd sciret, quae à Deo sunt (secundum Apostolum) ordinata esse, non erat illius partium illa edicere, adiacereque ea seruandi necessitatem.

Sed ad cetera recensenda Montani im pia dogmata redeamus. Idem alibi addit S. Hieronymus, dixisse Montanum Prophetas in extasi esse locutos, aded vt nec ipsi scirent quid dicerent. Prater alia complura mendacia atque deceptiones, Pseudoparacletus Montani illud superaddidit, vt assereret, nequaquam martyrij tempore fugiendum, sed loco sistendum, & martyrium expectandum, immò nec quauis occasione id redimere licere: quae ex eiusdem Paracleti auctoritate pluribus Tertullianus scripto de ea re commentario disputauit: cum tamen ex Apollonio superius sit recitatum, ex eiusdem Montani secta virum eorum opinione celebrem, ingenti collata pecunia, se, ne subiret martyrium, redemisse. Et in hoc quidem subdolum diaboli planè fuisse consilium declaratur: nimirum quòd cerneret nihil profecisse per Gnosticos & alios, quos diximus negasse subeundum esse pro Christo martyrium; cum nihilominus Fideles quotidie magnae constantiae in perferendis pro Christo tormentis specimen ederent; mox contrariam huic struens aciem, Christianos sua sponte ad martyrium properantes, quodam velut impulsu in praecipua eos agi contendit: eo nempe consilio, vt omni seclusa fuga, & intercepto euadendi remedio, omnes se neci dederent, sicque insimul omnes absumerentur, atque Ecclesia Christi omnino deficeret.

Prater haec etiam, animam esse corpoream & anthropomorphitam, quamdam ex Montani prophetissis docuisse, Tertullianus, qui omnes est illorum errores sectatus, declarat his verbis: Est hodie soror apud nos reuelationum, charismata sortita, quas in ecclesia inter Dominica solemnia per extasin in spiritu patitur, conuersatur cum Angelis, aliquando etiam cum Domino, & videt & audit sacramenta, & quorundam corda dignoscit, & medicinas desiderantibus submittit. Iam verò, prout Scripturae leguntur, aut psalmi canuntur, aut allocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur, ita inde materiae visionibus subministrantur. Fortè nescio quid de anima disserueramus, cum ea soror in spiritu esset. Post transacta solemnia, dimissa plebe, quo vsu solet nobis renuntiare quae viderit (nam & diligentissimè digeruntur vt etiam probentur) Inter cetera, inquit, ostensa est mihi anima corporaliter, & spiritus videbatur, sed non inanis & vacuae qualitatis; immò quae etiam teneri repromitteret, tenera & lucida, & aërii coloris, & forma per omnia humana. haec est visio. Deus testis, & Apostolus charismatum in Ecclesia futurorum idoneus sponsor.] hucusque infelix Tertullianus, qui licet eruditissimus ac prudentissimus videretur, hisce tamen muliercularum commentis traduci atque seduci passus est. haec autem & alia plura didicit in schola Montani, quae ab erudito viro ac pio Pamelio habes adnotata in Paradoxis Tertulliani in vnum collectis.

Rursum haec de Montanistis S. Hieronymus: Apud nos Apostolorum locum Episcopi tenent, apud eos Episcopus tertius est. Habent enim primos de Pepuza Phrygiae Patriarchas, secundos quos appellant Cenones, atque ita in tertium, id est, penè vltimum locum Episcopi deuoluuntur: quasi exinde ambitiosior religio fiat, si quod apud nos primum est, apud illos nouissimum sit. Illi ad omne penè delictum ecclesiae obferant fores, & subdit: Rigidi autem sunt, non quòd & ipsi peiora non peccent: sed hoc inter nos & illos interest, quòd illi erubescunt confiteri peccata quasi iusti nos, dum poenitentiam agimus, facilius veniam promeremur. Pratermitto scelerata mysteria, quae dicuntur de lactente puero & de victuro martyre confarrata. Malo, inquam, non credere, sit falsum

omne

A omne quod sanguinis est.] haec de sanguine S. Hieronymus. sed quod innuit solum, Epiphanius his explicat verbis:

In hac verò haeresi, aut in cognata eius Quintillianorum, seu Priscillianorum & Pe-puzianorum appellata, horrendum ac nefarium quoddam facinus fieri dicunt. Iuerum enim quemdam valde infantem in festiuitate quadam per totum corpus aëreis aciculis compungentes, sanguinem ipsius sibi ipsis comparant, ad apparatus videlicet sacrificij,] haec Epiphanius, qui tamen haec de puero tribuit Quintillianis ex Montano prognatis. Haec eadem de eorum mysteriis Paschatis festo fieri solitis tradunt Philastrius etiam & Augustinus. verum Theodoretus haec ait: De mysteriis autem nonnulla quidam iactant, sed illi non fatentur, & sui accusationem calumniam appellant.] Certè quidem haec à Montano facta esse non credimus: nullum enim antiquorum in eum eiusmodi seclus intulisse, certum est: at haec ipsa his temporibus à Gnosticis perpetrari solita, diximus, dum de eorum origine superius sermonem habuimus. Num verò qui à Montano proe-

nerunt haeretici, talia factitarint, vt in diuinis mysteriis imitati sint Gnosticos, aliorum sit iudicium: laborasse quidem eos hac diu infamia certum est: licet tamen, quae de his scribuntur, diuersa sint ab iis quae de Gnosticis dicta sunt. ait enim S. Augustinus: Post sanguinem è puncturis infantis emunctum, si ille ex eo mortuus fuerit, apud illos celebrari pro martyre: si autem vixerit, pro magno sacerdote.]

Addit Philastrius, eosdem Cataphrygas consueuisse mortuos baptizare. S. Hieronymus rursum haec de ipsorum dogmatibus: Aperta est conuincenda blasphemiam dicentium, Deum primum in veteri Testamento voluisse per Moysen & Prophetas saluare mundum: sed quia non potuerit explere, corpus sumpsisse de Virgine, & in Christo sub specie filij praedicantem, mortem obiisse pro nobis: & quia per duos gradus mundum saluare nequiverit, ad extremum per Spiritum sanctum in Montanum, Priscam & Maximillam insanas feminas descendisse, quem Paulus non habuerit, &c.] ac demum: Haec sunt, inquit, quae coargutione non indigent: perfidiam eorum exposuisse, superasse est.] Digna planè tanto doctore sententia. nam sicut est in geometricis assertionibus, Rectum est mensura sui & obliqui: ita confutatione non indiget, quod collatione recti, cunctis rectè intentibus esse demonstratur obliquum; ac proinde certum exploratumque reddi: quod ait: Perfidiam haereticorum exposuisse, superasse est.] qua ratione & nobis satis haereses recensuisse, cum hoc ipsum sit confutasse.

Ceterum quod spectat ad Montanistas, non ipsa tantum insania dogmatum redarguit eos mendaces & impostores, sed ex suis ipsorum falsis editis vaticiniis, quae ex contrario euentu vana prorsus sunt reddita, se esse pseudopphetas certo certius ostenderunt. Nam prater illa quae superius dicta sunt, haec addit Epiphanius de falso Maximilla vaticinio: Dicit enim Maximilla, ab ipsis appellata prophetissa: Post me prophetissa non amplius erit, sed consummatio. Ecce quomodo vndique apparet spiritus erroris. Quae cumque enim Prophetæ dixerunt, & cum intelligentia consequenter locuti sunt, & perfecta sunt quae ab ipsis dicta sunt, & adhuc implentur. Haec verò dixit, post ipsam esse consummationem: & nondum consummata sunt, maximè cum tot Reges postea fuerint, & tantum tempus transierit. Anni enim iam sunt ab eo tempore plus minus ducenti nonaginta vsque ad nostrum tempus duodecimi anni Valentiniiani, Valentis, & Gratiani regni, & nondum est consummatio iuxta illam, quae seipsam nominauit prophetissam, cum ne diem quidem obitus sui nouerit.] haec Epiphanius.

Quod verò omnibus haereticis commune est (eò quòd non sit solum filia Chal-dæorum) stabilitatem nescire, nec in proposito firmitate consistere, sed inconstantiam nutare, ac in deterius prolabi, idem & ipsis euenisse conspicitur; ipso nimirum sectae Montani exordio, sectarios eius inter se dissidio separari, ac quemque ex suo nomine sectam conficere. Nam Tertullianus, cum sanioris mentis esset, scribens eruditum illum commentarium de Praescriptione aduersus haereticos, in fine, cum de haeresi secundum Phrygas agit, haec habet: Acceperunt alij haeretici, qui dicuntur secundum Phrygas: sed horum non vna doctrina est. Sunt enim qui kata Proclum dicuntur: sunt qui secundum Aeschinem pronuntiantur. Hi habent aliam communem blasphemiam, aliam blasphemiam non communem, sed peculiarem & suam. Et communem quidem illam, quòd in Apostolis quidem dicant Spiritum sanctum fuisse, Paracletum non fuisse: & qua dicant, Paracletum plura in Montano dixisse, quam Christum in Euangelium protulisse:

CHRISTI
173.

ANICETI PAP.
7.

M. AVR. IMP.
II.

nec tantum plura, sed meliora atque maiora. Priuatam autem blasphemiam illi, qui sunt kata Æschinem, hanc habent, qua adiciunt etiam hoc, vt dicant Christum ipsum esse Filium & Patrem.] hucusque Tertullianus, de Catholicis dogmatibus in eam diem sane optime meritus.

XXXVII. Quando autem mente motus, infano delirio cœperit agitari, suo loco opportunius dicturi sumus: tunc enim, quem hic hæresis signiter nominat Proclum, mirifice laudauit, & inter nobilissimos scriptores Ecclesiasticos adnumerans, hæc ait: Non solum nostri antecessores, sed ipsorum hæresiarcharum contemporales instructissimis voluminibus & prodiderunt & retulerunt, vt Iustinus philosophus & martyr, vt Miltiades Ecclesiarum sophista, vt Irenæus omnium doctrinarum curiosissimus explorator, vt Proculus (idem est quod Proclus) virginis nostræ senectæ & Christianæ eloquentiæ dignitas, &c.] quem enim sui compos inculcat hæresiarcham, postea in transuersum actus adnumerat inter summos oppugnatores hæresiarcharum. Aduersus hunc Proclum egregiam conscriptam fuisse disputationem à Caio nobili inter illius ætatis Theologos, tradunt Eusebius^b atque S Hieronymus^c. Ceterum cum eloquentiæ nomine Proculus à Tertulliano laudetur: non leuis est apud me coniectura, hunc illum fuisse Proculum Siccensem ex Africa insignem grammaticum, quo inter alios Latinos vsum esse magistrò M. Aurelium Imperatorem, ac eum vsque ad Proconfularem dignitatem prouexisse, auctor est Capitolinus^d. Sed aliis temporibus vixit, nempe sub Anatasio Imperatore, alius Proculus Lycius, Plutarchi Nestorij filij auditor, Platonius philosophus. Cum verò commentarios ab eo scriptos recenset Suidas, post alios enumeratos, hæc ait: Scripsit argumenta contra Christianos decem & octo. Hic est Proclus ille, qui alter à Porphyrio impuram & contumeliosam contra Christianos linguam exacuit. C Sed Ioannes Philopomus præclarissime decem & octo eius propositiones refutauit, eumque Græcis etiam, quibus efferebatur, rudem atque indoctum esse ostendit.] hæc Suidas. Sed ad Montani hæresim redeamus.

Rursum verò constat eandem hæresim alia diuersa atque deformia peperisse portenta, quæ suos foetus aliis nominibus appellarunt. de quibus hæc Epiphanius: Quod verò nihil relinquamus ex his quæ ad nomen pertinent vniuscuiusque sectæ à nobis præiudicæ, etiam de Trascodrugitarum nominis appellatione rursus dicemus. Est enim hoc nomen aut in hac ipsa (nempe Cataphrygarum) aut in sequenti Quintillianorum appellata, ab ipsis enim & hoc nomen proficiscitur. Vocantur autem Trascodrugitæ ob hanc causam: Trascus enim apud ipsos pertica appellatur, drusus verò nasus siue rostrum: & ab eo quod imponunt digitum suum indicem appellatum in nasum dum orant, tristitiæ nimirum & vtroneæ iustitiæ gratia, ab aliquibus Trascodrugitæ appellati sunt, hoc est, Perticonasati, &c.] Quod enim nasus esset iudicij signum, & digitus hieroglyphicum dimensionis (vt est apud Orum Apollinem) digito nasum tangere, idem significare videbatur, quod recto iudicio cuncta metiri ac iudicare.

Addit insuper Epiphanius, alios, qui ex Montano descenderunt, dictos esse Quintillianos à Quintilla, Pepuzianos à vico in Phrygia sic dicto, & Priscillanos à Priscilla, seu Prisca pseudopphetissa Montani. Harum alteram finxisse Christum ad se venisse in mulieris forma, & sapientiam sibi communicasse, idem tradit, cum de his agit: subditque in ecclesiam ingredienti secum ferre incensas lampadas, septemque virgines secum ducere, quæ populo vaticinarentur, itemque Episcopos ac presbyteros apud eos esse feminas. Adhuc insuper alios Montanistas ait fuisse Artotyritas, sic dictos, eò quod in mysteriis suis apponerent panem & caseum, & sic mysteria sua facerent: ex his etiam prognatos esse Testaredecatis, quos dicimus Quartadecimanos, idem affirmat, sic dictos, quod quartadecima luna celebrandum esse Pascha contenderent. Sed horum puto aliam esse rationem, de quibus inferius dicturi sumus.

Occupasse hos hæreticos vsque ad tempora Epiphaniij Phrygiam, Cappadociam, atque Galatiam, vguisseque plurimum in Cilicia atque Constantinopoli, ipse testatur S. Hieronymus^b hæc ipsa & alia his cognata monstra suo tempore in Galatia exitisse, tradit his verbis: Scit mecum, qui vidit Anciram Galatiæ ciuitatem, quod nunc vsque schismatibus dilacerata sit, quod dogmatum varietatibus conluprata. Omitto Cataphrygas, Ophitas, Borboritas, Manichæos: nota enim iam hæc humanæ calamitatis vocabula sunt. Quis vnquam Passalorincitas*, & Trascodrogos (sic legendum puto pro Trascodrogos)

XL.
^a Apud eum dem ber. 48.
^b Hieron. in præfat. lib. 2. in epist. ad Galat.
^c al. Passalorincitas,

XXXVIII.
^a Epiph. hæref. 48.
PORTENTOSA NOMINA HÆRETICORVM.

^b Euseb. li. 3. cap. 25.
^c Hieron. de Scrip. Eccles. in Caio.

^d Iul. Capit. in Marco.

CHRISTI
173.

ANICETI PAP.
7.

M. AVR. IMP.
II.

A Artotyritas, & cetera magis portenta quam nomina, in aliqua parte Romani orbis audiuit?] de iisdem etiam in Imperatorum rescriptis^a habetur mentio. sed de Passalorincitis hæc sanctus Augustinus^b: Passalorincitæ (sic enim eos nominat) in tantum silentio student, vt naribus & labiis suis digitum opponant, ne vel ipsam taciturnitatem voce præripiant, quando tacendum sibi esse arbitrantur: vnde etiam illis nomen inditum: πάταλος enim Græcè dicitur palus, & ῥίγος nasus. Cur autem per palum digitum significare maluerint, à quibus hoc nomen compositum est, nescio, cum Græcè dicitur digitus δάκτυλος, & possint utique Dactylorincitæ multo euentius nuncupari.] hæc Augustinus, ex Philastrio^c, vt apparet. Puto autem (quod nuper dictum est) digitum, quod dimensionis hieroglyphicum esset, per palum significatum esse. Addit Philastrius, conatos eiusmodi hæreticos imitari Prophetam dicentem^d: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.] addit: Et quia ieiuniis beati Prophetæ vacantes, silentium sæpius commendabant, inde vsurpantes isti æstimant obseruandum, Pythagoricam vanitatem potius, quam Prophetarum caelestem vitam & sapientiam sequi properantes.] agit idem^e de Ascodrogitis, qui Montani Paracletio plenos se esse iactantes, insanis mentibus instar bacchantium furentes agebantur. Sed de Montano & ex eo orta sobole satis. Aduersus Montanum autem ac suas prophetissas ipso principio constat scripsisse, quos diximus, Claudium Apollinarem, Miltiadem, Apollonium, & Caium, celebrem illorum temporum scriptorem, aduersus Proclum, Montani primogenitum, commentarium edidisse, post alios^f Theodoretus affirmat.

C IESV CHRISTI ANICETI PAP. M. AVR. IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
174. 8. 12.

Sequitur annus Domini centesimus septuagesimus quartus, Maximo & Orfito Coss. duodecimo M. Aurelij Imperij anno: quo (inquit Eusebius) Tatianus hæreticus agnosceatur, à quo Encratitæ. Ex his & aliis superius de eo narratis, corrigendus est textus Epiphaniij^b, quo dicitur, post obitum Iustini sub Antonino Pio Tatianum ab Vrbe recessisse: emendanda quoque est Philastrij^c lectio, qua dicitur Tatianus post Decij tempora vixisse. Hic quidem natione Syrus ex philosopho Platónico Christianus (vt dictum est) viuentem S. Iustino philosopho, quem in fide habuit catechistam, florētissimus Ecclesiæ fuit, cum adhuc sibi constaret. Quo modo autem infelix in errores sit lapsus, factusque sit hæresis auctor, Irenæum^d eodem cum illo viuentem tempore audiamus, qui ait, ipsum, cum esset Iustini auditor, quamdiu ille vixit, nec latum vnguem aberrasse, sed eximia pietatis specimē edidisse. Ille autem per martyrium sublato de medio, cum profiterentur se aliorum magistrum, elatus, in Valentini dogma dilapsus, ab illo errores didicit, & Marcionis & Saturnini amplexatus continentiam, detestatus est nuptias: de Adam illud edicens, ipsum minus consecutum esse salutem. eadem de eo habet Tertullianus^e illi æqualis.

Tantæ is fuit æstimationis, vt venerit ad eum Romæ profitentem audiendum Rhodon ab Oriente: de quo hæc Eusebius^f, postquam ab eo elaboratas lucubrationes recensuit: Idem Rhodon in eodem libro (illum autem Callistioni dedicabat) se Romæ à Tatiano & doctrina & litteris institutum asserit. Ait verò à Tatiano elaboratum librum quemdam questionum; quibus cum Tatianus polliceretur, se sacras litteras inuolutas & obsecuras demonstratum; idem Rhodon contra, se easdem quæstiones in libro separato perspicue soluturum, promittit.] hucusque Eusebius. Porro quamdiu Romæ fuit, veritum fortasse multos oculos se inspicientes, ipsiusque Romanæ Ecclesiæ, quam Apostoli instituerant, sincerissimam puritatem, stetisse in fide, nec quidquam docuisse quod Catholice fidei aduerfaretur; sed cum in Orientem profectus est, ipsum à recto fidei tramite deualisse, & alios in errorem induxisse, Epiphanius^g testatur, cum ait: Cum Roma post mortem S. Iustini digressus ad Orientis partes, & illic conuersatus, in malam opinionem incidit, & sacula quædam & fabulas Valentini, & principatus quosdam ac emissiones etiam ipse introduxit: maximam verò prædicationis suæ partem in Antiochia ad Daphnen sita fecit, & in Cilicum partibus, multum autem in Pisidia valuit.

I.
^a 1. 63. de hæretic. Cod. Theod.
^b Aug. de hæref. cap. 63.
^c Philast. de hæref. c. 77.
^d Psal. 140.
^e Idem c. 76.
^f Theodoret. hæret. fabul. lib. 3.
^g Epiph. hæref. 46.
DE TATIANO HÆRESIARCHA.
^a Philast. cap. 49.
^b Iren. lib. 1. c. 3. & apud Euseb. lib. 4. cap. 27.
^c Tertull. de Præscr. c. 52.

II.
^a Euseb. li. 5. cap. 13.
QUANTÆ ESTIMATIONIS TATIANVS.

III.
ENCRATITAE HAERETICI.

Ab hoc enim per successionem qui Encratitæ, id est continentæ, appellantur, venenum transumpserunt.] & paulò post, eius relegens impia dogmata, hæc ait: Hic quidem asserit non saluari Adam ipsum. Continentiam verò hic prædicat, nuptias autem scortationem & corruptionem putat, asserens nihil differre matrimonium à scortatione, sed idem esse. Vnde in prætextu continentæ & continentium morum, nequitiosam vitam duxit, velut lupus rapax ouilla pelle indutus, & temperantiæ prætextu deceptos seducens. Mysteriis autem similiter vsus est ad imitationem sanctæ Ecclesiæ, verum aqua solùm vsus est in iisdem mysteriis.] hæc Epiphanius. Aquarios S. Augustinus hos nominat hæreticos, qui aquam tantùm in sacrificio offerrent. Sed de Encratitis pluribus agemus inferiùs.

IV.
Euseb. li. 4. cap. 27.
Cle. Alex. Strom. lib. 3.

Docuisse etiam Tatianum ab animantibus abstinentiam, ex Irenæo tradit Eusebius. Addit Clemens Alexandrinus à Tatiano etiam illud dictum: alterius Dei esse Legem, alterius Evangelium; & duplex genus hominum statuisse, verus & nouum. non tamen eo sensu, quo à Catholicis, hæc ab eo dici consueuerunt, nam addit: Tatianus separat veterem quoque hominem, & nouum, sed non vt nos dicimus; veterem quidem virum, Legem; nouum autem, Euangelium: ei assentimur nos quoque dicentes, sed non eo modo, qui ille vult, dissoluens Legem, vt alterius Dei, &c.] hæc etiam à Marcione ipsum esse mutuatum apparet, vt auctorem Legis Deum diceret aduersarium esse Evangelij conditoris. Disputat idem pluribus aduersus eius hæresim, vini vsum prohibentem, in libro cuius titulus est Pædagogus. Ad hæc Eusebius: Hunc autem aiunt nonnullas Pauli Apostoli voces, vt pote qui dictionis & loquendi compositionem in illis corrigere moliretur, audaciter & temerè commutasse.

Idem in Pædagog. li. 2. c. 2. in fin.
Euseb. lib. 4. c. 27. in fin.

V.
TATIANI DIATESSARON.
Euseb. ibid.

Ab eodem elaboratum esse opus, quod Διά τεσσάρων appellauit, quo vnum ex quatuor Evangelium contexuisset, idem affirmat. Laudabilis planè fuisse hæc ex parte Tatianus, nisi dolosè sic compingens vnum ex quatuor, multa reliquisset, quæ de Christi carne in eis ab Euangelistis sunt prodita, quippe qui Marcionis semel malè imbutus tinctura, quæcumque valuit, pro eius dogmatibus facere non prætermisit. De eodem opere agens Theodoretus hæc ait: Is autem composuit etiam Euangelium, quod dicitur Ex quatuor, amputatis genealogiis, & aliis, quæcumque ostendunt Dominum natum esse ex David secundùm carnem. Eo autem vsi sunt non solùm hi qui sunt illius sectæ, sed etiam qui dogmata Apostolica sequuntur, compositionis fraudem non cognoscentes, sed simplicius eo tamquam libro compendioso vtentes. Ego quoque inueni plusquam ducentos eiusmodi libros, qui in honore habebantur in nostris Ecclesiis: quos cum omnes simul coëgissem, deposui, & in loco eorum reposui quatuor Euangelistarum Evangelia.] hæc Theodoretus: quæ quidem latuisse oportuit Victorem Capuanum, dum quodnam esset Tatiani opus, & quod Ammonij Alexandrini eodem argumento conscriptum, dubitasse se dicit. At, quod deterius est, post longam de ea re habitam discussionem, quod Ammonij erat opus, Tatiano tribuit, & Diatessaron Tatiani adscripsit Ammonio. Existimo enim, hæresarchæ opus absque auctoris titulo, ob sectæ infamiam fuisse descriptum.

Theodoret. hæret. fabul. lib. 1.

VI.
VICTORIS CAPVANI ERROR CORRIGITVR.
Euseb. 10. 2. Biblioth. sanctæ.

Sed præstat, quæ ipse præfatur in Harmoniam Ammonij (hic nempe erat titulus libri) quam adscribit Tatiano, hæc, vt cuncta certiora habeantur, exscribere. Est autem eiusmodi eius ad opus præfatio: Dum fortuitò in manus meas incideret vnum ex quatuor Evangelium compositum, & absente titulo non inuenirem nomen auctoris: diligenter inquirens, quis gesta vel dicta Domini & Saluatoris nostri, Euangelica lectione discreta, in ordinem, quo se consequi videbantur, non minimo studij labore redegerit; reperi Ammonium quemdam Alexandrinum, qui Canonum quoque Evangelij fertur inuentor, Matthæi Evangelio reliquorum trium excerpta iunxisse, ac in vnam seriem Euangelium nexuisse; sicut Eusebius Episcopus Carpiano cuidam scribens, in præfatione editionis suæ, quæ Canones memorati Evangelij edidit, supradicti viri imitatus studium, refert in hunc modum: Ammonius quidam Alexandrinus, multum (vt arbitrò) laboris & studij impendens, vnum ex quatuor nobis reliquit Euangelium. Ex historia quoque eius comperi, quòd Tatianus, vir eruditissimus, & orator illius temporis clarissimus, vnum ex quatuor compaginauerit Euangelium, cui titulum Diapente imposuit. Hic beati Iustini philosophi & martyris, dum adiuueret, discipulus fuit: quo migrante ad Dominum palma martyrij, magistri sancti deserens disciplinam, & doctrinæ supercilio elatus lapsus in Encratarum hæresim, Marcionis potius amplexus errorem, quàm Iustini Christi

A Christi philosophi veritatem, suæ vitæ perniciosus extitit, asserens inter alia, nuptias & supra pari crimini subiaccere.

Sed & dictis Apostolicis manus profanæ emendationis, vel (vt dicam veriùs) corruptionis dicitur intulisse. Sed quia & hominum perfidorum (Christi nostri operante potentia) confessione vel opere sæpè triumphat gloria veritatis (nam & demones Christi stum fatebantur, & filij Scæuæ in Actibus Apostolorum in nomine Iesu, quem Paulus prædicaret, demonia fugabant) Tatianus quoque, licet profanis implicitus erroribus, non inutile tamen exhibens studiosis exemplum, hoc Euangelium (vt mihi videtur) solerti compaginatione disposuit, & forsitan adhuc beati Iustini adhærens lateri, illius eruditionis merito hoc opus explicuit. Arbitror enim propterea non Ammonij, sed huius esse editionem memorati voluminis, quòd Ammonius Matthæi fertur relationi, Euangelistarum reliquorum relatione discretos annexuisse sermones: hæc verò S. Lucæ principia sunt assumpta, licet ex maxima parte Evangelij sancti Matthæi reliquorum trium dicta coniunxerit: vt iure ambigi possit, vtrum Ammonij, an Tatiani inuentio eius operis debeat æstimari. Veram tamen vel si iam hæresarches huius editionis auctor extitit Tatianus, verba Domini mei cognoscens, libenter amplexor interpretationem: si fuisset eius propria, procul abiicerem.] hucusque de his Victor, qui post præfationem eiusmodi ponit operis titulum: Sancta quatuor Euangeliorum Harmonia, Tatiano Alexandrino auctore.

VII.
Mat. 8.
Act. 19.
COMMENTARIORVM TATIANI.

Ceterùm ipso tantùm Tatiani sublato, & restituto Ammonij nomine, omnia se rectè habent: nam quod ponitur, Alexandrinus, Ammonio conuenit, qui fuit Alexandrinus; non Tatiano, qui Syrus: & Harmoniæ nomen, non operis Tatiani, sed Ammonij titulus fuit. hæc ita se habere, ipse contextus, qui sequitur, quatuor Euangelistarum planè declarat, in quo nihil ponitur auctoris, sed ipsa tantùm, vt se habent in codicibus, quatuor Euangelistarum verba, nec quidquam ab eo prætermisum, quod illi dixissent: quod quidem nequaquam factum esse à Tatiano, Theodoretus est firmissimus testis. nam ait ab eo prætermisæ esse genealogias, & alia quæ ad insinuandam Christi generationem secundùm carnem spectarent: quæ quidem omnia exactè (vt habent verba Euangelistarum, in ea Harmonia Ammonij, à Victore Tatiano tributa, habentur recitata.

*al. Ammonio

VIII.
AMMONII HARMONIA TATIANO TRIBVTA.

Rursum verò quæ post eam posita habetur alia Euangelistarum Concordia, quæ Ammonij titulo censetur, illam ipsam esse Tatiani, nulla penitus esse posse videtur dubitatio: nam ad numeros Theodoretus in omnibus disposita videtur. nulla enim in ea de genealogiis à Matthæo vel Luca descriptis mentio profusa habetur: immò more Tatiani, qui simplicem Apostolorum locutionem carpebat, non Euangelistarum verba posuit, sed sententias ex illorum scriptis summam collectas. Hæc igitur tam accuratè animaduertisse oportuit, ne titulo falso appposito, imprudenter quis deciperetur, alteri tribuens quod alterius foret. Nec quidquam refert, quod ait Victor, Ammonium reliquos tres Euangelistas associasse Matthæo, si Concordia illa, quam primo loco ponit, à Luca incipiat: nam necessitate historiæ, illa quæ à Luca scripta essent de sacerdotio Zachariæ, erant primo loco ponenda; cum in reliquis, quæ in contextu operis continentur (vt idem ipse Victor fatetur) maxima ex parte ex Matthæi Evangelio sint descripta.

IX.
TATIANI CONCORDIA TRIBVTA AMMONIO.

Quod denique ad eiusdem Tatiani commentarios pertinet, auctor est Clemens Alexandrinus, ab ipso scriptum librum hoc titulo prænotatum, De perfectione secundùm Saluatorem, sed refertum blasphemis, cum in eo totus fuerit auctor in condemnatione nuptiarum, & eius auctoris, nempe Dei, qui eas primus instituit: nam ex paucis, quæ idem Clemens recitat ex eo, facile est de ceteris coniecari. At quoniam Theodoretus, de Tatiano agens, ait: Hunc habent ducem, qui dicuntur Hydroparastatæ, & Encratitæ:] quinam hi fuerint, suscepta narratio de Tatiano, vberius vt dicamus, postulat. Nominati sunt autem Hydroparastatæ, qui Tatianum sectabantur, eò quòd aquam in sacrificio loco vini offerrent. Porro Tatianos cum Encratitis coniungit Epiphanius, adeò vt appareat, vnus monstri ex diuersis actibus duo fuisse nomina. Encratitas igitur ex Tatiano prognatos, non modò omnia ab ipso accepta sectatos, sed & in deteriora esse prolapsos, Epiphanius docet: quippe qui, sicut ille, abominarentur nuptias, abstinerent ab animatis & vino, & alia sectarentur quæ Tatiani essent: aliaque etiam eos addidisse tradit. nam ait: Asserunt etiam hi, principatus quosdam esse, & qui diaboli est, aduersus Dei opera oppositum esse, & Deo non subiectum, sed robustum, & facientem velut ex propria potestate, & non velut qui abertet.] Additque, eos ad suorum ipso-

X.
Clem. Alex. Strom. lib. 3. ALIA SCRIPTA TATIANI.

Theod. hæret. fabul. 1. Epiph. hæret. ref. 47. ENCRATITAE HAERETICI IDEM TATIANI.

CHRISTI
174.

ANICETI PAP.
8.

M. AVR. IMP.
12.

ipforum dogmatum ad stipulationem aucupatos esse scripturas quasdam apocryphas, nimirum Acta quaedam quae dicerentur Andreæ, Ioannis alia, alia verò Thomæ, & aliorum: insuper admittere feminas ad sacra mysteria, inter quas & viuant: adeò vt qui nomine Continentis sunt dicti, re ipsa turpes essent: horumque non exiguum numerum sua adhuc ætate vixisse in Phrygia, Galatia, Pamphilia, Cilicia, atque Syria.

XI.
Euseb. lib. 4.
cap. 27.

Aug. de heres. cap. 24.
SEVERIANI
HÆRETICI.

Auxisse autem Tatiani dogmata Seuerum quemdam, qui Seuerianis hæreticis nomen dedit, tradit Eusebius, cum ait: Non longo tempore post Seuerus quidam nomine hæresim modò à nobis commemoratam mordicus tuebatur, atque illi qui ex eo, tamquam ex erroris fonte, dimanarunt, auctor extitit, vt Seueriani, appellatione ab eo deriuata, nominarentur. Meminerunt eiusdem Hieronymus ac Theodoretus. S. Augustinus autem de iisdem Seuerianis hæc addit: Vinum (inquit) non bibunt, eò quòd fabulosa vanitate de fatana & terra germinasse asserunt vitem. Etiam ipsi non sanam doctrinam suam, quibus volunt, inflant nominibus Principum, carnis resurrectionem cum veteri Testamento respicientes. Hic præterea Philumenam quamdam puellam dicebat inspiratam diuinitus ad pronuntianda futura: ad quam somnia atque æstus animi sui referes, diuinationibus seu præfagiis eius secretim erat solitus præmoneri, eodem phantasmate eidem Philumenæ pueri habitu se demonstrante: qui puer apparens, Christum se aliquando, aliquando esse assereret Paulum; à quo phantasmate sciscitans, ea soleret respondere, quæ se audientibus diceret. Nonnulla quoque illam miracula operari solitam, inter quæ illud præcipuum, quòd in angustissimi oris ampullam vitream panem grandem immitteret, eumque extremis digitulis leuare soleret illæsum, eoque solo quasi diuinitus sibi cibo dato fuisset contenta. hæc Augustinus. Verumtamen Philumenam (vt dictum est superius) alij tribuunt Apelli hæresiarchæ: sed fortasse hæc alia ab illa, quæ hisce nugis atque præfagiis magnam sibi æstimationem à vecordibus comparauerat.

XII.
Clem. Alex. Strom. lib. 3.
IULIUS
CASSIANUS
INCRASATA.

Quod item ad Tatiani sectarios spectat: addit Clemens Alexandrinus, Iulium Cassianum, Valentini hæresiarchæ discipulum, in eandem sententiam conspirasse cum Tatiano, fuisseque hunc principem hæresis Docitarum, qui dicerent Christum corpus sumpsisse phantasticum, sed & ad roborandum Tatiani dogma scripsisse librum de Continentia vel castitate, & ex pseudoeuangelio, Secundum Aegyptios dicto, mutuatum esse testimonium de Christo loquente cum Salome, ac matrimonium detestante: eundemque perperam interpretatum esse Genesim, cum per lignum vetitum diceret significatum esse coniugium, & per pelliceas tunicas humanam carnem. hæc & alia ex eo recitat Clemens, quem hæc detestantem vtinam Origenes eius discipulus auscultasset.

XIII.
Qui scripserunt
aduersus
Tatianum.
Theod. heres. lib. 3.
Euseb. lib. 5.
cap. 13.

Scriptisse aduersus Tatianum & Encratitas Musanum, veritatis patronum, tradit Theodoretus, cui & alios adnumerat, nempe Apollinarem Hierapolis in Phrygia Episcopum, Clementem Alexandrinum, & Origenem. Rhodonem quoque Tatiano aduersatum esse, Eusebius non obscure significat: qui licet illius discipulus fuerit, tamen magnam sibi laudem ex fide Catholica ob certamina aduersus diuersos hæreticos inita propagauit. de quo hæc Eusebius breui narratione commemorat: Eodem tempore Rhodon Asiatico genere procreatus, & Romæ (vt narrat ipse) de litteris & doctrina à Tatiano, qui ex superiori nostro sermone satis cognosci potest, institutus, variis libris exquilitè compositis, strenuè cum reliquis fidei nostræ patronis impugnauit Marcionis hæresim, eamque etiam sua ætate in varias & discrepantes distractam sententias explanat: ac non modò dissidij & diffensionis describit auctores, sed falsa cuiusque illorum commenta, quæ callidè excogitauerat, accuratè coarguit. Ex iis namque vnum fuisse Tatianum, quem Marcionis sectatum vestigia diximus, satis potest intelligi. Demum lucubrations ab illo editas recensens, ab eo elaboratum tradit commentarium in sex dies creationis rerum omnium, quo errores Apellis & eius blasphemias egregiè confutauit: alia verò eius ingenij monumenta, superius recitata, hinc iterum enumerare prætermittimus: quæ singula Hieronymus ex Eusebio recenset.

Hieron. de script. Eccl. in Tatiano.

XIV.
ECCLESIAE
ROBYR IN
VICIVM.

His igitur aliisque ab hæreticis ad demolendum Ecclesiam compositis arietibus, cum & adhuc gladius persecutionis sæuere, quo necatum etiam sequenti anno Anicetum Papam dicemus, satis certum exploratumque proditum est experimentum, ipsam supra solidum fundamentum esse constructam, super ipsam nimirum immobilem petram Christum, vt nulla aduersaria obnitente potestate aliquando disici posset ac dirui: quin potius sicuti clauus, quò maioribus ac frequentioribus mallei ictibus percutitur,

ed

CHRISTI
175.

ANICETI PAP.
9.

M. AVR. IMP.
13.

A eo pressius atque altius figitur, ac firmitus solidatur; ita Dei Ecclesia, ingruentibus maiorum persecutionum insultibus, magis visa est firmari, atque solidius stabiliri. Vt planè iuge miraculum cognoscatur, cum assidue emergentibus ab inferis aduersariis legionibus, indeque erumpentibus quotidie in eius incendium flammaram globis, ipsa nihilominus omnia sibi aduersantia superet, referatque triumphum, ingenti illo gloriæ titulo prænotatum: PORTAE INFERI NON PRAEVALEBUNT ADVERSVS EAM.

IESV CHRISTI
ANNVS
175.

ANICETI PAP.
ANNVS
9.

M. AVR. IMP.
ANNVS
13.

B Anno Christi Domini nostri centesimo septuagesimo quinto Aurelius Seuerus secundum & Claudius Pompeianus declarati sunt Consules. Hunc Claudium M. Aurelius post obitum Lucij fratris profecturus ad bellum, data ei Lucilla filia, quæ fuerat Lucij, in coniugem, adsciuit sibi generum, quem postea bis Consulem fecit: quod tradit Capitolinus in Marco. Hunc etiam in eadem expeditione præfectum fuisse exercitui, edictum ab ipso Marco datum pro Christianis, de quo suo loco agemus, significat. Quòd verò gener Imperatoris in Consularibus Fastis non priori loco, sed posteriori ponatur (nam Seuerus secundò Consul primitus adscriptus habetur) illud planè tunc accidit, quod sanctus Gregorius Papa tradit his verbis: Fertur apud veteres moris fuisse, vt, quisquis Consul existeret, iuxta ordinem temporum honoris sui locum teneret: & si quis posterius ad Consulatam veniens, Consul non semel, sed bis fortasse, aut tertio fieret, etiam illos laude & honore transcenderet, qui non plus quam semel Consules extitissent. hæc Gregorius, sed ex Dione, vt superius diximus.

I.
PRAEROGATIVA
CONSULATVS
TVM.

Greg. ho. 3.
in Euangel.

Hoc ipso anno Anicetus Papa, cum sedisset annos octo, minus mensibus tribus, ac diebus septem, die decimaseptima Aprilis, martyrio clarus migravit ad Dominum. Quod pertinet ad annos sedis Aniceti, scimus variam atque diuersam esse assertionem, cum alij decem, vndecim alij eidem tribuerint annos: sed qui prætermisit Cletum Romanum Pontificem Eusebius, anno octauo Marci Imp. successorem Aniceti Soterem ponit. Ceterum, quam in multis sequimur, Cresconiana series octo tantum annos tribuit Aniceto & tres menses: verum si ratio habeatur diei, quo Pius, qui eum antegressus est, obiit, & quo Anicetus decessisse reperitur, qui quidem dies tabulis Ecclesiasticis antiquitus adscripti habentur: præscriptum tempus sedis Aniceti ratum firmumque haberi debet: cum præsertim Indices Vaticani, qui descripti habentur in codice qui dicitur liber Censuum, ingressum Soteris successoris Aniceti hoc anno Domini ponant. Cur autem minus sequamur Consules in libro de Pontificibus Romanis appositos, aliàs superius tomo primo Annalium reddidimus rationem.

II.
DE ANICETO
PAPAE MAR
TYRIO ET
ANNIS SE
DIS.
Martyrol.
Rom. ca. die.

In eodem nuper citato libro hæc etiam de Aniceto scripta habentur: Hic constituit vt clericus comam non nutrirer, secundum præceptum Apostoli. At de tonsura clericorum assatum dictum est eodem primo Annalium tomo. Subditur ibidem: Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros decem & septem, diaconos quatuor, Episcopos per diuersa loca nouem: qui obiit martyr, & sepultus est in cœmeterio Callisti, Via Appia, decimoquinto Kalendas Maias. Quod habetur de cœmeterio Callisti, sic accipias, ipsum in eo arenatio sepultum fuisse, quod postea Callistus cœmeterium fecit. Legitur ibidem, sedem vacasse diebus decem & septem: qua ratione dicendum, Soterem eius successorem sedere coepisse die quarta Maij: qui (vt idem liber de Romanis Pontificibus habet) natus est Fundis in Campania ex patre Concordio.

III.
DECRETA
ANICETI.
1. Cor. 11.

SOTER PA
PACREATVS

Passi sunt, eadem persecutione vrgente sub Marco, Romæ alij complures martyres, & inter alios illustris illa septem martyrum mater S. Felicitas, quæ cum antea (vt dictum est) filios præmisisset martyrio coronatos ad gloriam, ipsa demum digna palma martyrij secuta est ad triumphum, de qua hæc S. Gregorius, in homilia quam ad populum habuit in eiusdem S. Felicitatis basilica Romæ posita, in die natali ipsius, qui in tabulis Ecclesiasticis positus legitur vigesimustertius mensis Nouembris: Adest (inquit) beata Felicitas, cuius hodie natalitia celebramus: quæ credendo extitit ancilla Christi, & prædicando facta est mater Christi: septem quippe filios (sicut in gestis eius emendationibus

IV.
FELICITAS
ET SEPTEM
FILLI MAR
TYRES.
Greg. ho. 3.
in Euang.

ribus legitur) sic post se timuit viuos in carne relinquere, sicut carnales parentes solent A metuere ne mortuos pramittant. In persecutionis enim labore deprehensa, filiorum corda in amore supernae patriae praedicando roborauit: & parturiuit spiritu, quos carne pepererat; vt praedicatione pareret Deo, quos carne pepererat mundo. Considerate, fratres charissimi, in femineo corpore virile pectus: ad mortem stetit imperterrita: amittere se in filiis lumen veritatis timuit, si non fuisset orbata. Numquid ergo hanc feminam martyrem dixerim? sed plusquam martyrem.] haec & alia plura de ea Gregorius: quam & S. Petrus Chrysologus^a Rauennatis Ecclesiae Episcopus pro concione laudibus celebravit. Nomina autem filiorum, quae decima Iulij recensita habentur in Romano Martyrologio, sunt haec: Ianuarius, Felix, Philippus, Siluanus, Alexander, Vitalis, & Martialis: qui sub Publio Vrbi Praefecto haec passi supplicia ponuntur. Ianuarius post verbera virgarum ac carceris macerationem plumbatis occisus: Felix & Philippus sustibus maectati: Siluanus praecipitio interemptus: Alexander & Vitalis & Martialis capitali sententia puniti sunt.]

^a Petrus Chrysolog. serm. 134.

v.

Ob magnam quamdam similitudinem, quae inter sanctam Felicitatem & sanctam Symphorosam intercedit, dubitasse scio virum eruditum, familiarem meum, num vna eademque esset femina, quod eorumdem nominum eadem ferme significatio esset: nempe quod interdum *συμφορα* idem sit, quod bonus euentus, seu fortuna prospera; sicque pro bono euentu, vel fortuna, Felicitas esset Latine redditum, quod nomen magis conueniat feminae: ceterum eius vocis ambiguae diuersa reperitur interpretatio. Verum *σύμφορος*, à *σύν* & *φέρω*, quod est prodesse, idem est quod vtilis, vel commodus: *σύμφορος* item, qui simul versatur, assecla, vel comes, dictus reperitur. Quamobrem aequius est, vt existimemus Symphorosae nomen deductum à *σύμφορος*, quod est, vtilis, vel commodus, quam à *συμφορα* voce ambigua, quae interdum bonum euentum, interdum vero infortunium aduersamque fortunam significet: quamobrem vt in bonam partem ea vox acciperetur, maiores aliquid aliud addere consueuerunt, vt habet Suidas ex Simonide, quod ille dicat: *Πίνε πῖν' ἐπὶ σύμφορῶν ἀγαθῶν*. quod est: Bibe bibe in bonum euentum.

SYMPHOROSAE NOMEN.

vi.

Sed quae nomine discrepant, longius rebus esse distinctas ac plane diuersas, res cuiusque ipsarum euidentius manifestant. nam illa Tiburtina, sub Hadriano, Tibureque Martyrio coronata est: haec Romana, sub M. Antonino passa est, & Romae nomina quoque septem filiorum cuiuslibet ipsarum diuersa prorsus esse reperiuntur: insuper & martyriorum genera hos ab illis omnino discriminant atque distinguunt: Extant enim tum illorum, quorum superius facta est mentio, Acta, tum horum, quae ex antiquioribus Ecclesiasticis monumentis edita habentur^b, ac sane fidelia.

^b Apud Sur. tom. 4. die 10 Iulij.

vii. MARTYRES SVB MARCO AVRELIO IMP.

Tunc etiam Iulianus illustris martyr passus est Sorae, Spoleti Concordius presbyter & Pontianus, Perusiae Constantius eius ciuitatis Episcopus: quorum omnium Acta in suis ecclesiis, quibus coluntur, extant, aliaque eorumdem certaminum monumenta: diesque anniuersariae eorum nataliis consecratae, in Romano sunt Martyrologio annotatae, quod Notationibus auximus: sicut & aliorum complurium martyrum, qui in diuersis Orbis regionibus hac eadem persecutione sunt palmam martyrij consecuti. Inter alios quoque nobilissimum certamen subiit Heraclea Glyceria, cui in corona associatus est carceris custos Laodicius: celebre fuit namque in toto plane Oriente eiusdem martyris nomen, ob liquorem medicum ad infirmitates curandas ex membris eius iugiter effluentem: quam rem pluribus testibus in iisdem Notationibus testatam reliquimus. In E Ponto quoque mirabile illud accidit in confessione Hermiae martyris, qui innumeris ac saeuissimis affectus tormentis, torquentem se carnificem conuertit ad Christum, & post se martyrij reliquit heredem. Horum omnium certa dies natalis in Romano Martyrologio adscripta habentur: quod si cupit lector, consulat, simulque Notationes appositae, si haec auidius scire optat. Ceterum immensa est illorum multitudo, quorum memoria excidit, qui hac eadem persecutione martyrium sunt feliciter consecuti.

viii. SOTERIS PAPAEMVNIFICENTIA ERGA EGENTES ECCLESIAS

At quid Soter Romanus Pontifex his temporibus? Imitatus certe maiores suos antecessores Romanos Pontifices, longè positas Ecclesias eadem persecutione vexatas non litteris modò consolabatur, sed & pecuniarum subsidio collato, eisdem praesto erat. Huius quidem Soteris officij, aliorumque Romanorum Pontificum in his praestandis incomparabilis sollicitudinis testes sunt litterae S. Dionysij Corinthiorum Episcopi, cele-

A celebri nominis in Ecclesia. de quibus haec Eusebius^a tradit: Extrat etiam alia Dionysij ad Romanos epistola, Episcopo Soteri, qui tum illam Ecclesiam gubernauit, dicata: cuius quidem verba in medium proferre, non erit ab instituto alienum. nam Romanorum consuetudinem, quae assidue ad hanc persecutionem nostra aetate grassantem seruata est, magnopere approbans, ista scribit: apud vos is mos iam inueterauit, vt omnes fratres variis afficeretis beneficiis, & Ecclesiis permultis, quae in quaque ciuitate sunt, vitae mitteretis subsidia. Sic plane non solum egentium subleuatis inopiam, verum etiam fratribus, qui sunt ad metalla damnati, opem fertis. Sicque per ea beneficiarum subsidia, quae iam à primis Ecclesiae vestrae iactis fundamentis passim mittere consueuistis, cum sitis Romani, Romanorum consuetudinem à patribus traditam sedulo obseruatis: quam quidem certe beatus Soter vester Episcopus & haecenus custodit diligenter, & mirum in modum suo propenso studio adauxit: idque non modò opes in sanctos reficiendos delegatas benignè subministrando; verum etiam fratres ad ipsum aduentantes, tamquam pater indulgens & clemens in liberos, beato ac pio sermone ad virtutem cohortando.]

^a Euseb. lib. 4. c. 23.

Hac de munificencia Romanorum Pontificum ab exordio Romanae nascentis Ecclesiae erga ceteras Ecclesias longè lateque positas, cum fidelissimus testis Dionysius affirmat; tum ipse testatur Eusebius, eadem liberalitatis officia perseuerasse vsque ad vltimam Ecclesiae persecutionem sua ipsius aetate grassantem. Res quidem magna admiratione atque obseruatione digna est, Ecclesiae omnium principi tantam opum abundantiam Dominum contulisse, quae non tantum, qualibet licet durissima persecutione virgente, sufficere possent ad Fideles pauperes, qui Romae essent, vbertim alendos; sed quae non praedantium manibus auidis potuerint exhauriri atque consumi (haud enim putandum se temperasse à bonorum rapina, qui etiam in ipsorum corpora immaniter sauebant) immò & talis & tanta ei suppeditaretur bonorum copia, vt in Christianos ad metalla damnatos, quorum ingens numerus esset, soleret iugiter stipem conferre, & Ecclesias permultas penuria afflictatas sua largitate leuare. Diuina quidem providentia, quae eam matrem omnium Ecclesiarum, Petri beneficio, constituerat, admirabili quodam modo, quo cunctis vbique egentibus prospiceret, ac matris instar eos plenis lactaret vberibus, incredibili quadam diuitiarum affluentia eandem semper donauit & auxit: vt plane in hoc expletum appareat Isaiae oraculum^b haec de Ecclesia praedicentis: Suges lac Gentium, & mamilla Regum lactaberis: & scies quia ego Dominus saluans te. Pro aere afferam aurum, pro ferro argentum, & pro lignis aes, & pro lapidibus ferrum, & ponam visitationem tuam pacem; & praepositos tuos iustitiam.] his nempe significans, magnis diuitiis Ecclesiam locupletandam, ac immensa fore fortitudine roborandam.

ix.

ECCLESIA ROMANA PRAEDIVES OLIM.

At laudatissimam eiusmodi Romanae Ecclesiae, sui ortu congenitam, consuetudinem, non tantum perseuerasse vsque ad vltimam Eusebij tempore excitatam persecutionem, sed semper viguisse, quae suis quibusque locis dicuntur; demonstrabunt exempla. Insigne quidem ac nobile eius officij specimen editum vidimus diebus nostris à sanctissimae memoriae Domino nostro Gregorio decimotertio Romano Pontifice (haec modò liberè effari liceat, cum iam ipso defuncto, nulla possit esse adulationis suspicio) cuius incomparabile plane studium in iuandis pauperibus, non solum (vt de mendicis taceam) omnibus honesto praesertim loco natis, Romae agentibus, sed & longè positis, iisdemque causa pietatis extorribus, toto plane Christiano orbe spectatum fuit: adeò vt nulla prouincia fuerit, quam eius effusa largitas non peruaferit, quae etiam & ad Antipodas penetrarit. cuius memorabilis munificentiae ex publicis rationibus accurate summa collecta, meruit ex Senatusconsulto, praclaro gloriae monumento, in Capitolio vna cum statua omnium votis publicè consecrari digno plane omnium Patris atque Pastoris elogio, quod inter alia haec verba in marmore habet incisa: SESTERTIVM OCTINGENTES SINGVLARI BENEFICENTIA IN EGENOS DISTRIBVTVM. est horum summa, vices centena millia aureorum. Verum summa ista collecta fuit adhuc ipso superstite: ceterum plurima eius post haec vsque ad obitum perseueravit maioribus in dies incrementis aucta largitio. At ad haec occasione Soteris & aliorum Romanorum Pontificum consuetarum in egenos liberalitatis praestantiarum obiter digressi sumus.

^b Isa. 60.

GREG. XIII. PAPAEMVNIFICENTIA

E adeò vt nulla prouincia fuerit, quam eius effusa largitas non peruaferit, quae etiam & ad Antipodas penetrarit. cuius memorabilis munificentiae ex publicis rationibus accurate summa collecta, meruit ex Senatusconsulto, praclaro gloriae monumento, in Capitolio vna cum statua omnium votis publicè consecrari digno plane omnium Patris atque Pastoris elogio, quod inter alia haec verba in marmore habet incisa: SESTERTIVM OCTINGENTES SINGVLARI BENEFICENTIA IN EGENOS DISTRIBVTVM. est horum summa, vices centena millia aureorum. Verum summa ista collecta fuit adhuc ipso superstite: ceterum plurima eius post haec vsque ad obitum perseueravit maioribus in dies incrementis aucta largitio. At ad haec occasione Soteris & aliorum Romanorum Pontificum consuetarum in egenos liberalitatis praestantiarum obiter digressi sumus.

x.

CHRISTI
175.SOTERIS PAP.
I.M. AVR. IMP.
13.XI.
^a *Euseb. lib. 4. cap. 22.*

Sed ad Dionysium reuertamur, ex cuius epistola Eusebius hæc quoque subdit: In hac eadem epistola etiam Clementis ad Corinthios epistolæ mentionem facit, declaratque ex pristino more ab antiquis temporibus repetitè eam in Ecclesia legi solere. sic enim loquitur: Hodie sacrum diem Dominicum celebrauimus, in quo vestram epistolam, quod nos ad studium pietatis cohortaremur, legimus: quam semper, sicut etiam priorem nobis à Clemente missam, ad nostram institutionem legere solemus.] Tanti enim faciebant veteres ab Apostolica sede scriptas epistolas, vt eas, perinde ac si Apostolum Petrum in ipsis loquentem audirent, in Ecclesia festis diebus populo recitarent. Hactenus de epistola Dionysij ad Romanos conscripta.

EPISTOLAE
ROM. PONT.
QUANTAE
AESTIMATI
ONIS.XII.
RVSVS DE
DIONYSIO
CORINTHIO
RVM EPISC.^b *Euseb. lib. 4. cap. 22. in fi.*

Huius quidem viri adeò magna erat tum ob insignem eruditionem, tum etiam ob egregiam omnibus spectatam vitæ sanctimoniam, apud omnes existimatio, vt, cum epistolæ eius ad diuersas Ecclesias scriptæ maximi esse ponderis viderentur, hæretici, adhuc ipso auctore viuente, eas conati fuerint deprauare; quò tantum virum, per calumniam licet, facerent suarum ipsorum hæresum assertorem. Id quidem ab ipso aliis ea de re scriptis litteris contestatum esse, idem Eusebius tradit, sic dicens: Præterea idem auctor ista de suis ipsius epistolis, tamquam à quibusdam deprauatis & de industria corruptis loquitur: Epistolas rogatu quorundam fratrum, qui me ad scribendum compellebant, conscripsi: atque eas ministri diaboli zizanii refererunt: nam quædam pro suo arbitratu exemerunt, alia adiecerunt: quibus planè, vt, in extremum iudicium repositum est. Nec mirum certè, si quidam Dominicas scripturas dedita opera deprauare aggressi sunt; cum has meas, quæ non sunt certè eius generis, adulterare studuerint.] Plurimum enim huiusmodi genere lucubrationum Dionysium Ecclesiis profuisse, idem Eusebius testatur; qui eandem relegens, ipso exordio sic præfatur:

^c *Eod. cap. in princ.*

XIII.

Verum ad alios pios viros sermonem transferamus, & primùm dicamus de Dionysio, tum quòd Corinthiorum Ecclesiæ Episcopalem sedem adeptus sit, tum quòd suas præclaras & diuinas vigilias non solum iis quibus præfuit, sed aliis etiam aliarum Ecclesiarum incolis affatim impertierit; & sanè Catholicis suis epistolis, quas ad Ecclesias exarauit, omnibus permultum vtilitatis attulerit. Quarum vna est ad Lacedæmonios, quæ illos tum in Orthodoxa & recta fide erudiat, tum de pace & vnitare commonefaciat. Altera ad Athenienses missa, quæ illos & ad veram fidem & ad vitam ex Euangelij præscripto piè degendam excitet: qua sprete & contempta, eos vehementer reprehendit, quòd à verbo Dei penitus ferè deliscere cœpissent; quo Publius, qui illis præfuit, martyrium, ob persecutionum tempestates tum quidem ingruentes, fortè perpeffus est. De Quadrato etiam, qui illorum Ecclesiæ post Publium martyrio defunctum creabatur Episcopus, in eadem epistola mentionem facit, attestatus quòd in labore & industria tum ad Ecclesiam reducti essent, tum ardorem fidei propè in ipsis restitutum denuò recuperassent. Declarat præterea, Dionysium Areopagitam, à Paulo Apostolo ad fidem conuersum (sic enim Acta Apostolorum referunt) primum Atheniensis Ecclesiæ Episcopatum administrasse.] hæc quæ de epistola ab eo ad Athenienses conscripta tradit Eusebius, magno fuisse illi Ecclesiæ adiumento (quippe quæ posthac egregiè floruerit) tum Athenagoræ scripta postea pro Christianis Apologia declarat; tum etiam Origenis testimonium, dum eandem Ecclesiam in exemplum adducit, certam de ea re fidem facit.

^d *Orig. contra Cels. lib. 3.*

XIV.

^e *Euseb. lib. 4. cap. 22.*
ALIAE EPI-
STOLAE
DIONYSII.

Quid deinde Eusebius de reliquis à Dionysio scriptis epistolis tradat, inspiciamus: Alia, inquit, quædam eius extat epistola ad Nicomedenses, in qua Marcionis hæresim acriter impugnans, veritatis regulæ egregiè patrocinator. Ad Ecclesiam item quæ est Gortynæ simul cum reliquis Cretenfis Ecclesiæ scripsit epistolas, in quibus Philippum Episcopum eo magnopere collaudat, quòd Ecclesia, quam regebat, propter multas & generosas virtutes, quibus erat imbuta, testificatione omnium plurimum esset approbata: eamque sedulò commonefacit, vt nefariam hæreticorum peruersitatem omni cura & cogitatione declinet. Aliam epistolam Ecclesiæ quæ Amasirim obtinet vnà cum aliis Ponti Ecclesiis misit, in qua Bachylidis & Elpisti mentionem facit, vtpote qui illum ad scribendum fuissent hortati: in qua etiam nonnulla loca Scripturæ sacræ explicat, eorumque Episcopum Palmam nominatim citat. Multa de nuptiis & castitate illos hortatur: & eos qui quocumque casu, siue grauis alicuius peccati

CHRISTI
175.SOTERIS PAP.
I.M. AVR. IMP.
13.

A peccati noxa, siue hæretico pestiferoque errore Ecclesiâ excidissent, denuò in Ecclesiam, modò se totos conuerterent, clementer recipiendos præcipit. His porò alia ad Gnosios annumeratur epistola, in qua Pinytum Ecclesiæ illius Episcopum admonet, ne graue onus castitatis fratribus ex necessitate imponat, sed multitudinis accuratè consideret imbecillitatem.

Ad quam Pinytum rescribens, quamquam Dionysium propter epistolam veneratur ac laudat, illum tamen è contrario obsecrat, vt iam aliquando cibum illis impertiat solidiorum, & perfectiore doctrina populum eius procuratori commissum educet: ne vmbra-li cuidam institutioni & molli instar lactis perpetuò assuefacti, puerili quadam disciplina nec opinantes consenscant. In qua quidem Epistola non modò recta Pinyti de fide opinio, & cura de plebis vtilitate sibi subiectæ suscepta, verum etiam eloquentia, & litterarum diuinarum intelligentia, tamquam in viuâ quadam & expressa effigie liquidò patefit.] Hæc quidem de venia peccantibus præstanda, & de castitatis onere non omnibus imponendo, à Dionysio prudenter fuisse scripta existimamus, ne Fideles aliqua leui saltem ex parte hæreticis tunc emergentibus similes forent. Iam dictum est, Cataphrygas fuisse delinquentes feuerissimos, & Encratitas, eodem quo illi, hoc tempore progredientes, nuptias perinde ac fornicationem damnasse. Denique post epistolam Dionysij ad Romanos ab Eusebio recensitam, de qua superius locuti sumus, hæc habet in fine de alia eiusdem auctoris epistola: Est etiam præter istam alia quædam Dionysij epistola ad Chrysothoram sororem fidelissimam missa: cui dum ea quæ sunt eius institutioni valde consentanea perscribit, alia etiam tamquam alimenta rationi & menti instituendæ accommodata impertit. Hæc à Dionysio scripta accepimus.] hucusque Eusebius, quòd ergo epistolæ omnes citatæ perierint, saltem fragmenta oportuit collegisse.

C Idem quoque alios eiusdem temporis scriptores Ecclesiasticos, quibus præfens sæculum abundauit, postea recensuit, quorum nos superius opportunioribus locis meminimus: ac demum de Bardesane Syro, magni nominis viro, sed qui extra classem Catholicorum positus aberrauit, hæc scribit: Regnante isto Imperatore (nempe M. Aurelio Antonino) cum hæreses in dies multitudine crescerent; in Mesopotamia Bardesanes, vir quidem cum in omni doctrinæ genere exquisitissimus, tum in lingua Syriaca disertissimus, non modò contra eos qui erant Marcionis emuli & imitatores, verum etiam contra alios quosdam qui varias errorum sectas defendebant, dialogos composuit, quos cum plerisque aliis eius scriptis lingua sua & patrio sermone diuulgauit. Quos etiam discipuli eius (complures enim, quia tantum dicendo valeret, eius scholam frequentabant) ex Syriaco sermone in Græcum conuerterunt: in quorum numero est dialogus de Fato ad Antoninum scriptus accuratissimè. Et alia item sunt, quæ occasione ex persecutionis calamitate id temporis longè lateque manante arrepta, eum scripsisse ferunt. Hic primùm in Valentini schola educatus est: cuius cum coarguisset errorem, multasque & commentitias Valentini fabulas reprehendisset, videbatur sibi quodammodo se ad meliorem recentiorumque sententiam transulisse. Ceterum veteris erroris fordes non penitus profectò eluebat.] hæc de Bardesane Eusebius, significans eum sub Sotere vixisse. De eodem quoque & in Chronico, sed superiori anno, nempe duodecimo Antonini: Bardesanes (ait) alterius hæreseos princeps, notus efficitur.] Admiratus est sanctus Hieronymus eum librum de Fato ad M. Antoninum Imperatorem, & alia ab eodem de persecutione in Christianos conscripta; aitque: Si tanta vis est & fulgor in interpretatione, quantam putauimus in sermone proprio?]

E Epiphanius de ipso agens, eius sententiæ fuisse videtur, vt ille primò quæ recta sunt dogmata fuerit contactatus, ac complures libros, cum sanè mentis esset, conscripserit, demum verò impegit in hæresim Valentini. Nam ait: Hic vir magnopere ornatus erat, donec in errorem sectæ suæ incidit: factus instar pulcherrimæ nauis, cui incomparabile onus immittitur, & quæ iuxta ripas portus tracta est, & totum mercimonium perdidit, & alius, qui nauem conscenderunt, mortem induxit: corrumpitur enim hic per Valentianos.] Docuisse hunc, cum sui compos esset, Edesse, eoque familiarissimè vsum esse Abagarum Principem Edesseorum, immò & eius auditorem fuisse, virumque sanctissimum, idem qui supra auctor testatur. Mentio autem est eiusdem Abagari apud Iulium Capitolinum in Antonino Pio. Omnes namque eius prouinciæ Reges nominatos Abagaros, contextus Gentilium historicorum demonstrat. Durauit hic (inquit Epiphanius) Bardesanes post

Annal. Eccl. Tom. 2.

R 2

Aba-

XV.
DE PINYTUM
EPISTOLA.

XVI.

^a *Euseb. lib. 4. cap. 22.*
BARDESA-
NES SYRVS.

XVII.

^b *Epiph. hæres. 56.*
BARDESA-
NES OLIM
CLARISSI-
MVS.

Abagari mortem vsque ad tempora Antonini Cæsaris, non Pij appellati, sed Veri, & multa in Adibam astronomum contra Fatum differens collegit.

XVIII. APOLLONIVS CONNATVS AVOCARE BARDESANUM A FIDE CHRISTI. In Capito lin in Soterio Aurelio. Epiph. ha ref. 56. BARDESANVS ALIQVANDO CONFESSOR

XIX. IN QVIBVS BARDESANVS CALVMNIAM PASTVS. Theod. de re. f. i. lib. 1. de heres. 34.

XX. In lib. de Prop. euang. lib. 6 cap. 8. BARDESANVS DIPTAT CONTRAFATVM.

XXI. CHRISTIANI IDEM APVD OMNES.

Memorable illud quoque de Bardesane fuit, quod cum eius fama celebris Romæ innotuisset, Apollonius Cælecedonius, inter Stoicos illius sæculi philosophos facile princeps, magister M. Aurelij Imperatoris, quem eum aded coluisse scribit Capitolinus, vt licet adicitus esset ad Imperatoriam dignitatem, tamen ad eiusdem Apollonij domum discendi causa veniret: hic, inquam, Apollonius conatus fuit eundem Bardesanem, tam insignis eruditionis virum, à Christianorum religione auocare. Sed renuit ipse, & pro religione, quam colebat, egregiam defensionem instituit. quod quidem paucis his verbis Epiphanius complexus narrat: Apollonio verò Antonini amico contradicebat, commonenti vt negaret se ipsum Christianum dicere. Hic autem ferme in confessionis loco constitutus erat, sermonesque prudentes respondit, pro pietate viriliter defensionem suscipiens: mortem se non formidare dicens, quam necesse sit afferre, etiam si Regi non contradiceret.] hæc de eo Epiphanius, qui miserabilem casum eius iuste deplorans, amplexum eum dicit dogmata Valentini, atque insuper negasse resurrectionem mortuorum.

Hæc & multa alia de Bardesanis erroribus feruntur: verum ex illis multos adscribendos illius sectariis, qui post ipsum fuerunt, & ab eo Bardesanistæ sunt dicti, potius quam ipsi, existimari. Huic fuisse filium Armonium nomine, Athenis Græcis litteris excultum, multaque scripsisse tradit Theodoretus, additque vtriusque errores sanctus Ephraem eiusdem Ecclesiæ Edesenæ diaconum egregie confutasse. Apud sanctum Augustinum de Bardesane agentem, post lapsum eius in Valentini hæresim hæc leguntur: Addens de suo, vt Fato adscriberet conuersationes hominum.] sed hæc cum non in omnibus exemplaribus æquè legantur, additamentum potius ad Augustinum alicuius imperiti, quam Augustini esse putamus, cum id falsum esse omnino confiteri nihil enim validius à Bardesane impugnatum esse atque Fatum, cum omnes affirmant, tum ipsius de Fato dialogus, quem scripsit, in iis quæ ex eo ab eodem Eusebio recitantur, aperte declarat.

Sed operæpretium me facturum existimo, si, quæ ex eodem tam celebri ac omnium ore laudato commentario a Bardesane scripto de Fato Eusebius in libro de Evangelica præparatione ad verbum recitat, aliqua saltem ex parte hic intexam. Auctor postquam multa de Fato differuit, moreque diuersarum nationum non ex natura, sed voluntate esse percensuit, hæc statim subdit: Sed & exponam vobis, quod omnes facile ad hanc veritatem adducere potest. Omnes Iudæi Mosaisca lege in octaua die pueros circumcidunt, nec alicuius itellæ vi coguntur, nec regionis temperie impelluntur, nec alienis moribus vt aliter faciant inducuntur. Nam siue apud Syros, siue apud Galatas, siue in Italia, siue in Græcia, siue in Parthia, vbicumque sint, legem suam seruant; quod necessitate natiuitatis fieri nullo modo potest. Non enim possibile est, eandem habere natiuitatem omnes Iudæos. Præterea vnâ semper septimiam dierum, vbicumque fuerint, ab omni opere cessant, nec iter agunt, nec igne vtuntur: nec genethliaca quædam ratio coërcet Iudæum adificare vel diruere domum, vendere aut emere illa die: atque multi eorum eodem die nascuntur, multi ægrotant, atque sanantur, multi denique eo die moriuntur: hæc enim liberi arbitrij non sunt. In Syria & Oiroene sunt etiam Galli, & in Phrygia Matri deorum multi abscindebantur: deinde Rex Abagarus omnium quoque manus, qui id agebant, abscindi iussit: nec quisquam postea in Oiroene virilia sibi amputauit.

Quid autem dicemus de Christianorum secta, qui in omni parte Orbis, immò verò in omni ciuitate inueniuntur? nec multas Parthi Christiani ducunt vxores, nec canibus mortuos obiciunt Medi, nec Persæ filias ducunt, nec Bactriani & Galli matrimonia corrumpunt, nec Ægyptij Apin, aut canem, hircum, aut felem colunt; sed vbicumque sunt, alienis legibus viuere nec cogi possunt; nec genethliaca ratione, aut sua, aut Principis alicuius impelluntur vmquam, vt, quæ nefanda magister eorum dixit, facienda putent; sed paupertatem, labores, ignominiam, cruciatus intolerabiles sufferunt. Nam quemadmodum libertas nostra cogi non potest, sic corpus nostrum non facile potest pericula effugere: & certè si omnia potestatis essent nostræ, nos essemus vniuersa; si verò nihil potestatis, aliorum essemus organa, nihil nostra voluntate producen-

A ducentes. Deo autem volente, nihil impediri potest; illius enim potestati cuncta subiciuntur, qui vnique nature præcipuum aliquid largitus est: homini autem illud dedit eximium, vt libertate voluntatis atque iudicio vteretur. hæc Syrus ille.] & hucusque ex eo Eusebius: quæ si cui perpauca videri possunt, integrum caput illud ex Bardesane acceptum legat, & veram certamque argumentationem eius aduersus Genethliacos esse cognoscat. Sed quod de iis ad rem nostram pertinet, illud planè obseruatione dignissimum, non fuisse hoc tempore in Orbe prouinciam, immò nec ciuitatem, in qua non essent Christiani, itemque aded potentem fuisse Euangelicam prædicationem, vt in diuersum ac planè contrarium habitum naturam hominum transferret, vt siue Persæ, siue Medi, aut Parthi, Ægyptiæ, vel aliarum barbararum nationes essent quæ reciperent Euangelium, mox inolitas illas apud gentes suos turpes consuetudines, feralesque atque nefandos mores penitus antiquarent, eosdemque longius abdicarent. Hæc de Bardesane satis.

At quoniam de primario discipulo Valentini Bardesane opportuna semel est suscepta narratio; argumenti ratio postulat, vt reliquos eiusdem portenti paruos, qui his ipsis temporibus turbant Ecclesiam, hic breuiter recensamus. Ponitur primo loco Ptolemæus, quem Irenæus nominat. Hosculum Valentini huic Terrullianus adiungit. Secundum; de quibus hæc ait: Post hunc extiterunt Ptolemæus & Secundus hæretici, qui cum Valentino per omnia consentiunt, in illo solo differunt: nam cum Valentinus Æonas tantum triginta finxisset, isti addiderunt alios complures: quatuor enim primum, deinde alios quatuor aggregauerunt.] Porro secundum Epiphanius Ptolemæus insanus duas Deo tribuebat vxores, intelligentiam & voluntatem, ex quibus alios generare deos dicebat: recitatque idem auctor eiusdem Ptolemæi ad Florum quemdam scriptam epistolam, omni refertam impietate atque blasphemia. Viuebat idem his temporibus cum sanctus Irenæus innotescere cœpit, qui de eo hæc ait: Quibus magis oportet credi? his ne talibus, nempe Apostolis, an Ptolemæo, qui Apostolos numquam vidit; vestigium autem Apostoli ne in somnis quidem affecutus est? Idem meminit & Secundus, disserens pluribus, in quibusdam ipse à Valentino discreper in Bonibus. Eadem Epiphanius, qui eundem Secundum tandem (quod aiunt, De calcaria in carbonariam) se coniunxisse Epiphani Carpocratis filio tradit: qui, inquit, ita inter se connexi sunt, vt aut hic illi tradiderit, aut ille huic errorem impertierit, etiam si aliqua parte inter se differant.] sed & Isidorus his adiungit: verum an ex eadem schola prouenerit, non affirmat.

D Post hos autem prodidiisse Heracleonem, testatur Tertullianus, dum ait: Extitit præterea Heracleon alter hæreticus, qui cum Valentino paria sentit; sed nouitate quadam pronuntiationis vult videri alia sentire: introducit enim in primis illud fuisse, quod pronuntiat; & deinde ex illa monade duo, ac deinde reliquos Æonas; deinde introducit totum Valentinum.] meminit eiusdem tamquam socij Ptolemæi Irenæus, sed pluribus Epiphanius, qui eum successisse Colarbasio ponit. Verum Tertullianus post ipsum Heracleonem ponit Marcum quemdam & Colarbasium nouam hæresim ex Græcorum alphabeto componentes, quod negarent veritatem sine illis litteris posse inueniri, sed totam plenitudinem & perfectionem veritatis in iis litteris esse dispositam, ob idque Christum A & Ω esse pronuntiatum in diuinis litteris. At de Heracleone eiusque sectatoribus ait Epiphanius, consueuisse, inuocatis super morientes quorundam principatum nominibus, vngere defunctos oleo & aqua, interdum balsamo, vt (quod somniabant) incomprehensibiles fierent, & inuisibiles supernis principatibus; aliasque tradit eos fabulas iactasse, & docuisse commenta, quæ narrat.

E Sed nemo ex iis omnibus aliisque Valentini discipulis nequior Marco, nec qui maiorem cladem intulerit Catholicæ fidei professoribus: quippe qui addens hæresim adhuc magiam, & multa faciens quæ esse miracula viderentur, his artibus circumiens Christianum orbem, seduxit plurimos, quorum non solum mentes imbuit hæresi, sed corpora affectit ignominia. Quibus autem præstigijs viros pariter ac mulieres traduceret, hosque à sana mente dimoueret, & ad omne scelus impelleret, præstat vt ab Irenæo audiamus ipse enim hoc ipso tempore impostorem grassantem, sed iam detectum, scriptis acris exagitauit, ac penitus confutauit. Quæ igitur à nugace impostore fieri solita essent,

VIS CHRISTIANAE RELIGIONIS.

XXII. VALENTINI DISCIPULI.

Iren. lib. 1. in Pref. Terrull. de pref. c. 49.

Epiph. ha ref. 33.

Iren. lib. 2. cap. 40.

Idem lib. 1. cap. 5.

Epiph. ha ref. 32.

XXIII. Terrull. de pref. cap. 49. DE HERACLEONE HAERETICO.

Iren. lib. 2. cap. 4. Epiph. ha ref. 36.

XXIV. MARCVS ENECRANVS HAERETICVS.

essent, idem sic enarrat: Alius vero quidam ex iis qui sunt apud eos, magistri emenda-

XXV. Anaxilai enim ludicra cum nequitia eorum qui dicuntur magi commiscens, per hac virtutes perficere putatur apud eos qui sensum non habent, & a mente sua excesserunt.

XXVI. Datur autem intelligi, cum & demonem quemdam patrum habere, per quem ipse quoque prophetare videtur: & quatuor dignos putat fieri participes suae gratiae.

XXVII. Proh pudor! Proh dolor! Tam scelesti atque deformia nefandissimi impostores, iidemque Christiano nomine insigniti, circueuntes Orbem his temporibus, perpetrantes, factore quodam immenso ac pestilenti halitu Christianam religionem corrumpent:

XXVIII. Iam vero, inquit, quaedam ex fidelissimis mulieribus, quae habent timorem Dei, & non sunt seducibiles, quas similiter ut reliquas affectavit seducere, iubens eas prophetare, exufflantes & anathematizantes eum, separauerunt se ab huiusmodi infano,

Iron. lib. 3. cap. 8. 9.

XXV. PSEYDOEV CHARISTIA MARCI.

XXVI. SCLEERA IMPOSTORIS MARCI.

XXVII. ai. veteranda

XXVIII. Cant. 1. Ephes. 2.

A hi ab eo traditam habent prophetiam; & tunc loquuntur, ubi & quando Deus vult, sed non quando Marcus iubet. & paulo post de seductis: Haec sapissime conuersae ad Ecclesiam Dei confessa sunt, & secundum corpus exterminatas se ab eo velut cupidine, & inflammatas valde illum se dilexisse: ut & diaconus quidam eorum qui sunt in Asia, suscipiens eum in domum suam, incidit in huiusmodi calamitatem.

B Et discipuli autem eius quidem circumobuerunt in eisdem, seducetes mulierculas multas corruerunt, perfectos semetipsos vocantes, quasi nemo possit exaquare in agnitione ipsorum, nec si Paulum aut Petrum dicas, vel alterum quemdam Apostolorum, sed plus omnibus se cognouisse, & magnitudinem agnitionis illius, quae est inenarrabilis virtutis, solos ebuisse: esse autem se in agnitione super omnem virtutem; quapropter & liberè omnia agere, nullum in nullo timorem habentes.]

C Infelix plane harum conditio, quae his temporibus magno vitae periculo, persecutione ubique vigente, cum deos Gentilium reliquissent, atque Christo nomen dedissent, in hunc & alios huiusmodi impostores impigerunt, a quibus sic fallaciter deciperentur: ut perspicue plane appareat, grauiorem S. Dei Ecclesiam passam esse iacturam ab eiusmodi nebulonibus, quam a persecutoribus ipsis: cum praesertim ad sectam essent illecebri: quod Valentiniani omnes (ut scribit Tertullianus) non esse confitendum Christum, nec subeundum martyrium praedicarent: adde, ut qui eius sectae erant, in persecutione tutissime agerent: è contra vero qui Catholici essent, vndique a persecutoribus exagitarentur, ac crudeliter necarentur.

D Sed iam ad ceteros Valentini discipulos, quorum gratia suscepta narratio est, indicandos conuertatur oratio. Coniungit Irenaeus e Marco Colarbasium quemdam, cuius reperitur. Sed agit de eodem pluribus Epiphanius; eiusdemque dogmata suis explicat, ostendens eundem primo de haeresi Valentini sensitisse cum Marco; sed postea ab eo diuisum, deteriora, quae refert, coagmentasse deliria.

E Doretus adiungit Marcosis, iis scilicet qui ex Marco, quem diximus, sic denominati sunt, Ascodytas haereticos, atque Archonticos: qui penitus abiicerent diuina Sacramenta, dicentes non oportere esse diuina mysteria, quae sunt inuisibilium signa; nec incorporalia per visibilia atque corporalia communicanda.] En vides, lector, in quorum classem reicias Nouatores nostri temporis, abiicientes procul Ecclesiae Sacramenta.

XXIX. MARCI DISCIPULORVM VALENTINI PERBIA. XXX. Tertull. in Scorp. c. vit. DE ECCLESIAE FIRMITAS INCONCVSSA. b Psal. 117. XXXI. Iren. lib. 1. cap. 10. Tertull. de praescap. 50. c Epiph. haer. 35. Theod. haer. fabul. lib. 1. HAERETICI SACRAMENTARI.

RECEDVNT PGNITENTTES FEMINAE.

MARCI DISCIPULORVM VALENTINI PERBIA.

XXX.

Tertull. in Scorp. c. vit.

DE ECCLESIAE FIRMITAS INCONCVSSA.

b Psal. 117.

XXXI.

Iren. lib. 1. cap. 10.

Tertull. de praescap. 50.

c Epiph. haer. 35.

Theod. haer. fabul. lib. 1.

HAERETICI SACRAMENTARI.

XXII.

ALTA DISCIPULORVM VALENTINI PORTENTA.

DEI OPE OB-
TENTA VI-
CTORIA DE
BARBARIS.

magnum, cum iis qui Quadi appellantur, fuit: quo ex bello victoria præter spem, vel A
potius Dei beneficio, consecuta est; propterea quod Romani cum essent in prælio, at-
que in maximum periculum venissent, mirabiliter sanè ac diuinitus conseruati sunt.
Cum enim interclusi à Quadis in locis opportunis conferti pugnarent fortiter, atque in-
terim barbari differrent prælium, sperantes eos calore & siti perituros; quos cir-
cum occupatis locis omnibus sic concluderant (erant enim multo plures) vt aquam ha-
bere nullo pacto possent, atque Romani in tantas difficultates incurrisissent, vt morbo,
vulneribus, ardore Solis, ac siti vexarentur; nec ob eas res pugnare possent, aut aliò se-
cedere, sed in acie stantes, atque in locis constitutis arderent: nubes derepentè ita coactæ
sunt, vt maximus imber aquæ ceciderit, non sine Dei beneficio. Fama est, Arnuphin ma-
gum Ægyptium, qui vnà cum Marco erat, Mercurium illum, qui est in aëre, aliofque
dæmones quibusdam magicis artibus inuocauisse, ac per eos pluuiam extorsisse.] hæc de B
Mercurio per magum aduocato Dio tradit, quod eiusmodi deus princeps magiæ esset
ac doctor: de quo Prudentius cum agit, hæc ait *:

* Pruden. ad-
uers. Sym-
mach. lib. 1.

Nec non Thessalica doctissimus ille magiæ.]

Quamobrem artis magicæ professores Mercurij fuerunt studiosissimi, vt inter alios Iu-
lianus Apostata.

v.

Sed prosequitur Dio cœptam narrationem his verbis: Cum autem primùm pluuia ca-
dere cœpit, Romani in cælum suspicientes, eam in ora recipiebant: deinde scutis galeisq;
subiectis, inde largiter absorberunt, equis quoque aqua refectis. Cumque barbari in ipsos
imperum facerent bibentes, simul pugnabant, & complures saucij sanguinem infusum in
galeas simul cum aqua absorberunt. Cum autem vrgentibus hostibus, grauià damna,
propterea quod magna ex parte in bibendo erant occupati, acciperent: vehemens gran- C
do, compluraque fulmina in hostes ceciderunt. Itaq; licebat videre in eodem loco aquam
ignemque simul de cælo cadere: atque ob eam causam valere alij, & bibere, exuri alij, ac
prorsus interire videbantur: non enim ignis Romanos attingebat; quod si fortè cum eis
interdum misceretur, extinguebatur subito, neque imber iuuabat barbaros, sed non se-
cus ac oleum inflammabat; ita vt aquam requirerent pluuia perfusi, infligerentque sibi
vulnera, quo sanguine ignem restinguerent: pars autem confugiebat ad Romanos, quasi
illis tantummodo aqua salutaris esset: sed eorum Marcus miseratus est: eoque facto à mi-
litibus septimùm Imperator appellatus est: quod etsi admittere non consuevit priusquam
esset decretum à Senatu; tamen non repudiauit, quasi id diuinitus acciperet: de quo et-
iam facto ad Senatum scripsit.] hucusque de his Dio.

BARBARO-
RVM MISE-
RANDA
STRAGES.

VI.

Sed quid ad Dionem addiderit Xiphilinus, apponamus: Hæc, inquit, quidem de ma- D
go Ægyptio à Dione dicuntur, sed is mihi mentiri videtur (volens, an inuitus, nescio, vo-
lentem magis arbitror) cum non ignoret legionem militum quæ Κεραυνοβόλῳ appellata
proprio nomine (eius enim mentionem facit in catalogo ceterorum militum) nulla
alia causa (neque enim alia circumfertur) quàm ex ea quæ in bello accidit, id nomen ac-
cepisse: quæ causa etiam tum Romanis salutis, barbaris exitio fuit. Non enim Arnuphis
magus erat; cum nusquam memoriæ proditum sit, Marcum magorum societate aut præ-
stigijs fuisse delectatum. Quod igitur in hac re dico, tale est: Cum Marcus legionem vnã
haberet ex militibus Melitenis (hi omnes Christum colunt) ad eum Præfectus prætoria-
norum venit, nescientem quid in illo prælio consilij caperet, timentemque toti exercitui:
eiq; fertur dixisse, Nihil esse, quod ij, qui Christiani nominantur, precibus impetrare non
possint; esseq; legionem vnã in exercitu hominum huius generis. Qua re cognita, Mar- E
cum ab eo petiisse, vt Deo suo supplicarent. Quod cum fecissent, Deum exaudiuisse
subito, percussisseque hostes fulmine, ac Romanos pluuia, recreasse. His rebus Marcum
vehementer obstupefactum, edicto Christianos honore affectisse, ipsamque legionem
Κεραυνοβόλοι, Fulminatricem appellasse. Atque de iis rebus epistola Marci extrare dicitur.
Græci autem sciunt eam legionem Fulminatricem appellari, eiusque rei testes sunt: cau-
sam verò cur ita appellata sit, non dicunt.] hucusque Xiphilinus apud Dionem.

LEGIO FUL-
MINATRIX
VNDE DI-
CTA.

VII.

* Suid. in
uocabo Iu-
lianus 2.

Quod verò Dio tribuit Arnuphi mago, alij tribuerunt cuidam Iuliano itidem mago,
qui vixit his ipsis temporibus Marci, cuius Suidas^b meminit. Rursus autem quod ad Dio-
nem pertinet; puto equidem, quod sicut quæ hic de mago scripsit, apertissimi mendacij
redarguitur; ita eiusdem quoque criminis vehementer suspectus redditur, dum rem huic
perfumilem gestam in Africa, Coss. Germanico & Saturnino, primo anno Claudij Impera-
toris,

A toris, Christi verò quadragesimo tertio, narrat his verbis *: Gneus Sidius Geta post Sueto-
nium Paulinum expeditione facta, rectà aduersus Salabum ducem eorù contendit, eumq;
semel atque iterum vicit. Qui cum relictis quibusdam ad limites, qui insequentes arce-
rent, ad arenosa confugeret; ausus est Sidius insectari eum: ac parte exercitus posita in
subsidijs, processit, aqua secum quantum potuit portata. Verùm ea absumpta, cum nulla
alia supereret, in summa hæsit difficultate, barbaris durantibus, eò quod sitim diutissimè
tolerare assueuissent, ac peritiam locorum aquam inuenirent. Romanis verò neque progredi,
neque regredi integrum erat. Cum quidam indigenarum confœderatorum Sidio au-
ctor fuit, vt incantationibus & magica arte vteretur, affirmans sapit se eo modo aquam
elicuisse. Cum paruisset, confestim aquæ vis cælitus fluxit, vt & sitim exercitus restin-
gueret, & hostes perterrefaceret, diuinum auxilium Romanis adesse opinantes: itaque
B vtrò pacis conditiones acceperunt.] hæc ipse.

* Diabiff.
Rom. lib. 60.

AQUA EXIN-
SPERATO
ROMANIS
DATA.

Sed mea sententia, quod (vt alijs superius dictum est) à Gentilibus Christiani, magi,
consueuerint appellari, Christiani hominis fidei potius, quàm magiæ id adscribendum
putarem. Si enim tantam vim Romani in magis hominibus esse sentient, vt, cum vel-
lent, è cælo pluuiam impetrarent, & in hostes fulmina intorquerent: cur, quæso, non
omnibus præliis magos, qui talia præstarent, semper adhibuerunt; vt eadem magica
arte, fulmine disiectis hostibus, certum semper triumphum referrent ex hostibus? Sed
miracula hæc fuerunt, iustorum piorumque precibus diuinitus impetrata: vt iure glorie-
tur Terullianus^b, sic dicens: Quando non geniculationibus & ieiunationibus nostris
etiam siccitates sunt depulsa?]

VIII.
MAGIÆ
FRIBVTAE
RES CHRIS-
TIANO-
RVM.

* Tertull. ad
Scapul. c. 4.

Rursum verò quod ad scriptores Gentiles pertinet, Claudianus^c & ipse Gentilis, C
quæ apud suos historicos legerat, his carminibus cecinit:

IX.
* Claudian.
in sexto Ho-
norij Consta-
lari, lib. 1.
EADEM BAR-
BARICA
CLADES A
CLAUDIANO
DESRIPTA

Non tantis parua studiis ad templa vocatus
Clemens Marce redi: cum genibus undique cinctam
Exiit Hesperiam paribus Fortuna periclis.
Laus ibi nulla ducum: nam flammæ imber in hostem
Decidit: hunc dorso trepidum flammante ferebat
Ambustus sonipes: hic tabescente solutus
Subsedit galea: liquefactaq; fulgure cuspis
Canduit, & subitis fluxere vaporibus ensis.
Tunc contenta polo, mortalis nescia teli,
Pugna fuit. Chaldaea mago seu carmina * ritum
Armauere deos: seu (quod reor) omne Tonantis
Obsequium Marci mores potuere mereri.]

* numina

D

At cum Gentiles & Christiani scriptores de re gesta æquè consentiant, discrepent
tamen ab inuicem, cum illi aut magiæ, aut precibus ac laudatis moribus M. Aurelij
tribuerunt: quorumnam fides præstet, iudicium omnium rectè sentientium, qui nec af-
fectione moueantur, libenter appellarem, si in re dubia & non omnino certa, Mar-
ciq; Imperatoris litteris publicis declarata, quæstio versaretur. Sed antequam easdem
recitemus; qui his temporibus proximi vixere scriptores Ecclesiastici, quid de ea re scri-
pserint, audiamus. Id quidem factum fuisse Christianorum precibus, apertè testari sunt,
cum agerent scriptis suis aduersus Gentes, qui his ipsis temporibus magna laude in Ec-
clesia claruere, Latinus, itemque Græcus, auctores, Tertullianus nimirum, & Apollina-
E ris Episcopus Hieropolitanus in Phrygia.

X.
QVOD DE
HIS CHRIS-
TIANI
SCRIPTO-
RES.

Et vt de Tertulliani testimonio in præsentiarum agamus; id quidem ipse non se-
mel, sed iterum professus est, nec clam in angulo, vt inter domesticos parietes eiusmodi
di à se scripta continerentur, sed quorum alia ad Romanos Antistites, alia ad Scapu-
lam Asiæ Proconsulem legenda darentur, ipso exordio persecutionis Seueri ab hinc pau-
cos post annos: nec id quidem leui quadam opinione permotus, aut rumore vulgi, sed
attestatione facta ex litteris Imperatoris; eis nimirum, quas tunc M. Aurelius (vt tra-
dit Dio) ad Senatum ex more misit. Poteest ne quis suspicari, in re tam memorabili,
cuius adhuc testes viuerent, atque coram redarguere possent, immodè & coram illis qui
Christianos alioqui leui ex causa deridere ac iurgiis insectari solerent, Tertullianum
mentiri potuisse? cum præsertim grauiissimam ageret causam, nempe fidei Christianæ de-
fensionem, & Christianorum vitam innoxiam commonstraret, ac ab omni prorsus cri-
mine

XI.
HISTORIÆ
VERITATIS A
TERTULLIA
NO CERTA
REDDITA.

mine alienam: cum à causa penitus se cadere intelligeret, si vel leuioris mendacij ab illis argui potuisset. cum alioqui in maximum fraudis crimen incurrisset, si, quæ parva esset meritis Imperatoris victoria, ipse Christianis procaciter tribuisset.

XII.
^o Tertull.
Apolog. c. 5.
REI GESTAR
SVMMATE
TVLLIANO
PERSTRIC
CTA.

Sed iam ipsum hæc libere loquentem *, & ipsos Antistites Romæ agentes scriptis grauitèr compellantem audiamus: Ceterum (inquit) de tot exinde Principibus vsque ad hodiernum, diuinum humanumque sapientibus, edite aliquem debellatorem Christianorum. At nos è contrario edimus protectorem: si litteræ Marci Aurelij grauissimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam sitim, Christianorum tortè militum precationibus impetrato imbri, discussam contestatur. Qui sicut palam ab eiusmodi hominibus pœnam dimouit, ita alio modo palam disperit, adiecta etiam accusatoribus damnatione, & quidem tetriore.] hæc Tertullianus in Apologetico (vt dictum est) ad Romanos Antistites. Idemque ad Scapulam ^b Proconulem agentem in Africa eodem persecutionis tempore eadem habet his verbis: Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione, Christianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in siti sua impetravit.]

XIII.
^o Euseb. lib. 5.
csp. 5.
APOLLINARIS DE EAD
DEM RE TE
STIMONIVM.

Eusebius ^c de eadem reagens, Apollinarem Tertullianumque adhibens testes, hæc ait: Antonini fratrem Marcum Aurelium Cæsarem, fama est, contra Germanos & Sarmatas aciem instruentem, cum exercitus illius ingenti siti opprimeretur, omnino non habuisse quid ageret. Vnde milites in ea legione, quæ Melitina appellabatur (quæ sanè ab illo tempore ad hanc nostram ætatem magnopere propter fidem commendata est) in ipsa acie contra hostes instructa, genibus humi politis (vt nobis, cum oramus, in more est) se ad preces Deo adhibendas totos conuertisse dicuntur. Ac dum hostes huiusmodi spectaculum magnopere mirabantur, aliud quoddam multo admirabilius statim consecutum fertur: fulmen enim hostes in fugam vertisse, eosque interemisse, & imbrem in exercitum eorum, qui diuini numinis opem implorauerunt, de cælo affatim ruentem eum vniuersum refecisse recreasseque, qui parum aberrat, quin præ siti intolerabili iam extingueretur. Eadem historia apud Gentiles scriptores, qui longè à nostra religione dissentiunt, quique laborem cœperunt, ea quæ illis temporibus agebantur, litteris prosequendi, recensetur. Commemoratur etiam à nostris: sed à Gentilibus scriptoribus, vtpote à fide alienis, quamquam miraculum illud ponitur, tamen quòd nostrorum hominum precibus euenerit, ex eorum scriptis minimè certe constat: at à nostris, vtpote veritatis fautoribus, simplici quadam oratione & minimè fucata, res verè, vt edita fuit, explicatur. Ex quorum numero est Apollinarius: qui affirmat, legionem, cuius precibus miraculum edebatur, Latino sermone Fulmineam ^d vsque ab illo tempore appellatam, illudque nomen, rei euentum scitè exprimens, ab Aurelio Cæsare ei tributum.] hæc Eusebius, qui mox testimonium subdit Tertulliani à nobis superius recitarum.

XIV.

Idemque auctor in Chronico eandem rem his verbis testatam reliquit: Imperator Antoninus, multis aduersum se nascentibus bellis, sepe ipse intererat; sepe duces nobilissimos destinabat: in quibus semel perniciter exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, siti oppresso, pluuia diuinitus missa est: cum è contrario Germanos & Sarmatas fulmina persequerentur, & plurimos eorum interficerent. Extant litteræ Marci Aurelij, grauissimi Imperatoris, quibus illam Germanicam sitim, Christianorum fortè militum precationibus impetrato imbri, discussam contestatur.] hucusque ille. His addimus nobile testimonium sancti Gregorij Nysseni ^d, qui celebrans laudes sanctorum Quadrageinta militum martyrum, qui Sebastæ in Armenia passi sunt, ab hisce militibus Christianis, qui tam insigne miraculum ediderunt, encomium auspicatus est; ea nimirum occasione, quòd gentiles fermè essent, nempe Armeni omnes: nam quod ait Eusebius, Melitinam eam legionem fuisse antea dictam, id accidit, quòd Melitenenses essent populi in Armenia, vnde illi nomen deductum esse videtur. Gregorius igitur rem gestam his verbis describit:

XV.
REI GESTAR
SERIES.

Erat vetus quædam circa vicinam vrbem militum manus, præsidium totius gentis aduersus impetus barbarorum. Illis, ex quadam antè oblata diuinitus apparitione, maiori studio fides erat, quam res ac disciplina militaris. Ac forsitan non intempestuum fuerit, vnum quoddam fidei virorum illorum facinus egregium obiter commemorare. Bello enim eis aduersus barbaros aliquando consilato, cum omnibus locis opportunis ab

A ab exercitu hostium præoccupatis, aquæ quoque in eorum potestate essent, ad extremum periculum redacti; siue imperitia nostrorum ducum, siue meliore ac diuino magis consilio atque dispositione; vt vel per hoc maximè appareret, quid interesset inter Christianos, atque externos & à fide alienos, cum nulla ratione rebus præsentibus mederi possent, magnaque trepidatio ac desperatio esset, cum nullus fons in eo loco, aut aliunde proueniens aquæ facultas eis appareret, periculumque esset, ne siti expugnati, ab aduersariis subigerentur: tunc præclari illi atque egregij, omisso armorum præsidio, inuisum, cuiue resisti non possent, auxilium in rebus asperis animaduertentur. Relictis enim in castris qui nondum fidem receperant, ac per se separati, imitantur id quod tempore Eliæ Prophetæ factum est miraculum; communi atque coniuncta voce precibus petentes, vt ex rebus desperatis, in quas incidissent, eriperentur. Atque illi quidem B precabantur: preces verò extemplò in opus conuertebantur.

Cum enim adhuc ipsi in oratione perseverarent, flatu violento nubes aliunde coacta sublimis in aère castris hostium imminebat: deinde fragoribus ingentibus superintonans, & fulgurum in subiectos incendia immitrens, aquam fluminibus vehementiorem præcipitabat: adeò vt aduersariis quidem tum continentia fulmina, tum continuationis imbrum vis extremi exitij causa existeret; his verò qui precum aciem opposuerant, ad vtraque sufficeret, tam ad vincendos hostes, quam ad sitis leuamen, quippe defluentibus torrentibus abunde potum ipsius suppeditantibus. His igitur adiunctus est noster cœtus eorum, qui de exercitu narrationibus illis etiam ipsi circa fidem confirmati, & eisdem studiis & exercitiis innutriti, in tantam animi indolem ac magnitudinem cuecti sunt, vt excellentia virtutum aduersus sese inuidiam excitarent.]

C Gregorius hæc pro concione narrans, planè innuit, eos, quos celebrat, licet diuersis temporibus ab istis claruerint, tamen his fidei imitatione fuisse coniunctos, qui & genere & patria æquè gentiles essent, & fortasse eiusdem milites legionis. Nam apud Romanos vetus illa erat consuetudo, eandem perseverare nomine legiones, easque nisi penitus periissent, loco mortuorum nouis semper militibus suffici solitas. Nam & clarissimus ille martyr Polyeuctus, qui temporibus Decij Melitinæ in Armenia ciuitate passus est, etsi non ex horum numero, eiusdem tamen Fulminatricis legionis miles fuit: in cuius martyrij Actis ^a, & quidem germanis, eiusdem rei gestæ narratio quoque retextitur, his scilicet verbis: Quidni enim faceret, qui talis erat, & genus illinc ducebat, & eiusdem fuerat soliditatis nobilium, inquam, & illustrium ex fide in Christum, qui sequebantur quidem Marcum Imperatorem bellum gerentem aduersus barbaros. Aquæ namque penuria laborabat Romanorum exercitus, tristisque erat Imperator, cum hostes quidem valde inualecerent, sitis autem inter cetera nostros vexaret. Alij autem Christi fortes milites, qui eandem implebant legionem quam hic venerandus martyr, cum se separassent, & procul ab exercitu remouissent, manus quidem pias ad Deum tollunt, piam quæ ab iis honorabatur, fidem acerrimè proferentes. Rogant autem Dei miserationes, vt eos benignis oculis aspicerent, & hanc soluerent necessitatem, quæ opprimebat multitudinem. Cum illi sic orassent, suis non sunt fraudati precibus. Nondum autem precationibus finem imposuerant; & densa nubes cælum subiens, aërem quidem impleuit tonitru, fulgura autem elisa micabant, & multa erupit pluuia: adeò vt, dum sic ferrentur fulmina & imbres, recreati quidem sint Christiani, plurimi autem barbari interierint; & ex eo sit legio nuncupata Κεγγυνοβόλα ^c, id est, fulminum iaculatrix.] hucusque ibi.

Quod autem ad nomen legionis spectat: cum omnes fermè consentiant eam ex admiranda illa fulminum immissione dictam esse Fulminatricem, siue Fulmineam; non sic quidem id accipiendum est, vt tunc primùm eo insigni nomine legio Romana nobilitata fuerit: nam Dione ^b auctore constat, iam Augusti tempore Duodecimam nominatam legionem, dictam esse Fulminatricem. Insuper extant alia antiqua monumenta id ipsum testantia, & in primis columna Capitolina, in qua legiones descriptæ habentur in hæc verba:

XVI.
PRECIBVS
IMPETRA
TA AQUA ET
FULMINA.

XVII.
ALIA TESTI
MONIA DE
RE GESTA.

^a Apud Me
taphrast. die
9. Ianuarij.

XVIII.
LEGIO DVOD
ECIMAE
FULMINA
TRIX.
^b Dio hist.
Rom. lib. 55.

CHRISTI 176.

SOTERIS PAP. 2.

M. AVR. IMP. 14.

Ex columella marmorea rotunda, qua Roma exeat in Capitolio, quam Lipsius edidit forma Plin. fol. 86 inscrip. 1.

II. AVG
VI. VICT
XX. VICTR
VIII. AVG
XXII. PRIM
I. MINER
XXX. VLP
I. ADIVT
XIII. GEM
I. PARTH

NOMINA LEG.
II. ADIVT
III. FLAV
VII. CLAVD
I. ITALIC
V. MACED
XI. CLAVD
XIII. GEM
XII. FVLM
III. GALLIC
II. PARTH

III. SCYTH
XVI. FLAV
VI. FERR
X. FRETE
III. CYREN
II. TRAI
III. AVG
VII. GEM
III. ITALIC
III. PARTH

Sed huic aliam subiicimus inscriptionem, qua pariter demonstratur, Duodecimam legionem dictam esse Fulminatricem:

Exstat Rome in Auentino in ecclesia S. Alexii, edita Lips. pag. 90. inscrip. 15.

C. VETTIO. C. F.
COL. NIGRO
DOMO ANTIOCHIA
SYRIA VETERANO
LEG. XII. FULMINAT
MILIT. ANN. XXVI
VIXIT ANN. LVII
EX TESTAMENTO

Rurfus vero ad omnem dubitationem tollendam de Fulminatricis legionis nomine, ante hanc Marci tempora extitisse, aliam subiicimus inscriptionem, qua de Traiani temporibus fidem facit: est huiusmodi:

Exstat Tergesta in vico Riburg. edita Lips. fol. 194. inscrip. 9.

PETRONIVS. C. F. PVB
MODESTVS P. P. BIS
LEG. XII. FVLM. ET. LEG. I. ADIVT
VICTR. TRIB. MIL. COTT. V. PR. PR
DIVI. NERVAE. ET. IMP. CAES
NERVAE. TRAIANI. AVG. GERM
PROVINC. HISPANIAE. CITER. ASTVRIAE
ET. GALECIARVM. FLAMEN. DIVI
GLAVDI. DEDIT. IDEMQUE. DEDICAVIT

Ex iis igitur cum satis perspicuum sit, Fulminatricem legionem longe ante hanc tempora extitisse, eandemque Duodecimam nuncupatam: proculdubio ab hac diuersa illa fuit, qua ob tam insigne miraculum meruit adeo nobilem gloriae titulum. Verum cum ex eiusdem Marci Imperatoris litteris constet, eo tempore non nisi quatuor legiones apud se habuisse, aliis aliis amandatis, quarum & recenset nomina, nempe Primam, Gemellam, Decimam, atque Fretensem: oportuit ex iis vnam nomen illud esse consecutam; & quemadmodum olim Duodecimae, sic modo vni ex iis idem nomen accessisse. Sed quod Dio, qui temporibus Seueri Imperatoris scripsit historiam, cum recenset omnes Romani Imperij legiones, non nisi vnus Fulminatricis, dictae Duodecimae, habuerit mentionem: meminisse oportuit, eundem Dionem ibidem testari, ab Imperatoribus exhaustas bello militibus legiones simul aliis admisceri, duasque in vnam redigi solitas. Vnde potuit accidisse, vt ex duabus Fulminatricibus legionibus Seueri tempore vna confecta fuerit. At cum Marcus Aurelius Imperator suis ad Senatum litteris rei gestae breuiter retexens historiam, non dicat legionem integram fuisse militum Christianorum, sed tantum in eo exercitu repertam esse magnam Christianorum militum multitudinem, quorum precibus tunc inflexum fuerit caeleste numen, vt fulmina iacularerur in hostes: par est credere, ipsum eosdem ob tam egregiam atque mirandum facinus, Fulminantium nomine nobilitasse, ac eosdem simul eiusdem nominis legioni pariter aggregasse, sicque immortale gloriae nomen eosdem in posteros propagasse. Porro haud ab iis Eusebius discrepat, cum eandem legionem Melitinam appellat: nam eosdem milites eiusdem ciuitatis ciues fuisse testatur: quam quidem legionem Duodecimam Fulminatricem in Cappadocia solitam agere, Dio affirmat. At de his haec tenus.

Euseb. lib. 5. cap. 5.

Sed

CHRISTI 176.

SOTERIS PAP. 2.

M. AVR. IMP. 14.

Sed praestat iam ipsas Marci Aurelij litteras, ad Senatum tunc scriptas, hic recitare. Descriptae quidem illae reperiuntur ad calcem Iustini Apologiae ad Antoninum Pium, eodemque loco vna cum ipsius Iustini operibus typis excusae. Sed sicut paulum diuersa earumdem reperiuntur vetustiora exemplaria, prout a diuersis auctoribus in Graecum sermonem primò, ac deinde in Latinum translatae: ita licet eadem ferme sit in sententiis, in verbis tamen aliqua videtur inesse varietas lectionis: quae etsi momenti nullius planè esse videatur, tamen eam ponemus in margine. Est igitur huiusmodi ex codice Vaticano eius editio:

Descripta etiam Panam. lib. 2. Fest.

IMP. CAESAR. M. AVRELIVS. ANTONINVS. AVGVSTVS. PARTHICVS
GERMANICVS. SARMATICVS. PONTIFEX. MAXIMVS. TRIBVNITAE
POTESTATIS. XXVIII. IMP. VII. COS. III. PATER. PATRIAE. PRO-
COS. S. P. Q. R. S. D.

Certiores vos feci de consilij propositique mei magnitudine, & quae in Germania mihi in discrimine atque oblidione, alia ex aliis acciderunt, cum in eius medio, labore atque aestu confectus fuisset. Sanè dum Carnuti essem, speculatores nobis indicarunt septuagintaquatuor hostium dracones prope nos nouem millibus adesse: idemque Pompeianus, quem bello ducem praefecimus, quod nos quoque videbamus, renuntiauit. Cumque in nostrorum militum exercitu haberemus tantum legiones Primam, Decimam, Geminam, & Fretensem, hostium verò nongentorum & septuaginta septem millia; meisque ipsius copias cum ingenti barbarorum atque hostium exercitu comparassem, deos patrios votis susceptis rogavi. Sed cum ab eis negligerer, meque ab hostibus premi animaduertem; copiarum mearum paucitatem contemplatus, eos qui apud nos Christiani dicuntur, accessiui ac rogavi; inuenique magnam eorum multitudinem: illosque minis compuli, quod minime decuerat, propterea quod postea illorum vim ac potestatem cognoui. Itaque non ad telorum praeparationem, non ad armorum, neque ad tubarum usum se contulerunt: hoc enim illis facere Dei causa & nomine, quem in conscientia gestant, gratum non est. Equum igitur est, vt, quos impios esse à Deo alienos opinabamur, eos existimemus Deo munitos esse. Cum enim se humi proiecissent, non solum precati sunt pro me, sed etiam pro toto hoc exercitu, vt famis, ac sitis, qua vrgebamur, remedium aliquod afferretur. quinque enim diebus aquam non sumpleramus, quod ea non suppeteret. Eramus enim in media Germania, montibus vndique conclusi. Simul autem atque sese humi abiecerunt, ac Deum illum precati sunt, quem ego ignorabam; statim è caelo pluuia delapsa est in nos quidem frigidissima, in Romanorum verò hostes grandio, ignis specie ac similitudine, & fulmina; eorumque orationibus ac precibus statim praesto Deus fuit, qui neque vinci, neque expugnari potest. Quamobrem illinc exorsi, concedamus talibus, vt sint Christiani, ne qua arma eius generis contra nos petant & impetrent. Censeo autem, neminem, quod Christianus sit, esse in crimen & in iudicium vocandum. Quod si quis inuentus fuerit crimini dare cuiquam, quod Christianus sit: ei quidem qui in crimen vocatur, manifestum fieri volo, si nihil aliud obiectum est, quam quod Christianus tantum, dimitti: eum autem qui Christianum accusauit, viuam exuri: illum verò qui Christianum se esse professus fuerit, periculo omni, quod ob eam rem ei intendebatur, liberatum. Is cui prouincia commissa est, nequaquam ad poenitentiam adigat, aut libertatem ei adimat. Haec autem S. C. etiam sanciri volo, atque hoc meum edictum in foro Diui Traiani proponi, vt legi possit. Cura autem erit Verrasio Pollioni Praefecto Vrbi, vt ad omnes prouincias haec constitutio mittatur: neque quisquam, qui eam exscribere, vel ipsa vti voluerit, prohibeatur. Valet. Meminit (vt diximus) harum litterarum Tertullianus, quarum exemplaria suo tempore complura extitisse tradit Orofius. Porro Pompeianus, cuius in litteris Marci mentio habetur, gener (vt dictum est) Marci fuit, qui Lucillam viduam nuptui tradidit.

al. Cotini, Carnuti signa erant militaria barbarorum.

Gemellam Fretenarium Conuentorū septuaginta septem millia] quae magis praestat.

consuetum


Tertull. Apolog. c. 5. et apud Euseb. lib. 5. cap. 5. Orof. lib. 7. cap. 15.

Euseb. lib. 5. cap. 20.

Viguisse idem Marci Imperatoris edictum Romae etiam temporibus Commodi eius filij & in Imperium successoris, ex eo quod scribit Eusebius Romae actum aduersus seruum, qui Apollonium Senatorem Christianitatis reum fecerat, liquidò apparet. ait enim: Ceterum huic misero ac perditio intempestiue & incommodè in iudicium ad

Christianum accusandum ingredienti, actutum (quoniam indices qui Christianorum nomina, solum quod Christiani essent, deferebant, Imperatoris edictum neci dare mandauerat) crura confringebantur, Perennio Iudice talem sententiam contra eum pronuntiantem.] hæc Eusebius.

XXIV. Extat hæcenus tam egregij miraculi, Christi virtute editi, quàm præclarum atque egregium monumentum in nobilissima illa Antonini columna, cochlide insigniter insculptum, vnà cum aliis eiusdem Marci Aurelij Imperatoris in bello Marcomannico facinoribus fortiter gestis: quam iure dixerimus egregium Christianæ victoriæ trophæum, æterna memoria consecratum: quippe quæ celebre illud factum contineat, cum (quod est in Psalmis ^a) intonuit de cælo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam: grando & carbonis ignis: misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.] Romanis verò apparuerunt fontes aquarum: & quod alibi ^b dicitur: Fulgura in pluuiam fecit] Visitur adhuc in ea imago expressa rei tam insigniter gestæ: sed iis plane signis, vt Iouis imbres dantis & illis fulgura admittentis repræsentet effigiem: quam ex ægraphice incisam, hac tibi forma exprimendam curauimus.



XXV. A. Imago hæc est Iouis Pluuij: ex diuersis enim effectibus, diuersis quoque nominibus à Gentibus Iupiter appellari consuevit: vnde & Phornutus hæc in libro de Natura deorum: Deinde eum Nubicogum, & Grandistrepum appellant, quòd supernè nubes cogat, & tonitrua, & illinc etiam fulmina & tempestates immitat. & paulò inferius: Ob alias, inquit, similes ac manifestas causas Pluuus, & Fructifer, & Descensor, & Fulminator, & alio sæpiùs modo secundùm diuersam sententiam appellatur.] ac pariter secundùm diuersas causas, diuersis quoque imaginibus solitus erat sculpi atque depingi. Cum igitur pluuiam daret, Pluuus dicebatur: & fundens vndique imbres vt ima-

ELVCIDA
TIO SCVL-
PTAE TAB.
LAE.

A (vt imago impressa demonstrat) effigiari pariter consuevit. Sunt Tibulli ^a versus de Ioue Pluio Ægyptiis tantum ignoto:

*Te propter nullos tellus tua postulat imbres,
Arida nec Pluuio supplicat herba Ioui.]*

Idemque apud Virgilium ^b appellatus est Æther, vt cum ait:

*Tunc pater omnipotens facundis imbribus Æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, &c.]*

At Arnobius ^c Iouem ipsum, pluuiam; dictum esse testatur: quem Tertullianus ^d eadem ex causa Aquilicem nominat: à Græcis itidem ab imbre *ὀμβρο* ^e dictus atque *ὕετος*, aliisque nominibus eandem rem significantibus, vt pluribus docet Lilius ^f. Porro Iouis Pluiij non erat obscurus cultus, nec priuatus: nam auctor est Strabo ^g, Indos quoque coluisse Iouem Pluuium.

B. Quod reliquum est de ceteris ibi sculptis eiusdem tabulæ imaginibus, illa tantum repræsentari videtur historia, cum sic fulminibus atque pluuiis confectum barbarorum exercitum Romanus miles insequitur. Quomodo autem idem castris potitus, eos, quos inuenit, in dedicationem accepit, quæ huic coniungitur in eadem reflexa columnæ zona historia sculpta declarat. At licet Marcus Imperator publicis litteris tantam diuinitus impartitam gratiam Christianorum precibus acceptam ferre professus fuerit: tamen vel quòd numen Christianorum illi esset incognitum, vel quòd inuidiosum admodum videretur, hæc Christianorum religioni tribuit, cui contradicebatur ab omnibus, oreque omnium Gentilium diffamabatur, à Ioue, quem colerent, illud fuisse concessum; idcirco Iouis pariter imago pluuiam dantis in columna fuit expressa.

C At planè accidit quod ait Tertullianus; vt sicut cuncta aduersa, quæ accidissent, à Gentilibus consueuissent Christianis adscribi; ita pariter quidquid boni fuisset Christianorum precibus impetratum, ab illis Ioui tribueretur. Quamobrem quod ad hanc rem spectare videtur, Tertullianus ^h aduersus Gentes scribens, hæc ait: Denique cum ab imbribus æstiuæ hiberna suspendunt, & annus in cura est; vos quidem quotidie pasti, statimque pransuri, balneis & cauponis & lupanaribus operati, Aquilicia Ioui immolatis, nudipedalia populo denuntiatis, cælum apud Capitolium quæritis, nubila de laquearibus expectatis, auersi ab ipso & Deo & cælo: nos verò ieiuniis aridi, & omni continentia expressi, ab omni vitæ fruge dilati, in sacco & cinere volutantes, inuidia cælum tundimus, Deum tangimus; & cum misericordiam extorserimus, Iupiter honoratur.]

Porro eandem columnam licet victoriis Marci Imperatoris exsculptam, tamen vt Christianæ fidei (vtcumque expressum sit) præclarissimum monumentum, superstitione verò Gentilitia obscuratum, barbarico olim furore deorsum incensam, ac desuper fulmine tactam (iuste numine cælitus fulgure vlciscente, quòd ex fulmine datam à Deo victoriam Gentilitas Ioui tribuerit) iam deformatam, multisque in locis è soliditate compaginis dissolutam, conuulsisque atque dissectis lapidibus stipiti inherentibus, iam colabantem S. D. N. Sixtus Quintus, summus Catholicæ religionis Antistes, magna impensa, summoque studio in pristinum gloriæ splendorem restituendam curauit, collocata super eius verticem constata ære, auroque tecta Pauli Doctoris gentium sacra effigie: vt vbi olim à Marco statutum Pio parenti fuerat simulacrum; ibidem illius qui ad veram pietatem Urbem excoluit, & Gentiles Christo subegit, ob præstantissimum virtutis meritum, signum nobilissimum cerneretur.

E
IESV CHRISTI ANNVS 177.
SOTERIS PAP. ANNVS 3.
M. AVR. IMP. ANNVS 15.

SEquitur Christi Redemptoris nostri annus septuagesimus septimus supra centesimum, Coss. Pisonæ ac Iuliano: quo occisus est Auidius Cassius Syrus ex ⁱ Cyri regione, hoc ipso olim duce Lucius Verus Parthos vicit, & captas ab eo Romani Imperij prouincias, Romano Imperio post omnes debellatos hostes restituit. Hic igitur iam diu antè moliturus tyrannidem, falso nuntio Marci Imperatoris morte accepta, inuadens Imperium, tenuit menses tres & dies sex; sed ab Antonino Centurione vulneratur, & à decurione ⁱⁱ neca-

^a Tibull. lib. 1. eleg. 7.

^b Virg. Georg. lib. 2.

^c Arnob. lib. 5.

^d Tertull. contra Marcion. lib. 3. cap. 5.

^e Lilius Græc. lib. 2. de or. Syntag. 2.

^f Strab. lib. 11. §. 1.

XXVII.

RES PROSPERAE TRIBVTARIE IOVI, RES ADVERSARIE CHRISTIANIS. Tertull. in Apolog. c. 49. in fine.

XXVIII.

STATVA S. PAULI POSITA SVPER COLUMNAM

ⁱ Cypri legio. ⁱⁱ Cypri legio. Cassii delectio.

CHRISTI
177.SOTERIS PAP.
3.M. AVR. IMP.
15.

necatur. hæc omnia pluribus Dio ^a, qui hæc post victoriam adeptam de Marcomannis A contigisse tradit. id ipsum affirmat Iulius Capitolinus ^b, dum ait: Post eandem victoriam consecutam voluit Marcomanniam provinciam facere, voluit etiam Sarmatiam facere; & fecisset, nisi Auidius Cassius rebellasset sub eodem in Oriente.] ac subdit: Relicto Sarmatico & Marcomannico bello, contra Cassium profectus est.]

I I. De clementia autem Imperatoris, qua non modò pepercit affinis & cognatis ipsius Cassij, & iis qui cum Cassio conspirauerant; sed & ipsi Cassio, nisi occisus fuisset, etiam indulisset; brevis extat epistola eiusdem Antonini, tunc reddita ad Faustinae coniugem, vindictam litteris exposcentem aduersus Romani Imperij perduelles, quam Volcatius Gallicanus ^c his verbis conscriptam recitat:

^cVolat. Gal.
lie. in Cassio.
MARC I
EPISTOLA.

Tu quidem mea Faustina religiosè pro marito & pro nostris liberis agis: nam relegi epistolam tuam in Formiano, qua me hortaris, vt in Auidij confocios vindicem, Ego verò & eius liberis parcam & genero & vxori; & ad Senatum scribam, ne aut proscriptio grauior sit, aut pœna crudelior. Non enim quidquam est, quod Imperatorem Romanum melius commendet gentibus, quàm clementia: hæc Cæsarem deum fecit, hæc Augustum consecrauit, hæc patrem tuum in primis Pij nomine ornauit. Denique si mea sententia de bello iudicandum esset, nec Auidius esset occisus. Esto igitur secura: dii me tuentur, diis pietas mea cordi est. Pompeianum nostrum in annum sequentem Consullem dixi.] hæc Antoninus ad coniugem. licet in eo ipse legem Maestatis ampliauerit, quòd post mortem quoque voluerit pœna prosequi delinquentem: nimirum cum statuit, vt in defunctum posset eiusmodi iudicium instaurari. Meminit eiusmodi constitutionis à Marco editæ Paulus Iurisconsultus ^d, ibi & de Drunciano Senatore socio Cassiani furoris, cuius bona post mortem à Fisco vindicari sunt iussa.

^dl. 6. §. 7.
C. ad leg. Iul.
M. Iul.

Quod autem pertinet ad Consulatum Pompeiani, quem diximus maritum Lucillæ, & generum Imperatoris, qui (vt vidimus) in expeditione Marcomannica præfuit exercitui: haud potest intelligi de primo Consulatu, quem ante biennium gessit, sed de secundo: non semel enim, sed bis à Marco Imperatore creatum fuisse Consullem; testatur Iulius Capitolinus ^e. quamobrem ex his quæ dicta sunt, referendus videtur Pompeiani secundus Consulatus anno sequenti: haud enim generum Principis inter suffectos allecctum fuisse putandum, cum præsertim iam ante annum fuerit designatus; sed excidisse è tabulis Consulatum eius Consulatus videtur, cum tam sequens annus, quàm ceteri aliis notati Consulibus habeantur. Cum igitur anno sequenti à nece Cassij eum creatum Consullem fuisse, ex litteris Imperatoris appareat: qui post præsentem sequitur annus, Consulatu Pompeiani secundo adscribendus videtur; & alter ex illis, qui eo anno ponuntur, inter suffectos potius aggregandus.

I V.

CHRISTIANI HABITI
OMNIVM
SCÆLESTISSIMI A
GEN
TILIBVS.
^fTertul. in
Apolog. c. 35.

Ex iis autem quæ ex Marci litteris mitius acta vidimus cum tyrannis, possumus intelligere, quanto deterioris conditionis olim apud eum fuerint Christiani, quàm crimini Maestatis obnoxij: quippe qui in Romanum Imperium conspirare, & in deos bellum gerere censerentur, quòd nec Imperatores nec deos adorarent: quam quidem calumniam Ecclesiasticos tractatores, qui pro Christianis Apologias scripserunt, sæpius oportuit refellisse: vt inter alios Tertullianus ^f, cum in primis demonstrat, neminem ex Christianis inuentum esse conspirasse cum dicto Auidio Cassio, vel aliis aduersus alios Imperatores tyrannidem exercentibus. ait enim: Vnde Cassij, Nigri, & Albini? Vnde qui inter duas Lauros obsident Cæsarem? Vnde qui faucibus eius exprimentis patæstricam exercent? Vnde qui armati Palatium irrumpunt, omnibus Stephanis atque Parthenis audaciores? De Romanis, ni fallor, id est, non de Christianis.] & alibi hæc in eandem sententiam: Sic & circa maestatem Imperatoris infamamur: tamen numquam Albiani, numquam Nigriani, vel Cassiani inueniri potuerunt Christiani: sed iidem ipsi qui per genios eorum iam pridem vsque iurauerant, qui pro salute eorum hostias & fecerant & vouerant, qui Christianos sæpè damnauerant, hostes reperti. Christianus nullius est hostis, nedum Imperatoris: quem sciens à Deo suo constitui, necesse est & ipsum diligat, & reueretur, & honorer, & saluum velit cum toto Romano Imperio, quàm diu sæculum stabit: tam diu enim stabit. Colimus ergo Imperatorem sic, quemadmodum & nobis licet, & ipsi expediatur.] hæc & alia complura eodem argumento Tertullianus.

V.

Quàm autem facile fuisset Christianis, si voluissent, Romanum Imperium inuadere, ac summa rerum potiri, vel si agere vellent armis, vel discessione idem penitus desolatum

CHRISTI
177.SOTERIS PAP.
3.M. AVR. IMP.
15.

A tum relinquere, pluribus monstrat: quæ nos superius, cum egimus de ingenti Christianorum multitudine, recitauimus: sed hic rursus (quòd ratio postulat argumenti) necessaridè oportune repetenda sunt: Si enim (inquit ^a) & hostes exertos, non tantum vindices occultos agere vellemus; deesset nobis vis numerorum & copiarum? Plures nimirum Mauri & Marcomanni, ipsique Parthi, vel quantæcumque, vnius tamen loci & suorum finium gentes, quàm totius Orbis? Externi sumus, & vestra omnia impleuimus, vrbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, Palatium, Senatum, & forum: sola vobis reliquimus templa. Cui bello non idonei, non proprii fuissetus, etiam impares copis, qui tam libenter trucidamur; si non apud illam disciplinam magis occidi liceret, quàm occidere? Potuimus & inermes, nec rebelles sed tantummodò discordes, solius diuortij inuidia aduersus vos dimicasse. Si enim tanta vis hominum in aliquem Orbis remoti sinum abruptissemus à vobis; suffudisset vtique dominationem vestram tot qualiumcumque amissio ciuium; immò etiam & ipsa destititione punisset, proculdubidè expauissemus ad solitudinem vestram, ad silentium rerum & stuporem quendam quasi mortuæ Vrbs quæstissetis quibus in ea imperassetis. Plures enim hostes quàm ciues vobis remansissent. nunc enim pauciores hostes habetis præ multitudine Christianorum penè omnium ciuium, penè omnes ciues Christianos habendo: sed hostes manutis vocari generis humani, potius quàm erroris humani. Quis autem vos ab illis occultis & vsquequaque vastantibus & mentes & valetudines vestras hostibus raperet? à demoniorum incurisibus dico, quæ de vobis sine præmio, sine mercede depellimus. Sufficisset hoc solùm nostræ vltioni, quòd vacua exinde possessio immundis spiritibus pateret. Porro nec tanti præsidij compensationem cogitantes, non modò non molestum vobis genus, verùm etiam necessarium, hostes iudicare maluistis: qui sumus planè, non generis humani tamen, sed potius erroris.] hæc ipse, significans (quòd dictum est) inter Gentiles arreptorum à dæmone fuisse innumeram multitudinem, qui omnes curarentur à Christianis: cumque ait, id eos præstare solitos sine præmio, sine mercede; diuersos quidem ab his illos fuisse declarat, qui (quòd ait Iurisconsultus ^b) ea arte lucrum facerent, sed de his superius, atque cum de Exorcistis egimus primo Annalium ^c tomo.

Sed quòd de Cassio tyranno primitus est instituta narratio: cum Tertullianus ^d loco citato dicat, eos in Imperium conspirasse, qui Christianos sæpè damnauerant: & quòd alibi addit, eosdem habuisse Christianos vt publicos hostes: ad hunc ipsum Auidium Cassium, præcipuum horum temporum tyrannum, respectum habuisse videtur: quem natura sæuissimum fuisse, Vulcatius ^e tradit, qui de eius sæuitia plura locutus hæc addit ^f: Quoniam de seueritate eius dicere cœpimus, multa extant crudelitatis potius quàm seueritatis eius indicia. Nam primum milites, qui aliquid provincialibus tulissent per vim, in ipsis locis, in quibus peccauerant, in crucem sustulit. Primus etiam id supplicij genus inuenit, vt stipitem grandem poneret pedum octoginta & centum, id est, materiam, & à summo vsque ad inum damnatos ligaret, & ab imo focum apponeret, incensisque aliis, alios fumi cruciatu; timore etiam alios necaret. Idem denos catenatos in profluentem mergi iubebat, vel in mare. Idem multis desertoribus manus excidit, aliis crura incidit ac poplites, dicens, maius exemplum esse viuents miserabiliter criminosis, quàm occisi.] Quòd si tam atrox in milites, quorum ope egebat; qualis fuisse putandus est in Christianos, quos sæpè damnasse vt hostes Imperij (quòd vidimus) Tertullianus affirmat?

At nec illud eiusdem Tertulliani prætereamus, dum loco superius citato ait Christianos castra, tribus, decurias, Palatium, & Senatum repleffe: quibus plane demonstrat, eos domi atque militiæ honores ac magistratus administrasse. quod & Vlpianus ^g I. C. de Proconsulis officio libro tertio his verbis visus est declarasse: Eis qui Iudaicam superstitionem sequuntur, Diui Verus & Antoninus honores adipisci permiserunt: sed & necessitates eis imposuerunt, quæ superstitiones eorum non lèderent.] hæc ipse: quæ de Christianis esse intelligenda, accuratus interpret ^h admonuit: qui tamen illud minus assecutus fuisse videtur, dum ait eam esse editam sanctionem post victoriam de Marcomannis beneficio Christianorum acceptam: nam cum ambo Imperatores eius legis citentur auctores, ante quinqueannium latam fuisse oportuit, cum adhuc viueret Lucius Verus Marci collega.

CHRISTIANI PACIFICI, INNOCENTII, ET OBSE-
QUENTES.
ⁱTertull. in
Apolog. c. 37.

GENTILES
ARREPTI-
TII.

^bl. 1. ff. de
var. & ex-
traor. cognit.
^cPrim. tom.
Annal. an-
no 56. nu. 10.

V I.
^dTertull. ad
Scapul. c. 2.

^eVulcat. Gal.
in Cassio.
^fTertull. in
Apolog. c. 35.
CASSII CRV-
DELITAS.

VII.

^gl. 3. in ff.
de Decurion.
CHRISTIANI AD HONORES ET MAGISTRATVS ADMISSI.
^hAlciat. disp. lib. 3. cap. 8.

IESV CHRISTI SOTERIS PAP. M. AVR. IMP. A
 ANNVS ANNVS ANNVS
 178. 4. 16.

I. **C**hristi anno centesimo septuagesimo octavo, Pollio & Aper bis ambo ponuntur Consules: sed alterum eorum fuisse suffectum, & Pompeianum generum Imperatoris Consulatum ordinarium gessisse, quæ dicta sunt ex Capitolino atque Vulcatio anno superiori, satis significare videntur. Verum quoniam Lampridius in Commodo & alij horum Consulatum, ut ordinariorum, meminerunt, quidquam mutare haud præsumptimus. In huius anni fine Commodum à patre & dignitatem Consulatus accepisse, & Imperatorem nominatum esse, ac vnà cum patre triumphasse, idem qui supra Lampridius ^a narrat his verbis: Post hæc Commodus, venia legis Annaria impetrata, Consul est factus, & cum patre Imperator est appellatus, v. Kal. Decembris, Pollione secundum & Apro Coss. & triumphauit cum patre.] adeptumque hoc anno Tribunitiam potestatem, nummi demonstrant, necnon Iulius Capitolinus.

II. At hæc (ut dictum est) in fine huius anni facta sunt: cuius exordio Marcus Aurelius Imperator, ut nutans Imperium Orientale sui præsentia stabiliret, in illas regiones profectiorem instituit vnà cum coniuge atque filiis: sed Antiochiam (inquit Capitolinus ^b) noluit videre, cum Syriam peteret: nam nec Cyprum voluit videre, ex qua erat Cassius. Fuit Alexandria, clementer cum iis agens: postea tamen Antiochiam vidit. Multa egit cum Regibus, & pacem confirmavit, sibi occurrentibus cunctis Regibus & Legatis Persarum. Omnibus Orientalibus prouinciis carissimus fuit, apud multos etiam philosophiæ vestigia reliquit. Apud Ægyptios ciuem se egit & philosophum in omnibus studiis, templis, locis. Et cum multa Alexandrini in Cassium dixissent fausta, tamen omnibus ignouit, & filiam suam apud eos reliquit. Faustina vxorem suam in radicibus montis Tauri in vico Halale exanimatam subito morbo amisit.

III. Petiit à Senatu, ut honores Faustinae ædemque decerneret: laudata eadem, cum tamen impudicitie fama grauitè laborasset, quod Antoninus vel nesciuit, vel dissimulauit: nouas puellas Faustianas instituit in honorem vxoris mortuæ: Diuam etiam Faustina à Senatu appellatam gratulatus est; quam secum & in æstiuis habuerat, ut Matrem castrorum appellaret: fecitque & coloniam vicum, in quo obiit Faustina, & ædem illi extruxit, sed hæc postea Heliogabalo dedicata est.] & paulò inferius: Orientalibus rebus ordinatis, Athenis fuit, & inter alia Cereris templum adiit, ut se innocentem probaret, & D sacrarium solus ingressus est. Reuertens in Italiam nauigio, tempestatem grauissimam passus est. Per Brundisium veniens in Italiam, togam iple sumpsit, & milites togatos esse iussit: nec vnquam fatigati fuerunt sub eo milites. Romam ut venit, triumphauit. Cum inde Lauinium profectus est, Commodum deinde sibi collegam in Tribunitiam potestatem iunxit.] hucusque de eius peregrinatione & Romam reditu Capitolinus.

IV. Ad hanc ipsam eius peregrinationem spectant, quæ de eodem Marco Aurelio Imperatore Ammianus Marcellinus ^c tradit his verbis: Ille cum Palaestinam transiret, Ægyptum petens, foerentium Iudæorum & tumultuantium sæpè tædio percitus, dolenter dicitur exclamasse: O Marcomanni! ô Quadi! ô Sarmatæ! tandem alios vobis deteriores inueni.] hæc tunc Marcus Imperator, cuius iudicio omnibus barbaris nationibus Iudæi deteriores sunt habiti. Sed de his primo tomo Annalium pluribus.

V. Quod verò ad præsentem statum rerum Christianarum spectat: quòd de Cassiana futura tyrannide quidam fuisset vaticinatus, & alia prædixisset, quibus animi perturbarentur, idem Imperator Marcus, rescribens ad Pacatum, ea omnia vetuit vaticinia. Meminit eius legis Vlpianus I. C. his verbis ^d: Denique Diuus Marcus eum qui de motu Cassiani vaticinatus erat, & multa quasi instinctu deorum dixerat, in insulam Syrum (est vna ex Cycladibus) relegauit. Et sanè non debent impune ferri huiusmodi homines, qui sub obtentu & monitu deorum quædam vel renuntiant, vel iactant, vel scientes effingunt.] hæc ille. His sanè Christianos prophetantes voluisse cohibere, mihi facile persuadeo: nam quæ è suis ipsorum templis vaticinia ederentur, qualicumque essent, magni facere conueniunt. Christianos quoque à Modestino notatos opinor, dum eiusdem Marci Imperatoris legem recitans, hæc ait ^e: Si quis aliquid fecerit, quo leues hominum animi supersti-

^a Lamprid. in Commodo.
^b Iul. Capit. in Marco.
^c Ammian. lib. 22.
^d Ispan. l. 7. de offic. Procons. ex frag. m. n. v. s. l. 1. 1. 1.

^e I. si quis aliquid fecerit, quo leues hominum animi supersti-

CHRISTI SOTERIS PAP. M. AVR. IMP.
 178. 4. 16.

A superstitione numinis terreantur, Diuus Marcus huiusmodi homines in insulam relegari scripsit.] his sanè notatos quoque esse Christianos, qui signis & prodigijs & malorum futurorum prædictione Gentilium animos perterrerent, existimo. Quam indigno animo hæc à Christianis prædici solita Gentiles ferrent, locuples testis est Luciani Philopater. Fuit hæc eadem querela Celsi Epicurei, eadem in Christianos obiicientis, in quem hæc Origenes ^a: Qualibus autem calliditatibus terriculisve fictitijs vulgus attrahamus, ut Celsus temerè obicit, proferat qui vult: nisi fortè quod de Iudice Deo, deque hominibus in eo iudicio rationem factorum suorum postulandis docemus, adstruentes id varijs modis, vel Scripturarum auctoritate, vel argumentis probabilibus, iste habet pro terriculis fictiis. Quamuis tandem (amica enim veritas) ipse Celsus ita loquatur: Abiit ut ij, aut ego, aut vllus mortalium tollat opinionem de iniustorum pœnis, & iustorum præmijs. Quæ sunt igitur alia terricula, quibus confectis, homines attrahimus?] hæc & alia de his Origenes.

B Rursum verò in derisionem Christianorum, qui de futuro incendio conflagraturi Orbis sæpè prædicerent, ludus & strophæ illa à derisore quodam excogitata videtur, quam Iulius Capitolinus ^b his verbis recitat: Vano cuidam, qui diripiendæ Vrbs occationem cum quibusdam concitijs requirens, de caprifici arbore in Campo Martio concionabundus, ignem de celo lapsurum, finemque mundi affore diceret, si ipse lapsus ex arbore in ciconiam verteretur: cum statuto tempore decidisset, atque ex sinu ciconiam emisisset, perducto ad se atque confesso Marcus veniam daret.] hæc ipse. Molestis sanè aures Magistratus accipere consueuisset Christianos de horribili futuro iudicio vaticinantes, exemplum Felicis Iudææ Præsidis in Actis ^c declarat: dum hæc ille audiens, tremore concussus, non est passus vltèrius orationem produci. Ceterum hæc Christianos frequentius inculcasse, & in auersas illorum aures ingessisse, Iustini martyris, Tertulliani, & aliorum Apologiæ, ac quæ extant fidelia Acta martyrum, sæpè demonstrant. Porrò hæc erant præludia quædam ad persecutionem in Christianos denuò excitandam: cum enim populi intelligerent, Christianos hisce legibus Principis exagitari, in eos furore percati audientius insurrexere. Sed de his dicendum anno sequenti.

IESV CHRISTI SOTERIS PAP. M. AVR. IMP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 179. 5. 17.

D Anno Domini centesimo vnde octogesimo, Commodus Augusto & Quintillo Coss. cum Marcus in Imperio annum ageret decimum septimum, Gentiles fauore Imperatoris de eis vbique locorum benemerentis elati, magnos inde sibi fumentes spiritus, Christianos ingenti vbique persecutione acerbè nimis exagitant. Testatur id eundem Eusebius his verbis: Ad decimum septimum annum Antonini Veri, grauis & acerba in nonnullis terræ partibus persecutionis procella, ex temerario populi impetu per singulas vrbes excitata, contra nos ingrauescere coepit.] hæc Eusebius. Eadem quoque de tempore testata habentur in Actis SS. martyrum Epipodij ^e & Alexandri, nimirum hoc anno decimo septimo Marci Aurelij Imperatoris persecutionem excitatam fuisse.

E At quoniam edicto Marci vetitum erat, ne quis Christianus, ob id tantum quòd esset Christianus, accusaretur; Gentiles illam consuetam ab eis exerceri fraudem, ad impune aduersus eos agendum, denuò prætexuerunt: nimirum cum horrendorum criminum apud Proconsules accusarent Christianos: liberam hanc & honestam (ut videbatur) aperientes calumnijs sibi viam, ut planè innumeram Christianorum multitudinem diris subicerent quæstionibus. Quam porrò aspera, quam atrox atque immanis hæc fuerit persecutio, ex iis quæ certa fide ex litteris Ecclesiarum Viennensis ac Lugdunensis describit Eusebius ^f, qualiter alijs plerisque in locis grassata fuerit, facile est existimare. sic enim & ipse Eusebius: Sicut ex martyris quæ in vna natione fortè confecta erant, coniectura planè de alijs licet augurari, infiniti prope martyres in reliquis etiam orbis terrarum regionibus generosa cæde pro Christo tolerata nobilitati sunt. Quæ cum memòria sempiterna digna re vera viderentur, litterarum monumentis ad posteritatem tradita sunt.] & post aliqua: In Gallia, inquit, stadium ad hæc obeunda certamina, quæ supra explanauimus, constitutum fuit. Cuius vrbes sunt facillè principes,

^a Orig. contra Cels. lib. 3.

^b Iul. Capitol. in Marco. DE FUTURO IUDICIO A CHRISTIANIS INCLUCATA SÆPÈ ORATIO.

^c Act. 24.

^d GENTILES IN CHRISTIANOS INSURGUNT. Euseb. lib. 5. cap. 1.

^e Apud Sur. 23. Ep. 24. Aprilis tom. 2.

^f EX CALUMNIIS IN CHRISTIANOS ILLATIS CONFLATVR PERSECVTIO.

^g Euseb. lib. 5. cap. 1.

cipes, & quæ præter ceteras omnium sermone præstare dicuntur, Lugdunum & Vienna, per quas vtrasque Rhodanum pertransire, ac præcipiti cursu per vniuersam Galliam præterlabi constat. Epistolam de martyribus illis scriptam, Ecclesiæ quæ ibi sunt illustrissimæ, Ecclesiis Asiæ & Phrygiæ miserunt; resque apud se gestas (earum enim verba citabo) isto pacto illis significarunt:

III. *Enchirib. 5. cap. 1. EPISTOLA VIENNENSIS ET LVGDVNENSIS ECCLESIAE RVM.*

Serui^a Iesu Christi, qui Viennam ac Lugdunum Galliarum incolunt, fratribus in Asia & Phrygia, qui eandem nobiscum redemptionis fidem & spem habent, pax, gratia, & gloria à Deo Patre & Christo Iesu Domino nostro sit vobis. Deinde cum in epistolæ exordio alia istis deinceps adiecerint, his verbis initium narrandi faciunt: Magnitudinem afflictionis quæ hoc loco ingrauescit, ingens Gentilium odium contra sanctos incitatum, supplicia quæ beati martyres placidè sustinuerunt, neque nos dicendo accuratè exprimere, neque scribendo à quoquam facile comprehendi possunt. Nam aduersarius noster aduentum suum, in quo audacter ac liberè Ecclesiam Christi oppugnaturus sit, iam quasi prælusionè quadam & proœmio breui futurum prænuntians, omnibus viribus (vt dicitur) Christianos adortus est: atque adeò vbique grassatus, suos confuefecit, & ad bellum contra seruos Dei gerendum vsu & exercitatione mirè instruxit. Quapropter non solum ædificiis publicis, balneis, & foro nobis interdictum est: sed etiam, ne quisquam nostrum vsquam locorum in conspectum prodeat, ab illis veritum.

IV. *CHRISTIANORVM IN VICTA PAVTIENTIA.*

At gratia Dei pro nobis cum diabolo decertauit, & hos, qui sunt paulò remissiore animo, eripuit è periculo: illos autem, qui patientia armati, tamquam firmæ fidei columnæ, non modò impetum hostis nostri diaboli facilè laturi videbantur, verum etiam in sua ipsorum capita eundem quodammodò prouocaturi, ex aduerso opposuit: qui tum in acie fortiter cum aduersario conflixerunt, omne opprobrij & supplicij genus toleranter sustinendo; tum celeri gradu maturarunt ad Christum, ea mala quæ erant ingentia & grauiora, exigua & penè nulla existimando: perspicueque re vera ostenderunt, quòd non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis^b. Ac primum cruciamenta, quæ confertim erant & tamquam cumulo à multitudine in illos coaceruata, viriliter & magno animo subierunt, vociferationes, plagas, violentos tractus, dilacerationes, lapidum proiectiones, carceres, & quidquid demique ab agrestibus & furiosis multitudine contra nos, veluti contra hostes & inimicos, fieri solet.

Rom. 3.

V.

Quotquot igitur erant à Tribuno plebis aliisque magistratibus, qui ciuitati præerant, in forum deducti, cum coram vniuersa multitudine esset ab illis de fide quæsitum, & eam ipsi liberè confessi fuissent, vsque ad Præsidis aduentum in carcerem coniecti conclusique erant. Deinde cum ducerentur ad Præsidem, & ille in iudicando omni crudelitatis genere contra nos nostrosque vteretur: Vetius Epagathus, vnus ex fratribus, immenso erga Deum & proximum ardore inflammatus, qui quidem cum non modò ad omne officium erga Deum & proximum sedulò exequendum impiger & propensus esset, verum etiam flagranti Dei amore & sacrosancti Spiritus instinctu exardescens, in omnibus Domini præceptis & iustitiæ & æquitatis institutis integrè incederet, adeò sanè accuratè vitam instituisset, vt, quamuis esset adolescens, eodem tamen testimonio, quòd Scriptura^c seni Zachariæ tribuit sacerdoti, dignus videretur: hic Vetius, inquam, iudicium tam temerè & iniuriosè contra nos pronuntiatum non poterat omnino æquo animo ferre, sed supra modum succensebat, postulabatque vt potestas ei daretur liberè in illo confessu pro fratribus respondendi: seque præcipue probaturum dicebat, nihil sceleris, nihil impietatis in nobis omnino posse reperiri.

VETIUS EPAGATHUS CLARISSIMVS MARTYR.

Lucæ 1.

VI.

Contra quem cum multitudinis frequentia, quæ tribunal circumstibat, admodum vociferata fuisset (erat enim inter illos illustris atque eximius) cumque Præsides etiam iustam ab eo propositam postulationem minimè posset tolerare, sed solum istud ab eo quæreret, vtrum esset Christianus: ille tum, simulatque erat clarissima voce hoc ipsum confessus, in sortem & numerum martyrum relatus est, ac deinceps Aduocatus Christianorum appellatus: nec planè immeritò: habuit enim aduocatum Iesum in animo commorantem, & Spiritum sanctum multò quàm Zacharias feruentiorem: quem per ingentem charitatis quasi cumulum, quo adductus adeò alacri & ardenti studio pro fratrum propugnatione suam ipsius vitam profudit, satis perspicue ostendebat. Christi igitur & est & tuit verus & germanus discipulus, qui agnum, quocumque eat, sequitur. Inde igitur inter reliquos Christianos facile cognoscebatur: nam martyres qui videbantur cete-

CONSESSIO VETII EPAGATHI CHRISTIANO RVM.

A ceteris facile præstare, in publicum prodibant, seque paratos ad omnia tormenta ostendebant: omni denique animi alacritate confessionem illam, quæ est martyrij propria, cumulatè pleneque explebant.

Sed extabant alij imparati, inexercitati, & animo fracto, qui acrem certaminis impetum ferre non poterant, ex quibus circiter decem numero animis ignauè & muliebriter conciderunt: qui profectò non modò magnum dolorem mentibus nostris & immensam acerbitatem inurebant, verum etiam aliorum qui hæctenus non comprehendebantur, quique martyribus etiam in acerbissimo cuiusque generis cruciatu iacentibus præstò semper aderant, & eos non aliquando desertos esse passi fuerant, alacritatem penitus reuderunt. Omnes igitur id temporis propter incertum confessionis euentum eramus graui metu percussi: non plagas quidem & supplicia, quæ illis post infligerentur, veriti, sed B ancipiti confessionis exitu mente præuiso, magnopere extimescentes ne quis præ languida animi infractione prorsus succumberet. Quotidie tamen qui digni corona martyrij habebantur, ad illorum numerum supplendum prehensi erant: vsque adeò, vt ex duabus hæc Ecclesiis omnes pij & studiosi viri, quorum doctrina & virtute in primis status illarum ritè administrari solet, eximerentur.

VII. *LAPSVS QUORVM DAM CHRISTIANO RVM.*

Quidam etiam Ethnici, nostrorum serui, vnà capiebantur (siquidem Præsides omnes nos passim perquiri præceperat) qui tormenta, quæ sanctos tolerare cernebant, reformidantes, contra nos, militibus satanæ impulsu illos ad hoc idem incitantibus, Thycsteas cœnas & incestus Oedipodis falsò commenti sunt, & alia quæ nobis nec eloqui nec cogitare quidem fas esse iudicatur: quin tale facinus aliquando inter homines admittum fuisse, ne credi quidem propemodum debet. Hæc quæ ibi referuntur de illatis in Christianos calumniis de tam obscœnis criminibus, quæ nam hæc essent nefanda crimina, quibus calumniosè ab Ethnicis Christiani infumulari solerent, iam satis à nobis superius multorum sententiis declaratum est, cum de hæresi Gnosticorum tractatio est habita. Quæ sanè (prosequitur epistola) cum essent fama & sermone hominum passim dispersa; omnes veluti immanes beluæ contra nos furere cœperunt: ita vt si qui antè propter necessitudinem moderatè se erga nos gessissent, tunc veluti rabie quadam incitati, dentibus frendere, insanireque propè viderentur, atque id adeò, quod à Domino nostro prædicabatur, in eo esse completum: Tempus venturum, in quo omnis qui vos occiderit, videretur obsequium præstare Deo. Vnde de cetero sancti martyres maiora quædam cruciamenta, quàm quæ possint oratione explicari, sustinere cogebantur, idque satana pro viribus in illud incumbente, vt aliquid blasphemie contra Christum ex eorum ore educeret.

VIII. *CALVMNIAE IN CHRISTIANOS OBIECTAE.*

Ioan. 16.

Supra modum igitur letale multitudinis vniuersæ, Præsidis, ac satellitum odium in diaconum nomine sanctum, Viennæ prognatum, & in Maturum etiam, recens quidem baptizatum, sed generosum tamen Christi athletam, efferebuit: in Attalum porro genere Pergamentum, columnam & stabilimentum continuum Ecclesiarum quæ hîc sunt: in Blandinam demique, per quam Christus euidenter ostendebat, eos qui apud homines viles, despecti, & contempti videantur, apud Deum propter charitatem erga illum non specie iactatam & simulatione, sed vi & virtute declaratam, magno splendore & gloria donari. Nam cum non nos solum pertimesceremus, sed etiam hera illius secundum carnem (quæ etiam ipsa vna martyrum pugna dimicauerat, ne, cum in certamen descenderet, præ corporis imbecillitate non liberè & ingenuè fidei suæ confessionem proloqui pergeret: Blandina tanto animi robore & virtute imbuebatur, vt tortores qui illam vicissim omni suppliciorum genere à primo mane ad vesperam vsque afflixissent, propè labore defessi languerent, seque tum ab illa victos, tum nihil ampliùs habere cruciamenti reliquum, quod ei irrogarent, faterentur; atque adeò magnopere mirarentur, quo pacto, cum totum eius corpus ita dilaceratum esset, perseverans spiritum ducere; palamque testarentur, vnum tormenti genus satis habuisse virium ad vitam ei eripiendam, nedum tam multis & variis opus fuisse. Verum beata martyr, sicut generosum athletam decet, in ipsa fidei confessione vires colligebat: atque prolatio istorum verborum; Christiana sum, & nihil apud nos admittitur sceleris; erat dolorum, qui eam vrgebant, summa leuatio, fomentum cruciatu, & cuiusque molestiæ depulsio.

IX. *SANCTVS DIACONVS, ATTALVS, MATVRVS, BLANDINA ILLVSTRES MARTYRES.*

Diaconus ille, Sanctus nomine supra quàm credibile est, & supra omnem humanum captum verbera à carnificibus impacta toleranter sustinens, cum scelerati illi carnifices propter

X.

CHRISTI
179.SOTERIS PAP.
5.M. AVR. IMP.
17.SANCTI
DIACONI
CERTAMEN.

propter assiduitatem & magnitudinem tormentorum, quæ ei infligebant, sperarent se aliquid quod indecorum & eius professioni parum consentaneum videretur, ab eo audituros: ipse tanta animi celsitate & constantia illis ex aduerso resistit, vt ne nomen quidem vel suum, vel gentis vel ciuitatis, vnde fuit, neque vtrum seruus, an liber, illis vellet dicere, sed ad omnia rogata ita Latino sermone responderet, Christianus sum; istudque pro nomine, pro ciuitate, pro genere, & denique pro re quaque iterum ac sæpius eloqueretur. Aliam autem vocem Gentiles ab eo elicere audireque non poterant. Vnde tam graui & acerba bile animus cum Præfecti, tum tortorum contra illum inflammabatur, vt cum nihil haberent supplicij, quod ei deinceps imponerent, ad extremum laminas æneas feruentes & ignitas tenerrimis corporis membris affigerent. At ille, quamquam corporis membra exurebantur, firmus tamen, constans & immutabilis in fidei confessione persistit: quippe qui diuino & cælesti fonte aquæ vitalis, quæ ex Christi ventre profluit, tamquam rore cum aspersus, tum roboratus erat: corpus autem testimonio fuit eorum quæ ipsi acciderant, vt pote vulneribus & vibicibus totum cruentatum: quod quidem sic in rugas erat contractum, vt exteriori hominis formam prorsus abiecerat, in quo Christus afflictionis particeps res præclaras ad suam ipsius gloriam gessit, cum aduersarium profligando, tum ceteris præclarum exemplum ostendendo, nullum esse metum, vbi Dei Patris charitas; nec vllam molestiam, vbi fides Christi viget. Nam quamquam impij carnifices paucis diebus post, cum martyrem denuo torquerent, putabant, si corporis membris superiore iam cruciatu tumidis, & inflammatione quadam effervescentibus, eadem supplicia accumularent, vel se illum facile euicturos (præsertim cum nec manuum propè tractationem perferre iam posset) vel illum tormentis tandem extinctum, grauem reliquis horrorem incussurum: tamen tantum abfuit, vt in illo aliquid eiusmodi contingeret, vt etiam præter omnium hominum opinionem, corpus in illis posterioribus tormentis recreatum, & integrum restitutum, formam priorem atque vsum membrorum recuperaret: adeo vt in secunda illa carnificina non inflicta pœna, sed medicina per Christi gratiam adhibita videretur.

X I.
BIBLIDIS
MARTY-
RIVM.* Plin. lib. 10.
epist. 97.

X I I.

DIRA CRY-
CIAMENTA
SS. MARTY-
RVM.

Porro Biblidem, vnam ex eorum numero qui fidei confessionem pernegassent, cum iam diabolus à se prorsus absorptam putaret; cupiens etiam per blasphemiam in Deum condemnationem eius augere, ad supplicium deducendam curauit.] hæc ibi. Moris fuisse penes Gentiles, insequentes Christianos, non tantum deorum cultum quacumque via captatum, & Christi negationem ab illis extorquere, sed etiam in Christum blasphemias iubere, cum in alijs sanctorum martyrum Actis, tum in recitata superius Smyrnenfis Ecclesiæ epistola, & in ea quam Plinius * scripsit ad Traianum, facile apparet. Sed prosequamur cetera: Eamque velut fractam & ignauam impia in nos & flagitiosa probra loqui impulit. Illa tamen in tormento rediit ad se, atque (vt ita dicam) ex profundo somno excitata est, præsentis supplicio quodammodo submonita, vt de aternæ gehennæ pœna serio cogitaret. At contra quam diabolus expectabat, maleuolis Christianorum obrectatoribus ex aduerso sic respondit: Quomodo eiusmodi viri liberos suos deuorare, in animum potuerunt inducere, quibus ne licitum quidem sit, sanguinem animalium ratione carentium comedere? & ab eo tempore se Christianam ingenuè confessa est, & forti numeroque martyrum adiuncta.

At cum tyrannica crudeliaque illa suppliciorum genera per beatorum patientiam, Christi virtute firmatam, frustra imposita irrogataque viderentur, diabolus alias quoddam machinas de integro contra illos excogitauit; nempe vt in carcerem coniecti, interdum in locis horrida caligine obsitis & plenis molestiarum miserè iacerent: nonnumquam illorum pedes in crassas compedes impositi distinerentur, & ad quintum vsque foramen longa intercapedine interposita distenderentur: aliquando vexarentur alijs plagarum modis, quos rabidi diaboli ministri, illiusque maleuolentia suffusi, hominibus in carcere conclusis incutere solent: vsque adeo, vt complures, quos Dominus eo pacto è vita exire volebat, ibi ob foetidum odorem & loci angustiam penitus suffocarentur. Quin etiam non pauci, in quibus illic Dei gloria perspicuè ostensa erat, quamuis ita acerbè excruciatii fuissent, vt nulla curatione adhibita viderentur amplius posse vitam protrahere; in carcere tamen superstites manebant, omni humana quidem cura & subsidio orbati & destituti; à Domino tamen tum corporis, tum animæ viribus ita roborati confirmati que erant, vt ceteros ad fidem constanter tenendam tuendamque incita-

CHRISTI
179.SOTERIS PAP.
5.M. AVR. IMP.
17.

A incitarent, & grato admodum subleuarent solatio. Alij autem modò capti, & recens in carcerem contrusi, quorum corpora antehac tormentis subeundis callum haud contraxerant, pondus carceris & grauitatem minimè poterant ferre, sed intus breui mortem oppetebant.

B Beatus item Photinus, cui Lugdunensis Episcopatus ministerium erat concredidit, cum nonagesimum suæ ætatis annum præterisset, & corporis imbecillitate ita languesceret, vt vix posset propter virium infirmitatem, qua distinebatur, liberè spirare; spiritus tamen alacritate, propter ardentem qua flagrabat martyrij cupiditatem, plurimum recreatus, ad tribunal gestabatur: & tamen corpus eius iam præ decrepita ætate & cruciatu morbi penè exhaustum esset, anima tamen in ipso seruabatur integra, vt per eam Christus gloriosè triumpharet. Qui quidem ad tribunal, magistratibus ciuitatis eum comitantibus, & vniuersa multitudine varias cuiusque modi vociferationes contra illum, vt pote Christianum, edente, à militibus deductus, præclarum fidei testimonium perhibuit. Cum enim à Præside rogaretur, quis esset Christianorum Deus; respondit: Si tu ea re dignus sis, cognosces. Inde igitur asperè & immisericorditer raptatus, varias plagas excepit, cum ab iis qui stabant in proximo, qui nihil eius ætatem reuerentes, manibus pedibusque in illum contumeliosè insultabant, tum ab illis qui longius erant remoti: qui, quod singuli habebant in manibus, illud in illum coniecerunt: idque propterea, quod omnes permagnæ culpæ & impietatis loco ducebant, si quisquam petulanter illum insectari vlla ex parte omitteret: nam deorum suorum causam se ita vindicatos arbitrabantur. Ille vix iam spiritum ducens, in carcerem coniectus fuit, ac biduo post efflauit animam.

C Ibi verò singularis Dei prouidentia apparuit, & infinita Iesu Saluatoris misericordia patefacta est: quæ sanè talis fuit, qualis quidem rarè inter fratres Christianos contigisset, à diuina tamen Christi virtute ac potentia non omnino aliena. Nam qui, vt primum erant comprehensi, fidem inficiati fuissent, non modò in carcerem cum ceteris condebantur (nihil enim illis, vt tempus ferebat, negotio attulit adiumenti) verum etiam suppliciorum eorumdem erant facti participes: atque sicut illi qui ingenuè fatebantur se esse quod erant, nullo alio crimine obiecto, nisi quod Christiani essent, tradebantur in custodiam; sic isti, qui fidem pernegarant, de reliquo in carcere tamquam homicidæ & scelerati detinebantur, duplo grauiore cruciatu & angore, quam ceteri, afflictati. Illos enim subleuabat læticia ex martyrio percepta, spes promissorum, charitas in Christum, sacer Patris Spiritus. hos magnum & graue conscientia pondus admodum vexabat; vsque adeo, vt dum pro hominum frequentia palam gradiebantur, ipso vultu ab omnibus alijs facile internoscerentur. Illi enim hilares in publicum progressi sunt, in quorum vultu decor quidam gratia & venustate multa aspersus enituit; sic vt vincula etiam, quibus velut sponsa aurearum fimbriarum varietate decorata, mire erant illustrati, egregium quendam ornatum illis adieciisse viderentur: tam suauem item & fragrantem ex ipso Christo egredientem efflarunt odorem, vt nonnullis artificioso quodam vnguento & manu composito delibuti putarentur. hi autem demissi, abiecti, aspectu horridi, turpi ignominia labe deformati, à Gentilibus porro veluti ignaui, effeminati que probris contumeliosè affecti; ac denique cum honoratum, gloriosum, & salutare nomen Christi amississent, perinde ac si homicidij rei fuissent, homicidæ iam appellari. Ista vbi ceteri coram aspexissent, magnopere roborati erant, & animo constabili.] & paulò post:

E His igitur rebus confectis, de reliquo martyria, quæ in ipsorum vitæ exitu suffererant, in quæque suppliciorum genera dispertiebantur: siquidem vnam coronam beati martyres ex vniuersis & variis cuiusque generis flosculis contextam complicatamque Deo Patri obtulerunt. Quocirca par erat, generosos & insignes Dei athletas, vbi multiplex & varium martyrij certamen subierant, illustremque ab hostibus reportarant victoriam, præclara immortalitatis corona decorari. Maturus ergo, Sanctus, Blandina, & Atralus, die cum bestiis dimicandi in nostrorum hominum cruciatum de industria præstituta, ad bestias ducebantur, quo publicum & commune Gentilibus spectaculum plenum inhumanitatis & læuitiæ exhiberent. Atque Maturus & Sanctus in amphitheatro omne genus tormentorum denuò subeunt, perinde ac si nihil cruciatu antea fuissent omnino perpessi: immò verò athletæ, qui modò aduersarium per varias certaminum vices strenuè profligassent, & pro corona vitæ ipsis propolita postremum iam certamen haberent in ma-

Annal. Eccl. Tom. 2.

T

nibus

XIII.

PHOTINI
EPISCOPI
LVGDVNEN-
SIS MAR-
TYRIUM.

XIV.

APOSTATA-
RVM AFFLI-
CTIO.DISCRIMEN
SONTIVM
ET INSON-
TIVM FEL-
DELIVM.

XV.

MARTYRES
AD BESTIAS
DELATI.

nibus ad conficiendum, de integro tum verberum traiectiones, quibus homines illic A
plecti solent, sustinent, tum crudeles ferarum tractus, tum alia omnia cruciamentorum
genera, quæ insana & furiosa plebs alij aliunde cum vociferatione illis infligi postulabant,
tum denique ferreas cathedras & ignitas illorum membris suppositas, quibus corpora
miserè frisa & exusta erant. Et quamquam Gentiles pestifero illorum nidore non absque
molestia saturabantur; tamen ne ea quidem re deterriti, ab insania sua desistunt, sed per-
gunt adhuc magis magisque furere: quandoquidem illis in optatis erat, eorum patientiam
prorsus euincere. Ceterum ab ipso Sancto nihil aliud elicere poterant, præter illam
vocem, quam ab initio de fidei suæ confessione proferre consueverat. Isti autem marty-
res, quoniam in hoc ingenti certamine vita adhuc in ipsis residebat, singularium certa-
minum loco, quæ magna cum varietate ibi fieri solebant, illo die spectaculum vniuerso
populo præbentes, ad extremum securi percutiuntur. B

XVI.
BLANDINA
ITERVM
CRUCIATUR.

At Blandina, trahi lignæ sublimis affixa, præda bestiis incurfantibus obicitur: quæ
quoniam & in crucis specie suspensa cernebatur, & ardentè preces fundebat, magnam
concertantium mentibus alacritatem iniecit: quippe in ipso certamine ex forore cruci
suffixa, ipsum Christum qui pro nobis crucifixus est, oculis corporeis quodammodò vi-
debant; vti credentibus in illum pro certo persuaderetur, quòd qui pro eius gloria quid-
quam perpetiatur, hereditatis sit cum Deo viuente consors & particeps futurus. At cum
nulla bestia eius carnem tangere vellet, à trabe mox abrepta, in carcerem iterum trudi-
tur, & in aliud referuatur certamen: vt per varia concertationum genera victrix facta,
tum tortuosum serpentem condemnationi, quam ab se auertere non posset, iure addi-
ceret, tum fratres ad constantiam pariter incitaret: quæ licet humilis, imbecillis, & pro-
pè abiecta virgo esset, armatura tamen Christi fortis athleta induta, non solum per mul-
tas cruciamentorum vices aduersarium superauit, verum etiam per illustre illud certam-
en coronam immortalitatis tandem consecuta est. C

XVII.
ATTALVS
ITERVM
FORNAS
REVOCATUR.

Attalus item, clarus & magni nominis vir, importuno multitudinis rogatu ad suppli-
cium euocatus, ob rectè factorum conscientiam (siquidem ingenuè in Christiana insti-
tutione & disciplina exercitatus, fidelis semper apud nos & constans veritatis testis exti-
tisset) alacri animo certamen ingreditur. At cum vndique per amphitheatrum circum-
duceretur, tabula, in qua Latinis litteris hæc inerat inscriptio, HIC EST ATTALVS
CHRISTIANVS, illum præcedente: cumque in eum admodum petulanter populus
insultaret: Præses, vbi Romanum esse didicisset, mandauit vt in carcerem denuò, cum
reliquis qui in eodem erant, concluderetur: de quibus litteris ad Cæsarem scripsit, cuius-
que expectauit de illis sententiam.] More quidem & vsu receptum erat, quòd in ciues D
Romanos Præsides ac Proconsules ius gladij non haberent, vt si qui aliquo comprehensi
delicto essent, Proconsules vel de eo ad Imperatorem scriberent, vel (quod noscitur fe-
cisse Plinius *) eosdem ad ipsum amandarent Imperatorem. Sed rursum epistola:

* Plin. lib. 10.
epist. 97.

XVIII.
LAPSI RE-
VOCATI AD
EIDEM MAR-
TYRIVM
CONSE-
QUUNTUR.

Tempus verò quod interea intercedebat, illis quidem neque otiosum, neque infrugi-
ferum fuit, sed per mortem eorum dilatam immensa Christi clementia quasi lumen suum
propalam profudit. Nam inter mortua Ecclesiæ membra viuorum subsidij fuerunt ad
vitam reuocata: & qui fidem confessi fuissent, iis qui eandem pernegassent, magna be-
neficia detulerunt: atque adeò permagna lætitia matri & virgini Ecclesiæ exorta est; cum
eos quos abortu tamquam mortuos eiecisset, viuos & incolumes recuperasset. Illorum
enim hortatu & exemplo complures, qui fidem negassent, erant tamquam in vtero ma-
tris Ecclesiæ iterum concepti, iterum in membra formati, iterum ad vitam reducti, ite-
rum denique ad fidem suam consistendam perducti. Atque cum ad vitam essent resti-
tuti, & viribus confirmati, suauitatem Dei, qui non vult mortem peccatoris, sed pro
sua benignitate eum ad poenitentiam inuitat, animis haurientes, ad tribunal spontè ac-
cedunt, vt iterum à Præsede de fide denuò rogarentur. Nam cum Cæsar responsum per
litteras misisset, illos qui Christi fidem conhterentur, tympanis esse torquendos; hos
autem qui eandem inficiarentur, in principio mercatus, qui hic celebrari solet, qui-
que est propter frequentiam hominum ex omnibus eò gentibus commeantium, mul-
totum sermone nobilitatus, liberos dimittendos: Præses beatos martyres, tamquam
spectaculum & gloriosam pompam de illis multitudini præstaturus, ad tribunal deduci
iubet, iterum in quæstionem vocat, datque sententiam, vt qui municipes Romani es-
sent, securi percuterentur, reliqui autem amandarentur ad bestias. Christi verò gloria in
his

A his qui antea fidem abnuerant, tunc tamen, præter Gentilium opinionem, eandem in-
genue constabantur, magnopere illustrata fuit. Etenim illi cum priuatim in quæstionem
dati essent, quasi pro certo absoluedi: tamen se Christianos vere consistentes, martyrum
choro adiciebantur. Alij autem falsi Christiani à fide penitus lapsi, qui neque vestigium
aliquando fidei, neque sensum & significationem vestis sponsalis, neque cogitationem ti-
moris Dei in animis insidentem habebant, sed per nequam eorum conuersationem viam
veritatis contumelias affecerant, hoc est, filij perditionis, foris extra Ecclesiam permanse-
runt; ceteri vniuersi fuerunt in Ecclesiam denuò adscripti.

De quibus cum haberetur quæstio, Alexander quidam genere Phryx, arte & scientia XIX.
medicus, multis annis in Gallia commoratus, omnibus terè propter charitatem erga ALEXANDRI
Deum & liberam in verbo prædicando alacritatem cognitus (non enim doni & muneris CERTAMEN
B. Apostolici expers erat) cum adstaret tribunali, & illos fratres nutu ad confessionem fidei
hortaretur (iis qui vndique tribunal circumstitebant, videbatur tamquam parturiens)
populi multitudo confessionem eorum, qui antea inficias iussent, ægrè ferens, contra
Alexander, tamquam eius rei caput & auctorem, vociferari cœpit. Vbi verò Præses in-
stabat, sciscitabaturque quisnam esset; respondet, se Christianum esse. Vnde Præses ad
iracundiam prouocatus, illum condemnat ad bestias.

Postero autem die eandem cum Attalo dimicationem (Præses enim, quòd populo XX.
gratificaretur, Attalus denuò bestiis obiecit) Alexander ingreditur. Hi duo in am- ALEXANDRI
phitheatro omnes machinas, ad eorum cruciatum excogitatas, tamquam præteruerti, ET ATTALI
maximumque certamen perpeffi, ad extremum gladio feriuntur. Alexander autem CONSUM-
neque ingemuit, immò verò ne gry quidem ore exulit, sed interiore mente & cogita- MATIO.
C. tione, quasi cum Deo sermones contulit. Attalus verò vbi in ferrea cathedra iam can-
denti esset impositus, & eius incendio ambugustus, quando nidor & fumus e corpore in
sublime ferebatur, Latino sermone multitudinem sic affatus est: Ecce, ecce, hoc quod
vos præstatis, est homines vorare: nos quidem neque voramus homines, neque aliud
quidquam sceleris patramus. Rogatus tandem, quòd nomen Deus haberet: respondet,
Deum nomen non habere more hominum.

Quibus omnibus confectis, postremo die singularium certaminum aduentante, Blan- XXI.
dina, & adolescens Ponticus circiter quindecim annos natus (hi autem quotidie intro- BLANDINA
ducebantur ad reliquorum supplicia contemplanda) in amphitheatrum inferebantur, ITERVM
vrgebanturque per Gentilium idola iurare. At quoniam illi perstabant constantes, & ea CVM PON-
despectui ducebant; vesana multitudo contra illos asperè & ferociter sauebat, adeò vt TICCO CRV-
D. neque adolescentuli commiserarentur atatem, neque mulierem omnino reuerentur: CIATA.
omnibus igitur tormentis eos obiectare, & per quoduis supplicij genus vndique agitare
cœperunt, & sine intermissione nunc hanc, nunc illum per ipsorum deos iurare im-
pellebant. Ceterum hoc nullo modo poterant efficere: nam Ponticus, qui ita à foro-
re erat exuscitatus, vt Gentes eam esse animaduertent, quæ illum cohortata fuisset
confirmassetque, post omnia cruciamentorum genera viriliter & magno animo tolerata,
extremum spiritum edidit.

Beata Blandina omnium postrema, tamquam nobilis & generosa mater, vbi liberos XXII.
animauerat ad poenam, & victores ad Christum Regem præmiserat, ipsa eosdem cum li-
beris certaminum cursus remensa, ad eosdem læticia gestiens, ac de ipso vitæ suæ exitu
permagno gaudio exultans, properabat, non quasi ad bestias crudeliter proiecta, sed ad
E. coenam sponsi amicè inuitata. Atque post verbera, post bestiarum laniatus, post sartaginis
exustionem, ad extremum in rete inuoluta, tauri ictibus obiectatur. Quæ cum ab animali
illo diu multumque icta exagitataque fuisset, ac nullum sensum cruciamentorum, quæ
hactenus ei obrigissent, partim propter spem, qua Dei promissis firmè adhærescebat, partim
propter colloquia quæ intra se cum Christo conferebat, omnino haberet, tandem
ense iugulata fuit. Vnde Gentes ipsæ palam testabantur, mulierem apud se numquam toc
tamque acerbata tormenta tam constanter pertulisse. Verum eorum rabies & crudelitas in
sanctos non ita exaturata fuit. Nam ab immani & furiosa bellua diabolo immanes illæ &
barbaræ Gentes exagitata, vix, aut ne vix quidem à furore suo aliquando acquieuerunt;
immò verò in corporibus martyrum suam de integro contumeliam cœperunt & male-
uolentiam exercere: nam quamuis martyrum constantia penitus essent superata, tamen
quia omnem humanam rationem omnino exuissent, illarum amentia minimè fuit retar-
data

CHRISTI
179.SOTERIS PAP.
5.M. AVR. IMP.
17.

data repressaque; sed acerba bilis cum Præsidis, tum populi, qui quidem in eos letale odij sui virus euomebant, tamquam immanis bellua magis magisque incensa: sic ut Scripturæ verè impleteretur: Impius adhuc impiè agat, & iustus iustificetur adhuc.

* Apoc. 22.

XXIII.
CORPORA
SANCTORVM
CANIBVS
OBVICIVN
TVR.

Etenim corpora eorum, quos carceris pestifer odor & cruciatus suffocauerat, canibus dilaceranda obiciuntur: studioseque nocte & die observant, ne quisquam de nostris illos tumulis mandet. Tandem verò martyrum in amphitheatro interfectorum membra, quæ nec bestia adhuc vorarant, nec ignis absumperat, partim minutatim dilaniata, partim instar carbonum ambusta, quinetiam securi percussorum capita unà cum corporis truncis collecta, dies complures similiter militum excubiis insepulta custodiunt.

XXIV.

QVAE GEN
TILES IN
CHRISTIA
NOS EFFV
TIRENT.

Porro alij fremere, & dentibus contra eos frendere cœperunt, toto animo connitentes aliquam grauiorem in ea exercere contumeliam. Nonnulli irrisione ludere, & falsos cachinnos tollere, summaque commendatione & præconio idola sua efferre: quibus quidem tamquam auctoribus, poenam & ultionem Christianorum acceptam retulerunt. Non pauci, quamquam facti aliquanto modestiores erant, & de illorum afflictione aliquantum condolefcere videbantur, verbis tamen eos acerbè vexare ad hunc modum: Vbi iam illorum Deus? Quid illis hæc profuit religio, quam suæ ipsorum vitæ præposuerunt? Quæ ad Gentilium crudelitatem pertinebant, talem habebant veritatem: quæ autem ad nos, videbantur sanè magnum mœrorem propterea in se complecti, quod martyrum corpora humo tegendi nulla dabatur facultas. Neque enim nox ad hanc rem aliquid afferre præsidij, neque magna pecuniæ vis eorum animos flectere, neque preces vlla ex parte placare poterant. Sed nulla non ratione & via corpora illa erant assidue ab illis obferuata; & id quasi in magno lucro deputatum, si penitus inhumata iacerent.

XXV.

CINERES
MARTYRV
PROIECTI
IN FLVIVM.

Paulò post etiam ista addunt: Martyrum corpora sex dies continuos sub dio iacentia, & maxima ignominia affecta; post autem ab impiis illis & facinorosis carnificibus exusta, inque cineres redacta, in Rhodanum fluuium, qui illic in proximo defluit, spargebantur; quò nullæ quidem illorum reliquæ amplius super terram restarent. Ista eo consilio parabant, quòd Deum se posse vincere, & illis regenerationem corporum prorsus eripere arbitrati sunt: quò ne vlla quidem (sic enim dicebant) spes resurrectionis illis reliqua fieret: qua freti, inquit, non solum peregrinam quamdam & nouam nobis induxerunt religionem, verum etiam neglexerunt penitus tormenta, & prompto atque alaci animo ad mortem properarunt. Iam videamus vtrum sint resurrecturi; & vtrum illorum Deus ipsos iuuare, & e manibus nostris eripere possit.] hucusque ex epistola illa Eusebii, qui subdit: Eiusmodi persecutionis tempestas, regnante Imperatore, de quo docuimus, istis Christi Ecclesiis obtigit: vnde certè quænam fuerint in reliquis prouinciis eodem tempore factitata, coniectura assequi poterimus.] hæc ipse.

XXVI.

* Ang. de
ca agenda
pro mort.
DE SANCTO
RVN CINE
RIBVS DI
SPERSIS.

At quid de eorumdem sanctorum martyrum cineribus in Rhodanum iactatis sanctus Augustinus scribat, audiamus: Legimus, inquit, in Ecclesiastica historia, quam Græcè scripsit Eusebius, & in Latinam linguam vertit Rufinus, martyrum corpora in Gallia canibus exposita, canumque reliquias, atque ossa mortuorum vsque ad extremam consumptionem ignibus concremata; eosdemque cineres fluuiio Rhodano, ne quid ad memoriam qualemcumque relinqueretur, inpersos. Quod non ob aliud credendum est diuinitus fuisse permissum, nisi vt discerent Christiani in confitendo Christum, dum continent hanc vitam, multo magis contemnere sepulturam. Hoc enim quod ingenti facultate de corporibus martyrum factum est, si eis quidquam noceret, quò minus beatè requiescerent eorum victoriosissimi spiritus, non vtique fieri sineretur. Re ipsa ergo declaratum est, non idèd dixisse Dominum: Nolite timere eos qui occidunt corpus, & postea non habent quid faciant; quòd non esset permissurus aliquid eos facere de suorum corporibus mortuorum: sed quoniam quidquid facere permissi essent, nihil quo diminueretur Christiana defunctorum felicitas fieret, nihil inde ad sensum post mortem viuendum perueniret; nihil ad detrimentum saltem ipsorum corporum, quò minus integra resurgerent, pertineret.] hucusque Augustinus.

XXVII.

CONSTAN
TIA CHRI
STIANORVM
CALVMNIAM
PATITVR.

At nec illud prætereamus: Cum quidem istiusmodi toto Christiano orbe de Christianorum constantia vulgarentur exempla, quòd nullis possent insecti poenis, vt quam sectabantur religionem desererent: inualuit ea apud Gentiles omnes opinio, vt Christiano homine nihil obstinatus inueniri posset: quorum enim constantiam laudare debuissent, res ab eis fortiter gestas vitio adscribebant, atque obstinationi tribuebant. Nam &

M. Au-

CHRISTI
179.SOTERIS PAP.
5.M. AVR. IMP.
17.

A M. Aurelius Imperator, cuius tempore hæc agebantur, sic ait: Vt autem sic parata sit anima, à peculiari iudicio venit: non vt simplici obstinatione mortem aliquis subeat, id quod faciunt Christiani, sed benè subductis rationibus, &c.] Id autem non tantum Marcus Imperator Christianis obrebat, sed & Galenus etiam, qui his temporibus Romæ agebat, sic aliquando est locutus: Citius autem Moyfis affectæ & Christi sua deserant dogmata, quàm qui sectis addicti sunt, tum medici, tum philosophi.] sed hæc de suis hyperbolice: cum nullus prorsus ex ipsis sit inuentus, qui tuendorum causa suorum dogmarum, vitam aliquando profuderit, perinde ac Christiani.

Cedunt autem hæc omnia laudibus Christianorum, dum sub calumnia obstinationis, eorum constantia prædicatur. At quid mirum, si hæc homines, cum & dij ipsorum, prauis dæmones scilicet, admirati sint Christianorum in tormentis subeundis constantiam?

B accipe quid apud Porphyrium legeretur: Interroganti, inquit, quem Deum placando, reuocare possit vxorem suam à Christianismo; hæc ait veribus Apollo. Deinde verba velut Apollinis dicta sunt: Fortè magis poteris in aqua impressis litteris scribere, aut insans Pennas leues per aëra vt auis volare, quàm semel polluta reuocare impia vxoris sensum: pergat quomodo vult inanibus fallacijs perseuerans, & lamentationibus fallacissimis mortuum Deum cantans, quem iudicibus recta sententibus perditum pessima in speciosis ferro iuncta mors interfecit.] hæc apud Porphyrium, quem recitat sanctus Augustinus. Sed haud mirandum hæc de Christo & Christum colente dixisse dæmonem.

Verum istiusmodi adèd temerè effutisse prudentes viros in Christianos, grauius crimen videri debet, vt de re tanta, ea necdum perspecta, adèd temerè iudicarent. Et vt omitamus de Marco Aurelio dicere, quem sua ipsius scripta pro Christianis data redarguunt, in Galenum Christianos detestantem dicendum esset: quorum religionem si non pertransennam tantum, sed exactius disquisisset; si, quæ de ea tam ex nostris Prophetis, quàm Gentilium vatibus, aperta extabant ante tot sæcula prolata ac probata vaticinia intuitus esset; si miracula Christi virtute parata, & (quod medicæ videbatur esse facultatis considerare) non arte aliqua morborum curationes, sed crucis tantum signo, & lesu adhibito dumtaxat nomine editas attendisset: si egregiam insuper omnibusque numeris absolutissimam Christianorum vitam propius contempletus esset: si denique in cruciamentis perferendis robur corporis vires naturales excedens, animique infractam unà cum vultus hilaritate constantiam inspexisset: si hæc, inquam, & alia id genus innumera attentius considerasset, haud adèd inanem de Christiana fide sententiam effutuisse, nec adèd leuiter Christi doctrinam Moyfisquæ derisisset, neque adèd consultò addidisset:

C in Galenum Christianos detestantem dicendum esset: quorum religionem si non pertransennam tantum, sed exactius disquisisset; si, quæ de ea tam ex nostris Prophetis, quàm Gentilium vatibus, aperta extabant ante tot sæcula prolata ac probata vaticinia intuitus esset; si miracula Christi virtute parata, & (quod medicæ videbatur esse facultatis considerare) non arte aliqua morborum curationes, sed crucis tantum signo, & lesu adhibito dumtaxat nomine editas attendisset: si egregiam insuper omnibusque numeris absolutissimam Christianorum vitam propius contempletus esset: si denique in cruciamentis perferendis robur corporis vires naturales excedens, animique infractam unà cum vultus hilaritate constantiam inspexisset: si hæc, inquam, & alia id genus innumera attentius considerasset, haud adèd inanem de Christiana fide sententiam effutuisse, nec adèd leuiter Christi doctrinam Moyfisquæ derisisset, neque adèd consultò addidisset:

D Ne quis initio statim, quasi in Moyfi & Christi scholam impingat, leges audiat nulla constituta demonstratione.]

An ne videri poterat, Christianos, quos in credendo arguit leuitatis, qui Deo docente, doctrinamque tot signis atque virtutibus confirmante, veritatem didicissent, nulla præuia demonstratione Christi fidem sectatos esse; cum, quantum diuina præstant humanis, sit horum studium aliis omnibus maturitate atque consilio, sapientia ac pietate præstantius? Sed quid idem Marcus Imperator atq; Galenus tam inconsultè, nulla prorsus habita veritatis solerti inspectione, adèd perfunctoriè Christianam in tormentis patientis constantiam obstinatione suggillant? quam partibus omnibus veræ virtutis perfectè constantem, si recto intuitu prospexissent, perfacile cognouissent, intellexissentque excelso atque sublimi gradu Christianorum constantiam, Gentilium antecellere: cum illa humi repens, humanarum tantum laudum fuerit aucupatrix; hæc verò se earum contemptricem exhibens, humilitate se erigens atque in sublime tollens, hominum præconia vitans, diuino tantum gaudeat placere conspectui.

At ne de his longè exempla petamus, quæ de iisdem martyribus ex superiori epistola scribit Eusebius, in medium adducamus. ait enim: Illas item voces, ex eadem epistola acceptas, in hunc sermonem includere operæpretium arbitramur, quibus modestia & singularis martyrum, quos diximus, benignitas hoc fermè modo descripta sit: Isti verò ipsius Christi, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, tam verè æmuli & imitatores erant: vt quauis in tali gloria & splendore locarentur: & non semel & iterum, sed sæpius, vt martyres decet, pro fidei confessione acerba tormenta perpassi, beatis obiecti, ab iisdem denuò ablati, ignito ferro exulti, vibicibus liuidi, vlnicibus vndique

Annal. Eccl. Tom. 2.

T 3

dique

CHRISTI
179.SOTERIS PAP.
5.M. AVR. IMP.
17.

dique inflictis excruciat: non tamen se ipsi martyres esse prædicarent, neque cuiquam nostrum copiam facerent, illos eo nomine appellandi: sed si quisquam nostrum eos vel per litteras, vel per sermonem ut martyres fortè salutauisset, grauer eum reprehenderent: libenter enim Martyris appellationem Christo, fideli & vero martyri, primogenito mortuorum, duci & auctori vitæ quæ est ex Deo, concesserant. Martyrum etiam, qui iam ad Christum ex hac corporis custodia migrauissent, nos non grauatè in memoriam redegerunt, dixeruntque: Illi iam verè sunt martyres, quos Christus propter fidei confessionem ad se recipere dignatus est, & quorum martyrium ipso præclaro vitæ exitu, tamquam sigillo certissimo, obsignauit: nos autem tenues solum & abiecti Christi nominis confessores atque fratres obsecrabant cum lacrymis, ut preces pro illis ardentè & obnixè Deo funderent; quo ipso decessu è vita, opus, quod Deus tam benignè in illis incepisset, cumulatè expleretur. Et quamuis non modò libera responsa Gentilibus dando, sed etiam patientia, magnanimitate, fidenti animi robore contra omnes cruciatus se generosos & strenuos palam ostendendo, vim & virtutem martyrij perspicuè declarassent: tamen timore Dei referti, Martyrum appellationem, qua fratres donare illos voluissent, ab se repellere studebant. Et iterum, paucis verbis interiectis, sequuntur ista: Humiliauerunt se sub manu potenti, qua iam satis exaltati sunt. Dum in vita manebant, defendere omnes, neminem accusare, omnes è vinculis eripere, colligare neminem conabantur. Pro illis qui supplicia eorum corporibus inflixerant, exemplum Stephani perfecti martyris imitari, benignè orare, dicentes: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Quòd si pro eis, qui ipsos tam contumeliosè torquissent, precabantur, quanto magis pro fratribus idem ipsum præstiterunt?

* Añ. 7.

XXXI.
MARTYRVM
CHARITAS.

Hæc item, paulò longius sermonem producentes, adnectunt: Grauiissimum autem bellum ab illis, propter ingenuam erga fratres charitatem, cum ipso diabolo idè susceptum erat; quòd tantopere nitebantur, ut voracem illius tamquam malæ bestię gulam stringendo, eos viuos denuò euomere cogerent, quos prius, tamquam mortuos, se penitus deuorasse putauerat. Non enim illi fratrum imbecillorum lapsu gloriabantur, sed quæ dona ipsis per Dei gratiam affatim suppetebant, aliis, qui maioris opis indigerent, benignè largiebantur: atque adeò veluti matris indulgentis misericordia commoti, multas lacrymas pro eorum salute in conspectu Dei Patris profundeabant: vitam illis flagitabant: vitam concessit Deus: vitam etiam cum proximis communicarunt: victores in omnibus ad Deum profecti sunt: pacem amplexati, pacem nobis commendarunt: cum pace denique ad Deum decesserunt. non matri Ecclesiæ molestiam & angorem, non fratribus bellum & seditionem, sed gaudium, pacem, concordiam, & charitatem reliquerunt. Ista igitur de beatorum illorum martyrum amore, quem erga fratres, qui fide excidissent, declarabant, ad legentium vtilitatem hoc loco posuimus; quò inhumani & crudelis animus eorum, qui deinceps erga debilia Christi membra in aliquod peccatum delapsa tam inclementes & ferreos se ipsos ostendebant, perspicuè coarguatur. Idemque rursus:

XXXII.
Euseb. lib. 5.
cap. 3.
DE ALCI-
BIADIS ABS-
TINENTIA.

Eadem porro epistola de martyribus supra memoratis perscripta, aliam etiam historiam dignam planè memoria continet; quam isto loco, quò à lectoribus cognoscatur, citare non grauabimur. Ea huiusmodi est: Alcibiades, vnus ex illorum martyrum numero, vitam admodum duriter & austerè instituens, nullum omnino ante illud tempus cibum capessere, sed solo pane & aqua uti solet. Qui cum in carcere eodem modo vitam degere in animo haberet, Attalo post primum certamen, quod in amphitheatro confecerat, indicatum est, Alcibiadem parum consideratè fecisse, cum & Dei creaturis ipse uti nollet, & aliis etiam inde quoddam offensionis exemplar relinqueret. Alcibiades igitur, à fratribus tandem persuasus, omnia cibaria deinceps absque delectu capessere, & gratias agebat Deo. Non enim diuina gratia istos suo benigno obtutu destitutos reliquerat: sed Spiritus sanctus illis semper præstò dabat consilium.] hæc tenus ex ea epistola Eusebius.

XXXIII.
PVRGATVR
IUSTA SV-
SPICIO DE
CIBORVM
DELECTV.

Sed nolimus absque consideratione hæc de Alcibiade præteruisse, quãnam ex causa illi negotium factum sit à fratribus, quòd absque pane & aqua, ceteris se cibis abstineret. Haud quidem in homine improbatum fuit ieiunium & temperantia, quam ab Apostolis & Apostolicis viris piè sanctèque custoditam atque obseruatam vidimus. Sed quòd (ut nuper diximus) increbuisse his temporibus sectæ Cerdonis & Marcionis, qui non amore absti-

CHRISTI
179.SOTERIS PAP.
5.M. AVR. IMP.
17.

abstinentiæ, sed quòd dicerent creaturas malas esse, utpote à malo principio creatas, induxissent supersticiosum ac planè impium ciborum delectum. Erant & suspecte xerophagiæ Montanistarum, in quorum sectæ suspicionem potius adductus videretur Alcibiades: quem cum martyres ea de causa auerfarentur, se planè Montani dogmati esse contrarios demonstrarunt. Quamobrem magna consideratione sunt digna, quæ post recitam de martyribus epistolam Eusebius de Montano ac sociis hic addit:

Cum Montanus & Alcibiades & Theodotus in Phrygia tum prophetandi opinionem apud complures adepti fuissent (per multa enim, diuina gratia largiente, miracula operaque stupenda ad illud vsque tempus per varias Ecclesias edita, fidem multis faciebant, illos donum etiam prophetiæ fuisse consecutos) cumque de istis hominibus controuersia orta esset, fratres rursus qui in Gallia habitabant; priuatum iudicium, idque prudens & rectum cum primis, de iisdem epistolarum, quam diximus, subiunxerunt; nonnullaque ac varias martyrum litteras, qui apud ipsos mortem oppetebant, quas, cum adhuc tenerentur in vinculis, non modò fratribus in Asia & Phrygia, verum etiam Eleuthero Episcopo Romæ; quem vehementer rogabant ut pax & concordia in Ecclesiis constitueretur, exarabant, eidem epistolæ adiecerunt.] hæc Eusebius. Sic namque diuersa miracula, quæ crebrò penes Catholicos visebantur, Montani prophetiæ fidem conciliabant, quòd ille adhuc in Ecclesia esset. Sed eadem sic quoque Ruffinus: Et quia per illud ad hoc tempus multæ etiam aliæ virtutes & gratiæ per donum sancti Spiritus ministrabantur; facile accommodata est fides, etiam is potuisse prophetiæ gratiam dari: cumque plurima inter fratres dissensio fuisset exorta, rursus Ecclesiæ Galliarum iudicium suum & sententiam de his quoque cum omni reuerentia & rectæ fidei expositione dederunt, epistolas martyrum, qui apud eos consummati fuerant, proferentes, quas illi in vinculis positi fratribus per Asiam & Phrygiam consistentibus scripserant, & Eleuthero urbis Romæ Episcopo, de pace eam Ecclesiæ commonescentes.]

Sed ut ad martyres tunc passos in Gallia redeamus: non hi tantum, qui recensiti sunt, tunc temporis sub Marco Aurelio Imperatore apud Lugdunum & Viennam passi sunt, sed & alij, quorum nomina certis diebus, quibus consummati sunt, descripta habentur in tabulis Ecclesiasticis. Nam in primis numerus illorum martyrum, quorum cineres in Rhodanum proiecti sunt, tum à Gregorio Turonensi, tum ab Adone Viennensi recensentur, quadraginta octo, singulaque omnium nomina describuntur, nimirum, Photinus Episcopus, Zacharias presbyter, Epagathus, Macarius, Alcibiades, Siluinius, Primitus, Vlpus, Vitalis, Cominus, Octuber, Philominus, Geminus, Iustinus, Albinus, Grata, Rogata, Emilia, Potamia, Pompeia, Rhodona, Biblis, Quarta, Matera, Helpis, quæ & Amnes. Hi sunt autem qui ad bestias traditi sunt: Sanctus, Maturus, Atalus, Alexander, Ponticus, Blandina. Hi verò qui in carcere spiritum reddiderunt: Aristæus, Cornelius, Zosimus, Titus, Iulius, Zoticus, Apollinaris, Geminianus, Iulia, Ansonia, Emilia, Iannica, Pompeia, Donna, Iusta, Trophima, Antonia. hi omnes famuli Christi sub præfatis Imperatoribus coronati sunt: reliquæ eorum à persecutoribus incensæ, & in Rhodanum fluium dispersæ sunt.] hæc Ado, qui addit de cinerum martyrum inuentione historiam, anniuersariamque celebritatem antiquitusea de causa celebrari solitam tradit: quem, cum fuerit eius Ecclesiæ, nempe Viennensis, à qua epistola scripta est ad Asianos, Episcopus; hæc tum ex scriptis, tum traditione, præ ceteris oportuit calluisse: idemque ait, hos martyres à loco in quo passi sunt, Athanaco dicto, appellatos esse martyres Athanacenses.

Rursus post hos recensitos martyres, adhuc alij, eadem persecutione urgente, hoc ipso anno decimo septimo Marci Imperatoris (ut eorum Acta testantur) passi reperiuntur Lugduni, nempe Epipodius & Alexander, quorum res gestæ descriptæ habentur, eorundemque natalis dies in antiquis martyrologiis adscriptus. Habetur autem mentio apud eorum Acta de miraculis ex calceo Epipodij edi solitis, quorum & Gregorius Turonensis testis est. Insuper idem qui supra Ado socios dictorum martyrum quadraginta octo fuisse meminit Marcellum & Valerianum; qui diuinitus sibi via patefacta, inde fuga lapsi, postea apud ciuitatem Cabilonensem sub Prisco iudice illustre martyrium obiere: quod ex antiquioribus monumentis idem auctor summam collectum recenset. Hos planè Eusebius signasse visus est martyres, dum agens de dictis martyribus Ecclesiæ Lugdunensis & Viennensis, hæc in fine habet: Verum quid attinet martyrum

XXXIV.
DE MONTA-
NO ALCI-
BIADE, ET
THEODOTO.XXXV.
Greg. Tur.
de Glor. mar.
cap. 49.
Ado in Mar-
tyrolog. die
2. Iunij.
NUMERVS
ET NOMINA
MARTYRVM
QVI TVNC
PASSI SVNT.XXXVI.
DE EPIPO-
DIO ET A-
LEXANDRO.
Apona sur.
22. Cap. 24. A-
post. tom. 2.
Greg. Tur.
de Glor. con-
fess. cap. 64.
Ado die 4.
Cap. 15. sept.
Euseb. lib. 5.
cap. 4. in fin.

catalogum in eadem , quam citauimus , epistola comprehensum recensere , qui partim A capite obruncato occubuerunt , partim bestiis dilacerandi proiecti fuerunt , partim in ergastulum conclusi vitam amiserunt ? Quid item numerum confessorum commemorem , qui ad id temporis fuere superstites ? Perfacile enim , si cui visum fuerit , licet ista plenissime cognoscere , modò illam epistolam , quam in libro nostro de Martyribus (vt dictum est) posuimus , accuratè voluerit euoluere .] hucusque Eusebius .

XXXVII. ALII MARTYRES PASSI IN GALLIIS.

Apud Sar. tom. I. die 17. Ianuar.

Insuper etiam passi sunt eadem persecutione vrgente in Galliis alij plurimi , licet non omnium extet memoria . Inter alios autem magna laude dignum fuit martyrium Florelli pueri , qui post multa tormenta feris obiectus , ab illis discerptus est . celebris est eius memoria Augustoduni . Sed & apud Lingonas gloriosa confessio Tergeminorum Speusippi , Eleusippi , & Meleusippi , quorum martyrij Acta extant , germana a quidem , sed iniuria temporum aliquantulum deprauata : in quibus quæ post ipsorum trium martyrum sunt de aliis ad martyrium auidè properantibus scripta , operæpretium ducimus hic describere , quò vehemens ac flagrans martyrij desiderium Christianorum , horum innotescat exemplo . sunt enim hæc : Videns denique Iouilla quædam mulier tam pretiosam sanctorum Tergeminorum martyrij consummationem , spreto maritali consortio , paruuli & vnici filij dulcem relinquens amplexum inter incredulas turbas , adhuc in persecutionis ardore commotas , veloci cursu properans , exclamauit dicens : Et ego ancilla Christi sum : Christum Deum viuum & verum sine vlla ambiguitate pronuntio : idola vestra ignominiosa & vana adorare despicio . His dictis , continuo comprehensa , & propter metum circumstantium populorum à capillis suspensa , multisque afflictata suppliciis , cum Christum negare coacta nullatenus voluisset , vnà cum Leonilla auia Sanctorum , ad locum ducta martyrij , ad memoratum videlicet vicum Vrbarum , à persecutoribus cum eadem gladio est perempta . Neon quoque textor historiae huius atque scriptor , tradens Turboni codicem , inter medias turmas persecutorum ingressus , cupiens sanctorum Tergeminorum militiæ beatissimæ sociari , Christi nomen confessus , tantisper ictibus mactatus , vt vita temporali spoliatus , martyrij palma contuendè meruerit coronari . Turbon autem non post multum tempus à persecutoribus captus , & ipse est martyrij remuneratione locupletatus .] hæc ibi .

XXXVIII. SEVERI EROR REDAR GVITVR. Euseb. lib. 5. cap. 5.

His de martyribus in Gallia passis enarratis , haud possumus dissimulare , quòd Seuerus b de hac persecutione , quam quintam nominat , breuiter agens , tunc primum in Galliis ait visos fuisse martyres : cum ex iis quæ superius dicta sunt , manifestissimi erroris argui facile possit plurimum testimonio . Sed & quod ad Eusebium c pertinet , præpostero sanè ordine posuisse liquet post recens excitatam persecutionem anno decimosextimo Imperatoris Marci Aurelij , victoriam de Marcomannis , Quadis , & aliis Germaniæ populis : quam tum ipsiusmet testificatione in Chronicis , tum scriptorum Gentilium & aliorum , ipsiusque potissimum litteris Imperatoris ad Senatum datis , acceptam fuisse constat (vt dictum est) anno quartodecimo eiusdem Marci Imperatoris .

XXXIX. PERSECUTIO ORIENTALIS ECCLESIAE.

ATHENAGORAE APOLOGIA. Hieron. de Script. Eccl. in Iustino.

At verò non modò (vt dictum est) Galliæ & aliæ orbis Occidentalis regiones , eiusdem reuiuiscens persecutionis furore exagitatae fuerunt : sed & Orientis quoque Ecclesias eadem esse clade vexatas , legatio pro illis ab Athenagora Atheniensi Christiano philosopho tunc ad Imperatores suscepta , & Apologia pro eisdem tunc scripta , ac dictis Principibus oblata , manifestam certamque fidem faciunt . Est eius Apologiæ huiusmodi inscriptio : IMPERATORIBVS M. Aurelio Antonino , & Aurelio Commodo , Armeniacis , & (quod est maximum) Philosophis .] Cum autem eandem præferat inscriptionem , quæ à sancto Hieronymo d tribuitur Iustino martyri Apologia , dicente alium librum ab eo datum successoribus eiusdem Antonini Pij Marco Antonino Vero , & Lucio Aurelio Commodo : vehemens permouit multos suspicio , vt credant eiusmodi , de qua est sermo , Apologiam eodem titulo præsignatam , esse Iustini , eò quòd ad Marcum & Lucium data nulla alia reperiri videretur . Sed quam diximus , & ex Eusebio perspicuè demonstrauimus , ad eosdem Principes esse datam , errore factum est , vt non ad illos , sed ad Senatum Romanum legeretur inscripta , re vera tamen ad Marcum Aurelium , & ad Lucium Verum , eundemque & Commodum dictum scripta . Verum tamen longè fuisse diuersum Lucium Verum Antonini fratrem , Commodum etiam cognominatum , qui cum eo regnavit vsque ad annum nonum , à Lucio Commodo filio eiusdem Antonini , qui anno decimosexto eiusdem à patre in collegam Imperij est assum-

A assumptus , certum est : vt nihil penitus sit , quòd Apologia M. Antonino & L. Commodò data , Iustino ; qui longè antè martyrio finem viuendi fecerat , adscribi possit . Ea ergo germano auctori suo tribuenda est ; nempe (vt præfert vetus inscriptio) Athenagora . Est enim hic illius operis titulus : Athenagoræ Athenientis philosophi Christiani Apologia , vel Legatio pro Christianis .] cuius nomen fortasse ea de causa antiquioribus parum innotuit , quòd nomine Iustini eiusdem tituli commentarius apud nonnullos , vt est apud sanctum Hieronymum ; haberetur inscriptus .

Sed qualis esset horum temporum Christianorum status , & ipsorum cum Gentilibus causa , eum ab eis inmaniter vexarentur , ipsis Imperatoribus non prohibentibus ; ex ipsa eiusdem auctoris Apologia hæc in medium adducamus . his enim verbis ipso penè exordio auctor Imperatores compellat : At vos (ne quæso hinc etiam vobis , quod vulgo hominum ; imponat) vel nomine tantum auditò , auersamini . Atqui nomina digna odio non sunt ; sed scelus ipsum poenam & supplicium meretur . Mansuetudinem ac lenitatem vestram , animum erga omnes placabilem & benignum eum singuli suspicientes aequali & pari iure vtuntur ; tum ciuitates , pro sua quæque dignitate , suis potiuntur honoribus ; denique vniuersus hic terrarum orbis , vestrae prudentiæ beneficiis , altissima pace perfruitur .] hæc cum de immensa totius Orbis pace memoret Athenagoras ; planè significat , hoc ipso anno ab eo esse datam Apologiam : nam si præteritum tempus Marci & Lucij Imperij repetas , inuenies numquam cessatum à bello : ipso enim Imperij exordio cæptum est bellum Parthicum : eo subiato , iamò & ante illud absolutum , consecutum est Marcomannicum : quo mitigato , euestigiò emerit Cassiana tyrannis : qua iam extincta , ipse (vt vidimus) Lucius Commodus anno superiori à patre creatus est Imperator . Rursum si spectes futura tempora , ab hoc anno vsque ad obitum Marci , recrudescente Marcomannico bello , semper Imperatorem fuisse in armis , & in iisdem diem obiisse inuenies : ante quod tempus scriptam ab Athenagora Apologiam oportuit , hoc planè anno .

Sed prosequamur iustas querelas Christiani philosophi : Nostri tantum , inquit , qui Christiani vocamur , nulla vobis cura est . Sinicis enim nos , qui nihil mali patramus , immò omnium (vt in progressu sermonis nostri exponetur) piissime iustissimeque cum erga Deum , tum Imperium vestrum nos gerimus , exagitari , rapi , fugari , nomen dumtaxat nostrum plerisque impugnantibus . Quamobrem causam nostram verbis perspicuè explicare , sumptis in præsentia animis , ausi sumus . Intelligetis enim ex sermone nostro , prorsus immeritò , præterque omnem legem ac rationem hæc mala nos sustinere . Proinde vos obsecramus , vt nostri aliquam curam suscipiatis , quò aliquando tandem ab huiusmodi calumniatoribus iugulari definamus .] sic non quòd inferant , sed non compescant mala , queritur .

Quomodo verò ad omnia mala perferenda pro fide essent animo compositi Christiani , hæc subdens declarat his verbis : Non mouet nos damnum , quod facultatibus nostris aduersarij moliantur : non quòd existimatio famæ & honoris nostri minuitur integritas : non si quid aliud huiusmodi , aut etiam maius est : omnes enim illas contemnimus , quamuis permultis magni esse videantur pretij . Non solum enim , si vapulamur , regerendis verberibus abstinere , & iis , qui nostra inuadunt ac diripiunt , litem nullam intendere didicimus ; sed insuper illis , quamuis colaphum inflixerint , alteram quoque capitis partem præbere ; his verò , si tunicam abtulerint , E pallium etiam addere . Corporibus & vitis nostris postquam semel renuntiatum est à nobis , opibus insidiantur , & criminum acervos aduersus nos deblaterant , quæ neque in mentem vmquam nobis venerunt , sed in ipsos potiùs eisque similes dici oportebat . Quòd si quis vel parui vel magni alicuius criminis nos conuicerit : non deprecamur supplicium , sed vel crudelissimum illud tolerare parati sumus . At si nomine tenus dumtaxat accusamur (nam in hunc vsque diem quæ de nobis sparguntur , promiscuè incertæque famæ commenta sunt , neque Christianorum quisquam illius criminis conuictus est) vestrum iam fuerit , maximi , humanissimi , sapientissimi que Reges , ab hac iniuria legibus nos vindicare : vt quemadmodum in toto terrarum orbe , cum singuli , tum vniuersi , & oppidatim beneficia vestra communi bono fruuntur , sic nos quoque vobis gratias habeamus , & quòd à calumniis liberati simus , gaudentes gloriemur .

XL.

CHRISTIANI GENTILIBUS NATIONALIBVS DETESTABILIA.

XLI.

CHRISTIANORVM INNOCENTIA.

XLII.

CHRISTIANORVM PROBITAS ET CONSTANTIA.

CHRISTI
179.SOTERIS PAP.
5.M. AVR. IMP.
17.

XLIII. Hæc ipse agens, cum sapius ad leges prouocet: ad editas tum ab Hadriano, tum à Pio, ac denique ab ipso Marco pro Christianis sanctiones, quibus præceptum erat, ne quis nominis tantum causa negotium faceretur Christianis, respectum habuisse videtur. At verò quòd illi persequentes Christianos, licet non præcipue nomen, sed crimina, & quidem enormia, prætexere viderentur, re vera tamen quòd non nisi Christiani nominis causa illos vexarent, mox subdit: Neque enim iustitiæ & æquitati vestræ decorum hoc fuerit, si aliorum nemo criminis, de quo insimulatus est, condemneretur, nisi conuictus: aduersus nos verò maior sit vis nominis, quam quæ iudiciis conueniunt argumentorum & probationum. Etenim iudices non tam quid commiserit reus aliquis nostrum inquirunt, quam ipsi nomini tamquam certo sceleri illudunt: cum tamen nomen ipsum per se, & quatenus nomen est, bonum malumve existimandum sit nullum: sed tale profectò iudicandum vnumquodque, qualis res ipsa, aut actio, de qua prædicatur, fuerit.] **B** hæc & alia plura de nomine Christiano; multisque demonstrat, eius tantum causa Christianos quoquoersum exagitari.

XLIV. Verum quoniam falsorum criminum calumniis non nihil ipse Imperator Marcus videbatur in Christianos fuisse permotus, idem fidei Christianæ defensor hæc subdit: Porro nunc ab initio institutæ orationis meæ obsecro vos, summi Imperatores; æquis & benignis animis auscultare vt dignemini: neque vos communis & nulla ratione vigentis famæ præiudicio occupari, & ad illius veluti impetum rapi patiamini. Quin illud vestrum sapientiæ & veritatis auidissimum studium mea quoque oratio vt sentiat, sinite. Sic fiet, vt neque vos per ignorantiam delinquatis, & nos, depulsis confutatisque iis quæ in nos vulgus hominum effudit, quietiores agamus.] Quænam autem essent ea, quorum Christiani à Gentilibus accusarentur, crimina, mox subdit, sic dicens: Trium igitur flagitiorum infamis rumor de nobis spargitur: impietas quæ deos tollat, epulæ Thyestæ, concubitus incesti.] Quænam hæc fuerint crimina, & quo modo Gnosticorum hæreticorum occasione Christianis duo postrema adscriberentur, fusiùs dictum est superius. Sed subdit: Quæ si vera sunt, nulli vel sexui vel ætati parcite, ad pœnas rapite, cum vxoribus & liberis funditus extirpate.] ac subinde: Si verò commenta improborum hominum & inanes calumniæ hæc sunt (cum ita natura comparatum sit, vt malitia se opponat virtuti, & diuina quadam lege, quæ inter se contraria sunt, depugnent) & nihil iniuste à nobis committi, vos ipsi testes vobis locupletissimi esse possitis: vestrum iam fuerit, de vita nostra, de opinionibus, de studio & obedientia erga vos, familiam, & Imperium vestrum, quæstionem instituire, atque ita demum tantumdem iuris & æquitatis, quantum aduersariis nostris (amplius enim non petimus) concedere. Vincemus proculdubio illos, D qui pro veritate vitam etiam effundere parati sumus.]

XLV. Hæc prælocutus, aduersus Gentilium deos disertissime differit, ac deinde de innoxia Christianorum vita hæc subdit: Respondebo tamen ad hæc etiam obiecta nobis facinorosa, etiam si vobis, sapientissimi Principes, ex iis quæ hæcenus dixi, satis ea esse dissoluta videri possunt. Neque enim dubitare vos puto; homines illos, quorum omnis ad Deum vita veluti normam ac regulam dirigitur, vt inculpata & irreprehensibilem vnusquisque se ei præbear, ne cogitatione quidem vel inimum crimen vllum admissuros. Si enim solam hanc præsentem vitam nos victuros crederemus, suspitioni foret locus, nos carni & sanguini indulgentes, aut auaritia aut concupiscentia captos, peccare. Nos verò omnibus non modò factis, sed etiam cogitationibus & sermonibus nostris tum noctu tum interdiu Deum adesse scimus: eumque & totum esse lumen, & quæ in cordibus nostris lateant videre: & hac mortali defunctos vita, alteram hac terrestri longè meliorem, nempe cælestem, nos victuros.] & paulò post: Quod cum ita se habeat, sponte nos malos esse, & magno iudici tradere puniendos velle, probabile non est.]

XLVI. Insuper de mutua inter se Christianorum pura sinceraque dilectione hæc addit: Quamobrem etiam pro ætatis discrimine alios pro filiis & filiabus, alios pro fratribus & sororibus habemus, prouociores ætate patrum & matrum loco honoramus. Illorum igitur quos tamquam fratres & sorores, aut alio cognationis nomine coniunctos nobis ducimus, inuiolata & integra manere corpora, maximi apud nos sit. Rursum cum religio nostra nos doceat (sicut quidam sanctus scripsit) si quis osculum suæ cupiditatis causa repetierit, &c.] & mox: Summa igitur cautione communicandum est osculum, vt non aliter quam pia salutatio, vel potius adoratio quædam habeatur: quæ si vel parum im-

NOMEN IN
CRIMEN
INIUSTE
DVCI.CALUMNIAE
IN CHRISTIANOS.VITA IN-
NOXIA
CHRISTIA-
NORVM.CASTITAS
CHRISTIA-
NORVM.CHRISTI
179.SOTERIS PAP.
5.M. AVR. IMP.
17.

A pura cogitatione inquinata fuerit, à vita æterna nos alienet. Ergo spe vitæ æternæ freti, præsentem hanc, eiusque delicias, & sensuum etiam animæque non puras voluptates contemnimus. Itaque vxorem, quam secundum approbatas nobis leges sibi quisque duxerit, reputat non in alium quam in procreandæ sobolis finem. Quemadmodum enim agricola, postquam semina terræ mandauit, messis tempus expectat, nec alia superuenit: sic nobis etiam concupiscentiæ modus liberorum procreatione definitur. Inuenias multos ex nostris in vtroque sexu, qui in cœlibatu consenscant, quòd in hoc statu Deo coniunctiores se futuros sperent.]

Hæc & alia plura de sublimi Christianorum castitate locutus, de esu carniū humanarum calumniam diluit verbis istis: Hoc nempe est quod nobis obiicitur ab illis, carnis humanis nos vesci, cum præter leges, quas vos & maiores vestri, rebus omnibus iustissime perpensis, sanciuistis, innocentium fama violatur; tanta quidem est calumniarum frequentia, vt Proconsoles & præfecti à vobis in diuersas provincias missi, causis audiendis non sufficiant.] Ex his quidem expendere licet, quam immanis hæc vbique terrarum Romani orbis fuerit persecutio. Tum addit: Traducitur, inquam, fama illorum, quibus, cum verberantur, non licet non præbere se ipsos; & cum maledicuntur, non benedicere non licet: neque enim illis iustos esse satis est (cum talionem & par pari referri, iustitia postulet) sed bonitatem & patientiam insuper sibi proponunt. Quis igitur non amens in hoc viuendi instituto nos homicidas appelleret? Non enim carnes gustare hominum licet, antequam cæsus aliquis fuerit: quemadmodum autem primum ab eis falsò dicitur, ita secundum quoque mendacium est. Iam si quis ab eis roget, an viderint ipsi quæ dicunt; nullus tam impudenter mendax est, vt se vidisse fateatur. Atqui & seruos aliqui nostrum possident, alij plures, alij pauciores, quos ea, quæ facimus, latere non possunt: verum ne ex illis quidem vllus aduersum nos tale quidquam mentitus est. Quomodo enim quisquam vel homicidij, vel humanarum carniū epulationis insimularet illos, quos ne iuste quidem occidendi hominis supplicium intueri velle aut posse cognouerit? Quis non spectacula illa, in quibus gladiatores & belluas populo præsertim vos Imperatores exhibetis, maximi facit? Nos verò non ita multum, siue spectator sit aliquis, siue auctor cædis, interesse indicantes, alieno ab his spectaculis animo sumus.]

His igitur enarratis, alia permulta superaddidit ad Christianorum innocentiam declarandam, quæ prætermittimus: satis enim hæc esse putamus ad pristinam illam integritatem morum Christianorum insinuandam. Demum verò causam perorans, hæc ait: Vos verò, o vndiquaque in omnibus natura simul & disciplina boni, moderati, benigni, & Imperio digni Principes, mihi, obsecro, qui crimina nobis obiecta dissolui, & insuper nos esse pios erga Deum, vita & moribus honestos, animo sobrios & temperantes ostendi, capitibus regis annuite. Ecqui enim consequentur æquius ea quæ petunt, quam nos ad eò vobis deuoti additi? Nos enim pro vestro Imperio preces ad Deum fundimus, & vt filius (quod iustissimum est) in regno olim parenti succedat, vtque Imperium vestrum magis magisque semper augeatur, denique omnia ex animi sententia vobis eueniant, oramus: quod & nobis salutare fuerit, vt quietam tranquillamque vitam degentes, vobis interim ad quælibet imperata promptè inferuamus.] hucusque Athenagoras, cuius & de mortuorum resurrectione, quæ ab ipsis Gentilibus deridebatur, extat egregius commentarius.

E An autem Marcus Antoninus postulatis annuerit, haud liquet: immò secus; cum ad exitum ipsius vsque perseuerasse persecutionem constet. Nam Theophilus * Episcopus Antiochenus, qui his diebus viuebat, & statim post Marci Aurelij Imperium (vt dicemus) ex hac vita migravit, in libro tunc ad Autolicum scripto hæc in fine habet: Præterea Christianos, qui verum Deum venerantur, hæcenus sunt persecuti, nec adhuc hodie persequi cessant: immò iis, qui verborum quibusdam illecebris Deum conuinciantur, præmia & honores decernunt: quosdam eorum, qui festinant ad virtutem capellendam, & sanctam vitam agunt, lapidibus obruere, quosdam interficere. Adhuc hodie non cessant Christianos crudelissime & immanissime virgis cedere.] hæc Theophilus.

Hæc item persecutio sublatam fuisse Soterem Papam, litteræ martyrum Lugdunensium, quæ hoc eodem persecutionis tempore scriptæ sunt ad Eleutherum eius successor-

XLVII.
DILVTIO DE
ESV HVMA-
NARVM CAR-
NIVM CA-
LVNIAE.XLVIII.
PERORATIO
ATHENA-
GORAE.XLIIX.
*Theophilus ad
Autol. lib. 3.
in fine.
PERSECVTIO
VSQVE AD
OBITVM
MARCI AV-
RELII IMP.L.
SOTERIS PA-
PAE MAR-
TYRAVM.

CHRISTI
179.SOTERIS PAP.
5.M. AVR. IMP.
17.

cessorem, necessariò nos affirmare compellunt; licet alij annos nouem eidem tribuerint: A
sed quòd tres tantum ordinationes fecisse reperitur, haud longiori tempore sedisse,
possumus opinari. Eusebius autem in Chronico, anno superiori, nempe decimosexto
Marci Imperatoris, ponit Eleutherum successum in locum Soteris, sed in historia hoc ^a
ipso anno decimosextimo: cui, quoniam credimus id ipsum accepisse ex litteris marty-
rum Lugdunensium, haud inuiti adstipulamur; cum alioqui in reliquis prateritis Ro-
manis Pontificibus, quòd pratermiserit Cletum, haud possumus eidem assentiri. Sic igitur
in re ambigua, non tam ex ipso Eusebio, quam ex litteris sanctorum Lugdunensium
martyrum hoc tempore ad Eleutherum scribentium, Soteris obitum, atque Eleutheri in-
gressum consultò ponendum esse existimamus.

^a Euseb. lib. 5.
cap. 1. ex ver.
Euseb.

L I.
DECRETA
SOTERIS
PAPAE.

Defunctus igitur habetur Soter die vigesima secunda mensis Aprilis, cum sedisset an-
nos quatuor, minus diebus duodecim. Si quis autem certiore de annis Soteris inueni- B
rit chronographiam, qua tamen non reiiciatur Cletus è numero Romanorum Pontifi-
cum, nec litterarum martyrum Lugdunensium sincerum testimonium contemnatur,
haud inuiti assentiemur. De Sotere extat decretum in nuper citato libro de Romanis
Pontificibus: Ne vlla diaconissa (licet, Monacha, quæ præ manibus habetur edita lectio
dicat) pallam sacratam contingat, nec incensum ponat in sancta ecclesia.] cuius quidem
institutionis his temporibus edendæ ea potuit esse ratio, quòd ex Montani secta feminæ
(vt superius dictum est, cum de ea egimus) se sacris ministeriis immiscerent. Alia fer-
untur à diuersis collectoribus canonum Soteris decreta, quæ in vnum simul ^b congesta
habentur. Sed & de Sotere hæc ibidem leguntur: Hic fecit Ordinationes tres per men-
sem Decembrem, presbyteros decem & octo, diaconos nouem, Episcopos per diuersa
loca vndecim. Qui sepultus est in cœmeterio Callisti, Via Appia, decimo Kalend. Maij. C
Cessauit Episcopatus eius dies vndecim.] hæc ibi. qua ratione ingressus Eleutheri pon-
nitur die tertia Maij. Fuit hic (vt idem commentarius ^c habet) natione Græcus, pa-
tria Nicopolitanus, ex patre Abundio.

^b To. I. Con-
cil. in Sotere.
ELEVTHE-
RVS PAPA.

^c Lib. de Rom.
Pont. in Eleu-
thero.

LII.

Creata iam ipso Eleuthero (vt dictum est) Romano Pontifice, scripserunt ad eum
martyres Lugdunensis Ecclesiæ, cum adhuc tenerentur in vinculis. Consueuisse au-
tem martyres de rebus gestis penes eos certiore reddere ipsum Romanum Pontifi-
cem, iteratum eiusmodi officium planè declarat. Tempore enim Pij Papæ id ip-
sum præstitisse martyres Viennensis Ecclesiæ, eiusdem Pontificis litteræ ad Iustum
eius ciuitatis Episcopum scriptæ, quas superius recitauimus, sanè significant suo ip-
sarum exordio, his verbis: Attalus epistolas martyrum portans ad nos venit, gau-
dium nobis inextimabile faciens de triumpho eorum.] Quod ergo nunc Pij tem-
pore per Attalum præstitit Ecclesia Viennensis, hoc anno per sanctum Irenæum D
presbyterum Ecclesia Lugdunensis expleuit. Meminit etiam litterarum Eusebius ^d,
sic dicens: Nonnullas ac varias martyrum litteras, qui apud ipsos mortem oppete-
bant, quas cum adhuc tenerentur in vinculis, non modò fratibus in Asia & Phry-
gia, verum etiam Eleuthero Episcopo Romano, quem vehementer rogabant vt pax
& concordia in Ecclesiis constitueretur, eidem epistolæ superius recitatæ adiecerunt.]
Quòd verò eos interpellasse tradit Romanum Pontificem pro pace Ecclesiarum, pu-
to eos intellexisse de dissidio occasione pseudoprophetiæ Montani multis in locis
(vt antea dictum est) orto; quod auctoritate vniuersi gregis pastoris sedare, esset eius
operis & officij.

LIII.
^e Euseb. lib. 5.
cap. 4.
IRENAEI
LEGATIO
AD ROM.
PONT.

Post hæc verò de legatione ad eundem per Irenæum presbyterum missa subdit hæc E
ipsa ^e: Iidem porro martyres Irenæum, Ecclesiæ Lugdunensis id temporis presbyterum,
per litteras eidem Episcopo Romano inscriptas, plurimum commendabant: permulta-
que viro illi virtutis dabant testimonia, sicut ipsa litterarum verba declarant in hunc mo-
dum: Te in Deo omnibus in rebus perpetuò, pater Eleuthere, valere optamus. Has
litteras ad te perferre fratrem nostrum Irenæum, & ministerij consortem, rogauimus:
teque obsecramus, vt illum, vt ipse studio incredibili erga testamentum Christi flagran-
tem, gratia & benevolentia præ ceteris complectaris. Quòd si locum & gradum Eccle-
siastici ministerij vim & facultatem habere iustitiæ cuiquam impertiendæ animaduerte-
remus; hunc, vt presbyterum Ecclesiæ (hoc namque munus obtinet) in primis tibi com-
mendassemus.] hucusque de eo ex epistola martyrum Eusebius. Certe quidem haud
tabellarij munus expleturus missus est à martyribus tantus vir Romam ad Eleutherum
Roma-

CHRISTI
179.ELEVTH. PAP.
I.M. AVR. IMP.
17.

A Romanum Pontificem (per subdiaconos enim consueuisse olim litteras Ecclesiasticas
dari, superius dictum est) sed apparet, virum omnium eruditissimum delectum fuisse le-
gatum (vt ait S. Hieronymus ^a) ob quasdam Ecclesiæ quæstiones. Romanam enim Ec-
clesiam in ambiguis consulendam esse, innumeræ quibuscumque sæculis ea de causa
missæ legationes, de quibus suis locis dicturi sumus, certo certius manifestant.

^a Hieronym.
de scrip. Ec-
cles. in Ire-
nao.

Romæ cum ageret vir tam insignis, quem Tertullianus ^b nominat omnium doctrina-
rum curiosissimum exploratorem; haud moles ædificiorum Urbem circumeundo con-
templatus est, nec otiosus domi resedit, sed Apostolicæ Ecclesiæ fidem, ritus, mores,
ac disciplinam, quam illi tradidissent Petrus & Paulus Apostolorum principes, quam di-
ligentissimè persequutus est: nactusque ibi Apostolicas traditiones integras & illibatas, vt
ab Apostolis ipsis traditæ fuerant, vigilantissimè custoditas & integerrimè conseruatas;

L I V.
^b Tertullian.
aduers. Va-
len. cap. 5.
IRENAEVS
QV I D RO-
MÆ.

B ad eas omnes, quos scriptis exagitat, exinde hæreticos prouocauit ^c: quos sciret eo solo
tam patenti testimonio (si quæ in eis reliqua esset ratio veritatis) conuinci posse. Vnde
autem accepit ^d, qui Irenæum in Asiam mandatum, in itinere occasione litterarum
Eleutherum inuissè tradit, non inuenimus, vt certò affirmari possit: nam licet vnus
idemque fuerit fasciculus litterarum, legatio tamen (vt ait S. Hieronymus) ad Eleuthe-
rum missa est ob quasdam Ecclesiæ quæstiones: an autem & ad Asianos litteras ipse tulerit,
nulla penes Eusebium (quem non putamus id taciturnum fuisse) mentio est, neque
apud S. Hieronymum, vel alium antiquorum quempiam. Quòd si velimus eum ad Asia-
nos missum esse cum martyrum litteris, additasque ad Eleutherum Romanum Pontifi-
cem alias: æquum est existimare, id fecisse martyres, vt, quod de prophetia Montani
priuarum (vt ait Eusebius) iudicium tulerant, idem legatione Irenæi ad Eleutherum
C Pontificem, eius auctoritate probandum atque firmandum, antequam innotesceret Asia-
nis, mississe voluerint. Quis enim persuaderi potest, sanctos martyres suum ipsorum iudi-
cium de Montani prophetia, missa legatione, noluisse participare cum Romano Ponti-
fice, cum nulla grauior his temporibus videretur esse quæstio in Ecclesia? Sed de Irenæo
Romæ agente plura sequenti anno.

^c Iren. lib. 3.
c. 12. 3. 4.

^d Euseb. in
vita Irenæi.

IRENAEI
LEGATIO.

Hoc eodem anno, iusto Dei iudicio, quòd pace precibus Christianorum parta
Gentiles abusi sint, cum aduersus eos acriter & hostiliter dimicandò prælium conuer-
tissent: bellum iterum, idemque acerrimum, à Marcomannis atque aliis finitimis popu-
lis aduersus Romanum Imperium excitatur, luesque immaniter iterum sæuit. Quam-
obrem idem Marcus aduersus eos expeditionem instituens, hoc ipso anno, qui est tertius
ante eius obitum, aduersus barbaros proficiscitur, penes quos etiam (vt suo loco di-
cetur) defunctus est. Habet hæc omnia Iulius Capitolinus ^e, vt cum in primis ait:
Deinde ad conficiendum bellum conuersus, in administratione eius belli obiit, Ja-
bentibus iam filij moribus ab instituto suo. Triennio postea cum Marcomannis, Her-
munduris, Sarmatis, Quadis etiam egit. Et si vno anno superuississet, prouincias ex his
fecisset.] & de peste hæc inferius, dum agit de Marci obitu, cum amicis flentibus hæc
dixisset: Quid me fletis, & non magis de pestilentia & communi morte cogitatis?]

L V.

BELLO ET
PESTE VEXA-
TUR RO-
MAN. IMP.

^e Iul. Capitol.
in Marco.

Sic igitur innocentiam Christianorum Deus his simul vltus est cladibus, bello, peste,
& quæ deterior est existimata & multorum malorum causa, ipsa filij Commodi, quem
hactenus sub philosophis educauerat, teterrima morum corruptione: cuius rei molestia
ad eò afflictatam ferunt Marcum patrem, vt magno animi mœrore percussus, cædioque
victus, mortem spontaneam oppeterit ciborum inedia. Fertur (inquit Capitolinus) il-
lum mori voluisse, cum filium talem videret futurum, qualis extitit post eius mortem,
nempe similis Neroni, Caligulæ, atque Domitiano: de cuius vitæ institutione hæc Lam-
pridius ^f: Habuit Commodus litteratorem Græcum Onesicritum, Latinum Capellam
Antistium, orator ei Attæius sanctus fuit. Sed tot disciplinarum magistri nihil ei profue-
runt: tantum valere aut ingenij vis, aut eorum qui in aula institutores habentur. nam à
prima statim pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinosus, oreque pollutus & con-
stupratus fuit.] hæc Lampridius: vt planè constet, hunc in Romanum Imperium diram
facem progressum esse, in omnesque sæuissimum vltorem produisse; sed tamen qui cum
talis esset, nullum negotiorum faceretur Christianis: vt planè luce clarius nosceretur, tale
monstrum ob vindictam Christiani sanguinis in Imperio coaluisse, & ab irato numine
immissum esse. Sed de his opportuniùs suo loco.

L VI.
COMMODOI
VITAE IN-
STITVTIO.

^f Lamprid. in
Commodo.

IESV CHRISTI
ANNVS
180.

ELEVTH. PAP.
ANNVS
2.

M. AVR. IMP.
ANNVS
18.

I.
IRENAEVS
CREATIVS
EPISCOPVS
LYGDVNEN-
SIS.

^a Euseb. lib. 5.
cap. 6.
^b Hieronym.
de scrip. Eccl.
in Iren.

^c Euseb. lib. 5.
cap. 19.
^d Gregor. Tu-
ronens. hist.
Franc. lib. 1.
cap. 29.
^e Hier. epist.
29.

^f Epiph. hares.
24. 31.

II I.
BLASTVS ET
FLORINVS
HAERETI-
CI.

¹ Idem lib. 5.
c. 19.

² Tertull. de
prescription.
cap. 33.

IV.
³ Philast. c. 58

Christi anno centesimo octogesimo, Rufo & Orphito Coss. cum S. Photinus Episcopus Lugdunensis anno superiori glorioso martyrio iam nonagenarius ex hac vita migrasset, in locum eius substituitur Irenaeus.] haec Eusebius^a, atque S. Hieronymus^b: qui cum certum tempus, quo Irenaeus Photino subrogatus fuerit, non definiant, haud longas interpositas esse moras significant: tamen non continuo post Photini martyrium suffectus eidem fuisse videtur, qui adhuc presbyter ad Eleutherum Romanum Pontificem (vt vidimus) à martyribus est legatione perfunctus. At verò Ecclesia illa, persecutione vehementer exagitata, haud valuit diutius carere, qui fracta consolidaret, ac dispersos congregaret, Episcopo. Auditor hic fuerat Polycarpi, vt ab eo scripta ad Florinum testatur epistola, cuius fragmentum ab Eusebio^c recitatum, superius posuimus, cum de ipso egimus Polycarpo: ab eo autem fuisse ex Asia amandatum in Gallias, tradit Gregorius Turonensis^d. At non Polycarpi modò, sed & Papiæ Ioannis discipuli fuisse auditorem, S. Hieronymus^e scribens ad Theodorum testatur his verbis: Refert Irenaeus, vir Apostolicorum temporum, & Papiæ auditoris Euangelistæ Ioannis discipulus, Ecclesiae Lugdunensis Episcopus, quòd Marcus quidam, &c.] ea etiam ex causa, quòd auditorum Apostolorum auditor fuerit, Epiphanius^f eum Apostolorum successorem, priscumque Theologum nominat.

Hic igitur postquam Romam ad Eleutherum se contulit, quòd vidisset ibi cariosum senem Valentinum haesiarcham, sed in discipulis reuirescentem (ad Eleutheri enim tempora in Vrbe illum perseuerasse, affirmat Tertullianus^g) & inter alios cum foetus illius contemplatus esset Florinum & Blastum, olim Romanæ Ecclesiae presbyteros, sed ob impietatem ab eodem Pontifice gradu depositos, non recto incedentes pede, sed in deterius raptim ad impietatem prolabentes; aduersus eosdem epistolas, seu potius commentarios scripsit. Elucubrauit paulò post etiam illud aduersus Valentinianos eruditissimum ac planè celeberrimum, quod solum ex multis præ manibus habetur, opus. Eadem quippe ab eo editæ scriptiones, tempore Eleutheri eas fuisse elaboratas, apertè demonstrant. Sed in primis quod pertinet ad Florinum & Blastum, hos Romæ obortos haereticos eo tempore, quo Montanus pseudopropheta in Phrygia cognitus est, Eusebius^h testatur, sic dicens:

Nonnulli Romæ vigeant; quorum Florinus presbyterij Ecclesiastici gradu abdicatus, & Blastus persimili implicatus errore, pariter cum illo principatum obtinuit. Isti certè complures alios, quasi ab Ecclesiae complexu abstrahentes, in suam pertraxere sententiam: quorum vterque separatim nouam sectam ad veritatem euerendam excogitare laborauit.] haec de origine malorum Florini & Blasti Eusebius, qui post multa de flagranti Irenæi pro veritate studio aduersus eos, haec aitⁱ: Cum quidam rursus sanam & sinceram Ecclesiae consuetudinem Romæ deprauare studerent, Irenaeus varias contra eos composuit epistolas: vnam ad Blastum, quam inscripsit de Schismate: alteram ad Florinum de Monarchia, siue, quòd Deus non sit auctor & fabricator mali. Nam iste Florinus contrariam illi sententiam videbatur acriter propugnasse: cuius causa etiam (quandoquidem in errorem Valentinianorum lapsus erat) Irenaeus librum de Ogdoadè conscripsit, in quo satis apertè declarat, se Apostolorum temporibus proximè successisse.] meminit & paulò post dictæ eiusdem Irenæi ad Florinum epistolæ, ad memoriam reuocans disciplinam qua à pueris ambo imbuti fuerant à Polycarpo, de qua superius. Adicit ad errorem Blasti id etiam Tertullianus^k: Est præterea his omnibus etiam Blastus accedens, qui latenter Iudaismum vult introducere: Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moyse, quartadecima mensis. Quis autem nesciat, quoniam Euangelica gratia euacuatur, si ad legem Christum redigit?] At veniale id fuisset Blasto, nisi ea de causa schisma conflasset, & aliis enormioribus erroribus se perniciosè addixisset: nam eiusmodi ritus de celebrando Paschate decimaquarta die, in compluribus sanctis viris vsque ad Victorem Romanum Pontificem fuit æquanimiter toleratus.

Ceterum quod ad Florinum spectat: si, qui dicti sunt à Philastrio^l Floriani, à Florino velimus

CHRISTI
180.

ELEVTH. PAP.
2.

M. AVR. IMP.
18.

velimus esse denominatos, impurissimo Carpocrati inhæsisse, alterumque alteri suas communicasse sordes oportuit: quandoquidem qui Floriani, iidem Carpocratiani etiam dicerentur. Sed cum de Florianis, sic à Florino dictis, agit Augustinus^m, nihil de obsecratione Carpocratis illis adhæsisse commemorat, sed tantum illud, quòd Deus causa maiorum esset. Verum Theodoretusⁿ nonnisi Valentini sectam impingit vtrisque, cum ait: b Theodor. Iam verò Florinus quoque & Blastus, qui in presbyterorum catalogum Romæ erant cooptati, in Valentini perniciosam sectam declinauerunt. Ferunt beatissimum Irenæum, eorum morbum deplorantem, scripsisse aduersus Valentinum.] At cum (vt vidimus) Eusebius hos separatim nouam hæresim excogitasse tradat, aliquid amplius Valentini hæresi eos oportuit addidisse. Siquidem, ex his quæ dicta sunt ex diuersis auctoribus de Florino & Blasto loquentibus, ambos Valentinianos fuisse; sed quòd Deus maiorum sit causa, Florinum docuisse; Blastum verò de Paschatis tempore Iudaizasse, ac ea de causa se ab Ecclesia segregasse patet: reliqua autem de vtrisque remanserunt obscura. Verum ea ex parte, qua dictum est Valentinianos Carpocrati communicasse, & proinde Gnosticos dictos esse, iidem earumdem turpitudinum participes fortè dici posse videntur.

Sed vt ad Irenæum reuertamur: cum ad certam indubitamque veritatem cognoscendam, Valentinianos omnes & alios simul hæreticos prouocat ad Apostolicas traditiones in Romana Ecclesia inuolubiliter custoditas per successores Romanos Pontifices, numeransque eos à Petro vsque ad Eleutherum^o; planè significat (quod dictum est aliàs) se sub eodem Pontifice illa scripsisse, nec nisi cum in Gallias reuersus est. nam in eius operis præfatione hæc ait: Non autem exquires à nobis, qui apud Celtas commoramur, & in barbarum sermonem plerumque auocamur, orationis artem, quam non didicimus; neque vim conscriptionis, quam non affectamus; neque ornamenta verborum, neque suadelam, quam nescimus: sed simpliciter & verè & idioticè ea, quæ tibi cum dilectione scripta sunt, cum dilectione percipies.] Gracè autem ipsum scripsisse, omnes consentiunt.

Sed ad hæc Eleutheri tempora perseuerasse Romæ vnà cum Valentino etiam Marcionem numquam sibi constantem, sed sæpè de errore exomologesin facientem, iterumque corruentem, iam & superius diximus ex Tertulliano^p; qui ait: Vbi tunc Marcion Ponticus nauclerus, Stoicæ studiosus: vbi tunc Valentinus, Platonice sectator? nam constat illos neque adeò olim fuisse Antonini ferè principatu, & in Catholicam primò doctrinam credidisse apud Ecclesiam Romanensem; donec sub Episcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam semper eorum curiositatem, qua fratres quoque vitiabant, semel & iterum eiecti.] Hos quidem (quantum ex iis conicere licet) quòd facilius in rectæ fidei gregem possent irumpere, sæpius mutasse formam, apparet. Ceterum quòd Marcion apud Ethnicos Stoicum philosophum ageret, eiusdemque scholæ, cuius & ipse Marcus Imperator studiosissimus erat, sectatorem se esse profiteretur; & quòd Valentinus ac sui omnes ex dogmatis disciplina negarent subeundum esse martyrium: inde factum est, vt exagitata sæpius eiusdem Marci tempore Ecclesia Romana persecutionum procellis, hi soli impietatis propagatores Romæ in pace egerint, ibique diutius vixerint: ipsam tamen Romanam Ecclesiam nequidquam horum sordè scædatam, sed clariori iubare veritatis, maioriq; splendore in tenebris effulsisse; Irenæus (de quo sæpius diximus) pluribus egregiè, cum ad eius sinceritatem illos prouocat, planè demonstrat.

Idem Irenæus præsentis quoque temporis Catholicæ Ecclesiae, quibus semper abunde dare soleret, diuina charismata recenset^q, quæ & Eusebius^r recitat in hæc verba: Plurimum abest, vt hæretici possint mortuum suscitare, sicut Dominus ipse, sicut eius Apostoli prædicationis subsidio adiuti, sicut alij è fratribus complures suscitauerunt. Sæpenu-merò autem, aliqua causa necessaria illud ipsum postulante, spiritus mortui (propterea quòd tota Ecclesia illius loci, vbi huiusmodi res gerebatur, cum ieiunio & multa intercessione Deum orabat) in corpus rediit, & hominis vita sanctorum precibus, donata est. Rursus paulum in oratione progressus, sic ait: Quòd si Dominum non re vera quidem, sed oculos hominum quasi visis præstringendo, ista edidisse dixerint; illos ad Prophetarum libros deducemus, ex illisque ostendemus perspicuè, omnia de illo ad eum modum prædicta esse, & verè post euenisse, & eum solum Filium Dei esse. Quapropter qui verè sunt eius discipuli, in nomine illius per gratiam ab illo acceptam eiusmodi præstant, quòd reliquis hominibus gratificentur, sicut quisque eorum ab eo donum acceperit. Quidam

FLORIANI
GNOTICI.
^a Aug. de ha-
res. cap. 66.

^b Theodor.
heret. fab.
lib. 1.

V.
^c Iren. lib. 3.
cap. 1.
IRENAEVS
QUANDO
SCRIPSEIT.

VI.
^d Tertull. de
prescription.
cap. 30.
MARCION
ET VALEN-
TINVS RO-
MAE ADHVÈ
VERSATI.

VII.
^e Iren. lib. 22.
cap. 56.
^f Euseb. lib. 5.
cap. 7.
CHARISMA-
TVM DONA
IN ECCLIE-
SIA CATHO-
LICA.

enim dæmones sic pro certo & verè eiciunt, vt non rarò hi, qui malis & nequam spiritibus purgati fuerint, tum fidem recipiant, tum in Ecclesia & fidelium hominum societate constanter perseverent. Nonnulli rerum futurarum præscientia, diuina visione & prædictione prophetia imbuuntur.

VIII. GRATIAM RACVLO RVMIN EC CLESIA.

Alij eos, qui grauibz morbis affliguntur, per manuum impositionem curant, & ad pristinam valetudinem restitunt. Iam verò (vt diximus) mortui suscitati sunt, & multos annos post apud nos commorati. Quid plura? Dona sanè ne dicendo quidem numerari poterunt, quæ Deus Ecclesiæ per vniuersum mundum diffusæ donauit, quibusque illa in nomine Iesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi in dies singulos multa miracula ad gentium vtilitatem efficit, & neque quemquam dolo & fallaciis deludit, neque hæc agit pecuniæ cupiditate, aut quæstu ducta. Alio loco idem auctor scribit: Multos fratres in Ecclesia ipsi audiimus, qui & dona prophetiæ habent, & variis linguis per Spiritus sancti gratiam loquuntur, & occulta hominum in apertum proferunt ad aliorum commoditatem, & mytheria Dei perspicuè & euidenter aperiuunt. Ista de varietate donorum in eorum animis, qui eisdem digni habebantur, ad tempora modò demonstrata resistentium hæctenus differuimus.] hæc apud Eusebium.

IX.

*Euseb. lib. 5. cap. 8. DE DIVINA SCRIPTURÆ, ET INTERPRETI. SVS.

Sed & de diuinis Scripturis eiusdem Irenæi auctoritate probatis, idem Eusebius quæ de ea re ab eo scripta sunt recitat, de quæ illarum interpretibus, qui hæctenus extitissent, eiusdem quoque verbis meminit, nempe de illis Septuagintaduobus diuinæ Scripturæ interpretibus, qui primò diuinam Scripturam transfulerunt in Græcum, de quæ Theodotione Ephesio, & Aquila Pontico, quos vt Christi diuinitatem imminuentes Ebionæi hæretici, qui Christi diuinitatem negarent, secuti essent. At nos de interpretibus Scripturæ diuinæ opportuniùs agemus inferiùs.

X.

*Iren. lib. 3. cap. 25. *Euseb. lib. 5. cap. 8. DE DIVINA SCRIPTURÆ, ET INTERPRETI. SVS.

Verùm illud hic dissimulare non possumus, quod idem S. Irenæus de restitutione librorum facta per Esdræ tradit his verbis, quæ idem quoque Eusebius sic recitat: Nec mirum sanè est, Deum istud effecisse, de Septuagintaduobus interpretibus scilicet: qui etiam cum Scripturæ, dum populi Israëliti captiui sub Nabuchodonosor tenebantur, penitus interissent, & Iudæi post annos septuaginta redissent, deinceps temporibus Artaxerxis Esdræ sacerdotei ex tribu Leui, diuino Spiritus sui afflatu incitauit, vt cum libris omnium Prophetarum qui antegressi fuissent, de integro conscriberet, tum legem à Moysè promulgatam populo de integro restitueret.] hæc Irenæus secundum Eusebij lectionem; licet in ea, quæ communi vñ habetur præ manibus, ea verba adiciantur: Prophetarum omnium rememorare sermones.] præterisse ea verba in textu posita ipse videtur Eusebius. nam in Chronico, Olympiade octogesima, anno secundo, ait de Esdræ post alia: Affirmaturque diuinæ Scripturas memoriter condidisse, & vt Samaritanis non miscerentur, litteras Iudaicas commutasse.] cuius sententia pari quadam consensione à pluribus æquè accepta videtur.

XI.

*Tertullian. de habitu mulieb. 3.

*Clem. Alex. Strom. lib. 1.

At quoniam res eiusmodi est, quam (licet non horum temporum res gesta sit) ad Ecclesiasticam tamen historiam magnopere pertinere, omnes facillè iudicabunt; hæc elucidare operæpretium ducimus. Tertullianus idem, qui his ipsis cum Irenæo temporibus viuebat, hæc de Esdræ in eandem sententiam: Ierosolymis Babylonia expugnatione deleris, omne instrumentum Iudaicæ litteraturæ per Esdræ constat restauratum.] sed & Clemens Alexandrinus id ipsum affirmat, cum ait: Esdræ Leuites, qui factus fuerat sacerdos, prophetauit, omnes veteres rursus Scripturas renouans.] Sed & citatur epistola S. Basilij ad Chilonem, in qua hæc habentur descripta: Hic campus, in quo secessu facto Esdræ omnes diuinis libros ex mandato Dei eructauit.] Id fermè Theodororus in præfatione super Psalmos, & alij. Sanè quidem & S. Hieronymus in Eluidium agens, nominat Esdræ restauratorem Pentateuchi. Ex his igitur quàm amplissimorum virorum, atque aliorum recentiorum additis testimoniis, ea opinio penes complures inualuisse videtur, vt cum captiuitatis Babylonicæ tempore incensum est templum, ciuitas diruta, & populus ductus in captiuitatem, diuinæ quoque Scripturæ libri exusti perierint, sed in restitutione vrbis & templi omnes fuerint per Esdræ restituti, nimirum diuini afflatu Spiritus absque aliquo exemplari, vt priùs erant, ex integro eos fuisse dictatos: quorum sententia dici oporteat, diuinam illam à Moysè & Prophetis Legem Scripturamque traditam penitus excidisse, sed Esdræ auctore iterum fuisse scriptam.

Sed

A Sed vnde hæc sententia dimanarit, prima frontis origo est demonstranda. Certè quidem apud libros Esdræ ab Ecclesia receptos nihil tale est inuenire: immò extitisse tunc legis libros, ea Scribarum rogatio monstrat, quæ ait: Dixerunt Esdræ Scribæ, vt afferret librum legis Moyti, quem præceperat Dominus Israël. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum, ac mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi, & legit in eo aperte, &c.] Sic ergo ex scripto libro legisse Esdras dicitur, non numen dictasse legem: nec aliter habet, qui Iudaicas antiquitates accuratius est profecutus, Iosephus, cuius hæc sunt verba: Rogauerunt Esdræ, vt eis legem Moyti legeret: quod & fecit, stans in medio multitudinis à mane vsque ad meridiem. Ex qua lectione non solum in præsens & futurum discabant quid esset iustum, sed etiam præriteritorum memoriam retractantes lacrymabantur.] hæc Iosephus: quibus planè non B memoriter ab eo recitatam, sed ex scripto lectam fuisse legem apparet. Denique nullus penitus antiquorum Hebræorum reperitur, qui libros diuinos penitus perisisset, & per Esdræ diuinitus renouatos tradiderit. In apocrypho tantum, ab Ecclesia penitus improbaro atque reiecto quarto libro Esdræ leguntur fusiùs scripta, quæ de lege recens ab Esdræ absque aliquo exemplari diuinitus dictata feruntur. Porro librum illum manifestos errores, qui repugnant Catholicæ veritati, continere, certum est. Sixtus & alij collegerunt eos: ad quos lectorem amandamus.

XII.

*Esd. 8. ERROR DE RESTITVTIONE FACTA PER ESDRAM.

*Ioseph. an. sig. lib. 11. cap. 5.

*Esd. 1. 4.

*Sixt. Senes. Biblioth. li. 1.

Nec rursus quod aiunt, Esdræ litteras Hebraicas commutasse, ac proinde non eo caractere, quo olim exarata est lex, post Esdræ haberi conscriptam, probatur antiquorum Hebræorum auctoritate. Quòd si aliqua ab eo facta est commutatio litterarum, de quinque finalibus tantum contigisse potuit. nam Philo Iudæus, & Iudæorum differensimus, illa ipsa lingua ac caractere, quo antiquitus scripta lex est, sic permansisse semper absque aliqua mutatione vsque ad tempora Ptolemæi Philadelphi, qui eam per Hebræos in Græcum transferri curauit, aperte testatur: qui tamen cum dicat Chaldaica lingua legem fuisse conscriptam, Hebraicam proculdubio linguam intelligit, quòd Abraham Chaldæus fuerit, & Chaldaica illorum temporum lingua eadem esset cum Hebraica. quod & de eo testatur S. Hieronymus, cum ait: Philo arbitratur linguam Hebræorum ipsam esse Chaldaicam; quia Abraham de Chaldæis fuit.] ceterum in confesso est apud omnes, legem Hebraicè fuisse conscriptam, & ex Hebraico idiomate à Septuaginta interpretibus Græco sermone donatam: id Iosepho, id etiam reliquis tam Iudæis, quàm Græcis, atque Latinis testantibus.

XIII.

*Philo in Vlt. in Moyse.

*Hieron. in cōmen. in Dauid. cap. 1.

Sed mea quidem sententia, inde horum omnium dubitationum causa atque origo manasse videri, quòd apud eos opinio illa inualuisset, vñ simul cum vrbis excidio, ac templi combustione, sic diuinis quoque libros incensos esse, vt nullum illorum exemplar reliquum fuerit. quo certè nihil mendacius dici posse videtur. In primis enim si exemplo agenda res est: cum sub Antiocho, ac demum sub Vespasiano eadem cladem, immò longè maiorem, Iudæi sint experti: num quia incensi sunt libri eorum, vel in manus Gentilium deuenerunt, fuerunt illi ab aliquo nouo Esdræ dictante, miraculo iterum edito restituti: an non potius quòd innumera suppeterent eorumdem exemplaria fidelissimè scripta? Sed agendum, hæc vt certiora reddantur, ad veterem & inolitam Hebræorum consuetudinem eos, qui de his dubitant, prouocemus.

XIV.

*CONFVTATVR DE RESTITVTIONE SCRIPTVARVM DI-VINAE OPINIO.

Cum templum non nisi vnum, in quod omnes vndique conuenirent, apud Iudæos esse posset, in quo sacrificia offerrentur: prouisum est tamen, vt religioni eorum alia quoque via consultum esset; nimirum vt in ciuitatibus, oppidis, ac etiam vicis synagogas, domos ipsas publicas habere possent, in quibus simul tum precationis causa, tum etiam gratia diuinæ Scripturæ, quæ quolibet sabbato legebatur, frequentes agerentur conuentus. Quod non solum Iudæorum innumeris testibus exploratum habetur, sed etiam pluribus tum sacri Euangelij, tum Actuum Apostolorum testimoniis confirmatum redditur. & vt res exemplo clarior fiat, hæc apud Lucam de Domino: Venit Nazareth, vbi erat enutritus & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere, & traditus est ei liber Isaiæ Prophetæ, &c.] Si in Nazareth exigui oppiduli synagoga erant sacri libri ad legendum, quid de aliis amplioribus locis dicendum? Per omne quidem sabbatum legi solitas diuinæ Scripturas tum legis, tum Prophetarum, idem Lucas testatur in Actis, sic dicens de Paulo & Barnaba: Cum venissent Antiochiam Pisidiæ, ingressi in synagogam, post lectionem legis & Prophetarum, &c.] At ne quis

XV.

*DIVINA SCRIPTURA NUMQUAM PERDITA.

*Luc. 4.

*Act. 13.

15. quis putet recentem fuisse eiusmodi apud Iudæos institutionem, audiatur quid pro concione in Concilio Ierosolymitano Iacobus frater Domini locutus sit, dicens: Moyfes enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur. Iosephus quoque Iudæus id ipsum confirmat, cum ait: In hac populatione miles quidam libros Mosâicos in quodam vico inuentos protulit, eosque lacerauit in conspectu omnium. & cum agit de Iudæis Cæsareæ habitantibus: Iudæi, inquit, libros legis rapientes, secesserunt in Nabata. Sed in re adeo aperta otiosum nimis est diutius immorari.

XVI. Ex his igitur necessaria consecutione deducitur, penes Iudæos tot saltem fuisse sacrorum voluminum exemplaria, quot apud eos fuerunt synagogarum instituta. Quibus sic se habentibus, etsi non tantum quæ erant in templo, vel in aliis synagogis Ierosolymis consistentibus sacra legis volumina incensa fuerint; sed & quæ in tota Palæstina, pariter combusta, vel alio casu perierint; certè quòd Iudæorum populus nequaquam eius provinciarum limitibus contineretur, sed ubique terrarum (vt auctor est Philo) dilatata essent ipsorum coloniarum, haud possibile fuit omnia quæ reperiebantur tunc temporis sacra volumina excidisse: cum alioqui constet diuinæ Scripturæ auctoritate, non omnes Iudæos ductos fuisse in captiuitatem, sed consentiente Rege Babylonis, plurimos in Iudæa remansisse, qui & transmigrarunt in Ægyptum: & quamuis alia denud pressura fuerint exagitati; Iudæam tamen absque Iudæis, durante ea captiuitate, fuisse, dici non potest, cum inter eos Propheta fuerit Habacuc, qui in sublime raptus tulit prandium Danieli. Certè quidem non inuidisse Babylonios Iudæis legem ipsorum, quam suos in Samariam missos didicisse voluerunt, intelligi potest.

XVII. Si igitur sacra volumina nequaquam ubique locorum ea clade periisse potuerunt; quænam, obsecro, causa reddi potest, vt oportuerit diuino miraculo diuinam legem, librosque omnes sacros ab Esdra dictari, atque eo modo edi denud? Rursus si tot ubique locorum extabant vetera exemplaria, quomodo verum esse potest, alio caractere Esdræ curasse sacra volumina scribi, cum nonnisi vnius characteris esse omnes vetustissimi codices reperiantur, nempe Hebraico antiquo caractere conscripti? Ex his itaque mendacij quoque redarguitur, quod ab aliis ferri Athanasius in Synopsi tradit his verbis: Narratur quoque hoc de Esdra, quòd cum libri quinque per incuriam populi ac diurna captiuitate perissent, ipse illos, cum esset honesti studiosus, industrius, & lector, apud se omnes custodierit, ac tandem protulerit, omnibusque tradiderit, atque ita seruauerit. hæc licet veritati proximè accedat: tamen non vnum tantum apud Esdræ remansisse diuinæ Scripturæ exemplar, dicendum est, cum plura fuerit in aliis saltem regionibus eisdem exemplaria reperiri.

XVIII. Sed quod ad Esdræ officium spectat, egregiam sanè ab ipso nauatam esse operam, non dubitamus; nempe vt sacros codices quam diligentissime recognosceret, & si quod mendum irrepsisset, ex aliorum exemplarium collatione corrigeret, emendatoque (vt dictum est) populo legeret. Constat etiam diuinarum Scripturarum auctoritate, ab Esdra Nehemia egregiam illam operam esse nauatam, vt collectis hincinde diuinis libris, & aliis ad rem sacram spectantibus, bibliothecam nobilem constituerit. In libris enim Machabæorum hæc leguntur: Interebantur autem in descriptionibus & commentariis Nehemiæ hæc eadem, & qualiter construens bibliothecam, congregauit de regionibus libros & prophetarum, & Dauid, & epistolas Regum, & de donariis. Secundum hæc etiam affirmasse videmus S. Hilarium in præfatione in Psalms, cum ait Esdræ omnes Psalms perquisisse, & ex eis librum vnum collegisse. Nec aliud significare voluit S. Ioannes Chrysostomus, dum tradit ipsum ex reliquijs scripturarum diuinam Scripturam composuisse: sic & Theodoretus, pariter affirmans, Scripturam deprauatam tempore captiuitatis, ab Esdra restitutam. In hanc quoque sententiam Patres, qui de restitutione facta per Esdræ sermonem habuerunt, intelligendos existimamus; nisi qui eidem apocrypho aliquam fidem, quam nullam mereretur, adhibendam esse putarunt. At de his, quæ obiter occasione elucidationis sententiæ Irenæi, à nonnullis in magnam fidem acceptæ, sunt dicta, iam satis. Cetera de eodem Irenæo suo loco inferius.

Ioseph. An. lib. 20. cap. 4. Idem de bel. Iud. lib. 2. cap. 12.

INNUMERATA EXEMPLARIA SCRIPTURARUM DIVINARUM.

Phil. de leg. ad Cainum.

4. Reg. 2. 5.

Dan. 14.

4. Reg. 17. 18.

YNA EADEMQUE EODEM ETIAM CHARACTERE DIVINAE SCRIPTURAE EDITA.

ESDRÆ MYNVS.

2. Mach. 2.

Chrysostom. hom. 8. in epist. ad Hebr. Theodoret. pres. præfat. in Psalms.

Centesimo octogesimo primo anno, Lucius Aurelius Commodus secundum Consul renuntiatus, collegam habuit Candidum Verum: quo anno (vt habet Eusebij Chronicon) post Agrippinum, qui sedit annos tredecim, subrogatus est in sedem Alexandrinam Iulianus, sub quo Alexandria templum Serapidis conflagrauit: quod accidisse anno secundo eius sedis, idem auctor affirmat. Hic (vtim nimirum Marci temporibus) prætermisisse nolimus, quæ sub eius Imperio à Nicephoro contigit narratur historia. At quoniam in ea mentio habetur de Dionysio Alexandrino Episcopo, loco eius restituendum putamus Dionysium Corinthiorum, qui his ipsis (vt vidimus) temporibus claruit; ille autem Alexandrinus longè postea. Vt cumque se res habuerit, fides sit apud auctorem, qui ait:

Adhuc autem Marco Aurelio Antonino Imperium administrante, quod tunc accidit non prætermittendum est silentio. Iudæus enim quidam in solis aridisque locis iter faciens, communiter cum viatoribus Christianis Psalms canebat. Cum verò morbo repentino ita affligeretur, vt crederetur moriturus, atque ibi in locis illis permanens esse, magna contentione viatoribus suis obsecrando institit, ne cum ita præsidio omni destitutum relinquerent, sed vt diuini lauacri participem facerent, ac deinde abirent. Vt autem illi, neque qui præstare hoc posset (sacerdote enim opus erat) neque aquæ copiam adesse, quæ in Baptismo perficiendo, ex consuetudine antiqua & lege certa & inuiolata, requireretur, causati sunt; & propterea in tanta rerum penuria petitioni eius non annuerunt. Iudæus porro in sententia sua permansit, & iureiurando eos, vt sibi satisfacerent, adegit. Illi itaque detractis homini vestibus, arena quæ ibi erat, pro aqua vsi, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, tertium arena in eum coniecta, baptizarunt. Per hanc tam insolitam & admirandam sacrosanctam mysteriorum initiationem, imbecillitate omni tamquam vinculo quodam is solutus, longè melius quam illi, validius iam prorsus iter fecit. Postquam autem domum sunt reuerii, rem illam ad Dionysium Corinthiorum Episcopum retulerunt. Ille verò admiratione stupens, Ecclesiam de ea re consuluit. Cui visum est, aqua insuper ad eum modum initiatum, iuxta Ecclesiæ traditionem, abluendum esse, & ita, quod Sacramento ei deesset, sarciretur. hucusque Nicephorus; qui dum ait Iudæum cum Christianis Psalms vnâ cantasse, eum fuisse catechumenum demonstrat: nam aliter nequaquam à Christianis ad illud pietatis munus admissus fuisset. Ceterum nec ex Ecclesiasticæ legis præscripto, illum, etiam necessitatis tempore, ab alijs quam à sacerdotibus non potuisse baptizari dicere potuerunt; sed rudi quadam simplicitate, & rerum Ecclesiasticarum ignorance.

Adueniente autem anno Domini centesimo octogesimo secundo, Brutio Præfente secundum, & Quintilio Gordiano Coss. die decimaseptima mensis Martij, Marcus Aurelius Antoninus Imperator, cum in expeditione Marcomannica ageret in Pannonia, morbo affectus, abstinentia cibi mortem voluntariam appetiit; cum iam (vt habet Theophilus Antiochenus, qui tum vivebat) imperasset annos decem & nouem, & dies decem. At quòd tempus ab origine mundi idem ibi numerat annos quinquies mille sexcentos nonagintaquinque; diuersam esse de his aliorum sententiam, alibi dictum est. In hanc vsque diem perseverasse Christianorum persecutionem, idem auctor in fine eius à se scripti commentarij tradit. Obiisse autem Marcum Imperatorem annos natum quinquagintanouem, minus diebus nouem, ex Iulio Capitolino colligitur, qui eum ortum dicit Vero & Augure Coss. sexto Kalendas Maias: fuit is annus Domini (vt positum est) centesimus vigesimustertius. Cum die sequenti ab obitu Marci decimo octaua mensis Martij Commodus, qui cum patre in castris agebat, hereditarium Imperium adiit, annos natus decem & nouem, minus mensibus tribus & diebus tredecim: qui mox bellum

IULIANVS EPISCOPVS ALEXANDRINVS.

Niceph. h. li. 3. c. 36.

IVDAEVS HIDE CONVALVIT.

* al. Alexandinum.

M. AVRELIVS IMP. OBITVS.

Lamprid. in Commod.

bellum propè confectum remittens, Romam se contulit, vbi pauculis annis (vt est apud A Herodianum) nihil non honoris paternis amicis exhibebat, omnibusque eos in negotiis in consilio habebat.]

^a Herodian. lib. I.

I I.

COMMODOVS IMPERAT. MORIBVS CORRVP. TVS.

^b Apud Lamprid. in Commodo.

At quomodo postea, in innum omnium scelerum penitus prolapsus, factus sit omnium crudelissimus atque turpissimus; adeo vt omnes, qui ex vitiis ante cum insignis infamiae nomine notati essent, nempe Domitianum, Caium, atque Neronem, facile antecelleret; tum Dio, tum etiam Herodianus, sed & Lampridius in primis descripsit. At quod non sit nostri instituti, omnia ab Imperatoribus gesta prosequi, quodque animus horreat singula eius monstruissima facinora recensere, libentius abstinemus. Satis sit aliqua ex his, quae Marius Maximus, nobilissimus & antiquus historicus ^b, de acclamationibus in eum non à plebe tumultuante, sed à Senatu post obitum factis, scripsit, accepta reddere: Acclamatum ait, Patriae hostem, parricidam, occisorem Senatus, carnificem eiusdem, B ciuium necatorem, impurum gladiatorem, sauiorem Domitiano, Nerone impuriorem] eademque saepius reperita, aliaque complura addita, quae lector peruidere poterit: vt nec illis satis quidem quibuscumque enormitatis vocibus, omnis eius cum turpitudine iuncta sauitia, aliisque omnis generis sceleribus vita ducta, iisdemque omnibus saepius iteratis, exprimi facile potuisset: quae à nobis hoc ipso Imperij eius exordio non incon- sulte ponuntur, sed hac potissimum ratione.

I I I.

COMMODOVS VLTOR SAN- GVINIS CHRISTIA- NI.

^c Exod. 9.

Quis enim non videt (quod superius diximus) vlciscente numine, talem facem in Urbem illatam, & gladium in ciues fuisse paratum? vt qui olim in Christianos, toto praene Marcii Imperio, defrauerant, quique eos calumniis fuerant infectati, ipsiusque Urbis Senatores praefecturas tunc prouinciatarum gerentes, de iisdem Christianis pessime meriti, eosdem per calumniam delatos carceribus mancipantes, sauiissime cruciantes, & crudeli morte tandem afficientes; omnes aequè Christiani sanguinis Commodum experirentur vltorem. Et vt appareat, haec non nisi diuino consilio facta: vt olim accidit in Aegypto, dum clades illae diuinitus immisae Aegyptios tantum afficerent, nec filii Israél molestiae quidquam inferrent; ita pariter cum Gentiles tot Commodianis essent exagitati molestiis, ac diris nouisque semper casibus afflictati, Christi tamen Ecclesia pace vbique tranquillissima fruebatur; vixque sit aliquem reperire, cui religionis causa negotium exhibitum sit, nisi fortasse, in scio Principe, ex Senatus vel magistratus sententia quispiam iussus sit duci.

I V.

EIVSA PROPHETIA MONTANI.

^d Greg. Nazianzen. in laud. Basil.

Dixerim planè alia quoque ex causa manifestum reddi ea in re diuinum consilium, nimirum ad mendacij arguendam Montani pseudopphetiam, quae vniuersum penè Christianum inuaserat orbem; multo plures in errorem impulsura, si, quae praedicta ab eo erant, contrario euentu non fuissent elusa. Dolosa quidem ille arte, quod mala facilius D euenire contingat, quam prospera; quodque coniectura fortasse (vt accidit Gregorio Nazianzeno ^d de Iuliano Apostata Athenis agente, ex naturalibus signis vera praedicere) Commodi potuisset praefagire sauitiam; bella, seditiones, ac immanem proximè in Christianos persecutionem fore excitandam ille fuerat auguratus. Sed insanam ipsius ac suorum mentem planè patefecit euentus: nam Romanum Imperium à bello quieuit (leuioribus quibusdam Britannorum velitationibus exceptis) & nullum à Commodò est factum negotium Christianis: vt propemodum miraculo adscribendum fuerit, quod sub turpissimo, immanissimo, ac insuper auarissimo Imperatore, nullis Christiana religio fuerit talis Principis lacescita molestiis, nec aliorum Gentilium inuidencium ex more vexata calumniis: quippe qui omnes sauiissimi Imperatoris vel malis oppressi, vel minis terri, aut aliorum exemplo percussi, pauore metuque deiecti, de Christianis ne cogitandi quidem haberent otium, nedum persequendi facultas eis aliqua suppetere videri posset.

V.

VNDE PAECCLESIAE.

^e Psal. 32.

^f Job 38.

^g Herodian. lib. I.

^h Dio in Commodo.

Vnde autem acciderit, vt inter tot tumultus ac turbas Christiani solummodò securi agerent, ac post longam vexationem quiescerent, peruestigandum est: cum autem id quidem clementiae Imperatoris minimè possit adscribi; totum est tribuendum diuinæ virtuti, qua congregat ^e sicut in vtre Dominus aquas maris: cum nimirum cor impij exaltuans, & quasi mare feruescens, limite voluntatis suae coërcet; imperatque dicens: ^f Vtique huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.] Accidit quidem, nec absque diuino nutu, vt Marcia, vna ex Commodi concubinis, quam propè loco vxoris (vt tradit Herodianus ^g) habebat (eidem enim honores omnes, velut Augustae, praeter ignem, nempe faces accensas praecedere solitas, eius voluntate tribuebantur) ipsa inquam Marcia fuerit (vt auctor est Dio ^h) Christianorum studiosissima: quam quidem,

A quidem, quod magna apud Commodum polleret auctoritate, pro Christianis eum interpellasse, par est credere. Sed vt cumque id acciderit, quod Imperator sauitiam in omnes longè lateque grassantem, in Christianos solum progredi cohibuerit, quodque Gentiles omnes immenso semper odio profecuti haecenus Christianos, eos vexare iam praetermiserint, miraculum propemodum reputatur. Qui enim fieri potuit, vt aduersariae religionis perditissimus homo, immò & qui ipse Deus dici ^a, & vt Herculi sibi sacra fieri voluit, Christianos deorum omnium hostes & contemptores benignè habuerit? Immo quonam pacto se à Christianorum iniuria valuit cohibere, & ab eorum religionis vexatione temperare, qui (quod scribit Lampridius) templa quoque deorum; quos colebat, stupris ac humano sanguine polluit, necnon etiam spoliavit? vt meritò in eum post mortem acclamatum sit à Senatu: Hostis deorum, qui templa spoliavit, vno trahatur.]

^a Lamprid. in Commodo.

B sanè quidem hoc praestare, illius solius erat, quo mari & ventis imperante ^b, fit tranquillitas magna. Sed iam cetera quae sub eius Imperio facta sunt, enarremus: prius tamen quae anni huius reliqua sunt, absoluaus.

^b Matth. 8. Mar. 4. Luc. 8.

In hunc vsque annum vixisse oportuit Theophilum Episcopum Antiochenum: nam ad finem commentarij ad Autolicum meminit mortis Veri, cum regnasset annos (vt ait) decem & nouem: sic enim nominat Marcum Aurelium Imperatorem. Quamobrem corrigendus est Eusebius, qui ante annos quatuor ponit in Chronico Theophili successorem Maximinum. Immo & hoc ipso anno, cum adhuc persecutio Marci tempore excitata, nondum sedata penitus esset, nec plena pax per Commodum restituta, ipsium commentarium illum scripsisse oportuit: nam in fine ipsius, de persecutione adhuc cum ea scriberet grassante meminit: quod eius verba significant, quae alia occasione sunt à nobis superius recitata. Quod si post praesentem annum, qui est vltimus Marci, & primus Commodi, ipse scripsisset; non ea vtique de persecutione adhuc vigente, sed de pace Ecclesiae reddita meminisset.

V I.

THEOPHILVS QVANDO SCRIP. SIT.

Table with 3 columns: IESV CHRISTI ANNVS 183., ELEVTHERI PAP. ANNVS 5., COMMODI IMP. ANNVS 2.

Christi anno centesimo octuagesimo tertio Commodus tertium adiit Consulatum, collegam habens Antistium Burrhum. Quo tempore, quiescente Ecclesia D à persecutione Gentilium, magna facta est multorum accurrentium ad fidem suscipiendam accessio, ac eorum praesertim, qui nobilitate simul cum animi ingenuitate praestarent. Longo enim Christianae religionis experimento, & eius cultorum, quos pra oculis semper habebant, excitati virtutum exemplo, erecti animis ad altiorum se considerationem ex imo superstitionis Gentilitiae efferentes, primum admirari, ac subinde perscrutari, ac denique agnitam veritatem consecrari, amplexarique tandem penitus decreuerunt. Erant è contrario de falsitate deorum, deque cultus eorum tam aperta stultitia, adeo patencia ob oculos posita argumenta, vt à patriis ritibus desciscere vi quadam quodammodo cogerentur. Quis enim eorum, qui cerneret Faustinae impudicitiae infamiam laborantem, inter diuas relatam, templo donatam, & dexte instar sacrificii celebratam, adeo vecors esset, vt eo conspecto, atque aliis, quae ibidem Romae hoc ipso saeculo edita sunt exempla, non confestim quid de diis ceteris esset sentiendum, rationi consentientem sententiam ferret? Quis, rogo, Commodum seipsum inter deos referentem, & adulantem Senatum ^e ipsum itidem deum Herculem appellantem, eidemque vt deo sacrificantem, aequo animo ferre posset; quin mox sordidae religionis pertaesus, eam quam cerneret puriorem ac sanctiorem, testatam miraculis, Prophetarum ac Sibyllarum praenuntiatam oraculis, atque sanctitate morum excultam religionem capesseret?

I. ROMANORVM INGENSVS NVMERVS FIDEM CHRISTIANAM SEQVITVR.

^e Lamprid. in Commodo.

Erat adhuc recens Christianorum ope editum in Marcomannico bello miraculum, toto terrarum orbe tantopere praedicatum. His accesserat, quod complures in hanc diem pro Christiana religione ab crudelissimis viris editae fuerant Apologiae, & in vanitatem ac falsitatem deorum simul ingestae grauissimae inuectiuae, quibus quilibet animus quamuis durior potuisset facile permoueri. De viris autem clarissimis ad Christianam fidem accedentibus,

I I. QVIBVS CHRISTIANA RELIGIO ILLVSTRATA.

dentibus, sic scribit Eusebius: Eodem tempore Commodus Imperium gubernante, no-
stra religio ad pacatum & tranquillum statum deducta fuit, & pax, diuina gratia largiente,
omnes Ecclesias in toto terrarum orbe occupauit. Quo quidem tempore salutaris Dei
sermo hominum mentes cuiusque generis aded attraxit ad piam Dei omnium rerum
conditoris religionem cultumque, vt iam Romae complures & genere illustres, & rerum
affluentia admodum locupletati, vna cum omni familia & cognatione sua se ad suam ip-
sorum salutem amplexandam reciperent.] hæc Eusebius de Romanis.

III. Quod autem pertinet ad externos, illud memorabile & scriptorum monumentis à
pluribus consignatum habetur de Lucio Britannorum Rege, qui diuina luce men-
tem perfusus, de Christiana fide suscipienda consilium iniens, legatos ad Eleutherum
Papam misit, à quo sacros ministros, qui Christianæ religionis munera obire possent,
acciperet. Hæc quidem cum omnes ad Eleutheri referant tempora, erroris arguuntur
qui scripserunt, facta sub Marco Aurelio & Lucio Vero fratribus Imperatoribus: nam
tempora Eleutheri sedis nullo modo cum ipsorum Imperio congruere, certum est. mag-
is itaque iis assentimur, qui sub Commodus id factum esse dixerunt. Sed quid de his
in libro de Romanis Pontificibus in Eleuthero scriptum habeatur, huc inferamus:
Hic accepit epistolam à Lucio Britannico Rege, vt Christianus efficeretur per eius man-
datum.] eadem Beda, Ado, & alij recentiores: sed quod præstat his omnibus, eius rei
memoria antiquis tabulis Ecclesiasticis, ipsis inquam antiquis Martyrologiis, in Ecclesia
legi solitis, habetur adscripta: cuius rei gestæ narrationem paulo fufius in hunc modum
inuenimus explicatam:

Beda de
gest. Ang. l. 1.
c. 4. & de sex.
et. 1. d. 1.
Ado. in
Chron. &
alij.

IV. LVCII RE-
GIS LEGA-
TIO.

Lucius numquam se Christianæ religioni infensum exhibuit, hostemve: sed quod
Christianorum miracula simul & vitæ integritatem admiraretur, in eisdem propensior
videbatur: amplexusque fuisset iam antè Christianam religionem, nisi auita velut nexi-
bus obligatus esset superstitione, nisi etiam conspexisset Christianos ab Ethnicis ipsis vt
infames vilesque haberi, à Romanis ipsis, apud quos summa rerum esse videbatur, &
gladio & iniuriis assiduò lacerari. Comperit tamen postea, nouitque ex Legatis Cæsaris,
Senatores etiam aliquos Christianos factos esse, & inter alios Pertinacem quemdam,
atque Trebellium; Imperatoremque ipsum Marcum Aurelium, victoria eorum preci-
bus obtenta, benignè habuisse Christianos. Quibus his aliisque perceptis, Lucius lega-
tionem misit ad Eleutherum Romanum Pontificem per Eluanum & Meduinum Britan-
nos: rogans per eos Eleutherum, vt per se suosque ministros ad Christianam religionem sus-
cipiendam aditum patefaceret: quod & obtinuit. Nam idem Pontifex Fugatum & Do-
natianum, aliter Damianum, in Britanniam misit, qui Regem & alios Christiana reli-
gione imbutos sacris initiarent mysteriis: quod & nauiter impleuerunt.] cum alioqui diu
antè (quod testatur Gilda Sapiens) Christi Euangelium illuc perlatum fuisset. Hæc ex
verustioribus monumentis de Lucio prodita habentur.

Gilda de ex-
cid. Britan.
Edita etiam
apud Baleam
in catal. &
alios.

V. STATVS RE-
RVM BRI-
TANNICA-
RVM.
Suetonius in
Claud. c. 17.
& Tacitus
lib. 10.

Jul. Capie.
in Marco.

Lampridius
in Commod.

Dio in Com-
modo.

VI. BRITAN-
NIA DIVI-
SA.

Sed qualis fuerit his temporibus rerum Britannicarum status, vt omnis quæ de his
posset dubitatio exoriri tollatur, peruestigandum est. Fallitur quidem certè, qui hæc de
Lucio Britannico Rege in dubitationem audet inducere, quod putet Britanniam iam
olim à Romanis sub Claudio redactam in prouinciam nullum habere potuisse Regem.
Numquam enim Romani ante hæc tempora tota Britannia potiti sunt; sed in ea complu-
res populos indomitos permanuisse liquet, qui Romanis exercitibus negotium sæpe fa-
cesserent. Rursum verò eosdem, qui in Britannia populi à Romanis fuerunt debellati,
sæpe sapius descruisse, ac penitus rebellasse, certum est. Nam, vt de remotioribus tem-
poribus dicere prætermittamus, constat quidem auctore Iulio Capitolino, sub Marco
Aurelio constat esse Britannicum bellum, sed per Calpurnium Agricolam, illuc à
Marco missum, fuisse compressum. Rursum verò post obitum Marci, imperante Com-
modo, instauratum: aded vt Britanni (quod scribit Lampridius) voluerint contra ip-
sum alium creare Imperatorem, recusantes omnino parere Commodus: sed per duces
fuisse sedata omnia, idem auctor affirmat. Addit insuper ad hæc Dio, Britannicum bel-
lum his Commodi temporibus fuisse omnium maximum, sed per Vlpium Marcellum
prorsus extinctum. Tradit enim, Britannos murum illum esse transgressos, qui inter ip-
sos & Romanorum castra positus erat medius.

Quibus plane significatur, Britanniam sic eo tempore fuisse diuisam, vt partem illam,
quæ citra murum esset, Romani occuparent, alteram verò trans murum positam Britanni
liberè

A liberè possiderent, qui sæpe Romanos murum illum egressi preclis prouocarent. Sic igitur,
quod dicunt Lucium Regem fuisse Britannicæ, nihil prohibet, quantumuis Romani
ex parte insulam detinerent, quin alterius eius partis, quam Britanni liberè posside-
rent, Rex esse potuisset. Auctor est enim Aelius Spartianus (quod superius dictum, in
memoriam reuocare, res de qua agitur, exigit) ab Hadriano Imperatore, cum in Bri-
tanniam perrexisset, murum per octoginta millia passuum esse ductum, qui barbaros
à Romanis diuideret, alium insuper murum, sed cæpitiuum superinduxisse Antoninum
Pium, Iulius Capitolinus affirmat in Pio. Sic videas magnam partem Britannicæ fuisse li-
beram, nec paruisse Romanis. Potuit insuper & Lucius aliquis esse Regulus sub Roma-
na ditione in Britannia positus, Romanoque Imperio parens, secundum ea quæ à no-
bis in Romano Martyrologio in Eleuthero Papa scripta sunt. At de Lucio satis. Ce-
terum quod ad Britannos spectat, qui Romanum ferre iugum noluissent, subiecisse col-
la Christo, fideque Christiana imbutos, Tertullianus, qui his viuere temporibus, hoc
miratus testatur, aitque: Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo sunt subdita.]
& inferius de iisdem & aliis: Quid de Romanis dicam, qui legionum suarum præsi-
diis Imperium suum muniunt, nec tratis istas gentes porrigere vires regni sui possunt?
Christi autem regnum & nomen vbique porrigitur, vbique creditur, ab omnibus gen-
tibus supra enumeratis colitur, &c.]

Spartianus
in Hadriano.

Dio 26.
Maj.

Tertull. ad
uers. Iud. c. 7.

Quod autem tum ex Eusebio, tum ex Lucij Actis dictum est, his temporibus Com-
modi, complures clarissimos viros religionem Christianam sectatos esse: ad hæc spectat,
quod habet Tertullianus de Consulari viro, qui Christianus cum fuisset, ac Consulatam
gessisset, postea lapsus miser, inter sacerdotes Isis profiteri cœpit: quem idem auctor,
scripto ad eum carmine, acriter obiurgauit. Quisnam fuerit iste, qui Senator & Consul
quoque (vt idem Tertullianus ait) etiam philosophum fingeret, haud satis compertum
habemus. Scimus tamen iis ipsis temporibus Commodianis accidisse, vt, cum Princeps
Commodus eius deæ cultui addiditissimus esset, alij adulantes, eidem numini propensio-
rem cultum exhibuerint. De Commodus quidem testis est Lampridius, qui in Commo-
do hæc de eo ait: Sacra Isis coluit, vt & caput raderet, & Anubin portaret.] Sed &
Spartianus, cum agit de Pescennio Nigro: Hunc in Commodianis hortis in porticu cur-
ua pictum de musuo inter Commodi amicissimos videmus sacra Isis ferentem; quibus
Commodus aded deditus fuit, vt & caput raderet, & Anubin portaret, & omnes partes
expleret.] Hæc cum dicat de Commodus & Pescennio Nigro Spartianus; haud mirum
videri debet, eadem ab eodem Consule factitata, in quem Tertullianus scriptis inuehitur.

VII.

Idem in
Carm. ad
Senator.

CHRISTIA-
NVS CONSV-
LARIS APO-
STAT.

Spartian. in
Pescennio Ni-
gro.

D At susceptis semel Romæ Isis sacris, quæ sæpe maiores fuerant auersati, non solum
his temporibus Commodi, sed aliis quoque posterioribus (quod ea religio postularer)
Romanorum proceres sacris Isis initiari consueuerunt. Nam de temporibus suis sub
Christiano Imperatore Ambrosius hæc ait de quibusdam Gentilibus Romanorum pro-
ceribus: Et cum ipsi capita & supercilia sua radant, si quando Isis suscipiunt sacra: si
fortè Christianus vir attentior sacrosanctæ religionis vestem mutauerit, indignum facinus
appellat. Equidem doleo tantam esse in mendacio obseruantiam.] hæc ipse.

VIII.

SVSCIPTA
ET RETEN-
TA SACRA
ISIS.

Ambrosius
ad Sabinum.

Sed admiratione planè dignum, quod huiusmodi Isis sacerdotio fungentium (vt
egregium nobilitatis monumentum) consueuerint ea forma composita imagines pingi:
nam quod de effigie Nigri Spartianus narrat, de apostata Consulari Tertullianus idem
his verbis tradit:

IX.

SOLITAE PIN-
GI FORMAE
NOBILIVM
ISTACORVM.

E Teq; domo propria pictum cum fascibus ante,
Nunc quoque cum sistro faciem portare caninam:
Hæc non humilitas, sed humilitatis imago est.
Aedibus illa tuis semper monumenta manebunt.

Hiscæ igitur Isis sacris turpiter initiatus Senator Consularis à fide transfuga, turpissi-
mè quoque, quod Christianus aliquando fuisset, ad simulacrum Isis accidens, veniam
miser precatus est, vt his carminibus idem docet Tertullianus:

X.

DE CONSV-
LARI APO-
STAT, ET
CVLTV ISI-
DIS.

Rumor & ad nostras peruenit publicus aures,
Te dixisse: Dea erravi, ignosce, rediui.]
In quem auctor de eiusdem deæ sordido cultu superius agens, hæc ait:
Quis pariatur enim, te Matrem credere magnam
Possè deam dici, rursusq; putare colendam,

Cuius

Cuius cultores infamia turpis inurit? Namque sacerdotes tunicis muliebribus idem Interius ritum cultu interiore faientur.] & paulo post: Si quis ab Istaco Consul procedat in Urbem, Risus oris erit. Quis te non rideat autem, Qui fueris Consul, nunc Istas esse ministrum?]

XI. Sed quisnam esset cultus, his temporibus Commodi, Matris deorum Romae, non inutile putamus hic Herodiani verbis referre, quo arguatur Gentilitius inter Christianos mos detestandus inolitus. ait enim: Veris initio, stato solemnique die, pompam Marti deum Romani celebrant: in ea, quae apud quemcumque sunt diuitiarum praecipua, supellexque pleraque Imperatoria, materiae aut artis spectandae, perferri ante deam solent.] at haec abolita. sed proficitur: Passimque omnibus ludendi licentia permittitur, sic ut personas induant, quas cuique libitum, nullamque non magistratum quoque imaginem, prout cuiusque studium repraesentent, sic ut non temere a falsis veros dignoscas. Putavit hoc Maternus idoneum celandis insidiis tempus, &c.] pergit narrare historiam de famosissimo latrone, qui sic his diebus persona ex more contractus, machinatus occidere Commodum Imperatorem, Romam venit. Porro hi ferme illi videntur esse Iudi, quos eodem propemodum anni tempore, licet non Matri deorum, sed infamia quadam perciti leuissimi Christianorum personati agere consueverunt, quos Bacchanalibus alij assimilant. Sed haec obiter occasione Consularium virorum, Christi fidem suscipientium.

XI. Annus Christi centesimus octogesimusquartus, Petronij Mamertini & Trebellij Rufi Consulatu in Fastis adscribitur. His primis annis Commodi Imperatoris (certum quippe annum haud designare licet) innotuit diuinæ Scripturae noua translatio facta à Theodotione. Cum enim Epiphanius editam eam sub Commodio Augusto dicat, constatque S. Irenaeum his temporibus eiusdem Commodi & Eleutheri Papae scribentem eiusdem editionis meminisse: certe quidem ad haec priora potius quam posteriora Commodi tempora esse referenda videtur. Tertia haec translatio dici consuevit: primam enim numerant illam nobilissimam Septuagintaduorum à Christianis olim atque Iudaeis ipsis frequentiori vsu receptam: secundam autem sub Hadriano (vt suo loco meminimus) ab Aquila Pontico elaboratam: hanc verò tertiam sub Commodio editam. Verum quarta haec ordine recensenda esset, si illius omnium antiquissima ratio haberetur, quam, antequam regnaret Alexander Magnus, incerto auctore in lucem prodisse ferunt, quae & Graecis philosophis, vt inter alios Platoni (auctor est Clemens Alexandrinus) innotuit: sed quod eius nullum extet exemplar, & an integra fuerit, ignoretur, nec quo auctore fuerit elucubrata, in comperto esset, desit inter alias numerari, cum praesertim nulla de ea habita ratio videatur, vt quae & ipsis quoque Iudaeis incognita haberetur: nam Philo Iudaeus illam primam omnium nominat (nec vllam antea factam affirmat) quae Alexandriae tempore Ptolemæi Philadelphi à Septuagintaduobus interpretibus summo studio est confecta. Dicturi sumus de hac paulo fufius cum agemus de Hexaplis Origenis.

YI. Quod autem pertinet ad Theodotionem, de quo est sermo: tradunt hunc Tatiani auditorem fuisse, eiusque dogmata esse sectatum, moxque se Marcionitis adiunxisse: neque tamen apud eos diu potuisse consistere, sed ad Iudaeos transisse: iamque proselytum eam subiisse prouinciam, vt ex Hebraeo in Graecum volumina sacra transferret. Sed Eusebius eum Ebionæum appellat, sicut & S. Hieronymus, ea fortasse ratione, quod dicat S. Irenaeus Ebionæos translationem Theodotionis, sicut & Aquila Pontici, esse sectatos. huncque patria Ephesium nominat: quamobrem miramur eundem ab Epiphanio Ponticum appellatum. Sed multo magis mirandum, quod post Symmachum ponat Theodotionem, cum ille Seueri temporibus suam promulgauerit editionem, Theodotionem verò sub Commodio. Locutus enim de Symmacho, haec idem ait: Post hunc autem mox sequenti progressu temporis, hoc est, circa secundi Commodi regnum, qui regnavit post

Herod. lib. 1. GENTILITIVS QVT PRAVVS V. SVS IN CHRISTIANOS IRRIPSIT.

Epiph. lib. de mensur. ponder. Iren. lib. 3. cap. 24. THEODOTI NISTRANS LATIO ET ALIORVM.

Clem. Alex. Strom. lib. 1.

Philo in vj. ca. Moysi.

Euseb. in Panoplia. QVALIS THEODOTI ON FVERIT. Euseb. lib. 3. cap. 8. Iren. lib. 3. cap. 24.

Epiph. de mensur. ponder.

A post praedictum Commodum Lucium Aurelium annos tredecim; Theodotionem quidam Ponticus ex sectatoribus Marcionis haeresiarchae Sinopitae, infensus & ipse illius haeresi, & ad Iudaismum declinans, & circumcisus, & Hebraeorum linguam ipsorumque elementa edoctus, prius etiam ipse interpretationem, & pleraque consonanter cum Septuagintaduobus edidit. Habebat enim hic plurima exercitia ex consuetudine Septuagintaduorum.] haec Epiphanius. & ne putes eum de alio Commodio fuisse locutum, quam de quo agimus; haec inferius subdit: Post Antoninum Pium regnavit Marcus Aurelius Antoninus, qui & Verus, annos decem & nouem: post hunc Commodus regnavit annos tredecim; cuius tempore Theodotionem cognitum esse diximus, qui quartam interpretationem edidit. huic successit Seuerus, &c.]

B Si igitur post Commodum ponit Seuerum (vt planè nulla possit esse suspicio ipsum in his esse hallucinatum) quod Symmachi tertiam, Theodotionis quartam dicat, dici non potest mendum in codicem irrepsisse, sed id accidisse S. Epiphanio, quod & S. Athanasio, qui etiam quarto loco Theodotionis interpretationem numerat; cum nec ipsum latuerit, Seuerum regnasse post Commodum. At verò id ab eis ea ratione factum apparet, quod non ordine temporum eandem numerarunt editiones, sed sicut in Hexaplis ab Origene positae essent, in quibus tertio loco Symmachi, quarto verò erat Theodotionis editio collocata, alio praetextu, quam temporum ordine, iisdem sic ab eo dispositis, vt dicemus.

C Porro versionem Theodotionis, licet perfidi, quique ex cloacis haereticorum in lacunas se miserit Iudaeorum, antiquiores Ecclesiastici tractatores minimè despexerunt, nec Ecclesia eam vt hominis infidelis proscripta, quippe quae Daniele ab eo translata (vt tradit Hieronymus) in frequentiore usum olim recepit. Cuius rei causa ex multis ea reddi posse videtur, quod ad coarguendos Iudaeos plurimum valere conspicerent, si ea editio afferretur, quae ab infensissimo Christianorum hoste, Iudaeorum tamen studiosissimo, fuisset elaborata. Hanc tamen ab Origene asteriscis & obelis appositis fuisse censura notatam, vt quae deessent, quaeve abundarent, manifesta fierent, idem S. Hieronymus tradit, qui & haec subdit: Cum (inquit) omnes Christi Ecclesiae tam Graecorum, quam

D post Septuaginta editionem, iam Christi Euangelio coruscante, Iudaeus Aquila, Symmachus, & Theodotion Iudaizantes haeretici sunt recepti, qui multa mysteria Saluatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in exemplis habentur apud Ecclesias, & explauantur ab Ecclesiasticis viris: quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & vexillum Crucis in mea fronte portans, cuius studium fuit omnia reperere, deprauata corrigere, & sacramenta Ecclesiae puro & fideli aperire sermone, vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari?]

E Vti sunt igitur Patres Theodotionis interpretatione, adhibita censura Origenis: at non sic quidam haeretici, de quibus haec Philastrius: Sunt haeretici alij, qui Theodotionis & Symmachi itidem interpretationem diuerso modo expositam sequuntur, non illam beatissimorum priorum, quam Ecclesia Catholica colit & praedicat.] Fertur eiusdem Theodotionis alia editio ex Hebraeo in Syriacam linguam versa. Fuit & quorundam opinio eiusdem Theodotionis esse Paraphrasim Ionathae nuncupatam. Sed cum de his nihil certi affirmari possit, à nobis consultò praetermittitur.

Sequenti anno Domini octogesimoquinto supra centesimum, Commodus quartum Sedit Consulatum cum collega Aufidio Victorino, quo tempore pace concessa Ecclesiae, cum in multis aliis locis, tum apud Indos Christiana religio felicissimè propagatur. Annal. Eccl. Tom. 2. X Etenim

THEODOTI ONIS VERSIO CVR QUARTA NUMERATA. Athanasio in Synopsi, in fine.

THEODOTI ONIS VERSIO NON EXPLOSA. Hier. in praefat. in Dan.

Idem ubi supra.

Idem in A. polem. aduersus Russin.

Philast. cap. 142. ALIATHEODOTI ONIS VERSIO ET PARAPHRASIS CHALD. Sixt. Bibl. lib. 4. vers. Syriac.

DE PAN- TAE NO PHILO- SFO CHRI- STIANO. a Euseb. lib. 5. cap. 10.

Etenim Pantæus Christianus philosophus, Alexandria sub Iuliano Episcopo docens, ad Indos Euangelij prædicandi consilio profectus est. Rem gestam his paucis narrat Eusebius: Eodem tempore (cum scilicet imperante Commodo, Iulianus sederet Alexandria) Pantæus, vir omni humaniore litteratura præstantissimus, institutioni Christianorum illic præficitur. Quo quidem in loco, consuetudine ab antiquis temporibus ducta, sacrarum litterarum schola habebatur, quæ est ad nostram vsque ætatem continuata: quam sanè ab hominibus cum politiore doctrina & eloquentia mirè instructis, tum sacrarum litterarum studio probè exercitatis, frequentatam accepimus. Pantæus, de quo paulo antè dixi, disciplina philosophorum, qui Stoici appellati sunt, institutus, eodem temporis momento cum primis excelluisse traditur. Quem amore ardentissimo ergo sacram Scripturam flagrantem, tantum studij in illa propaganda posuisse ferunt, vt præco Euangelij Gentibus quæ Orientem incolebant ordinatus, ad Indorum vsque regiones B fete conferret.

I I.

Erant autem, erant inquam ad id temporis complures verbi prædicatores & fideles nuntij, qui diuino Apostolorum imitandorum studio inflammati, magna adiumenta cum ad verbum Dei in animis hominum exædificandum, tum ad id augendum afferbant. Quorum è numero vnus erat Pantæus ille, quem ad Indos perrexisse diximus: vbi, vt fertur, Euangelium Matthæi (quod ante eius aduentum ibi fuerat receptum) in manibus quorundam, qui in illis locis Christum profitebantur, reperit; quibus Bartholomæum vnum ex Apostolis prædicasse, illisque Matthæi Euangelium litteris Hebraicis scriptum reliquisse, & illud ipsum ad monstratum tempus referuatum constat. Sed idem Pantæus b in multis præterea aliis doctrinæ Ecclesiasticæ studiis, apud Alexandriam, clarissimè & nobilem vitam optimo & admirabili sine conclusit: tam viua voce discipulos instruens, quàm etiam librorum monumentis thesauros scientiæ posteris relinquens. c hucusque Eusebius. Verùm eius profectio in Indiam sub successore Iuliani Demetrio Episcopo contigisse testatur S. Hieronymus; ab eodemque missum fuisse, id expositentibus illius gentis legatis. Porro quos Indos dicunt, fuisse Brachmanas, alibi idem S. Hieronymus d confirmat.

PANTAE- NVS INDI- S PRÆDI- CAT EVAN- GELIUM.

b Idem eod. lib. cap. 1. ex vers. Russin.

c Hieronym. de Scrip. Eccl. in Pan- tæo.

d Hieronym. ad Magnam epist. 84.

I I I. PANTAE NI PHILOSO- PHI EXCEL- LENTIA. e Clem. Alex. Strom. lib. 1.

I V.

Cùm autem in eum vltimum incidissem (erat autem primus potestate) conquieui in Ægypto, venans ea quæ latuerant, Sicula re vera apud Prophetici & Apostolici prati flores decerpens, sinceram quamdam & incorruptam cognitionem ingenerauit eorum, qui audiebant, animis: sed qui veram quidem beatæ doctrinæ seruabant traditionem, statim à Petro & Iacobo, Ioanne & Paulo sanctis Apostolis (filius à patre accipiens, pauci autem sunt parentibus similes) ad nos quoque Deo volente peruenerunt illa à maioribus data & Apostolica deposituri femina. h hæc Clemens, per eum, quem in Ægypto demum conuenit, intelligens Pantæum philosophum. Quod si augurari licet de ceteris, putamus per eum quem in Græcia nactus est, intelligi Dionysium Corinthiorum Episcopum, vel Caium: per Syrum, Theophilum Antiochenum: per Assyrium, Bardesanem: & per Palæstinum, Theophilum Cæsariensem, de quo inferius sub Victore Papa plura dicturi sumus: sed præstabat his omnibus Pantæus, ipsius Clementis sententia; qui cum non solum doctrina, sed & vitæ sanctitate enituerit, eius dies anniuersaria in tabulis Ecclesiasticis i adnotata legitur. At de Pantæo satis.

PRÆCEPTO- RES CLE- MENTIS.

e Martyrol. Rom. 7. Iulij.

A

ANNVS 186. ANNVS 8. ANNVS 5.

Christi anno centesimo octogesimo sexto, Marcello & Aliano Coss. anno quinto Commodi Imperatoris, Ierosolymis (inquit Eusebius a) ordinatur Episcopus Maximus, ordine vigesimus sextus, post quem vigesimus septimus Antonius, vigesimus octauus Valens, vigesimus nonus Dolichianus, trigesimus Narcissus, trigesimus primus Aelius, trigesimus secundus Germanio, trigesimus tertius Gordius, trigesimus quartus rursus Narcissus. Tantis apud Ierosolymas Episcopis constitutis, non potuimus discernere tempora singulorum, eò quòd vsque in præsentem diem eorum Episcopatum anni minimè inueniantur. h hucusque Eusebius: quibus planè non modò erroris, sed, si dicere hoc fas est, temeritatis arguuntur recentiores, qui texentes catalogum Ierosolymorum Episcoporum, singulis, prout libuit, certum annorum sedis ipsorum numerum præscripserunt: cum alioqui Eusebius Episcopus Cæsareæ, sub cuius inetropoli Ierosolymæ quoque erant, se id minimè inuenire potuisse testetur. At nos potius sectamur Eusebium se id ignorare ingenuè profitentem, quàm alios dubia, perinde ac si certa explorataque forent, affirmantes: quod & alias superius contestati sumus. Eisdem habet idem Eusebius in historia, sed primò vsque ad Narcissi priorem ingressum.

I. a Eusebius in Chronico, & hist. lib. 5. c. 12. EPISCOPI IEROSOLYMITANI.

C

ANNVS 187. ANNVS 9. ANNVS 6.

Centesimo octogesimo septimo Christi anno, Maternus & Bradua Consules creati sunt, quibus consignata leguntur litteræ Eleutheri Papæ ad Episcopos Galliarum: quarum si spectes argumentum, nihil est quòd de iis dubites, cum ea illos in primis admoneant, de quibus (vt vidimus ex litteris Ecclesiarum Viennensis & Lugdunensis b) iam sub Marco Imperatore, cum martyres detinerentur in vinculis, de cibis vtendis, occasione Alcibiadis abstinentiæ, fuerat à sanctis martyribus controuersia excitata: nam Montanista (vt diximus) illegitimas ac superstitiosas in Ecclesiam inferre conati fuerant xerophagias. Quamobrem ad hæc respexisse videtur constitutio ab Eleuthero edita, qua admonuit, ne quis escam aliquam repudiaret vt malam, quæ à Deo creata esset, quòd affinis hæc esset hæresis dogmati Marcionis, à malo principio hæc omnia creata esse dictantis: quæ in eadem epistola reperita esse videntur fusiùsque tractata.

I. EPISTOLA ELEVTHERI DE CIBO- RVN DELECTV. b Euseb. lib. 5. cap. 3.

Qui impugnant veteres Decretales epistolas Romanorum Pontificum, huic ab Eleuthero conscriptæ fauent, quòd scilicet in fine hæc habeat verba ad Episcopos Gallicanos: Huius rei gratia, vniuersalis vobis à Christo Iesu commissa est Ecclesia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis. j Possimus equidem haud iniuria suspitionem prætexere adulteratæ epistolæ, cum, quæ in ea posita sunt de iudiciis, superaddita exscriptaque videantur ex Constantini Imperatoris constitutione & interpretatione ad eam apposita, quæ in Codice Theodosiano c leguntur. Sed illorum verborum, Vniuersalis vobis à Christo Iesu commissa est Ecclesia j dicimus esse legitimum sensum, quòd oppugnantibus hæreticis vniuersalem Ecclesiam, quorum (vt vidimus) his temporibus ingens erat numerus; non modò Episcopis, sed vnicuique Christiano eius defensionis studium imperatum esse videretur: pro veritate enim atque iustitia vsque ad mortem certandum, omnibus fidem sectantibus est à diuina Scriptura d mandatum. Nec ob eam causam confunditur ordo hierarchicus, à Christo (vt dictum est) in Ecclesia institutus. nam sicut quodlibet corporis membrum suo fungens munere, pro toto corpore dicitur laborare; adè vt hac ex parte, totius corporis, non partis tantum (quod ad munus suum spectat) iure illi possit dici cura commissa, absque capitis, quod est præcipuum membrum, offensione: ita etiam Eleutherus merito iureque membrum Ecclesiæ ea ratione dixerit vniuersalis Ecclesiæ curam esse commissam.

II. DVPLEX VNIVERSA- LIS PRÆ- FECTVRA.

c De Ind. li. 2. & ibid. inter- pret. Codic. Theodos. li. 2. tit. 18.

d Eccl. 4.

Reperitur ab Apostolo Paulo eadem ferè vsurpata phrasîs, nam cum vocasset maiores natu Ecclesiæ Ephesi constituta, sic allocutus est eos e: Attendite vobis, & vniuerso gre-

III. Act. 20.

gi, in quo posuit vos Spiritus sanctus Episcopus regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.] hocque illud ipsum est, quod cum S. Cyprianus a primum dicit: Vna est Ecclesia, per totum mundum in multa membra diuisa: item, Episcopatus vnus est, Episcoporum multorum concordia numerositate diffusus:] post multa subdit hæc verba: Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur, vt Episcopatum vnum indiuisumque probemus:] nimirum (quod dictum est) cum quodlibet membrum pro toto corpore, cuius vnum est caput, cuius est munus cunctis prospicere, intelligitur laborare. Quo etiam sensu hæc apud S. Clementem b: Scripsimus vobis omnibus hanc Catholicam doctrinam, ad confirmandum vos, quibus Episcopatus vniuersalis creditus est & commissus.] Sic & S. Ignatius c communis Ecclesie vocat Episcopum, qui Philadelphie tantum præfectus erat Antistes.

IV. Et in eundem planè modum Gregorius Nazianzenus, cum agit de S. Athanasio d: Creditur illi (inquit) populi Alexandrini præsentia, quod perinde est, ac si dicam, totius Orbis præfectura. Cur ita? quia scilicet præfuit Ecclesie Alexandrinæ, vt vniuersali prodesset.] Idem & de S. Cypriano encomium texens, hæc in eadem planè sententiam e: Non enim Carthaginensium solum Ecclesie præfuit, aut Africæ, quæ merito eius vsque in hodiernum diem omnium sermone celebratur, sed vniuerso Occidentis, immò & Orienti ferè ipsi, Meridiei, & Septentrioni, quocumque ille admiratione sui peruenit.] hæc ipse. Plura alia ad hæc exempla essent addenda, sed plus satis hæc esse videntur ad dictorum verborum elucidationem, quorum causa Nouatores, cum alioqui Decretales omnes illas epistolas respuant, negotium fecerunt Ecclesie, cum hierarchicum ordinem in ea diuinitus institutum impugnant. Sed de eo superius suo loco pluribus actum est.

IESV CHRISTI ELEVTHERI PAP. COMMODI IMP. ANNVS 188. ANNVS 10. ANNVS 7.

I. Qui sequitur annus Domini centesimus octogesimo octauus, notatur in Fastis quinto Commodi Consolatu cum Acilio Glabrione. Quo & decernitur præfectura Augustalis Ægypti Philippo, nempe anno septimo Commodi Imperatoris. nam licet post exactum annum septimum Commodi, illa potius dicatur, id accidit, quod non simulac ab Imperatore electus esset, nomen consequeretur & munus, sed cum Alexandriam ingrederetur: idque lege Augusti factum Vlpianus f affirmat. Hic ille Philippus pater illustri martyris Eugenie, qui vnà cum Claudia coniuge in prouinciam profectus est: vbi Iudæos ac magos, qui sibi viderentur pessimum omnium hominum genus, vehementer exagitauit; cum Christianis autem benignè egit, eos reueritus propter integerrimæ vitæ exemplum. Desponderat hic Eugeniæ filiam Aquilio Consuli (vel legas, Acilio) qui hoc anno Consulatum gessit vnà cum Commodo: nisi dixerimus hunc esse aliquem ex suffectis Consulibus: testatur enim Dio, Commodum (quod numquam antea factum fuerat) in annum vnum viginti quinque Consules designasse. sed cum nomen conueniat Consul ordinarij, haud alius Consul quærendus suffectus.

II. Sed quidnam accidit? Eugenia in Christum credens, nuptias auersata, vnà cum fidelibus eunuchis Proto & Hyacintho secedens, virili habitu delituit inter monachos, quos Essenos à Philone dictos esse, superius demonstrauius; hæc omnia perficiente S. Heleno Episcopo Heliopoleos. Quo modo verò pater eius in Christum crediderit, & sub Seuerio suecessore accepit Terentium, deque martyrio ipsius & Eugenie, inferius suo loco dicemus. Extant eius Acta, ex quibus hæc accepta summatim narrauius, & alia quæ dicturi sumus. Cum enim iidem martyres tam Orientalis Ecclesie quàm Occidentalis præconio celebrentur, & apud omnes æquè dies natalitius eorum martyrij recolatur: haud putamus posse aliquem suspicari, quæ de illis scripta sunt, esse commentum.

III. Recitantur ea, sed ex antiquioribus monumentis, à Metaphraste g: quibus planè consentientia esse noscuntur, quæ ab Alcimo Auito Episcopo Viennensi ante mille & centum ferè annos ad Fuscinam sororem de laude castitatis scripta sunt: quibus hæc, quæ primitus ab ipsa sunt gesta, narrantur, cum ait:

Eugenia dudum toto celeberrima mundo

Fama

a Cyprianus de unitate Ecclesie. QVOMODO QVISEVE EPISCOPVSDICATVR VNIVERSALIS. b Clem. Cest. lib. 6. c. 14. c Ignat. epist. ad Philadel.

IV. a Gregor. Nazianz. orat. in laudibus Athanasii. c Idem orat. in laud. Cypriani.

PHILIPPVS PRÆFECTVS ÆGYP- TII. d. unica ff. de off. Præf. Aug. EVGENIA VIRGO, PHILIPPI FILIA.

ACTA S. EVGENIE ET SOCIORVM GERMANA.

III. g Metaph. die 25. Decemb. q alia manuscripta.

A Fama fuit: Christi quæ cum pro nomine vitam Fuderit, ante tamen fortes processit in actus. Namque habitum mentis a viri, &c. Eam siquidem textit historiam, quæ apud dictum auctorem fusiùs enarratur, nimirum quo modo inter monachos incognita diu vixit; & rea facta stupri, quod erat, propalare coacta fuit.

IESV CHRISTI ELEVTHERI PAP. COMMODI IMP. ANNVS 189. ANNVS II. ANNVS 8.

B Christi anno centesimo octogesimo nono, Coss. Crispino & Aliano, octauo anno Commodi Imperatoris, Apollonius (inquit Eusebius a) Urbis Senator, lecto Senatui insigni volumine, quod de Christi fide composuerat, capite ob Christi fidem truncatus est.] hæc in Chronico. sed & in historia b post pacem in Ecclesia concessam hoc tempore enarratam hæc subdit: Verum istud virtutis hosti & inuidia natura sui æstuantis diabolo minimè ferendum videbatur: & propterea varias de integro machinas contra nos astute fabricare aggressus est. Nam Apollonium, virum inter Fideles politioris litteraturæ, studij & philosophiæ notitia plurimum celebratum, in iudicium adducit; & vnum ex eiusdem Apollonij seruis ad hanc rem valde accommodatum, qui hominem accuset, excitat. Ceterum huic misero ac perduto in iudicium intempestiue & incommodè ad Christianum accusandum ingredienti, actutum (quoniam qui Christianorum nomina solum quia Christiani essent, deferebant, Imperatoris edictum neci dare mandauerat) crura suffringebantur, Perennio iudice contra eum talem sententiam pronuntiante. Iste autem Deo charissimus martyr, cum iudex obnixè ab illo petiisset, flagitassetque vt fidei suæ rationem coram Senatu redderet, simulatque accuratissimam orationem apologeticam pro fidei, quam profitebatur, defensione coram omnibus recitasset, sententia Senatus securi percussus decessit è vita. Quippe vetus lex apud illos extabat, Christianos qui semel in iudicio comparuerant, nisi professionis suæ sententiam mutarent, non omnino liberos dimittendos esse. Istius verò coram iudice verba & responsa, quæ ad Perennij rogata dabat, & orationem apologeticam apud Senatum habitam, si cui libitum sit accuratè cognoscere, ex libro nostro, quem de veris Martyribus composuimus, manifestò intelliget.] hucusque Eusebius. At quæ sit diu & à pluribus eius de Martyribus liber, nusquam fuit inuentus.

C Quod autem idem Apollonium prædicetur cum ceteris litteris, tum philosophiæ scientia celeberrimus; illud in mentem venit, num hic ille fuerit Apollonius Chalcedonius a philosophus Stoicus, quem Marcus Aurelius Antoninus Imperator (vt vidimus) mirificè coluit. Et licet ex iis quæ d Epiphanius docet, Apollonium Antonini amicum, quo tempore Bardesani Syro, ne se Christianum profiteretur, suadebat: ethnicum & Christianæ religionis aduersarium ipsum fuisse constet; fortasse is postea (vt de multis accidit) fidem Christianam amplexus, eiusdem quoque suscepit patrocinium. Sanè quidem, quantumlibet Senator fuerit, ipsum tamen nomen non est Romanum, sed peregrinum. Accidere autem facile potuit, vt ex litteris illis, quas ab omnium celeberrimo philosopho Christiano Bardesane acceperat, diuina operante virtute, mente fuerit illustratus, vt veræ religionis cultum agnosceret, atque agnitum sectaretur. Sed quod id tantummodò persuadeat coniectura, nihil est quod certi affirmare possimus: licet id æquius dici possit, quàm quod hic Apollonius idem fuerit cum illo celebri inter scriptores Ecclesiasticos, qui aduersus Caraphrygas c commentarios edidit; quod inter alios Nicephorus perperam dixit. nam cum Eusebius, tum sanctus Hieronymus eos ab inuicem distinctos ac planè diuerfos fuisse ostendant: tempotis etiam certa ratio eos mendacij aperti redarguit. Nam cum ex eius scriptis superius dictum sit, quadraginta post annos ab hæresis Montani principio, eas à se conscriptas esse lucubrations aduersus eum ac ceteros eiusdem impietatis sectarios, planè daclaratur, longè post Apollonij Senatoris obitum, & post Commodi tempora, illum Apollonium claruisse.

D Rursum verò quod ad eiusdem Apollonij supplicium spectat, obseruandum est, non

E

Annal. Eccl. Tom. 2.

X 3

Gom-

I. a Eusebius in Chronico. b Euseb. lib. 5. c. 20. DE APOLLONIO SENATORE ET MARTYRE.

II. d Epiph. hæ. ref. 66.

APOLLONIVS STOICVS NYMIDEM SENATOR ET MARTYR.

c Nicoph. li. 4. c. 25. 26.

III.

CHRISTI 189.190. ELEVTH. PAP. 11.12. COMMODI IMP. 8.9.

Commodi Imperatoris sententia fuisse damnatum, sed ex Senatusconsulto, Perenni iudice decernente. Erat enim iste Perennis (vt tradit Herodianus) Praefectus Praetorianis militibus. Hic quippe (inquit Lampridius) Commodi animum percipiens, inuenit quemadmodum ipse potens esset: nam persuasit Commodum, vt ipse deliciis vacaret, idem verò Perennis curis incumberet: quod Commodus lætanter accepit. Hac igitur lege viuens ipse cum trecentis concubinis, quas ex matronarum meretricumque delectu ad formæ speciem conciliauerat, trecentisque aliis puberibus exoletis, quosque æquè ex plebe ac nobilitate, nuptusque forma disceptatrice collegerat, in Palatio per conuiuia & balneas debacchatur.] & paulò post: Tunc tamen Perennis cuncta sibi bimet vindicauit: quos voluit, interemit; spoliavit plurimos, omnia iura subuertit, prædam omnem in finem contulit.] ac de eo iterum: Et nonnulli per prouincias à Perenni ob diuitias infimulati, spoliati sunt, vel etiam interempti: his, quibus deerat ficti criminis oppositio, obiciebatur quòd scribere voluissent Commodum heredem.] hæc & alia plura cum ipse, tum Dio atque Herodianus recensent.

Lamprid. in Commodo.

PERENNIS PRAEFECTI SCELERA.

IV.

Herod. li. i. PERENNIS PRAEFECTI CASVS.

Quo modo autem post Apollonij necem, Perennis, qui potestate regia diuitiis exultauerat, & in alios insultauerat, occisus sit, Herodianus ceteris fusiùs narrat his verbis: Cum itaque nobilissimis scenicis operam daret, sedens Imperatoria sella Commodus, pleno spectatoribus theatro, suisque cuique locis ad sedendum pro dignitate attributis, priusquam quidquam diceretur agereturque in scena, repente quidam philosophi habitu, manu baculum gestans, peramque feminudus ab humero suspensus, curriculo prodiit: mediaque in scena consistens, manuque silentium imperans, Non hoc, inquit, ludorum tempus, ô Commode, neque spectaculis celebritatiue vacandum. Imminet ceruicibus tuis Perennis gladius: ac nisi caueris non quidem impendens, sed iam præfens periculum, peristi: nam & ipse hic aduersus te copias pecuniamque colligit, & nati exercitus Illyricos sollicitant; quos nisi statim præuenias, occidisti. His dictis, siue sorte quadam diuinitus impellente, siue id aucto homine vt gloriam sibi ignarus atque obscurus acquireret, seu quia speraret ingens aliquod præmium se ab Imperatore consecuturum; sanè illum derepente obstupescerat. Ceteri autem etsi non de nihilo ea dicta suspicabantur, tamen fidem habere dissimulabant. At Perennis comprehendere hominem iubet, ac pro furioso & vaniloquo, igne comburi: ita scilicet dedit poenas intempestiue libertatis. Ceterum qui se Commodi studiosos videri volebant, perosi antea quoque Perennem, vt pote intolerandæ hominem superbiæ contumeliæque, nacti opportunum tempus, calumniis eum premere aggrediuntur: sed scilicet ita futurum erat, vt Commodus insidias vitaret, & Perennis vnà cum liberis penderet poenas.] Addit his Herodianus alias in Perennem querelas militum Romæ agentium, & aliorum ex Britannia refert Dio: ea de causa Romam aduentantium: quibus omnibus persuasus Commodus annuit, vt occideretur Perennis: datoque negotio Clearcho qui eum odio prosequeretur, non ipse tantum, sed & filius qui agebat in exercitu, vxor quoque & foror simul cum filiis occisi sunt. Finis hic fuit Perennis diu antea ad vindictam aliorum tolerati: sed vbi sanguine Christiano se polluit, insperatam ultionem numinis sensit.

V.

Eusebius in Chronico. CLADES SECVTA NECEM APOLLONII.

Hoc item anno, post Apollonij Senatoris necem, hæc contigisse refert Eusebius: In Capitolium fulmen ruit; & magna inflammatione facta, bibliotheca & vicinæ quoque ædes concremata.] Magna subinde subsecuta est pestilentia, qua cum vniuersa Italia est afflicta, tum Roma præcipue: cum (vt tradit Dio) ad duo millia mortuorum corpora quotidie efferrentur. Ceterum Apollonij dies cædis, in tabulis Ecclesiasticis ex more adscriptus, memoria anniuersaria semper postea in Ecclesia celebratus est.

IESV CHRISTI ELEVTHERI PAP. COMMODI IMP.

ANNVS 190. ANNVS 12. ANNVS 9.

DEMETRIVS EPISC. ALEXAND. Eusebius in Chronico. Idem lib. 6. cap. 2.

Christi anno centesimo nonagesimo, Fusciano & Silano Coss. agente Commodus Imperio annum nonum, defuncto Iuliano Episcopo Alexandrino, anno decimo sedis eius, substitutus Demetrius ab Eusebio ponitur in Chronico: licet in historia longè maiorem annorum numerum Iuliano tribuisse videatur, dum eum vsque ad Seueri persecutionis tempora peruenisse demonstrat, sic dicens: Cum Seuerus iam decimum Impe-

CHRISTI 191. ELEVTH. PAP. 13. COMMODI IMP. 10.

Imperij sui annum ageret, & Lætus Alexandria reliquæque Ægypti Præfecturam obtineret, & Demetrius nuper tum post Iulianum ibidem Ecclesiarum Episcopatum adeptus fuisset, & persecutionis ardor quotidie magis magisque incenderetur, &c.

IESV CHRISTI ELEVTHERI PAP. COMMODI IMP.

ANNVS 191. ANNVS 13. ANNVS 10.

Sequenti anno centesimo nonagesimo primo, duobus Silanis Coss. Iunio atque Seruilio, Commodi Imperatoris anno decimo, post Maximinum subrogatur in Ecclesiam Antiochenam Serapion.] hæc Eusebius in Chronico, licet sanctus Hieronymus id factum dicat anno sequenti. Celebris hic fuit inter scriptores Ecclesiasticos huius temporis: de cuius lucubrationibus, quæ apud se extarent, hæc Eusebius: Serapionis in scribendo industria & vigiliarum alia credibile est apud alios conseruata esse monumenta: sola autem apud nos ea peruenerunt, quæ contra Dominum quemdam, qui persecutionis tempore à fide in Christum excidisset, seque ad Iudaicam superstitionem transulisset, scripta fuerunt, & ad Pontium & Carinum Ecclesiasticos viros missa, atque certæ quædam ad alios epistolæ. Alius est liber ab eo confectus, de Euangelio quod secundum Petrum dicitur: quem quidem elucubrauit, quod ea quæ in eo erant falso commemorata, penitus refelleret, idque propter certos fratres, qui in Ecclesia Rossensi illius Euangelij simulatione ad alienas doctrinas & à fide discrepantes se applicuissent. Ex quo quidem libro pauca quædam, in quibus suam de eo Euangelio sententiam exponit, commodè citare non fuerit ab instituto alienum. sunt autem hæc:

I.

Euseb. lib. 6. cap. 10. SERAPION EPISC. ANTIOCH.

al. Dominum al. Ponticum & Carinum

Nos enim, fratres, & Petri & aliorum Apostolorum doctrinam recipimus, sicut & Christi: sed libros quosdam falso nomine illorum inscriptos, vt pote eius rei satis experti, omnino repudiamus: idque pro certo cognoscentes, nos eiusmodi non aliquando ab illis accepisse. Ego enim, cum essem apud vos, putabam certè omnes rectæ fidei penitus adiectos fuisse. Librum idcirco, qui Petri Euangelium inscribatur, mihi ab illis oblatum, cum minimè perlegissem, equidem dicebam: Quòd si, quia hoc Euangelium inter vos non legatur, animo & voluntate dissideatis, legatur quidem. Verum cum iam intelligam, illos, occasione ex iis quæ ipse tum dicebam, arrepta, in erroris cuiusdam latebras irrupisse, ad vos denuò venire maturabo. Quare, fratres, breui me expectatote. Nos autem, fratres, minimè nescij cuiusnam erroris & sectæ auctor fuerit Marcianus, & quo pacto, dum ea quæ loquebatur non intellexit, sibi ipsi repugnauerit (quod planè ex iis quæ ad vos scripta sunt, facillè discetis) simulac à quibusdam qui ipsum Euangelium vsurpant, hoc est, ab iis, qui ex eo primum suum duxerunt errorem, quos appellamus donatistas, hoc est, Opinatores (complures enim & variæ sunt eorum disciplinæ, sensus, & sententiæ) sciscitanti essemus; poteramus facillè animaduertere, nonnullas illius Euangelij sententias cum vero rectoque Saluatoris verbo consentientes esse, alias autem ab eo diuersas discrepantesque, quas hic vestris tamquam oculis ad explorandum subiecimus.] hæcenus ex commentario illo Serapionis Eusebius.

II.

APOCRYPHA QVOMODO PERMITTENDA.

Erant Docitæ hæretici, qui pseudoeuangelio Petri ad suam ipsorum hæresim confirmandam vtebantur (inquit Theodoretus) qui non verè, sed sola visione & apparitione credebant fuisse mysterium incarnationis. Sectæ huius auctorem fuisse Iulium Cassianum, ex Clemente Alexandrino superius dictum est. Rursum verò quod ad Serapionis lucubrationes pertinet, illis ipsis, quas (vt dictum est) ad Pontium & Carinum conscripsit, hæresim Montani magnopere exagitauit, quibus declarat, eam iam ab Ecclesia toto Orbe damnatam. Sunt hæc eius verba ab Eusebio recitata: Vt verò istud intelligatis, omnem in Christo fraternitatem, quæ per vniuersum orbem terrarum diffusa est, ab hac noua & peregrina prophetia, tam falsis præstigijs instituta, reapse abhorre, litteras Claudij Apollinaris, beatissimi viri, qui Hierapoli ciuitati Asiæ Episcopus præfuit, ad vos missi.] Erat hæc Apollinaris epistola instar Synodalis, quòd diuersorum Episcoporum subscriptionibus munita esset. Sed de Montani hæresi vbique damnata superius diximus, cum de eius origine actum est.

III.

DOCITAE HÆRETICI. Theodor. diuin. decret. lib. 5. Clem. Alex. Strom. lib. 1. Euseb. lib. 5. c. 13.

Huius quoque Serapionis testimonio, sicut & quorundam antiquorum Theologorum, vt Irenæi, Apollinaris, Clementis, & aliorum, confirmata est in Concilio Alexandrino

IV.

CHRISTI 191. ELEVTH. PAP. 13. COMMODI IMP. 10.

sub S. Athanasio Catholica fides consubstantialitatis sanctissimæ Trinitatis, ut suo loco A dicemus. Cum autem agit de ingressu Serapionis Eusebius*, de aliis qui tunc temporis in Syria Palæstina clarebant Episcopi; hæc addit: Cæsareæ item id temporis Palæstina- rum præfuit Theophilus: Narcissus similiter, cuius superior nostra mentionem fecit oratio, adhuc Ecclesiæ Ierofolymitanæ ministerio perfungebarur.] addit & de his in- super: Ecclesiæ Corinthiorum, quæ est in Græcia, iisdem temporibus Bacchillus fuit Episcopus, Ecclesiæ Ephesinæ Polycrates. Et quamquam multi alij præterea (vt verifi- mile est) & propè infiniti illa hominum ætate floruerunt: illos tamen, quorum recta fi- des & Catholica sententia scriptis ad nostram ætatem deriuata sit, solos (vt ratio postula- bat) nominatim citauimus.] hucusque Eusebii. Sed de his nouissimè recentius scripto- ribus prolixior erit sermo sub Seuero Imperatore.

*Euseb. lib. 5. cap. 21. VIRI ILLV- STRES HV- IVS TEM- PORIS.

IESV CHRISTI 192. ELEVTHERI PAP. 14. COMMODI IMP. 11.

CHRISTI anno nonagesimosecundo supra centesimum, Commodus sextum & Petro- tronius Septimianus Consulatum gesserunt: quo Imperatorem ipsum omnium celeberrimam munerum editionem exhibuisse, tradit Eusebius^b: cuius cum Gentiles historici meminerint, quoto eius Imperij anno facta sit (confuse cuncta miscentes) minus significarunt. Quod verò Eusebius certis annis hæc & alia assignet in Chroni- co, haud putandum id ex animi sententia nullo auctore præuio fecisse, sed potius veterum scriptorum, quorum monumenta exciderunt, affectatum esse vestigia, veputa in- ter alios Iulij Africani, quem scripsisse Epitomen temporum, testatur quoque S. Basi- lius^c, qui eum citat, de quo inferius dicturi sumus. Meminit horum munerum Herodia- nus^d: cum (vt Dio testatur) Commodus ad spectandum veniens, perinde ac si esset Hercules, pelle leonis & claua procedebat insignis: quippe qui cum Hercules videri vel- let & coli, è Neronis, seu Solis colosso caput auferens, suum (quod hæcenus Romæ vi- sitatur) voluit collocari, addidit clauam & æneum leonem^e subiectum: quo etiam ha- bitu complures eidem Romæ statuz dicatæ sunt: nec amplius filius Marci (vt tradit Herodianus^f) vocari voluit, sed Hercules Iouis filius, depositoque cultu Romanorum Principum, pelle strata, clauam manu gestabat, seque ipsum (vt scribit Lampridius) Commodianum Herculem & deum appellans, tamquam deo sibi voluit immolari. Adulabatur quidem Senatus, his omnibus acclamans ac parens, licet clam rideret. pal- lam quidem eius stultitias ridere, piaculum erat: nam Dio, qui aderat in theatro cum alijs Senatoribus, cum alia ex causa leuissimi eius actus ridendi subesset occasio, noua arte, quam suggestit occasio, comprimere risum conatus est, quod & alios facere do- cuit. idque ipse his tradit verbis: Quamobrem cum multi riderent, & gladio fuissent occisi, nisi ego folia lauri quæ habebam ex corona comedissem, persuasissemque ceteris, qui iuxta sedebant, vt idem facerent; videlicet vt facta continuo motu stomachi, indi- cium risus celaremus.]

^bEusebius in Chronico. COMMODOVS VVLT HABE- RI DEVS HERCVLES.

^cBasil de Spirit. sanct. cap. 29. ^dHerod. lib. 1.

^eDio in Com- modo.

^fHerod. lib. 1.

I I. MARTYRES DERIDENT COMMODOVM.

^gApud Su- rum Tomo 7.

Sed quorsum hæc, inquires, quidve Annalibus Ecclesiasticis conferunt? plurimum quidem. Accidit enim, vt Christiani quidam tantam impietatem, immò stultitiam Com- modi, cum deus Hercules dici vellet, æquo animo ferre non valentes, palam per Vr- bis publicas vias istæ Commodi ludicra riderent, subfannarent, atque damnantes de- testarentur: vnde & suppeditata est illis occasio subeundi martyrium. Fuerunt hi Euse- bius, Pontianus, Vincentius, & Peregrinus: quos Romæ habitare consueuisse in vico Lanario, scripta Acta eorum, quæ legimus, docent: licet quæ sunt typis excusa^g, ha- beant, sed deprauatè, vicum Carnarium, cuius nominis nullum vicum Romæ fuisse le- gimus, sed benè Lanarium; immò eius nominis duos, quorum alter in tertia regione erat, quæ Isis & Monetæ dicta est; alter verò in regione septima, Via lata, qui dictus est Lanarius vicus vltior, vt ex Publico Victore & Sexto Rufo constat. Hi igitur deri- dentes ac detestantes Commodi facinus, Iulio Senatori, quem imbuerant Christiana religione, id ipsum facere suaferunt. Adulantibus enim ceteris Senatoribus, refragatus est Iulius: cuius rei gratia libenter mortem oppetiit.

Eiusmo-

CHRISTI 192. ELEVTH. PAP. 14. COMMODI IMP. 11.

Eiusmodi enim erat Christianorum Senatorum causa, vt oporteret aut discedere pe- nitens à Senatu, aut longè ab Vrbe, aliquo prætextu, honestave occasione, à comitijs abesse. Etenim cum adessent, impiè agere cogebantur: siquidem Augusti lege sancitum erat, vt antequam loco considerent Senatores, in ara eius dei, in cuius templo comitia haberentur, thure ac mero supplicarent, vt tradit Suetonius^a in Augusto. In templis dumtaxat cogi consueuisse Senatam, & antequam rogatio fieret, immolari solitum sa- crificium, tumque primùm de rebus diuinis, ac subinde de humanis agi, ex Marco Var- rone Gellius^b narrat. Sic itaque Iulius reuictus in tantam impietatem cum ceteris con- spirare, à Commodò traditur Vitellio militum Tribuno, homini fero animo; vt eum ad immolandum Herculi, nempe sibi, cogeret; vel, si id facere detrectaret, occideretur. Qui parens iussis, eum id facere reuictum tam diu iussit præter ius falsque ignominiosè fultibus cædi, vt animam exhalaret. Cum verò eius corpus superius nominati Christia- ni sublaturum curassent, ac sepelissent in cœmeterio Calepodij decimoquarto Kalendas Septembris: in crimen vocati quòd bona Iulij Senatoris diripiissent, eius rei occasione diram de illis idem iudex habuit quæstionem, equuleo torquens. Cumque Eusebii vnus ex illis post hæc linguam radicibus præcidi iussisset: eo nihilominus rectè loquente, An- tonius carnifex, visa re tanta, Christo credidit, atque capite truncatus est, vndecimo Kalendas Septembris.

A B

I I I. SENATO- RVM CHRI- STIANO- RVM CAV- SA QVALIS. Sueton. in Aug. cap. 35. ^bGell. lib. 14. cap. 7. IULI SENA- TORIS MAR- TYRIVM.

Cum interim reliqui detrusi confessores in carcerem, diuina in eis operante virtute, miracula ederent, inter alios Lupulus nomine ex Iouis Capitolini sacerdotibus cum cura- retur oculorum cæcitate, Christo credidit. Cum post hæc idem qui detinebantur in car- cere, ducti ad Petram sceleratam (sic habent horum Acta antiquitus scripta, quæ in nostra bibliotheca asseruantur) plumbatis necati sunt. quorum corpora sepeluit Ruffinus pre- sbyter sexto ab Vrbe lapide in arenario inter viam Aureliam & Triumphalem, octauo Kalendas Septembris. Habent autem quæ sunt edita eorum Acta, hos passos esse ante am- phitheatrum; vbi illum quidem putamus fuisse locum, qui Petra scelerata diceretur: cuius quidem nominis in alijs quoque Actis martyrum factam mentionem reperimus: verum apud Gentiles scriptores nusquam memini me legisse Petram sceleratam, sed tantum ab eis nominari Vicum sceleratum, in quo impia filia Seruij Tullij patris corpus rheda per- calcatum pertransiit: sed & Portam sceleratam, qua Fabij non reuersuri egressi sunt; itemque Castra scelerata, vbi Drusus occubuit, quorum, meminit Suetonius^c; ac deni- que Campum sceleratum, in quo Vestales stupro conuictæ viuz infodiebantur.

C

I V. MARTYRES DVCTI AD PETRAM SCELERA- TAM.

Cum igitur nonnisi apud monumenta martyrum Petræ sceleratæ nomen repererim: interdum perlustrans antiquas Romæ existentium memorias martyrum, mecum cogita- ui, num dicta esset Petra scelerata, lapis ille sepulchrali inscriptione hominis Gentilis no- tatus, qui in diaconia S. Viti ad Macellum dicta, erate ferrea circumdatus, religiosè affer- uatur, quòd in eo multa martyrum millia cæsa dicantur: vel illa fortasse marmorea tabu- la, quæ in basilica Vaticana, ingressu portæ illius, quæ proxima est Portæ Sanctæ, à fini- stris eius positæ, super quam (vt ibi posita docet inscriptio) multa corpora martyrum cæ- sa sunt. Porò alteram earum eiusmodi nomen consecutam esse, nulla est penes me du- bitatio. At eiusmodi nomen à Gentilibus potius quàm à Christianis inditum puto, cum illi eam sanguine Christiano assidue madentem exhorrent, pariterque detestarentur; Christiani è contrâ, vt de instrumentis tortorijs, quibus sancti martyres essent excruciat, facere consueuerunt, eam honore fuerint profecuti, ac proinde sacram potius appella- rint, eandemque vt nobilissimum carnificinæ martyrum monumentum accurate serua- rint. Hæc verò interdum opinari, coniectura haud longè petita suader.

D E

V. QVAE EVE- RIT PETRA SCELERATA.

Sed quod ad Iulium Senatorem à Commodò occisum pertinet, æquè suspicio men- tem pulsat, num hic ille ipse sit Iulius Proculus Senator, quem Lampridius^d inter Senato- res ab eodem Imperatore occisos adnumerat, eumque à Commodò necatum esse cum suis tradit: eos enim omnes cum ille recenset, priuatam cuiusque necis causam præter- mittit. Verum quid certi de his affirmare possimus, nihil est. Ceterum non Iulius tantum, sed reliqui omnes recentis martyres, suis quibusque diebus, quibus sunt coronati marty- rio, adnotati fuerunt in Ecclesiasticis monumentis, quòd eorum natalitia anniuersaria com- memoratione à Fidelibus colerentur. Quænam autem vltio diuinitus missa secuta sit martyrum necem, eadem à nobis citata superius Acta significant: nempe Vitellium repen- tina morte animam efflasse; Commodum verò postea, haud multis annis interlabenti- bus,

I V I. IULIUS PRO- CVLVS SE- NATOR. ^dLamprid. in Commodo.

CHRISTI 193. ELEVTH. PAP. 15. COMMODI IMP. 12.

bus, fuisse à ludente secum athleta strangulatum. At quæ præter alias innumeras anno A sequenti clades inflitæ diuinitus Urbem inceserint, dicemus.

IESV CHRISTI ELEVTHERI PAP. COMMODI IMP. ANNVS 193. ANNVS 15. ANNVS 12.

A Nno Christi centesimo nonagesimotertio, Bradua secundum & Aproniano Coss. Commodi Imper. anno duodecimo, incendio Romæ factò, Palatium & ardes Vestæ, plurimâque Urbis pars solo coæquatur. hæc Eusebius summam in Chronico. Sed quomodo hæc se habuerint, præstat ex Herodiano, ea pluribus narrante, hic ad verbum describere: Maximum, inquit, nefas cum in præsens dolorem attulit, tum in futurum pessimo augurio vniuersos conterruit. Nam cum neque imbres vlli, neque nubes, tantumque exiguus terræmotus antecessisset, seu nocturni casu fulminis, siue igni aliquo in ipso terrarum motu velut extrito, totum de improviso Pacis templum incendio consumptum est: quod vnum scilicet opus cunctorum tota Vrbe maximum fuit atque pulcherrimum, idem templorum omnium opulentissimum, egregieque munitum, multoq; ornatum auro & argento. Quippe vniuersi fermè suas illuc diuitias quasi in thesaurum congregabant: ideoque per noctem debacchatus ignis, multos ex opulentis egenos reddidit. Quapropter communem quidem iacturam publicè omnes, suam autem quisque priuatim deplorabant. Sed ubi templum omne consumptum ignibus est, plurima quoque & quàm plurima Urbis ædificia conflagrarunt: inter quæ etiam Vestæ templum, sic vt Palladium quoque conspiceretur, quod in primis colunt, atque in arcano habent Romani, Troiâ (vt perhibent) euectum, ac tunc primùm, postquam in Italiam deuenit, conspectum ab omnibus, quippe raptum id Vestales virgines media Sacra via in aulam Imperatoris transtulerunt. Multæ præterea pulcherrimæque Urbis partes combustæ: plurimosque dies peruagatum incendium non prius sedatum est, quàm repentinis imbribus extingueretur. Itaque totam rem diis imputabant eius ætatis mortales, quorum scilicet voluntate & inchoasse incendium, & desuisse arbitrabantur: ac portendi bella quæ sunt deinceps insecuta, consumpto Pacis templo, interpretabantur: quam deinceps famam rerum euentus comprobauit. hucusque Herodianus.

Herod. lib. 1. PRODIGIO- SVM INCEN- DIVM, QVO PACIS TEM- PLVM CON- FLAGRA- VIT. * al. excitio.

II. b Dio in Cō modo. PALATIUM PERVASIT INCEN- DIVM.

c Lamprid. in Commodo. d Procop de bello Vandalorum.

Prodigium autem id fuisse mortis Principis putauit Dio, qui & Palatium incendium peruasisse tradit, his verbis: Præterea incendium excitatum in quibusdam ædibus ad templum Pacis peruenit, consumptisque tabernis, in quibus merces Ægyptiorum & Arabum erant, concendit Palatium, ubi aded exusta sunt multa, vt libelli, qui ad principatum pertinebant, omnes ferè interierint. Ex quo cœpit esse peripicuum, fore, vt id malum non contineretur in Vrbe, sed inde ad vniuersum terrarum orbem emanaret. Nec enim id incendium restingui potuit humanis viribus, licet eò magna vis aquæ & à plerisque priuatis hominibus & ab ipsis militibus comportaretur, venissetque Commodus ex suburbio, atque vt incendium restingueretur, instaret: quod tamen nisi consumptis rebus omnibus, quibus adhæserat, finem non habuit. hæc Dio, ab Herodiano parum dissentiens. Verùm voluisse Commodum Urbem incendere, quod & fecisset, nisi Latus Præfectus prætorio eum deterruisset, affirmat Lampridius. Consumpta tunc fuisse incendio sacra spolia, quæ è templo Ierosolymitano sublata Vespasianus in templum Pacis intulerat, certum est: licet vasa quædam integra alibi seruata ad Valentianiani postremi eius nominis Imperatoris tempora permanisise, eaque cessisse Vuandalorum spoliis, Procopius tradat.

IESV CHRISTI VICTORIS PAP. COMMODI IMP. ANNVS 194. ANNVS 1. ANNVS 13.

I. Centesimo nonagesimoquarto Christi anno, Commodus Imperatore septimùm & Pertinacem secundum Coss. vii. Kalend. Iunij, Eleutherus Papa, cum sedisset annos quindecim & dies vigintrés, ex hac vita sublatus est. De sedis ipsius annis consentiunt omnes tum Latini, tum Græci: sed cum Eusebius in Chronico hoc anno ponat Victoris ingressum,

ELEVTHERI PAPAE OB- ITVS.

CHRISTI 194. VICTORIS PAP. 1. COMMODI IMP. 13.

A ingressum, in historia autem habeat sedisse Eleutherum annis tredecim; equidem puto in notam numeri mendum irrepsisse. Quod autem ad diem obitus pertinet, cum Romanum Martyrologium, tum librum de Romanis Pontificibus nos secuti, die antè memorata decessum eius ex hac vita posuimus: sed an gladio, nobis incompertum est: nisi quod in antiquis omnibus Martyrologijs martyr reperitur adscriptus, cum tanten certum sit (vt in nostris Notationibus pluribus demonstraui) Martyris nomen tribui consueuisse non ijs tantùm, qui violenta morte Christi causa mori quoquo modo coacti essent, sed & commune fuisse illis etiam, qui fidei confessionis causa cruciamentum aliquod subiissent, licet martyrium minime consummassent.

De eodem Eleuthero hæc item scripta leguntur in eodem libro de Romanis Pontificibus: Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros duodecim, diaconos octo, Episcopos per diuersa loca quindecim. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri septimo Kalend. Iunij. Cessauit Episcopatus eius dies quinque. hucusque ibi. Sic igitur hoc ipso anno, Kalendis Iunij, Victor Afer, Felicis filius, in locum eius Romanus Pontifex subrogatus est. Sed quid post hæc?

Postrema huius ipsius anni die, nempe pridie Kalend. Ianuarij, Commodus Imperator cum statuisset complures viros Consulares ac Senatores occidere, in primisq; ipsam Marciam, quam (vt dictum est) loco coniugis habebat, necnon Latum Præfectum Prætorio, ac Electum custodem cubiculi, re comperta, eorumdem conspiratione à Narcisso athleta oppressis faucibus strangulatur. hæc Herodianus pluribus, nec non Dio, & alij. Quanto gaudio hæc accepta fuerint à Senatu, acclamationes ab eo in ipsum editæ testantur, quas litteris à Mario Maximo commendatas Lampridius recitat. Sed superat, mea sententia, omne portentum, quod impurissimum ac immanissimum Principem, in quem omnes à maioribus vsque ad minimos meritò exclamassent, Seuerus nihilominus, qui ei successit in Imperium (inquit Lampridius) amantissimus nominis sui, odio (vt videtur) Senatus, Commodum inter deos retulerit, Flamine addito (quem ipse viuis sibi parauerat) Herculeo Commodiano, vtque eius dies natalis celebraretur, instituit. hæc ipse omnia.

Hunc igitur exitum Commodus habuit, cum regnasset (ait Dio) annos duodecim, menses nouem, & dies quatuordecim. Vixit annos triginta vnum & menses quatuor, in quo domus verè Aureliorum principatum amisit. hæc ipse. Cum autem Clemens Alexandrinus, qui his diebus illustri habebatur Alexandria, libro primo Stromatum suppuitans tempora, affirmet, ab anno quo natus est Dominus, vsque ad mortem Commodi, annos numerari centum nonagintaquatuor: iam vides, lector, chronologiam nostram his egregie consentire. Quod verò additur de mense, non dubium est mendum esse: nam cum constet Commodum vltima die Decembris occisum esse, Christi que natalis tam Græcorum quàm Latinorum sententia contigerit die vigesimaquinta eiusdem, vel, secundum Ægyptios, sexta die Ianuarij, nihil est quod mensis vnus spatium addi debeat.

IESV CHRISTI VICTORIS PAP. PERTINAX ANNVS 195. ANNVS 2. IMP.

Sequenti anno Domini centesimo nonagesimoquinto, Sosio Falcone & Erutio Claudio Coss. iam (vt dictum est) sublato Commodò, Ælius Pertinax Italus natione, patre ignobili ex ciuitate Alba Pompeia, olim ex studio litterarum à Claudio Pompeiano genero Marci Imperatoris in militia tribunatum euectus, & bis Consulatu perfusus, ex Præfecto Prætorio, militibus Prætorianis iuuantibus, Senatu libentissime consentiente, decernitur Imperator: qui cum perditissimum Reipublicæ statum quàm primùm in pristinum restituere festinaret, militibus in eum insurgentibus, occiditur, cum imperasset diebus octogintaduobus, vixisset annos sexagintaseptem, mensibus quatuor, tribus diebus exceptis: bonis omnibus, quod vir optimus haberetur, sui desiderio relicto. Hæc ex Dione, & alijs.

Cum verò Romanum Imperium in manu esse videretur Prætorianorum militum, Didius Iulianus militiæ domique spectatus, homo disertissimus, auctione venale Imperium sibi emit, pollicitus dare singulis militibus aureos ducentos & quinquaginta: sicq; ab illis in Im-

II. VICTOR PAPA CREATVR. III. COMMODI INTERITVS. b Herod. li. 1. c Dio in Commodo. d Lamprid. in Commodo. e Lamprid. lib. 1. IV. CHRONOLOGIAE AVCTORIS VETERIS ADSTIPVLARI.

I. * al. Libs PERTINAX IMP. f Dio in Pertinace. II. DIDIVS IVLIVS IMP.

in Imperium subrogatus, à Senatu perterrito tandem confirmatus est: tenuitque, reclamante populo, dies sexaginta sex: cum interim, qui tribus Romanis exercitibus præerant ducēs, Pescennius Niger in Syria, Albinus in Britannia, & Seuerus in Pannonia*, à nouo Imperatore deficientes, arripuerunt Imperium. Appellatus est autem ab exercitu Seuerus Imperator (vt tradit Capitolinus) Idibus Augusti apud Carnutum, vel potius Idibus Aprilis: ita enim legendum apud Capitolinum putamus. Tunc Seuerus cum Albino pacificatur: ac cum exercitu Romam venturus, litteris ad se pertractis militibus Prætorianis, cum illi Iulianum interfecissent, ipse consensu militum atque Senatus appellatus est Imperator. hæc omnia fufius Dio^a, qui tunc Senator comitiis, quibus hæc decernebantur, semper interfuit. At Seuerus pollens consilio atque prudentia, cum in hunc modum habenas sumpsisset Imperij die prima Iunij (vt ex Dione colligitur) licet aliis compluribus tyrannis aduerfantibus, tenuit annos decem & septem, menses octo, dies tres: qui & amore Pertinacis boni Principis, à Senatu Pertinacis^b nomen oblatum libenter accepit; quem retulit inter deos.

Fuit autem Seuerus patriâ Africanus ex ciuitate Lepti, litteris humanioribus excultus, militiæque peritissimus: cepit Imperium annos natus quadraginta septem: quippe qui Coss. Erutio Claro bis & Seuero (vt auctor est Spartianus) natus est, anno Domini centesimo quadagesimo octauo, sexto Idus Aprilis. Ad eius genus proculdubio spectat Septimius ille Seuerus, qui itidem Lepti in Africa oriundus, sed Romam puer ductus, magna gloria vixit: ad quem extat lyricum Statij^c scriptum sub Consulatu decimo septimo Domitiani Imperatoris, ante annos propemodum centum: quam ob causam eum fuisse putamus proauum Septimij Seueri Imperatoris: nam auum tum paternum tum matrem aliter nominatum fuisse, tradit Spartianus in exordio eius Vitæ. Quamobrem eo verustatis monumento ex Statio prodito, constat Seuerum fuisse maiorum claritudine nobilissimum. Qui ipso sui Imperij exordio, creato Cæsare Albino, qui Galliarum & Britannia exercituum dux erat, postquam triginta dies Romæ exegisset, in Orientem aduersus Pescennium Nigrum, qui Antiochia sibi Imperium vendicauerat, cum expeditione profectus est. hæc Dio, Herodianus, ac Spartianus pluribus.

* al. Pannonia

^a Dio in Iulian.

^b Iul. Capi. tol. in Pertinace, in fin.

III. SEVERI IMPERATORIS GENVS.

^c Stat. siluar. lib. 4.

IV. ^d Tertull. ad Scapul. c. 4. SEVERVS BENE HABUIT CHRISTIANOS.

^e Tertull. eod. lib. c. 2. ^f Idem in Apolog. c. 35.

DE PROCVLO, QUI CVRAVIT SEVERVM.

Porro Imperij sui exordio Seuerus nullum negotium Christianis religionis causa fecisset, sed eos bene habuisse, Tertullianus^d non obscure declarat, sic dicens: Ipse etiam Seuerus, pater Antonini, Christianorum memor fuit: nam & Proculum Christianum, qui Toparcion cognominabatur, Euhodæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curauerat, requiuit, & in palatio suo babuit vsque ad mortem eius: quem Antoninus optime nouerat lacte Christiano educatus. Sed & clarissimas feminas & clarissimos viros Seuerus sciens huius sectæ esse, non modò non læsit, verùm & testimonio exornauit, & populo furenti in os palàm restitit.] hucusque Tertullianus: qui & æquè Christianos fauisse Seuero, quòd non adhæserint alicui tyrannorum, nec Albino nec Nigro, tum in commentario^e ad Scapulam, tum in Apologetico^f, gloriosè sicut & verè prædicat. Sic igitur quamdiu Seuerus sui compos & humanitatis officij memor fuit, quòd à Christiano homine curatus esset; erga Christianos benignum se præbuit.

Quòd verò dicit Tertullianus, Proculum illum fuisse procuratorem Euhodæ: laborant interpretes in hac voce: sed optima illa coniectura Pamelij, viri insigniter eruditi, dum putat legendum, Euodi: illud tamen, mea sententia, non bene, dum addit non esse nomen proprium; sed quòd ea vox Græcè prosperitatem significet, cum ait Tertullianus Proculum Euodi procuratorem, idem esse, ac si dixisset, illum procurasse prosperitatem Seuero, dum oleo sanitati restituit. Libenter quidem eidem assentire, nisi ex historicis illorum temporum constaret, Euodum fuisse nomen proprium viri omnibus notissimi, qui fuit Antonini filij Seueri educator: huncque illum ipsum Euodum esse, cuius Proculum Toparcion dicit fuisse procuratorem. sicque explicandus videtur locus Tertulliani, in quo frustra adeò sudauerunt interpretes. Nam cum Dio tum in Seuero, tum in Antonino Caracallo, Euodum educatorem Antonini filij Seueri appelleret, quisnam per Euodum apud Tertullianum intelligendus sit, nulla videtur ambiguitas esse posse: nisi quòd ibi pro Euodæ, Euodi, restituendum esse videatur. Quòd quidem illud etiam probat, dum idem auctor ait, Proculum optimè notum fuisse Antonino, ea scilicet ratione, quòd (vt ait) fuisset lacte Christiano educatus, nimirum quòd Proculus ille procurator fuisset Euodi educatoris sui. Sed quòd ad Antonini educationem pertinet, opportuniùs agemus,

agemus, cum de eius Imperio post Seuerum dicendum erit. Quòd verò curatus à Proculo Seuerus fuerit hoc ipso anno, eiusque Imperij exordio id accidisse cum Pamelius opinetur; haud tamen aliquo auctore certo affirmari posse videtur.

Profecturus igitur ad bellum Seuerus aduersus Pescennium Nigrum, ne quid turbarum fieret per Clodium Albinum, qui in Gallijs exercitui præerat, non tantùm (vt dictum est) Cæsarem eum dolo creat; sed quòd eius de eare animus magis magisque testatus redderetur, eaque credibilia forent (inquit Herodianus^a) iisdem illis ad Senatum relatis, nummisque eius imagine percuti iussis, statuisque erectis, simulque alijs collatis honoribus, fidem gratiæ suæ fecit.] In hunc itaque modum vaser Afer alterum perfecit, alterum verò demulcendo, securum sibi parauit Imperium: de omnibusque studens bene mereri, omnium sibi gratiam conciliauit.

Res tunc nostræ iam longa pace florebant: tumque accidit, quòd^b Nicephorus tradit his verbis: Cum Seuerus successit, tum quoque satis bono loco res nostræ fuere, indiesque fidei professio augmenta sua cepit; eorum quos recensimus Ecclesiasticorum doctorum scriptis atque doctrinis illam prouehentibus, idque in maximis potissimum vbique urbibus, nimirum Alexandria, Antiochia, Ælia, & per Palæstinam omnem, Ephesi, Cæsarea, & Occidentem versus Thessalonica, Athenis, Corinthi, in Gallijs, & Romæ maxime. Vniuersæ enim multitudines & domus totæ ad fidem accedebant, quiduis facere & pati paratæ, quàm vt quidquam contra religionem nostram agerent, aut nouarent.] Certè quidem Tertullianus^c in Apologetico, licet conqueratur Christianos postea dire fuisse vexatos, tamen de Seuero nihil exoptulat, nihilque in eam diem aduersus Christianos eum molitum esse testatur. At quoniam constat Christianos sub Seuero acerbissima passos esse; quando id acciderit, quibusve impulsoribus, suo loco dicemus.

VI. CL. DI. ALBINVS CÆSAR. Herod. lib. 2. in fin.

VII. b Niceph. li. 5. cap. 26. STATVS ECCLESIAE FLORENTISSIMVS.

c Tertull. in Apolog. c. 5.

IESV CHRISTI ANNVS 196. VICTORIS PAP. ANNVS 3. SEVERI IMP. ANNVS 2.

Centesimo nonagesimo sexto Christi anno, Seuerus Imperator & Albinus Cæsar secundum Consules creati sunt. Quo tempore (licet annus certus definiri non possit) Victor Romanus Pontifex recens agnitum Theodotum Byzantium hæresiarcham damnat, atque ab Ecclesia eicit. Solemne planè fuit apud antiquos, vt, licet Catholici omnes æquè hæreses abhorrent, vitarent, ac pariter condemnarent; tamen solentis illa ab Ecclesia eictio, quam excommunicationem dicere consueuerunt, ab ipso potissimum Christi Vicario, ac Petri in sede successore, totiusque Catholicæ Ecclesiæ Episcopo aduersus hæreticos infligeretur. Nuper enim id factum vidimus in Cerdonem, Marcionem, & Valentinum ab Eleuthero Romano Pontifice, quòd modò à Victore Papa in Theodorum: id ipsum quoque ab eius successore Zephyrino pariter factitatum (ne remota, sed tantùm proxima adducamus exempla) perspicuè satis apparet. At quòd Theodorus spectat, Tertullianus in primis post recensitas omnes hæreses quæ ab exordio nascentis Ecclesiæ sunt abortæ, ac denique illas quæ Eleutheri Papæ tempore ingruerunt; nouissimè quæ sub Victore, diuersis tamen & incertis annis eius Pontificatus, prodierunt, recenset^d his verbis: Accedit his Theodotus hæreticus Byzantius; qui postquam Christi pro nomine comprehensus negauit, in Christum blasphemare non desistit: doctrinam enim introduxit, qua Christum hominem tantummodò diceret, Deum autem illum negaret: ex Spiritu quidem sancto natum ex Virgine, sed hominem solitarium atque nudum, nulla alia præ ceteris nisi sola iustitiæ auctoritate.] pergit de reliquis dicere: sed nobis suo ordine, quo sunt positi, agendum est de singulis.

I. ROM. PONTIFEX DAMNAT HÆRESIARCHAS.

DE THEODOTO HÆRESIARCHA.

^d Tertull. de præscrip. cap. ult.

Porro Theodotus sub Victore potius Romæ cognitus est, quàm sub eodem Pontifice cœperit: quippe qui persecutionis Marci tempore cum lapsus esset, blasphemare cœpit: cumque patrium solum tandem præ pudore vertisset, seque Romam contulisset, aliquamdiu occultus absque damnatione delituit: sed tandem agnitum idem Victor Papa Apostolico vigore damnauit, penitusque ab Ecclesiastica communicatione proseripit. hæc à nobis summatim complexa, ab antiquis Patribus, quos dicemus, sunt fufius enarrata. Licet autem ex ijs aliquis dubitet, quam vrgente persecutione Theodotus sit lapsus; tamen, cum damnatum ipsum esse Victoris sententia certum sit, ad eam sub Marco Aurelio

II. QVO TEMPORE THEODOTVS FACTVS HÆRETICVS.

religio excitatam persecutionem nouissimam lapsus eius (vt dictum est) referendus esse videtur : nam in persecutione Seueri , quæ post Victoris obitum coepta est , contingere minimè potuit ; cum præsertim ipsum post lapsum in Oriente aliquamdiu egisse , ac subinde Romæ , antequam nosceretur , nonnihil degisse sit exploratum .

III. Sed rem gestam dilucidius ab Epiphano ^a egregiè conscriptam audiamus : Hic Theodorus à Byzantio originem duxit , quæ nunc Constantinopolis appellatur , coriarius quidem arte , verùm multæ eruditionis ac doctrinæ . Hic cum quibusdam pluribus , tempore persecutionis instante (haud enim scio quali persecutione) à ciuitatis Principe comprehensus , & cum alijs pro Christo examinatus , cum alijs omnes serui Dei victoriam abstulissent , & martyrium pro Christo subeuntes præmia cælestia retulissent ; hic , Christo negato , à veritatis scopo dilapsus , transgressionem fecit . Er cum id ipsi exprobraretur , præ pudore à patria sua aufugit ; & Romam profectus , illic vitam transegit . Cognitus autem à quodam Romæ , rursus in idem opprobrium incidit , eò quòd prouocaretur à noscentibus ipsum propter eruditionem , quomodo videlicet vir tam magnæ doctrinæ excidisset à veritate . Et sanè malam sui ipsius defensionem excogitans , nouo hoc dogmate prolato , nempe , Deum ego non negavi , sed hominem negavi . Deinde interrogatus , Qualem hominem ? respondit : Christum negavi hominem .] hæc Epiphanius , sed hæc addit Theodoretus ^b : Eum beatissimus Victor Romanorum Episcopus abdicauit , & excommunicauit ; vt qui decreta Ecclesiæ conatus esset adulterare .]

IV. Qui huius sectam secuti sunt , ab auctore Theodotiani sunt appellati : quibus dederunt manus (vt dicemus) qui sunt ab Artemone progressi : qui quidem nullam prætermiserunt occasionem , vt quam propugnarent hæresim propagarent , complura mentientes ; nimirum cum alios antiquiores , tum etiam Victorem Romanum Pontificem in eandem cum Theodoto conspirasse sententiam . Quod tantum nefas exhorrescentes pij ac doctissimi viri , qui his temporibus in Ecclesia florebant , scriptis suis editis impudens mendacium egregiè refellerunt . Sed quinam fuerint hi , qui inter alios scriptores Ecclesiasticos sub Seueri summa gloria claruerunt , Eusebius ^c eorum scripta enumerans in primis hæc ait : Et si complura certè apud multos veterum Ecclesiasticorum scriptorum , qui tum vixerunt , eximie virtutis & exquisitæ diligentie monumenta luculque reseruauerunt , tamen quæ ipsi vidimus , sunt hæc solum quæ sequuntur : Heracliti commentarij in Apostolum : Maximi opera , cum agit de controuerfia illa apud hæreticos multos iactata exagitataque , nimirum , Vnde vitium natum sit : tum de Materia , quòd ortum habeat . Explicationes item Candidi in sex dies : & Apionis in idem argumentum . Sexti similiter libri de Resurrectione : & aliud etiam opus Arabiani . Aliorum panè infinitorum lucubrationes , quorum vel tempora scriptis mandare , vel memoriam rerum gestarum prosequi (præsertim cum nulla oblata sit occasio) importunum propè videretur .

V. Quamquam & alij libri aliorum multorum Ecclesiasticorum scriptorum vera de religione & fide sententiarum (sicut cuiusque expositiones in sacram Scripturam editæ demonstrant) ad nos peruenerunt ; tamen quia auctores eorum nobis idèd incogniti sunt , quòd illorum nomina inscripta minimè reperiuntur , istorum nomina recensere non possumus .] sed & addit : In quodam istorum scriptorum libro contra Artemonis hæresim , quam nostra ætate Paulus Samosatensis denudè renouare tentauit , composito , præclara quædam habetur narratio , quæ huic nostræ historiæ adèd magno cum labore à nobis vndique conquisitæ aptè & concinnè conueniat . Scriptor iste in eo libro , dum hæresim de qua loquimur , quæ Saluatorem solum hominem esse asseuerauit , non longè antè exortam (quantumlibet eius duces & patroni illam tamquam veterem & vsque ab antiquis temporibus ductam præconijs nimis effere studebant) perspicuè conuincere conabatur , sicut alia multa ad illius impij & perditum illorum erroris commentum coarguendum , sic ista ad verbum ferè prosequitur :

VI. Aiunt isti omnes , maiores nostros , & ipsos Apostolos , ea quæ ipsi iam affirmant , non modò à Domino accepisse , verùm etiam alios eadem docuisse , & veram prædicationis rationem vsque ad Victoris tempora , qui decimustertius à Petro Episcopus fuit , integrè seruata illam quidem , sed à Zephyrino illius successore penitus corruptam & deprauatam fuisse . Atque profectò quod ab illis dicebatur , multum fortasse videri potuisset habere probabilitatis , nisi primùm sacræ Scripturæ testimonia illis contradicerent : deinde fratrum quorundam scripta superessent , Victoris temporibus multò antiquiora , quæ illi

III. L A P S V S THEODOTI. a Epiph. lib. 1. ref. 54.

b Theod. haeret. fab. lib. 2.

IV. CALVMNIA IN VICTOREM PAP.

c Euseb. lib. 5. c. 26. 27. S C R I P T A ECCLESIASTICA.

VI. CONSVETAE CALVMNIAE HÆRETICORVM.

A illi cum contra Gentiles pro veritatis defensione , tum contra hæreses , quæ id temporis grassabantur , scripserunt ; vt Iustini , Miltiadi , Tatiani , Clementis , & aliorum nonnullorum , in quorum omnium libris Christus verè Deus esse confirmatur . Quis Irenæi , quis Melitonis , quis ceterorum libros ignorat , qui Christum Deum & hominem constanter asseuerant ? Quot item psalmi , quot hymni à fratribus fidelibus antiquitus perscripti , qui Christum Verbum Dei verum Deum esse concentu quodam concelebrant ?] hæc ipse .

B Fuit namque ex his vnus Athenogenes ille magnus , insigni eruditione & martyrij gloria celebris , de quo hæc S. Basilius ^a ad Amphilochoium : Quòd si quis etiam nouit Athenogenis hymnum , quem tamquam Aggressorium discipulis suis reliquit , festinans iam ad perfectionem , quæ fit per ignem ; is nouit & martyrum sententiam de Spiritu] nimirum quòd Athenogenis hymno , vnà cum Patre & Filio prædicaretur quoque Spiritus sancti diuinitas . Porro licet Athenogenis martyrij natalis dies in tabulis Ecclesiasticis certus adscriptus habeatur , nempe Ianuarij decima octaua die : tamen quo tempore martyrium subierit , incompertum habetur . Sed prosequamur cetera .

C At quoniam Theodoti & Artemonis sectarij impudenter dicerent , omnes antiquos vsque ad Zephyrinum Papam eadem de Christo sensisse , quæ ipsi impiè prædicarent , cum supra enumeratorum Patrum testimonio , eisdem tam patenti idem auctor mendacij arguisset , mox de Victore Romanorum Pontificum nouissimo manifestam omnibus veritatem , quòd Theodotum ipse damnasset , ad eos penitus conuincendos , testificationem certam adducit , sic dicens ^b : Cum igitur ex tot annorum spatio doctrina Ecclesiastica verè annuntiata fuerit : quo modo fieri potest , vt illi fratres , qui ad Victorem vsque vitam perduxerunt , sic , vt isti asserunt , prædicarint ? aut quo modo non illos pudet hæc Victoriam falsò obiectare ? præsertim cum exploratè cognitum habeant , Victorem Theodotum illum coriarium , qui prior Christum solum hominem dicebat , (priorem dicit respectu Artemonis) ducem & quasi parentem huius impiæ & execrandæ à fide defectionis Christum Deum pernegantis , Christiana communione interdixisse ? Quòd si Victor eadem cum illis sentire visus fuisset , sicuti detestabilis istorum docet calumnia , quo pacto , aut qua ratione adductus , Theodotum , huius erroris incentorem , ab Ecclesia eicere in animum induxit ? Verùm de Victore hæc tenent .] hæc ille , refellens calumniam , qua impiè dicebat , Apostolos ipsos , & omnes qui vsque ad Zephyrinum vixerunt Patres , eadem cum Theodoto de Christo sensisse . Sed sicut constat mentirosos esse de Apostolis , alijsque eorum successoribus , ita etiam de omnium temporis ordine Pontificum nouissimo Victore Papa , qui eum damnasset , ostenditur . Est quippe antiquus & vtitatus hæreticorum mos iste , vt cum sanctum Euangelium aliasque diuinas Scripturas , tum sanctos Apostolos , & Apostolicos viros , suis ipsorum blasphemijs (quantum in ipsis est) ad stipulari compellant . Sed quid eiusmodi hæretici Romæ sub Zephyrino sint passi , in quem oblatrant , suo loco dicemus .

D His de Theodoto enarratis , quæ reliqua sunt eius dogmatum explicemus . Licet Theodoti immanis blasphemia à Cerintho , tempore Apostolorum hæretico , iure dici possit duxisse principium , & ab alijs eadem postea delirantibus additamentum consecuta videatur , Epiphanius ^c tamen ipsos eiusdem hæresis propugnatores post Montani hæresim exortos existimat ; qui Cerinthi & Ebionis conati sunt impia dogmata in Asia instaurare , quæque Alogi , ratione vel Verbo carentes , fuerint appellati , quòd S. Ioannis Apostoli Euangelium atque Apocalypsim respuerent . Ex qua quidem secta propagatum fuisse Theodotum , idem affirmat , cum ait ^d : Surrexit rursus Theodotus , qui est auulsio ex prædicta Alogorum secta , quæ Ioannis Euangelium , & Deum Verbum , quod erat in principio (vt in ipso Euangelio habetur) negat ; itemque eius Apocalypsim . Sed & cum alijs prædictis sectis conuersatus est , & vixit , & secundum tempus ipsis successit .] hæc ipse , qui aduersus eum fusiùs disputat . Sed de Theodoto rursus & socijs hæc Theodoretus ^e ex antiquiore auctore : Qui autem de eo scripsit prædictus auctor , hæc quoque adiecit : quòd qui hæresim composuerunt , diuinam etiam Scripturam innouare temerè ausi sunt : & hæc quidem amputare , illa verò adicere ; seque ea , quæ non benè habebant , corrigere dicentes , & se sancto Spiritu sapientiores pronuntiantes . Et nec in eo quidem faciendos eos inter se conuenisse dicit : sed aliter quidem Theodotum , aliter verò Asclepiadem , & aliter Hermophilum , aliter verò fecisse Apollonidem : quin etiam vnumquemque eorum sua propria correxisse , adèd vt exemplaria plurimum inter se dissentirent .]

VII. ATHENOGENES PHILOSOPHVS ET MARTYR.

a Basilius de Spirit. sanct. cap. 29.

VIII. CONFVTANTVR CALVMNIAE HÆRETICORVM.

b Apud Euseb. lib. 5. c. 27.

IX.

c Epiph. haeret. lib. 1.

d THEODOTO ALOGI HÆRETICI. Idem haeret. lib. 54.

e Theod. haeret. fab. lib. 2. ex Eusebio lib. 5. c. 27.

X. Hæc ex dicto auctore cum scribat de Theodoro præcipuo eius sectæ patrono Theodoretus: quoniam eiusdem nominis fuisse constat (vt diximus) Montani^a antesignanum; hunc eundem esse cum illo, & pseudoparacletum Montani afflatum, tantam in Christum effuisse blasphemiam, non nihil suspicor. Nam & Pacianus Theodotum & Praxeam ex primoribus Montani sectatoribus fuisse tradit, scribens ad Sympronianum de Catholico nomine. Porro aduersus Theodoti hæresim paruus (inquit Theodoretus) scriptus est liber, cuius titulus est, Labyrinthus, quem nonnulli opus esse Origenis existimant: sed eos, qui hoc dicunt, stylus ipse conuincit.]

XI. Post Theodotum Byzantium, alter quoque (inquit Tertullianus^b) Theodotus hæreticus erupit, qui & ipse introduxit alteram sectam: & ipsum hominem Christum tantummodò dixit, ex Spiritu sancto & Maria Virgine pariter conceptum & natum: sed hunc inferiorem esse quam Melchisedech, eò quòd dictum sit de Christo: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: nam illum Melchisedech præcipuæ gratiæ caelestem esse virtutem: & quòd agat Christus pro hominibus, deprecator & aduocatus ipsorum factus, Melchisedech facere pro caelestibus Angelis atque Virtutibus. Nam esse illum vsque adeò Christo meliorem, vt apator sit, amctor sit, agencalogitus sit: cuius neque initium, neque finis comprehensus sit, aut comprehendi possit.] hæc Tertullianus. At sicut prior ille Theodotus fuit opifex coriarius, ita hic, de quo sermo est, arte fuit argentarius: Argentarium enim eum nominat Theodoretus: vt non adeò mireris, lector, cum audis huius temporis Nouatores e futurinis, calcearijs, vel fabrilibus tabernis conscendere pulpitem laicos homines. Quæ enim non audeat egressa semel fidei repagula hæreticorum vesana temeritas? Sed ad Theodotum posteriorem.

XII. Quod autem ad præcipuum caput huius hæresis spectat, & ad ipsum Melchisedech, ex quo appellati sunt Melchisedechiani hæretici: grauiosimos viros video errore lapsos de Melchisedech, quòd Paulus^d eum sine patre & matre, ac sine genealogia fuisse describat. Nam Origenes & Didymus in eam pariter sententiam abierunt, vt putarint eum fuisse Angelum quemdam, id quidem testatur de ijs S. Hieronymus^e ad Euagrium scribens, affirmatque fuisse ea de re in Ecclesia vulgatissimam quæstionem: refertque de quodam, qui eum diuiniore naturæ fuisse affirmaret, ac demum illum ipsum esse Spiritum sanctum, qui apparens Abraham in figura hominis visus sit. Quid autem de eo senserit Origenes, declarat his verbis: Reuolui veterum libros, vt viderem quid singuli dicerent, & tibi quali de multorum consilio responderem: statimque in fronte Geneseos, in prima homiliarum Origenis reperi scriptum de Melchisedech: in qua multiplici sermone disputans, illuc deuolutus est, vt eum Angelum diceret, iisdem pæne argumentis, quibus scriptor tuus de Spiritu sancto, ille de supernis virtutibus est locutus. Transit ad Didymum sectatorem eius, & vidi hominem pedibus in magistri iussu sententiam.]

XIII. At verò quid communiter ea de re ceteri antiquorum sentirent, his verbis significat: Verti me ad Hippolytum, Irenæum, Eusebium Cæsariensem, & Emisenum, Apollinarianum quoque nostrum, & Eustathium, qui primus Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus, contra Arium clarissima tuba bellicum cecinit: & deprehendi horum omnium opiniones diuersis argumentationibus & diuerticulis ad vnum compitum peruenisse, vt dicerent Melchisedech hominem fuisse Chananæum, Regem vrbs Ierosolymæ, quæ primùm Salem, postea Iebus, ad extremum Ierusalem appellata est. Nec mirum esse, si sacerdos: Dei altissimi describatur absque circumcissione & legalibus cærimonijs & genere Aaron; cum Abel quoque, Enoch, & Noë placuerint Deo, & victimas obtulerint; & in Iob volumine legitimus, quòd ipse & oblator munerum fuerit & sacerdos, & quotidie pro filijs suis hostias immolaret, &c.]

XIV. Potuisset citare quoque in hanc sententiam Theophilum^f Antiochenum; quem diximus peruenisse ætate vsque ad Commodi tempora: qui ad Autolicum scribens, eum hominem iustum & Regem fuisse tradit & sacerdotem, qui Ierusalem ædificauit: in cuius locum successerit Abimelech, qui regnauit in Geraris: post quem substitutus fuerit Ephron cognomento Cethæus. hæc Theophilus. Sed & Hieronymus vbi supra ex Hebræorum sententia traditum ait, Melchisedech fuisse filium Sem, qui fuit Noë, ac eo tempore, quo ortus est Abraham, annos natum trecentos nonaginta. Fuisse hanc Samaritanorum sententiam, Epiphanius^g tradit, sed eam rejicit, quòd longe diuersos numeret annos Sem, nimirum a Sem vsque ad Abraham intercurrisse annos mille trecentos triginta

^a Apud Eu-
seb. lib. 5. c. 15

^b Tertull. de
præscr. c. 21.
A L T E R
THEODOTVS
MELCHISE-
DECHIANVS

^c Theod. hæ-
ret. lib. 2.

^d Hebr. 7.
^e Hier. epist.
126.

^f Quid ma-
iores de
MELCHISE-
DECH.

^g Epiph. hæres.
55.

A triginta duos, cum tamen Sem annos vixerit tantum sexcentos. Sed nec illud prætermittimus, quod dicitur ab eodem auctore, eius patrem fuisse Heraclan, matrem verò Astaroth: verum hæc repugnare videntur sententiæ Pauli dicentis eum fuisse sine patre, sine matre, & sine genealogia: nec aliam ob causam id eum dixisse, qui veriorem sententiam de eo sectati sunt, exilitimarunt, nisi quòd parentes eius & genus obscurissimum esset. Quis enim, quæso, scire vmquam potuerit, quæ Paulus incognita habuit?

Verum quòd fuerit Rex Salem, non ita accipiendum est, vt Ierusalem Rex fuerit: nam de Salem, in qua Melchisedech regnauit, hæc S. Hieronymus^a tradit: Salem autem, non vt Iosephus & nostri omnes arbitrantur, esse Ierusalem nomen, ex Græco Hebraicoque compositum (quod absurdum esse peregrinælinguæ mixtura demonstrat) sed oppidum iuxta Scythopolim, quod vsque hodie appellatur Salem: & ostenditur ibi palatium Melchisedech ex magnitudine ruinarum, veteris operis ostendens magnificentiam. de quo in posteriore quoque parte^b Geneseos scriptum est: Venit Iacob in Sichem, & transiit in Salem quæ est in terra Chanaan.] At hic rursus monendum putamus lectorem, haud esse Augustini^c, quæ in libro quæstionum eius nomine scripta habentur: ipsum videlicet opinatum esse Melchisedech non fuisse hominem, sed supra hominem. Nam alibi de his agens, hanc sententiam non suam, sed quorundam fuisse declarat: ipse enim ad Quod- uultu deum^d talia sectantes rejicit, adnumerans inter hæreticos.

De iisdem hæreticis hæc etiam Epiphanius^e: Fingunt autem & libros sibi ipsis commentitios, se ipsos decipientes.] At inferius idem auctor de alijs eiusdem sectæ agit, qui Moysen quoque Deum esse putarunt; de quibus ait: Etenim qui in Arabia Petraea, Robom, & Edom appellata habitant, Moysen propter diuina signa Deum putant, adorantque ipsius imaginem, quam effingentes seducti sunt, non iusta ipsius causa existente, sed errore ipsos per iustum in ignorantia imaginationem inducentes.] hæc ipse, qui & de Hieracitis subdit, dicentibus Melchisedech (vt dictum est) esse Spiritum sanctum. Sed de Hieracitis plura inferius suo loco dicenda sunt.

Rursus verò de alijs, qui sub Victore prodierunt, hæreticis, eorumque auctore Praxeæ, vltimo loco hæc habet Tertullianus^f: Sed post hos omnes etiam Praxeas quidam hæresim introduxit, quam Victorinus corroborare curauit. Hic Deum Patrem omnipotentem Iesum Christum esse dicit, hunc crucifixum passumque contendit, mortuum præterea seipsum sibi sedere ad dexteram suam, cum profana & sacrilega auctoritate proponit.] hæc Tertullianus in commentario quem scripsit aduersus hæreses: sed de eo pluribus in libro aduersus eundem priuatim conscripro. At si Praxeæ exquiramus originem, eum primò fuisse Montani sectatorem, Pacianus ad Sympronianum scribens de Catholico nomine, testatur his verbis: Theodorus quoque & Praxeas vestros aliquando docuere: ipsi illi Phryges nobiliores, qui se animatos mentiuntur à Leucio, institutos à Proculo gloriantur, Montanum & Maximillam & Priscillam secuti.] hæc Pacianus: qui cum dicat hos gloriari magistro Proculo, Montani sectam illum monstrat esse consecratum, atque ex eorum numero fuisse, qui (quod ait Tertullianus^g) dicebantur Kata Proclum.

Verum Praxeas cum à Montano, tum à Proculo desciuit, & factus est illis hostis infensissimus: Romam quippe se contulit, & de secta Montani, cuius pars magna fuerat, ipsum Romanum Pontificem iam ad illos scribentem (quòd nondum rem satis exploratam habuisset, vt pote falsis deceptus de Montano nuntijs) reddidit certiozem: cum ille euestigio datas ab se litteras reuocat, atque Montanum vnà cum suis condemnat. Sed hæc superius, cum de ortu atque progressu eius hæresis actum est; hic tamen, occasione Praxeæ, necessariò repetenda ac pluribus inculcanda. Sed quæ de eius progressu ac hæresi scripserit, hic eius verbis referre, operæpretium ducimus. Ait igitur^h:

Ille primus ex Asia hoc genus peruersitatis intulit Romanæ humo, & aliàs inquietus: insuper de iactatione martyrij inflatus ob solum & simplex & breue carceris tædium: quando & si corpus suum tradidisset exurendum, nihil profecisset, dilectionem Dei non habens, cuius charismata quoque expugnauit. Nam idem tunc Episcopum Romanum agnoscentem iam prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Ecclesiæ Asiæ & Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis prophetis & Ecclesijs eorum affeuerando, & præcessorum eius auctoritates defendendo coëgit & litteras pacis reuocare iam missas, & à proposito recipiendorum charismatum concessare. Ita duo negotia diaboli

PARENTES
MELCHISE-
DECH.

XV.
REX SALEM
QVOMODO.
Hieron. ad
Euagr. epist.
126.

^b Gen. 33.

^c Aug. li. qua.
ex vtraque
mixt. 7. 109.

^d Idem de hæ-
ret. c. 34.

XVI.
^e Epiph. hæres.
55.

QVID DE
MOYSE
HÆRETI-
CI.

XVII.
PRAXEAS
HÆRESI-
ARCHA.
^f Tertull. de
præscr. in fin.

^g Tertull. de
præscr. c. 52.

XVIII.
PRAXEAS
ROMAM
VENIT.

^h Tertull. ad-
uers. Prax.
cap. 1.

XIX.
PRAXEAS
GENVS ET
RES GESTAS

Praxeas Romæ procuravit: prophetiam expulit, & hæresim intulit; Paracletum fugavit, & Patrem crucifixit. Fructificauerant auenæ Praxeanæ hic quoque superfeminatæ; dormientibus multis in simplicitate doctrinæ; traductæ dehinc per quem Deus voluit, etiam euulsæ videbantur.] hæc Tertullianus, cum iam in transuersum actus, Montani pseudo-prophetia deceptus, factus est eius dogmatis acerrimus propugnator: quando autem id acciderit, suo loco dicemus. nunc de Praxea contexenda historia est.

XX.

Optat. aduersus Praxeam. lib. 1. PRAXEAS DAMNATUS LIBELLVM POENITENTIAE OBTVLIT. b Tertull. aduersus Praxeam. cap. 1.

Eiusdem quoque Tertulliani testimonio satis liquet, eundem Praxeam Romæ damnatum (quod factum sub Victoris successore Zephyrino Papa, Optatus^a Mileuitanus affirmare videtur) facti poenitentem recantasse palinodiam, libellumque suæ poenitentiae conscripsisse, sicque diu latuisse, ac tandem latentem in stomacho hæresim iterum euomuisse; hæcque omnia adhuc ipso, qui eum scriptis exagitauit, viuentem Tertulliano: qui hæc ipsa paucis prosecutus, sic ait^b: Denique cauerat pristinum doctor de emendatione sua, & manet chirographum apud Psychicos, apud quos tunc res gesta est; exinde silentium. Et nos quidem postea agnitio Paracleti atque defensio disiuixit à Psychicis: auenæ verò illæ vbique tunc semen excusserant. Ita aliquamdiu per hypocrisisin subdola viuacitate latitauit, & nunc denudè erupit: sed denudè eradicabitur, si voluerit Dominus, in isto commatu: si quominus, diè suo colligentur omnes adultere fruges, & cum ceteris scandalis igni inextinguibili cremabuntur.] hucusque Tertullianus de origine Praxæ & progressu vsque ad ea tempora, cum ea aduersus illum conscriberet. At de ipso iterum sub Zephyrino, cui libellum poenitentiae obtulit, agemus.

XXI.

MONARCHICI HAERETICI.

Qui verò à Praxea progressi sunt hæretici, primò Monarchici, quòd vnàm tantum personam statuerent sanctissimæ Trinitatis, sunt appellati: & quòd Patri æquè crucem adscriberent, è dogmate Patropassiani nominati sunt. Huius blasphemiam iam damnatam atque deletam, postea à Sabellio & ab illis Seuerianis qui crucem adiecerunt Trifragio, magna ex parte restitutam & propagatam fuisse, suo loco dicemus. Meminit eiusdem Praxæ sanctus Augustinus^c, qui & de Praxeanis ab eo deriuatis hæreticis agit.

XXII.

CLEMENS ALEXANDRINVS CONTEXTOR.

Hoc ipso anno secundo Seueri Imperatoris Eusebius in Chronico ponit Clementem Alexandrinum, clarissimum horum temporum Ecclesiasticum tractatorem. Hunc quidem his ipsis Seueri temporibus scripsisse eruditissimos libros Stromatum, ex quo (vt Cassiodorus ait) Contextor est cognomen dictus, argumento planè est, quòd in eisdem texens chronologiam (quod sæpè facit) semper ad Commodi obitum, nec vterius eam perducit^d: extendisset proculdubio vsque ad Seueri obitum, si post Seuerum scripsisset, qua etiam ratione Eusebius hæc de eo ait^e: Clemens verò in primo libro operis, quod Στροματικῶν inscripsit, annalium serie notata & exposita, tempora ad Commodi vsque mortem describit: aded vt non obscurum videatur, illud opus regnante Seuero, cuius tempora liber, quem habemus in manibus, explanat, ab eo elaboratum fuisse.] Ceterum cum constet in ipsis Stromatum libris de Christianorum persecutione tunc vigente mentionem fieri, affirmare necesse est, ipsum post annum decimum Seueri scripsisse: namque eo anno persecutio cœpta est. Sed de ijs quæ ipse de ea scribit, suo loco agemus. Nominat hunc Eusebius^f Titum Flauium Clementem, cum ab eo scriptos enumerat commentarios.

XXIII.

STVDIVM CLEMENTIS.

Quam verò vigilans fuerit in omnibus scientijs perscrutandis, ipsæ eius lucubrationes, vel tacentibus omnibus, clamant: quot scholas disertissimorum virorum in diuersis prouincijs fama celebres adierit, & quæ in illis essent optima hauserit, ac demum Alexandria apud Pantænum quieuerit, eius testimonio, superius cum de Pantæno egimus, dictum est. Quòd igitur Alexandria quieuerit, & vbi primùm discipulus, ibidem doctor diutissimè & vsque ad finem vitæ commoratus sit, inde accidisse videtur, vt Alexandrini cognomen fuerit consecutus, cum patriâ fuerit Atheniensis. Nam ob eam causam à maioribus idem Clemens (vt auctor est Epiphanius^g) tum Alexandrinus, tum etiam Atheniensis est nominatus: sed vsus inuauit, vt à posteris Alexandrinus tantummodò diceretur. Quòd auditor Pantæni fuerit, non solum ex superius à nobis citato loco in Pantæno ex eius libro primo Stromatum, sed ex septimo eiusdem Dispositionum libro testatur Eusebius^h, qui & eum docuisse Alexandria, habuisseque inter alios fama celebres auditorem Origenem, testaturⁱ, sic dicens: Post Pantænum Clemens scholæ Alexandrinæ ad fidei principia docenda institutæ, ad illud ipsum tempus, quod iam prosequimur, præfuit: sic vt Origenes, dum puer erat, auditor eius ac discipulus existeret.]

h Euseb. hist. lib. 5. c. 11. i Idem lib. 6. cap. 5.

Quod

Quod verò ad elucubratos ab eo commentarios pertinet, S. Hieronymus^a hæc habet: Clemens Alexandriae *κατηχητικῶν* magister fuit. feruntur eius insignia volumina, plenaque eruditionis & eloquentiæ, tam de Scripturis diuinis, quàm de sæcularis litteraturæ instrumento: è quibus sunt Stromatum libri octo, Hypotyposeon libri octo, aduersus Gentes liber vnus, Pædagogii libri tres, de Pascha liber vnus, de Ieiunio disceptatio, & alius, qui inscribitur, Quisnam diues sit ille qui saluetur: de Obrectatione liber vnus, de Canonibus Ecclesiasticis, & aduersus eos qui Iudæorum sequuntur errorem liber vnus, quem propriè Alexandro Ierosolymorum Episcopo *κατηχητικῶν*.] At præter hæc à S. Hieronymo recensita, alios vtique à se editos commentarios ipsemet testatur, nempe de Resurrectione, de Nuptijs, & de Continentia: Cassiodorus in præfatione sui commentarij de Institutione diuinæ lèctionis, affirmat ab eodem Clemente à principio vsque ad finem explanatas fuisse diuinas Scripturas. Extant ex tanto opere breues notæ eiusdem in Epistolas canonicas. Quòd verò Sozomenus^b atque Suidas à Clemente elucubratos fuisse historias tradunt, non de hoc Clemente (vt quispiam opinatus est) eos pruto intellexisse; sed Sozomenum quidem de Clemente Papa, quòd scripserit res à Petro gestas, Suidam verò de alio aliquo Clemente Gentili homine esse locurum. Quæ sanè omnia magno Ecclesiasticarum litterarum detrimento excidisse, magnopere dolemus.

De eodem Clemente nobile elogium Alexandri Ierosolymorum Episcopi S. Hieronymus^d recitat in hæc verba: Extat Alexandri Ierosolymorum Episcopi, qui cum Narcisso postea rexit Alexandria, epistola super ordinatione Asclepiadis confessoris ad Antiochenos, congratulantis eis, in qua ponit in fine: Hæc vobis, domini ac fratres, scripta transmisi per Clementem beatum presbyterum, virum illustrem & probatum, quem vos quoque scitis, & nunc plenius cognoscetis: qui cum huè venisset, iuxta prouidentiam & visitationem Dei, confirmauit & auxit Ecclesiam.] Idemque Alexander ad Origenem scribens, tum de Clemente, tum etiam de eius magistro Pantæno hæc habet: Hoc enim voluntatis Dei fuit (sicut ipse nosti) vt amicitia, quæ mihi à patribus fuerunt, iniolata durarint, immò verò ardentius atque robustius auerentur. Patres enim nouimus beatos illos, qui nos præcesserunt, ad quos paulò post etiam nos ibimus: Pantænum dico dominum meum verè beatum, & sanctum dominum meum Clementem, qui me in multis instruxerunt.] hæc S. Alexander eiusdem Clementis discipulus. Prædicat eundem S. Hieronymus^e his quoque verbis: Clemens Alexandrinæ presbyter Ecclesiæ, meo iudicio, omnium eruditissimus, quid in illius libris indoctum? immò quid non è media philosophia est?]

Ceterum quòd aliquibus natis eius commentarij respersi inueniantur, ne occasione eius nominis celeberrimi Fideles ad omnia sectanda, quæ ab ipso scripta essent, incautè in errorem adducerentur, Gelatius Papa prouidè quidem eiusdem Clementis opera apocryphorum nota voluit inuulsisse. nec mireris: nam ea etiam occasione ab eodem S. Cypriani quoque opuscula eadem censura notata fuerunt. Ceterum quòd mos est hæreticorum, testimonia aucupari magnorum virorum, cum aliter non liceat eorum scripta deprauare atque corrumpere; accidit planè vt ab Ariani aliqua in eius commentarijs fuerint immutata; quod Rufinus testatur his verbis: Clemens alius presbyter & magister Ecclesiæ illius, in omnibus pænè libris suis, Trinitatis gloriam atque æternitatem vnàm eamdemque designat: & interdum inuenimus aliqua eius capitula, in quibus Filium Dei creaturam dicit. Num quidem credibile est de tanto viro, tam in omnibus Catholico, tamque erudito, vt vel sibi contraria senserit, vel ea quæ de Deo non dicam credere, sed audire quidem impium est, scripta reliquerit?] hæc Rufinus^g, cui & ego non inuitus adstipulor. Si enim primores Ariani illi, qui erant doctrina perspicacissimi, aliquid in Clemente inuenire potuissent, quod suo ipsorum dogmati fauisset, vtique (quòd ait diuina Scriptura^h) sicut exultant victores capta præda, magno præconio extulissent, ac planè præ foribus ostentationis gratia affixissent. Numquam enim ex Clementis Alexandrini scriptis ab Ariani factitatum esse negotium Orthodoxis, ex eo possumus intelligere, quòd Catholicæ Ecclesiæ scriptores, qui in fellendis eorum obiectionibus laborarunt, de Clemente, quòd illorum fauisset dogmati, nusquam visi sunt meminisse.

In eiusdem quoque Clementis scriptis, tamquam in viua tabula, Catholicæ Ecclesiæ mores

CHRISTI 196. VICTORIS PAP. 3. SEVERI IMP. 2.

ANTIQUA INSTITUTA ECCLESIASTICA. Clem. Alex. Strom. lib. 1. Idem lib. 6. Strom. Idem lib. 3. Strom. Idem lib. 2. Psalag. Strom. lib. 3. Idem lib. 6. Strom. Idem lib. 7. Strom. Hier. epist. 63.

mores & disciplinam inuenire est expressam: nempe sacras Apostolicas traditiones ad sua tempora in Ecclesia custoditas ac illibate seruatas, à quibus qui deuiarint (vt ait a) in hæresim lapsi sint: Hierarchicum in Ecclesia ordinem, ad imitationem virtutum caelestium: tres hominum status, virginum scilicet, viduarum, atque coniugatorum, inter quos tamen emineat virginalis integritas, ac ea præsertim quæ cum Deo pactis conuentis firmata sit, nempe voti obligatione. Apud eundem frequens de ieiunijs, vigilijs, ac stationibus mentio, deque pio ciborum delectu d, ab vsu Marcionitarum & Encratarum vel Cataphrygarum penitus distincto: de fide e nobis proficua, cum coniuncta est sanctis operibus: deque canonicis orandi horis ex Ecclesiæ instituto præscriptis: de sacratissima item Eucharistia frequenter inculcat, & alia plura id genus, quorum superius meminimus, cum actum est de traditionibus Ecclesiasticis. Demum vt de Clemente tandem finem dicendi faciamus: qui auditorem habuit Origenem, eundem quoque nactum esse in cathedra doctrinæ successorem, S. Hieronymus 2 restatur his verbis, cum ait de Origene: Alexandria Ecclesiasticam scholam tenuit, succedens eruditissimo viro Clementi presbytero. At de Clemente iam satis, qui (vt auctor est Cassiodorus h) cognomento Stromatæus est dictus, non aliam ob causam, quam ob insignes illius octo libros Stromatum luculentissime scriptos.

IESV CHRISTI ANNVS 197. VICTORIS PAP. ANNVS 4. SEVERI IMP. ANNVS 3.

Dio in Seuera. Herod. lib. 2. Spartian. in Seuera. QVANDO ANTONINVS CVM PATRE IMPERARE COEPERIT. Spartian. in Seuera.

I. Christi anno centesimo nonagesimo septimo, duobus Flauijs Tertullo & Clemente Coss. Seuerus Imperator occiso Pescennio Nigro, qui Orientale Imperium occupauerat, Byzantiumque triennio iam obsessum postea expugnans, aduersus Othronos, Adiabenos, & Arabas exercitum ducens, eosque fugans, Nisibim occupat.] hæc Dio i, Spartianus, atque Herodianus k pluribus: quæ quidem nonnisi anno sequenti sunt consummata. agemus de his quæ sunt reliqua suo loco. Qui autem putarunt Antoninum Seueri filium vnâ cum patre imperare cœpisse, Geramque minorem natu eiusdem Seueri filium ante hæc tempora Cæsarem iam dictum fuisse, non leuem & in alijs quoque errandi sibi occasionem dederunt. Ceterum nonnisi Albinum à Seuero ante hæc tempora creatum fuisse Cæsarem, Dio in primis affirmat: Antoninum verò Seueri filium nonnisi anno sequenti Cæsarem dictum, iure dici posse videtur: siquidem Spartianus l tradit, Seuerum Imperatorem, aduersus Albinum proficiscentem, in itinere apud Viminatium, filium suum maiorem, nomine Bassianum, apposito Aurelij Antonini nomine, Cæsarem appellasse: confectoque feliciter bello, ex Senatusconsulto decreta eidem fuisse Imperatoria insignia, nempe Augusti nomen cum Tribunitia potestate. Ex quibus planè mendosa arguitur inscriptio, quæ præfixa est rescripto m Seueri ad Victorinum, Coss. Falcone & Claro, quo anno Seuerus capessit Imperium, cum Imperatores Seuerum & Antoninum inscriptos habet Augustos. Sed quod non semel id factum reperitur, planè accidisse videtur, vt qui eas collegit leges, quod ex ijs aliquas inscriptas inuenit nominibus Seueri & Antonini Imperatorum, omnes pariter eadem putarit inscriptione notandas. Ceterum si rectè se habet inscriptio illa, vt nullus error irrepperit, despuisse visi sunt Dio & Herodianus illorum temporum scriptores, necnon Spartianus; qui omnes æquè fatentur, Seuerum solum regnare cœpisse.

m l. r. c. de insic. rest.

II. Porro ipsum Antoninum nonnisi Seueri anno sexto labente Imperium inchoasse cum patre, adeptumque tunc esse Augusti nomen cum Tribunitia potestate, certum illud est argumentum, quod in pluribus antiquis inscriptionibus sexies, in alijs verò quinques iterata Tribunitia potestas amplius in Seuero quam in Antonino filio reperitur. Quod quidem aperte satis demonstrat, nonnisi sexto anno Seueri Imperatoris ab ipso esse ei collatum Imperium, quocum simul potestas Tribunitia conferri consuevit. Sunt veteres inscriptiones Romæ in Pantheonis fronte & alibi positæ, quibus inter alia Imperatorum insignia, Seueri potestas Tribunitia vndecima, Antonini verò filij quinta habetur inscripta his verbis:

IMP.

CHRISTI 197. VICTORIS PAP. 4. SEVERI IMP. 3.

A IMP. CAES. SEPTIMIUS SEVERUS PIVS PERTINAX, ARABICVS, ADIABENICVS, PARTHICVS, PONT. MAX. TRIB. POT. XI. COS. ILL. P. P. ET IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS FELIX TRIB. POTEST. V. COS. PROCOS. PANTHEVM VEIVSTATE CORRVPTVM CVM OMNI CVLTV RESTITVERVNT.]

Quod si quando Seueri vndecima, Antonini sexta posita inueniatur; id propterea accidit, quod eodem anno vnus exordium, & alterius terminum esse contigerit, vt est videre in eiusdem Seueri Arcus triumphalis inscriptione, necnon illa affixa Ianonis quondam templo, nunc verò Diaconia S. Michaëlis in foro Piscario, in quibus legitur Seueri Tribunitia potestas vndecima, Antonini verò sexta. eadem quoque ratione in illa posita ab argentarijs ac negotiatoribus in foro Boario Romæ, Seueri Imperatoris Tribunitia potestas duodecima, Antonini verò septima numeratur b.

a Apud Smet. pag. 6. nu. 13. c. pag. 10. num. 7.

b Descripsero Aldus, Panninus, & Adolphus.

Hæc autem idcirco tam exacta indagazione disquisisse oportuit, quod Pamelius c, vit cum primis eruditus, hunc ipsum annum tertium Seueri errore putauit à Tertulliano esse notatum in libro de Pallio d, quo ipse Tertullianus pallio superinductus Christianam religionem cœperit profiteri: quod ipsum tempus leuissimis quibusdam lineamentis à Tertulliano videatur fuisse demonstratum, dum ait: Quantum reformauit Orbis sæculum istud? quantum vrbiurumque produxit, aut auxit, aut reddidit præsentis Imperij triplex virtus, Deo tot Augustis in vnum fauente? quot census transcripti? quot populi propaginati? quot ordines illustrati? quot barbari exclusi? Re vera Orbis cultissimum huius Imperij rus est, eradicated omni aconito hostilitatis, & caeco, & rubo subdola familiaritatis, consitum & amœnum super Alcinoi pometum, & Midæ rosetum.] hæc Tertullianus. Quibus sanè verbis nonnisi tranquillissimum Imperij Seueri tempus designat: cum victis externis atque domesticis hostibus, nempe Pescennio Nigro & Clodio Albino, qui sibi Imperium arripuerant, superatisque externis, quos diximus, hostibus, reddita est Vrbi atque Orbi tranquillissima pax: quod nonnisi Albino extincto potuit contigisse, anno nimirum quinto eiusdem Seueri Imperatoris. sed nec satis eius mors ad pacem istam vbique paratam.

III. c Pamel. in vita Tertull. d Tertull. de pallio, cap. 1. TERTULLIANVS QVANDO INVDIT PALLIUM.

Quamobrem sicut in clarissima luce hallucinatos esse constat, qui triplicem virtutem Imperij sunt interpretati tres qui sibi arripuerunt Imperium, Nigrum scilicet, Albinum, atque Seuerum; quorum tempore tantum abest vt pax fuerit, quin potius eorum causa Oriens & Occidens bello ciuili quinquennij tempore conflagrarint: ita nec possumus, quod cuperemus, Pamelio assentiri (etenim non aded contumaces & refractarij sumus, vt profiteamur inter Pyrrhonios atque Sextios, & omnia velimus ab alijs bene dicta carpere & infringere) qui existimauit, locum illum elucidans, triplici ipsa Imperij virtute intelligi Seuerum, Antoninumque eius filium creatum (vt putat) iam Augustum; atque Albinum: dum quidem et si Cæsarem à Seuero dictus est, numquam tamen appellatus fuit Augustus; cuius rei causa (vt ex Dione constat) conflauit ille ciuile bellum. Cum verò eiusdem Dionis tunc viuientis & hæc videntis testimonio exploratum habeatur, nullas bellorum datas inducias, nec intercessisse morulam post bellum aduersus Nigrum, ac mox aliud aduersus barbaros motum; quin statim (quod idem ait) ipso Seuero nondum à bellis barbaricis respirante, bellum ciuile cum Albino Cæsare coortum esset: quo modo, quæso, dici potest hoc anno illud fuisse tempus, in quo, eradicated omni hostilitatis aconito, reddita Orbi tranquillissima pace, visus sit annus ipse pulchrum Alcinoi pometum & Midæ rosetum? At quisnam sit germanus sensus Tertulliani sententiæ, quidve ipse per illam triplicem virtutem Imperij intellexerit (conferunt hæc enim plurimum ad veritatem historicam perquirendam) erit nobis peruestigandum: est enim perdifficilis captus.

IV. TERTULLIANI LOCVS MALE EXPLICATVS ELYCIDATVR.

Sanè quidem quod Seueri tempore tres simul titulo Augustorum regnauerint Imperatores, sub quibus pax summa fuerit; ex ijs, quæ dicta sunt, nullatenus dici hoc anno posse videtur. Quamobrem per triplicem illam Imperij virtutem, intellexisse Tertullianus videtur Seuerum patrem, Antoninum & Getam filios, quorum alter à patre Augustus anno sexto eius imperij (vt dictum est) appellatus fuit, Geta verò postea primò Cæsar & Antoninus quoque nominatus est (vt auctor est Spartianus e) confecto bello Parthi-

V. TRIPLEX IMPERIE VIRTVS QVÆ.

e Spartian. in Seuera.

Parthi-

Parthico, anno (vt apparet) nono Imperatoris, cum ipse Seuerus & Antoninus essent A Consules designati, quem magistratum gesserunt anno decimo eius Imperij: postea autem idem Geta Cæsar accepit nomen Augusti cum Tribunitia potestate, triennio ante victoriam de Britannis à patre Seuero partam. testantur id quidem complura numismata hac inscriptione notata:

P. SEP. GETA PIVS AVG. BRIT. PONTIF. TR. P. II. COS. II.] & aliud:

P. SEP. GETA PIVS AVG. BRIT. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C.] sunt & alia eiusdem generis simul collecta, ac vnà cum signis expressa^a, vt nulla penitus de his possit exoriri dubitatio.

^a Adolph. Oecam lib. de numism. Roman. Imper. c. Pansim. in Fast.

V I. GETA QVAN DO CREATVS AVGVSTVS. ^b Spartian. in Seuero.

^c Tertull. de Pallio, cap. 1.

^d Tertull. aduers. Iudaicos.

^e Dio lib. 55. hist. Rom.

V II.

DE TERTULLIANO PALLIUM INDEVENTE.

V III.

^f Tertull. de Pall. c. 1. VNUM IDEM QUE COMMVNE OMNIBVS INDUMENTI GENVS.

His igitur firmissimis testimonijs affirmari necesse videtur, Getam vnà cum Consulatu, anno decimosexto Seueri, nomen Augusti accepisse, atque vnà cum eo Tribunitiam potestatem, auctam iam tertio, tempore victoriæ de Britannis acceptæ, quo idem Seuerus^b (quod & olim fecerat Hadrianus, & postea Antoninus Pius) muro per transfersam insulam ducto, vtrimque ad finem Oceani (vt Spartianus tradit) Romanorum dittonem eius insulæ communiuit. Est itaque hæc triplex virtus Imperij, hi tres nimirum Augusti: Deo (quod mox addit^c) tot Augustis in vnum fauente.] Sic itaque in eo quod subdit Tertullianus: Quot barbari exclusi?] planè allusio facta videtur ad murum, quem diximus in Britannia ad continendas barbarorum irruptiones vtrimque tunc etiam à limitibus Oceani ductum, vt ita ingruens innumerus barbarorum populus è Romanorum finibus esset exclusus. de quibus idem alibi Tertullianus^d: Britannia, inquit, intra Oceani ambitum conclusæ sunt.] Sed & cum addidit ibidem libro de Pallio: Quot census transcripti? quot populi propaginati?] alluisse visus est ad Parthos, Arabas, Adiabenos, aliosque populos ab eodem Seuero diuersis preclij anteà superatos, ac tributum ratione sub censum redactos. Et illud quod sequitur: Quot ordines illustrati?] militares intelligit. nam tres ab eo additas fuisse legiones, militiamque mirificè illustratam, Dio^e testatur his verbis: Seuerus addidit Parthicas, Primam, & Tertiam in Mesopotamia, Secundamque Mediam in Italia. Nostro itaque tempore tot sunt legiones, præter Vrbanam & Prætoriam; nempe omnes numero trigintaduæ: nullus enim priorum Imperatorum ab Augusto tres addiderat legiones, sed perpauci vel vnâ tantum, vel duas ad summum.] hæc ipse: quibus meritò ea dicta sunt à Tertulliano de ordinibus illustratis. Sed in eo quod subdit demum de insidijs subdolæ familiaritatis, æquè alluisse videtur ad Plautianum focerum Antonini, siue ad alias domesticorum insidias, quas in Britannia itidem (vt auctor est Dio) passus est. Sed de ijs dicemus inferius.

His igitur hunc in modum adamussim consentientibus ex Tertulliani citata sententia, necesse est affirmare, librum illum de Pallio non ante vltima Seueri tempora ab ipso Tertulliano fuisse conscriptum, nec ante ea tempora ipsum suscepisse pallium. Ceterum nec assentiri possumus eidem disertio viro dicenti, tunc Tertullianum, cum pallium induit, primum Christo nomen dedisse, vel baptizatum esse. Nam quod ad nomen pertinet: cum Gentilis quispiam in Christianam religionem transire cuperet, Episcopum conueniens, nomen dabat: atque ab eo catechumenus iam factus in classe recensebatur Audiendum. Porro haud necesse erat huiusmodi, quisquis foret, togam relinquere, atque induere pallium: sicut nec etiã Baptismi tempore, quo ex religionis præscripto non pallium, quod furum esse cõsueuerat, sed candidam tunicam Fideles recens baptizati induebant.

Sic itaque non ob id quod Tertullianus eo tempore pallium primo induit, tunc fuisse baptizatum, & sic Christianum professum esse, necesse est affirmare: cum præsertim etsi pallio Christiani complures induerentur, non tamen omnes illud induere consueuissent certum sit, nec fuisse pallium religionis tesseram, vt, qui pallium induerent, censerentur Christiani: nam ipsomet Tertulliano^f teste, non solum turba philosophorum omnium, sed & omnes liberalium artium professores æquè pallio vestiri eo tempore consueuerunt: nec rursus qui pallio carerent, in Ethnicorum numero habebantur: nam & tempore Christianorum Principum, cum nondum idolorum cultores sublati essent, aliam vestem ab illis diuersam complures Christianorum induebant. Quod si tempore pacis Ecclesiæ licuit communi cum Gentilibus vti veste; quo modo non magis persecutionis tempore, quo Euangelica admonitione consulitur fuga, ac suadentur latebræ, carere pallio licuit Christiano homini?

Certe

A Certè nequidquam negotij ab ipso Tertulliano^a exhibitum est Christianis militibus, quod sagum induerent; militare indumentum commune pariter omnibus militantibus Ethnicis, sed ex eo tantum, quod coronam non sine aliquo (vt ait) superstitionis commercio, capiti superimponerent. Sed ne in re comperta pluribus argumentis agamus, satis erit addidisse, quod eiusdem Tertulliani testimonio exploratum habetur, Christianos communiter eodem habitu, quo Gentiles, indui consueuissent. In Apologetico^b enim de Christianis hæc ait: Quo pacto homines vobiscum degentes, eiusdem victus, habitus, instructus, eiusdem ad vitam necessitatis, &c.] Sed & S. Cyprianus eo commentario, quem scripsit de Bono patientiæ, pariter significat, Christianos communiter nequaquam solere incedere palliatos, sed simplici ac communi ceteris indumento, cum ait: Nos autem, fratres dilectissimi, qui philosophi non verbis, sed factis sumus; nec vestitu sapientiam, sed veritate præferimus, &c.] hæc de communi vsu Christianorum.

Cum ergo (vt dictum est) non omnes æquè Christiani pallio amicti essent; nec qui id gestarent, Christiani esse ex habitu tantum conuinci potuissent, quod artium professores eodem tecti incedere consueuissent: in eam adducimur sententiam, vt opinemur, inter Christianos, perpaucos pallium induisse, illos nempe qui arctioris se vitæ studijs manciparent, & sublimiorem viuendi normam amplexi, eminentiores philosophiæ profiterentur se esse cultores. In quam sententiam hæc Patres in Concilio Gangrensi^c celebrato temporibus Constantini (nam inter alios illorum temporum sacerdotes interfuit illi Osius Cordubensis) Si quis virorum putauerit sancto proposito, id est, continentia conuenire, vt pallio vtatur, tamquam ex eo iustitiam habiturus; & reprehendat, vel iudicet alios qui cum reuerentia byrris vtuntur, & alia veste communi quæ in vsu est: anathema sit.] sed & quod est apud sanctum Hieronymum ad Furiam scribentem^d: Vbi cumque, inquit, viderint Christianum, statim illud de triuio: O Γραιβός τῆς θείας, vocant impostorem, detrahunt.] planè demonstrans, paucos aliquos Christianos incedere consueuissent palliatos. Ecquid enim admirationis esset (quæ ex nouitate vel raritate solet oriri) si in amplissima vrbe, Christianis omnium refertissima, Fideles omnes palliati conspecti essent? Sed quod tantum illi habitum illum induebant, qui monasticam profiterentur disciplinam: quod & idem ipse declarat ad Marcellam^e cum scribit his verbis: Quia serica veste non vtimur, monachi iudicamur: quia ebrii non sumus, nec cachinno ora dissoluimus, continententes vocamur, & tristes: si tunica non canduerit, statim illud è triuio: Impostor & Græcus est.] nimirum quia amictu Græco & philosophico, nempe pallio, vtentur.

D Idem quoque habetur apud Saluianum^f Massiliensem, cum deplorat scelera Africae prouinciæ, quorum causa à barbaris affligi commeruisset: & inter alia, quod sanctos monachos ludibrijs ac sibilis, cum eos viderent, insectarentur, hæc ait: Non sine causa itaque istud fuit, quod intra Africae ciuitates, & maximè intra Carthaginis muros, palliatum & pallidum & recis comarum fluentium iubis, ad cutem tonsum videre tam infelix ille populus, quàm infidelis, sine conuitio atque execratione vix poterat. Et si quando aliquis Dei seruus aut de Ægyptiorum cœnobijs, aut de sacris Ierosolymorum locis, aut de sanctis eremis venerandisque secretis ad urbem illam officio diuini operis accessit; simul vt in populo apparuit, contumelias, sacrilegia, & maledictiones accepit: nec solum hoc, sed improbissimis facinorosorum hominum cachinnis & detestationibus, ridentium sibilis, quasi taureis cædebantur: verè vt si qui ea infcius rerum fieri videret, non aliquem hominem ludificari, sed nouum inauditumque monstrum abigi atque exterminari arbitraretur. Ecce Afrorum & præcipuè Carthaginensium fidem.] hucusque Saluianus.

Si igitur in Ecclesia Carthaginensi, cuius alumnus fuit Tertullianus, Christiani omnes perinde ac ipse Tertullianus olim pallio amicti consueuissent; quænam palliatos deridendi monachos causa subesse potuit? At quod non omnium, sed paucorum dumtaxat pallij vsus esset, inde subannandi illis oblata videbatur occasio. perseuerasse quidem in Ecclesia Africana pristinum indumenti vsum, vel ex eo possumus intelligere, quod cum permulta legantur ante ea tempora à Saluiano aded deplorata in ea prouincia fuisse coacta Concilia, in eisque omnia, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam & Christianos mores spectare viderentur, vigilantissimo studio disposita; de indumenti genere, quod nihil esset ab vsu pristino immutatum, vel corruptum, nulla prorsus facta mentio reperitur.

His

I X. ^a Tertull. de Coron. milit. CHRISTIANI NON DISTINCTI VESTIBVS A GENTILIBVS. ^b Tertull. in Apolog. c. 42.

X. PALLIUM NON FUISSE OMNIVM CHRISTIANORVM.

^c Conc. Gangren. cap. 12.

^d Hier. epist. 10.

^e Hieronym. epist. 82.

X I. ^f Saluian. de vno iudicio lib. 8. PALLIATI MONACHI DERISTI.

X II. IDEM HABITVS PER SEVERANS.

XIII. TERTULLIANVS ANTE PALLII INDVMENTVM CHRISTIANVS.

His igitur omnibus, atque alijs quas subdimus rationibus, in eam adducimur sententiam, vt opinemur Tertullianum nequaquam cum pallium induit, tunc primum Christianum profiteri coepisse. Nam quod ante omnibus innotuisset Christianus, idcirco nullum, cum pallium induit, de noua religione suscepta iactatum est dixerim, aut scomma iaculatum; cum illi neutiquam pepercissent: sed illud vnum, Ita à toga ad pallium?] quod quidem Ethnico cuius ad philosophiam se conferenti poterat esse commune. Nihil verò præterea ab illis obiectum esse de Christianitate, quam diu antè professus esset, facile est cuique existimare, quid Tertulliani ingenium nulli parcere sciens intelligit, & periculosum fuisse eum vel leuiter tangere, quippe qui (vt est in parœmia) haberet foenum in cornu.

XIV. TERTULLIANI EXQUISITA MVLTITUDO TEMPORIS AC LABOR PERITIA.

Accedit his etiam, quod me maximè in hanc sententiam trahit: Quomodo, quæso, potuit Tertullianus tam recens esse Christianus, vt non nisi ad finem (vt dictum est) Seueri Imperatoris, vnà cum pallio religionem quoque susceperit, qui his ipsis Seueri temporibus, teste etiam ipso Pamelio, complures consummatissimo Christiano homine dignos ediderit commentarios? Vel si demus suscepisse cum pallio religionem (vt vult) anno tertio Imperij Seueri: quomodo tam breui temporis spatio, tam insignem atque adeò excellentem Christianæ Theologiæ scientiam consequi potuit? vt (quod eorum est tantum, qui ætatem triuerint in discendo) aduersus omnes hæreticos & Iudæos (vt prætermittamus dicere de Gentilibus) tam disertos, tam copiosos, adeoque omni argumentorum genere refertos, è diuinæ Scripturæ thesauro depromptos tractatus ediderit, quos Christiana pietas hæcenus admirari non cessat?

XV. Tertull. de Pall. in fin. TERTULLIANI VERBORVM SENSVS.

His ergo in hanc sententiam adductis, reliquum est vt perpendamus accuratius ipsa vltima Tertulliani verba^a, quibus hæc ait, personam inducens: Sed ista pallium loquitur: At ego iam me illi diuinæ sectæ ac disciplinæ commercium confero.] hæc Tertullianus, vt ait, ex persona pallij. ad quod ipse: Gaude pallium, & exulta: melior te iam philosophia dignata est, ex quo Christianam vestem cepisti.] his significans, pallium illustratum esse, quod à Christiano homine tandem susceptum esset. Quod si verba illa, Sed ista pallium loquitur.] non ad ea quæ sequuntur, sed ad ea quæ dicta sunt, potius referenda quis putet, ac subinde non ex persona pallij (vt habet germanus sensus) sed à se induto pallium esse dicta velit: ad ea quidem referenda sunt, quibus superius Tertullianus de seipso locutus, non se tunc primum Christianum, sed inter Christianos eminentioris vitæ cultum incipere iam profiteri significat, nimirum quod à secularibus negotijs se penitus abdicasset. nam ait: ^b Ego quidem nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo, nihil officio aduigilo, nulla rostra præoccupo, nulla pratoria obseruo, cancellos non adoro, subscellia non contundo, iura non conturbo, causas non elaturo, non iudico, non milito, non regno, secessi de populo: immò vnicum negotium mihi est, nec aliud nunc curo, quàm ne curem.] Hæc cum ipse dicat, nequaquam ob eam causam ait, quod factus sit Christianus: neminem siquidem Christianorum illis interdictum fuisse operibus, aliqua lege constat: quin & ipsemet Tertullianus^c in Apologetico hæc & alia plura, quæ etiam Ethnici exercere consueverunt, Christianos factitasse pariter tradit: sed potius quod, cum pallium induisset, in classem illorum, qui eminentioris philosophiæ exultiorisque vitæ professores essent, sese coniecisset: quod sicut eo habitu inter Gentiles eminent philosophi, ita etiam eiusdem indumenti signo inter Christianos effulgerent, qui se arctioris vitæ vinculis mancipassent.

XVI. Orig. apud Euseb. lib. 6. cap. 13. DE HERACLA EXEMPLVM.

Sed vt hæc nostra alijs quoque aliunde petitis robaremus exemplis, ostendamusque Christianos haud solitos vnà cum fide pallium simul induere, sed postea illud in signum exactioris vitæ cultus, haud passim ab omnibus, sed à paucis superindui, illud primum suppetit, quod Origenes^d de Heracla Christianorum catechista atque presbytero ita habet: Hæc autem fecimus, non solum Pantænnum imitati, qui multis ante nos multum planè attulit adiumenti, quod illo studiorum genere exquisitè instructus esset, verum etiam Heraclam iam Alexandriae presbyterij gradum adeptum: quem apud disciplinæ philosophicæ magistrum & doctorem, cum iam quinquennio antè quàm ego ad eam studiorum rationem audiendam me conferre coeperam, illi viro enixè operam dedisset, reperi. Et propterea non modò vulgari veste & communi, qua antea vltus fuisset, exuta & deposita, philosophi apparatus, quem adhuc retinet, sibi assumpsit; verum etiam libros Gentilium etiam nunc euoluere pro viribus non desistit.] hæc Origenes, planè

A

planè significans, pallium distinctum fuisse indumentum à communi aliorum Christianorum veste. Quod si (quod volunt de Tertulliano) vnà cum religione ab omnibus æquè pallium suscipi consueuisset; quid Heraclas ceteris amplius fecisset, quem tamen, pallio sumpto, à communi aliorum more recessisse, adeò prædicat Origenes?

B

Sic etiam quid opus fuit, Eusebium tantopere laudasse Porphyrium^a Christianum adolescentem, quod habitum philosophicum induisset; si id ipsum æquè omnes facerent Christiani: nisi potius quod (vt dictum est sæpius) pallij indumento augustius genus illum vitæ capeffere voluisse, significaret? nam de eo sic ait: Licuerat ergo videre Porphyrium (hoc namque adolescentulo nomen erat) iam in omni certaminum genere exercitatum incredibili studio & ardore, more hominis pro augusta & sacra victoria decertantis, incensum: corpore quidem consperso puluere sordidatum, sed decoro oris habitu eximium, erecta & generosa animi elatione post tantos cruciatus ad mortem gradientem, diuino spiritu re vera completum, habitu philosophico, quo vti solebat, hoc est, indumento ad modum pallij humeros solum obtegentis vestitum.] hæc de his satis, ac fortasse prolixius. Sed quod in primo nostrorum Annalium tomo ieiuinè admodum, & absque distinctione aliqua de pallio dictum est, fuisse indumentum Christianorum: hic oportuit id elucidasse, atque suppleffe: vt planè intelligatur, pallium non fuisse communem Christianis omnibus habitum, sed quod induerent pauci: nec ætatis indumentum, quod Porphyrius adolescentulus iam vestisset: nec litterarum tantum professorum, cum nec Porphyrius esset huiusmodi: sed (quod dictum est) vitæ potius exultioris insignè, vt hodie monachorum.

C

His igitur rationibus, de iis, quæ ad Tertulliani res gestas pertinent, ac potissimum de anno susceptæ ab eo religionis, dissentire cogimur à Pamelio, & diuersam ab eo inire temporis rationem: cum alioqui insignis eruditionis viri, & hoc nostro sæculo de Christianis litteris & fide Catholica optimè meriti, præconia digna quibusvis eruditis & pijs prædicare non desinamus. Puto equidem, si viueret ipse amantissimus veritatis, hisce nostris lubentissimè acquiesceret (talenti enim aliàs expertus sum hominem) in eademque nobiscum sententiam pedibus veniret, qui mendosa legis inscriptione (quod venia dignum est) deceptus, in ipso limine inuitus nolensque in errorem abreptus fuisse videtur. Ceterum hæc à nobis hunc in modum explicata, ex iis quæ singulis propè annis dicuntur inferius, manifestiora atque certiora planè reddentur.

D

Sed quod iam, eiusdem auctoris occasione, de Tertulliano hic coeptum est agi, de eius in fide Christiana cunabulis aliqua ab eodem auctore selecta hic intexere operæpretium existimamus, ac primum de eius natalibus aliquid prælibare. Fuisse itaque natione Afrum, patriâ Carthaginensem, patre Centurione Proconsulari natum, cum alij plures, tum S. Hieronymus^b in primis affirmat. Quod verò ad eruditionem spectat, omnes scientias^c calluit, Latinorumque omnium eius temporis disertissimus ab omnibus prædicatur. Est qui existimet, Tertullianum ex Gentili, patria superstitione relicta, ad fidem Christianam sectandam multis argumentis fuisse persuasum: tum maximè, quod aliquando adiurati demones, se deos esse Gentium, licet inuiti, confessi essent. quod quidem & Tertullianus ipse testari videatur, cum ait^c: Hæc denique testimonia deorum vestrorum Christianos facere consueverunt: quia plurimum illis credendo, in Christo Domino credimus.] sed hæc communiter de Christianis omnibus intellexisse videtur.

E

Insuper auctor est S. Hieronymus^d, ipsum, adolescens cum esset, scripsisse librum de molestiis nuptiarum; de eodem enim ad Eustochium scribens^e ait: Si tibi placet scire, quot molestiis virgo libera, quot vxor adstricta sit, lege Tertullianum ad amicum philosophum.] Porro ab ipso iam Christiano commentarium illum esse elucubratum, cum iam coniugio obligatus esset, mihi facile persuadeo: non enim puto alterius quàm Christiani auctoris litteris ipsum voluisse Eustochium suam instrui, cum periculosum nimis esset virgini, Ethnicum hominem de nuptiarum molestiis tractantem legere, non absque pudoris magno discrimine. Nec equidem puto ab eo ante nuptias illum esse editum commentarium, neque duri ingenij hominem, suæque sententiæ tenacissimum, aliter faciendū, quàm scripsisset, se omnium derisioni exponere voluisse.

Ceterum quod ad reliqua præstantissimi ingenij monumenta pertinet: circa hæc tempora eum scripsisse egregium illum commentarium aduersus hæreticos de Præscriptione, argumento est, quod, cum omnes ab initio nascentis Ecclesiæ vsque ad hæc tempora

XVII. Euseb. lib. 8. cap. 21. DE PORPHYRIO EXEMPLVM.

XVIII.

XIX. TERTULLIANI PRIMORDIA.

Hieron. de Script. Eccles. in Tertull.

Tertullian. Apol. c. 23.

XX. Hieron. contra Iovin. lib. 1. eisdem ad Euseb. ep. 22. TERTULLIANVS CONIUGII FAVIT.

XXI. TERTULLIANVS QUANDO SCRIPSEIT DE PRÆSCRIPTIONE.

CHRISTI 198.

VICTORIS PAP. 5.

SEVERI IMP. 4.

progressos hæresiarchas recenset, de Artemone hæresiarcha, qui sub Victore prodiit, nullam penitus mentionem facit, quod scilicet nondum ipse Artemon cognitus esset: quo modo enim huic peperisset Tertullianus, ut non inter ceteros adlegisset, qui impietate nulli inferior esset: quippe qui (vt habet Eusebius, & alij) Christi diuinitatem negaret, quem tamen Prophetis maiorem fuisse concederet? Huius venena Paulus Samosatenus postea hauriens, vniuersam Ecclesiam perdere conatus est. Sed de eo, aliisque Artemonis discipulis, suo loco pluribus: atque modò de Tertulliano hæctenus.

Euseb. lib. 5. cap. 27.

IESV CHRISTI ANNVS 198.

VICTORIS PAP. ANNVS 5.

SEVERI IMP. ANNVS 4.

I. DE TEMPORE CELEBRANDI PASCHATIS CONTROUERSIA.

Euseb. li. 5. cap. 22.

DECRETVM ORIENTALIVM DE TEMPORE PASCHATIS.

II. EX CONCILIO PALÆSTINÆ DE PASCHATE.

Gen. I.

Centesimo autem nonagesimo octauo Christi anno, Dextero & Prisco Coss. annum quartum Severo in Imperio inchoante, quaestione iterum orta in Asia inter Episcopos: An secundum legem Moysi, decima quarta mensis, Pascha obseruandum esset: Victor Romanæ vrbis Episcopus, & Narcissus Ierosolymorum, Polycrates quoque & Irenæus & Bacchyllus, plurimique Ecclesiarum pastores, quod sibi probabile visum fuerat, litteris ediderunt; quorum memoria ad nos vsque perdurat. hæc Eusebius in Chronico. Sed eundem hæc alibi fufius explicantem audiamus, ac subinde quæ ab eo sunt prætermiffa ponamus. ait ergo: Quoniam verò illis temporibus de festo Paschatis in honorem Saluatoris obseruando, non exigua concitata erat propterea controuersia, quod omnes Ecclesiæ Asiæ, antiqua quadam traditione adductæ, censebant, decimo quarto die Lunæ (quo Iudæis olim præceptum erat vt agnum immolarent) festum illud celebrandum, & omnino eo die, in quemcumque hebdomadæ diem forte incideret, ieiuniis finem statuendum: & quod non in more positum esset ceteris Ecclesiis per vniuersum orbem terrarum dispersis, quæ consuetudinem ex Apostolica traditione ad hoc vsque tempus continuatam tenebant (nimirum vt non alio die, quam eo quo Saluator à mortuis resurrexerit, ieiunia dissoluerentur) istum modum obseruare: idcirco Concilia & conuentus Episcoporum in vnum cogebantur; & omnes vna sententia decretum Ecclesiasticum, nempe vt non alio die aliquando quam Dominico, mysterium Domini resurrectionis à mortuis celebraretur; & vt in hoc solo ieiuniorum, quæ circiter Pascha fieri solent, finem faceremus, per litteras ad omnes Ecclesias scriptas ratum faciebant. Decretum autem Episcoporum, qui tum erant in Palæstina conuocati, ad hanc vsque ætatem scriptis custoditum est, in quorum Synodo Theophilus Cæsariensis Ecclesiæ Episcopus, & Narcissus Episcopus Ierosolymorum præfides fuerunt. Antequam autem cetera, quæ ab Eusebio de hac re scripta sunt, nempe decretum ipsum, quod ad sua tempora custoditum tradit, & mansisse ad posteros, pauca quædam quæ ex dicto Concilio sub Theophilo celebrato supersunt, hic intexere opportunum ducimus. A Beda enim eo commentario, quem scripsit de Æquinoctio vernali, descripta hæc inuenimus his ipsis verbis:

Papa Victor, Romanæ vrbis Episcopus, direxit auctoritatem ad Theophilum Cæsariensis Palæstinæque Antistitem, vt quo modo Pascha recto iure à cunctis Catholicis celebraretur Ecclesiis, inibi fieret ordinatio, vbi Dominus & Saluator mundi fuerat in carne versatus. Percepta itaque auctoritate, prædictus Episcopus, non solum de sua provincia, sed etiam de diuersis regionibus omnes Episcopos euocauit. Vbi cum illa multitudo sacerdotum conuenit, tunc Theophilus Episcopus protulit auctoritatem ad se missam Victoris Papæ; & quid sibi operis fuisset iniunctum, ostendit. Tunc pariter omnes Episcopi dixerunt: Nisi prius, quo modo mundus fuerit à principio, inuestigetur, nihil potest de obseruantia Paschæ salubriter ordinari. Dixerunt ergo Episcopi: Quem credimus factum fuisse in mundo primum, nisi Dominicum diem? Theophilus Episcopus dixit: Probate quod dicitis. Responderunt Episcopi secundum Scripturæ auctoritatem: Factum est vespere & mane dies primus: deinde secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus: in quo septimo requieuit Deus ab omnibus operibus suis: quem diem, Sabbatum appellauit. Ergo cum nouissimum diem signet sabbatum, quis potest esse primus, nisi Dominicus dies?

Theo.

CHRISTI 198.

VICTORIS PAP. 5.

SEVERI IMP. 4.

A Theophilus Episcopus dixit: Ecce de die Dominico, quia primus sit, probastis: de tempore autem quid dicitis? quatuor enim mundi tempora accipiuntur, Ver, Æstas, Autumnus, & Hiems. Quod ergo tempus primum factum in mundo? Episcopi responderunt, Vernum. Theophilus Episcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi responderunt: Scriptum est, Germinet terra foeni herbam secundum genus suum, & lignum fructiferum ferens fructum suum. hoc autem temporibus Veris accipitur. Theophilus dixit: In quo loco caput mundi esse creditis? In principio temporis, aut in medio tempore, aut in fine? Episcopi responderunt: In æquinoctio, octauo Kalendarum Aprilium. Theophilus Episcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi responderunt: Scriptum est, quia fecit Deus lucem, & vocauit Deus lucem diem: & fecit tenebras, & vocauit tenebras noctem: & diuisit inter lucem & tenebras æquas partes. Dixit Theophilus: Ecce de die & tempore probastis: de Luna quid vobis videtur? vtrum crescentem, ac iam plenam, an imminutam à Deo fuisse consecratam? Episcopi responderunt: Plenam. Et ille: Probate quod dicitis. Responderunt: Et fecit Deus duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento caeli, vt luceant super terram: luminare maius in inchoationem diei, luminare minus in inchoationem noctis. Non poterat aliter, nisi esset plena. Nunc ergo inuestigauimus quo modo in principio factus fuerit mundus, id est, die Dominico, verno tempore, in æquinoctio, quod est octauo Kalendarum Aprilium, Luna plena: per ipsum tantum modò tempus & elementa resurgunt.

III. DE TEMPORE ET MVN-DI CREATIONE.

*al. concreatum?

Theophilus dixit: Nunc igitur agendum est de ordinatione, quo modo debeamus Pascha tenere. Episcopi dixerunt: Numquid potest Dominicus dies præteriri, vt in eo Pascha minimè celebretur, qui tot & talibus benedictionibus sanctificatus est? Theophilus Episcopus dixit: Dicite ergo, quibus & qualibus benedictionibus eum esse sanctificatum asseritis, vt scribere possimus. Episcopi dixerunt: Prima illi benedictio est, quia in ipso tenebræ sunt remotæ, & lux apparuit. Secunda est illi benedictio, quod de terra Ægypti velut de tenebris peccatorum, quasi per fontem Baptismi, per mare Rubrum populus fuisset liberatus. Tertia illi benedictio est, quia eodem die caelestis cibus, manna hominibus datus est. Quarta illi benedictio est, qua Moyses mandat ad populum: Sit vobis obseruatus dies primus & nouissimus. Quinta illi benedictio est, vt in Psalmo centesimo decimo septimo dicit: Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, &c. De resurrectione enim Domini dicit: Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea vsque ad cornu altaris. Sexta illi benedictio est, quod in ipsa Dominus resurrexit.

IV. DE DIE DOMINICO.

D Vides ergo, quia dies resurrectionis Dominicus singulariter in Pascha teneri possit. Theophilus dixit: De tempore autem ad Moysen mandatum est à Deo: Hic mensis erit vobis initium mensium: Pascha facite in eo. Omnes ergo triginta dies à Domino consecrati sunt. Episcopi dixerunt: Iam superius dedimus responsum, principium mundi esse æquinoctium, octauo Kalendarum Aprilium: & ab octauo Kalendarum Aprilium, vsque ad octauum Kalendas Maias, legimus esse consecratos. Theophilus dixit: Ecce impium non est, vt passio Dominica, tantum sacramenti mysterium, extra limitem excludatur. Passus namque Dominus ab vndecimo Kalendarum Aprilium, qua nocte à Iudæis traditus est, & ab septimo Kalendas resurrexit. Quo modo ergo tres dies extra terminum excluduntur? Omnes Episcopi dixerunt: Nulla ratione fieri debet, vt tantum sacramentum extra limitem excludatur: sed hi tres dies intra terminum inducantur, & desuper retrahere constitutum est. J hucusque Beda, ea tantum ex dicto Concilio exscribens ac recitans, quæ sibi ad eam quam instituit tractationem inferuient, reliqua prætermittens.

V. CONFIRMATIO DICTORVM.

Quod enim in Britannia vehementius atque diutius, dicam & pertinacius, ea controuersia de Paschate fuerit agitata, idcirco hæc & alia de Concilio sub Theophilo celebrato à piis hominibus ibi esse in longissimum tempus seruata, haud mirandum est. Porrò ad quoddam Concilium Romanum, circa hæc tempora à Victore celebratum, accesserunt fuisse Theophilum ipsum, liber de Romanis Pontificibus tradit: licet ab aliquo scio, qui ignorauit Theophilum Metropolitanum Episcopum Cæsareæ Palæstinæ, positus sit ibi Theophilus Alexandrinus, nesciente pariter illum vixisse sub Arcadio Imperatore: idemque error illapsus est in epistolam quæ ibidem posita legitur ad Theophilum Alexandrinum. Porrò eam longè diuersam esse ab ea cuius meminit Beda, quæ à Victore ad

VI.

CONCIL. ROM. SVB VICTORE

Theophilum Casariensem scripta fuit, cum illi vices suas delegavit, ut conuocato Concilio de ea re ageret, omnes puto facile intelligere. Sed & quod falsis sit Consulibus consignata, impostura non leuem suspicionem adduxit. at de ea alij.

Vides ex his antiquum Ecclesie morem, per legatos Romani Pontificis cogi Concilia, & dirimi controuersias. Sed ad Eusebium redeamus, qui ait: Aliud est etiam Episcoporum, qui Romae similiter conueniebant, de eadem controuersia statutum: quod quidem Victorem id temporis Episcopum fuisse declarat. Aliud item Episcoporum Ponti, quibus Palmas, utpote antiquissimus & maxime venerandus, praesidebat. Aliud Ecclesiarum Galliae, quas Irenaeus regebat Episcopus. Aliud porro Ecclesiarum quae Orosenam & reliquas in eo loco ciuitates incolebant. Aliud separatim Bacchyli Ecclesiae Corinthiorum Episcopi: & alia denique aliorum propere infinitorum, qui vno consensu, iudicioque vno, eandem de illius festi obseruatione tulere sententiam. Atque istorum omnium vna haec, quam docuimus, consentiens erat decisio.

Episcopis autem in Asia coactis, qui morem iam olim ipsis a maioribus traditum, sedulo obseruandum constanter asseuerabant, praesuit Polycrates: qui in ea epistola, quam ad Victorem & Ecclesiam Romanam scripsit, traditionem ad ipsius usque tempora deductam, his ferè verbis exponit: Nos b diem Paschatis integrè incorrupteque recolimus; neque addendo quidquam, neque detrahendo. Etenim hic in Asia obdormierunt in Domino praecleara illa Ecclesiae seminaria, quae quidem in die aduentus Domini, quo cum gloria & maiestate de caelis venturus sit, & omnes sanctos excitaturus, denuo resurgent: Philippum dico, vnum ex septem diaconis, qui Hierapoli exiit e vita; & duas eius filias quae virgines ad summam senectutem manserunt, & alteram illius filiam, quae Spiritus sancti afflatu inspirata vitam pie traduxit, Ephesique obiit in Domino. His accedit Ioannes, qui supra pectus Domini recubuit, qui sacerdos fuit, qui laminam auream gestauit, qui martyr & doctor exiit, qui tandem Ephesi morte confopitus occubuit. Quid Polycarpum commemorem, qui Smyrnae Episcopus & martyr fuit? Quid Thraseam Episcopum & martyrem Eumeniae natum citem, qui Smyrnae ex hac luce migravit? Quid attinet dicere de Sagari Episcopo & martyre, qui Laodiceae mortem oppetiit?

Quid porro beatum Papyrium & Melitonem eunuchum recentem, qui Spiritus sancti instinctu afflatus, totum vitae suae tempus pie sancteque exegit, qui Sardis tumultu conditus est, expectans Christi de caelo ad vniuersam carnem visitandam aduentum, in quo ex mortuis resurget? isti omnes diem Paschatis decimoquarto die Lunae ex Evangelij praescripto obseruarunt, nihil ab eo instituto ac more plane digressi, sed secundum regulam & normam fidei eum assidue tenuerunt. Atque ipse etiam Polycrates, qui inter vos omnes postremas sane fero, ex maiorum meorum & cognatorum traditione, quorum libenter infuso vestigiis, illud ipsum perpetuo obseruo. Septem erant Episcopi cognitione mihi coniuncti; ego autem octauus sum. Atque hi maiores mei & cognati tum diem Paschatis semper celebrarunt, cum sit populo Iudaico in more positum, panes azymos apparare. Ego igitur, fratres, qui sexagintaquinque annos in Domino vixerim, qui multis cum fratribus per orbem terrarum dispersis de fide communicarim, qui vniuersam sacram Scripturam studiosè euoluerim; his quae nobis ad terrorem obiciuntur, minimè conturbor. Mei enim maiores dixerunt: Magis Deo quam hominibus obtemperandum. Deinde ista subnectit de Episcopis, qui ei has litteras scribenti praesidio aderant, eisdemque vno ore assenserunt: Possem (inquit) hoc loco Episcopos, qui mihi in Concilio aderant, commemorare: quos ut accerferem, a vobis rogatus, diligenter accererebam: quorum nomina si subscriberem, nimis multa viderentur. Qui licet me hominem cum persona humilem, tum ingenio pertenui animaduertent, tamen cum intelligerent, me istos canos non frustra gessisse, nec aetatem hactenus contriuisse temerè, sed semper in Iesu Christo vitam traduxisse, epistolam hanc sua approbatione confirmarunt.] hactenus Polycrates ad Victorem. Quibus etiam significatur, eiusdem Romani Pontificis auctoritate fuisse Asianorum Episcoporum Synodum congregatam. Insuper apparet & comminationem Polycratem ab ipso Victore accepisse: sed quoniam quod seruarent, id Apostolica traditione, nempe Ioannis auctoritate, sibi potissimum vindicabat, ea de causa adeo vehementer obnitus fuisse videtur. At quod ad testimonium Ioannis Apostoli pertinet, consule quae a nobis superius dicta sunt in Pio Rom. Pontifice. Quae verò post haec fuerint subsecuta, Eusebius d his verbis enarrat:

et Alii. 5.

4 Euseb. li. 5. cap. 24. 25.

VII. Euseb. lib. 5. cap. 22. CONCILIA ROM. ET ALIA PLURAHABITA.

VIII. CONCILIVM ASIANO-RVM. Euseb. lib. 5. cap. 23. EPISTOLA POLYCRATIS.

IX. DE ALIIS PRAESTANTISSIMIS VIRIS EXEMPLVM.

His

His rebus adductus Victor, qui tum Romanae Ecclesiae praerat, totius Asiae Ecclesias cum aliis finitimis, tamquam alterius fidei & opinionis, simul omnes (ut complectar breui) a communi vnitae Ecclesiae amputare conatur, & in eos per litteras grauius inuehitur: atque aded omnes fratres, eam incolentes regionem, prorsus a communione secludendos edicit. Hae cum de Victore Eusebius scribat, videre est perspicuo sane exemplo, quanta auctoritate polleret Romanus Episcopus, praestaretque ceteris: quippe qui per Orbem Concilia indicat, & prouincias non obtemperantes eius praepro a communione secludat. At verò quod potestate iure faciebat, rectè ne fecerit, a multis est dubitatum: sed de potestate ne minimum quidem ab aliquo non modò Catholicorum, immò nec ab ipsis schismaticis, in controuersiam deductum est.

At subdit Eusebius: Verum ista ceteris omnibus parum placebant Episcopis. Illum igitur contra magno opere hortabantur, ut pacis, concordiae, & charitatis erga proximos diligentem curam haberet: quorum verba, utpote Victorem acrius & acerbius coarguentium, scriptis prodita adhuc extant. inter quos Irenaeus, quamquam per litteras scriptas ex persona fratrum in Gallia, quibus praerat, tradit mysterium resurrectionis Domini solo die Dominico recolendum quidem esse: Victorem tamen de hoc videlicet, ne tam multas Ecclesias omnino propter traditionis ex antiqua consuetudine inter illas vsurpatae obseruationem, a corpore vniuersae Christi Ecclesiae penitus amputet, cum pleraque alia, tum ista quae sequuntur, appositè & conuenienter admonet his ferè verbis:

Non enim de die Paschatis solum, sed etiam de ieiunij ratione & modo haec instituta controuersia est. Quidam namque vnum diem se ieiunare oportere existimant, alij duos, non pauci plures, multi quadraginta: atque diurnis nocturnisque horis omnibus numeratis, diem suum metiuntur & statuunt. Atque eiusmodi eorum, qui haec obseruabant ieiunia, varietas & discrepantia non iam nostra aetate cepta est, verum etiam longè antè apud maiores nostros: qui (ut coniectura assequi licet) non accuratè consuetudinem eorum, qui vel simplicitate quadam, vel priuata auctoritate aliquid in posterum tempus statuisent, obseruarunt. Atque nihilominus cum isti omnes pacem inter se tranquillam tenuerunt, tum nos inter nos etiam retinemus. Sicque varia & discrepans ieiunij ratio concordiam fidei plurimum commendat. His verò historiam quamdam adiungit, quam hoc loco opportunè explicabo. Sic autem se habet:

Presbyteri ante Soterem, qui Ecclesiae, cui tu iam praes, praescribebantur; Anicetum dico, Pium, Hyginum, Telephorum, Sixtum; licet neque ipsi hoc festum eo die quo Episcopi Asiae obseruarent, neque aliis post se ita obseruare permitterent, nihilominus tamen cum Episcopis illarum Ecclesiarum, in quibus ita obseruabatur, ad se accedentibus (ac quid, quæso, magis repugnans, quam ut hi hoc, illi illo modo obseruent?) pacem & concordiam inter se perpetuo retinuerunt, & numquam propter istum varium illius festi obseruandi modum fuere vlli aliquando ab Ecclesia eiectioni: sed presbyteri illi, qui te antea iuerunt aetate, tamen minimè ita illud obseruabant; iis tamen Episcopis, qui in aliis Ecclesiis idem sic obseruabant, Eucharistiam miserunt.] pergit dicere de congressu Polycarpi cum Aniceto, quae nos superius in Aniceto opportuniore loco diximus. Sed hinc vetus consuetudo illa referatur, qua Romanae Ecclesiae Episcopi ad omnes Coepiscopos Catholicae communionis mittere solent Eucharistiam; sed qui ea indigni ab ipsis iudicati essent, iidem ut execrabiles ab Ecclesia extorres ab omnibus vitarentur: qui enim non communicarent eo modo Romanae Ecclesiae Episcopi, excommunicati ab omnibus censentur: tanta erat in Petri cathedra auctoritas atque maiestas.

Subdit deinde Eusebius: Irenaeus autem, cum nominis sui appellationi (εἰρηναῖος enim pacis studiosum significat) pulchrè respondens, tum moribus quibus se pacis auctorem verè declarabat eiusmodi pro pace & concordia Ecclesiarum & hortatus est, & magno opere flagitauit: atque ista aliaque eisdem congruentia non ad Victorem solum, sed & ad alios plerosque ac diuersos Ecclesiarum Praesides de ista quae tum iactabatur controuersia scripsit. Episcopi verò, quos modo percensuimus, Narcissus & Theophilus, & vna cum illis Cassius Ecclesiae Tyri Episcopus, & Clarus qui Ptolemaidis rexit Ecclesiam, quique cum istis in Palaestina in vnum conuenerant, simulatque in decreto suo de Paschatis traditione, ex Apostolorum successione gradatim ad eos deducta per multa differuerunt, in extrema parte eiusdem haec praeterea his ferè verbis adiungunt: Epistolae nostrae exempla facile ad quamque Ecclesiam mittantur; ne culpa illorum, qui

Annal. Eccl. Tom. 2.

Z 3

temerè

VICTORIS ROMANI PONTIFICIS.

XI. IN QVO REPYGNANT EPISCOPI.

XII. QVID IRENAEVS AD VICTOREM PAPAM.

XIII.

ANTIQUVS VSVS DE EUCHARISTIA MITTENDA.

XIV.

QVID RVRSVM EPISCOPI PALAESTINAE.

temerè & inconsultò suas ipsorum animas erroris prauitate inficiunt, in nos vllò modo A transferatur. Illud eos minimè ignorare volumus, quòd Alexandria etiam eodem die, quo nos, istud festum agunt: siquidem cum à nobis ad illos, tum ab illis ad nos perferuntur litteræ.] hucusque de Paschatis controuersia Eusebius, multa prætermittens, quæ necessariò ad veritatem rerum gestarum exactè habendam fuerant explicanda.

XV. Re autem sic ab eo minùs plenè & imperfectè narrata, perfacile quidem erit vt Victorem quisque nimix austeritatis atque seueritatis accuset, nam præter hoc quid vltra ei adscribat, nemo habet. At rem accuratius perscrutemur. Quàm diu cum Catholicis tantù acta res est, tolerabile visum fuit Romanis Pontificibus, permittere Asianos more Iudæorum decimaquarta Luna Pascha celebrare. At cum hæc indulgètia hæresis validandæ esse videretur occasio, ab ea cessare consultius visum est. Qui enim in Asia his temporibus inualuissent Montani hæresis sectatores, quasi lege diuina ab ipso suo ipsorum Paracleto B peruulgata, & ipsi die decimaquarta esse Pascha celebrandum, omnes verò secùs agentes errore duci, vehementissimè affirmabant. Attigit hæc de Cataphrygibus Pacianus a his verbis: Illi ipsi Phryges nobiliores, qui se animatos mentiuntur à Leucio, institutos à Proculo gloriantur, Montanum & Maximillam & Priscillam secuti, quàm multiples controuersias excitarunt de Paschali die, de Paracleto, &c.] Differebant tamen Montani sectatores ab aliis Quarradecimanis: quòd illi Lunæ cursum Iudæorum more obseruabant, hi autem Solis, vt pluribus declarat b Sozomenus: qui tamen dum subdit consensisse Victorem Polycarpo, planè hallucinatur, Victorem pro Aniceto ponens.

a Pacian. de Cathol. nomin. ad Sympron.

b Sozom. hist. lib. 7. c. 18 in fine. c. 19.

XVI. QUARTA DECIMANI CVR NON AMPLIUS TOLERANDI.

c Tertull. de prescrip. c. 55

d Apud Euseb. lib. 5. cap. 19. e Euseb. lib. 5. cap. 19.

f Niceph. lib. 4. cap. 36.

XVII. QUARTA DECIMANI QUAMDIU PERMANSERINT IN ERRORE.

g Athanas. de Synod. col. 4. post. princip. h Ex Florinc. Biblioth. monumentis ead. die Ioan. à Bosco Calastinus Lugd. pag. 24.

XVIII. VICTORIS PAP. AD EPISC. VIENNENSEM DE TEMPORE PASCHATIS CELEBRANDI EPIST.

Rursùm verò ne Quarradecimani amplius tolerandi essent, planè necessitas Victorem impulit: non enim Montanistæ tantùm eum fouebant errorem; sed & alij hæretici. At quid amplius? aded malum istud inualuit, vt nequaquam intra Asianæ prouinciæ limites C potuerit contineri, sed longè lateque grassatum sit, vsque aded vt ipsum quoque sinum Romanæ penetrarit Ecclesiæ, inde euellens hominem (de quo diximus) Blastum nomine; qui ex illorum sententia, in faciem eiusdem Ecclesiæ dicere, iactare, defendere, ac mordicus propugnare non erubesceret, celebrandum esse Pascha Luna decimaquarta. de eo enim scribens Tertullianus e (quòd superius recitauimus) sic ait: Est præterea his omnibus etiam Blastus accedens, qui latenter Iudaismum vult introducere: Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundùm legem Moyfi, decimaquarta mensis.] Cum igitur Blastus eius rei causa iam schisma constisset, nec eù Irenæus d, ea de causa scribens librum de schismate, reuocare potuisset, quippe qui (vt Eusebius e tradit) non satis haberet, schismate se ab Ecclesia præcidisse, sed complures alios ab ipso complexu abstrahens, in suam conaretur sententiam perducere: hæc quidem tolerare, idem iam visum esset, quod schismati fauere, ac schismaticis conuiuere. Quamobrem etià durum D ac violentum visum est multis remedium Victoris Papæ, per necessarium tamen ad vlcus, intrinsecus extrinsecusque serpente rabo, curandum; cum præsertim non eadem præfens esset Asianorum causa, atque fuerat antea tempore Polycarpi: quandoquidem olim illi ex permissione, isti ex necessitate f celebrare Pascha decimaquarta Luna dicerent; ac proinde eos, qui secùs facerent, errore labi iactarent; sicque ceteros omnes toto Orbe diffusos Christianos eo modo damnarent.

Qui autem hac de causa auultu sunt ab Ecclesia, magna ex parte in schismate permanferunt, atque in longum tempus: licet enim ingens eorum numerus Concilij Nicæni tempore ad Ecclesiam fuerit reuocatus, tamen etiam post eam Synodum Syros, Cilices, & Mesopotamos in eius festi obseruatione claudicasse (quippe qui cum Iudæis illud ipsum celebrarent) S. Athanasius g tradit in libro quem scripsit de Synodis. Fauert enim eidem quoque sententiæ Nouatianus, de quibus suo loco dicturi sumus. At qui de Orientalibus aded sollicitus fuit Victor Papa, vt eos ab errore Iudaico ad antiquam Apostolorum traditionem reuocaret; erga Occidentales propensiori cura inuigilans, per Episcopum Viennensem Desiderium eius nominis primum Gallicanam Ecclesiam admonendam curauit, has ad ipsum dans litteras h:

Victor Episcopus Desiderio Viennensi Episcopo salutem. Sicut sancta fraternitas tua à presbyteris, qui Apostolos in carne viderunt, erudita est, qui & Ecclesiam vsque ad tuæ tempora rexerunt: non decimaquarta Luna cum Iudæis, sed decimaquinta vsque ad vigesimam primam, Pascha Catholica Ecclesia celebrauit. Non enim iam vmbra, sed veritatem, quæ vmbra legis celabatur, quærit. Hanc doctrinam Romæ

A Romæ Petrus & Paulus instituerunt, vt in azymis sinceritatis & veritatis Pascha ageretur. Qui enim cum Iudæis Pascha agere volunt, quid nisi vmbra diligunt, vt agni carnes non in veritate, sed in vmbra figurate manducent? Nec audiunt Ioannem Baptistam clamantem: Ecce Agnus Dei, ecce qui aufert peccata mundi. Scis, frater beatissime, opus totius pietatis, sexta Feria, & decimaquinta Luna perfectum, quando in Cruce clamauit is per quem factus est mundus, Consummatum est: & vincente luce, vmbrae mortis superatae aufugerunt: & in spem nostræ salutis Centurio confessus est, Filius Dei erat iste. Nusquam Petrus cum Iudæis, postquam illis dixit, Pœnitentiam agite, quia sanguinem Iusti sudistis, nos Pascha celebrare docuit: nusquam Paulus, qui vt decem lucrifaceret, obseruationes illas legis arbitratus est vt stercora. Collega beatissime, Christi Ecclesiam non in vmbra, sed in veritate supra solidam petram fundatam doceamus: vt audiamus cum B Apostolo Petro: Beatus es Simon filius Ioannis, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. Per tuam ergo fraternitatem * presbyteris Galliarum litteras mittantur, vt obseruent Pascha non cum Iudæis negatoribus Christi, sed cum sequacibus Apostolorum, prædicantibus veritatem Christi. Salutat te collegium fratrum. Saluta fratres qui tecum versantur in Domino. Eubolus, qui epistolam fert Viennam, de collegio nostro, tecum viuere & mori paratus est, quem suscipe in Domino I E S V Christo. Vale.] hæc Victor ad Desiderium, cui successit Dionysius: quo citò ex hac vita subducto, subrogatus est Paracodas, ad quem ipsius iridem Victoris Papæ extat eiusdem argumenti data epistola de tempore Christiani Paschatis celebrandi, his verbis:

* presbyter Galliarum incientur.

a Ex cod. Floriacen. bibl. pag. 26.

Victor Episcopus fratri Paracodæ Episcopo salutem. Collega noster Dionysius dormiens, te nobis socium in Ecclesia Christi reliquit. Vides C frater Orientalem Ecclesiam propter celebrationem Paschæ ab Occidentali disinctam esse. Placuit ergo nobis Apostolorum sectatoribus, vestra vnanimiati scribere, vt cum secundùm quod scriptum est, vetera transferunt, ecce noua facta sunt omnia: non tenebras sequamur, sed lucem. Vt aduertamus Prophetam: Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnâ. Propterea frater & collega in Domino, doce per Ecclesias tibi commissas, à decimaquinta Luna Pascha agendû, vt dicat nobis Apostolus: Pascha nostrum immolatus est Christus. & : Fuistis tenebrae, nunc autem lux in Domino. Vnanimitas fraternitatis te in Domino salutat, fratres, qui apud te Viennæ versantur, de nobis in Domino salutans. Vale.] hæc Victor, qui absque dubio eiusdem argumenti litteras in reliquas Occidentalis orbis ecclesias dedit. At de Paschatis controuersia, atque iustissima causa Victoris hætenus: iam reliqua prosequamur, quæ hoc anno accidisse probantur.

XIX. EIVSDEM AD PARACODAM EPISC. DE AD PASC. CELEBRAT. LITTERAE.

D Tertius hic iam impletur annus obsidionis Byzantij, quo à Seuero tandem expugnatum est, ac in vicum redactum, vt Dio atque alij tradunt. Ad hæc spectare videtur, quod Tertullianus b scribens ad Scapulam Africæ Proconsulem ait: Cæcilius Capella in exitu Byzantino, Christiani gaudere, exclamauit.] nimirum quòd ipse Byzantij persecutus Christianos, dum partium Nigri fautor, illic Præsidem ageret, ciuitate à Seuero expugnata, meliora iam illis tempora affulgere videret: sicque inuitus ac dolens id illis faustum, quòd in libertatem vindicarentur, exclamauit; cum ipse ad dandas pœnas in manus Seueri hostis acerbissimi deuenisset: omnes enim qui in ea magistratum gerebant, à Romanis esse occisos, Dio c affirmat. Eadem expeditione aduersus barbaros qui fauissent Niagro, Seuerum in deditionem accepisse Parthos & Adiabenos, atque Arabas cladibus affecisse, auctor est Spartianus d: addens eum rediisse Romam, triumphoque ei delato, appellatum esse Parthicum, Arabicum, & Adiabenicum: despexisse verò nomen Parthicum, ne Parthos, quos in deditionem acceperat, lacefferet: à Medo etiam nomine, quòd eos pariter in deditionem accepisset ac Parthos (vt Dio tradit) abstinuit.

XX. b Tertull. ad Scapul. c. 3. BYZANTII EXPUGNATIO, ET CAPELLAE PRAEFECTI CASVS.

c Dio in Seuero.

d Spartian. in Seuero.

E Aduenerunt tunc vnâ cum Imperatore Romam redeunte iidem Parthi & Medii, alijque Orientales barbari nobilissimi, non vt captiui, sed vt socij, adeoque gemmis ornati, vt admirationis causa omnium oculos in se conuerterent. vidit eos Tertullianus e, qui tunc Romæ aderat, vt ipsemet testatur his verbis: Gemmarum quoque nobilitatem vidimus Romæ de fastidio f Parthorum & Medorum, ceterorumque gentium suorum coram matronis erubescendum: nisi quòd nec ad ostensionem ferè habentur. Latent in cingulis smaragdi, & cyliendros vaginæ suæ: solus gladius sub sinu nouit, & in peronibus vniones emergere de luto cupiunt.] hæc ipse: quæ quidem nequaquam referenda sunt ad tempus, quo; Parthis penitus postea debellatis, de eis atque aliis proximis barbaris triumphum

XXI. BARBARI SECVTI SEVERVM ROMAM. e Tertull. de habit. mulieb. cap. 7. f al. fastigio

triumphavit Severus; nam tunc captivos in triumphum ductos, haud putandum est tot tantisque fuisse gemmis exornatos, sed potius (quod decet pompam triumphalem) vinculos catenis esse perductos. Porro Tertullianum longeante dictum triumphum Romae egisse, quae de eo dicturi sumus, facile declarabunt. Eadem quoque circa tempora accidisse putamus aduentum Romam Abagari Ofoenorum Regis: quem magnificentissime exceptum fuisse à Seuero, docet Dio^a. hunc autem fuisse Christianum, quae ex Africano dicemus inferius, demonstrabunt.

^a Dio in An-
vel. Anton.
Heliogab.

I.
ANTONINVS
CAESAR.

Christi anno nonagesimonono supra centesimum, Laterano & Ruffino Coss. Seuero in Imperio agente annum quintum, Bassianus filius à patre nominatus Antoninus, simulque Cæsar est appellatus: sexto verò anno patris Imperij, vna cum Tribunitia potestate idem consecutus est nomen Augusti. Seuerus autem cum exercitu aduersus Albinum, qui ab eo descuerat, in Gallias proficiscens, difficillimo proelio dimicans, victoriam tandem feliciter consecutus, eum occidens, Imperio solus securusque potitus est.

II.

Ponitur ab Eusebio hoc anno Iudaicum bellum atque Samariticum simul exortum, vel (vt ait) potius resumptum. Infelicissima planè fuit Seueri temporibus conditio Iudæorum; quippe qui in primis à Pescennio Nigro Orientale Imperium inuadente fuerint tributis vehementer oppressi: de quo illud commemorasse satis, quod Spartianus in Pescennio his verbis tradit: Idem Palæstinis rogantibus (nempe Iudæis) vt eorum censitio leuaretur, idcirco quòd esset grauata, respondit: Vos terras vestras leuari censitione vultis; ego verò etiam aërem vestrum censere vellem.] occiso autem Nigro, qui eos aded affligebat; visi sunt aliquantulum respirasse. Tunc illorum Rabbinum illud Danielis^b perperam vsurpantes, quo dicitur; Cumque corruerint, subleuabuntur auxilio paruulo] de Seuero & Antonino filio putarunt intelligendum, quòd Iudæi ab eis diligi visi essent.

IV DAE I
ITERVM AF-
FLICTATI.

^b Dan. II.
^c Hieron. in
Daniel. c. II.

III.

Sed quàm mendaces essent eorum interpretes, & quàm falsam de Seuero concepissent expectationem, planè declarauit euentus. Nam primò, in expeditione agente Seuero, Claudius ex Nigri partibus homo Romanus latronem agens, Iudæam ac Syriam incurrauit; qui, licet vndiqueque conquisitus, numquam tamen à Seueri militibus capi aut adinueniri potuit: sponte nihilominus veniens ad Seuerum, vt Tribunus militum ab eo incognitus benigne exceptus est: de quo hæc Dio^d: Maximè mirandum fuit, quòd Claudius latro qui Iudæam Syriamque prædari cœperat, & ob eam causam studiosè conquirebatur, ad Seuerum pro Tribuno militum venit cum equitibus, eumque complexus atque exosculatus salutauit, neque tamen ab eo agnitus, neque captus vquam postea.] Post hæc autem nullæ prorsus sub Seuero fuerunt Iudæis induciæ: nam rebellantibus ipsis à Romanis, ac postea (anno nimirum sequenti) debellatis; decretum fuisse de Iudæis à Senatu triumphum, auctor est Spartianus^e: licet ipsum bellum Iudaicum ab antiquorum nemine reperiatur esse descriptum. Quo modo autem postea nouo edicto, omniumque illis molestissimo, Iudæi ab eodem Imperatore Seuero fuerint exagitati, suo loco dicturi sumus.

IV DAE IMA-
LE INTER-
PRETATI
DIVINAM
SCRIPTU-
RAM.

^d Dio in Se-
uero.

^e Spartian. in
Seuero.

IV.

^f Tertull. in
Apolog. c. 21.
IV DAE O-
RVM AE-
RYMNAE.

At de infelicissima Iudæorum conditione horum temporum fidem facit elogium Tertulliani^f, quo ait: Iudæis erat apud Deum gratia, vbi & insignis iustitia, & fides originalium auctorum; vnde illis & generis magnitudo, & regni sublimitas floruit, & tanta felicitas, vt Dei vocibus, quibus edocebantur, de promerendo Deo, & non offendendo, præmonerentur. Sed quanta deliquerint, fiducia patrum inflati ad declinandum, deriuantes à disciplina in profanum modum, etsi ipsi non confiterentur, probaret exitus hodiernus ipsorum: dispersi, palabundi, & cæli & soli sui extortes vagantur per Orbem, sine homine, sine Deo Rege; quibus nec aduenarum iure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur.] hæc Tertullianus: quibus perspicuum redditur, Iudæos sicut olim (vt dictum est) sub Hadriano, ita modò pariter sub Seuero patrio solo exclusos, ac magna pœna coercitos. Perseuerasse in posterum eamdem

Adem ab Hadriano atque postea à Seuero inflictam Iudæis pœnam, etiam succedentium Imperatorum temporibus, argumento est, quòd S. Cyprianus hunc ipsum Tertulliani locum exscripsit in commentario de Idolorum vanitate, haud procul à fine. Hæc ferè eadem idem Tertullianus^a aduersus Iudæos agens, inter alia eis exprobrat, dicens: Post passionem enim Christi, etiam captiuitas vobis, & dispersio obuenerit prædicata per Spiritum sanctum: nam & pro istis meritis vestris cladem vestram futuram Ezechiel nuntiat, & non solum in isto saculo quæ iam euenit, sed in die tribulationis, quæ subsequetur: qua clade nemo liberabitur, nisi qui passione Christi, quam respuitis, fuerit obsignatus.

^a Tert. adu.
Iudæos c. 13.

B Cum his Iudæi procellis in Palæstina essent mirandum in modum afflictati; quæ tamen ea in regione erat Ecclesia, pace tranquillissima fruebatur: nam simul in vnum conueniendi Episcopos, & Concilia publicè celebrandi (quod non nisi in maximo otio agi posse videtur) facultas cum esset, Ecclesiarum omnium Syriæ & Palæstinæ pacem tutam atque securam quietem arguit. Sed quomodo post Concilium superiore (vt dictum est) anno celebratum, S. Narcissus fama celebris Ierosolymorum Episcopus, qui & ipse (vt vidimus) vna cum Theophilo Cæsariensi Episcopo præfuit dicto Concilio de Paschatis controversia habito, suorum calumniis falsisque accusationibus circumuentus, volens libensque solum vertit, & multis annis anachoreticam vitam duxit: hæc inquam, quomodo se habuerint, Eusebius^b his fermè verbis, dum admiranda opera ab eo edita narrat, sic recenset: Præter multas alias admirabiles res gestas, quas qui ex ea Ecclesia, Ierosolymorum videlicet, sunt, ex sermone & traditione fratrum gradatim & ordine succedentium de Narcisso narrat; hoc præterea miraculum ab eo editum referunt. In magna ac solempni Paschatis vigilia oleum diaconis & ministris defuisse perhibent.

^b Euseb. lib. 6.
cap. 3. 9.

C Vnde cum vniuersam multitudinem grauis quædam ægritudo & demissio animi occuparet, Narcissum ferunt, iis qui luminaria apparabant, præcepisse, vt aquam ex puteo quodam, qui erat in proximo, haurirent, & ad ipsum afferrent: quo absque mora peracto, eum super aqua orauisse, mandasseque vt cum vera & constanti in Dominum fide eam in luminarium vasa infunderent: quod vbi fecerant, contra omnem rationem, incredibili quadam & diuina virtute naturam aquæ in naturam olei commutatam: & pro certo illius miraculi indicio, fratres complures, qui illic erant eo quidem tempore, permulctum ex illo oleo reseruauerunt, ex quo etiam aliquantulum ad nostram vsque ætatem custoditum est.

^c MVTATVR
AQUA IN
OLEVM A
NARCISSE
EPISCOPO.

D Pleraque item alia, memoria quidem digna, de vita istius viri commemorant, in quibus eiusmodi quiddam traditum est: Cum quidam nequam perditum homuncionem grauem & seueram eam rationem, qua per vniuersam vitam tum in hominibus acriter admonendis, tum in eorum vitiis corrigendis vti consuevit, neutiquam ferre possent; præ metu ne ipsi propter infinita scelera, quorum sibi ipsis conscij erant, iudicati ab ipso pœnas luèrent: cœperunt contra illum consutis dolis conspirare, ac turpem quamdam criminationis calumniam in eum conicere: deinde, quò magis auditoribus criminationis falsò obiectæ fidem facerent, eam iureiurando confirmare, atque vnus sic deierare: Si non verè dixerim, opto vt ignis incendio miserè dispeream. Alter verò sic: Si non verè dixerim, opto vt feuo ac tædo morbo corpus absumatur. Tertius autem hoc modo: Opto si non verè dixerim, vt luminibus penitus orbatus sim. Verùm quamuis nemo ex fidelibus, propter nobilitatem & testatam inter omnes omnino Narcissi castimoniam, atque aded ob vitæ rationem ex virtutis regula traductam, illis, vel grauissimo iureiurando se obstringentibus, animum aut fidem adhibuerit; ille ipse tamen partim præ indignatione falsò obiectæ criminationis, partim præ cupiditate vitæ in sapientiæ ac virtutis studio degendæ, quam iam diu optauerat, ab oculis vniuersæ multitudinis se penitus remouit, & in solitudine, locisque desertis, ad multorum annorum spatium vitam transegit.

^d VI.
NARCISSE
CALVMNIIS
EXAGITA-
TUR.

E Verùm sublimis ille diuinæ iustitiæ vltionisque obtutus his sceleribus patris minimè acquieuit: sed quàm celerrimè impios illos & nequam homines, qui inter iurandum tam diris execrationibus se contra se ipsos obligassent, grauibus calamitatibus oppressit. Primus igitur illorum, scintilla perexigua noctu in ades quibus habitabat, ex nulla causa antegressa, subito ruente, miserè cum tota familia, suaque stirpe rapido flammaram ardore omnino conflagrauit. Alterius corpus eodem morbo, quem sibi tanquam mulctam fore imprecatus esset, ab extremis pedum digitis ad caput vsque infectum

^e VII.
DEI VIN-
DICTA IN
PEIERAN-
TES.

contabuit. Tertius ærum nos priorum euentus aspiciens, & Dei, qui oculis omnia in-
tuetur, ineuitabilem vltionem admodum reformidans, palàm inter omnes maleficia
communiter à se suisque sociis per fraudem contra Narcissum admiffa confessus est: sed
ramen dum pro delicto grauissimè condolecebat, tantis tamque acerbis lamentis se
afflictauit, & vsque eò lacrymas effundere non desistit, quoad vtrumque oculum sibi
penitus extinxisset. Atque hi pro ea criminatione falsò contra Narcissum confecta, tales
pœnas persoluerunt.

VIII. Vbi Narcissus se in locum desertum subduxisset, & à nemine esset pro certo cogni-
tum quò se recepisset: his, qui finitimis Ecclesijs præerant, visum fuit, vt alterum Episco-
pum suffragiis crearent. Dius igitur (hoc enim illi nomen erat) delectus est: cui non lon-
go tempore Ecclesiam gubernandi successit Germanion: quo mortuo, Gordius Episco-
patum obtinet. Cuius temporibus Narcissus, tamquam ex mortuis ad vitam, denuò re-
uocatus, à fratribus, vt Ecclesiæ gubernacula denuò susciperet, vehementer rogatus est.
Omnes quippe ille deinceps, tum quòd tam placido & quieto animo falsò accusatus
decesserat, tum quòd singularis diuinæ sapientiæ & virtutis amore flagrabat, tum præter-
eà omnium maximè, quòd Deus de eius accusatoribus debita supplicia sumere dignus
est, in maiorem sui admirationem rapiebat.

DIVS EPI-
SCOPVS IE-
ROSOLYMI-
TANVS, ET
ALII.

IX. At cum Narcissus non ampliùs, propter ingravescentem ætatem, ministerio præesse
posset; Alexander, de quo locuti sumus, alterius Ecclesiæ Episcopus, diuina providen-
tia per reuelationem, quæ noctu ipsi secundum quietem apparuisset, vt cum Narcisso in
ministerio Ecclesiæ fungendo coniungeretur, accersitus est. Vnde Alexandrum, cum
tamquam diuino quodam oraculo ex Cappadocum regione, vbi primùm in Episcopa-
tus gradu esset locatus, Ierosolymam tum voti, tum locorum visendorum causa con-
tenderet; illius Ecclesiæ fratres eum excipiunt benignissimè, & non ampliùs domum
reuertere permittunt, idque propter aliam reuelationem ipsis itidem noctu visam: quæ qui-
dem voce euidentissimè profusa, eis, qui erant inter illos ob virtutem spectatissimi, per-
spicue significauit, vt extra portas ciuitatis egressi, eum Episcopum admitterent, qui ip-
sis à Deo antè designatus erat. Quo in hunc modum gesto, Ierosolymitani communi
Episcoporum consensu, qui finitimas Ecclesias procurabant, necessariò illum apud se
manere coegerunt. Idem ipse Alexander in suis epistolis, quas ad Antinoitas scripsit,
quæque adhuc apud nos extant, Narcissi collegæ sui in præfectura Ecclesiæ Ierosolymi-
tanæ gerenda mentionem facit, ista in extrema epistola illa ad verbum scribens: Salutatur
vos Narcissus, qui hic ante me Episcopatus locum tenuit, & centum iam & sexdecim
annos prætergressus, mecum in eodem ministerio quorundam precibus coniunctus fuit:
qui obsecrat vos, vt idem mecum sentiat, eadem sitis voluntate. Atque hæc quidem
isto modo. Ihuusque Eusebius de Narcisso: qui idem auctor Alexandri ingressum, quem
hic occasione continuationis historiæ recensuimus, contigisse scribit post obitum Severi
Imperatoris, sub Antonino eius filio, quo loco & nos referemus.

X. Sed illud consideratione dignum est, quòd, quantumlibet (vt dictum est superiùs)
loca sancta Ierosolymorum fuissent per Hadrianum Imperatorem profanata, desuper
impositis impurissimis diis Gentium, nihilominùs ardor Christianæ pietatis neque his
potuit contineri, quin (vt de Alexandro vidimus) Ierosolymam peregrinationem reli-
gionis ergò susciperet, qui quidem vsus ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ cœptus, num-
quam ampliùs est in Ecclesia Catholica intermissus. Sed de his pluribus primo Anna-
lium tomo actum est.

DE PERE-
GRINATIONE
IEROSOLY-
MITANA.

I. Dycentesimus Christi annus iam à Saturnino & Gallo Coss. aperitur, quo Seuerus
Imperator è Galliis Romam victor ingressus est ouans: recusasse enim tradunt
triumphum, ne videretur de ciuili sanguine captasse gloriam. Porro officia tum illi à Ro-
manis præstita, quoniam ad Ecclesiasticam historiam elucidandam nonnihil conferre
videntur, hic referre operæpretium ducimus. Scribuntur ea aliqua ex parte ab Herodiano

A diano his verbis: Romam intrat, occurrente laureato populo, & magno honore, faustif-
que acclamationibus excipiente Senatu, & consalutante.] & paulò inferiùs hæc: Postea
verò quàm in templum Iouis ingressus est, omniaque sacrificia de more peregit, magno-
que congiario populum Romanum victoriæ nomine profecutus, ac nummos militibus
largitus est.] hæc ipse. Sed non fuerunt prætermiffa cetera ouanti Imperatori exhiberi
solita, epulum nempe publicum, & lectisternia, flores, lauræ, lumina, suffitus, & alia id
genus: quæ etiam in eius Romam primo aduentu fuisse exhibita, Dio testatur. At hæc
quidem omnia cum à frequenti populo præstarentur, à Christianis tantummodò, quòd
suz ipsorum religioni minùs conuenire putarent, prætermiffa fuerunt, non tamen sine
obrectatorum calumnia, perinde ac si illi ab huiusmodi officiis temperantes, Seuerum
regnare moleste ferre viderentur. Sed de his paulò inferiùs.

B Ceterum haud multò post Seuerus rependit ciuibus pro gaudio luctum: nam quam-
plurimos, qui Albino fauissent, clarissimos viros occidit, nec alicui pepercit eorum qui
leui tantum suspitione laborassent. recenset nomina quadraginta vnus Consularium
ac Prætorianorum virorum Spartianus, qui tunc à Seuero iussi sunt occidi, nam & illos
inquiri voluit, qui etiam Pescennio consensissent. Dammati sunt plerique, qui iocati di-
xerant: Verè Imperator nominis sui, verè Pertinax, verè Seuerus. Multos in super, quasi
Chaldeos aut vates de sua salute consulissent, interemit: præcipue suspectos, vnum-
quemque idoneum Imperio, quòd ipse paruos filios tantum haberet. His factis, ad Par-
thicum bellum proficiscitur, cum antè (quod mente exciderat) Commodum in Deum
consecrasset, quem in Senatu pro concione laudauit: infamibus displicuisse dixit, vt ap-
pareret eum apertissimè furere.] hæc omnia ad verbum Spartianus, qui & in Pescennio
air, Seuerum, tot Senatorum cædibus perpetratis, nomen esse consecutum infame, vt di-
ceretur à pluribus Sylla Punicus.

Verum non hoc anno quieuit Seuerus à ciuium cæde, sed nouis detectis Imperij per-
duellibus, nouæ etiam superadditæ sunt ab eo ciuium cædes, eorum nempe qui visi erant
iam omni officio idem Seuero fauere: sicque in sequentem vsque annum Romanorum
ciuium ipsa vrbs Roma cædibus maduit. de quibus hæc egregiè Tertullianus: Sed &
qui nunc scelestiarum partium socij aut plausores quotidie reuelantur, post vindemiam
parricidarum racematio superstes, quàm recentissimis & ramosissimis laureis postes præ-
struebant? quàm elatissimis & clarissimis lucernis vestibula enubilabant? quàm cultissi-
mis & superbissimis thoris forum sibi diuidebant? non vt gaudia publica celebrarent,
sed vt vota propria iam ediscerent, & in aliena solemnitate exemplum atque imaginem
spei suæ inaugurarent, nomen Principis in corde mutant. Eadem officia dependent &
qui altrologos & aruspices & augures & magos de Cæsarum capite consultant: quæ
artes, vt ab angelis desertoribus proditas, & à Deo interdictas, ne suis quidem causis adhi-
bent Christiani.] hæc & alia Tertullianus, illam purgans Christianis inferri solitam ca-
lumniam, qua hostes dicerentur Imperatoris: quinam verò hostes illius essent, licet ami-
cissimi visi, dictis declarat exemplis.

At quod ad hæc quoque spectat: alio etiam argumento tunc iactabant Gentiles,
Christianos Imperatoribus aduersari, ac eos odio prosequi: quod ex proximè gestis rebus
suppeditatum est, cum nimirum in ipso aduètu victoris Imperatoris in Vrbe, soli Chri-
stiani prætermiffa viderentur officia ab omnibus exhiberi solita lætitiæ publicæ. Vnde
idem qui suprà Tertullianus: Propterea igitur publici hostes Christiani, quia Impera-
toribus neque vanos, neque mentientes, neque temerarios honores dicant: quia veræ reli-
gionis homines etiam solemnia eorum cōscientia potiùs quàm læticia celebrant. Gran-
de videlicet officium, focos & thoros in publicum educere, vicatim epulari, ciuitatem
tabernæ habitu abolefacere, vino lutum cogere, cateruatim cursitare ad iniurias, ad im-
pudentias, ad libidinis illecebras. Siccine exprimitur publicum gaudium per publicum
dedecus? Hæccine solemnnes dies Principum decent, quæ alios dies non decent? Qui
obseruant disciplinam de Cæsaris respectu, ij eam propter Cæsarem deserunt? Et malo-
rum morum licentia pietas erit? Occasio luxuriæ, religio deputabitur? O nos meritò
damnandos! Cur enim vota & gaudia Cæsarum casti & sobrij & probi expungimus? Cur
die lato non laureis postes obumbramus, nec lucernis diem infringimus? Honesta res
est, solemnitate publica exigente, induere domui tuæ habitum alicuius noui lupanaris?]
hæc Tertullianus idcirco, quòd Romæ domus meretricum, publica lupanaria etiam

Herod. II. 3.
SEVERVS
OVANS RO-
MAM RE-
DIT.

II.
Spartian.
in Seuero.
SEVERVS
SÆVIT IM-
CIVES.

III.
Tertullian.
Apolog. c. 35.
in fin.

RACEMATIO
EX NECE
ADVLATO-
RVM.

IV.
CHRISTIA-
NI CVR AC-
CVSATI HO-
STES IMP.
d Tert. ibid.
in princ. c. 35

^aTertull. ad
Cor. lib. 2.
cap. 6.
^bV.
DE MORE
GENTILI-
TIO CORO-
NANDI
POSTES.
^cTert. de Co-
ron. milit.
cap. 13. in fin.
^dIdem de Ideo-
lat. cap. 35.

^eEodem cap.
in princ.

^fHieronym.
epist. 3.

VI.
CHRISTIA-
NI FAVEN-
TES IMPE-
RATORI ET
IMPERIO
PRECIBVS.

^gTertull. in
Apol. c. 30.

VII.
QVAND O
TERTVL-
LIANVS
SCRIPST
APOLOGE-
TICVM.
^hTertull. in
Apolog. c. 35.

VIII.
VNDE OC-
CASIO PER
SECVTIO-
NIS EXOR-
TA SIT.

consequissent lucernis ac frondibus exornari. nam alibi hæc ait^a: Procedit de ianua lau-
reata & lucernata, vt de nouo consistorio publicarum libidinum.]

Sed & templa festa fronde ornari consueuiffe, Ethnici scriptores frequenter demon-
strant, & templorum signa, quæ in antiquis lapidibus passim Romæ sculpta visuntur:
quod sibi nefas esse Christiani putabant. vnde idem auctor in libello de Corona mili-
tis^b: At enim Christianus nec domum suam laureis infamabit.] Rursus verò idem au-
ctor in libro quem scripsit de Idololatria^c; postea à Christianis coronari, diuinitus fuisse
veritum docet his verbis: Scio fratrem per visionem eadem nocte castigatum grauiter,
quòd ianuam eius subito annuntiatis gaudiis publicis serui coronassent: & tamen non
ipse coronauerat, aut præceperat: nam antè processerat, & regressus reprehenderat fa-
ctum. aded apud Dominum in huiusmodi etiam disciplina familiæ nostræ æstimantur.]

hæc ipse. Sed (quod superius tomo primo Annalium dictum est) Christiani nonnulli
haud facile eiusmodi contineri poterant disciplina. nam idem Tertullianus de iisdem
hæc ibidem superius exprobrans ait^d: At luceant (inquit) opera vestra. At nunc lu-
ceant tabernæ & ianux nostræ: plures iam inuenies Ethnicorum fores sine lucernis &
laureis, quàm Christianorum.] Quamobrem consultò quidem postea introducendum vi-
detur, vt, quæ erant Gentilitiæ superstitionis officia, eadem veri Dei cultu sanctificata,
in veræ religionis cultum impenderentur. Laudatur eo nomine magnopere à S. Hiero-
nymo Nepotianus^e, quòd ecclesiæ martyrum diuersis floribus, arborum comis, vi-
tiumque pampinis exornaret.

Cum verò Christiani rei haberentur læsæ maiestatis, quòd Imperatori non sacrificarent,
nec vt Deum colerent, nec per genios Cæsaris iurarent: pro iisdem diluendis Tertullia-
nus grauem fortemque defensionem instituit; demonstrans nimirum, Christianos ex
præscripto legis & Ecclesiastica disciplina plus ceteris colere & venerari Imperatores, pro
quibus assidue preces ad Deum funderent, proque eorum salute vota etiam nuncupa-
rent: ceterum probè nosse, illum Deo esse inferiorem. Commodi enim hoc anno in
Deum cõsecrati ludibrium, cum risum, tum etiam stomachum Christianis mouisse cre-
dimus. Quàm autem sedulo pro ipsis Imperatoribus ac Senatu, totoque Romano Imperio
Christiani solerent apud Deum agere, idem declarat his verbis^f: Illud suspicientes
(in calum nimirum) Christiani manibus expanfis, quia innocuis, capite nudo, quia nõ eru-
bescimus; denique sine monitore, quia de pectore oramus; precantes sumus semper pro
omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, Imperium securam, domum tutam, exer-
citus fortes, Senatum fidelem, populum probum, Orbem quietum, quæcumque homi-
nis & Cæsaris vota sunt.] hæc Tertullianus, & alia de his plura.

Porro ipsum anno sequenti Apologeticum scripsisse, ea certè ratio persuadet, quòd
cum ea ipse scribebat, adhuc qui residui essent factionum Albini atque Nigri, quære-
rentur ad necem: qui que recens inuenti, perinde ac racemi post vindemiam; internecio-
ni itidem traderentur: quod accidisse dicemus sequenti anno, quo cum expeditione
ab Vrbe recedens Seuerus, Plautianum hominem suum, præfectum eiusmodi carnifi-
cinæ reliquit. Ad hoc enim illud spectat, quod ipse Tertullianus ait: Sed & qui nunc
sceleratarum partium focij, aut plaufores, quotidie reuelant: post vindemiam parricida-
rum racematio superstes.]

Gentiles igitur qui Romæ agerent, quòd dictis ex causis semel excepissent in Christia-
nos obloqui: in dies magis magisque odio turgescentes, & inuidentes, quòd nimirum
cum sub Commodo, tum etiam sub Seuero, immensa ciuium cuiusque ordinis, sed præ-
cipuè Senatorum multitudine gladio obruncata, ipsi soli inspectores malorum tutò ac
quietè agerent; furore quodam ex liuore correpti, haud valuerunt se ulterius intra æqui-
lineam continere, quin foras in persecutionem erumperent: ea nimirum honestissima (vt
videbatur) occasione captata, quòd, cum nonnulli leuionibus causis rei constituti capitis
pœnam exoluissent, Christiani, Imperij perduelles, quòd nullo prorsus signo lætitiæ ex-
cepissent aduenientem in Urbem victorem Imperatorem, nec aliquo, vt ceteri, pietatis
publico officio ipsum demeruisissent, læti atque pacifici immunisque à cædibus agerent.
Ex his igitur coloratis gratia Imperatoris prætextibus, alioisque superaddito nouo casu, de
quo dicemus anno sequenti, antiquisque illis in eos iactatis iterum refoffis calumniis,
grauis in Vrbe aduersus eos persecutio, de qua dicemus, constata est.

IESV

A D Vcentesimo primo Redemptoris nostri anno, Anullino * secundum & Frontone
Coff. antequam Seueri annus septimus numerari inciperet, cù immani ciuium cæ-
de Seuerus filii adolescentulis stabilisse sibi visus esset Imperium, maiorem natu Anto-
ninum, quem iam Cæsarem dixerat, creat ex Senatusconsulto Imperatorem, collatis ei
(vt auctor est Spartianus^a) insignibus Imperatoriis, nimirum Augusti nomine cum Tri-
bunitia potestate: sicque hoc anno, quo Seueri eius patris sexta absolutuit, & septima in-
choatur, Antonini filij prima in antiquis inscriptionibus cœpta est numerari Tribuni-
tia vnà cum Imperio solita conferri potestas. Sed hæc pluribus superius anno tertio eius-
dem Imperatoris dicta sunt. Quòd si Herodianus^b dicat, hoc tempore, ante Parthicum
bellum, Seuerum participasse Imperium cum filiis, tamen de Antonino tantum intelli-
gendum est, fuisse declaratum Augustum, Getam autem fratrem eius tantum Cæsarem,
licet^c Spartianus post Parthicum bellum Getam renuntiatum Cæsarem, ipsumque An-
toninum esse nominatum asserat.

B Placuit autem Seuero ad conciliandum sibi populum, præter munificentissimas mu-
nerum editiones, congiariumque magnum collatum populo (vt idem auctor testatur)
militibus etiam tribuere donatiuum: cuius quidem verus numisma cûsum hîc tibi for-
mis exhibendum curauimus, quod ad res nostras, de quibus acturi sumus, pertine-
re certò scias.



Huius exhibitionis tempore illud de Christiano milite accidit, quod Tertullianus^a in li-
bro de Corona militis in hæc fermè verba est prosecutus: Proximè facta est liberalitas
præstantissimorum Imperatorum. Expungebantur in castris milites laureati. Adhibetur
quidam illic magis Dei miles, ceteris constantior fratribus: qui se duobus dominis ser-
uire non posse præsumperat, solus libero capite, coronamento in manu otioso. Vulgara
iam & ista disciplina Christianorum relucebat. Denique singuli designare, eludere emi-
nus, infrendere cominus in nostrum. Tribuno defertur: & persona iam ex ordine access-
ferat. Statim Tribunus: Cur, inquit, tam diuersus habitu? Negauit ille cum ceteris sibi
licere. Causas exposulatus: Christianus sum, respondit. O militem in Deo gloriosum!
Suffragia exiude, & res apud Acta, & reus apud Præfectos. Ibidem grauissimas penulas
posuit reuelari auspicatus; speculatoriam morosissimam pedibus absoluit, terræ sanctæ
insistere incipiens: gladium nec dominicæ defensionis necessarium reddidit, laurea & de
manu claruit. Et nunc rufatus sanguine suo, spe calceatus, de Euangelij paratura succin-
ctus acutiore verbo Dei, totus de Apostolo armatus, & de martyrij candida laurea me-
lius coronatus, donatiuum Christi in carcere expectat.] hæc Tertullianus.

Quòd verò ait, eum rufatum sanguine suo; verberibus vel aliis tormentis, prius
quàm detruderetur in carcerem, affectum, significare videretur. Puto enim, eum mox
fustibus (quod erat militare supplicium) fuisse cæsum. Porro Tertullianus, cum hæc
scriberet, Romæ his rebus se præsentem, non autem Carthagine longè positum fuisse
declarat: nam de præfenti tempore loquitur, voce illa iterata, Nunc, & nunc, ac planè se
præsentem quoque fuisse demonstrat. Porro eiusmodi casum non in aliud tempus esse
referendum, sed in præfens, quisque cuncta perpendens facile iudicabit. Nam in primis
Annal. Eccl. Tom. 2. A 2 nihil

^aI.
^bal. Anullino

^cSpartian. in
Seuero
ANTONINVS
DICTVS EST
IMPERA-
TOR.

^dHerod. lib. 3.

^eIdem in Se-
uero.

^fI. I.

^gEx Pyrrho
Ligor.

^hTertull. in
lib. de Coron.
milit. cap. 1.

DE MILITE
CHRISTIA-
NO CORO-
NARI RE-
NVENTE.

III.

DE TEMPO-
RE MOTAE
PER SECV-
TIONIS.

nihil est quod ad præteritum tempus referri eiusmodi res gesta possit, sed cum donati-
um illud insigne ex ea causa militibus (vt dictum est) erogari contigit. Rursus verò nec
est quod dici possit, id accidisse alio quopiam anno eorum qui supersunt eiusdem Imper-
atoris Seueri: nam quod Christiani illi, quibus res tunc ab illo milite gesta displicuit, ad
improbandum facinus, illam potissimum prætexerint rationem, quod eo facto longa
pax Ecclesiæ periclitari posse videretur; cum eiusdem Tertulliani auctoritate liquidò
demonstretur, hoc anno post Seueri Imperatoris profecionem in Orientem; Roma-
nam Ecclesiam magna fuisse exagitaram persecutionis procella, nec cessasse, sed & post-
inde anno decimo eiusdem Seueri, datis edictis, eamdem in immensum auctam ad Seueri
vsque Imperij annum decimum quintum vel sextum perdurasse; nihil est quod dici pos-
sit id accidisse sequentibus annis, cum turbata iam ingruenti persecutione pace Ecclesiæ,
nulla potuerit de timore turbandæ diu potitæ pacis in militem illū legitima esse querela.

IV.

DE HIS QUI
MILITI EVE-
RVNT AD-
VERSARI

Sed audiamus quid Tertullianus de his dicat, qui militi ea de causa fuerant re-
fragati. ait ergo: Exinde sententiæ super illo, nescio an Christianorum, non enim aliæ
Ethnicorum, vt de abrupto & præcipiti & mori cupido; qui de habitu interrogatus,
nomini negotium fecerit: solus scilicet fortis, inter tot fratres commilitones solus
Christianus. Planè superest, vt etiam martyria recusare meditentur, qui prophetias
eiusdem Spiritus sancti respuerunt. Musitant denique tam bonam & longam sibi pa-
cem periclitari. Nec dubito quasdam scripturas emigrare, sarcinas expedire, fugæ accip-
gi de ciuitate in ciuitatem: nullam enim aliam Euangelij memoriam curant. Noui &
pastores eorum in pace leones, in prælio ceruos.] hæc Tertullianus de iis qui militi pro-
fidenti fuerant aduersari.

V.

TERTULLIA
NI PRÆ-
SENTIS
TEMPORIS
STATVS.

Ceterum vt hæc accuratiùs expendantur, iam ad ipsum Tertullianum, ipsumque
huius temporis statum, conuertendus est stylus; quod etiam cetera, quæ ex eius scriptis in
Annales sunt inferenda, certiora noscantur. Ex ipsius verbis proximè recitatis, mutua-
tum iam ipsum intuiti sumus, & in Montani errores infelicem esse prolapsum, penitusque
in præceptum actum, iam ipsi quoque (quod commune est omnium hæreticorum) Ro-
manæ Ecclesiæ refragari, & in eorum Præsules acerrimè inuehi, ac dictis lacerare. Sed
vt hæc manifestiora reddantur, accipe: Quid, quæso, illa verba veneno tincta significant,
quibus ait: Planè superest vt etiam martyria recusare meditentur, qui prophetias Spiritus
sancti respuerunt?] ad illud proculdubio alludens, quod Romanus Pontifex hæresim
Montani damnasset, prout ipsemet aduersus Praxeam^a scribens affirmat. Rursus cum
subdit, illos ad fugam accingi, qui militis facto aduersarentur, idque nihil aliud esse,
quam fugam meditari: plane Catholicæ Ecclesiæ populum carpit, quod persecutionis
tempore fugiendum esse, non autem negandum contenderet, secundum consilium
Domini dicentis^b: Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.]

^a Tertull. ad
Praxeam.
c. 11.TERTULLIA
NI LAPSVS
CARPIT CA
THOLICOS.
^b Matt. 10.

VI.

Sed & quod Romani Pontificis eiusdem essent Catholicæ veritatis & Ecclesiasticæ
disciplinæ assertores ac propugnatores; illud procaciter in eos intorquet contumeliæ
spiculum, dicens: Noui pastores eorum in pace leones, in prælio ceruos.] ea nimirum
ex causa, quod pacis Ecclesiæ tempore (quod ipse fortasse viderat) sacerdotali vigore in
folio iudicij Victor Papa sedens, de Montani prophetiis iudicasset, easque damnasset,
Theodotumque (vt vidimus) recens emergentem hæresiarcham pariter condemnasset,
ac insuper, quod videbatur esse maioris ponderis, Asianos omnes Episcopos Pascha, quod
ad tempus pertinet, Iudaicè celebrantes, excommunicationis sententia perculisset. hæc
igitur & alia cum Victor Apostolica auctoritate fecisset, sicut & eius prædecessores facere
consueuerant, hinc illud ipse: Noui pastores eorum in pace leones.] Quod rursus idem
aduersus eiusdem Montani dogma, fugam in persecutione negantes, ex diuinæ Scripturæ
præscripto & Apostolorum exemplo statuerat, licitas esse persecutionis tempore late-
bras atque fugam; hinc illud addidit, Et in prælio ceruos] hæc nos non somnare, vel à
remotis ducere coniecturis, sed ex ipsiusmet sententia, libro à se scripto testata, certò
posse affirmari, qui ab illo scripta leger, apertè cognoscet. Est titulus commentarij illius,
De fuga in persecutione, ad Fabium.] de quo interius plura dicturi sumus.

^c Tertull. de
fuga in perse-
cutione, per
totum.

VII.

TERTULLIA
NI LAPSVS
CAUSA.

Sed quæ præcesserit causa, vt ab Ecclesia Romana diuulsus sese addiderit impostori-
bus, S. Hieronymus cum de eo agit in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, referens: Hic,
inquit, cum vsque ad mediam ætatem presbyter Ecclesiæ permanisset, inuidia postea
& contumeliis clericorum Romanæ Ecclesiæ ad Montani dogma dilapsus, in multis
libris

A libris nouæ prophetiæ meminit, &c.] hæc S. Hieronymus: cuius auctoritati refragari
mihi planè religio esset, nisi Tertulliano de se ipso narranti, atque causam huic omnino
contrariam afferenti, assentiri potius cogere. Non enim quod aliqua passus sit à
Clero Romano sese in Montani classem coniecit: sed potius è contrà, quod sese Monta-
no coniunxerit, & eiusdem dogmata aduersus obnitentes studiosius enixiusque defen-
derit, eam ob causam ab Ecclesia Romana fuit eiectus. Quod quidem testatur ipse sic
dicens: Et^a nos quidem postea agnitio Paracleti atque defensio disiunxit à Psychicis.]
Sed quosnam Psychicos dicit, nisi Catholicæ Ecclesiæ alumnos? Per Psychicos quidem
eum nominare consueuisse Catholicos, constat. sed de hoc inferius pluribus. At quando
infelix sic ab Ecclesia se ipsum diuisit? & quidnam illud quod ait, Postea? nimirum cum
prophetia Montani (vt prælocutus est) à Romano Pontifice cognita fuit atque damnata.

^a Tertull. ad
Praxeam.
cap. 11.

B Post hæresim igitur Montani proscriptam, ipse ter miser, cum eam detestari debuisset,
iam non tantum se cognouisse dicit; sed (proh dolor!) illius patrociniū quoque susci-
piens, ab Ecclesia Catholica se disiunxit. Nulla ergo (vt cuique sit perspicuum) in Clero
Romano culpa fuit vt Tertullianus discederet ab Ecclesia: sed quod ait, Agnitio Para-
cleti atque defensio, fuit in causa. Quod si post hæc à Clero Romano ea de causa passus
aliquid, fuit hæc criminis poena, & non causa delicti.

Sed insuper quid causæ fuerit, cur adeò moribus præstans, tantaque eruditione vir
præditus, quique vita innocens quam ardentissimo zelo Christianæ religionis flagrasse
videretur (sua enim ipsius scripta sunt horum omnium manifestissima signa) tam infe-
liciter se præcipitem dederit, vt, Catholica Ecclesia relicta, adeò turpiter ad impostores
defecerit, haud est facile consequi: cum præsertim iam Montanum cum suis sectariis
optimè nouisset, atque inter hæreticos, quos recenset, adnumerasset, cum luculentissi-
mum illum ac disertissimum commentarium aduersus hæreticos conscripisset; quem
titulo de Præscriptione consignans, scitissimè quidem ac prudentissimè quænam ac pe-
nes quos esset Ecclesia Catholica, ipsa sincera dogmatum veritas, adeò certis ac mani-
festis, ac toto cælo perspicuis monstrauerat argumentis: cum sibi constans omnes ad
Romanæ Ecclesiæ fidem prouocat, eamque tam præclaro præconio celebrans^b, Habes
Romam, inquit, vnde nobis quoque auctoritas præstò est. Statu felix Ecclesia, cui rotam
doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: vbi Petrus passioni Domini adæ-
quatur: vbi Paulus Ioannis exitu coronatur: vbi Apostolus Ioannes, posteaquam in
oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulam relegatur. Videamus quid dixerit,
quid docuerit, quid cum Africanis quoque Ecclesiis contesserit.]

VIII.
TERTULLIA
NI ANVS
DIV PRO
ECCLESIA
CERTAVIT.^b Idè de pro-
scrip. cap. 36

D In hac quidem sententia etiam post Eleutheri Papæ obitum persistisse visus est, ea
potissimum ratione, quod, cum de eo mentio incidit, Eleutherum benedictum appelleret,
perinde ac si more maiorum dixisset, Cuius memoria in benedictione est. Quamobrem
lapsus ipse post eius Pontificis mortem contigisse oportuit sub Victore gentili suo:
nam & ille, cuius & ipse, Afer erat. Indignè fortasse tulit illum sibi honore prælatum,
vel quod ab ipso non adeò, vt sibi præsumperat, haberetur honore, vel coleretur offi-
ciis. Sanè quidem apud S. Ambrosium (quisquis ille fuerit, antiquus sanè auctor^c est)
Tertullianus Nouatiano coniungitur, amboque inuidiæ tabo infectos ab Ecclesia descij-
uissè, legitur in hunc modum: Per inuidiam, & charitatem corrumpentes, scientiam ad
nihilum deduxerunt. Nam & Tertullianus & Nouatianus non paræ scientiæ fuerunt:
sed quia per zelum, charitatis fœdera perdidit, in schisma versi, ad perditionem sui
hæreses creauerunt.] Putauit Pamelius ob repulsam Episcopatus Carthaginensis ipsum
ab Ecclesia desciuissè: sed & alia ab aliis causæ, quantumlibet leuissima coniectura nitan-
tur, in medium adducuntur^d.

IX.
TERTULLIA
NI VICTO-
RIS PAPA
AEMVLVS.^c Apud Amb.
in epist. 1. ad
Cor. cap. 13.^d Recitat Pa-
melius in Vi-
ta Tertull.QUALIS EVE-
RIT TER-
TULLIANVS.

Sanè quidem dum attentius accuratiùsque considero hominis ingenium, nihil pro-
pemodum est, quod adeò admirer, ipsum lapsus in hæresim. Ex eius enim scriptis,
animi ipsius affectus elucet, & perinde atque pictura quædam in tabula demonstretur.
Etenim perspicitur in illis durum hominis ingenium, austerusque animus intelli-
gitur: quippe qui exactioris disciplinæ, arctiorisque vitæ cultu nitens, se iudicem gerebat
Ecclesiæ: adeò vt, cum Christianæ vitæ professionem in seueritate atque austeritate ni-
mia tantummodo collocaret, eò tandem incurrerit amentia, vt ex asperioris vitæ cul-
tu de veritate dogmatum iudicium faceret, atque temerè sententiam ferret. Qua occa-
sione factum est (quod est in prouerbio) vt patella suam inueniret operculum; cum

scilicet in Proclum moderatiorem Montani sectatorem impegit. Habebatur is hoc A tempore Cataphrygum omnium disertissimus, aduersus quem sub Zephyrino, Victoris successore, Caium insignem Theologum valde egregiam disputationem habuisse, Eusebius^a, Hieronymus^b testantur. Ille autem Æschines nomine, qui Montani dogmati de Trinitate (vt dictum est) errorem admiscuerat, ab ipsomet Tertulliano^c scriptis exagitur.

^aEuseb. lib. 6. cap. 14.
^bHieron. de Script. Eccl. in Caio.
^cTertull. ad uers. Praez.

XI.
TERTVL-
LIANVS DE
CEPTVS A
PROCLO.

At deceptus est à Proclo Tertullianus; quod nimirum ille doctrinam suam non ab homine, sed à Paracleto, qui descendisset in hominem, se accepisse profiteretur; quodque præ se ferret veritatem Catholici dogmatis, in his quæ spectarent ad Christum atque sanctissimam Trinitatem. Nam cum ex Cataphrygibus alij à prima illa institutione Montani deuiarent, vt Æschines, cuius dogmati Sabellius fauit: ille verò rectam fidem prædicaret, omnesque aduersantes condemnaret hæreticos, castitatem ac continentiam celebraret, noua ieiunia, eademque austeriora, instinctu Spiritus seruanda profiteretur indicere, vigilias ac preces multiplicaret: martyrium aded extolleret, vt nec fugam aliasque latebras vel redemptionem vitæ admitteret, hæc, inquam, & alia id genus ille ex Paracleto homini curiosissimo ingerens, & animo ea cupienti propinans, de calice aureo Babylonis sitientem potauit: quo mox redditus ebrius, furere cœpit, inque Catholicos, quod tam bonas à Spiritu reuelatas institutiones damnassent, inuehi postea nunquam destitit.

XII.
^aTertull. de Monog. c. 2. SANCTIO-
RIS VITAE
PRÆTEXTVS
TERTVL-
LIANVS DE
CEPTVS.

Sed de his inter multa vnum tantummodò huc afferamus exemplum, dum oblatrat aduersus Catholicos, qui in Ecclesia bigamiam permitterent; sic inquit^d: Nec vlla magis ex causa Paracletum negare coguntur, quam dum existimant nouæ disciplinæ institutorem, & quidem durissimæ illis: vt iam de hoc primùm consistendum sit in generali retractatu: An capiat Paracletum aliquid tale docuisse, quod aut nouum deputari possit aduersus Catholicam traditionem, aut onerosum aduersus leuem farcinam Domini? &c.] atque aded sibi videretur idcirco Catholicos Montani Paracleti non recipere disciplinam, quod laxioris vitæ cupidi essent, nec vellent nouis adstringi vinculis mandatorum. Quamobrem eos, vt Spiritus contempores, non Christianos, sed Psychicos, nempe Animales, nominare in posterum consuevit. Sed planè infelix, qui austerioris vitæ prætextu sic semel deceptus, in plures alios post hæc errores inductus est, de quibus suo loco dicitur.

XIII.
TERTVL-
LIANVS DE
VITAS IN
MULTIS.

^aTertull. de Anima c. 9.

Accessit ad faciliorem hominis lapsum, quod ipse licet durus in disciplina, in credendo tamen magna erat animi facilitate præditus: aded vt quæcumque muliercula se aliquid secundum visum accepisse diceret, mox tantam illi præstaret fidem, vt cum alio- qui eruditissimus esset, omnem illi posthaberet doctrinarum veritatem. Est de ea re patens exemplum ab ipso descriptum in libro de Anima^e, quod superius, dum de dogmatibus Cataphrygum egimus, est enarratum: quo quidem apertissimè demonstratur, insanisse planè hominem, dum arbitrio mulierculæ, à cardine dimouetur non tantum Christianæ Theologiæ, sed etiam humanæ philosophiæ; vt animam corpoream, coloratam, anthropomorphitamque crediderit: tantumque valuisset apud eum phanaticæ femine quælibet efficta & affectata relatio, vt omnia pro illa neglexerit Catholica dogmata atque scientias. Ex his igitur videas, hominem sui natura ad credendum facilem, & ad retinendum quod semel, licet errore deceptus, animo concepisset, tenacem ac durum, nulla Christiana animi submissione præditum, sed agentem in omnibus censorem Ecclesiæ, ad lapsum sibi in hunc modum præcipitium præparasse, dicente de huiusmodi diuina Scriptura: Qui cito credit, leuis est corde.] &: Noli esse iustus multum, neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas.] hæc iam de infelicissimi Tertulliani miserando lapsu commemorasse sufficiat.

^aEccle. 7.

XIV.
PSYCHICI
QUI ESSENT.
^aIren. l. 1. c. 1.

^bClem. Alex. Strom. lib. 4.

Sed quod spectat ad nomen quo ignominie causa tum Romanæ Ecclesiæ Fideles, tum ceteros Orthodoxos, Psychicos nominare consuevit; fuit Valentini hæresiarchæ illud primùm inuentum, qui (vt auctor est Irenæus^e) Psychicos nominabat homines, qui non essent, sicut ipsi, vt aiebat, spirituales. Transit vox eadem ad Cataphrygas; qui æque omnes non suscipientes Paracletum, Psychicos appellabant. de quibus hæc Clemens Alexandrinus^b; Quin etiam Phryges quoque, illos qui nouam non attendunt prophetiam, Animales appellant.] Inde est quod apud Tertullianum non Catholici modò, sed & hæretici quoque omnes, qui suum ipsius spernerent Paracletum, æque Psychici dice-

A dicebantur: quo ipse afflitus atque repletus, non contumelias tantum in Catholicos omnes iaciebat, sed & calumnias eructabat, & quod alias in iis laudasset, eidem probo vertebat: vt exempli causa, cum scribens ad martyres^a, curam, quam de eis suscipere solet Ecclesia, commendat sic dicens: Immò & quæ iusta sunt, caro non amittit per curam Ecclesiæ, & agapen fratrum.] quod antiquitus factitari consueuisse, affatimque illis fraternæ charitatis solatia suppeditari solita, diximus. At postea^b linguam exerens, ex iisdemque detrahendi occasionem arripens, hæc effudit: Planè vestrum est, in carceribus popinas exhibere martyribus incertis, ne consuetudinem querant, ne tædeat vitæ, ne noua abstinentiæ disciplina scandalizentur.] Hæc ille idcirco, quod martyres Montani non vescerentur cibis communibus ceteris, sed xerophagiis. quid simile de Alciabiade vidimus apud Eusebium^c.

^aTertull. ad martyres. c. 2.

^bTertull. de ieiun. adu. r. p. 12. c. 12.

^cEuseb. lib. 5. cap. 3.

B Sed & quod aliquando vnus ex confessoribus Catholice communicationis, licet catechumenus, tormentorū timore negasset; quos plausus ipse non edidit? qui & rem ipsam ignominia deturpatam voluit stylo suo perpetua memoria commendari, cum de Pristino catechumeno hanc subdit historiam: Quam consuetudinem nec ille Pristinus vester non Christianus martyr attigerat: quem & facultate custodiæ liberæ aliquamdiu factum omnibus balneis, quasi Baptismate melioribus; & omnibus luxuriæ secessibus, quasi Ecclesiæ secretioribus; & omnibus vitæ illius illecebris, quasi æternæ dignioribus; hoc puto oblegatum ne mori veller. Postremo ipso tribunalis die, luce summa, condito mero tamquam antidoto præmedicatum, ita enervastis, vt paucis vngulis titillatus (hoc enim ebrietas sentiebat) quem Dominum confiteretur, interroganti Prædici respondere non poterit amplius. Atque ita de hoc iam exortus, cum singultus & ructus solos haberet, in ipsa negatione digessit.] hæc Tertullianus insultans & exultans, deque lapsu miseri tot tantaque aggerat & exaggerat, atque addit: Ideò sobrietatis disciplinam qui prædicant, pseudoprophete? ideò hæretici qui obseruant? Quid ergo cessatis Paracletum, quem in Montano negatis, in Apitio credere? hæc ipse^d, furoris flammas euomens.

XV.
DE PRISTI-
NO CATE-
CHUMENO.

Et quod ab Ecclesia Catholica semel desciscens, in eandem immortale iurasset bellum; inde accidit, vt, quod Catholici improbarent, mordicus ipse defenderet: vt de milite illo accidisse vidimus, qui noluisse, vt alij quoque Christiani milites faciebant, lauream donatium accepurus in capite gestare. Non certè ex idolo eum sumebant, vel illi eam postea ostendebant: nulla cum ea thuris oblatio, vel alia intercedebat supersticiosa libatio: nihilque aliud illa præferebat, quam insigne victoriæ: qua quidem nec qui tunc aderant, nec qui alias sub aliis Imperatoribus militassent, abstinerunt vquam: nec quod vnus hic fecit, ab aliquo alio milite Christiano aliquando factum esse aliquod exemplum præcesserat, quo ea de causa miles aliquis videretur subisse martyrium: nam alias cum ouantes, tum etiam triumphantes venerant cum Imperatoribus milites Christiani, & vtique sicut ceteri, laureati: quod à nemine illis datum est crimini, cum tamen certum sit, Christianos non paruo numero (quod & ipse Tertullianus in Apologetico testatur) in castris militare consueuisse, legionem certe Fulminatricem dictam, ex Christianis fuisse refertam suo loco narrauimus. Nec rursus eam ob causam, quod laurus Apollini, myrtus Veneri diceretur esse dicata, ex iis coronari vetitum erat: nam ea ratione nec ad vllum vsum Christiani elementis (quod dedit S. Augustinus^e scribens ad Publicolam) nempe terra quia Cereris, mare quod Neptuni, aëre quia Iouis, igne quia Vulcani esse dicerentur, nedum iis arboribus, alijve plantis & animalibus diis dicatis vti valuissent: quod asserere, planè infania videretur. cum alioqui etiam idolothya, nulla facta disquisitione, manducari concesserit Apostolus^f, dum nullum scandalum immineret. Quod & dicendum de laurea: nam cum nullus pateretur offensam, quod omnes æque incederent laureati, frustra atque superflue id ab eo milite tentatum esse videri poterat.

^dTertull. in adu. r. c. 12.

XVI.
LAUREAM
GESTARE
NON FUIS-
SE SIGNVM
IDOLLA-
TRIAE.

^eAugust. epi. sola 54.

^f1. Cor. 10.

Sed non est nostrarum partium, militem illum absolueri, aut condemnare, eiusve causam sententia terminare: sed tantummodò hic demonstrare, Catholicos, qui Romæ erant, & commilitones Christianos haud temerè audax facinus improbasse: cuius occasionem mox fuerit post longam pacem Ecclesia noua persecutione concussa. Sed & his adiciamus, non eandem fuisse rationem, lætitiæ causa domus postes coronare, vel lucernas accendere, quod Christiani facere detrectarent; & coronas victoriæ insigne milites ferre: nam illud erat voluntatis, non necessitatis commune omnibus; sed (vt idem

XVII.
IVRECHRISTIANOS
IMPROBAS-
SE MILITIS
FACTVM.

CHRISTI
201.VICTORIS PAP.
8.SEVERI IMP.
7.

Tertullianus ait) ex cuiusque pendebar arbitrio, qui eo obsequio adulari cuperet Imperatori. At militaris corona erat eius temporis necessarium capitis ornamentum: eo enim nobili insigni victoriae, sicut & gladio accinctos, ad victoriae praemium capebendum milites progredi necesse erat. Atqui Tertullianus, cum tam vehementem sortemque pro eo instituerit defensionem, eò erroris quoque prolapsus est, ut negaret Christianum hominem posse fide salua militem agere.

^a Tertull. de
Coron. milit.
cap. 11.

Sed illud non male, licet ad malum abuteretur, cum non ex Scriptura tantum, sed ex lege quoque non scripta, ex traditionibus scilicet & consuetudine diutius ab Ecclesia obseruata licere sumere argumentum affirmat: haecque dicens, antiquas retexit Ecclesiae traditiones, nobilissimum plane Christianae religionis monumentum. Nec enim eas deducit ex schola Montani (ut calumniosè praetextant Nouantes) cuius vix tunc limen ingressus erat, sed quòd aduersus Catholicos ageret, ad eos conuincendos non alias certè, quàm ex Catholica Ecclesia petitas (ut argumentatio vires haberet) traditiones antiquas cum recensuisse oportuit. Quænam verò illæ essent, quibus antiquitas acceptis in praesens tempus Catholica vteretur Ecclesia, hic repetere, haud fuerit otiosum, licet partim aliàs de iisdem sapius meminimus. Sic ergo ait ^b:

^b Tertull. ibid.
cap. 13.

XIX.

Quomodo enim vsurpari quid potest, si traditum prius non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquis, auctoritas scripta. Ergo quaeramus, an & traditio non scripta non debeat recipi. Plane negabimus recipendam, si nulla exempla praedecident aliarum obseruationum, quas sine vilius scripturae instrumento, solius traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocinio vindicamus. Denique ut à Baptismate ingrediar: Aquam adituri, ibidem, sed & aliquanto prius in ecclesia sub Antistitis manu contestamur nos renuntiare diabolo, & pompæ, & angelis eius. Dehinc ter mergimur, amplius aliquid respondentem quàm Dominus in Euangelio determinauit. Inde suscepti, lactis & mellis concordiam prægustamus. Exque ea die lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstineamus. Eucharistiae sacramentum, & in tempore victus, & omnibus mandatum à Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu, quàm Praesidentium, sumimus Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus. Die Dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten vsque gaudemus. Calicis aut panis etiam nostri aliquid decuri in terram anxie patimur. Ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum si legem exoptules scripturarum, nullam inuenies: traditio tibi praetendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix.] hucusque Tertullianus de antiquis (ut diximus) Ecclesiae traditionibus, non Montani paulò antè prodeuntis haeretici, licet ipse iisdem æquè cum Catholica vteretur Ecclesia: in omnibus enim (illis exceptis, quæ superius à nobis sunt enarrata) Catholicae Ecclesiae erat ipse consentiens. Sed de his satis.

XX.
PLAUTIA-
NVS ROMAE
RELICTVS
A SEVERO.

^c Tertull. in
Apolog. c. 35.
^d Spartian. in
Severo.
^e Tertull. in
Apolog. c. 35.

XXI.

^f Tertull. in
Apolog. c. 16.

At verò ut iam ad Severum Imperatorem reuertamur: comparata ipse aduersus Parthos ingenti expeditione, iamque collato (ut memorauimus) militibus donatio, vnà cum filiis Orientem versus capessit iter, relinquens Romæ, qui omnium curam ageret, Plautianum virum clarissimum, cuius filiam Antonino filio suo dederat in vxorem. Hic verò ex sententia Imperatoris, reliquos qui essent in suspicionem adducti de commercio cum Nigro, vel Albino, licet leuibus tantummodò coniecturis iussit occidi. Hæc namque illa fuit reliqua cædes, quam Tertullianus, post vindemiam racemationem appellat. Sed hæc omnia pluribus Spartianus ^d, qui addit (quod & Tertullianus ^e attigit) ab eodem quoque ad pœnam petitis esse, qui de vita Imperatoris vates ac magos consulissent. Sed nec Christianis pepercit, quòd & ipsi contemptæ maiestatis, ob prætermissa ab illis solita exhiberi officia, ab inuidentibus in crimen adducerentur: quem & nouus casus de milite coronam ferre recusante vehementius exacerbauit. Sic igitur tot incentiuus dira tandem persecutio in Christianos exarsit.

Sed quo interim fuerit Romæ Christiana religio affecta ludibrio, & derisa commento, hic primùm enarrare, operæ pretium existimamus. Tertullianus enim rem gestam in hæc verba describit: Sed noua iam Dei nostri in ista ciuitate proximè editio publicata est: ex quo quidem in frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit cum

eiuf-

CHRISTI
201.VICTORIS PAP.
8.SEVERI IMP.
7.

A eiusmodi inscriptione, DEVS CHRISTIANORVM Ononychites. Is erat auribus asininis, altero pede vngulatus, librum gestans, & togatus. Risimus & nomen & formam.] hæc ipse. quæ non Carthagini, sed Romæ facta, veriùs putamus, vbi ipse tunc aderat (ut diximus) Tertullianus, cum donatium hoc anno ab Imperatoribus erogatum est militibus.

Sed quam ob causam Gentiles illud forma repræsentandum putarunt Deum Christianorum? Non ob aliam puto, quàm quòd (ut idem auctor paulo superius testatur est) calumniosè diffamatum vbique apud eosdem Gentiles esset, Christianos caput asini adorare. Sed vndenam tale commentum deductum fuerit, idem tradit his verbis ^a: Nam, ut quidam, somniasit caput asininum esse Deum nostrum. Hanc Cornelius Tacitus suspicionem scriptis inseruit. Is enim in quinto historiarum suarum

XXII.

B bellum Iudaicum exorsus ab origine gentis, etiam de ipsa tam origine, quàm de nomine & religione gentis, quæ voluit argumentatus, Iudæos refert Ægypto expeditos, siue (ut putauit) extorres, in vastis Arabiæ locis aquarum egentissimis, cum siti macerarentur, onagris, qui fortè de pastu potum peturi aestimabantur, indicibus, fontibus vsos, ob eam gratiam consimilis bestiae superficiem consecrassè. Atque ita inde opinor præsumptum, nos quoque, ut Iudaicæ religionis propinquos, eidem simulacro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus, sanè ille mendaciorum loquacissimus, in eadem historia refert, Gneum Pompeium, cum Ierusalem cepisset, proptereaque templum adiisset, speculandis Iudaicæ religionis arcanis, nullum illic reperisse simulacrum. Et vtiq; si id colebatur, quòd aliqua effigie repræsentabatur, nusquam magis quàm in sacratio suo exhiberetur, eo magis quia verebatur extraneos arbitros vana cultura. Solis enim sacerdotibus adire licitum, & conspectus ceterorum, velo oppanso, interdicebatur.] hucusque ipse.

At verò non fuit Tacitus primus huius fabulæ concinnator & auctor, sed insensissimus ille Iudæorum hostis Apion Alexandrinus, de quo pluribus tomo primo Anna-
lium dictum est. hic quidem in illis quos aduersus Iudæos edidit commentariis, idem de capite asini figmentum intexuit: aduersus quem Iosephus Iudæus historicus duobus libris conscriptis, cum hanc, tum alias plurimas à procaci homine in Iudæos illatas calumnias egregie confutauit: vbi de capite asinino hæc verba ^b: Cum sit valde turpissimum liberis qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominata sancta sanctitate pollente. In hoc enim sacratio Apion præsumptè edicere asini caput collocasse Iudæos, & ipsum colere, ac dignum facere tanta religio-

XXIII.

D ne: & hoc affirmat fuisse propalatum, dum Antiochus Epiphanes & expoliasset templum, & illud caput inuenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum. Ad hoc igitur primùm quidem respondeo: quoniam Ægyptius, vel si quid aliud tale apud nos fuisset, nequaquam debuere increpare, cum non sit deterior asinus faronibus & hircis & aliis qui sunt apud eos dij. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatum de incredibili suo mendacio? Legibus namque semper vtimur iisdem, in quibus sine fine consistimus. Et cum varij casus nostram ciuitatem, sicut etiam aliorum, vexauerint, & Theos, ac Pompeius Magnus, ac Licinius Crassus, & ad nouissimum Titus Cæsar bello vincentes obtinuerint templum, nihil huiusmodi illic inuenere, sed purissimam pietatem, de qua nihil est nobis apud alios effabile. Quia verò Antiochus neque iustam fecit templi depredationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, cum non esset hostis, & socios insuper nos suos & amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic inuenit: multi & digni conscriptores super hoc quoque testantur, Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timogenes, & Castor chronographus, & Apollodorus: qui omnes dicunt, pecuniis indigentem Antiochum transfregisse foedera Iudæorum, & expoliasse templum auro argentoque plenum. Hæc igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, & impudentiam canis, qui apud ipsos asolet coli: neque enim extrinsecus alia ratiocinatione mentitus est. Nos itaque asinis neque honorem, neque potestatem aliquam damus, sicut Ægypti crocodilis & aspidibus, &c.] hæc & alia Iosephus in Apionem.

^b Ioseph. contra
Apionem.
lib. 2. cap. 10.
DE CVLTV
CAPITVS
ASINI IV-
DARIS OB-
LECTO CON-
STATIO.

Sed & Plutarchus ^c in Symposiis æque existimauit Iudæos asinum venerari, eadem superius narrata occasione, quòd fontem eis aquæ monstravit. Existimo equidem hæc ipsa esse quæ Tacitus ex Apionis aduersus Iudæos libris editis fuerat mutuatus. Rur-

XXIV.

^c Plutarch. in
Sympo. li. 4.
q. 5.

OBIECTA IN IYDAEOS VERTEBAN TVR PRO-BKO CHRIS-TIANIS.

sum verò apud Suidam Democritus historicus eiusdem fabulæ assertor legitur in hæc verba: Democritus historicus scribit, Iudæos aureum asini caput adorare, & tertio quoque anno hospitem caprum illi immolare, carnibus minutim incisus eos interficientes. hæc itaque ab omnibus his obiecta Iudæis, transferunt in calumniam Christianorum: sicque videas, quæcumque fœda essent in Iudæos olim dicta, Gentiles argumenti inopes in Christianos congerere solitos; nec id semel tantum, sed semper. nam apud Minutium Felicem hæc eadem Cæcilius postea exprobrauit Octavio, dicens: Audio eos turpissimæ pecudis caput asini consecratum inepta nescio qua persuasione venerari, digna & nata religio talibus moribus. Sed ad hæc defensor veritatis Octavius: Sic, inquit, est negotium dæmonum: ab ipsis enim rumor falsus & feritur, & fouetur. Inde est quod audire te dicis, caput asini rem nobis esse diuinam. Quis tam stultus, ut hoc colat? Quis stultior ut hoc coli credat? nisi quod vos totos asinos in stabulis cum vestra vel Hippona consecratis, & eosdem asinos in stabulis cum Iside religiosè deuotatis: item bouum capita & capita veruecum & immolatis & colitis: de capro etiam & homine mixtos deos, & leonum & canum vultus, deos dedicatis.]

XXV.

*Epiph. hæ. ref. 26.

Potuit & fabella hæc etiam ad Gentiles esse prolapsa, sicut & alia multa, ex hæreticorum lacunis, quod Gnostici (vt dictum est) librum scripserunt, quem nominabant Stirpem Mariæ: in quo inter alia horrenda hæc quoque posuisse, Epiphanius tradit: Ex hac enim causa inquit Zachariam occisum esse in templo, quoniam visionem vidit, & ex timore volens narrare visionem, oris obturationem pertulit. Vidit enim (inquiunt) in hora suffitus (cum suffitum faceret) hominem quemdam stantem, asini formam habentem: & cum egressus esset, ac dicere vellet, Væ vobis, quem adoratis? obturauit os eius ille, qui visus est ab ipso in templo, vt loqui non posset. Cum verò aperiret os suum, vt loqueretur, tunc reuelauit ipsis, & occiderunt eum, & sic mortuus est Zacharias.] hæc illi, putantes Dominum Sabaoth eiusdem esse figuræ: nam de iisdem idem Epiphanius ait: Tradunt autem eorum alij Dominum Sabaoth asini formam habere, alij porci: quapropter mandatum est (inquiunt) Iudæis, vt porcum ne edant: esse autem ipsum creatorem cæli & terræ & cælorum, qui post ipsum sunt, & angelorum suorum.] Sed vnde hoc commentum illi? inde nimirum, quod in benedictione Iudæ, a quo Iudæi, inter alia dictum esse Iacob propheticè, Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem asinam suam] per vitem Christum intelligentes, qui de se ipso ait, Ego sum vitis vera. cui alligari asina diceretur, quod Iudæus cultus illi subiceretur. Sed & quod legissent, asinam suscepisse patrocinium Iudæorum, dum Balaam ad eos maledicendos impulsus locuta redarguit: siue etiam quod audirent Deum iussisse, vt quos caperent de hostibus equos occiderent, asinas verò illorum seruarent. Sed eius rei mysterium explicat Origenes. Porro asinos & non equos, alere, peculiare fuisse Iudæis, quos in regione Arabiæ & Palestiniæ fuisse veloces vt equos, idem Origenes affirmat.

VNDE HÆC RETICIS DATA OCCASIO DE CVLTV ASINI FIGMENTVM EXCOGITANDI. *Gen. 49. *Ioan. 15.

*Num. 22. *Iosue 11. *Num. 31. *Orig. in Ios. hom. 15. *Orig. in Iob lib. 7.

XXVI. *Plutarch. in Sympos. li. 4. q. 5.

Ex leuissimis quibusdam coniecturis multa falsa de Iudæis nugati sunt Gentiles. nam sicut de asino, ita & de porco falsa sunt opinati: nempe Iudæos etiam porcos colere, quod non occiderent, sed eis parcerent. Vnde Plutarchus tam de porco, quam de asino, hæc habet: Existimo autem Iudæos, si abominarentur porcum, interfecuros eum fuisse, sicut mures necant magi: nunc tam interficere, quam edere suem, iis est religio. Et fortassis rationi hoc consentit, sicut asino suus est apud eos honor, quod fontem aquæ eis demonstrauit; ita suem eos reuereri, vt rationis & arationis magistrum.] hæc Plutarchus, qui assertam ab Apione de cultu asini causam secutus est; in his deceptus, sicut cum (quod dictum est superius) Iudæos Bacchum adorare existimauit. Potuit igitur (vt dictum est) & ex Gnosticis eadem calumnia in Christianos effundi: sicut & illa de infantium cæde, esu humanarum carniū, & promiscuo concubitu extinctione luminum perpetrari solito: quæ omnia his diebus iterum refricata, & Christianis obiecta esse, idem pluribus testatur Tertullianus, quæ singula vehementissimè ipse purgat ac confutat. His omnibus & aliis multis in Christianos apud Gentiles ore omnium diffamatis, factum est, vt (quod aliàs olim sæpius accidisset) Christianum nomen ipsum esset in crimen, dicique tantum quempiam Christianum, satis esset, vt mox immanium veluti scelerum reus condemnaretur: quamobrem immanis his diebus est Romæ in Christianos persecutio excitata.

*Tertull. in Apol. cap. 7.

Cum

A Cum autem non liceret coram causam agere, Tertullianus eruditissimo scripto Apologetico pro omnibus defensionem instituit apud ipsos Romanæ superstitionis antiquitates: absens enim tunc (vt dictum est) Seuerus erat, malum verò instans ac furens: sicque eos, qui in causa præesse iudices videbantur, scriptis conueniendos putauit. His quidem fama nefandorum criminum percitis, ex nomine tantum, tamquam criminum indice atque confessione, in quemquam ipsorum lege agere, æquissimum videbatur. Quæ enim ab hæreticis Gnosticis perpetrari crimina consueuerant, eadem (vt sæpè dictum est) in Catholicos quosque Christianos calumniosè obiectari solita erant. de quibus idem Tertullianus: Dicimur sceleratissimi de sacramento infanticidij, & pabulo inde, & post conuiuium incesto, quod euerfores laminum canes, lenones scilicet, tenebrarum & libidinum impiarum inuerecundia procurent.] hæc & alia de his plura.

XXVII. TERTULLIANVS CAVSAM AGIT CHRISTIANORVM.

*Tert. in Apol. cap. 7.

B Certè quidem in his quæ spectant ad incestus calumniam, etiam aliæ omnes cessassent, hæc semel iudicibus persuasa, satis superque esse poterat, vt ad infligendas pœnas grauissimas iudicum animos excitaret. Vigeant enim aduersus mœchiam seuerissima Seueri leges, quibus in quamplurimos animaduertat. nam de eo hæc Dio: Criminari solebat Seuerus incontinentes; ob eamque causam legem de mœchis tulit, ex quibus quamplurimæ cædes factæ sunt. Ego quidem, cum Consul essem, inueni scriptum in tabulis tria millia mœchorum morte fuisse mulctata. Sed cum iam multi mortales in hanc pœnam inciderent, cœpit de his quærere negligentius. haecenus Dio. Ampliavit quoque Seuerus legem Iuliam de adulterio, vt non solum nuptæ, sed & sponsæ eidem tenerentur obnoxie. In maritum quoque crimen non vlciscentem, causam prosequendo, vlcisci voluit, vt Vlpianus testatur. Sed & a Severo additum hoc officium Præfecto Vrbs, vt mancipia tueretur, ne prostituenterent, idem affirmat. Insuper leuissimam legem Papiam, mœchiæ illicem, idem Seuerus sustulerat. quod & Tertullianus ipse testatur, sic dicens: Nonne vanissimas Papias leges, quæ ante liberos suscipi cogunt, quam Iuliæ matrimonium contrahi, post tantæ auctoritatis senectutem heri Seuerus constantissimus Principum exelutit:]

XXVIII. LEGES SEVERI ADVERSUS MŒCHOS. *Dio in Severo.

*2. s. sp. publico. c. 13. §. de ius Seuer. de i. ff. de Præf. Vrbs. *Tert. in Apol. c. 4.

C Cum igitur quæ apud eos hæcenus visa essent leuissima crimina, ad eum seuerè in Romanis quoque ipsis iugiter punirentur: quid putandum à iudicibus factum in Christianos, sceleratissimo omnium scelere infamatos? quos iidem inauditos, sed ex nomine tantum crimen manifestatum putantes, diris affectos supplicij vel ad ignem, vel ad leonem damnabant. Sed hæc & alia omnia illata crimina idem Tertullianus eadem luculentissima diluit ac purgat Apologia. Dum enim eminentem Christianorum castitatem quamplurimis testatam reddit exemplis, ne leuissimæ quidem locum suspicioni relinquit. Sed & illa defendit, nec crimina esse ostendit, quod dicerent illi, Deos non colitis, & pro Imperatoribus sacrificia non impenditis.] perspicuè manifestans, non ob eam causam Christianos esse dicendos impios, qui verum Deum colant, nec maiestatis & Imperatorij culminis contemptores, pro quibus digna vota nuncupent, eosdemque assidue precibus Deo commendent.

XXIX. CALVMNIOSE SEVERVM IN CHRISTIANOS.

D Porro cum hæc semper obiectarentur in Christianos, atque de nefandis sceleribus illæ calumniæ vulgi rumore ad eum increbrescerent; casta planè & irrita prorsus reddita sunt illa veterum Imperatorum rescripta, nempe Traiani, Hadriani, ac Marci, quibus illi cum Christianis ex nomine tantum veterant experiri, vel quidquam illis ea causa negotij factitari: sed velut rupto obice torrens, sic se omnium furor grassans in illos effusus est. Vnde iure in eos vehementer idem Tertullianus exclamat. In hunc igitur modum Christiani ad tribunal perducti, vbi professionis nomen rogarentur, satis ad crimen esse putabant, si se esse Christianos liberè faterentur: Cum, inquit, post nominis confessionem extorquere quoque oporteret quodcumque falsò iactaretur: quot quisque iam infanticidia degustasset, quot incesta contenebrasset, qui coci, qui canes assuissent.] At nihil prorsus huiusmodi, sed inauditos & criminis inconfessos (vt dictum est) dira morte mulctabant. Cumque ex tabella (vt ait) soleret recitari sententia, vnum illud, inquit, audiebatur: Talis, quia Christianus, damnatur: & numquam, quod fur esset, adulter, vel homicida.

XXX. ANTIQVA TA RESCRIPTA PRO CHRISTIANIS DATA.

*Tert. in Apol. c. 2.

E At non accusatione tantum deferebantur Christiani, sed & indagabantur. Ad id enim spectat, quod idem inferius ait: Quotidie obsidemur, quotidie prodimur, in ipsis vt plurimum cœtibus & congregationibus nostris opprimimur.] At quibus solerent eos

XXXI. CHRISTIANI AD NECEM QUÆSITI, ET DE REPVNITI. *Tert. in Apol. cap. 7.

^aTert. in A.
polog. c. 12.

^bIbid. c. 37.

^cIbid. c. 40.

XXXII.
CHRISTIA-
NI ERRE-
QUENTIVS
IGNI TRA-
DITI.

^dTert. Apo-
log. cap. 50.
^ePaul. lib. 5.
sentent. li. 23.

XXXIII.

^fTert. in A.
polog. c. 201.

XXXIV.
IGNAVIA
CHRISTIA-
NIS OBIE-
CTA CALUM-
NIOSE.

^gTert. in A.
polog. c. 42.

pœnis afficere, idem declarat, sic dicens: Crucibus & stipitibus imponitis Christianos: vngulis deraditis latera Christianorum: cervices ponimus ante plumbum & glutinum & gomphos, id est, clavos: ad bestias impellimur: ignibus vimur, in metalla damnamur: in insulis relegamur.] sed hæc Indices. Atqui etiam sua sponte insanum vulgus in Christianos solitum erat debacchari: sicque duplex ipsos vexabat persecutio, cum illi id legibus facere viderentur, voluntate isti. Nam idem subdit: Quotiens in Christianos defœuitis, partim animis propriis, partim legibus obsequentes? Quotiens etiam prateritis vobis, suo iure nos inimicum vulgus inuadit lapidibus atque incendiis? Ipsis Bacchanalium furis nec mortuis parcunt Christianis, quin illos de requie sepulturæ, de asylo quodam mortis iam alios, iam nec toros auellant, dissecant, distrahant.] Sed tum in eos potissimum in eo modo furens vulgus insaniebat, cum aliquod malum ciuitatem vexaret, perinde ac si malorum omnium causa illi essent, quod haberentur diis infensis.

Verum cum multis pœnis afficerentur Christiani, ac multiplici mortis genere, illud frequentius in eos videtur solitum irrogari supplicium, vt viui igni cremarentur. Indeque accidit, vt ea de causa iidem Christiani Sarmentitij^d & Semaxij dicerentur, quia (vt addit) ad stipitem dimidij assis reuincti sarmentorum ambitu exurentur: tali enim supplicio magos ab illis affici solere, Paulus^e I. C. testatur. At cum eius criminis infamati essent ab ipsis, debito ex legibus illis supplicio eos affici, æquum existimabant.

Sed illud inter alia, præter ius omne vel consuetudinem ac dignitatem, indecensque planè Romanorum sublellis ac tribunalibus, ex insania quadam & cæco furore in Christianas feminas, castitatis amantissimas, excogitatum erat supplicium, vt lenonibus traderentur, sicque pudicitie dispendium paterentur: quod scirent id esse illis acerbius quouis genere tormentorum, ipsaque mortis pœna crudelius. Hinc in eosdem Tertullianus^f eadem defensione hæc de recenti casu: Proximè, inquit, ad lenonem damnando Christianam potius quam ad leonem, confessi estis, labem pudicitie apud nos atrocioris omni pœna & omni morte reputari. Nec quidquam tamen profecit exquiritior quæque crudelitas vestra: illecebra est magis sectæ. plures efficitur, quoties metimur à vobis. Semen est sanguis Christianorum.] hæc ipse.

Sed nec illud prætereundum, quod Gentiles in Christianos solent obiicere, & ad plaustra iniuriarum ac contumeliarum adicere: nimirum quod inertes homines essent, ac planè Reipublicæ inutiles, inhabilesque communi commercio. Quæ autem Tertullianus ad hanc refellendam calumniam afferat, hæc describere operæpretium ducimus, quod cum exercitia, tum etiam Christianorum morum sinceritas innotescat. Ait igitur^g: Sed alio quoque iniuriarum titulo postulamus, & infructuosi in negotiis dicimur. Quo pacto homines vobiscum degentes, eiusdem victus, habitus, instructus, eiusdem ad vitam necessitatis? Neque enim Brachmanæ, aut Indorum gymnosophistæ sumus, siluicolæ, & exules vitæ. Meminimus gratiam nos debere Domino Deo creatori: nullum fructum operum eius repudiamus. Planè temperamus, ne ultra modum aut perperam vtamur. Itaque non sine foro, non sine macello, non sine balneis, tabernis, officinis, stabulis, mundinis vestris, ceterisque commerciis cohabitamus in hoc sæculo. Nauigamus & nos vobiscum, & militamus, & rusticamur, & mercamur; proinde miscemus artes, opera nostra publicamus vsui vestro. Quo modo infructuosi videamur negotiis vestris, cum quibus & de quibus viuimus, non scio. Sed si carimonias tuas non frequento, attamen & illa die homo sum. Non lauor diluculo Saturnalibus, ne & noctem & diem perdam: attamen lauor honesta hora & salubri, quæ mihi & calorem & sanguinem seruet. rigere & pallere possit lauacrum mortuus possum. Non in publico Liberalibus discumbo, quod bestiariis suprema cœnantibus mos est: attamen vbi vbi de copiis tuis cœno. Non emo capiti coronam: quid tua interest, emptis nihilominus floribus quomodo vtar? Puto gratius esse liberis & solutis & vindique vagis. Sed & si in coronam coactis, nos coronam naribus nouimus, viderint qui per capillum odorantur. Spectaculis non conuenimus: quæ tamen apud illos cœtus venditantur, si desiderauero, liberius de propriis locis sumantur. Thura non emimus. Si Arabiæ quaeruntur, sciant Sabæi pluris & carioris suas merces Christianis sepeliendis profigari, quam diis fumigandis. Certè, inquit, templorum vestigalia quotidie decoquunt, stipēs quotus quisque iam iactat. Non enim sufficimus & hominibus & diis vestris mendicantibus opem

A opem ferre: neque putamus aliis, quam petentibus impertendum. Denique porrigat manum Iupiter, & accipiat: cum interim plus nostra misericordia insumit vicatim, quam vestra religio templatim. Sed cetera vestigalia gratias Christianis agunt, ex fide dependentibus debitum, qua alieno fraudando abstinemus: vt si ineat quantum vestigalibus pereat fraude & mendacio vestrarum professionum, facile ratio haberi possit, vnus speciei querela compensata pro commodo ceterarum rationum.] hæc Tertullianus.

Recenset subinde hominum genera, qui tantum de Christianis conqueri possent, quibus illi castè viuentes, ac pacifice iusteque agentes, nihil deberent, nempe lenones, & his similes homines, qui non nisi aliena ignominia atque peccato suas possent distrahere merces. Ceterum tantum abesse quod dicerent, Christianos esse inutiles Reipublicæ, vt immò potius ipsi Gentiles, tot homines iustos necando, magno detrimento afficerent ciuitatem. Sed hæc omnia ipse his verbis: Planè confitebor qui conqueruntur. Nam si qui forte verè de sterilitate Christianorum conqueri possint; primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum sicarij, venenarij, magi, item arioli, aruspices, mathematici. His infructuosos esse, magnus fructus est. Et tamen quodcumque dispendium est rei vestræ, per hanc sectam cum aliquo præsidio compensari potest. Quantos habetis, non dico qui iam de vobis dæmonia excutiant: non dico iam qui pro vobis quoque vero Deo preces sternant, quia fortè non creditis: sed à quibus nihil timere possitis? At enim illud detrimentum Reip. tam grande quam verum nemo circumspicit: illam iniuriam ciuitatis nullus expendit, cum tot iusti impendimur, cum tot innocentes erogamur. Vestros enim iam contestamur Actus, qui quotidie iudicandis custodiis præsidetis, qui sententiis elogia dispungitis: tot à vobis nocentes variis criminum elogiis recensentur. Quis illic sicarius? quis manticularius? quis sacrilegus, aut corruptor, aut lauantium prædo? quis ex illis etiam Christianus adscribitur? Aut cum Christiani suo titulo offeruntur, quis ex illis etiam talis, quales tot nocentes? De vestris semper astuat carcer, de vestris semper metalla suspirant, de vestris semper bestie saginantur, de vestris semper munerarij noxiorum greges pascunt. Nemo illic Christianus, nisi planè tantum Christianus, aut & si aliud, iam non Christianus] quod fortasse à fide esset apostata.

At quod ait Christianos abstinere conuenisse à spectaculis: quam seuerus vindex esset Deus in eos, qui huiusmodi à minoribus traditam disciplinam soluere niterentur, idem auctor in commentario, quem eo argumento conscripsit, monstrat eiusmodi casibus: Exemplum accidit, Domino teste, eius mulieris, quæ theatrum adiit, & inde cum dæmonio rediit. Itaque in exorcismo cum oneraretur immundus spiritus, quod ausus esset Fidelem aggredi: Constantè & iustissime quidem, inquit, feci: in meo eam inueni. Constat & alij linteum in somnis ostensum eius diei nocte, qua tragedium audierat, cum exprobratione nominato tragædo, nec ultra quintum diem eam mulierem in sæculo fuisse.] hæc ipse. Certè quidem res visa est inter Christianos execranda, Gentilium adire spectacula, vt tum ipse tum etiam S. Cyprianus, elucubrat is eo argumento tituloque libellis, significarunt, & sacrorum Conciliorum decreta, sanctorumque Patrum pro concione dictæ acerrimis inuectiuis sententiæ declararunt. Quinetiam in solemnè illa tempore Baptismi solita ab omnibus fieri renuntiatione, spectaculis quoque abrenunciare Fideles, moris fuisse, Saluianus tradit his verbis^b: In spectaculis enim quædam apostatatio fidei est, & à symbolis ipsius & celestibus Sacramentis letalis præuaticatio. Quæ est enim in Baptismo saluari Christianorum prima confessio? Quæ scilicet, nisi, vt renuntiare se diabolo & pompis eius atque spectaculis & operibus protestentur? &c.] plura idem inculcat de eiusmodi abrenuntiatione in Baptismate fieri solita. Ceterum haud putamus eadem ritus formam in Ecclesia Catholica vbiq; seruata: siquidem eadem renuntiationis verba cum crebrò à sanctis Patribus repetita sciamus ipsorum scriptis; nil tamen apud eos de renuntiano spectaculis. scimus verò sanctum Cyrillum in prima Mystagogica oratione sub pompis inclusisse spectacula, idemque alios itidem interpretatos esse, secundum quam quidem communem verborum interpretationem, addita in Ecclesia Gallicana, vbi Saluianus agebat, illa verba, Et spectaculis, existimamus. sed de his hæcenus: haud enim longius digredi patitur suscepta narratio.

Porro ad hoc ipsum tempus pertinet, quod hoc ipso anno) vt superius demonstra-
tum est) cum adhuc quaererentur ad necem à Plautiano aduersariarum partium conscij,

(vt ex-

XXXV.
CHRISTIA-
NI QUIBUS
POTISSI-
MUM DIS-
PLECTE-
RENT.

XXXVI.
DEI VIN-
DICTA IN
SPECTACU-
LA ADEVN-
TES.

^aTertull. de
Spez. cap. 26.

^bSaluian. de
Præsid. Dei
lib. 6.

^a Spartian. in Severo.
^b Tertullian. in Apolog. c. 35.
^c Tertullian. ibid. cap. 1.

(vt ex Spartiano, ^a atque ex iis quæ de eadem re ipse ^b conscripsit, proditum est) ipse Tertullianus librum Apologeticum pro Christianis ad Urbis Antistites elucubrauit, quod & scite Pamelius definiuit, demonstrans eos longè errare, qui ad alia tempora, etiam post Seueri obitum, illum rejiciunt. Sed assentiri non possumus eidem dicenti, commentarium illum scriptum fuisse Carthagine. Nam cum ad magistratus Romanos, ipsos (vt ait) Romani Imperij Antistites, sese eum elaborare dicat, ac plurima de iis, quæ Romæ agerentur, sæpius ingerat, deque vanitate Romanorum deorum narrationem inculcet, hæc mox inter alia adiicit ^d: Sed noua iam Dei nostri in ista ciuitate proximè editio publicata est.] paulo verò post: Risimus, inquit, & nomen & formam, &c.] indicans, huiusmodi deformem picturam ob oculos habuisse. Sunt multa quidem in eodem cominentario, quæ id ipsum æquè demonstrant, si quis accuratè cuncta perlegerit. Romæ igitur cum ipse ageret, & coram pro Christianis causam defendere, persecutione ingruente, minus tutum esse videret: eiusmodi defensionem ad Antistites misit, suo tacito nomine; quod ipsemet satis significare videtur, dum in eius exordio hæc post alia subdit: Si denique (quod proximè accidit) domesticis iudiciis nimis operata sectæ huius infestatio obstruit viam defensionem; liceat veritati vel occulta via tacitarum litterarum ad aures vestras peruenire.]

XXXVIII. Etsi hæc quæ Romæ agerentur in Christianos, dura & aspera videri poterant: potiùs tamen præludia quædam persecutionis, & velitationes ferocioris belli fuerunt. Nam ad hanc diem nullum à Seuero (vt dictum est) aduersus Christianos fuerat promulgatum edictum, quod post bellum Parthicum fuisse editum, Spartianus ^e est auctor, ab hinc scilicet triennium. Quam ob causam iure idem auctor in Apologetico, quem hoc anno diximus esse scriptum, hæc ait: Ceterum de tot exinde Principibus vltique ad hodiernum, diuinum humanumque sapientibus, edite aliquem debellatorem Christianorum: at nos è contrario edimus protectorem.] Perseuerasse autem eiusmodi Romæ excitatam semel aduersus Christianos persecutionem, Victoris Papæ martyrium fidem facit. Sed & complures alios pariter Fideles necatos tum fuisse credi potest.

XXXIX. Sed quispiam iure fortasse mirabitur, quo modo accidere potuerit, vt Imperatore nesciente, & quodammodò inuito, tam ingens persecutio Christianos Romæ agentes vexauerit anno præsentis atque futuro? Meminisse oportet quod diximus, relictum à Seuero Imperatore fuisse Urbis regimen Plautiano, Antonini socero, cuius tanta fuit auctoritas, vt licet aliquid Seuerus imperasset, inscio tamen vel inuito Plautiano quis facere non auderet: quod testatur Dio, qui de immensa eius sæuitia iuncta potentia hæc ait: Interea (nempe absente Seuero) Plautianus, cuius erat apud Seuerum magna auctoritas, quique Præfecti potestatem habebat, eratque omnium hominum potentissimus, morte affecit magnum numerum priuatorum hominum & optimatum.] & post multa de eius auaritia enarrata, hæc subdit: Quamquam & illud addendum videtur, centum ciues Romanos nobiles viros domi ab eo occisos esse: id quod nemo nostrum, antequam ipse moreretur, intellexerat. Quibus ex verbis percipi potest, quanta fuerit hominis peruersitas, atque potentia.] hæc & alia de eo Dio ^g, qui præsens hæc omnia spectabat oculis. Sed quomodo scelestissimus homo patratæ cædis pœnas dederit, occisus à genero, Dio pluribus narrat. Huius igitur consilio & auctoritate hoc anno Christianos esse Romæ vexatos, nemo poterit dubitare: nam eo inuito nemo tam sa-

^g Dio in Seuer. 10.

^h Spartian. in Seuero.
ⁱ Tertullian. ad Scapul. c. 4.

ua tamque aspera præsumpsisset. Illorum verò, quos Dio refert occisos, magnam partem fuisse Christianorum, existimamus. Seuerum autem se excusasse de tanta ciuium cæde, quòd ipse nequaquam iussisset, auctor est Spartianus ^h. Est id planè consentiens iis quæ de eodem Seuero Imperatore ad Scapulam scribit Tertullianus ⁱ his verbis: Sed & clarissimas feminas & clarissimos viros Seuerus huius sectæ esse sciens, non modò non læsit, verùm & testimonio exornauit, & populo furenti in eos palàm restitit.] At de iis quæ ad hunc annum spectant, iam satis.

A

B

C

D

E

A

B

C

D

E

Christi annus ducentesimus secundus adscribitur Fastis, Claudio Seuero & Aufidio Victorino Consulibus. Extant Proconsularia Acta martyrum Scillitanorum, qui sub eodem Consulatu Claudij & Proconsule Saturnino Carthagine passi habentur, digna quidem quæ ad verbum hic intexantur, vt ex iis, quæ certa atque explorata habentur, martyrum Actis, cetera quæ vel non scripta, vel aliquando scriptorum memoria commendata, deprauata tamen & corrupta, vel penitus perière, intelligere valeamus. Descripsimus ea ex vetustissimo codice, qui apud nos est, cognito & emendato: ex Vaticana enim bibliotheca duo alia æquè vetusta nacti sumus exemplaria. Posuimus in margine variam lectionem, in textu autem quam putauimus fideiorem. Sed recensemus iam ipsa, eadem qua scripta habentur styli veneranda simplicitate.

Existente * Claudio * Consule, quattodecimo Kalendas Augustas, Carthagine metropoli, statuto forensi conuentu, præceperunt magistratus aditare sibi Speratum, Narzalem, Cittinum, Donatam, Secundam, & Vestinam. Et adstantibus eis, Saturninus Proconsul dixit: Potestis veniam à dominis nostris Imperatoribus Seuero & Antonino promereri, si bono animo conuerfi fueritis ad deos nostros. Speratus dixit: Nos minime aliquando malum fecimus, neque iniquitatem sequentes, in peccatis egimus operationem, nec aliquando cuiquam malediximus; sed malè suscepti à vobis, gratias egimus semper. Quamobrem Dominum verum & Regem adoramus. Saturninus Proconsul dixit: Et nos electi sumus, & mitissima est elegantia nostra: & iuramus per genium domini nostri Imperatoris, & pro salute illius intercedimus, quod & vos facere debuistis. Speratus dixit: Si tranquillas adhibeas mihi aures tuas, dicam mysterium mansuetudinis. Saturninus Proconsul dixit: Dicente * te de mysterio, non inferam mala: tantum iura per genium Regis nostri. Speratus dixit: Ego Imperatoris mundi genium nescio, sed cælesti Deo meo serui, quem nullus hominum vidit, nec videre potest. Ego enim nec furatus sum aliquando, sed quodcumque emam, tributum do, quoniam cognosco eum dominum meum: sed adoro Dominum meum Regem Regum, & omnium gentium Dominum. Saturninus Proconsul dixit: De cetero à tumultu garrulitatum quiescite, & accedentes sacrificare diis. Speratus respondit: Illa est mala concitatio, quæ facit homicidium, & falsam accusationem aduersus aliquem. Saturninus Proconsul ad alios conuersus dixit: Nolite furoris huius insipientia participes fieri, sed timere potiùs Regem nostrum, obedientes præceptis eius. Cittinus dixit: Nos non habemus alium quem timeamus, nisi Dominum Deum nostrum, qui est in cælis. Saturninus Proconsul dixit: Detrudantur in carcerem, ponantur in ligno in diem crastinum.

Sequenti die Saturninus Proconsul sedens pro tribunali, eos præsentari iubet. Qui cum adstitissent, dicit ad feminas: Honorate Regem nostrum, & sacrificare diis. Tunc Donata dixit: Honorem quidem Cæsari tamquam Cæsari, Deo autem nostro honorem & orationem offerimus. Stans Vestina dixit: Et ego Christiana sum. Secunda similiter dixit: Et ego credo in Deo meo, & volo in ipso esse: diis autem tuis non seruimus, neque adoramus. Saturninus Proconsul, auditis his, præcepit eas seruari *. Aduocatis viris, dixit Sperato: Perseueras vt Christianus sis? Speratus dixit: Etiam perseuero: & omnes audite, quia Christianus sum. Audientes omnes qui cum illo retenti fuerant, conseruerunt confessioni illius, dicentes: Sumus & nos pariter Christiani. Saturninus Proconsul dixit: Nec liberationem, nec remissionem vultis? Speratus respondit: In certamine iusto nulla est remissio. fac quod vis? Nos enim pro Christo gaudentes morimur. Saturninus Proconsul dixit: Qui sunt libri, quos adoratis legentes? Speratus respondit: Quatuor Euangelia Domini nostri Iesu Christi, & Epistolas S. Pauli Apostoli, & omnem diuinitus inspiratam Scripturam. Saturninus Proconsul dixit: Spatium trium * dierum tribuo vobis, vt respiscatis. Speratus dixit: Christianus sum, & omnes qui mecum sunt, & à fide Domini nostri Iesu Christi non discedimus. fac quod vis.

Proconsul videns etiam ipsorum mentis stabilitatem, & fidei firmitatem, dedit in eos sententiam per exceptorem, dicens sic: Speratum, Narzalem, Cittinum, Verurium, Felicem,

I.
ACTA MAR-
TYRVM
SCILLITA-
NORVM.

II.
*al. præstante
*al. præfente
*al. Claudia-
no
PRIMAE
DIEI QUAE-
STIO.

*al. Incipiente

III.
SECUNDAE
DIEI QUAE-
STIO.

*al. separati.

*al. triginta

IV.
SENTENTIA
PROCONSV-
LIS.

Felicem, Acyllinum, Lætantium, Ianuariam, Generosam, Vestinam, Donatam, & Secundam, Christianos se esse confitentes, & Imperatori honorem & dignitatem dare recusantes, capite truncari præcipio. Hæc cum essent ex tabella recitata, Speratus & qui cum eo erant omnes dixerunt: Deo gratias conferimus, qui dignatur nos hodie martyres accipere in cælis pro confessione sua. His dictis, ducti sunt; & flexis genibus vnanimiter, cum iterum gratias Christo agerent, truncata sunt singulorum capita. Consummati sunt Christi martyres mense Julio, die septimo decimo, & intercedunt pro nobis ad Dominum nostrum Iesum Christum, cui honor & gloria cum Patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.] hucusque Scillitanorum martyrum Acta, quæ magnam consensionem habere noscuntur cum iis quæ ex Tertulliano de hoc anno scripta mox dicturi sumus.

V.
REIMAE-
STATIS EA-
CTI CHRI-
STIANI.
* Minut. in
Ostatio.

bTertull. in
Apol. c. 32.
* Tertull. ad
Scapul. c. 2.

VI.
PROCONS-
LATVS SA-
TURNINI.
* Tert. ibid.
cap. 3.

VII.
ABAGARVS
REX PRÆ-
STO EST
SEVERO.
* Herodian.
libro 3.

Accidisse videtur, vt non Christianitatis aperta causa, quod nondum lege Principis edicta persecutio esset; sed maiestatis prætextu, quod Imperatorem nolent venerari, hi martyres tenti fuerint: & indulgentiam eisdem fuisse pollicitam, si iurarent per genium Cæsaris. Magnum planè videbatur illis eiusmodi iurandum: adeo vt dicat Minutius Felix, grauius existimatum apud eos per genium Regis, quàm Iouis genium, peierare. Ad huiusmodi iuramentum his temporibus consueuisse Gentiles magistratus adigere Christianos, demonstrant illa Tertulliani verba in Apologetico^b, quibus ait: Sed & iuramus, sicut non per genios Cæsaris, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus geniis. Nescitis genios dæmonas dici, &c.] & ad Scapulam sequenti anno scribens (vt dicemus) demonstrat, quod, qui iurarent per genios Imperatorum, arguerentur illis esse fideles. nam ait: Sed iidem ipsi, qui per genios eorum in pridie vsque iurauerant, qui pro salute eorum hostias & fecerant & vouerant, qui Christianos sæpe damnauerant, hostes eorum sunt reperi. Christianus nullius est hostis, nedum Imperatoris.] hæc Tertullianus. At de iuramento Christianorum plura in futurum.

Idem quoque auctor in eodem ad Scapulam libello, eiusdem Saturnini Proconsulis, cuius mentio habetur in recitatis nuper Actis, qui primus omnium Seueri tempore Carthagine persequi aggressus est Christianos, meminit: sed & quid ei ob hoc scelus acciderit, addit, sic dicens^d: Vigellius Saturninus, qui primus hic gladium in nos egit, lumina amisit. Idemque paulo superius, ob Christianum sanguinem fufum, excrefcentibus imbribus, homines grauiam passos esse testatur, his verbis: Ceterum & imbre anni præteriti quid commeruerit genus humanum apparuit, cataclysmum scilicet & retrò fuisse propter incredulitates & iniquitates hominum. His namque prodigijs Deus cohibere aggressus est efferatam in Christianos rabiem persecutorum. Sed cum nec iis valuerit coërceri, alia magis horrenda addidit, quæ tamen sequenti anno sub Proconsule Scapula facta esse declarat. At de his suo loco agemus.

Hoc eodem anno Seuerus Imperator agens cum exercitu aduersus Parthos, Abagarum Regem Osrhoënorum (quem Christianum existimant, ex eiusque progenie genitum, quem Edessæ Regem Thaddæus Apostolus ad Christi fidem perduxit) ad se venientem recepit in gratiam; ab eodemque auxiliarijs acceptis copijs, feliciter Parthicum bellum confecit. Sed hæc pluribus Herodianus^e.

IESV CHRISTI VICTORIS PAP. SEVERI IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
203. 10. 9.

I.
VICTOR PA-
PA MARTY-
RIO CORO-
NATVS.
* Euseb. lib. 5.
cap. 27.

Anno Domini ducentesimo tertio, Anno Fabiano & Nonio Muciano Coss. vigesima octaua die Iulij, Victor Papa auspiciatus iam annum decimum sui Pontificatus per mensem vnum & dies vigintiocto, martyrio coronatur, sepeliturque in Vaticano iuxta corpus sancti Petri. Quod autem ad numerum annorum sedis Victoris, æque consentit Eusebius^f, dum ait, circa nonum annum Seueri Imperatoris substitutum Zephyrinum in locum illius. Sed in eius Chronicon mendum irrepit, vbi cum ponatur Victor sedisse annis decem, tamen successio Zephyrini ponitur eius anno octauo. De eodem autem Victore, præter illa quæ dicta sunt de celebrationis Paschæ tempore ab eo stabilita, & de Concilio ea de causa Romæ celebrato, hæc habentur in libro de Romanis Pontificibus: Hic constituit, vt necessitate faciente, vbi cumque inuentus fuisset qui-

quicumque hominem ex Gentibus veniens, siue in flumine, siue in mari, siue in fonte, siue in stagno baptizaretur (tantummodò Christianæ credulitatis confessione declarata) integer efficeretur Christianus.] & paulò post: Hic fecit Ordinationes duas per mensem Decembrem, creauit presbyteros quatuor, diaconos septem, Episcopos per diuersa loca numero duodecim.

Inter alios Episcopos à Victore recens institutos fuit S. Felicianus, quem præfecit Ecclesiæ Fulginateni: qui eam egregiè curans, post multos labores atque ærumnas in eius administratione & conuersione fidelium toleratas, pro digna mercede in persecutione Decij, martyrij corona donatus est: quo illustratus honore, anniuersaria die eius memoria in Ecclesia celebratur. Rursus verò hæc ibidem de Victore in fine: Cessauit Episcopatus eius dies vndecim.] hæc ibi.

Sic itaque ordinatio Zephyrini facta est octaua Augusti die. de quo hæc ibidem: Zephyrinus natione Romanus, ex patre Abundio, sedit annos octo, menses septem, dies decem.] Sed de annis in fine Pontificatus eius agemus. Inopia scriptorum, res magni momenti, nempe martyrium Victoris Pontificis, & alia huius temporis sub sæuissimo Plautiano Ecclesiæ Romanæ certamina obuoluta ferme silentio cogimur præterire, cum magis delegerimus per pauca certa fide signata describere; quàm quæuis veritate nutantia scriptis reddere. Sed ad res Imperatorum transmigret oratio.

Eodem anno Seuerus in Syriam victor rediens, Antoninum filium in sequentem annum Consulatum designauit.] hæc Spartianus^a: qui sibi repugnat, dum refert, hoc tempore Imperium collatum eidem Antonino, & Getam Cæsarem dictum, nam ea de Antonini Imperio facta esse ante bellum Parthicum, cum ipse superius, tum Herodianus qui sui temporis historiam scripsit, affirmant. Quod autem addit his Spartianus, eidem Seuero Imperatori decretum fuisse à Senatu Iudaicum triumphum: cum bellum Iudaicum à Seuero gestum nemo reperiatur qui illud scriptis prodiderit, pauca quædam, quæ ex diuersis locis de clade Iudæorum à Seuero illata colligi potuerunt, superius anno quinto eiusdem Imperij secundum Eusebij Chronicon descripsimus.

Quod verò ad res pertinet Occidentis: hoc ipso anno Saturnino Africæ Proconsuli subrogatus est Scapula, qui persecutionem ab illo in Christianos excitatam incrementis maioribus propagauit. Licet enim nullo Imperatoris edicto adhuc Christiana religio vexaretur; nam in hanc vsque diem Seuerus Imperator fauere visus est Christianis, vt ipsum^b Tertullianum ad eundem Scapulam scribentem affirmare diximus: tamen Præfides, qui in Christianos infensissimi erant, nacti Imperatoris absentiam, in eos crudelius agebant: non quidem Christianitatis titulo eos exagitant, sed potius (quod sæpius dictum est) crimine maiestatis, quod hostes essent Imperatoris. Equidem Tertullianus tum in Apologetico, tum etiam ad Scapulam scribens, totus pænè in eis esse videtur, vt Christianos eo carere crimine, atque erga Imperatorem fideles esse demonstret; eamque in eos obiicentes calumniam fortissimè redarguit atque refellit.

Porrò idem Tertullianus hoc anno, Româ Carthaginem rediens; quod ibi fecerat ad Pontifices scribens Apologeticum pro fidei Christianæ defensione, illud ipsum Carthagine præstitit scribens ad Scapulam Proconsulem libellum declamatorium potius quàm supplicem, quo violentos illius impetus susteret, sæuitiamque retunderet. Id quidem hoc anno factum esse, inde primùm deducimus, quod constet libellum illum ante persecutionem per Seuerum excitatam, fuisse conscriptum. Nam in eo eiusdem Imperatoris meminit, non vt persecutoris, sed potius vt Christianorum fautoris. Persecutionem verò ab eo excitatam fuisse anno sequenti, omnes affirmant: quamobrem id minimè accidere potuisse post annum præsentem, satis liquet. Rursus verò nec superiori contingere valuisse, ex eo constat, quod eo anno sub Consulatu Claudij (vt dictum est) Saturninus agebat Proconsulem Africæ, non autem Scapula, de quo est sermo. Ceterum ante superiorem annum, agente Seuero in Occidente, & de Christianis benemerente, nullum ausum fuisse illis negotium facessere, satis superius eiusdem Tertulliani testificatione est declaratum. Ex his igitur multis necessariisque assumptionibus satis colligi potest, hoc anno Tertullianum ad Scapulam eum dedisse libellum. id quidem & Pamelius, vir eruditus, æque sentit eo commentario quo Tertulliani vitam conscripsit.

Quod verò pertinet ad eundem Scapulam Proconsulem hoc anno agentem in Africa; hunc illum existimo Scapulam, cognomento Tertillum, ad quem in prouincia

II.
FELICIA-
NVS EPI-
SCOPVS FVL-
GINATEN-
SIS.

III.
ZEPHYRI-
NVS PAPA
CREATVS.

IV.
* Spartian. in
Seuero.
GETA CÆ-
SAR.

V.
SCAPVLA
PROCON-
SVL IN
AFRICA.

* Tertull. ad
Scapul. c. 4.

VI.
TERTVLI-
ANVS
CARTHA-
GINEM RE-
VERSVS
SCRIBIT
AD SCAPV-
LAM.

VII.
SCAPVLA
QVIS EVE-
RIT.

^a l. diuus Marcus ff. de offi. Praesid.

Praesidem extat rescriptum diui Marci & Commodi Imperatorum^a. Eundem namque esse, ex munere, proximo tempore, & nomine conicere posse conceditur. Hic quippe Plautiani (vt dicemus) penes quem erat summa rerum, accepto mandato, vt in eos, qui maiestatis crimine suspecti essent, animaduerneret; ea occasione (vt Romae acciderat) in Africa eodem nomine aduersus Christianos persecutionem mouit. Cum autem ipso sui magistratus ingressu Mauilum Adrumeticum Christianum hominem damnasset ad bestias, mox quaedam sunt secuta immensa prodigia, de quibus idem auctor haec subdit^b: Tibi quoque optamus admonitionem solam fuisse, quod cum Adrumeticum Mauilum ad bestias damnasset, & statim haec vexatio subsequuta est.]

^b Tertull. ad Scapul. c. 3.

VIII.

PRODIGIA OB MARTYREM CAES. SYM.

Sed quanam fuerit illa vexatio, paulo superius his verbis insinuat, ac primum de anni praeteriti cataclysmo: Ceterum & imbre anni praeteriti, quid commouerit genus humanum, apparuit, cataclysmum scilicet, & retro fuisse propter incredulitates & iniquitates hominum. Et ignes qui supra moenia Carthagini proximè pependunt per noctem, quid minati sint, sciunt qui viderunt. Et pristina tonitrua quid sonauerint, sciunt qui obduruerunt. Omnia haec signa sunt imminentis irae Dei, quam necesse est, quoquo modo possumus, vt & annuntiemus, & praedicemus, & deprecemur interim localem esse: vniuersalem enim & supremam suo tempore sentient, qui exempla eius aliter interpretantur. Nam & Sol ille in conuentu Vticensi, extincto praene lumine, adeo portentum fuit, vt non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati, positus in suo hypsomate & domicilio. Habetis astrologos.] haec ipse.

IX.

DE ANTI-CHRISTO ET MVNDI INTERITV RYMOR. ^c Euseb. li. 6. cap. 2.

Ex his itaque, puto, aliisque signis, quae immanis persecutio toto Orbe edicto Seueri mox consecuta est, rumor ille apud Fideles omnès increbuit (quod tradit Eusebius^c) Antichristum appropinquasse, ac proinde mundi interitum breui affore. Sed neque his deterritus Scapula adhuc persequi cessauit: quod Tertullianus illis verbis declarat: Et nunc ex eadem causa interpellatio sanguinis.] Quod igitur ea potissimum causa, qua Romae magistratus aduersus Christianos saeuirent, Scapula Carthagine eos exagitabat, nimirum quod viderentur esse rebelles Imperatori; Tertullianus ad eum scribens, eandem (vt fecerat in Apologetico) primo loco egregie confutat ac refellit. Porro quod mandatum (vt dictum est) à Plautiano de insequendis Imperij perduellibus Scapula accepisset, Tertullianus^d in hunc modum eum admonuit: Potes & officio iurisdictionis tuae fungi, & humanitatis meminisse, vel quia & vos sub gladio estis. Quid enim amplius tibi mandatur, quam nocentes confessos damnare, negantes autem ad tormenta reuocare? Videtis ergo quo modo ipsi vos contra mandata faciatis, vt confessos (nempe se esse Christianos) negare cogatis. Adeo confitemini innocentes esse nos, quos damnare statim ex confessione non vultis. Si autem contenditis ad elidendos nos, iam ergo innocentiam expugnatis.] haec ipse.

^d Tertull. ad Scapul. c. 4.

X.

PRÆSIDES IN CHRISTIANOS SAERVIQVIV PASSI. ^e Tertull. ad Scapul. ca. 3.

Vt autem eum à cœpto consilio retrahat, terrorem primò incutit non eorum tantum quae obuissent prodigiorum, sed & exemplo aliorum Praesidum qui olim in Christianos saeuissent, & valde grauius multati fuissent. Sed primum de malo quod sub Hilario olim Proconsule fuerat in Africa consecutum, cum etiam in sepulchrorum Christianorum areas Ethnici impetum fecissent, haec habet^e: Doleamus necesse est, quod nulla ciuitas impunè latura sit sanguinis nostri effusionem. Sicut & sub Hilario Praeside; cum de areis sepulchrorum nostrarum acclamassent: Areae non sint. Areae ipsorum non fuerunt, messes enim suas non egerunt.] ac post nonnulla alibi relata, haec de Praesidibus: Possumus aequè & exitus quorundam Praesidum tibi exponere, qui in fine vitae suae recordati sunt deliquisse, quod vexassent Christianos. Vigellius Saturninus, qui primus hic gladium in nos egit, lumina amisit. Claudius Herminianus in Cappadocia, cum indignè ferens uxorem suam ad hanc sectam transisse, Christianos crudeliter traxisset, solusque in praetorio suo vastatus peste, cum viuis vermibus ebullisset; Nemo sciat, aiebat, ne spe gaudeant Christiani. Postea cognito errore suo, quod tormentis quosdam à proposito suo excidere fecisset, praene Christianus decessit. Caecilius Capella in illo exitu Byzantino, Christiani gaudete, exclamauit. Sed & qui videntur sibi impunè tulisse, venient in diem diuini iudicij.]

^e Tertull. ad Scapul. ca. 3.

XI.

^f Ibid. cap. 4.

Rursum verò multorum Praesidum, qui iussi persequi Christianos dissimulassent, ac mitius cum eis egissent, subdit exempla, sic dicens^f: Quanti autem Praesides & constantiores & crudeliores dissimulauerunt ab huiusmodi causis? Vt Cincius Seuerus, qui Thistri

A Thistri ipse dedit remedium, quo modo responderent Christiani, vt dimitti possent. Vt Vespromius Candidus, qui Christianum quasi tumultuosum ciuibus suis satisfacere dimisit. Vt Asper, qui modicè vexatum hominem, & statim deiectum, nec sacrificium compulit facere; antè professus inter Aduocatos & Assesores, dolere se incidisse in hanc causam. Pudens etiam missum ad se Christianum, in elogio concussione eius intellecta, dimisit, scisso eodem elogio: sine accusatore negans se auditurum hominem, secundum mandatum.

PRÆSIDES MANSTERTIORES ERGA CHRISTIANOS.

Haec omnia tibi & de Officio suggeri possunt, & ab eisdem Aduocatis, qui & ipsi beneficia habent Christianorum, licet acclament quae volunt: nam & cuiusdam Notarius, cum à demone praecipitaretur, liberatus est, & quorundam propinquus, & puerulus. Et quanti honesti viri (de vulgaribus enim non dicimus) aut à demoniis, aut valetudinibus remediati sunt? subdit mox de Seuro Imperatore, qui à Christiano homine oleo curatus esset. sed de ea re nos superius.

XII. CHRISTIANORVM BENEFICIA ERGA OMNES.

Demum admonet, vt cesser inquirere. quantum enim periculum foret, omnes, qui essent Carthagine, Christianos velle perquirere, ac de eisdem quaestiones exercere, indicat his verbis^a: Quid ipsa Carthago passura est decimanda à te, cum propinquos, cum conturbales suos illic vnusquisque cognouerit, cum viderit illic fortasse & tui ordinis viros & matronas, & principales quasque personas, & amicorum tuorum vel propinquos vel amicos? Parce Carthagini, si non tibi: parce prouincia, quae visa intentione tua, obnoxia facta est concussionibus & militum & inimicorum suorum cuiusque.] haec idcirco, quod cum semel innotuisset Praesidem Christianos persequi, mox omnes Gentiles, effuso agmine, in eos magno furore impetum facere, praedari, atque necare solerent. Ceterum haud extingui persecutione Christianam religionem, sed ex ea fecundo germine propagari potius, his ad calcem positis verbis declarat: Nec tamen deficiat haec secta, quam tunc magis aedificari scias, cum caedi videretur. Quisque enim tantam tolerantiam spectans, vt aliquo scrupulo percussus, & inquirere accenditur quid sit in causa: & vbi cognouerit veritatem, & ipse statim sequitur.] haec ipse.

XIII. QVANTO PERICVLO PROCONSVL CHRISTIANOS EXAGITARET.

Porro hoc anno cœptam in Africa persecutionem, quo haec scribebat Tertullianus, certum est; nec amplius viuentem Seuro quiuuisse, nullum est dubium: nam sequenti anno, promulgato ab ipso Seuro Imperatore in Christianos edicto, saeuus ipsa furere cœpit. At quod hoc anno à Scapula Proconsule agi cœptum est; mandato addito, ab aliis quoque Africae prouinciae Praesidibus est seuerius actitatum. Idem enim Tertullianus^b, cum scriberet ad eum pro Christianis libellum, de his quae alij Praesides agere inciperent, tradit his verbis: Nunc à Praeside Legionis, & à Praeside Mauritaniae vexatur hoc nomen, sed gladio tenus, sicut à primordio mandatum est animaduerti in huiusmodi. Sed maiora certamina, maiora sequuntur praemia: crudelitas vestra, gloria est nostra.] haec ibi. Sed quod dicit, A primordio hoc mandatum: certum est ex his quae dicta sunt, id non à Seuro Imperatore, verum à Plautiano factum esse, liberis absentia Principis naeto habenas Imperij: qui nomine laesae maiestatis tum Romae, tum alibi immanem Christianorum carnificinam exercuit. Hac eadem autem persecutione vigente (sed quo potissimum anno incertum est) idem Tertullianus ad Martyres^c in carcere constitutos egregiam orationem conscripsit, qua inter multa haec ibi etiam enumerat mortis genera, quibus Christiani frequentius affici solerent, cum ait: Timebit forsitan caro gladium grauem, & crucem excellam, & rabiem bestiarum, & summam ignium poenam, & omne carnificis ingenium in tormentis.] At de martyribus in Africa passis dicturi sumus inferius opportuniore loco. Iam ad alia interea diuertamus, quae hoc eodem ferme tempore facta esse noscuntur.

XIV. IN ALLIS QVORVM PROVINCIIS SAERVI TVR IN CHRISTIANOS.

Seueri siquidem temporibus factum est (licet annus certus describi nec valeat) vt post Aquilam Ponticum atque Theodotionem Symmachus nouam diuinam Scripturam interpretationem ediderit, quam fuisse duplicem testatur S. Hieronymus^d, qui de eodem Symmacho ait, nequaquam interpretando reddidisse verbum ex verbo, sed sententias ex sententiis, & sensum ex sensu. Fuisse Symmachum genere Samaritanum, auctor est Epiphanius^e, qui de eo haec scribit: Hic ex numero sapientium qui sunt apud eos, cum non reperisset fidem apud propriam gentem, principatus studio aegrotans, & contra propriam tribum indignatus, accedit ad Iudaeos, & fit profelytus, ac circumciditur secunda circumcissione] quo modo autem id fieri soleat, docet. Verum S. Hieronymus, hunc fuisse ex

^c Tertull. ad Martyres. ^d Hieron. in Epistol. ad Romanos c. 32. ^e Epiph. de mensur. & ponderib.

^a Hier. in Apolog. aduers. Ruf. p. prefat. in Esdr. & in Iob.

XXVI. SYMMACHIANI ET PATRICIANI HAERETICI. ^b Philastrius cap. 63, 64.

^{* ad. contra}

^c Apud Ambrosium presb. in epist. ad Gal.

Christiano Ebionitam, sæpè testatur. Intulit hanc interpretationem ad communem Ecclesiæ utilitatem unà cum aliis in sua Hexapla Origenes, hancque post Aquilæ versionem posuit, ac post eam quæ erat Theodorionis. At de his aliàs agemus inferiùs.

Apud plerosque antiquos auctores mentio habetur de Symmachianis hæreticis, non quòd à Symmacho interprete deriuentur (nam id quidem apud neminem testatum reperi) sed quòd fuerit germen Marcionis quidam Symmachus, à quo Symmachiani, prout ea quæ Philastrius scribit, significare videntur; licet à Patricio quodam Symmachum institutum fuisse tradat. De utroque enim hæc narrat, ac primum de Patricio in hæc verba: Patriciani à Patricio quodam, qui fuit Romæ, dicti sunt. hi carnem hominis non à Deo factam asserunt, sed à diabolo arbitrantur. Hanc etiam contemnendam, & modis omnibus abiiciendam decernunt: vt etiam vltro quidam de eis sibi mortem conferre non dubitarint. Symmachiani discipuli istius, eadem sentientes in omnibus, non sperantes iudiciũ, vitiis sæcularibus & carnalibus concupiscentiis prædicant feruendum.] sed diuersi generis Symmachiani illi esse videntur, qui apud Ambrosium ita descripti habentur: Omnis credens in Christum, & obseruans legem factorum, malè intelligit Christum: sicut & Symmachiani, qui ex Phariseis originem trahunt; qui seruata omni lege, Christianos se dicunt, more Photini Christum non Deum & hominem, sed hominem tantummodò definiētes.] hæc auctor, quibus demonstrat, diuersos esse hos Symmachianos à prioribus, maioremque habere cum Symmacho interprete conuenientiam.

I. Spartian. in Seuero. EDICTVM PROMVLGATVR DE PERSECVTIONE. ^c Eusebius in Chron. & li. 6. cap. 2. ^d Hieron. in Scrip. Eccl. in Orig. cap. 54. ^e Tertull. in comment. de Ieiun. cap. 13.

II. ^h Orig. lib. 7. cap. 17. ⁱ Seuer. lib. 2. ^k Euseb. lib. 6. cap. 6. ANTICHRISTI PVLTATA DESSE TEMPORA.

III. LITTERAR SEVERI AD PHILIPPVM.

VCentesimo quarto Christi anno, Seuerus Augustus, cum adhuc esset (vt testatur Spartianus) in Syria, tertium inuit Consulatum, collegamque habuit Antoninum filium Augustum; quando de persecutione Christianorum promulgauit edictum, Iudæosque circumcidi prohibuit. Id quidem Spartianus paucis narrat his verbis: In Syria pater & filius Consulatum inierunt. Post hæc, dato stipendio cumulatiore militibus, Alexandriam petiit. In itinere Palæstinis plurima iura fundauit. Iudæos fieri sub graui pœna vetuit: idem etiam de Christianis sanxit.] hæc Spartianus. Eusebius etiam atque S. Hieronymus hoc anno decimo Imperatoris Seueri excitatam hanc communem omnibus persecutionem affirmant. Vetitos per Seuerum atque Senatam Christianorum conuentus, affirmare quoque videtur Tertullianus, dum hæc habet in commentario de Ieiuniis: Nisi fortè in Senatusconsulta & in Principum mandata coitionibus opposita delinquimus.] Quintam hanc Orosius numerat, Seuerus autem sextam.

Porrò eo furore hæc persecutio grassari cœpit, vt iam omnes (quod dictum est) existimarent, Antichristi aduentum appropinquasse. Quod quidem Eusebius, dum agit de Iuda horum temporum scriptore Ecclesiastico, narrat his verbis: Eodem tempore Iudas alius scriptor in septuaginta hebdomadas à Daniele descriptas commentarios edidit, in quæ illis temporum ordinem ad decimum annum Imperij Seueri tradidit: qui etiam scriptor, propterea quòd persecutionis tumultum contra nos excitatus multorum mentes tam grauius perturbaret, Antichristi aduentum, omnium ore atque sermone iactatum, iam tum appropinquare arbitratus est.] Mouisse quoque videtur stomachum Seuero ad persecutionem Fidelium excitandam, quòd intelligeret, nobilissimam omnium Ægypti præfecturam Augustalem administrantem Philippum iam Christianum redditum esse. Hic erat Eugenix pater, de qua superiùs facta est mentio ex Actis eiusdem Eugenix, quæ à maioribus fuisse recepta docuimus: licet aliqua illis accesserint, quæ corrigenda esse, aliàs diximus. Ad hunc enim, qui iam Christianus & Christianorum studiosissimus erat, à Seuero Imperatore missa legitur epistola in hæc verba:

Qui nos quidem præcessit diuinissimus Augustus, cum te sciret cultorem deorum, & honoris eorum studiosissimum, ipse quoque magnum tibi præbuit magistratum, & tamquam Regem potiùs, quàm Præfectum, elegit Præsidem Ægypti: nec te, quàm diu vixit, ab eo iussit reuocari magistratu, sed cum vitæ tempore tibi esse demensum.

Nos

A Nos autem tibi & hunc honorem consecrauimus, & non paucos aliòs adiecimus: sed hec quàm diu fuisti diis amicus. Quoniam verò nunc de te iactatũ est in vulgus, quòd in religione deorum sis mutatus, & proinde nec nobis bene velis: iubemus, vt aut insistendo prioribus, in honore permaneat: aut, si deorum cultum repudiaueris, cesses etiam gerere magistratum; quin etiam facultatũ subeas ablationem.] hucusque Seuerus ad Philippum.

Haud aded mirum videri debet, tam diu Philippum in eius muneris functione perseuerasse. cum enim ea maximi omnium momenti esset Augustalis dicta præfectura, quam veluti Romani Imperij obfidem sibi Augustus seruauerat, nec quempiam Senatorem ad eam mitti debere sancierat, sed ex equestri ordine aliquem virum optimum, qui nullas vmquam principatus amore turbas ciere posset: nactus semel quempiam fidelissimum virum, ea præfectura dignum, Imperator haud facillè dimouebat; quòd paci & securitati Romani Imperij id expedire potissimum sciret, cum Ægyptij essent omnium studiosissimi nouarum rerum, atque leuissimi animi ad concitandas turbas & rebellandum. Sed hæc Dio pluribus. Quòd autem ea epistola Seuerus dicat, Te tamquam Regem potiùs, quàm præfectum, elegit Ægypti Præsidem] illud planè comprobatur, quòd in hæc verba scribit Tacitus: Ægyptum iam inde à diuo Augusto equites Romani obtinent loco Regum. Ita visum expedire provinciam aditu difficilem, annona fœcundam, superstitione ac lasciuia discordem, & nobilem, & insciam legum, ignaram magistratum domi retinere.] hæc ille. Sed de Augustali Ægypti præfectura in Notationibus ad Romanum Martyrologium pluribus actum est.

Seuerus igitur haud æquo animo ferre potuit, Christianum hominem tam insignem, tantique ponderis gerere magistratum, qui nutu posset vniuersum Imperium commouere: nec putauit in reliquo posse Imperatori fidelem esse, qui deorum Romanorum desertor esset effectus. Quòd ergo sic Ægypti Præfectus à cultu patrio ad Christianos defecisset, totamque rursum Ægyptum eiusdem religionis hominibus refertissimam sciret, ne in amouendo eum à magistratu aliquis tumultus oriretur, ipsum cum filiis in Ægyptum profectionem instituisse putamus: licet aliam causam, nempe visendi Ægyptum, prætexuisse visus esset; de qua sic Spartianus lucundam sibi peregrinationem hanc propter religionem dei Serapidis, & propter nouitatem animalium vel locorum fuisse, Seuerus ipse postea semper ostendit.] Porrò vt sibi Ægyptiorum conciliaret animos, auctor est Dio concessisse Seuerum, vt non amplius equitem Romanum, sed Senatorem Præfectum Augustalem haberent Ægyptij. Sed & Antoninus Augustus, Seueri filius (vt idem auctor tradit) eosdem Ægyptios inter Romanos Senatores allegit. At de Philippo Augustali Præfecto iam ceptam prosequamur historiam.

His illum ab Imperatore acceptis litteris morbum simulasse, tradunt Acta: cum sic decumbens, secretò, quæ supererant sibi facultates erogauit in pauperes, ad martyrium eo modo præparans sibi viam. Ex quibus quid ad Seuerum ipse rescripserit, de cultu Christianorum sectando immota animi sui sententia, facillè est coniectari; cum Seuerus, euestigid, qui illi succederet, Terentium miserit. Sed quòd Lærum Eusebius nominat, idem fortasse Terentius Lærus dictus est. Hic cum Alexandriam peruenisset, nihil antiquius habuit (puto ex Seueri voluntate) quàm vt Philippo necem inferret: quòd cum minus liberè exequi sibi liceret, ob populi in eum studia, clanculum rem aggressus, misit domum sicariis, sic occidit. Sed ne Philippi cædes in inuidiam noui Præsidis redundaret (vt composita res erat) idem Præses sicarios detruisit in carcerem: quos demum, ex populi sedato tumultu, ex Seueri rescripto liberè abire iussit. Claudia autem eius vxor orbata viro, unà cum Eugenia filia ac ceteris liberis Alexandriam recedens, Romam regressa est. Hic finis Philippi, cuius dies anniuerfaria Idibus Septembris in Ecclesiasticis antiquis tabulis descripta est.

Sed in Actis illud corrigendum, quòd dicitur; factum fuisse Episcopum Alexandrinum. De eodem quoque hallucinati sunt, qui putarunt hunc eundem fuisse cum Philippo Imperatore. Quòd verò Eusebius, de martyribus in Ægypto passis agens, nullam de Philippi huius martyrio mentionem habuerit; inde fortasse accidit, quòd eum necis ipsius causa præterit: quòd enim à sicariis clam occisus esset, nec publica aliqua, quæ sciretur, Christiani nominis confessio præcessisset; ab eo prætermisus esse videri potest: cum alioqui permulta maioris quoque momenti ab eo (vt in singulis ferè annis videre est) esse silencio prætermisiss, nullum sit dubium.

^{* al. conferuauimus,}

IV. AEGYPTI PRÆFECTURA QUALIS.

^a Dio histor. Rom. lib. 51.

^b Tacit. lib. 17.

^c Rom. Martyrolog. die 20. Octob.

V.

SEVERVS PROFICISCVR IN AEGYPTVM.

^d Spartian. in Seuero.

^e Dio histor. Rom. lib. 51.

VI.

LÆRTVS SVCCESSOR PHILIPPI. ^f Euseb. lib. 6. cap. 2.

PHILIPPI MARTYRIVM.

^g Martyrol. Rom. ea die.

VII.

^h Codren. in Maximino. QVAE CORRIGENDA IN ACTIS DE PHILIPPO.

VIII. DE MARTYRIBUS AEGYPTIIS.

DE LEONIDE MARTYRE.

SUIDAS DE ORIGENE.

EUSEBIUS DE ORIGENE.

ORIGENIS DE VITA.

ORIGENIS DE VITA.

ORIGENIS DE VITA.

Sed quæ ipse de iis, quæ tunc acciderunt in Ægypto, scriptis memoriæ prodiderit, hic opportunè reddamus: Postquam, inquit, Seuerus acerbam & grauem contra Ecclesias persecutionis tempestatem excitauerat, tamen à Christi athletis viriliter pro pietate certantibus vbique pænè gentium præclara martyrij & insignia certamina conficiebantur; tamen Alexandria multo maxima eorum frequentia & multitudine omnino abundauit. Ex Ægypto enim & vniuersa Thebaide egregij præ ceteris Christi pugiles delicti, eò tamquam ad maximum & celeberrimum stadium, in quo pro Dei amore strenuè decertarent, amandabantur: qui quidem ob patientissimam tolerantiam, quam in variis tormentorum & mortis generibus ostendebant, coronis cælestibus & flosculis planè eximii contextis à Deo benignè redimici sunt. In quorum numero fuit Leonides, Origenis pater: qui capite tandem abscisso, filium tuum admodum adolescentem post se orbum reliquit.] hæc de Leonide Eusebius, qui & apud Suidam Episcopus fuisse legitur. Quid verò ad eum, cum ob Christi confessionem detineretur in carcere, scripsit Origenes, hortans eum ad subeundum martyrium, agereque constantissimè, & qualis ac quantus eiusdem adhuc adolescentuli fuerit martyrij suscipiendi ardor accensus, vsque ad eò vt vix à matre multis artibus potuerit cohiberi; idem Eusebius describit his verbis, ab ipso auspiciatus persecutionis exordio.

Ea quidem certè, quæ ab ipsis (vt dicitur) incunabilis ab Origene gesta sunt, videntur digna quæ posterorum memoriæ commendentur. Nam cum Seuerus iam decimum Imperij sui annum ageret, & Lætus Alexandriæ & reliquæ Ægypti præfecturam obtineret, & Demetrius nuper tum post Iulianum ibidem Ecclesiarum Episcopatum adeptus fuisset, & persecutionis ardor quotidie magis magisque incenderetur, & ferè infiniti coronis decorarentur martyrij; tantus amor, tantaque martyrij cupiditas antiquum Origenis, cum adhuc valde tenera esset ætate, occupauit, vt propè se vltro offerret periculis, & alacri ac propensio studio, in certamen insiliret, irrueretque. Ac iam parum aberat, quin per martyrium vitam deseruisset; nisi mater, diuina quadam & cælesti prouidentia, quæ illum ad maximam plurimorum vtilitatem seruabat incolumem, impulsâ, enixe eius cupiditati ad necem ad eò incitatè percurrenti obstetisset. Ipsa enim verbis primùm supplex orabat, vt materni erga se amoris misericordiam caperet. Vbi autem eum, cum iam intelligeret patrem prehensum carcere custodiri, cupidius ad mortem properantem animaduertet (toto enim impetu & animi conatu rum ad martyrium ferebatur) omni eius vestitu clam ablato, & in interiores quosdam ædiuua recessus abdito, domi eum manere necessariò coëgit. Ille autem, cum ardens illa præter ætatem ad martyrium propensio magis magisque inflammaretur, ad eò vt quiescere non posset; ad patrem, vbi aliud nihil agere liceret, litteras, quibus eum ad martyrium impelleret, misit: in quibus eum his fere vocibus adhortatus est: Obfirma te pater: martyrium fortiter sustine, nec aliud quidquam nostra causa molire.] hæc Eusebius, qui & de paterno olim studio in reprehendendo puerum magna ingenij vi se pennis Icaris in sublime nimium efferentem, ac de aliis quæ ad eius puerilem educationem & scientiarum disciplinam spectant, hæc subdit:

Omnium autem ante liberalium artium & politionis doctrinæ studium, eum sacris litteris instituendum, exercendumque tradidit: ac sententias aliquot, quas ei cum ad verbum ediscendas, tum memoriter coram ipso recitandas præscripserat, ab illo in dies singulos exegit. Istud verò munus non animo inuito puer obiit: immò verò attentissimo studio suas in eo defixit cogitationes: ad eò vt non satis ei videretur, simplices, apertos, & tamquam in procliui positos sacrarum litterarum sensus eruere, sed aliquid altius peruestigare, & iam in ea ætate interiores & magis reconditas intelligentias curiosè elicere voluerit: vsque eò, vt patri nonnihil negotij facefferet, dum accuratè sciscitabatur, quid hac vel illa Scripturæ diuinitus inspirata sententia vellet indicare. Vnde pater, quamquam specie, & vultu illum coram reprehendere prætulit, admonens ne quid supra ætatis suæ captum, neque vltèrius quàm apertus Scripturæ sensus ferebat, indagaret; tamen animus illius tacitus apud se explebatur iucundissima voluptate, & maximas Deo omnium bonorum auctori agebat gratias, quòd fuisset pro sua clementia & bonitate dignatus, eum talis filij patrem efficere. Iam vero puero dormienti illum sæpenumerò adstuisse, eiusque pectus stragulis denudasse ferunt, atque illud, perinde ac si facer Dei Spiritus eidem ipsum sibi tamquam templum consecrasset, auguste & cum

reue.

A reuerentia osculatum esse, seque pro tali prole beatum & felicem existimasse.] At cuius ætatis Origenes esset cum orbus est parente, hoc scilicet anno, idem mox sic subdit: Origenes cum vix adhuc decimum septimum ætatis suæ annum compleuisset, post patris martyrium vnà cum matre & aliis sex fratribus minoribus natu orbis relictus fuit.] hæc de Leonide & Origene Eusebius. Cetera autem, quæ tum de Origene, tum de eiusdem discipulis in Ægypto martyrium passis idem auctor conscripsit, opportuniùs sequenti anno enarrabimus.

At non gladio tantum, sed & lingua ipsi Gentiles, qui erant Alexandriæ, Fideles persequerentur: iactantes nimirum, Christianos esse genus hominum non solum ceteris diis, sed suo ipsorum Deo, quem colunt, inuisos; quippe qui velit suos tot tantaque pati, nec eis morientibus supplicias ferat; & alia eiusmodi: aduersus quos hæc Clemens, qui his temporibus docebat Alexandria: At (inquiunt) si Deus vestri curam gerit, cur patimini persecutionem, & morte afficimini? An ipse vos eis tradit? Nos autem non sic existimamus velle Dominum, vt in casus incidamus; sed propheticè prædixisse ea quæ essent euenitura: fore scilicet vt propter nomen eius pateremur persecutionem, vt occideremur, vt suspenderemur. Quam obrem noluit nos pati persecutionem; sed ea quæ passuri sumus, priùs significauit, per eam quòd sint ventura prædictionem, exercens ad tolerantiam, cui promittit hereditatem. Quamquam non soli, sed cum multis supplicio afficimur. At illi (inquiunt) cum sint malefici, iure luunt pœnas. Ergo vel inuiti nobis iustitiam suo testimonio tribuunt, qui iniuste propter iustitiam punimur.] & paulò post: Quamuis autem non faciamus iniuriam, tamquam tamen iniuriam facientes non intueatur iudex. Neque enim nostra nouit, neque vult scire: quodam enim inani præoccupato abripitur præiudicio; quocirca etiam iudicatur. Nos ergo persequuntur, non vt qui nos esse iniustos deprehenderint, sed quòd nos vitæ humanæ iniuriam facere existiment, eò quòd simus Christiani; & ipsos, inquam, qui sic vitam instituiimus, & alios; quos adhortamur, vt vitam degant similem. Cur autem (inquiunt) cum vos persequuntur, nihil vobis affertur auxilij? Quid enim (quod ad nos quidem attinet) nobis fit iniuriæ, cum morte dissoluamur iuri ad Dominum, & veluti ætatis vitæ sustinentes mutationem? Si autem sapuerimus, eis gratias habebimus, qui præbuerint occasionem celeris migrationis, testimonium fetamus propter dilectionem.] hæc & alia Clemens; qui his temporibus haud segniter laborauit, sed ad Gentes scripsit luculentam orationem, qua de salutate deorum Gentium accuratissimè disputauit; ac demum, vt ad Christum venirent, omnes vehementer hortatus est.

D. Cum autem generale aduersus Christianos Seuerus edictum promulgasset, speciale etiam rescriptum dedit Romam, quo iussit, vt Vrbanam gerens præfecturam cognosceret de illicitis collegiis, nempe de Christianis conuentibus, ne cogi ea sineret. Partem enim eiusmodi Seueri rescripti Vlpianus his verbis recitat: Diuus Seuerus rescripsit, eos etiam qui illicitum collegium coisse dicantur, apud præfectum Vrbi accusandos.] Cetera autem quæ ad Seueri persecutionem spectant, dicemus inferiùs annis singulis, rationi semper temporum ex instituto inseruientes.

IESV CHRISTI ANNVS 205. ZEPHYRINI PAP. ANNVS 3. SEVERI IMP. ANNVS 11.

E Christi anno ducentesimo quinto, Plautianus Sillanus secundum & Geta Cæsar creati sunt Consules. Quo anno primùm à Seuero factum est, vt Consulatus suffecti cum ordinariis numerarentur: sicque ea ratione Plautianus, qui suffectum egerat Consulatum, hoc anno creatus Consul ordinarius, secundum Consul positus sit. Quod quidem Dio in Romanorum historia testatur his verbis: Octauius tamen anteà Consularibus ornamentis decoratus fuerat; non tamen factus Consul, suam Consulatum secundum nuncupauit. Idque in simili re ab omnibus deinceps vsque ad nostra tempora seruatum est. Primus enim omnium Seuerus Imperator cum Plautiano honores Consulares tribuisset, cumque deinde in Senatum adscriptum, eum Consulem postea faceret, iterum Consulem esse dixit: idque exemplum alij deinde secuti sunt.] hæc Dio: quæ

à no.

Euseb. lib. 6. cap. 3.

XI.

Cle. Alex. Strom. lib. 4. CLEMENS ALEX. PRO CHRISTIANIS AGIT.

XII. RESCRIPTVM SEVERI ROMAM MISSVM ADVERSVS CHRISTIANOS. cl. i. in fin. ff. de offic. Praefect. urb.

I. CONSVLATVS SVFFECTI NUMERARI COEPTI. Dio lib. 46.

CHRISTI
205.ZEPHYR. PAP.
3.SEVERI IMP.
II.

à nobis idcirco posita sunt, quod horum ignorantiae multae possunt in Fastis consularibus suboriri difficultates.

II.
SEVERVS
TRIVM-
PHAT DE
PARTHIS.
^a Herod. li. 3.
^b Dio in Se-
vero.

Quibus sanè Consulibus Seuerus Imperator vnà cum filiis ex Ægypto Romam rediens, de Parthis aliisque debellatis nationibus amplissimum triumphum dixit: erogatisque in milites Prætorianos & populum tot aureis, quot imperasset annis, nempe decem, Decennalia sui Imperij celebravit: hoc quippe anno expleuit decennium, atque vndecimum auspicatus est annum. hæc Herodianus^a atque Dio^b. At nec de Seuero illud omittendum: hoc ipso anno, quo eius potestas Tribunitia secundum annos Imperij habetur vndecies repetita, ipsi arcum eius triumphum ex Senatusconsulto fuisse erectum: insuper ab eo Pantheon, quod Traiani tempore ictum fulmine conflagrarat, in pristinum splendorem restitutum: quæ omnia inscriptiones in ipsis horum operum frontibus incisæ testantur, quas, vt perspicuas omnibus, & descriptas à plurimis, atque typis B excusas, hinc describere, otiosum putamus.

III.
^c Eusebius in
Chronico.

ORIGENES
DOCET ALE-
XANDRIÆ.

^d Euseb. li. 6.
cap. 3.

Interim verò persecutio semel cœpta, nequaquam cessauit, sed cum Romæ, tum alibi Præsides prouinciarum de Christianis exercebant carnificinam. Ponitur ab Eusebio^c hoc anno illustris confessio Alexandri, illius nimirum qui postea viuente Narcisso (vt dictum est) adscitus est in sedem Ierololymitanam. Quod item ad eandem persecutionem spectare videtur, mira quadam de Origene narrat Eusebius: nimirum qui anno præterito, quo pater eius Leonides martyrio coronatus est, relictus esset (vt vidimus) annum agens decimum septimum, hoc anno, suæ videlicet ætatis decimo octauo publicè profiteri cœpisse diuinas litteras, atque ad eò feliciter, vt complures ex suis discipulis promouerit ad martyrium. Rursum^d de ipso scribit, ob proscriptionem bonorum paternorum egentem relictum à locupletissima Christiana muliere domi exceptum fuisse. Magnamque insuper sibi ex eo comparasse laudem ait, quod prudentissimè vitaret hæreticos: necessitateque etiam tunc compulsus, ac ardentissimo veritatis æstuantem zelo, ad docendum aperuisse ludum.

IV.
^e Euseb. lib. 5.
cap. 3.

ORIGENIS
DISCIPULI.

Nam cum (inquit Eusebius^e) nemo iam Alexandriæ reliquus esset, qui ad populum in fidei principiis instituendum operam daret (omnes enim doctos terror & persecutionis minæ prorsus abegerant) nonnulli ex Gentibus Dei verbum auditorij ad eum commeabant: quorum Plutarchum primum fuisse fertur, qui vita honestè & præclare transacta, mortem per beatum martyrium insigniter & gloriose oppetiit: secundum verò Heraclam germanum Plutarchi, qui cum præclarum vitæ, diuinæ sapientiæ studio addictæ, & exercitationis piæ specimen apud illum dedisset, post Demetrium Alexandriæ Episcopatu donatus est. Origenes decimum octauum suæ ætatis annum iam agebat, cum scholæ Christianæ institutionis præficietur: quo in munere exequendo, dum persecutio- num violentia, Aquila Alexandriæ Præfecturam gerente, vehementer ingrauescebat, permagnas sanè fecit progressiones. Quo quidem tempore etiam propter incredibilem humanitatem erga omnes sanctos martyres tum ignotos tum notos declaratam, & propensum de illis benemerendi studium, insignem cum primis & celebrem nominis splendorem apud omnes, qui fidem Christianam profitebantur, consecutus est.

V.
ORIGENIS
TEMPORE
PERSEC-
TIONIS
OFFICIA.

Nam non solum iis, cum essent in vinculis, & ad postremam de illis pronuntiatam à iudice sententiam responderent, vsque præstò fuit; verum etiam postea, cum sancti illi ad necem abducerentur, magna libertate loquendi vsus est, & se libenti animo periculis obiecit: vsque ad eò, vt cum iam audacter & fidenti animo aduentaret, & ingenuè ac liberè osculo charitatis sæpè sanctos salutaret martyres, parum abesset quin E Gentilium multitudo, quæ vndique circumsissebat, tamquam ardentibus furiarum tædis exagitata, lapidibus eum concidisset; nisi dextram diuinæ gratiæ subito sibi adiutricem adeptus, mirè & præter omnium opinionem aufugisset. Quin etiam propter eius alacre ac valdè promptum studium, propterque sermonis libertatem in verbo Christi diuulgando declaratam iterum atque iterum, immò vix, aut ne vix quidem dici poterit, quoties eadem diuina & cælestis gratia illum multorum insidiis appetitum liberauerit. Atque ab infidelibus, ob multitudinem illorum qui sacræ fidei præceptis ab eo essent instituti, tanta tamque crudelis pugna erat contra ipsum suscepta, vt milites deligerent, qui clandestina coitione facta, ei in domo in qua morabatur, insidias collocarent. Sicque quotidie persecutionis æstus propter frequentiam eorum, qui eius labore atque industria ad diuinam & cælestem doctrinam aditum sibi patefactum habuissent, contra eum effe-

CHRISTI
205.ZEPHYR. PAP.
3.SEVERI IMP.
II.

A effeuescebat; vt tota ciuitas Alexandriæ non amplius illum teneri tuerique poterit: sed vbique vexatus exagitatusque domicilium subinde mutare cogeretur. Nec mirum sanè eum tantam hominum frequentiam ad fidem conuertisse, cum vitæ suæ actiones & officia valdè admirabilia sincerissimæ & maximè ingenuæ sapientiæ documenta complecterentur. Nam (vt in prouerbio) qualis eius fuit oratio, tales fuere & mores: & quales mores, talis fuit & oratio.] hæc Eusebius.

Quòd verò idem dicat, Origenem huius persecutionis tempore interdum aufugisse, de suis latebris ipsemet Origenes citatur assertor. Recitat enim locum illum sincere Palladius^a, dum ait: Quædam iterum virgo, nomine Iuliana, in Cæsariensi Cappadociæ ciuitate scholasticissima esse & fidelissima dicebatur; quæ Origenem illum, qui multa conscripsit, Paganorum seditiones metuendo fugientem per biennium totum suscepit atque celauit, propriis ei sumptibus necessaria cuncta sufficiens, ac ministerio suo eum- dem recreans. Quæ ergo in vetustissimo quodam codice scripta verbis legi, in hoc notatum erat Origenis ipsius manu: Hinc (inquit) librum inueni apud virginem quamdam, nomine Iulianam, in Cæsarea ciuitate, dum apud ipsam laterem; quæ illum ab ipso Symmacho interprete Iudæorū se accepisse referebat. Jhæc Origenes apud Palladium in Lausiacis. Quæ certè non ad alia tempora quàm ad Seueri persecutionis sunt referenda nam longè ante Maximini vel Decij persecutionem libri illi Symmachi reperti erant. Sed de acceptis à Iuliana Symmachi interpretatione, eiusdem Origenis quoque testificatione idem tradit Eusebius^b. Pergit verò dicere & alia plura de eius eruditione, & institutæ vitæ ratione. Ac denique de eius discipulis, qui sunt martyrium consecuti, hæc^c subdit:

Origenes igitur cum talia vitæ ex sapientiæ præceptis diuinitus institutæ exempla, his qui ad ipsum obseruandum oculis adiciebant, proposuisset: meritò quidem complures ex discipulis ad simile vitæ genus libenter amplexandum prouocauit: vt iam etiam ex infidelium numero viri non plebeij, sed præstantes cum in omni genere litterarum, tum in philosophia vel maxime ad eius disciplinam cupide raperentur. Qui quidem cum eius sedulitate fidem & certam in verbo Dei persuasionem interiore mentis suæ recessu ingenuè sincereque hausissent, in illo persecutionis tempore præclare se admodum & constanter gesserunt: vnde multi eorum capti, beato martyrio suum viuendi gloriose fecerunt. Ex quorum numero ille primus erat paulò ante nominatus Plutarchus: quo ad mortem abducto parum aberat, quin iste, de quo sermo instituitur, Origenes, dum illi in extremo iam vitæ suæ exitu adesset, à Plutarchi ciuibus (quippe qui causam mortis Plutarchi in eum transferebant) iam denuò interfecus fuisset. Ceterum perspicax Dei prouidentia illum etiam eo tempore è periculo eripuit. Post Plutarchum secundus ex Origenis discipulis martyr fuit Serenus: cuius in Christum fides, quam animo imbiberat, ignis incendio satis exploratè probata fuit. Heraclides tertius martyr, & quartus Heron, ex eadem schola profecti: quorum vterque, prior dum adhuc catechumenus erat, posterior autem nuper iam baptizatus, securi percussus fuit. Præterea ex eodem ludo alius à primo Serenus quintus athleta pro pietatis defensione, quam susceperat, pleno ore laudatur: cui post ingentem tormentorum perpeffionem, fama est, caput ceruicibus abscissum esse.

Ex mulierum numero, quæ erant eius disciplina institutæ, Rhais adhuc catechu- mena Baptisum (vt ipse Origenes quodam loco ait) per ignem consecuta, excessit è vita. Septimus inter istos numeratur Basilides, qui Potamiænam, multorum commendatione insignem, ad supplicium deduxit: de qua frequens & celebris sermo apud ciues suos iam habetur, vt pote quæ cum infinitas propè pugnas pro corporis pudicitia & virginitate, qua præ ceteris excellebat, contra insanos amatorum suorum impetus (in ea enim præter animi virtutes eximia præterea & integra corporis pulchritudo mira cum venustate elucebat, constanter sustinuit; tum multiplices & graues ærumnas pro fide Christi amore exhauriens, ad extremum post tormenta acerba dictuque horrenda, vnà cum matre Marcella, ignis incendio absumpta, mortem oppetiit. Ferunt quidem, Aquilam (hoc enim iudicis nomen fuit) postquam plagas viuerso illius corpori graues inflixisset, tandem ad corporis ignominiam & contumeliam libidinosis gladiatoribus illam se traditurum, interminatam: illam autem paulisper intra se meditatam, cum rogaretur quid sentiret, eiusmodi responsum dedisse, vnde visa est illis aliquid impietatis (sic enim putabatur) manifestò elocuta. Atque euertigò post definitiuam de ea latam

VI.
^a Pallad. in
Lausiac. c. 55.
ORIGENIS
LATEBRÆ.

^b Euseb. li. 6.
c. 14. m. fin.
^c Euseb. lib. 6.
cap. 14.

VII.

DE PLUTAR-
CHO ATQUE
SERENO ET
ALIIS MAR-
TYRIBUS.

VIII.

DE POTAMIAENA
ET SOCIIS
MARTYRI-
BUS.

latam sententiam. Basilides vnus ex satellitibus eam acceptam ad locum supplicij deducit. Simulatque autem multitudo ei molestiam facessere, & verborum petulantia insectari conabatur; hic eos, qui contumeliam ei faciebant, repulso coërcuit, & maximam clementiam summamque humanitatem in eam declarauit. Illa verò hominem pro illius erga se commiseratione vehementer amplexata, bono animo esse hortatur: nam ait se, simulac abiret è vita, à Domino suo veniam & gratiam pro eo efflagitaturam, & non diu post eius in se merita iusta remuneratione compensaturam.

IX.
DIRVM
MARTY-
RIVM POT-
MAENE.

Hæc cum dixisset, pice feruenti per varia & diuersa corporis membra ab imis pedibus vsque ad capitis verticem sensim ac pedetentim diffusa, generoso atque excelso animo migravit è vita. Tale certamen ab hac percelebri & gloriosa virgine confectum fuit. Non longo temporis interuallo interpolito, Basilides, cum satellites focij sui certa de causa iusurandum ab eo exigent, asseueranter affirmat, omnino sibi non licere iurare: Christianum enim se esse, & hoc se propalam fateri.] puto equidem exactum ab eo iusurandum more Gentium: Iura per Herculem, vel quempiam alium deorum: ex quo sibi iurare non licere, ipse responderit: At illi (inquit) primò eum etiamnum iocari putabant. Verùm vbi illud constanter asserit, abducitur ad iudicem, & coram illo intentionem confessus, in vincula conicitur. Cumque fratres in Domino ad eum aduertarent, causamque repentinæ & admirabilis huius mutationis sciscitarentur, fertur respondisse: Potamiænam triduo post martyrium noctu ei assistentem, coronam ipsius capiti imposuisse, dixisseque, se pro eo gratiam à Domino postulasse, postulatam obtinuisse, & Dominum, non longo tempore post, eum ad suam gloriam recepturum. Post illa, vbi fratres sigillum in Domino ei impertuerant, postero die securi percussus, præclara martyrij corona donatus est. Alij item complures Alexandria, iisdem temporibus, vtpote quibus Potamiæna secundum quietem apparuisset, eosque fuisset impensè ad Dei verbum amplexendum exhortata, frequentes ad fidem Christi accessisse commemorantur.] hæc de martyribus Alexandria sub Severo passis Eusebius.

X.
Orig. contra
Cels. lib. 1.
MULTI PAR-
NE INVITI
REDDITI
CHRISTIANI.

Ad id autem quod de Basilde carnifice ait per visum admonito, facto Christiano atque martyre, alludere videtur Origenes^a, cum agens contra Celsum hæc ait: Irrideat licet Celsus quod dicetur, aut introductus ab eo ludæus, dicetur tamen: multos panè inuitos attractos esse ad Christianam religionem, spiritu quodam repente mutante intellectum eorum, vt pro verbo exoso ad id temporis non cunctarentur mortem oppetere, post visiones oblatas ipsis vel dormientibus, vel vigilantibus. Multa enim talia vidimus: quæ si memorarentur dumtaxat gesta in nostra præsentia, cachinnum tollerent infideles, rati nos quoque, sicut illos, de quibus malè suspicantur, fingere. Testis autem est Deus nostræ conscientiæ, conari me non falsis narratiunculis, sed variis exemplis commendare Iesu doctrinam.] hæc Origenes.

XI.
DE FUGA IN
PERSECV-
TIONE IN-
EVNDA.

Sed quòd ab Eusebio dictum est, dum de Origenis scholæ institutione sermonem haberet, doctores Christianos, qui publicè diuinas litteras Alexandria profiterentur, hac vrgente persecutione, sibi ipsis fuga consuluisse: illud haud præteruisse oportuit, diuersas eorum sectas qui sub Christiana religione censerentur, de subeundo martyrio hoc persecutionis tempore, diuersa iniuisse consilia. Qui enim legitimo germanoque Catholico nomine Christiani dicebantur, vitam sic instituerant, vt cum pro fide quam susceperant, millies, si liceret, vitam profundere in voluntate haberent, tamen ex præscripto Euangelij, latebris vel fuga, iusta ratione, à furore persequentium se subducerent; nisi Spiritus sanctus priuato quodam impulsu (vt de compluribus contigit) aliter faciendum esse iisdem suassisset. Nam & ipse Origenes ex iis vnus, in commentariis suis in Ioan- nem^b, fugiendum esse persecutionis tempore, tradit his verbis: Hæc & his similia ab eo scripta fuisse cenfeo, volente rem nos aduertere, ne iracundiùs ac inconsideratiùs insiliamus in certamen mortis, pro veritate testimonium præbituri. Etenim honestum est quidem, si inciderit certamen pro confitendo Iesu, confessionem non differre, neque tardare mortem pro veritate oppetere. At non minùs quàm hoc honestum est, tali tantæque tentationi occasionem non dare, sed omni modo vitare eam: non solum quia tantæ rei exitus incertus sit nobis; verùm etiam ne nos occasio simus, vt magis peccatores magisque impij euadant illi, qui nondum sanguinem nostrum quidem effudisse, rei facti sunt; si, quæ in nobis sunt facientes, declinauerimus eos, qui insidias nobis ad mortem vsque moliuntur: sed puniendi alioquin maiori grauiorque pœna nostri causa, si nostri amantes,

^a Orig. in
Ioan. cap. 31.

A amantes, rebus illorum posthabitis, exposuerimus nos interficiendos, nulla nos necessitate vrgente. Nam si etiam qui alicui occasio peccati factus fuerit, is pœnas dabit ob ea quæ sui causa peccauerit aliquis: quomodo non etiam pœnas daturus est, qui cum declinandi facultatem habeat, ne proditor ille Christiani sit nominis, & insidiator cultus diuini erga Iesum, non declinauerit, immò potiùs concitauerit?] hæc Origenes.

Qua ratione Clemens Alexandrinus, aliique præclarissimi Christianæ institutionis doctores ibidem profitentes, haud turpiter hoc tempore fugam arripuisse dicendi sunt. Ipse enim Clemens hoc ipso persecutionis tempore (vt dictum est) Stromatum commentarios scribens, in eadem cum Origene sententiam hæc ait: Cum autem Dominus dixerit^b, Quando vos persecuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam: non suadet fugere, tamquam malum sit pati persecutionem, nec vt mortem extimescentes iubet nos eam fuga declinare: vult autem nos nulli esse auctores, neque alicuius mali causæ adiutores, nec nobis ipsis, neque ei qui persequitur, neque ei qui interimit: denuntiat enim quodammodò, vt caueant. Qui autem non obedit, est audax, & temerarius, & inconsultè se in manifesta pericula coniciens. Si autem qui hominem Dei interimit, in Deum peccat; is quoque eius cædis reus tenetur, qui se offert iudicio. Is autem fuerit, qui non vitat persecutionem, se capiendum præbens per audaciam. Is est, qui quantum in se est, adiuuat improbitatem eius qui persequitur. Quòd si etiam ipse causam præbens feram planè irriter; similiter etiam si præbeat aliquam pugnæ causam, vel damni, vel iudicij, vel inimicitiarum, is occasionem peperit persecutionis. Et ideò iussi sumus nihil retinere ex iis quæ ad hanc vitam pertinent; sed ei qui tollit pallium, præterea etiam dare tunicam: non solum vt non permaneamus obnoxij vllis animi perturbationibus; sed etiam ne ea vindicantes, eos, qui in iudicio contendunt, in nos reddamus efferatos, & per nos eos commoueamus, vt nomen maledictis appetant.] hæc Clemens, de sua fuga quodammodò apologiam instituens.

At ne quis putet eum inuidè adolescentem carpere Origenem, sese periculis interdum obiectentem, inque medio eorum versantem, atque alios mille modis se martyrio exponentes: sed potiùs qui se eo nomine efferebant, Marcionitas hæreticos suggillare voluisse, constat ex iis, quæ de iisdem eodem libro sic dixerat: Dicimus autem nos quoque eos, qui de industria mortem quærunt (sunt enim quidam non nostri, sed tantummodò nominis participes, qui quidem se ipsos magno studio contendunt tradere, propter odium in Creatorem miseri mortem cupientes) eos, inquam, dicimus se ipsos prodere, absque vllò martyrio & testificatione, etsi publicè puniantur: fidelis enim testimonij non seruant characterem, qui eum, qui verè Deus est, non cognouere: vanæ enim morti se ipsos tradunt, sicut se temerè in ignem iniiciunt Iadorum gymnosophistarum.] hæc etiam Clemens: qui dum ait eos in odium Creatoris hoc facere, proculdubio Marcionitas hos fuisse declarat, qui duo principia adstruentes, & qui mali est, ipsum fuisse omnium Creatorem, ideò corpus & alia ab eo creata detestarentur, atque ita eis, vt à malo principio prouenientibus, posse carere, in optatis haberent.

Quòd verò quidam magnæ æstimationis martyres inter Catholicos priuato quodam impulsu diuini Spiritus sese sponte martyrio obtulissent; eundem sibi Spiritum temerè vendicantes quidam hæretici, sese obtrudebant persecutoribus. Erant hi hac ex parte Marcionitis cognati ex Montano prouenientes hæretici, qui alia tamen ratione nefas ducebant persecutionis tempore fugam captare, nec aliqua redemptione suæ ipsorum securitati consulere: cum alioqui ipso hæresis eorum exordio (vt dictum est auctore E Miltiade^c) nullus inter eos inuentus sit, qui vel leuem fidei causa persecutionem sit passus; immò ex iis vnus Themison nomine, qui tenebatur in vinculis, ingentem pecuniæ vim obrulerit, vt eam quam oppignerasset pro fide infamem vitam redimeret: quod superius ex Apollonio^d recitauimus. Quamobrem ea fortasse de causa, quòd Catholici suam ipsorum exprobrare illis solerent inertiam, Pseudoparacletus eos veluti cæstro pericitos ad martyrium postea impulit.

Porò infans Montanistarum de non fugiendo, nec securitatem redimendo, Tertullianus in præceps semel infeliciter actus, edito de ea re commentario, validissimè tutari conatus est: quo in primis eos traxat qui fugerent; ac subinde in eos, qui collata pecunia suam vexationem redimerent, inuehitur acerbissimè. Nam & in martyrem illum acuit dentem, qui sæpiùs fugerat, atque periculum redemerat: sed quòd tandem

XII.
DOCTRINA
CLEMENTIS
FUGA COM-
MENDATVR
Clem. Alex.
Strom. lib. 4.
Mat. 10.

XIII.
MARCIONI-
TAE CVPI-
DI MARTYRII.

XIV.
MONTANI-
STAE CVPI-
DI GLORIAE
MARTYRII.

^c Apud Euseb.
lib. 5. cap. 15.
^d Apud eum-
dem lib. 5. c. 17.

XV.

^aTertull. de fuga, cap. 5. ^bTertull. de Coron. milit. cap. 1. ^cIbid. cap. 12. ^dMat. 6. ^eAct. 17. ^fPer. Alex. can. 12. ^gMat. 3. ^hTert. de Coron. mil. c. 11. ⁱTertullia ni Scorpiacum.

martyrium consummasset, recipit inter martyres, sic dicens^a: Si Deus voluerit, ipse me proteget: hoc potius nostrum est, stare sub Dei arbitrio, quam fugere sub nostro. Rutilius sanctissimus martyr, cum totiens fugisset persecutionem de loco in locum, etiam periculum (vt putabat) nummis redemisset, post totam securitatem, quam sibi prospexerat, ex inopinato apprehensus, & Præfidi oblatum, tormentis dissipatus (credo pro fugæ castigatione) dehinc ignibus datus, passionem, quam vitarat, misericordiæ Dei retulit. Quid aliud voluit Dominus nobis demonstrare hoc documento, quam fugiendum non esse; quia nihil fuga proffit, si Deus nolit?] hæc & alia ipse impiè admodum. Paracletus sanè Montani afflatus, effatur: sicut (vt superius dictum est) cum in Romanos Pontifices illud contumeliæ intorquet iaculum^b: In pace leones, in prælio ceruôs.] cum etsi interdum fugerint; tamen (vt accidit de Rutilio) cum tenti sunt; magnæ constantiæ in subeundo martyrio specimen præclarum ediderint.

XVI.

DE REDIMENDA VEXATIONE GENTILIVM VSVS.

^cIbid. de fuga, cap. 13.

Ex iis autem, quæ idem auctor in eodem commentario memoriæ prodidit, videtur planè hac vrgente sæuissima persecutione à Catholicis illud excogitatum fuisse inuentum, vt non solum redemptione martyrij priuatim quisque sibi consulere, sed etiam ipsæ Christianorum Ecclesiæ, vt quietè sibi liceret agere, & conuentus agere, pecuniarum certam summam, tamquam tributum quoddam, Principi penderent. In quas oblatrans Tertullianus^c, hæc inter alia: Parum denique est, si vnus aut alius ita eruitur. Massali ter totæ Ecclesiæ tributum sibi irrogauerunt: nescio, dolendum, an erubescendum sit, cum in matricibus Beneficiarium & Curiosorum, inter tabernarios & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones, Christiani quoque vectigales continentur.] idemq; superius hæc de redemptione martyrij haud ante hæc tempora in vsum recepta, sed recenter excogitata, testatur^d his verbis: Tanta quotidie ærario augendo prospiciuntur remedia censuum, vectigalium, collationum, stipendiorum: nec vnquam vsque adhuc ex Christianis tale aliquid prospectum est, sub aliquam redemptionem capitis & sectæ redigendis, cum tantæ multitudinis nemini ignoræ fructus ingens meti posset.] congerit multa, quibus hæc minùs licere demonstrat.

XVII.

^eAct. 17. ^fPer. Alex. can. 12. ^gMat. 3. ^hTert. de Anima 6. 55.

Verùm quod spectat ad redemptionem martyrij, id agi licitè in Ecclesia, vsurpatumque exemplo Iasonis^e, & aliorum Apostoli Pauli discipulorum, constat, qui data pecunia se redemerunt. Id ipsum nempe testatur & S. Petrus^f martyr Episcopus Alexandrinus, sic dicens: His enim qui pecuniam dederunt, vt ab omni improbitatis molestia omni ex parte remoti essent, crimen intendi non potest. Damnum enim & iacturam pecuniarum sustinuerunt, ne ipsi animæ detrimento afficerentur, vel ipsam etiam perderent: quod alij propter turpe lucrum non fecerunt, cum Dominus dicat^g: Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiat^h: vel quam commutationem dabit homo pro anima sua? & rursumⁱ: Non potestis Deo seruire, & mammonæ. In his enim apparuerunt Deo seruire, exosis, conculcatis, contemptisque pecuniis: & in eo compleuerunt, quod scriptum est: Pretium redemptionis animæ hominis, propriæ diuitiæ. Nam in Actis Apostolorum legimus, eos, qui pro Paulo & Sila Thessaloniciæ trahebantur, datis multis pecuniis fuisse dimissos. Postquam enim ipsos propter nomen multum onerassent, & multitudinem magistratûsque perturbassent: ab Iasoneⁱ, inquit, & reliquis satisfactione accepta, eos dimiserunt. Fratres autem noctu protinus Paulum & Silam miserunt in Bercean.] hucusque Petrus martyr, intelligens per Iasonis & aliorum satisfactionem, pecuniarum largitionem factam esse.

XVIII.

PERSECUTIO EX PARTE RESTINGTA.

Existimandum porrò est, eiusmodi excogitato remedio, mitigandæ persecutionis acerbicatis aliqua ex parte immensum illum Gentilium in Christianos furentium ardorem esse restinctum, non tamen cessasse penitus: tum quod non omnes eo remedio vterentur, nec ob inopiam vti possent: tum etiam (quod accidisse vidimus Rutilio martyri) quod iis, qui se redemissent, haud propterea tutò consistere licuisset, agentibus illis omnia pro arbitrio & animi voluntate.

XIX.

^aTert. de Coron. mil. c. 11. ^bTertullia ni Scorpiacum.

His quoque, puto, temporibus idem Tertullianus commentarium illum quem mente conceperat, cum scriberet de Corona militis, vbi ait^a: Sed de quæstionibus confessionum, nempe martyriorum, alibi docebimus] litteris commendauit aduersus refragatores martyrij (hi erant Gnostici, de quibus plura superius) scribens Scorpiacum, nempe ariditum contra istum scorpij, deque Bono martyrij. Gnostici quidem, quibus in his (vt dictum est) Valentiniæ manus dederant, quorum non erat exiguus numerus, his potissimum

^aTertull. in Scorpiaco, cap. 12. 3.

mum persecutionis temporibus perturbabant admodum Dei Ecclesiam, passim vagantes, atque docentes non esse subeundum martyrium^a: quod si fiat, dicebant contra Dei voluntatem fieri, cuius non esset voluntas mors peccatoris, satisque ab ipso consultum nostræ salutis morte sua: nempe, ne nos moreremur, ipsum mortuum esse. Hæc illi & alia id genus adglomerantes, multorum ruinæ & perditionis ministrabant: debiles namque & in fide infirmi, quamlibet oblatam occasionem martyrij vitandi captantes, à fide Catholica deficientes, primò in hæreticæ prauitatis barathrum Gnosticorum præcipites incurrebant, inde in imam impietatis foueam mergebantur: cum vt Christiani (quod eo nomine censerentur) in quæstionem perinde ac ceteri à satellitibus ducti, prima instantia nomen negare, Christum deierare, thus offerre, & quæcumque alia iussa essent, implere minimè detrectarent. His malis cum alij aduersus Gnosticos ac Valentianos scribentes, tum Tertullianus occurrere, & multorum salutem consulere studuerunt. Probè quidem; nisi Cataphrygibus in hærens, in contrariam partem se concitatus impulsisset; lineamque transgressus, de martyrio eadem quæ hæretici Marcionitæ & Montanistæ sapuisset, atque alios docuisset. Inter hæc duo extrema exitium pariter afferentia, medio tramite Catholica incedens Ecclesia, tum Gnosticos martyrium detestantes, tum Cataphrygas ac cum iis Marcionitas ad martyrium plus æquo trans limitem impellentes, pariter respuit atque condemnat.

Hoc anno, iisdem Consulibus Plautiano atque Geta, in antiquis Ecclesiasticis tabulis passa ponitur Carthagine sub Ruffino Proconsule S. Gundenis virgo, quæ fidei causa equuleo diu torta, & vngulis lancinata, carcerisque pædore longo temporis spatio afflictata, constanti animo perstans in fidei confessione, demum gladio cæsa, magna gloria martyrium consecuta est. Apud Bedam verò & Adonem Getæ Consul nomen librationum vitio deprauatè est positum, dum loco Getæ, Zeta Consul legitur. At Gundenis natalis dies agi antiquitus consuevit decimoquinto Kal. Augusti.

Eadem quoque persecutione vrgente, passæ sunt Tuburbi in Mauritania præclarissimæ re ac nomine, illustrissimæque martyres Perpetua ac Felicitas, nobiles feminae. Harum alterius, nempe Perpetuæ, meminit Tertullianus^b in libro de Anima, dum cuiusdam apparitionis ei factæ per visum meminit, dicens: Quomodo Perpetua, fortissima martyr, sub die passionis in reuelatione Paradisi solos illos commartyres suos vidit; nisi quia nullis rhomphaea Paradisi ianatrix cedit, nisi qui in Christo decesserint?] Cum igitur Tertullianus eius mentionem fecerit; planè erroris arguuntur, qui eam cum Felicitate passam referunt temporibus Gallieni: nam sub Seuero & Antonino Augustis Tertullianus illum scripsit commentarium.

Porrò Acta ipsius Felicitatis & sociorum, ex quibus hæc à Tertulliano scripta sunt, quæ & à S. Augustino citantur, periisse videntur. In iis autem quæ summam complexa habentur, hæc etiam de Perpetuæ visu narratur: Vidit Perpetua per visionem scalam auream vsque ad cælum erectam, in dextera & læua cultris & gladiis plenam, ad eam angustam, vt non nisi vnus & paruus per eam inter gladios ascendere posset. Subtus ad pedes eius draco teterrimus, quem omnes volentes ascendere formidabant. Viditque Satyrum vnum ex sociis per eam sursum ascendentem, ac socios inuitantem vt ascenderent, nec draconem metuerent. Qua visione audita, omnes lætati sunt.] hæc ex Actis eius, ex quibus aliqua ab Augustino recitata habentur: nempe visio illa, cuius meminit in libro quem scripsit ad Vincentium Victorem de Anima^c, vbi hæc breuiter tantum ait: De conscriptis visionibus martyrum dicendum est aliquid, quoniam tu etiam inde testimonium habendum putasti: nempe sancta Perpetua visa sibi est in somnis cum quodam Ægyptio in virum conuersa luctari.] hæc ipse.

Ex iisdem rursum Actis idem tradit^d recitari historiam de Dinocrate septenni puero eiusdem S. Perpetuæ fratre, qui vita sanctus, & poenis obnoxius, eiusdem Perpetuæ precibus ex eis fuerit liberatus, & æterna felicitate donatus. Rursum verò de eadem Perpetua alia sparsim recitat^e (quod enim amplissima illa Acta deperdita sint, fragmenta hæc colligere, haud otiosum esse putamus, vel ingratum fore lectori) vt illud de eius ardentissimo subeundi martyrij desiderio, quod habet Augustinus in Psalmum quadragesimum septimum: Quàm multos parentes, inquit, filij prohibebant mori, sicut nouimus, & legimus in passione beatæ Perpetuæ: facta sunt ista: sed lacrymæ quantalibet, & quantalibet impetu fluere, quo modo ardorem charitatis extinguere?] hæc ibi.

XXIV. PERPETVAE ET FELICITATIS SOCIUM MARTYRES

At non ob id quod solius Perpetuae tum Tertullianus, tum Augustinus interdum A meminerint, passam eam seorsum quis putet: nam comitem habuit Felicitatem, & alios, nempe Reuocatum, Satyrum, Saturninum, & Secundolum; quorum ultimus quieuit in carcere, reliqui traditi sunt bestiis. Porro vna eademque die horum omnium natalicia celebrantur, Nonis Martij. de iisdem enim haec alibi idem Augustinus: Ante paucos dies natalicia celebrauimus martyrum Perpetuae & Felicitatis & comitum.] signansque ipsos viros iure postea nominatos, haec subdit: Et cum tot ibi sint viri; quare istae duae praer omnibus nominantur, nisi quia infirmior sexus aut aequauit, aut superauit virorum fortitudinem? Vna earum erat praegrans, alia lactans. Felicitas parturiebat, Perpetua lactabat. Sed tam diu haec Perpetua lactauit, quam diu acciperet ab illo pastore simul & patre buccellam lactis: qua accepta, dulcedo felicitatis perpetuae eam fecit contemnere filium, spernere patrem, non inhaerere mundo, perdere animam pro Christo. Felicitas vero, quae sociam habebat Perpetuam, & parturiebat, & dolebat: obiecta bestiis gaudebat potius, quam timebat.]

XXV. Bedae Ado. I. Martij.

Illud insuper Perpetuae concessum fuisse tradunt, vt in theatro expectando impetum vaccae, mens eius fieret extra sensum, ita vt impetum bestiae nesciret, quem expectaret; De Felicitate autem illud: Dum adhuc esset seruanda in carcere, vt parturiret, quod vna cum aliis martyrij coronam accipere posset, omnium sociorum precibus impetratum est, vt octauo mense pareret.] haec ex tabulis Ecclesiasticis a Beda pariter & Adone sunt recitata. Praegrans enim poenam differebat lex vique ad partum, aequissima plane, non tamen Romanorum originaria, licet vt Romanorum ab Vlpiano I. C. recitata: quippe quae ab Aegyptiis primò fuerat promulgata, à Graecis deinde accepta, à quibus Romani eam, sicut & alias complures, sunt mutuati. de ea enim meminit C Plutarchus his verbis: Aegyptiorum vero legem, qua grauida, donec pariat, in mortis carcere custodiri iubetur, nonne Graecorum quidam consultè vobis transcripisse videntur?

XXVI. Ceterum tamen Perpetuae et sociorum.

Sed libet hic ea reddere, quae his consentientia in antiquo Lectionario reperimus: Pridie quam ducendi essent, Felicitas parturiens, dolens, atque vociferans, foris exaudiebatur. Cui Commentariensis insulans aiebat: Quomodo cras libens mortem suscipies, quae pariens adeò perturbas? Cui illa: Naturae debitas poenas naturali tantum virtute persoluo: supplicia autem, quae subministrat impietas, diuina gratia superabit. Sequenti die à iudice iubentur martyres educi, & ignominiosè, nudatis natibus, per vias atque plateas circumduci, ac tandem in theatrum feris obiciendi perducunt. Tunc vaccae obiecta Perpetua, licet ab ea validè percussa esset, extra se rapta non sensit. Immittitur leo, qui Satyrum primò, ac deinde Perpetuam occidit. Post haec Felicitas vna cum Reuocato germano producta, à leopardo ambo necantur. Sed Saturninus atque Secundulus illæsi diuina voluntate seruati tunc sunt, iidemque sunt reuocati in carcerem, vbi Secundulus reddidit Deo spiritum, Saturninus vero gladio est decollatus. Collecta corpora omnium sunt sepulta in eadem ciuitate.] hucusque ibi. Sed quod habetur Saturninus capite truncatus, à citatis auctoribus discrepat, qui affirmant ipsum cum aliis à bestiis occisum. Ceterum corpora sanctarum Perpetuae & Felicitatis esse postea delata Carthaginem, atque in primaria basilica collocata, Victor Vicensis affirmat.

Victor de persecut. Vind. lib. I.

XXVII. Martyres sub Severo. Niceph. lib. 4. cap. 23. Apud Euseb. lib. 5. cap. 15. Rom. Mart. tyrol. ea die.

Passus quoque habetur, hac eadem persecutione vrgente, Zoticus Episcopus Otrenus in Armenia, cuius dies anniuersaria in tabulis Ecclesiasticis vigesima prima Iulij est conscripta. Meminit eius laboris aduersus Montani sectatores suscepti Apollinaris, nosque supra retulimus. Hallucinatur Nicephorus, qui eum presbyterum, non Episcopum nominat: nam idem qui supra Apollinaris Episcopum dicit ex vico Comana in Armenia oriundum: iam enim his temporibus satis dilucidè distinctum erat nomen Episcopi à presbytero. In Aegypto quoque inter alios martyres Serapion, qui viuus combultus est, illustri habetur: aliorum vero nomina exciderunt. Celebratur eius natalis dies decimatercia Iulij, tam apud Graecos, quam Latinos, vt illorum Menologium & Romanum Martyrologium significant, passumque tradunt sub Aquila Praefecto. Sub hac eadem persecutione passum constat in Gallia Andeolum subdiaconum, Polycarpi discipulum, ab eo cum aliis (vt dictum est) in Gallias amandatum. Extat praecleara eius memoria in tabulis Ecclesiasticis die prima Maij his verbis: In Galliis, in territorio Viuariensi,

A rienfi, beati Andeoli subdiaconi, quem S. Polycarpus vna cum aliis ab Oriente misit in Galliam ad praedicandum verbum Dei. Hic sub Seuro Imperatore spinotis fustibus caesus, demum ense ligneo (ad maiorem poenam) capite in quattuor partes in modum crucis conscisso, martyrium consummauit.

Eodem plane tempore mirificus ille sanctus Irenaeus Episcopus Lugdunensis, Galliam, quam mirifice doctrina illustrauit, nobilitauit & sanguine. Exciderunt Acta passionis eius: haec tantum de eo reperimus, nempe eiusmodi sub Seuro excitata persecutione, eiusdem Imperatoris iussu circumdatam militibus Lugdunensium ciuitatem, omnesque in ea repertos Christianos gladiis obruncatos: cum praecipue pastor illorum omnium Irenaeus quaesitus est ad necem: quem acerrimis tormentis cruciatum, ac tandem occisum Zacharias presbyter sepeliuit. Qui enim olim eam Legatus administrauerat (vt auctor est Spartianus) prouinciam, ipse Seuerus Imperator, probe nouerat Lugdunensis Ecclesiae sub Praefule Irenaeo constantiam: & quam sciret non minis flectendam, nec blanditiis molliendam, ferro mox statuit excidendam, in eam crudelius quam in alias saeuendo. Quoto autem Seueri anno martyrium subierit Irenaeus, nobis est haecenus incompertum. Putamus equidem ipso à se indictae persecutionis exordio Seuerum, quod exploratores Fideles in ea positos habuisset, in eos gladio agi primum omnium praecipisse.

Quod vero ad Irenaei lucubrationes pertinet, earum Eusebius post alia de eo narrata meminit, dicens: Verum enim vero praeter opera & epistolas Irenaei, quae iam demonstratae sunt, extat liber illius, breuissimus ille quidem, summè tamen necessarius contra Gentiles, qui de Scientia inscribitur. Alius item memoratur, quem fratri cuidam, Marciano nomine, dedicauit; in quo Apostolicae praedicationis rationem & modum exponit. Accedit his liber de Variarum rerum dispositione, in quo tum epistolae ad Hebraeos, tum libri Sapientiae Salomonis mentionem facit, certaue testimonia ex iisdem deprompta citat. Tot sunt igitur Irenaei opera, quae ad nos nostramque notitiam peruenerunt.] hucusque Eusebius, qui superius de scripto ab eo commentario aduersus haereses meminit, deque epistola ad Florinum, & alia ad Blastum, ad Victorum alia, atque alios Ecclesiarum Episcopos, recenset eosdem commentarios quoque S. Hieronymus.

Porro horum omnium nonnisi libri quinque aduersus haereses elaborati supersunt, ceteris magno detrimento deperditis: immò & hi ipsi longa obliuione sepulti diutius permanerunt, adeò vt nec in Galliis, neque in Vrbe, vel alibi, licet sedulo perquisiti, reperiri potuerint; vt S. Gregorius, ad Aetherium Episcopum scribens, testatur his verbis: Gesta vero vel scripta beati Irenaei, iam diu est quod sollicitè perquisiuimus, sed haec nus ex eis inueniri aliquid non valuit.] haec Gregorius ad Aetherium Episcopum Viennensem, sanctitate celebrem, ea auidè perquirentem. Caruisse eis videretur Castiodori quoque bibliotheca, quod nulla de ipsis apud eum mentio habeatur. Quamobrem existinamus, quod Graecè iisdem scripti fuerint, penes Graecos esse inuentos: nam Theodoretus in dialogis eisdem frequenter citat. Fuisse autem Irenaeum doctrinarum omnium accuratissimum exploratorem, tum Tertullianus praedicat, tum à Patribus omnibus commendatur. Videas eodem in ipso Apostolicae doctrinae imaginem effulgere: quod enim à Polycarpo acceperat, & ille à Ioanne, illibate ipse custodiens communicauit Ecclesiae. Quamobrem iure S. Hieronymus eum Apostolicorum temporum hominem nominat (licet multos post annos ab Apostolis vixerit) quippe qui ipsum vultum Apostolicum in omnibus redderet.

IESV CHRISTI ANNVS 206.

ZEPHYRINI PAP. ANNVS 4.

SEVERI IMP. ANNVS 12.

DVcentesimo sexto Christi anno, Chilone Septimio secundum & Annio Libone Coss. Lucius Septimius Plautianus, socer Antonini Imperatoris, qui anno septimo gesserat Consulatum, quique (vt dictum est) absente Seuro magnam in Christianos Annal. Eccl. Tom. 2. Cc 3 perse-

persecutionem excitauerat, quos non Romæ tantum, sed & in Africa & Mauritania acerbillimè infectatus fuerat, occiditur, generi sui Antonini Augusti infidiis appetitus (vt auctor est Dio) quòd re vera ipse vtrique Imperatori eadem per Centurionem Saturninum machinatus esset (vt testatur Herodianus^a) sed veriùs, diuino numine Christianum sanguinem vlciscente. Qualis autem quantusque fuerit eius casus, quantumque admirationem attulerit vniuersis, ex Dione^b hæc narrante, eodemque cuncta spectante ac admirante, audiamus: & primùm illud: Cùm orator, qui Constantem accusauit, multa dixisset, atque illud in primis, cælum ruere citiùs posse, quàm Plautiano damnum à Seuero inferri. Quibus rebus atque aliis, quæ sunt eiusdem generis, dicente illo, fides haberi poterat mentò; cùm Seuerus audacter nobis, qui vnà iudices eramus, confirmasset, non posse vllum malum à se Plautiano accidere. Non tamen perpetuò floruit Plautianus, sed aliquanto tempore post occisus est, & cunctæ Itatæ eius dissipatæ sunt.] Addit prodigia, & inter alia cometen Romæ ante obitum eius per dies multos visum.

II. At de eius immensis diuitiis & summa amplitudine, ex quibus, in exemplum humanæ conditionis, in imum atque miserimum omnium statum prolapsus est, hæc idem auctor paulo post, cùm agit de nuptiis filix & Antonini Augusti: Is (inquit) tantum filix suæ dedit, quantum Reginis quinquaginta satis fuisset.] ac inferiùs: Verè eniã Plautianus magnus, vel summus potius erat: vt ita populus aliquando diceret in Circo: Quid tremis? Cur palles? Tu quidem certè plus quàm tres viri possides. Significabant autem tres viri, Seuerum cum duobus filiis Antonino & Geta. Pallebat verò Plautianus & tremebat semper, cùm propter rationem victus quam instituerat, (gulosissimus quippe erat) tum propter spem, metumque futurarum rerum.] Addit Antoninum Imperatorem adhibuisse Euodum educatorem suum (cuius diximus meminisse Tertullianum^c) qui vnà cum Centurione & aliis Plautianum Seuero Imperatori eadem machinantem calumniosè deferrent: licet Herodianus nihil ex composito factum, nullamque fallaciam vel technam intercessisse tradat. Sic itaque (inquit Dio) Plautianus nostra memoria omnium hominum potentissimus, quem magis quàm ipsum Principem metuebant omnes, quique spe multo maiore elatus fuerat, a genero interficitur, eque Palatio proicitur in viam: quamuis tandem elatus iussu Seueri & sepultura affectus est.] Additque eius filium & filiam, Plautum & Plautillam, in Lyparim insulam fuisse relegatos, ibique tandem eiusdem Antonini iussu occisos: cùm interim vitam traduxissent calamitosam, magno metu, & necessariarum rerum inopia. Quin etiam Plautiani nomen abolitum, & vbiicumque scriptum reperiretur in lapideis tabulis vel aliis, abrasum, deletum, expunctumque fuisse, planè indicat vetus^d inscriptio monumenti filix eius, nurus Seueri, coniugis Antonini, & alia^e.

III. Hic finis Plautiani Christianorum hostis infentissimi & perniciosissimi: quo sublatro, persecutio etsi non penitus ablata, saltem moderationem non mediocrem accepit. Quem non Romanum, sed Afrum genere, Seueri municipem, ex humili fortuna in sublimè euectum, damnatorum bonis fuisse insigniter locupletatum, tradit Herodianus^f. Sed quorum quæso, damnatorum, nisi magna ex parte Christianorum nobilium Senatorum, quos sub Commodò, tempore pacis Ecclesiæ, Christiana religione initiatos fuisse diximus? Sed idem quoque hæc de eius mentis tumore addit: Quacumque incederet, adeò trux & horribilis erat, vt non modò non adiretur à quoquam, sed etiam qui fortuitò occurrebant, ab eo auerterent oculos: quia anteaambulones aliquot, quacumque iter faceret, denuntiabant, ne quis in proximo consistere, neve illum contueri auderet, sed auerterent vniuersi oculos, terramque despectarent.] hæc ipse, aliaque multa de eius fastu, arrogantia, atque sæuitia.

IV. Eodem quoque anno celebrati sunt Romæ ludi Sæculares; de quibus hæc Herodianus^g: Vidimus item sub illo quosdam omnis generis ludos cunctis editos theatris, simulque supplicationes & peruigilia ad formam Cereris initiatorum. Sæculares hi tunc appellabantur, celebrati (vt aiunt) decurso trium spatio ætatum. Siquidem Vrbe tota atque Italia præcones itabant conuocatum omnes ad ludos, quos nec vidiissent hætenus, nec visuri postmodum forent.] Sed de iisdem ludis Zosimus^h pluribus agit, qui & dictis Consulibus celebratos fuisse tradit: quod & docent veteres inscriptiones, à diueris collectæ, in quibus Seueri nomen inscriptum est cum Tribunitia potestate duodecies

^a Herod. li. 3.

^b Dio in Seuero.

II. HUMANAE MISERIAM EXEMPLUM.

^c Tertull. ad Scapul. c. 4.

^d Etabet Smo. nus fol. 67. num. 1.

^e Apud eundem fol. 24. nu. 1 & fol. 22. nu. 4.


III. DAT POENAS PLAUTIANVS EFFVSIS ANGVINIS CHRISTIANI.

^f Herod. li. 3.

IV. ^g Herod. eodem lib. 3. LUDI SÆCULARES.

^h Zosim. li. 2.

A decies repetita^a, vt etiam in huiusmodi numismate eleganter expressum in columna milliaria.



B

Horum occasione scriptum putant^b à Tertulliano librum De spectaculis, & illum De Idololatria: quibus planè declarat, rectam Christianæ religionis institutionem abhorruisse admodum ab istiusmodi spectaculis à Gentilibus edi solitis: diuinamque vltionem illos expertos esse addit, qui præter institutum iisdem non vererentur esse præsentem. Sed de iis alia occasione superius. Porrò quàm mendax extiterit Zosimus, qui neglectu postea ludorum Sæcularium, corruisse tradit florentissimum Romanum Imperium suo loco inferiùs perspicuè demonstrabimus.

^a Pamel. not. ad Tertul. li. de spect. cul.

C IESV CHRISTI ANNVS 207. ZEPHYRINI PAP. ANNVS 5. SEVERI IMP. ANNVS 13.

Christi anno ducentesimo septimo, Marcus Aurelius Antoninus secundum adiit Consulatam vnà cum fratre suo Geta collega. Quo anno, nece Plautiani Romæ iam propè mitigata persecutione Seueri, accidisse putamus, vt Zephyrino Romano Pontifice è latebris emergente, & munia Pontificia obeunte, Natalius olim confessor, sed postea miserè pecunia corruptus Theodoti hæreseos cùm patrociniũ suscepisset, tandem sui compos factus, erroris poenitens, ad eum veniens, patrati sceleris egerit exomologesim, pedibus eius aduolutus. Hæc sanè à scriptore eius temporis diligenter conscripta, ab Eusebio^c ad verbum quàm fidelissimè narrantur: Scriptor ille, de quo supra dixi, qui librum prædictum contra erroris supra demonstrati auctorem composuit, aliam etiam rem Zephyrini tempore gestam hoc pacto explicat: Facinus apud nos admissum, fidelibus in Domino, quòd illos erudiam, commemorabo: quod, credo, si forrè Sodomis gestum fuisset, etiam illos ad scelera sua poenitentix lacrymis maturè eluenda admonuisset.

NATALIVS AD ZEPHYRINVM ROMANVM VENIT.

^c Euseb. lib. 5. cap. 27.

Erat quidam Natalius confessor non iam pridem, sed nostris iam pænè temporibus: iste ab Aleclepiodoto & altero Theodoto trapezita fraude fuit deceptus (hi quidem ambo Theodoti coriarij, qui priùs propter istam nouam prudentiam, immò verò amentiam, ex Christianorum communione à Victore, vt dixi, qui tunc erat Pontifex, excluderetur, discipuli erant) & ab illis duobus, quos supra posui, salario quodam & mercede persuasus, vt illius erroris Episcopus crearetur; ea lege nimirum, vt centum quinquaginta denarios menstruos isti ei persoluerent. Qui quidem cùm se in illorum societatem dedisset, per visiones quasdam à Domino ad se demissas sæpenumerò admonitus fuit. Deus enim misericors & Dominus noster Iesus Christus martyrem & relictam suarum afflictionum extra Ecclesiam miserè deperire noluit.

II. NATALIVS CONFESSOR IN HAERESIM LAPSVS.

Ceterum quoniam primæ erat apud illos sedis Episcopalis appetitione tamquam hamo inescatus, & turpi quæstu, qui multis asserti perneciem, irretitus, & propterea lenitiùs tardiùsque Dei visionibus animum attendit; tandem per integram noctem à sanctis Angelis flagris & verberibus vsque adeò acerbè & grauitè cæsus fuit, vt cùm primo mane surgeret, cilicio & sacco indutus, cineribus aspersus, magno cum mœrore & lacrymis ad pedes Zephyrini Pontificis se supplicem abiiceret; & non modò ad Cleri,

III. NATALIVS EXOMOLOGESIM AGIT.

CHRISTI
207.ZEPHYR. PAP.
5.SEVERI IMP.
13.

sed laicorum etiam genua aduolueretur: ita ut Christi misericordis Ecclesia illum magnopere commiserata, lamentis unâ se dederet. Attramen ille, licet multis precibus vltus fuisset, & plagarum vibices, quas pertulerat, ostendisset; vix tandem in communionem Ecclesiae receptus fuit.] hucusque auctor de lapsu & restitutione Natalj. Quibus (ut aliâ sæpè de aliis hæreticis est demonstratum) pristinum morem intelligas, consuevit scilicet hæreticis erroris poenitentes adire Romanum Episcopum, ab eodemque Catholice Ecclesie communicationem, facta exomologesi, promereri: quippe qui, quantumlibet in castris inimicorum militassent, resipiscentes tandem propè intelligerent, à sedis Petri Catholice Ecclesie primario Antistite querendam esse veniam & salutem, nec ab alio quopiam quàm à Catholice Ecclesie Episcopo communicationem Catholicam expectendam.

HÆRETICARUM
CHAS ROMAE
AGERE
SOLITOS
ENOMOLOGESIM.IV.
MORES HÆRETICORVM
THEODOTIANORVM.

At quinam mores horum solent esse hæreticorum, ex eodem auctore eidem Eusebio recitat in hæc verba: Ad ista etiam alias eiusdem scriptoris voces de iisdem (*videlicet Theodotianis hæreticis*) connectamus, quæ sic se habent: Sacras audacter deprauarunt Scripturas: veteris fidei canonem abrogarunt: Christum ignorarunt: neque quid Sacre & diuine litteræ de illo dicant conquisiuerunt: sed quænam syllogismi figura ad suam impietatem confirmandam reperiretur, studiosè indagarunt. Quod si quisquam fortè illis aliquod diuini eloquij testimonium proferat; querunt vtrum coniunctam an disiunctam syllogismi figuram possit efficere. Relictis verò & depositis Sacrarum litterarum studiis, omni cura & cognitione in geometriam incumbunt. Tamquam ex terra editi, de terra loquuntur; & Christum, qui sit de cælo venturus, penitus ignorant. Euclides enim apud quosdam eorum propter geometriæ artem enixè recolitur: Aristoteles & Theophrastus in summa habentur admiratione. Galenum etiam fortasse nonnulli summe venerantur. Hi ergo tum infidelium artibus ad erroris sui sententiam roborandam abutuntur, tum solerti impiorum astutia ac subtilitate simplicem ac sinceram diuinarum Scripturarum fidem adulterant.

V.
DEPRAVARE SOLENT
HÆRETICI
SACROS CODICES.

Quod autem à fide longissimè absint, quid attinet commemorare? Hanc ob causam etiam in Sacras litteras confidenter ac temerè quasi manus violentas iniiciunt, easque se emendare & corrigere prædicant. Quod verò ipse equidem nihil falsi in eos ementitus loquar; nemini verum scire cupienti poterit esse obscurum. Nam si quis cuiusquam illorum exemplaria in manus sumere, accuratè peruestigare, & inter ipsa conferre voluerit, reperiet profectò illa maximè inter se dissidere. Nam Asclepiodoti exemplaria, ab illis quæ sunt Theodoti, admodum discrepant: ac multa planè suppetunt, propterea quòd illorum discipuli exemplaria ab vtrisque (vtili appellant) correctâ (ut nos, corrupta) studiosè & sedulo descripserunt. Rursum quæ sunt Hermophili, cum istis minimè consentiunt: quæ Apollonij dicuntur, ipsa sibi non constant. Licet enim quæ ab illo prius exscripta fuerint & composita, posterioribus denuò inuersis innouatisque comparare: sic inuenire illa inter se valdè dissentientia, erit per facile.

VI.
EGREGIUM
DILEMMA
IN HÆRETICOS.

Quantum inficitæ & temeritatis habeat perditus iste conatus, nec illos ipsos ignorare suspicor. Aut enim Sacras & diuinas litteras à Spiritu sancto dictatas non credunt, & ita sunt infideles: aut se ipsos Spiritu sancto sapientiores esse dicunt: quod planè quid aliud est, quàm tamquam dæmone exagitatò insanire? Neque enim hanc inconsultam & imprudentem molitionem suam esse inficiari poterunt: quandoquidem ista exemplaria sua ipsorum manu esse transcripta, perspicuè deprehenduntur. A quibus autem erant ipsi instituti, ab illis sanè eiusmodi scripturas non aliquando exceperunt: & exemplaria, vnde ista transcripserunt, demonstrare non possunt. Quidam illorum eas quidem deprauare, non ad eò operæpretium duxerunt: sed tum Legem, tum Prophetas lepida simulatione, perinde ac si nefariam & impiam omnino doctrinam complecterentur, prorsus pernegantes, in vastissimum exitij gurgitem præcipites deciderunt. Atque ista modò à nobis hæctenus sint commemorata.] hucusque Eusebius: quæ ad insinuandos mores hæreticorum recensuisse voluimus. Quòd igitur tot exemplaria, quot homines hæreticæ prauitatis fautores essent, inde existimamus Origenem his temporibus meditatam esse opus illud planè egregium, quo vno volumine sex simul interpretationes diuine Scripturæ collegit, quod Hexapla nominauit: de quo suo loco dicturi sumus.

IESV

IESV CHRISTI
ANNVS
208.ZEPHYRINI PAP.
ANNVS
6.SEVERI IMP.
ANNVS
14.

Christi anno ducentesimo octauo, Anno Albino & Fulvio Emilio Coss. Seuerus I. annum decimumquartum agebat in Imperio: quo (ut puto) Origenes imprudens nimis audax facinus in seipsum admisit, quod Eusebius^a narrat his verbis: Per idem tempus Origenes, dum scholæ Alexandrinæ, quam diximus, præerat, facinus quoddam admisit: quod quidem licet ex animo rudi & iuuenili videretur esse profectum, fidei tamen & castimonie specimen maximum dabat. Istam enim Euangelij sententiam^b, Sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum; aliquanto (ut fert ætas adolescentiæ) simpliciùs interpretatus, partim quòd Saluatoris vocem se penitus implere oportere putauit, partim quòd, cum ætate valdè adolescens esset, & non cum viris modo, sed cum mulieribus etiam sermones de rebus diuinis & cælestibus conferret, omnem turpis calumnie & obrectationis ansam infidelibus prorsus adimere voluit: dictam Saluatoris sententiam ex occulto (facinus namque maximam partem necessariorum suorum celare cogitat) exequi re ipsa aggressus est.

Ceterum tale facinus ab eo quantumuis cupiente occultari non poterat. Quocirca Demetrius, qui ibidem rexit Ecclesiam, de eo post certior factus, tamen hoc audax eius facinus vehementer admiratus est, tamen incredibilem animi propensionem & ingenuitatem fidei amplexatus, eum illicò confidere, & bono animo esse iubet, & maiore cura ac studio in munus, fidei principia instituendi, incumbere hortatur, impellitque. Ac tum quidem Demetrius eo animo fuit atque sententia.] hæc Eusebius de Origene atque Demetrio. Cetera autem de similitudine inter vtrumque suborta, cuius occasione tale Origenis facinus fuit vbique vulgatum, opportuniore loco dicemus, eo scilicet anno, quo idem Origenes ab Alexandro Ierofolymorum Episcopo est initiatus presbyterio.

Hoc item tempore factum putamus, ut idem Origenes adhuc adolescens, sed iam euiratus, primam interpretationem ediderit in Cantica Canticorum, quam postea maturioris ætatis factus emendatam & pluribus auctam in lucem edidit: quod testatur S. Hieronymus^c, temeritatis seipsum arguens, atque alios, qui ipso iuuentutis exordio diuinas Scripturas adhuc inexperti temerè audeant interpretari. At quod ad Origenis temeratum ausum spectat (si ex vnguibz leonem dignoscere licet) vides eum ipso primo ingressu in diuinam Scripturam, explanandum sumere librum illum, quem necdum legere eius ætatis hominibus licebat. Verum quia illum aggressus esset viribus tantum ingenij fretus, quodque inconcessa præsumeret, ac se nimium supra seipsum efferret, casurus aliquando credi ab omnibus facile potuisset.

IESV CHRISTI
ANNVS
209.ZEPHYRINI PAP.
ANNVS
7.SEVERI IMP.
ANNVS
15.

Anno Domini ducentesimo nono, Flauio Apro & Allio Maximo Coss. Seueri Imperatoris anno decimoquinto, Eusebius in Chronico memoriam ingerit Tertulliani Afri, filij Centurionis Proconsularis; hocque potius anno quam ceteris, ea puto occasione, quòd idem ipse Tertullianus^d contra Marcionem agens, se hoc anno quinquagesimo Seueri Imperatoris illum commentarium elaborasse perspicuè declarat. Scripserat iam olim adolescens aduersus eundem Marcionem opus rude nimis, ut demonstrat S. Hieronymus^e in Abdiam, cum de se in primis ait: Liberè profiteor illud fuisse puerilis ingenij, & hoc maturæ senectutis. In libris quoque contra Marcionem Septimius Tertullianus hoc idem passus est.] hæc Hieronymus. Sed & ipsemet Tertullianus^f eius exordio commentarij de iisdem suis in Marcionem lucubrationibus rationem reddens, hæc ait: Si quid retrò gestum est nobis aduersus Marcionem, iam hinc viderit. Nouam rem aggredimur ex vetere. Primum opusculum, quasi properatum, pleniori postea compositione rescideram: hanc quoque nondum exemplariis suffectam fraude tunc fratris, dehinc apostata, amisi, qui fortè descripserat quædam mendosissimè, & exhibuit frequentia. Emendationis necessitas facta est: innouationis eius occasio aliquid adiciere persuasit. Ita stylus iste nunc de secundo tertius, & de tertio iam hinc primus, &c.]

Scripsit

CHRISTI
209.

ZEPHYR. PAP.
7.

SEVERI IMP.
15.

II.
ALIAE TER-
TULLIANI
INCUBRA-
TIONES
HVIYTEM
PORIS.

Scriptit tunc quoque commentarium de Resurrectione carnis : quod eiusdem scriptis manifestum est, dum in eodem horum meminit librorum aduersus Marcionem, & libro quinto aduersus eundem citat librum à se scriptum de Resurrectione carnis: ita ut appareat, eodem fermè tempore ambos ab eo elucubratos fuisse commentarios. Tunc quoque idem auctor librum edidit de Carne Christi, eodem propemodum argumento. Totus itaque in his fuit hoc anno Tertullianus, ut grassantem Marcionis hæresim impugnet, necnon Valentinum, carnis Christi veritatem impiè negantem. Meminit^a ibi Alexandri cuiusdam ex Valentini secta descendentis, qui Christi carnem sui ortu (proh scelus!) impiè dicebat infectam fuisse peccato.

^a Tertull. de Carn. Christi. c. 15. 16. 17.

III.
ALEXAN-
DER VALEN-
TINIANVS.

Sed decipitur, mea sententia, qui putat hunc in quem Tertullianus inuehitur, Alexandrum illum esse, de quo Suidas scribit his verbis: Alexander Hierapolis Episcopus & martyr nouem capitibus conscripsit, Quid noui Christus in mundum intulerit. quæ oratio reconditis sententiis est reiecta.] hæc ipse. Qui cum hunc fuisse martyrem dicat, planè alium longè diuersum ab Alexandro Valentiniano declarat: nam (ut suo loco superius dictum est) tantum abest ut Valentinianus quispiam reperiat subisse martyrium, ut potius hoc ipsum docerent omnes, nequaquam pro Christo martyrium subeundum. quod idem ipse Tertullianus^b in Scorpiaco non obscure significat, dum Valentinianos inter martyrij refragatores adnumerat.

^b Tertull. in Scorpiaco. c. 2.

IESV CHRISTI
ANNVS
210.

ZEPHYRINI PAP.
ANNVS
8.

SEVERI IMP.
ANNVS
16.

I.


Christi anno ducentesimo decimo, Antonino Augusto tertium & Geta Cæsare secundum Coss. celebrata sunt Romæ Antonini Decennalia: quibus celebratis, Seuerus vnà cum filiis & exercitu aduersus Britannos, qui fines egressi, Romanorum dittonem inuaserant, est profectus. Id quidem hoc anno contigisse, nempe tertio ante obitum ipsius Imperatoris, auctor est Dio. Quo item anno Geta Cæsar cum Tribunitia potestate Imperium accepit. Id enim nummorum inscriptiones significant, quæ à diuersis in vnum congestæ atque descriptæ habentur. Hoc planè illud ipsum tempus esse constat, quod Tertullianus^c, scribens librum de Pallio (ut superius fuit dictum est) sub triplici Imperij virtute, tribus regnantibus Augustis, felicissimum appellat. de quo vbi ait: Eradicato omni aconito hostilitatis] ad tyrannos barbarosque deuictos alludit. Vbi verò addit: Et catro & rubo subdolæ familiaritatis] ad Plautianum, de quo superius actum est, pertinere, omnes rectè cuncta considerantes intelligent. Sed & cum subdit: Constitutum & amœnum super Alcinoi pometum, & Midæ rosetum, ipsum (quod dixerat) re vera Orbis cultissimum huius Imperij rus est.] Deo nimirum (ut ait) tot Augustis in vnum fauente] concordiam & felicitatem præsentis temporibus demonstrat Imperij, duobus fratribus Augustis cum patre Seuerò vnà regnantibus, & Iulia Augusta matre eos arctis vinculos pacis & amoris vinculis confouente.

^c Dio in Seuerò.
GETA AVGV-
STVS DICTVS
^d Pomian. in Fast. Adolph. de vii. Cæsar. ^e Tertull. de Pallio. cap. 2.

II.

Quem quid in felicissimum Imperij statum, eius temporis æra cusa declarant. Inuenimus enim plures antiquos nummos trium Augustorum, necnon Iuliæ Augustæ matris iuniorum Imperatorum imaginibus insignitos: quorù vnum hic tibi proponimus ad elucidationem Tertulliani loci: etenim illam horum temporum, trium Augustorum regnantium felicitatè exprimit, Seuerum cum coniuge parte altera, altera verò Antoninum & Getam filios Imp. notatos habens publicæ felicitatis & perpetuæ concordia: titulis.

^f Ex Museo Lelij Pasquali Canon. S. Maria Maior. in Vrbe.



Cete-


CHRISTI
210.

ZEPHYR. PAP.
8.

SEVERI IMP.
17.

A Ceterum et si cunctis Romano Imperio subditis felicia hæc visa sunt tempora: Africanis certè ipsis, ex quibus Seuerus ducebat originem, cesserunt felicissima, præcipuè tamen Carthagenensibus, de quibus Tertullianus ipso exordio libri de Pallio, quem his fermè temporibus Seueri scripsisse diximus, ista præfatur: Principes semper Africæ, viri Carthagenienses, vetustate nobiles, nouitate felices, gaudeo vos tam prosperos temporum (cum ita vacat & iuuat) habitus denotare pacis. hæc & annona, & otia, ab Imperio & à cælo, benè est.] planè alludens ad ea quæ cum Spartianus scribit, tum antiquæ nummorum declarant inscriptiones. Tripolim (inquit^a ille) vnde oriundus^a Spartian. in Seuerò. erat, contusis bellicosissimis gentibus, securissimam reddidit; ac pacem diurnam, oleum gratuitum, & fecundissimum agrum donauit.] At non solum hæc pacis & abundantia bona Tripolitani fenserunt, sed & Carthagenenses, quibus idem Seuerus B Augustus complura indulxit: ut antiqua tum ipsius tum filij Antonini numismata docent, quæ hic tibi exprimenda curauimus.

III.



^b Ex Museo Lelij Pasquali Canon. S. Maria Maior. in Vrbe.



Per sedentem super leonem mulierem exprimi Cælestem Carthagenensium deam, inferius quinto Annalium tomo alia occasione pluribus dicturi sumus. His itaque & aliis beneficiis toti Africæ præstitis, ab Africanis inter deos Seuerus relatus est.

Scribebat his item temporibus Tertullianus^c aduersus Iudæos: in cuius quoque commentario hæc de præsentis temporis statu: Britannia inter Oceanum ambitum conclusa sunt. Maurorum gens & Getulorum rabies à Romanis obsidentur, ne regionum suarum fines excedant. Quid de Romanis dicam, qui de legionum suarum præsidij Imperium suum muniunt?] Ita enim à Seuerò totius Romani Imperij paci consultum fuit, distributis per prouincias, præsertim Imitaneas, triginta duabus legionibus: quarum (inquit Dio^d) decem & nouem supererant ex iis quæ Augusti tempore erant. Addiderat vnã, Italicam nominatam, Nero: Galba duas, Auxiliariam dictam primam, atque aliam Septimam nominatam. Totidem Vespasianus, Auxiliariam secundam, quartam Flauiam. Domitianus vnã Atheniensem. Traianus duas, secundam Agrippinam, trigésimam Germanicam. Marcus Antoninus duas itidem, secundam in Norico, tertiam in Rætia, ambas dictas Italicas. Seuerus verò abundantius ceteris addidit tres, duas dictas, Parthicas, primam & tertiam, secundam verò Medicam ob victorias de Parthis & Medis obtentas.

^c Tertull. aduers. Iud. c. 7.

^d Dio hist. Rom. lib. 55.

^e Tertull. aduers. Iud. c. 7.

Sed egregiè Tertullianus^d, his de Romani Imperij viribus recensitis, longè præstare

iis

VIRI CHRIS-
TIANAE
RELIGIO-
NIS.

Tertull ad
Iud. c. 1.
V. 1.

EVDAEI IN
RELIGIO-
NEM CHRIS-
TIANAM
SEMPER
ARMATI.

VII.
Tertull. in
Apol. cap. 11.
STATVS IN
FELIX LV-
DABORVM.
Idem contra
Iud. cap. 13.
I. 1.
I. 33.

VIII.
ZEPHYRI-
NVS PAPA
CONVITAT
HAERETI-
COS.

iis omnibus inermem Christianam religionem significat; ac proinde iustissimè gloria-
tur: Quippe cum Romani tot legionibus suum Imperium muniant, nec trans istas, in-
quit, gentes porrigere vires regni sui possint: Christi autem regnum & nomen vbique
porrigitur, vbique creditur, ab omnibus gentibus supra numeratis colitur, vbique regnat,
vbique adoratur.] hæc & alia ipse de Christi vbique regnantis gloria, in Iudæos liuore
tabescentes, & canino dente Christi cultum rabidè corrodescentes, obiectat. Sed vnde sibi
in Iudæos agendi suppeditata sit occasio & argumentum, ipso sui ipsius exordio operis
declarat his verbis:

Proximè accidit: disputatio habita est Christiano & profelyto Iudæo. Alternis vicibus
contentioso fune vterque diem in vesperam traxerunt. Obstrepentibus etiam quibus-
dam spectantibus, singulorum nubilo quodam veritas obumbrabatur. Placuit ergo,
quod per concentum disputationis minus plenè potuit dilucidari, inspici curiosius, &
lectionis stylo quæstiones retractatas terminare.] hæc ipse. Ex quibus liquet, Dei Eccle-
siam non modò Gentilium gladio cruentatam, ipsorumque calumniis turpiter exagita-
tam, hæreticorum ingruentium impietate vexatam, sed & dilaceratam furore oblatran-
tium Iudæorum; opulque fuisse cum iisdem manus sæpè conserere, vt qui indigno feren-
tes animo totum iam mundum post Christum abire, non cessarent coram Gentibus in
Christum obloqui, & horrendas blasphemias effutire, de Christianis garrere, quòd homi-
nem ab ipsis in crucem actum adorarent: sicque omni contumeliarum genere vbique
solerent Christianam religionem deridere, vt non mediocre nec facilè incumberet Chri-
stianis negorium, hos coram ipsis Gentibus talia audientibus ac spectantibus, mendacij
redarguere, ac penitus confutare.

Nec prætermittendum, quòd hac quoque disputatione Tertullianus refricat calami-
tates ipsorum, quas attigerat in Apologetico^b, dum ipsorum statum præsentem obocu-
los ponit, sic dicens: Interdictum est, ne in confinio ipsius regionis demoretur quisquam
Iudæorum: vt hoc quoque esset adimpletum per Prophetam^d: Terra vestra deserta, ci-
uitates vestrae igni exustæ, id est, quod belli tempore eis euenerit: Regionem vestram in
conspectu vestro exteri comedunt, & deserta & subuersa erit à populis alienis. Et alio
loco sic per Prophetam^e dicitur: Regem cum claritate videbitis, id est, Christum facien-
tem virtutes in gloria Dei Patris: & oculi vestri videbunt terram de longinquo: quòd vos
bis pro meritis vestris post expugnationem Ierusalem, prohibitis ingredi in terram ves-
tram, de longinquo eam oculis tantum videre permillum est.] hæc & alia de his Tertul-
lianus. Quando autem hæc facta sint, iam superius dictum est. sed de his hæcenus.

Quod verò ad Romanam Ecclesiam spectat: Erat his temporibus Zephyrinus Papa^d
(respirante iam à persecutione Ecclesia) totus ad expugnandas hæreses comparatus.
Optatus enim Mileuitanus hæc de ipso ac ceteris qui hoc tempore validius hæreses op-
pugnabant: Marcion, inquit, Praxeas, Sabellius, Valentinus, & ceteri, temporibus suis
à Victorino Pictauiensi, & Zephyrino Urbico, & Tertulliano Carthaginensi vsque ad
Cataphrygas, & ab aliis assertoribus Ecclesiæ superati sunt.]

IESV CHRISTI
ANNVS
211.

ZEPHYRINI PAP.
ANNVS
9.

SEVERI IMP.
ANNVS
17.

I.
BRITANNI
COERCITI.

II.
DE MINV-
TIO FELICE.
Hieron. de
Scrip. Eccl. in
Minutio.

DVcentesimo vndecimo Christi anno, Claudio Pompeiano & Lolliano Auito Coff.
Seuerus Britannos coërcuit. Sed & quod (inquit Spartianus) maximum eius Im-
perij decus est, muto per transuersam insulam ducto, vtrimque sinem Oceani commu-
niuit; vnde etiam Britannici nomen accepit.] Sed hæc Dio fufus est profecutus.

His ipsis temporibus, cum Zephyrinus Romanæ præfesset Ecclesiæ, recensetur à
sancto Hieronymo^f inter nobiles scriptores Ecclesiasticos Minutius Felix, de quo hæc
scribit: Minutius Felix, Romæ insignis caudidicus, scripsit dialogum Christiani & Eth-
nici disputantium, qui Octavius inscribitur: sed & alius sub eius nomine fertur de Fa-
to, vel contra Mathematicos, qui cum ipse sit deferris hominis, non mihi videtur cum
superioris libri stylo conuenire. Meminit huius Minutij Lactantius in libris suis.]
hæc

A hæc Hieronymus, qui eundem auctorem laudat in epistola ad Magnum^a. Porro Cæci-
lius Rhetorem; qui apud Minutium interloquitur, Christianam religionem vehemen-
ter impugnans; quòd is tandem ab Octauio persuasus, visus sit manus dedisse, atque
Christo credidisse; magna ac vehemens me coniectura adducit, vt existimem, hunc
fuisse Cæcilium illum insignem eruditione virum, Cypriani Episcopi Carthaginensis
magistrum; à quo honoris causa, vtpote qui percelebris fama esset, Cæcilij nomen acce-
pit. Hæc quidem vt putem, tempus, studium, nomen, patria, ac religio denique ipsa per-
suadet: quibus in vnum concurrentibus signis quadam velut facta syndrome, qui rectè
sciat, haud opinor, vanum me vt coniectorem temerè condemnabit.

Quod verò ad commentarium illum Minutij Felicis pertinet, videas easdem planè
calumnias in Christianos obiectas, quas Tertullianus in eo quem nuper scripserat Apo-
logetico eruditè refellit; vt figmentum illud de capite asini, quod calumniabantur CO-
lere Christianos, de infanticidio, & esu carniū humanarum, & promiscuo facta lumi-
num extinctione concubitu. Sed ad antiquas calumnias illud additum reperitur, Chri-
stianos colere Antilitis genitalia: quam quidem ea occasione irrogatam putamus in-
famiam, quòd Christiani omnes ad genua sacerdotis flexis genibus procumberent, ma-
nibusque suppliciter iunctis, exomologesum more maiorum facere consueuissent. Hæc
& alia multa ab Ethnicis obiectari solita, à Cæcilio vehementius inculcata, ab Octauio
confutata scitissimè proponuntur.

Inter alia autem, quòd recentis persecutionis fixa in mentibus hominum de martyriis
Christianorum essent exempla, ex Octauij Christiani persona Minutius præclarum illud
ingerit^b: Itaque vt aurum ignibus, sic nos discriminibus arguimur. Quam pulchrum spe-
ctaculum Deo, cum Christianus cum dolore congrederetur: cum aduersus minas & sup-
plicia & tormenta componitur: cum strepitum mortis & horrorem irridens inculcat:
cum libertatem suam aduersus Reges & Principes erigit, soli Deo, cuius est, cedit: cum
triumphator & victor ipsi, qui aduersum se sententiam dixit, insultat.] & paulo post:
Sic Christianus miser videri potest, non potest inueniri. Vos ipsi calamitosos viros fertis
in caelum, Mutium Scauolam; qui cum errasset in Regem, periisset ab hostibus, nisi
dexteram perdidisset. Et quot ex nostris non dexteram solū, sed totum corpus vri,
cremari sine vllis eiulatus pertulerunt, cum dimitti præsertim haberent in sua potesta-
te: Viros cum Mutio, vel cum Aquilio, aut Regulo comparo: Pueri & muliercula nostræ,
cruces & tormenta, feras & omnes suppliciorum terribiles inspirata patientia doloris
illudunt. Nec intelligitis, o miseri, neminem esse, qui aut sine ratione velit pœnam sub-
ire, aut tormenta sine Deo possit sustinere.] hæc & alia complura eodem argumento

D Minutius. Ipsum etiam de Fato scripsisse, hæc eius verba significare videntur, quibus ait:
In nobis non genitura plectitur, sed ingenij natura punitur. Ac de Fato satis hæc, vel pau-
ca pro tempore, disputaturi aliàs & verius & plenius.] hæc Minutius Felix; cuius planè
aureum commentariolum vnà cum Arnobio luculenter à se nouissimè recognitum,
emendatum, ac illustratum, nuper Romæ edidit vir illustris & insigniter eruditus Fuluius
Vrfinus, de Ecclesiasticis quoque litteris optimè meritis.

Sed inter plura quæ à Gentilibus in Christianos obiici solita erant, & apud eundem
auctorem à Cæcilio in Octauium ingeruntur, quòd eadem à Nouatoribus aduersus Ca-
tholicos, nostris temporibus, in calumniam conuertantur, nolumus prætermittere, quòd
Minutij locus malè acceptus, & ab occasione quamlibet captantibus perperam inter-
pretatus, elucideretur, & legitimus germanusque verborum ipsius sensus à quouis perspi-
cuiè intelligatur. Cur (inquit ille, de nostris loquens) nullas arashabent, templa nulla, nulla
nota simulacra?] Comparant ex iis, inquam, argumentum hæretici, qui impie demoliri
consueuerunt Catholicorum ecclesias: firuuntque calumniam, affirmantes, nullas penes
Christianos fuisse ecclesias, vel altaria, aut imagines. At licet primo tomo Annalium^c
aperitissima luce fuerit demonstratum, ab ipso exordio nascentis Christi Ecclesiæ, ea om-
nia apud Christianos fuisse, & religionis vsui inseruisse; ipsique Minutij citato loco fuerit
satisfactum: tamen hic eum dilucidius explanare, haud otiosum erit.

Denitio potius erat illa, quam calumnia Gentilium in Christianos insultantium, quòd
nullum penes illos templum esset. Quidnam verò per templum ipsi intelligerent est dili-
gentius inquirendum. Errant in primis, qui putant, omnes sacras deorum aedes, in quibus
sacra facerent, templa dicta fuisse. Immo cum quàm plurima essent Romæ multiplicium
deorum

Annal. Eccl. Tom. 2.

D d

deorum

a Hier. ep. 84.
DE CAECILIO RHE-
TORE.

III.
MINVTIVS
AGIT CAU-
SAM PRO
CHRISTIA-
NIS.

IV.
Minut. eod.
lib. 1. rop. su.
LAUDATA
CHRISTIA-
NORVM
CONSTAN-
TIA.

V.
OBIECTIO
GENTILIVM
ET HAERE-
TICORVM.

c Tomo primo
Ann. an. 57.

VI.
ELVCIDA-
TIO LOCI
MINVTII.

deorum delubra, per pauca tamen eorum constat nominata fuisse templa. Est de his testimonium M. Varronis ad Pompeium de officio Senatus habendi Itagologicum consecratoris, in quo hæc atque alia apud Gellium^a: Inter quæ id quoque scriptum reliquit: Non omnes ædes sacras templa esse, ac ne ædem quidem Vestæ templum esse.] hæc ibi. Immo & templa dici etiam, quæ alij publico vsui quàm diuino cultui inferuient, alibi idem Varro^b testatur, cum ait: Curia Hostilia templum est, & sanctum non est.] Ex quibus omnibus plane intelligas, non nisi ingentes illas ædium moles, vastas illas amplissimasque publicorum ædificiorum structuras, atque augustiora delubra, templa ab illis vocitata. In quam planè sententiam hæc Arnobius^c in eos: Templa enim hæc quid sunt? Si humanam infirmitatem roges, nescio quid immane atque amplum.] & paulò post: Sint ergo hæc licet aut ex molibus marmoreis structa, laquearibus aut renideant aureis, splendeant hinc gemmæ, & sidereos euomant variata intertitione fulgores: terra sunt hæc omnia, &c.] Certè quidem nec nos inficias imus, caruisse præcos illos Christianos eiusmodi templis, & ecclesiis templorum instar erectis.

VII. Verùm nec quidem religionis humilitate, impensarumve paritate, ab huiuscemodi structuris tunc Christiani abstinerunt, sed quòd iugis Gentilium constata in eos inuidia non sineret, & frequens inde dimanans persecutio non permitteret. Nam simulac cessarunt Ethnici Imperatores; & Christiani nacti sunt habenas Imperij, nempe temporibus Constantini, qualia toto Christiano orbe ab iisdem templa fuerint excitata, illa ipsa quæ adhuc pluribus in locis integra remanent, quæve in antiquis chartis à maioribus descripta leguntur, certissimam fidem faciunt. Ad hæc igitur à Gentilibus in eos obiecta, erat iustissima Christianorum illa responsio: Dei templum esse vniuersum hoc quod cernitur, vel, quæ latiores complectitur ambitus, mentem humanam: nec aliquod his dignius posse Deo optimo maximo templum erigi. Nam cælum ipsum templum esse dictum, totumque hoc quod tuimur (vnde & nomen accepit) idem qui supra auctor est Varro^d. Cum alioqui Fideles (quod suo loco est apertissimè demonstratum) haberent sacras ædes, precatórias domos, quas frequentiori vsu Ecclesias nominarent, in quibus ad sacrificium celebrandum esset altare, ac sacræ imagines, non autem aræ ad animalium carædes vel suffitus accommodatæ, vel simulacra deorum, more ipsorum desuper collocata.

PRAECY-
TVM CHRIS-
TIANORVM
TEMPLVM.
^d Varro de
ling. Lat. li. 6.

IESV CHRISTI ZEPHYRINI PAP. SEVERI IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
212. 10. 18.

I. Christi anno ducentesimo duodecimo, Acilio Faustino & Macro Rufiniano Coss. Seuerus Imperator, qui hæcenus ob adeptum Imperium & tot Gentes debellatas felicissimus habebatur, in filiis se esse omnium miserrimum expertus est. Ab Antonino enim sæpè occidi tentatus, beneficio amicorum est à nece subductus. scribit hæc paucis Dio^e his verbis: Antoninus filius palàm sua eum manu occidere est conatus. Nam cum fortè equitarent vnà, equitaretque pariter reliquus exercitus, & hostium copiarum viderentur; Antoninus, equo refrenato, magno silentio percommode gladium distinxit, vt tergum patris percuteret. Quod vbi animaduertentur ij qui simul equitabant, exclamauerunt protinus: eoque clamore perterritus Antoninus, se abstinuit.] Redarguit eum qui rem senserat pater: nec tamen quidquam illi molestiæ intulit, sed tantum obiurgauit. At licet dissimulasset, tamen quod reliquum fuit vitæ, cum mœre duxit, quippe qui etiam intelligeret, ipsum fratrem Geta m interfectum iri, cum primum potestas daretur: sicque mœre magis quàm morbo (inquit Herodianus^f) consumptus, vita defunctus est.] sed hoc, anno sequenti. Porro hæc ipsum passum vlciscente numine innoxium Christianorum sanguinem, æquius dici posse videtur, quàm (quod tradit Orosius^g) priores illas ærumnas ciuiliis belli: nam nondum illis temporibus negotij aliquid ille faceretur Christianis.

^e Dio in Se-
uero.
SEVERVS A
FILIO AD
NECEM
QUAERIT-
VR.

^f Herod. lib. 3.

^g Oros. lib. 7.
cap. 17.

IESV

IESV CHRISTI ZEPHYR. PAP. ANTONINI & GETÆ AVGG.
ANNVS ANNVS ANNVS
213. 11. 1.

A SEquenti anno ducentesimo decimotertio, Gentiano & Basso Coss. prid. Nonas Februarij (vt auctor est Dio) Seuerus Imperator non tam corporis morbo (vt dictum est) quàm animi mœre confectus, Eboraci in Britannia diem clausit extremum, cum imperasset annos decem & septem, menses octo, & dies tres, vixissetque annos sexagintaquinque, menses nouem, & dies quindecim. Quo mortuo, Antoninus & Geta fratres capessunt Imperium. Ille, qui diutius morte patris expectata, ac pro viribus intentata, serò nimis (vt sibi videbatur) voti compos factus erat, ea audita, nactus statim summam Imperij potestatem, confestim (inquit Herodianus^a) vniuersos ab ipso late (quod aiunt) interficere cepit: nam & medicos supplicio affecit, quòd sibi parum obtemperauerant iubentis mature necem: nutritioque suos iuxta & fratris, quòd de reconciliandis eis egissent, ne vno quidem reliquo suæ crudelitatis facto ex eo ordine hominum qui in honore aliquo fuerant, quique ipsius parentem obseruauerant.] hæc Herodianus.

B Ex nutritiis interfectis fuit qui primum locum tenere videbatur Euodus. ipsum quidem ab eo esse iussu occidi, etiam Dio^b affirmat. Fuisse autem Euodo coniugem Christianam, Tertullianus^c testari videtur, dum ait, eundem Antoninum lacte Christiano fuisse educatum. Porro illud Antonini egregium honestissimæ pueritiæ Christianis imbutæ moribus specimen editum recenset Spartianus^d, sic dicens: Huius igitur pueritia blanda, ingeniosa, parentibus affabilis, amicis parentum iucunda, populo accepta, grata Senatui, ipsi etiam ad amorem conciliandum salutaris fuit. Non ille in litteris tardus, non in benevolentis segnis, non tenax in largitate, non lentus in clementia, sed subparentibus visus. Denique si quando feris obiectos damnatos vidit, fleuit, aut oculos auertit: quod populo plus quàm amabile fuit. Septennis puer, cum collusorem suum puerum ob Iudaicam religionem grauius verberatum audisset; neque patrem suum, neque patrem pueri, vel auctores verberum diu respexit.] hæc ipse: quem per Iudaicam religionem significasse Christianam fidem, quæ modò ex Tertulliano dicta sunt, per facile indicant.

C Accidisse enim existimo, vt Antoninus, cum lacte Christiano educaretur, collusorem æquè habuerit Christianum puerulum, eundemque collactaneum, atque Euodi educatoris filium: quem tamen, quòd Christianam religionem inter iocos (vt pueri solent) Antonino vt acciperet suaderet, Seuerus & pater pueri Euodus ipse educator acriter verberari iusserint. Sed ob indignum facinus æqua lance est pensata vindicta; nimirum vt pater eum virum iam factum senserit contumacem, quem puerulum à pijs sanctisque vitæ optinæ institutis collusoris verberibus distraxisset, diuulsissetque: paternis enim monitis, cum à puero excedentem, animo elatiorem, vultuque trucem redditum esse tradunt. Sed & pueri pater meritas pœnas de verberibus inflictis puerulo dedit, dum (vt nuper dictum est) ab eodem Antonino iussus est occidi.

D Sic igitur defuncto Seuro, Antoninus & Geta fratres cum vnà simul adiissent Imperium: ambo^e pariter ex Britannia soluentes, allatis secum parentis cineribus, Romam se contulerunt, cum tamen inter se inuicem dissentirent, & alter alteri insidias moliretur. Sed quæ post hæc acciderint, suo loco dicturi sumus. Delatus Romam in suis cineribus Seuerus ex Senatusconsulto relatus est inter diuos. De quo quidem ritu, de ipsis scilicet Gentilicis carimonijs, cum aliquis inter diuos referretur, quæ ab Herodiano^f suorum temporum rerum scriptore sunt fideliter scripta, dum agit de Seuro ipso Imperatore in diuum à filiis consecrato, describere iucundum fore putamus. Cum enim sæpius mentio habeatur de Imperatoribus atque eorum vxoribus à Senatu populoque Romano in deos acceptis, quibus ritibus id faciendum esse perscripserit insana supersticio Gentilicia, quam maiores nostri meritò derisere, hic Herodiani verbis excribendum putamus; quo stultitia nouos deos ad libitum facientium, Deumque verum repudiantium, cognoscatur.

E Mos est, inquit, Romanis consecrare Imperatores, qui superstitionibus filiis vel successoribus moriuntur. Quique eo sunt honore affecti, relati dicuntur inter diuos. Est autem tota Vrbe quasi luctus quidam festæ celebritati promiscuus. Quippe functum vita corpus, RELATIO
IMPP. IN
DEOS.

Annal. Eccl. Tom. 2.

Dd 2

pus,

I.
DE SEVERO
OBITU ET
ANNIS IM-
PERII.

^a Herodian.
lib. 3. in fine.
SECVITIA
ANTONINI.

II.
^b Dio in Seue-
ro, & in Ca-
rcinal.
^c Tertull. ad
Scapuli c. 4.
^d Spartian.
in Caracal.
PVERITIA
ANTONINI.

III.
DIGNA VE-
LIO IN SE-
VERVM ET
EVODVM.

IV.
^e Herod. li. 3.
in fine.
SEVERVS
RELATVS
ROMAE IN-
TER DEOS.

^f Herod. li. 4.

pus, ritu hominum, sumptuoso funere sepeliunt. Sed certam imaginem defuncto quam simillimam fingunt, eamque in regio vestibulo proponunt supra eburneum lectum maximum atque sublimem, vestibus instratum aureis. Et quidem imago illa ad ægroti speciem pallida recumbit. Circa lectum verò vtriusque magnam partem diei sedent; à læua quidem Senatus omnis vestibus atris amictus; à dextera verò matronæ, quas virorum aut parentum dignitas honestat: harumque nulla vel aurum gestans, vel ornata monilibus conspicitur; sed vestibus albis exilibus induta, mœrentium speciem præbent.] Cur autem viri nigris vestibus, feminæ verò albis funera celebrarent, Plutarchus^a exacte declarat, pluribus adductis verisimilibus rationibus.

^a Plutarchus
quæst. Rom.
9. 26.

VI.

SENISTRÆ
FRÆRO-
GATIVÆ.

^b Plutar. ibi-
dem qu. 78.

^c Varro de
Ling. Lat. lib. 6.
verb. Scenæ.

^d Cic. de Divin.
lib. 2.

^e Plinius lib. 2.
cap. 54.

^f Virg. Æneid.
lib. 2.

^g Var. de Lin.
Lat. lib. 5.

^h Feil. verb.
Sinistræ aures.

VII.

APUD IV-
DAEOS VBI
SENISTRÆ
FRÆLATA

ⁱ Plutarch. de
Plac. philos.
lib. 2. cap. 10.

^k Gen. 48.

VIII.

VANA AT-
QVERIDEN-
DA GENTI-
LITIA SV-
PERSTITIO.

Quòd insuper in communi illo confessu à sinistra parte amplissimus Senatorius ordo confederit, à dextera verò feminæ; illa potuit esse ratio, quòd apud Romanos pars sinistra (vt idem Plutarchus^b affirmat, & ante ipsum Varro^c, & alij) melioris esset auspicij, ac proinde dignior haberetur: sed id in sacris atque diuinis (cuiusmodi præfens officium videbatur) vt Seruius atque Donatus Virgilianum^d illud explicant: *intonuit læuum*.] Sic & apud eundem Varronem^e & Festum^f, aliosque prisicos auctores quos citant, habetur expressum, Romanos pariter, huius Hemispherij nobiliorem partem, nempe Orientem, tribuisse sinistrae, dexterae verò Occidentem: cum tamen, auctore^g Plutarcho, philosophorum principes Pythagoras, Plato, & Aristoteles Orientem in dextera collocarent. Sed in sacris tantum (vt diximus) sinistra priorem sibi vendicat locum, quòd (vt aiunt) sinistra nostra, dextera numinis, quæ præcipue attendi debeat, habeatur; secus autem esse soleret in reliquis consuetis officijs. Hæc apud Romanos.

Apud Hebræos autem pars dextera potior erat, sed diuino planè consilio per Patriarcham Iacob in benedictionibus Ephraim & Manasses propalato^h; mutatae sunt vices rerum & ordo, vt sinistra dexterae præferretur. Quòd quidem tum ob mysterium eo symbolo consignatum, tum ob inolitam illam apud Gentes consuetudinem, Dei Ecclesia, maiori ex parte ex Gentibus aggregata, diu vsus retinuit: nimirum vt in publico Patrum concessu, qui dignitate ceteris antecellerent, in sinistra parte considerent. Idque pluribus exemplis, suis locis, inferius demonstrabimus, tum præcipue cum agemus de Nicæno Magno Concilio. Quòd enim in hæc obiter inciderimus, haud patitur ratio instituti prolixioris hic de his habere sermonem. Ad Herodianum igitur redeamus, qui susceptam semel de consecratione diuorum narrationem his prosequitur verbis:

Hæc ita per septem dies continuos faciunt, medicis ad lectum quotidie accedentibus, inspectumque velut ægrum deterius se habere subinde pronuntiantibus. Dein vbi iam visus obiisse diem, lectum humeris attollunt Equestris Senatorijque ordinis nobilissimi ac lectissimi iuuenes, perque Viam Sacram in vetus Forum deferunt, vbi magistratus Romani deponere imperium consueverant. Vtriusque autem gradus quidam sunt ad scalarum similitudinem extructi, in quibus altera ex parte puerorum chorus est è nobilissimis atque patris; altera feminarum illustrium, hymnos in defunctum, præanastique canentium verendo ac lamentabili carmine modulatos. Quibus peractis, tollunt iterum lectum, atque extra Urbem perferunt in Campum Martium: vbi, quæ latissimè campus patet, suggestus quidam specie quadrangula lateribus æquis assurgit, nulla præterquam lignorum ingentium materia compactus in tabernaculi formam. Id quidem interius totum est aridis fomitibus oppletum, extra autem intextis auro stragulis, atque eboreis signis, variisque picturis exornatum. Infra verò alterum minusculum quidem positum est, sed forma & ornatu persimile; portis ianisque patentibus. Tertiumque item & quartum semper superiore contractius, ac deinceps alia, donec ad extremum, quòd est omnium breuissimum, perueniatur. Possis eius ædificij formam comparare turribus his, quæ portibus imminentes, noctu igne prælato, naues in tutas stationes dirigunt, Pharos vulgò appellant. Igitur lecto in secundum tabernaculum sublato, aromata & suffimenta omnis generis, fructus, herbas, succosque omnes odoratos conquirunt, atque acruatim effundunt. Quippe neque gens est, neque ciuitas, neque qui honore villo aut dignitate præcellat, quin certatim pro se quisque suprema illa munera Principis honori deferant.

IX.

Vbi verò ingens aromatum acruus aggestus est, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adequant, vniuersis Equestris ordinis certa quadam lege ac recursum morumque pyrrhichio numeroque in orbem decurrentibus. Cursus item circumaguntur incessi

A incessi purpuratis rectoribus, qui personas ferant ducum omnium Romanorum, principumque illustrium. Quæ vbi celebrata sunt, facem capit Imperij successor, eamque tabernaculo ad mouet. Tum ceteri omnes vndique ignem subiiciunt, cunctaque; illicò fomitibus illis aridis odoramentisque referta igni valido corripuntur. Mox ab extremo minimoque tabernaculo tamquam è fastigio quodam, simul cum subiecto igni aquila dimittitur, quæ in caelum creditur ipsam Principis animam deferre. Ac iam ex illo vnà cum ceteris numeribus Imperator colitur.] hæc Herodianus de consecratione Principum Romanorum in deos. Quibus sic consecratis (vt vidimus) sacrificia, aræ, templa, atque sacerdotes decerni soliti erant. De his Tertullianus^a exprobrans: Sed dignè, inquit Imperatoribus de-
functis honorem diuinitatis dicatis: quibus & viuentibus eum addicitis. Accepto ferent
dij vestri, immò gratulabuntur, quòd pares eis fiant domini sui.]

MVNERIS
CUSNM-
MATIO.

^b Tertull. in
Apol. c. 13.

B Qui igitur maior natu Antoninus Imperium adiit, cognominatus est vulgò potius, quàm maiorum exemplo vel origine, Caracallus. Quòd attinet ad eiusmodi nomen illud dicere non prætermittimus, quòd vulgatum est ex Spartiano & alijs, ea de causa hoc nomine eum appellatum, quòd sic dicta vestimenta donasset populo ad talos vsque demissa. Hac verò occasione nolimus hic præteruisse, fuisse caracallam vestem olim clericis vsui; quippe quæ (vt dictum est) vsque ad talos demissa, magnum eam induenti conciliaret decorem. Beda enim non aliunde, quàm ex antiquis martyrij S. Albani Actis, tradit^b eundem S. Albanum induisse se vestimentum clerici, quem fugientem domi exceperat, nempe caracallam, qua clericus sic vteretur, vt licet fugæ esset impedimento, vt pote ad talos demissa, tamen carere noluisse. Porrò quòd spectat ad Antoninum, rei nouitate (quòd numquam antea eiusmodi genus vestimenti fuisse apud Romanos in vsu) illi inditum est vestis nomen. Fuisse eam discissam, & ex multis partibus confutam, tradit Dio in Caracallo.

X.

CARACAL-
LA NOMEN
VESTIS, QUA
CLERICI

VFEBAN-
TVR.

^c Bed. de gest.
Ang. lib. 7.

C Hoc eodem anno, defuncto Serapione Episcopo Antiocheno, ponitur ab Eusebio subrogatus Asclepiades, qui sederit annos septem. sed alibi hæc habet de Asclepiade: Hic persecutionis tempore ob constantem fidei confessionem multum laudis & gloriæ adeptus est: cuius in Episcopatum ordinationis Alexander Ierosolymorum Episcopus ad Antiochenos scribens sic meminit.] recitat ex ea epistola tantum exordium his verbis: Alexander seruus Domini, & vincus Iesu Christi, beatæ Antiochenorum Ecclesiæ in Domino S. Mihi audienti, Asclepiadem, virum propter fidei amplitudinem ad ministerium accommodatissimum, sanctæ, quæ apud vos est, Ecclesiæ Episcopatum diuina prouidentia obtinuisse, Dominus vincula mea, dum in carcere conclusus tenebar, mitiora leuioraque reddidit.] hanc autem epistolam per Clementem se misisse significat, de quo superius actum est.

XI.

ASCLEPIA-
DES AN-
TIOCHENVS

EPISCO-
PVVS.

^d Euseb. lib. 6.
cap. 10.

D Rursum verò idem Eusebius^d hoc ipso anno ordinatum ponit ipsum Alexandrum Episcopum Ierosolymæ, sic dicens: Vbi Seuerus Imperium ad annos decem, & octo administrauerat, Antoninus eius filius ad eum honorem euehitur. Eo tempore vnus ex eorum numero, qui in ea turbulenta persecutionis tempestate se fortes & inuictos præstitissent, & post certamina pro fidei confessione suscepta essent integri & incolu-
mes diuina prouidentia reseruati, nomine Alexander, quem modò Episcopum Ecclesiæ Ierosolymitanæ fuisse demonstrauimus, propterea quòd in fidei Christianæ confessione temporibus persecutionis nobilitatus erat, Episcopatu quem dixi, cum adhuc Narcissus, qui eum in eo officio anteibat, superstes esset, dignatus fuit.] hæc Eusebius. Sed re vera haud scio, quo modo Eusebius hoc anno vtriusque ponat ingressum. Si enim cum Alexander in vinculis esset, tunc contigit celebrari electionem Asclepiadis Antiochiæ: quoniam modo id fieri potuerit, si à morte Seueri in vniuersa Ecclesia pax fuit (vt Sulpitius Seuerus^e numerat) annis triginta octo? Quamobrem dicere oportet, Alexandrum ante præsentem annum in persecutione Seueri fuisse vinculis illis nobilitatum, ac sic etiam eo tempore Asclepiadem ipsum eadem persecutione multa passum, fuisse quoque Episcopum ordinatum. Sic igitur sicut non electio Asclepiadis, ita nec carcer Alexandri post obitum Seueri ponendus est, quem constat sua ipsius sententia fuisse antea (nempe sub Seuero) carcere afflictatum, ac sic postea sub Antonino hoc anno (vt Eusebius vult) Episcopatu Ierosolymitano donatum. At quoniam quoto Seueri anno Alexandri carcer atque Asclepiadis ordinatio contigerint, haud facile est affirmare; hac de causa, quòd de vtroque hic agat Eusebius, hoc loco est de eis instituta narratio.

XII.

ALEXAND-
RVS

EPISCO-
PVVS.

^e Seuer. hist.
lib. 2.

Cetera autem de Alexandro tum superius dicta sunt, cum de Narcisso eius predeces- fore atque collega actum est, tum postea suo loco dicentur.

XIII.

Hic insuper est annus ille quadragesimus, qui numeratur secundum Eusebii Chroni- con ab undecimo anno Marci Aurelij Imp. (qui est Domini centesimus septuagesimus- tertius) ab exordio pseudoprophetae Cataphrygum, auctoribus Montano, Priscilla, & Maximilla: quo Apollonius (vt demonstratum est superius) insignem edidit commen- tarium aduersus nouae praesumptionis errores, vt ex suis ipsius scriptis de eo testatur Eu- sebius. At Tertullianus scriptum ab eo librum, alio illi aduersario a se edito, nixus est confutare, de quibus haec S. Hieronymus in Apollonio: Tertullianus sex voluminibus aduersus Ecclesiam editis, quos scripsit, septimum proprie aduersus Apol- lonium elaborauit: in quo omnia, quae ille arguit, conatur defendere. Sed ad anni se- quentis res gestas migremus.

*Euseb. lib. 5. cap. 17. b Hieron. de Script. Eccl. in Apollonio.

Table with 3 columns: IESV CHRISTI ANNVS 214., ZEPHYRINI PAP. ANNVS 12., ANT. CARAC. IMP. ANNVS 2.

Y. GETA OCCIDITVR.

*Dio in Caracal. Spart. in end. c. Herodiam. lib. 4.

SARVITIA CARACALLI.

II.

CAEDES CIVIVM ROMANORVM.

III.

IVSTA VINDICTA DE SANGVINE CHRISTIANA.

Sequitur annus Domini ducentesimus decimusquartus, Asperis duobus Coss. Quo- quinto Kalend. Martij Geta Augustus iussu Antonini Augusti fratris occiditur in matris gremio, annos natus duos & viginti, ac menses nouem. Sic solus imperans An- toninus, omnes qui Getae studuerant, interemit: nec illis pepercit, qui vel leuissime hominem coluissent, vel post mortem vel scripsissent, vel pronuntiaissent Getae nomen: quos omnes morte multari mandauit. Hae Dio. Qui autem subito ex Getae tum mi- litibus, tum aliis viris atque mulieribus in Palatio commorantibus, occisi sunt, numerat eos idem auctor viginti milia: accesserunt his postea Senatorum caedes, eorumque po- tissimum qui parenti cari fuissent, inter aliosque clarissimos viros recentetur Papinianus Iuriconsultus, olim Fisci Aduocatus, tunc vero Praefectus Praetorio; ea nimirum occa- sione, quod noluisse composita oratione Antonini parricidium excusare: quem securi percussum audiens, doluit quod non gladio potius necatus esset, quod honestiori visus esset interitu decessisse. Taceo alios innumeratos hic referre.

Caedes vero, quae haecenus in domesticis Getae, in milites & Senatores immaniter saeuit, leuissima quadam occasione in plebem quoque grassata est: quam sic describit Herodianus: Denique id quod numquam est alias factitatum, cum Circenses ludos spectante eo, populus Romanus in aurigam, cui studebat, nescio quid cauillatus esset; ratus sibi contumeliam illatam, repente omnem exercitum facere imperum iussit in po- pulum, ac raptare & occidere quicumque in aurigam dixissent. At milites, accepta se- mel violandi rapiendique potestate, cum discerni a reliquis nequirent qui fuerant pro- teruius locuti, nullo scilicet in tanta multitudine verum fatente, passim in quemcumque inciderant, aut occidebant, aut omnibus ereptis, quasi salute redempta, viuos aegre di- mittebant. Hae ipse. Quatuor praeterea ex sex quae erant Vestales virgines, Romanae su- perstitutionis altrices, consueto supplicio viuas ipsum infodi iussisse, tum Dio, tum alij quoque tradunt. Addidit & saeuitiae impuritatem, cum ex illis vnam etiam violauerit. Atqui illa magis impurissimi hominis ore omnium diffamata est turpitudine, cum Iuliam nouercam duxit uxorem. Sed missa istaec.

Dum talia a truculento Principe adeo saeva in ciues Romanos immaniter perpetrata considero, & in mentem reuoco quae ijdem Gentiles homines paucos ante annos, Seuero absente, in Christianos innocentissimos admisisse: haec omnia plane, vlciscente numine, eos passos fuisse, merito dixerim. Qui enim inclamare solitus esset populus, Christianos ad leonem, (quod superius dictum est) inclamans idem in aurigam, adeo saeuere meruit a militibus trucidari. Quod insuper absque alia criminis nota, nomen tan- tummodò Christianum apud eos (vt vidimus) esset in crimine, illudque pro delicto acceptum satis fuerit, vt in eos omni crudelitatis genere desauirent: recto est Dei iudicio compensatum, vt Getae nomen solummodò habetur pro maiestatis offensa confesso de- licto. Papinianus insuper inter omnes qui Romae ius dicerent iudices eminentes, & alij Iu- riconsulti, quod in causis Christianorum iudicandis (vt de his vehementer, scripta pro

A

B

C

D

E

Christianis defensione, Tertullianus conquestus est) nullam penitus aequi habuissent rationem, sed proculcatis legibus innumeros innocentes homines condemnassent: ipsi pariter nulla mortis digna allata causa, contra ius fasque libidine tantum incitati animi Principis, quae in Christianos irrogassent, eadem mortis supplicia pertulere.

Erat quidem Papiniano tunc in consiliis (vt auctor est Spartianus) Paulus & Vi- pianus Iuriconsulti: fuisseque Vlpianum (vt de Paulo taceam) Christiano nomini in- sensissimum, eumque etiam meritis dedisse poenas, suo loco dicturi sumus. At quod haec manifestiora reddantur, nec esse inanem hanc opinionem, vel leuem quamdam con- iecturam quis paret, quod dicimus, non nisi in Christiani sanguinis vltionem Senatam populumque Romanum tam acerba & graua esse perpessum: quodnam, quae, ad hoc probandum aliud euidentius demonstrari potest argumentum (vt propè loco miraculi habendum sit) quam quod non nisi Romanos Gentiles homines, Christianorum hostes, immanis clades illa percussit, piis autem atque Fidelibus nullum prorsus vel leue saltem damnium intulerit? qui perinde ac olim filij Israel in terra Gessen laetantes agerent, cum interim diris plagis Aegyptij aequè omnes affecti, in mœrore ac luctu iugiter versarentur.

Table with 3 columns: IESV CHRISTI ANNVS 215., ZEPHYRINI PAP. ANNVS 13., ANT. CARAC. IMP. ANNVS 3.

Christi anno ducentesimo decimoquinto, Antoninus Augustus quartum & Balbi- nus Consules creati sunt. Cum vero tranquillissima pace Ecclesia frueretur, Ze- phyrinus, penes quem nihil antiquius erat, quam vt consopito externo bello, ciuile quoque quod ab haereticis inferebatur (quantum fieri posset) sedulo aequè compone- ret, in hoc pro viribus laborauit. Cumque illa his temporibus haereticis periculosis gra- saretur, quae falso adfeto sanctitudinis pallio, Spiritum Paracletum se ducentem sequi in omnibus profiteretur, quaeque ea arte prudentissimos viros, & inter eos Tertullianum quoque fefellerat, & in praecipuum penitus egerat: eius consilio factum existimo, vt Romae, tamquam in totius Orbis theatro, coram Ecclesia de ea re disceptatio haberetur: cum ex illorum parte adflet Proclus * inter Cataphrygas omnes nomine celeberrimus, quem Tertullianus saepe commendat: contraria vero ex parte aduersus eum prodiret Gaius, spectatissimae vitae & eruditionis in Ecclesia vir. Porro de rebus in ea disputatio- ne gestis ac pertractatis, idem Gaius qui primas rerulit, quasi nobile de hoste perfracto trophaeum, librum conscripsit, de quo S. Hieronymus in haec verba: Gaius sub Ze- phyrino Romanae urbis Episcopo, id est, sub Antonino Seueri filio, disputationem ad- uersus Proclum Montani sectatorem, valde insignem habuit, arguens eum temeritatis super noua prophetia defendenda. Meminit eiusdem ante eum Eusebius, qui se eam disputationem naatum esse testatur, cum ait: Disputatio porro Gaij, viri eloquentissimi, Romae, Zephyrino Ecclesiam regente, contra Proclum Phrygum erroris propugnatozem habita, ad nos peruenit, &c.]

Idem alibi ex eadem disputatione haec a Gaio dicta, atque postea scripta refert, quae alia occasione a nobis sunt iterum recitata, sed hic necessario repetenda; ait enim: Atque haec ita se habere, confirmat itidem vir Ecclesiasticus Gaius nomine, qui Ze- phyrini Pontificis Romani temporibus, vixit: inque disputatione scriptis prodita, quam cum Proclo, Cataphrygarum haereticis & opinionis patrono, habuit, eadem ipsa de lo- cis, vbi sacra Apostolorum tabernacula locabantur, asserit. Ego, inquit, Apostolo- rum trophaea perspicue possum ostendere: nam si lubet ad Vaticanum proficisci, aut in viam quae Ostiensis dicitur, te conferre; trophaea eorum, qui istam Ecclesiam suo sermone & virtute stabilierunt, inuenies. Hae tunc disputando Gaius, prouocans eum ex Memoriis Apostolorum ad doctrinam & traditionem Romanae Ecclesiae ab illis tradita: quod Irenaeus, immò & ipse Tertullianus (vt dictum est) cum esset mentis sanioris, praestiterant.

Sed quod ad trophaea pertinet, quae dicit Apostolorum esse Romae adeo praecleara atque conspicua, pariterque cunctis perspicua: illud plane numquam satis admirari possum (ob idque non miretur lector, si eadem saepius repeto) quoniam pacto fieri potuerit, vt tot

IV. RECONSVLTI IN CHRISTIA- NOS PEC- CANTES DE- DERE POE- NAS.

I.

DISPUTA- TIO ROMAE HABITA. * al. Procu- lus

* Hieron. de Script. Eccl. in Gaij.

* Euseb. lib. 6. cap. 14.

II. * Euseb. lib. 2. cap. 24. DE GAIJO ANTIQVO THEOLOGO.

APOSTOLO- RVM TRO- PHAEA IL- LIBATA SERVATA.

III.

tantisque persecutionum procellis Romana Ecclesia exagitata, non fuerint ipsa Memoria Apostolorum diruta, imò ab ipso imò lapide usque funditus reuulsa; quippe cum etiam in Christianorum sepulchra (quod item accidisse diximus ex Tertulliano in ea quae nuper facta est persecutio) Gentiles debacchari solerent, ossa refodere, dissipare atque disperdere? Quòd igitur sepulchris Apostolorum pepercerint, & ab aedificiis desuper structis pariter abstinerint, miraculorum pene omnium maximum fuisse, ecquis iam possit amplius dubitare? Atqui haud factum hoc frustra, sed diuino plane consilio: ut omnibus videlicet innotesceret, praestare sanctos Apostolos mortuos omnibus armorum potentia furentibus Imperatoribus; ostendereturque, supra firmissimam petram aedificium illud esse fundatum, quod nullo ventorum ingruentium impetu sterneretur.

IV. His actis inter Gaium & Proclum, cum Cataphrygum, quae ex vano ipsorum Paracletomanassent, positiones fuissent efficaciter confutatae, ac penitus castae reddita; Tertullianus ad eas roborandas firmiterque statuendas, ex aduerso repugnans, plures eodem argumento edidit commentarios. sed de his anno sequenti dicemus. Zephyrinum vero, post conuictum Proclum, aduersus omnes pseudoprophetae defensores anathema dixisse, & inter alios eadem sententia Tertullianum ipsum perculisse, ea ipsius verba indicant in libro de Ieiuniis, ipsius prope exordio, cum ait: Nouitatem igitur obiectant de cuius illicito praescribant, aut haeresim iudicandam, si humana praesumptio est, aut pseudopphetiam pronuntiandam, si spiritualis indictio est, dum quaqua ex parte anathema audiamus, qui aliter annuntiamus.] haec ipse. Sed pergamus ad reliqua.

V. Excommunicatis Proclo, Tertulliano, aliisque pseudopphetiae propugnatoribus, omnes pariter Catholicae Ecclesiae Episcopi in eandem cum Romano Pontifice sententiam conspirarunt: iidemque iam reddita penitus Ecclesiae pace, diuersis in locis Concilia congregarunt, siue hac qua modò, siue aliis ante de causis: ut Tertullianus in eodem libro, quem sequenti anno ab eo scriptum ostendimus, tradit his verbis: Aguntur praecpta per Gracias illas certis in locis Concilia ex vniuersis Ecclesiis, per quae & altiora quaque in commune tractantur, & ipsa representatio totius nominis Christiani magna ueneratione celebratur.] Plane accidit, ut spiritus ille nequam, qui sibi Paracleti nomen adsciuerat, iam ubique detectus, & ubique damnatus, maioribus odij stimulis suos exagitauerit in Catholicos: quod plane in Tertulliano perspicue videre licet. Sed iam ad alia, quae aduersus Catholicos ab eodem Tertulliano anno sequenti sunt gesta, orationem conuertamus.

IESV CHRISTI ZEPHYRINI PAP. ANT. CARAC. IMP. ANNVS 216. ANNVS 14. ANNVS 4.

I. Anno Domino ducentesimo decimosexto, Messala & Sabino Coss. Tertullianus damnatas iam olim ac nuper confutatas Cataphrygum opiniones pugnacius tueri contendens, illud in primis conatus est, ut bigamiam, humanae infirmitatis remedium, secundum Apostolicam institutionem & antiquam traditionem in Ecclesia toleratam, sed Pseudoparacleri instinctu damnatam, edito commentario penitus proscriberet. Id quidem factum ab eo hoc anno, ratio annorum, quam ipse deducit à tempore scriptae primae Pauli epistolae ad Corinthios, indicat. Nam cum ab eo tempore numeret annos centum sexaginta; planeque demonstratum sit superius, scriptam fuisse epistolam illam anno Domini quinquagesimo septimo; ab eo anno principium numeri deducendo, taxatus à Tertulliano annorum numerus hoc anno expletur.

II. Canina plane rabie atque furore percitus commentarium illum scribens, acerbissime inuehitur in Catholicos, quos more suo Psychicos, hoc est, Animales, appellat, alludens nimirum ad illam B. Pauli sententiam: Animalis homo non percipit quae sunt Spiritus Dei. At quòd Gaius (ut Eusebius & Hieronymus tradunt) Proclum arguebat temeritatis, eò quòd nouam defenderet prophetiam; hinc ipse haereseos suscipiens patrocinium, eodem commentario, ipso prope eius exordio, id refutare laborans, haec ingerit: Itaque monogamiae disciplinam in haeresim exprobrant: nec vlla magis ex causa Paracletum negare coguntur, quam dum existimant nouae disciplinae institutorem, & quidem

^a Tert. Apol. cap. 37. & ad Scorpul. c. 3.

IV. MONTANI STAE VICTI ET EXCOM MVMICATI

^b Tert. de Ieiun. c. 1. n. 1.

V. CONCILIA IN DIVERSIS ECCLESIS CELEBRATA. ^c Tertull. de Ieiun. cap. 13.

I. TERTULLIANVS FVRIT IN CATHOLICOS.

^a Tertull. de Monog. c. 3.

II. ^c 1. Cor. 2. ^e Euseb. lib. 6. cap. 4. ^d Hieron. de Script. Eccl. in Gato. ^f Tertull. de Monog. c. 2.

A dem durissimae illis: ut iam de hoc primum consistendum sit in generali retractatu, an capiat Paracletum aliquid tale docuisse, quod aut nouum deputari possit aduersus Catholicam traditionem, aut onerosum aduersus leuem sarcinam Domini.] haec ipse; qui dum generalis meminit retractatus, confutationem se parare significat aduersus omnia quae de his fuissent à Catholicis desinita. Quamobrem elucubrato de Monogamia commentario, mox in Catholicos, qui ieiunia indicta à Pseudoparaclero abrogassent, de Ieiuniis aduersus eos, quos Psychicos more suo nominat, commentarium elaborauit; sic cum priore continuans, ac exordiens: Mirarer Psychicos istos, si sola luxuria tenerentur, qua saepius nubunt, sic non etiam ingluuie ducerentur, qua ieiunia oderunt.]

B Sed grauius Tertullianus illud accepit, quòd aduersus Pseudoparacleri nouam institutionem, qua prohibebat recipi lapsos poenitentes, Romanus Pontifex (cum maioris id ponderis esse videretur; siquidem poenitentibus Ecclesiam claudere, idem esset quod à caelo eos excludere) Apostolica auctoritate publice decretum edidisset, quo cunctis Fidelibus innotesceret, Catholicam Ecclesiam lapsos recipere poenitentes, licet fornicarij fuissent & mœchi. Quod Tertullianus oppugnans, de Pudicitia his ferme temporibus commentarium scripsit, quem etiam eo titulo, Aduersus Psychicos, praenotauit; Catholicos omnes aequè suggillans, quorum olim communionem gaudebat. Nam ipse eiusdem prope exordio sic ait: Erit igitur & hic, Aduersus Psychicos, titulus: aduersus me quoque sententiae retrò penes illos societatem; quò magis hoc mihi in notam leuitatis obiectent. Numquam societatis repudium, delicti praedudicium est: quasi non facilius sit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur. At enim me non magis dedecorabit inuidis leuitas, quam ornari nocens. Non suffundor errore, quo caruisse delector; quia meliorem me & pudiciorem recognosco. Nemo proficiens erubescit.] haec infelix, metiens imprudenter nimis ex austeritate atque rigore disciplinae, Catholicae fidei veritatem: quo genere Ioannem Christo praestitisse, nullus ignorat.

C At quænam decreta essent à Romano Pontifice (isenim non alius quam Zephyrinus putandus est) ex iis quae sunt à nobis dicta superius, quae ut oppugnet, commentarium ipse scripsit, iam videamus. Cum à pudicitiae laude narrationem ipso suae lucubrationis ingressu fuisset auspicatus; mox aduersus Romanum Pontificem, quasi pudicitiae refragatorem & aduersarium, eò quòd mœchis & fornicariis poenitentibus veniam spondidisset, stylum procaciter acuens, ait: Audio etiam dictum esse propositum, & quidem peremptorium.] at quòdnam illud? mox recitans subdit: PONTIFEX scilicet MAXIMVS, EPISCORVS EPISCOPORVM DICIT: EGO ET MOECHIAE ET FORNICATIONIS DELICTA POENITENTIA FVNCTIS DIMITTO.] Existimo potius partem hanc edicti fuisse, quam ipsum integrum; cum eo primum se bigamiam, Apostolica tolerantia & Ecclesiae consuetudine hactenus usurpatam, non recidere testaretur: quibus postea illud etiam subiecit: Ego & mœchia & fornicationis delicta poenitentia functis dimitto.] In quod haec ille fremens:

O edictum cui adscribi non potest bonum factum! & ubi proponetur liberalitas ista? ibidem, opinor, in ipsis libidinum ianuis, sub ipsis libidinum titulis. Illic eiusmodi poenitentia promulganda est, ubi delinquentia ipsa versabitur. Illic legenda est venia, quò cum spe eius intrabitur.] alludit nimirum ad fornicum ac domorum metetriciarum postes, quibus singulis (ut diximus in Notationibus ad Romanum Martyrologium) praefigi soleret tituli, quibus scorti nomen & conditio praenotaretur, secundum illud Iuuenalis:

— Titulum mentita Lycisca.]

Oblatrans miser, eo loco dignum esse edictum illud ad libidinem illex ait. Ac proinde subdit: Sed hoc in Ecclesia legitur, & in Ecclesia pronuntiatur, & virgo est? Abiit, abiit à sponsa Christi tale praconium.] haec ipse.

Proh dolor: tam densa caligine ingenium adeò nobile offundi valuit, ut quod Christus viuens fecerat adulterae indulgendo, & publicam in ciuitate peccatricem suscipiendo, peccatumque dimittendo; ipse nouo afflatus spiritu, sui ipsius Pseudoparacleri auctoritate neget in Ecclesia faciendum! At si non satis exemplis Christi, verbis saltem Christi debuisset admoneri, & apertae lucis radiis illustrari. Et vbinam, quæso, quod dixit Dominus simillimos illi alloquens Phariseos, attolentes de legis obseruantia supercilium: Meretrices & publicani praecedent vos in regnum Dei?] An, rogo, suscipiendae in

PROCLVM TERTVLIANVS DEFENDIT.

III. ROMANVS PONTIFEX CIS DE RECIPIENDIS LAPIS DECRETVM.

^a Tertull. de Pudicit. c. 1.

IV.

ZEPHYRINI PAPAE DECRETI VERBA.

V. TERTVLIANVS OBSTREPIT IN EDICTVM ROM. PONT.

^c Iuuen. li. 2. Satyr. 6.

VI. TERTVLIANVS OBSTINATA SEVERITAS.

^e Luc. 21.

dæ in cælum meretrices forent, nisi prius erroris pœnitentes fuissent ab Ecclesia in terra receptæ? An dedignaretur eas recipere hîc Ecclesia, quas sciret Christi testimonio esse recipiendas in cælum? Purior ne esse potest Ecclesia Paradiso, vel Episcopus Deo sanctior, vt, quod cælum suscipit, proferat Ecclesia; & quod Christus recipit, homo reiciat? Sed hæc obiter: non est enim nobis consilij nec otij retundere pluribus hominis impudentiam; cum ex S. Hieronymi sæpè citata sententia, ipsa hæreses tantum propagasse, sit etiam confutasse: eiusmodi enim ipse profert veritatis elogium, cum de iis ipsis Montani dogmatibus, quorum tam audax Tertullianus patrocinium suscepit, ad Marcellam scribit Epistolam.

^a Hieron. e-
pist. 54.

VII.
SEMPER LA-
DSI POENI-
TENTES
RECEPTI.
^b Iren. lib. 1.
cap. 9.

^c 2. Cor. 2.

^d Tertull. de
pœnit. in fin.

VIII.
ROMANI
PONTIFI-
CIS AVCTO-
RITAS IN
ECCLESIA.

Ceterum quod ad Romani Pontificis edictum pertinet, nihil profus noui fuit eius auctoritate decretum; sed quod semper in Ecclesia Romana, immo & totius orbis Catholica, fuerat custoditum, id ipsum, quod recens emergentes hæretici impugnant, scripto edicto, firmiter ipse stabilire proposuit. Id quidem absque aliqua controuersia in Ecclesia Catholica factitatum, quæ scribit Irenæus^b de feminis à Marco seductis, nec fornicationis tantum, sed & hæreseos labe conspersis, ad Ecclesiam redeuntibus, ac in ea exomologesin facientibus, planè declarant. Quod utique Ecclesia non faceret inconsulto, sed (vt dictum est) Christi Domini nostri exemplis & doctrina commonita, ac insuper Pauli Apostoli factò compulsa; quippe qui non simpliciter mœchum, vel fornicarium, sed turpissimo incestu tœdatum, mox pœnitentem in Ecclesiam recipiendum esse præcepit. Sed quid amplius? Ipse cum sibi constaret, suisque compos esset, olim in libro quem scripsit de Pœnitentia^d, Ecclesiam iure rectèque recipere pœnitentes, & peccata dimittere, constantissimè affirmavit.

At quæ Tertullianus de edicto à Romano Pontifice publicè in Ecclesia promulgato, vniuersæque simul Ecclesiæ præscripto, tradit, antiquam planè illam in Ecclesia œconomiam insinuant, ac potissimum in ea Romani Pontificis auctoritatem testatam reddunt: nimirum eius partium esse, hæreses emergentes, rectam fidem & disciplinam Ecclesiasticam corrumpentes, edictis editis cohibere, legesque pariter Ecclesiæ vniuersæ præscribere, titulumque illis præfigere, quem ipse Tertullianus recitans ait: PONTIFEX MAXIMVS EPISCOPVS EPISCOPORVM. Quod si quis hæc verba esse Tertulliani potius quàm edicti contendat; ironicè certè dicta, numquam poterit demonstrare: quippe qui non de Romana se tantum Ecclesia loqui, sed de vniuersali, quam Catholicam dicimus, declarat inferius. Non enim se à Romana tantum, se ab omnibus illi inhærentibus communionem Ecclesiis desciuisse, liberè profiteretur, quorum Fideles cunctos Psychicos nominat: quibus omnibus quod auctoritate præpolleret Episcopus Episcoporum, tale, quod recenset, eduxisset edictum: aliàs nulla ratio fuisset, Romanum Pontificem potius, quàm ceteros Orthodoxos Episcopos, illud statuere, cum omnes æquè eandem hæresim detestarentur: nec in eum magis quàm in ceteros inuehendi Tertullianus arripuisset occasionem. Sed æquius atque verius dici posse videtur, verba illa non esse Tertulliani, sed ab ipso recitata ex edicti illius inscriptione: eiusdem namque auctoris fuisse tituli illi verba, cuius ab eo recitantur verba decreti, quod ille impugnaturus, à titulo incipit recitare, quis dubitat?

IX.
DE TITVLO
ROMANI
EPISCOPI
PONTIFI-
CIS MAXI-
MI.
^e Notat. in
Mart. Rom.
die 9. April.

X.
^f Leuit. 21.
QVI APVD
IYDAEOS ET
GENILES
PONTIFEX
MAXIM.
^g Fest. in
trib. Ordo.

Sed quid sibi vult eiusmodi duplicis tituli nomenclatura? Quod ad primum spectat, dicebatur Urbis Episcopus, Pontifex Maximus: cum enim alij Episcopi (vt à nobis alibi fusiùs pluribusque exemplis est demonstratum^e) dicerentur omnes æquè Summi Sacerdotes, atque Pontifices, qui loco Petri in Ecclesia gererent Christi vicariam præfecturam; respectu aliorum Pontificum, Summorumque Sacerdotum, appellandi merito erant Pontifices Maximi; quod ex prærogatiuis à Christo Petro concessis, sicut ille habetur inter Apostolos princeps, ita inter alios Summos Sacerdotes atque Pontifices, sic dictos Episcopos, Romanus Episcopus ad illorum distinctionem Pontifex Maximus diceretur.

Sic quoque discriminatur ab aliis Pontificibus Summus Sacerdos apud Leuiticum^f, cum dicitur: Pontifex, id est, Sacerdos Maximus.] nimirum quod æquè essent apud Iudæos alij quoque Pontifices ac Summi Sacerdotes. Sicut pariter apud Gentiles Romanæ superstitionis cum plures essent Pontifices, iidemque sui cuiusque ordinis summi & auctoritate maximi, qui tamen iudiciaria potestate ceteris emineret, solus Pontifex Maximus dicebatur. Hinc apud Festum^g: Ordo sacerdotum æstimatur deorum, & infra: Maxi-

A Maximus quisque: Maximus videtur Rex, nempe Sacrificus: deinde Dialis: post hunc Martialis: quarto loco Quirinalis: quinto Pontifex Maximus.] & paulò post: Rex, quia potentissimus: Dialis, quia vniuersi mundi sacerdos: Pontifex Maximus, quod iudex haberetur rerum diuinarum, humanarumque.] hæc Festus.

Quod igitur in Ecclesia Dei, ex Gentibus magna ex parte collecta, regale Christi sacerdotium vnum idemque sit, & in primariæ sedis Episcopum potissimum declaratum, qui non tantum Urbis, sed Orbis Sacerdos Summus existat, ac insuper à Deo rerum diuinarum humanarumque arbiter constitutus, iudiciaria potestate super omnes effulgeat, appositè Pontifex Maximus dictus est, & Episcopus Episcoporum. Illud ob insignem sacerdotij eminentiam: istud additum, ne quod apud Gentiles quinto loco positus haberetur Pontifex Maximus, sed tamen vt & alij quoque Maximi dicerentur, ne iste alios supra se vel sibi æquales videretur habere Pontifices, Pontificis Maximi nominis amplitudini iure iunctus est titulus, Episcopus Episcoporum. Quibus quidem titulis non in omnibus rebus vt soliti esse videntur, sed cum quid publicè in vniuersali Ecclesia edicendum esset: vt in præsentiarum accidit in promulgando decreto de recipiendis in Ecclesiam fornicariis pœnitentibus, de quo illud Tertullianus^a: Audio etiam edictum esse propositum, & quidem peremptorium: Pontifex scilicet Maximus, Episcopus Episcoporum, dicit, Ego, &c.] At de his hætenus: iam verò ad eundem Tertullianum redeamus.

XI.
TITVLS
ROM. PON-
TIFICIS,
EPISCOPVS
EPISCOPO-
RVM.

^a Tertull. de
pudicitia, c. 1.

Rursum verò dum in eundem Romanum Pontificem pœnitentes recipientem inuehitur, inter alia multa pristinum illum ritum, quo publici pœnitentes Romæ ab eodem in Ecclesia recipi solerent, describit his^b verbis: Ectū quidem pœnitentiam mœchi ad exorandam fraternitatem in Ecclesiam inducens, conciliatum & concineratum cum dedecore & horrore compositum prosterne in medium ante viduas, ante presbyteros, omnium lacrymas suadentem, omnium veltigia lambentem, omnium genua detinentem; inque eum hominis exitum, quantis potes misericordiæ illecebris bonus pastor & Benedictus Papa concionaris, & in parabola ouis capras tuas quaris, tua ouis ne rursus de grege exiliat, quasi non exinde iam liceat, quod nec semel licuit: ceteras etiam metu comples, cum maximè indulges.] hæc de antiquo pœnitentes recipiendi ritu.

XII.
RITVS RE-
CIPIENDI
POENITEN-
TES.
^b Tertull. de
pudicitia, c. 13.

Ex eo quoque commentario illud insuper antiquitatis referatur egregium monumentum, nimirum in sacris calicibus, qui diuino ministerio celebrando essent vsui, effigiari consueuisse pastorem ouem humeris gestantem: quo sacerdotes admonerentur, imitandum sibi esse diuinum illum pastorem, qui primus tam eximium pastoralis curæ ac charitatis specimen edidit. sic enim ait^c: A parabolis licebit incipias, vbi est ouis^d perdita, à Domino requisita, & humeris eius reuecta. Procedant ipsæ picturæ calicum vestrorum, si vel in illis perleucebit interpretatio pecudis illius, vtrum ne Christiano, an Ethnico peccatori de restitutione colliniet.] hæc ipse, perperam interpretatus parabolam illam, quam intelligendam esse tradit de Ethnico ad Ecclesiam inducendo, non de lapso in eam per pœnitentiam reuocando. Et inferius iterum: Patrociniabitur pastor, quem in calice depingitis] & cum subdit: Ego eius pastoris scripturam haurio, quæ non potest frangi.] planè significans ea allusione, calices illos fuisse vitreos, sed & patenas quoque minitiales fuisse vitreas, eiusdem Zephyrini Pontificis decretum^e ostendit. At de antiquo & diu perseuerante calicis vitrei vsu plura diximus in Notationibus ad Romanum Martyrologium^g, vt eadem hîc repetere videatur superfluum.

XIII.
PASTORIS
OUEM GE-
STANTIS
IMAGO.
^e Ibid. cap. 6.
^f Luc. 15.

^c Tertull. de
pudicitia, c. 10.

^g Lib. de Rom.
Pontif. in Za-
phyrino.
^h Die 7. Aug.
b.

D Sed de pastoris imagine ouem humeris gestantis complura exempla vidimus in veterissimo ante aliquot annos reffosso Priscillæ cœmeterio Via Salaria, vnà cum nonnullis picturis tum veteris tum noui Testamenti facta reddentibus: quibus apertissimè declaratur, sacrarum imaginum vsum fuisse communi consensu Fidelium in Ecclesia antiquitus consecratum. Quibus etiam planius demonstratur, quænam fuerit Tertulliani sententia, dum aduersus Gentes in Apologetico^h ait: Igitur si statuas & imagines frigidas mortuorum suorum simillimas non adoramus, quas milui, & mures, & araneæ intelligunt; nõne laudem magis quàm pœnam merebatur repudium agniti erroris?] intelligens nimirum cultum imaginum idolorum, quas antea coluissent, sed postea facti Christiani repudiassent. Sed de vsu sacrarum imaginum satis à nobis dictum est superius tomo primo, cum actum est de antiquis Ecclesiæ traditionibus.

XIV.
IMAGINES
ANTIQUI-
TVS IN EC-
CLESIA.

^h Tertull. in
Apol. cap. 12.

At non in Ecclesiæ calicibus tantum exprimebatur imago pastoris, ouem perditam hume-

XV.

DE PALLIO EPISCOPALI.

Isidor. lib. I. epist. 136.

XVII. DE OSCULO PEDVM ANTIQVVS V. 515.

XVII. LAPSVSTER TVLLIANI MAGNVM INTVLIT SCANDA- LVM. Vincent. Li. 1. in. contra he- reses cap. 24.

* conferta

Hilarius in Matth. 6.8.

XVIII.

TERTVLIANISTAE HAERETICI. August. de haes. c. 86.

humeris gestantis, pastoralis indulgentiae atque clementiae typum praefertentis; sed & in sacris quoque vestibus, aliis tamen signis idem representabatur exemplum, nempe Episcopali illo indumento, magni honoris insigni, ex lana confecto, quod dicimus pallium; de quo haec Isidorus Pelusiota ad Herminum scribens: Id autem amiculum, quod sacerdos humeris gestat, atque ex lana, non ex lino contextum est, ovis illius, quam Dominus aberrantem quaesivit, inuentamque humeris suis sustulit, pellem designat. Episcopus enim, qui Christi typum gerit, ipsius munere fungitur, atque ipso etiam habitu illud omnibus ostendit, se boni illius ac magni pastoris imitatore esse, qui gregis infirmitates sibi ferendas proposuit.] haec Isidorus. Ex quibus videas, usum pallij in Dei Ecclesia ubique receptum, eiusque mysterium ab auctore nobilissimo declaratum.

Sed nec illud praetereundum, quod ait Tertullianus de recipiendorum poenitentium antiquo ritu: consueuisse illos prostratos lambere omnium qui adstantem vestigia, certe & sacerdotum, certo certius & ipsius Pontificis: ad cuius pedes quoque accidere, instar poenitentium, Fideles ceteri soliti semper fuerunt, atque eos exosculari. Quod autem reliquum est de eodem Tertulliani aduersus Catholicos de Pudicitia commentario scripto, ed furoris nequam spiritus eum in transversum egit, ut ex malo deterimus, & ex maculoso plane turpissimus factus, horrendas blasphemias euomerit. Porro cunctos Tertulliani errores summa diligentia Pamelius in vnum collegit, ut nihil sit in his nobis amplius laborandum: a quo tamen interdum in ordine temporum dissentimus (lector boni consulat) non eo consilio facimus, ut disertissimas nobilis ingenij lucubrationes labefactari aliqua ex parte velimus; quas, cum suggerit occasio, non desinimus praedicare.

At quod ad spectatissimi hominis lapsum pertinet, magnum plane cum admiratione timorem fidelibus incussisse certum est, cum tam insignem, tamque eruditum, recti amantem, ac omnibus plane numeris absolutum virum, sic viderint primo corruere, ac denique in profundum malorum omnium praecipitem ferri. Quamobrem haec de eo Vincentius Lirinensis, qui eodem cum S. Augustino saeculo vixit: Sed (inquit) & Tertulliani quoque eadem ratio est: nam sicut ille (nempe Origenes) apud Graecos, ita hic apud Latinos nostrorum omnium facile princeps iudicandus est. Quid enim hoc viro doctius? quid in diuinis atque humanis rebus exercitatus? Nempe omnem philosophiam, & cunctas philosophorum sectas, auctores adsertoresque sectarum, omnesque eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum varietatem mira quadam mentis capacitate complexus est. Ingenio vero nonne tam graui ac vehementi excellit, ut nihil sibi parum ad expugnandum proposuerit, quod non acumine irrupuerit, aut pondere eliserit? Iam porro orationis suae laudes quis exequi valeat? quae tanta, nescio qua, rationum necessitate conferta est, ut ad consensum sui, quos suadere non potuerit, impellat: cuius quot parum verba, tot sententiae sunt, quot sensus, tot victoriae. Sciunt haec Marciones, Apelles, Praxeas, Hermogenes, Iudaei, Gentiles, Gnostici, ceterique quorum ille blasphemias multis ac magnis voluminum suorum molibus, velut quibusdam fulminibus, euerit. Et tamen hic quoque post haec omnia, hic (inquam) Tertullianus, Catholici dogmatis, id est, vniuersalis ac vetustae fidei parum tenax, ac disertior multo quam felicior, mutata deinde sententia, fecit ad extremum quod de eo beatus confessor Hilarius quodam loco scribit: Sequenti (inquit) errore detraxit scriptis probabilibus auctoritatem: & fuit ipse quoque in Ecclesia magna tentatio.] hucusque de eo Vincentius.

Porro constat Tertullianum materiam ministrasse errantibus Nouatianis, quod Pacianus testatur, dum ait: Tertullianus vester est, nam multa inde sumpsistis.] citat contra eos ipsius epistolam, quae est liber de Poenitentia, quem olim Catholicus ediderat, quo profitebatur posse Ecclesiam peccata dimittere. Quid autem post haec egerit, nulla extat memoria: nisi quod S. Augustinus testatum reliquit, eum post haec descivisse a Cataphrygibus, suoque nomine sectam instituisse, cuius sectatores Tertullianistae fuerint nominati. de quibus haec scribit ad Quodvultdeum: Tertullianistae a Tertulliano, cuius multa leguntur opuscula eloquentissime scripta, usque ad nostrum tempus paulatim deficientes, in extremis reliquiis durare potuerunt in vrbe Carthagenensi. Me autem ibi posito ante aliquot annos (quod etiam te meminisse arbitror) omni ex parte consumpti sunt: paucissimi enim, qui remanserunt, in Catholicam transierunt; suamque basilicam,

A

B

C

D

E

cam, quae nunc etiam notissima est, Catholicae tradiderunt. Praeter eius errores superius recentiores addit, illum docuisse, animas hominum pessimas post mortem conuerti in daemones, illarumque hic statum per traducem propagari.

Propter errorum labes, quibus opuscula eius, per paucis exceptis, sunt aspersa, censura Gelasij relata sunt inter apocrypha: neque tamen est eorum lectio penitus improbata, immo suscepta ab omnibus auidè. Nam licet cum adhuc recentior esset eius memoria, execrabilis omnibus propter apostasiam remanisset, tamen sanctus Cyprianus eum assidue lectitabat. de quo haec sanctus Hieronymus ad Pammachium: Beatus Cyprianus Tertulliano magistro vritur (ut eius scripta probant) cum eruditi atque ardentis viri ingenio delectetur.] & alibi: Vidi, inquit, ego quemdam Paulum Concordiae, quod est oppidum Italiae, senem, qui se beati Cypriani grandis aetatis notarium, cum ipse admodum adolescens esset, Romae vidisse diceret: referreque sibi solitum, numquam Cyprianum absque Tertulliani lectione vnam diem pertransisse; ac sibi crebro dicere: Da magistrum: Tertullianum videlicet significans.] haec de lectione Tertulliani Hieronymus, de eodem solitus dicere: Laudo ingenium hominis, damno haereses.] Idemque affirmat, de Trinitate librum Tertulliano tributum, esse Nouatiani: quem ut Tertulliani legitimum Orientales accepisse, suo loco dicturi sumus. At de Tertulliano haec tenus.

IESV CHRISTI ZEPHYRINI PAP. ANT. CARAC. IMP.

ANNVS 217.

ANNVS 15.

ANNVS 5.

C

Christi anno ducentesimo decimo septimo, adscribuntur Fastis Consularibus Emilius Laetus & Anicius Cerealis Consules, cum Antoninus annum quintum ageret in Imperio. Cuius quidem tempore Christianis pacatissimo (certus tamen annus penitus ignoratur) cum Carthagenensi Ecclesiae Agrippinus praesset, qui his Tertulliani temporibus sedere coepisse creditur, ipse primus antiquam Ecclesiae consuetudinem, qua ratus haberetur haereticorum baptismus secundum Catholicam Ecclesiam formam collatus, prae-textu quodam pietatis, quod, quaecumque haereticorum essent, Catholica Ecclesia deberet abominari, conuellere nisus, ingentium turbarum in Ecclesia auctor fuit: nam postea quod a praedecessore sanctus Cyprianus factum vidisset, mordicus propugnare non desistit. Nominat quidem illum S. Augustinus eiusdem Cypriani praedecessorem, non tamen quem ipse nullo medio fuerit consecutus: nam alibi sicut Fabianum Cornelij, ita Donatum suum, qui antegressus ipsum sit, ponit Episcopum.

Porro Agrippinus non ipse solus haec videri voluit statuisse, qui ea de re omnes collegit Africae atque Numidiae Episcopos, celebratoque Concilio, omnium rogata sententia, de iterando baptismate haereticorum canonem statuit. De eo enim Cyprianus in primis haec scribit ad Quintum: Quod quidem & Agrippinus, bonae memoriae vir, cum ceteris coepiscopis suis, qui illo tempore in prouincia Africa & Numidia Ecclesiam Dei gubernabant, statuit, & librato consilij communis examine firmavit: quorum sententiam & religionem, & legitimam, & salutarem, fidei & Ecclesiae Catholicae congruentem, nos etiam secuti sumus.] haec ipse. Existimamus tam celebrem Episcoporum conuentum his plane temporibus, reddita in omnibus Ecclesiae pace, collectum fuisse: cum antea (ut dictum est) Imperatorum decreto atque Senatusconsulto omnes Christianorum coitiones interdictae fuissent.

Ceterum id ne recte fecerit Agrippinus, & an eum iure secutus fuerit Cyprianus, S. Augustinus haec tractans aperit his verbis: Quam consuetudinem (suscipiendi ab haereticis baptizatos) credo ex Apostolica traditione venientem, sicut multa quae non inueniuntur in litteris eorum, neque in Conciliis posteriorum: & tamen quia per vniuersam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab Apostolis tradita & commendata creduntur. Hanc ergo saluberrimam consuetudinem per Agrippinum praedecessorem suum dicit S. Cyprianus quasi coepisse corrigi. Sed sicut diligentius inquisita veritas docuit, quae post magnos dubitationis fluctus ad plenarij Concilij confirmationem perducta est; verius creditur per Agrippinum corrumpi coepisse, non corrigi. Irruente itaque tam magna questione, cum de remissione peccatorum, & de spiritali hominis generatione, vtrum posset

XIX. Gelasij in C. cil. Rom. de lib. auct. & apocryph. LECTA SEMPER AVIDE OPERATER TVLLIANI. Hieronym. epist. 65. Id de Scrip. Eccl. in Tertullian. Id de Apolog. aduers. Kuffia.

I. AGRIPPINVS EPISCOPVS CARTHAGENENSIS.

Aug. de Baptif. cont. Donat. li. 1. c. 7. Cyprianus epist. 55.

II. CONCIL. AFRICANVM SVB AGRIPPINO. Cyprianus epist. 71.

III. Aug. de Baptif. contra Donat. lib. 2. cap. 7. B.

IMPROBATA TVR SENTENTIA AGRIPPINI.

apud hæreticos vel apud schismaticos fieri, difficile ratio redderetur, & præcederet auctoritas Agrippini, & nonnullorum, qui ei conferant hominum in hac quaestione deficientium, qui maluerant aliquid nouum moliri, quam retinere consuetudinem, cuius defensionem non intelligebant; irruerunt in oculos animæ verisimiles rationes, & intercluserunt iter peruestigandæ veritatis.] hæc de Agrippini parum consulto facto in conuclenda antiquiori traditione Augustinus. Sed excusans Cyprianum, subdit:

IV.
EXCVSATVR
S. CYPRIANVS.

Quam tamen consuetudinem nisi prior antè Agrippinus, & nonnulli per Africam Coëpiscopi eius, etiam per Concilij sententias deserere tentauissent; non aueretur iste saltem ratiocinari aduersus eam: sed in tam obscura quaestione turbatus, & vbique intuens vniuersalem robustamque consuetudinem, coarctaret se potius & prece & intentione mentis ad Deum, vt, quod postea plenario Concilio visum est, id verum esse perspiceret & doceret. Sed cum fatigatum præcedentis Concilij, quod per Agrippinum factum est, excepisset auctoritas, maluit prædecessorum suorum tamquam inuentum defendere, quam inquirendo amplius laborare: nam in fine epistolæ ad Quintum ita ostendit, in quo tamquam lectulo auctoritatis quasi fessus acquieuerit.] atque subdit: Hac attestatione satis ostendit, multo magis se fuisse commoraturum, si quod de hac re transmarinum & vniuersale Concilium factum esset: nondum tamen factum erat: quia consuetudinis robore tenebatur orbis terrarum; & hæc sola opponere inducere volentibus nouitatem.] hæc Augustinus. Sed insuper & eius æqualis Vincentius Lirinensis hæc de eodem Agrippino: Quondam igitur venerabilis memoriæ Agrippinus Carthagenensis Episcopus, primus omnium mortalium contra diuinum canonem, contra vniuersalis Ecclesiæ regulam, contra sensum omnium confacerdotum, contra morem ac instituta maiorum, rebaptizandum esse censebat: quæ præsumptio tantum mali inuexit, vt non solum hæreticis omnibus formam sacrilegij, sed etiam quibusdam Catholicis occasionem præbuerit erroris.]

Augusti de
Bapt. contra
Donat. lib. 2.
cap. 9.

TERTULLIANVS
AVCTOR
ITERANDI
HÆRETICORVM
BAPTISMATIS.

Ceterum etsi hæc de hæreticorum Baptismo Agrippinus prior statuisset videatur, primusque habeatur auctor, quod, Concilio conuocato, omnium sententia dogma firmauerit: errandi tamen occasionem Tertullianum gentilem suum ei tribuisse, iure dici posse videtur: quippe qui olim cum adhuc in Ecclesia Catholica esset, & hæreticos omnes acerbissimo odio infestaretur, omni que ex parte eorum communicationem auersandam merito existimaret, eò prolapsus est, vt nec Baptismum cum illis communem esse debere putaret: ac proinde eos non recipiendos, qui ab illis antea fuissent baptizati; nisi illud ipsum sanctum lauacrum in Ecclesia Catholica eidem Catholicorum ministerio esset exhibitum. Quam quidem sententiam ne leuiter opinatus, vel obiter videretur protulisse: sed sanctum, pium, & omni ex parte constans Catholicum dogma ratus, nulla prorsus ratione habita consuetudinis, quam corruptellam existimauit, eo argumento commentarium Græcè conscripsit: sed non extat. Id quidem ipse testatur in libro quem de Baptismo scripsit aduersus Quintillam, sic dicens: Sanè retexam quod supra omisi, ne imminentes sensus videar interciderè. Vnus omnino Baptismus est nobis tam ex Domini Euangelio, quam ex Apostoli litteris, quoniam vnus Dominus, & vnum Baptismum, & vna Ecclesia in cælis. Sed circa hæreticos sanè quid custodiendum sit, dignè quis retractet, ad nos enim editum est. Hæretici autem nullum habent consortium nostræ disciplinæ, quos extraneos vtique testatur ipsa ademptio communicationis. Non debeo in illis cognoscere, quod mihi est præceptum: quia non idem Deus est nobis & illis, nec vnus Christus, id est idem. ideoque nec Baptismus vnus, quia non idem: quem cum ritè non habeant, sine dubio non habent: nec capit numerari, quod non habetur: ita nec possunt accipere, quia non habent. Sed de isto plenius iam nobis in Græco digestum est.] hæc Tertullianus.

Tertull. de
Bapt. cap. 24.

VI.

Quod verò non à Tertulliano, sed ab Agrippino dogmatis principium ducatur, nec in defensionem sententiæ S. Cyprianus vel alius testem ad stipulatorem saltem, si non auctorem, Tertullianum citet, illam existimo causam, quod, cum Tertulliani nomen esset hæresi infamatum, indignum putauit, necnon etiam periculosum, eundem in defensionem accersere testem, vel potius sic demonstrare opinionis auctorem. Hæc licet Catholicus olim Tertullianus conatus esset, tamen ex eo ingenium hominis audax apertè satis demonstratur, dum contempta antiqua Patrum traditione, quod sibi visum est rectum, licet consuetudini aduersum, affirmare ac stabilire omnibus ingenij viribus studuit.

Ex

A Ex his rectè insipientibus patet, quanto periculo quis antiquis traditionibus, licet sibi minus probatis, vel fortasse Scripturæ diuinæ visis aliqua ratione pugnantibus, obniti non curet. Nam è traditionum firmitate semel alterutro pede conuulso, in abrupta hæresum faciliè quis impellitur: vt miserrimo Tertulliano vidimus accidisse: cuius enormis excessus hanc priorem omnibus causam exitisse, rectè affirmare posse videtur. Sed miratus sum vehementer hæc de Tertulliano præterisse S. Augustinum, & alios antiquiores, qui aduersus S. Cyprianum, & prædecessorem eius Agrippinum, & alios eius sententiæ propugnatores plura scripsere. Nam demonstrasse tantum eius primum sententiæ Tertullianum fuisse assertorem, vicisse aduersarios videri propemodum potuisset. Et licet commentarium illum de Baptismo ante omnem hæresim scripsisse videatur, tamen ex refractario ingenio hominis, atque aspera nimis ac dura animi eius insolentia quid tale adeo dignum progredi videri poterat, quod antiquæ Ecclesiæ traditioni præferri à quopiam meruisset? Nec est quod dici possit, librum illum fuisse suppressum, ex quo S. Hieronymus testimonium tam expressè citat.

VII.
TRADITIONES
MOR-
DICVS
TEN-
NDAR.

B Ceterum quod incertum sit quo potissimum tempore vixerit Agrippinus, & quam diu sederit: nec etiam satis exploratum haberi posse videtur, num certè eam de Baptismo hæreticorum sententiam Agrippinus à Tertulliano, an verò hic ab illo fuerit mutatus: cum præsertim illa verba præmittat, Ad nos enim editum est] nempe quod sequitur de hæreticorum Baptismate irritando: perinde ac illa ipse acceperit ab Agrippino. Sed in obscuro verborum illorum sensu, non est quod quisquam quid tutè affirmare possit, & vestigijs insistere certæ sententiæ. At de his modò satis.

Hieron. de
Script. Eccl. in
Luc. ex Tert.
de Bapt. c. 17.

VIII.
DE TERTULLIANO,
EX
AGRIPPINO

Eodem anno Antoninus Imperator cum Germaniam, inde Asiam, ac postea Syriam peragrasset, Alexandriam veniens, dum de Egyptiis eum irridentibus vindictam excepit, Christianum sanguinem in persecutione sub Seuero immaniter fufum nesciens vitus est. Dato namque signo (inquit Spartianus^b) militibus, vt hospites suos occiderent, magnam cædem Alexandriæ fecit.] Dio^a autem rem gestam his verbis fufius profecutus est: Antoninus licet se maximo amore profecui Alexandriam ostenderet, tamen ciues eius omnes penè sustulit: cum enim se ab eis argui & illudi intelligeret multis de causis, sed præsertim propter cædem fratris, dissimulata ira, profecus est Alexandriam, fingens se magno eorum desiderio teneri. Post vbi in suburbium venit, primos eius ciuitatis, qui ipsi cum sacris atque abditis rebus processerant obuiam, excepit perhumaniter, eosque admissos in conuiuium interfecit. Post armauit omnem exercitum, inuasitque urbem: moxque imperauit omnibus Alexandrinis, vt domi manerent: ipse vias occupauit & recta. Et ne sigillatim calamitates persequar, in quas tunc misera vrbs incidit, tantam in ea cædem fecit, vt non sit ausus numerum interfectorum proferre, sed scripserit ad Senaturn, non referre qui & quot occisi essent, propterea quod omnes idem meriti fuissent.

C Pecunia partim direpta est, partim interit. Perière cum Alexandrinis peregrini multi, cum usque ingens copia eorum qui cum Antonino venerant, eò quod ignorarentur. Nam cum permagna esset ciuitas, in eaque cædes fierent dies noctesque, nemo poterat, licet maximè cuperet, alterum discernere, sed moriebatur quis vt fors ferebat: atque eorum corpora statim proiciebantur in profundas fossas, vt ceteris incognita esset magnitudo calamitatis. Idque vbi factum est in ciues, peregrini omnes ex vrbe expulsi, præter mercatores, eorumque facultates direptæ sunt, fanis etiam quibusdam expilatis. Forurn magnam partem Antoninus præfens videntque gerebat, imperabatque multa de templo Serapidis, in quo erat dies noctesque homo tot cædibus pollutus.] hæc de clade Alexandrina Dio. Eadem quoque pluribus narrat Herodianus^c, & quidem lamentabilius: ad quem amandamus lectorem. Certè quidem quod nulla alia ciuitas Orbis tot tantaque passa sit ab hac truculentissima fera, nisi vrbs Romana & Alexandrina, illud quod diximus indicat: nam sub persecutione Seueri nullibi acrius in Christianos esse factum, quam in his ciuitatibus, memoriæ proditum est. Quod verò nulla sit nostrorum querela, ab Antonino negotium Christianis esse facefitum; illis sanè aliquo modo in tanto discrimine fuisse diuina ope consulum, mihi faciliè persuadeo. Sed & memor fortasse lactis quod fuxerat Christianum, siuerit eos solos in tanta Gentilium clade in pace agere; si tamen valebat apud trucem atque immanem belluam aliqua recti ratio.

IX.
VLTIO DE
NECERNI-
STIANO-
RYM IN
ALEXAN-
DRINOS.

Spartian. in
Caracalla.
Dio in Ca-
racalla.

X.
DIRA CLA-
DES ALEX-
ANDRIÆ
AB ANTO-
NINO PA-
TRATA.

Herod. li. 4.

ANNVS 218.

ANNVS 16.

ANNVS 6.

A

I. **A**dueniente anno Domini ducētesimo decimo octauo, Sabino secundum & Annulino Coss. Antoninus Imperator in Orientem profectus, Parthos dolo potius quam armis subegit, venientemque ad se Abagarum Regem Oiroenorum tamquam amicum & Romanorum socium, coniecit in vincula, cuiusque regiam Rege destitutam cepit.] hęc Dio: Herodianus^b autem pluribus, licet non nihil à Dione dissentiat. Hic ille Abagarus, quem his temporibus regnantem in Edeffa Africanus historicus Christianum fuisse & virum sanctum prædicat: cuius Africani, rerum Ecclesiasticarum scriptoris nobilissimi, testimonium Eusebius citat in Chronico anno sequenti. Inierat amicitiam cum Severo Antonini patre Abagarus, quam & datis obsidibus confirmarat, vt ex Herodiano^c superius dictum est. Sed rupti fœderis, antequam præterlaberetur annus, Antoninus pœnas dedit, occisus (vt dicitur) à suis inter Edeffam & Carras.

^a Dio in Caracall.
^b Herod. lib. 4.
ABAGARUS
REX CHRIS-
TIANVS.
^c Idem lib. 3.

II. Totus post hęc tuit Antoninus Imperator in magicis artibus perscrutandis. Cum enim de futura breui eius morte multa essent præfagia, ipse (inquit Dio^d) inuocatis multis dæmonis, malum studebat effugere. Addicillimum fuisse hisce Romanorum etiam legibus improbatis artibus, idem auctor affirmat: Apolloniumque Tyanæum, magica arte olim clarum, iam defunctum, magnis honoribus coluisse tradit, sic dicens: Magis & præstigiatoribus ita delectabatur, vt Apollonium Cappadocem, qui floruerat Domitiani temporibus, laude & honore affecerit. Hic præstigiator fuerat solers & magus: eique monumentum faciendum curauit.] Ad hęc prouocamus Hieroclem impium, qui pro Tyanæo commentarium elaborauit, eumque Christo conferre non erubuit: cum Ethnicorum historicorum quoque testimonio præstigiatores fuisse & magum, sed à scelestissimo omnium Imperatore diuinis honoribus auctum, appareat. Necromantiæ quoque Antoninum studuisse, multaque defunctorum animas ab inferis, vt ab eis exploraret occulta, euocasse, idem auctor testatur.

^d Dio in Caracall.
ANTONINVS
MAGIARUM
TENTVS.

III. Ceterum illud mirum; quod cum sic compositus moribus, omnium improbarum curiositatum esset explorator exactissimus; damnaret tamen omnes, qui remedia quedam ad collum appendebant. Nam de ipso tradit Spartianus^e, damnasse omnes, qui remedia quartanis & tertianis collo annexa gestabant. At quænam hęc esse solerent, Plinius narrat, sic dicens^f: Item in quartanis fragmentum clauis à cruce inuolutum lana collo subnectunt, aut spartum e cruce: liberatoque condunt cauerna, quam Sol non attingat.] Quæ traduntur Gentiles factasse de clauis vel sparto ex cruce sublatis; fortasse accidit ea auterri ex crucibus illis, quibus (quod sæpe accidere consueuerat) Christiani affixi fuissent, vnde & virtutem aliquam hausissent. Nam si ex magicâ superstitione ea illis præstandi vis inerat, quo modo eius facultatis studiosissimus hęc adeo auersatus, non potius in pretio habuisset? Sed ipse magiæ deditus (vt Iuliano Apostata accidit) quod dæmones Crucem vehementer exhorrescere didicisset, eandem execratus præcepit vt talia remedia gestantes seuerissima animaduersione punirentur.

^e Spartian. in Caracall.
^f Plin. lib. 28.
CAP. 4.
REMEDIA
EX CRUCIBVS.

IV. At de eius flagranti magiæ studio, præter illa quæ dicta sunt, hęc addit Herodianus^g: Cum suapte natura curiosior esset, non hominum modò res cognoscere studebat, sed dæmonumque etiam rimari arcana: metuque semper insidiarum, nullis non oraculis incubebat, accitis vndique magis, astrologis, aruspibus, ac nullo planè præterito, qui huiusmodi fallacias profiteretur. Sed eos quoque suspectans, vt parum vera loquentes, omniaque ad assentationem vaticinantes, scribit ad Martianum quemdam, cui rerum suarum omnium curam in Vrbe crediderat, & quem sibi ex amicis omnibus fidissimum putabat, consciumque omnium secretorum habuerat, magos vndique optimos conquirat, atque euocatis manibus de sine ipsius vitæ consulat.] hęc facta sunt hoc anno, imminente iam vitæ exitu. Sed istæc de eius magiæ studio hic volumus recitasse, quod magis admiratione dignum sit, hominem sic affectum à Christianorum excidio temperasse, ad quod (si alia omnis occasio præterisset) dæmones impulsores haberet: hisce enim studis deditos Imperatores, Christianos insensissimos habuisse, eosdemque persecutione vexasse, superius sæpe multis exemplis est demonstratum. Sed qui^h fecit ventis pondus, eos non nisi suo arbitrio stare permisit.

^g Herod. lib. 4.
ANTONINVS
TOTVS MA-
GIAE DEDI-
TVS.

^h Job 28.

IESV

ANNVS 219.

ANNVS 17.

ANNVS 1.

A

Anno Domini ducentesimo vnde uigesimo, Præsente & Extricato Coss. sexto Idus Aprilis, Antoninus Imperator in Mesopotamia inter Edeffam & Carras, Marcini^a opera, à Marciano Centurione pugione confossus occiditur, cum imperasset annos sex, menses duos, dies quinque, ætatis annum agens vndetrigesimum.] hęc Dio^a. Spartianus^b autem eum octauo Idus Aprilis occisum tradit, vixisseque annos quadragintatres. Variant enim de eius vitæ annis Scriptores, vt & de matre ipsius, dum alij Iuliam secundæ Seueri vxoris, alij Martiæ prioris coniugis filium faciunt. quod qui sentiunt, vt Spartianus, longiorem Antonini huius vitam asserant necesse est, cum à Martiæ excessu ad Antonini cædem anni fluxerint supra quadraginta. Hic tamen omnium dirissimus (idem ait Spartianus) & vt vno complectar verbo, parricida, & incestus, patris & fratris & matris inimicus, à Macrino, qui eum occiderat, timore militum maxime Prætorianorum, inter deos relatus est: habet templum, habet Salios, habet sodales Antoninianos.] hęc ipse. His scilicet recentibus diis, ex putidissima omnium hominum fæce comparatis, fulciebant superstitionem Gentilicam collabentem.

ANTONINVS
CARAC. OCCI-
DITVR.
^a al. Marti-
lis
^b Dio in Ca-
racall.
^c Spartian. in
Caracall.

B

Post diem quartum à nece Imperatoris, Opelius Macrinus^c, natione Maurus, ex ciuitate Cæsarea, Præfectura Prætorij in primis nobilis, in exercitu cum Audentio principem locum tenens, conciliatis sibi multarum rerum promissione militibus, Imperium adeptus est vnà cum filio Diadumeno, aut (vt veteres nummi) Diadumeniano, æque Imperatore dicto.

II.
^d Lamprid. in
Diad. & Iul.
Ca. in Macr.
MACRINVS
IMPERAT-
CVM DIA-
DUMENO.

C

Hoc eodem anno, cum adhuc viueret Antoninus annum auspicatus sui Imperij septimum, tradit Epiphanius^d, inuentos esse Iericho in dolio occultatos diuinæ Scripturæ libros ex Hebræo in Græcum versos: quam nominant Quintam editionem. Quo modo autem inuenta sit, ab Origene in ipsa scriptum esse testatur Eusebius^e. Venabatur hęc ipse Origenes, simulque alias aliis præteritis temporibus editas colligebat. Quoniam modo autem sexta demum inuenta translatione, Octopla nobilissimum opus elucubravit, suo loco dicturi sumus.

III.
QUINTA
EDITIO
INVENTA.
^f Epiphani. de
mensur.
^g Euseb. lib. 6.
cap. 12.

Hoc itidem anno, Macrino imperante, defuncto Asclepiade Episcopo Antiocheno, in eius locum suffectus est Philetus, qui sedit annos duodecim.

IV.

ANNVS 220.

ANNVS 18.

ANNVS 1.

D

Christi anno ducentesimo vigesimo, Diadumeniano & Aduento Coss. octauo Id. Iunij, Macrinus & Diadumenianus filius ambo Imperatores à militibus rebellantibus occisi sunt, cum imperassent annum vnum, mense m vnum, dies viginti octo.

I.
MACRINVS
ET DIAD.
OCCISI.

Horrenda quædam de Macrini sæuitia scribit Iulius Capitolinus: nam præter militum cruces, aliaque seruiles pœnas in eosdem ab eo irrogari solitas, addit de duobus militibus, quos, quia se hospitis ancillæ miscuissent, ipse duobus apertis bobus claudis exertis capitibus atque insui iussit: Tribunum insuper, qui excubias deserui passus esset, carpento rotali superadnexum per totum iter viuum atque exanimem traxit. Viuos sæpe mortuis alligans, sic longa tabe confectos (restituens Mezentij dira supplicia) mori cogebat. Hęc nolimus præterisse; ne quis pro monstro habeat, si immanissimas qualdam pœnas martyribus illatas in Actis ipsorum legerit ab insensissimis fidei hostibus, cum tam immania ab Imperatore in suos milites exhibita nouerit mortis genera.

II.
MACRINE
SÆUITIA.

Sublatus Macrino & Diadumeniano Augustis, ab eodem exercitu subuectus est in Imperium M. Aurelius Antoninus Heliogabalus (veteres nummi Elagabalum vocant) Antonino Caracalla natus, vt creditur, ex Soemiade Mefæ sororis Iuliam Augustam filia, quam alij Semiamiram vocant, Mamææ sororem. Hic agens sacerdotem in templo Solis in Phœnicia, quod populi illi Solem nominarent Elagabalum, inde cognomen-

III.
M. AVREL.
ANTON.
ELAGABA-
LVS IMP.
^a Dio in Ma-
crino.

Annal. Eccl. Tom. 2.

E e 3 sum

tum duxit, vt Elagabalus diceretur: cum alioqui, ob infamissimum vitæ cultum, aliis quoque sit nominibus appellatus, vt à Dione Sardanapalus, & tandem Tractitius, & Tiberinus: sed hæc post mortem, quod tractus in Tiberim mersus sit. Licet autem veteres ferme omnes historici eum Heliogabulum nominent, vetustiora tamen monumenta Elagabalum dicendum esse significant; vt imago numismatis docet, quam tibi formis exprimendam curauimus:

^a Ex Museo
Lalij Paf-
qual. Canon.
S. Mariae Ma-
ior. in Urb.



Quem super currum vides versis humeris insidere, fortasse non Solis, sed ipsius Antonini refert imaginem ante currum Solis in quadriga retrorsum currentis. Lucianus enim de Dea Syria auctor est, Syros, Phœnicisque apud quos Antoninus sacerdos erat Solis, cum omnium Deorum simulacra habeant humana effigie sculpta, tantum Solis & Lunæ nullum huiuscemodi simulacrum effingere solitos. Porro de cursu retrogrado Antonini meminit Herodianus. Adiciamus tibi & alterius effigiem nummi, quo habes Elagabalum Antoninum sacerdotem agentem & sacrificantem.

^b Ex Museo
Lalij Pasqua-
lin. Canon.
S. Mariae
Maior. Rom.



Quantum verò hic omnes impurissimos superauerit turpitudine Imperatores, Dio, Herodianus, atque Lampridius fidem faciunt. Temperamus ea referre, quæ ne ipsi quidem Gentiles absque rubore, aliqua tantum ex parte, & quo fieri potuit moderatius, enarrarunt.

IV.
^c Dio in Ma-
crino.
ELAGABA-
LVS DEVS
ROMAN AD-
VECTVS.

^d Lamprid. in
Heliogab.
HOSTIS DEO-
RVM ELA-
GABALVS.

Hic in Syria, ante Macrini eiusque filij^e necem, decimo sexto Kalend. Iunij, Imperator ab exercitu acclamatur, & more Augustorum in Imperio stabilitus, Romam veniens, deum suum, cuius sacerdos fuerat, Elagabalum secum aduexit, quem diis omnibus Romæ cultus voluit anteponi. Cuius rei agenda studio inflammatus, eò usque processit, vt vellet omnes alios cessare deos, omniumque hominum religiones antiquari; atque ageret, vt Elagabalum, cui nobile templum mox in Palatino erexit, omnes colerent: cuius rei causa Gentilicæ superstitioni magnum attulit detrimentum, vt Lampridius^d narrat his verbis: Vbi primum ingressus est Urbem, omissis iis quæ in prouincia gerebantur, Elagabalum in Palatino monte iuxta ædes Imperatorias consecrauit, eique templum fecit; studens & Matris (deorum scilicet) typum, & Vestæ ignem, & Palladium, & Ancilia, & omnia Romanis veneranda in illud transferre templum; & id agens, ne quis Romæ deus, nisi Elagabalus coleretur. Dicebat præterea, Iudæorum & Samaritanorum religiones, & Christianam deuotionem illuc transferendam, vt omnium culturam secretum Elagabali sacerdotium teneret.] & inferius: Ignem perpetuum extinguere voluit; nec Romanas tantum extinguere voluit religiones, sed per orbem terrarum, vnum studens, vt Elagabalus deus vnus vbique coleretur. Et in penum Vestæ, quod solæ

virgi-

A virgines solique Pontifices adeunt, irrupit pollutus ipse omni contagione morum cum his qui se polluerant, & penetrare sacrum est auferre conatus: cumque seriam quali veram rapuisset, quamuis virgo Maxima falsam monstrauerat, atque in ea nihil reperisset, applosam fregit.] hæc & alia de his Lampridius.

At certè nonnisi diuino consilio factum esse creditur, vt quod minimè licebat facere Christianis, ipsorum præsterit Imperator: iusteque in eos animaduersum; vt qui veri Dei cultum recipere detrectassent, peregrinum deum colere, & Gentilium deorum iacturam pati cogerentur. Quis vnquam existimare poterit absque diuina prouidentia factum, vt prisca illa Romanæ superstitionis monumenta, ac totius Reipublicæ (vt solerent dicere) munimenta, tanto studio ex regionibus etiam externis conquisita, tot laboribus custodita, tanto cuius sanguine ab hostibus defensa; ac summa denique industria aucta, adolescentuli imperantis libidine adeo fuerint ignominiosè prostrata, nullo reclamante Pontifice, nec (quod solitum erat religionis ergo) contradicente Senatu? sicque illa numina, quibus preces funderent, vota nuncuparent, nudipedalia & læchiternia exhiberent, in quæ spes omnis Senatus populi que Romani esset in bello & pace iugiter collocata: illa ipsa inquam (quod maioris est admirationis) non ab hostibus urbem inuadentibus, non à Christianis eadem numina execrantibus, sed ab ipso eorum Imperatore, quem exercitus elegerat, & Senatus comprobasset, fuerint violata, amota, ac turpissimè profanata?

Verum hæc facta sunt postea, cum Romam se contulit Elagabalus: qui vt auctor est Herodianus^a) hoc anno hiemauit Nicomediæ; sequenti verò Romam abiit, quod etiam venit vnà cum matre & auia, necnon Mamaea sorore matris ipsius Augusti, quæ erat mater Alexandri, laudatissima femina, procul abhorrens à fororis infamissima vita: & sicut illa, qualis ipsa esset, talem filium educavit; ita & ista optimis moribus suum instituit natum, prudentissima sanè femina, scriptorum omnium præconio celebrata de qua modò tantum, vt omitamus cetera quæ ab instituto abhorrent, quæ de ea sic scribit Eusebius^b, huc in medium adducamus: Mamaea mulier, si qua alia, virtute & pietate spectatissima, vita & moribus cum primis religiosa, cum Origenis fama ita celebris passim hominum vagaretur sermonibus, vt ad eius etiam aures perueniret, permagno videbatur æstimare, si non solum viri dignaretur aspectu, verum etiam eius in Sacris litteris intelligentiæ, quam omnes admirabantur, periculum faceret. Illa igitur iam tum Antiochiæ commorans, per turbam satellitum illum ad se accersiuit. Apud quam ille vbi ad tempus moram fecerat, & multa quæ ad gloriam Domini & diuinæ eius disciplinæ ac potentiæ amplitudinem spectabant, ei exposuerat: ad consueta studia & exercitationes se maturè recepit.] hæc Eusebius de Origene: quem cum constet sub Zephyrino Papa venisse Romam, his vltimis ipsius Zephyrini temporibus accidisse putamus: & fortasse eò Mamaeam secutus est. Eusebius autem eam prætexit quoque causam eius Romam aduentus, sic dicens^c:

Adamantius (hoc enim erat etiam Origene nomen) Zephyrino eisdem temporibus Romanam Ecclesiam gubernante, scribit propterea se Romam iter suscepisse, quod sibi admodum erat in optatis, Ecclesiam Romanam planè antiquissimam visere.] hæc Eusebius. Venisse autem rursus Origenem Romam temporibus Philippi Imperatoris, cum illic Plotinus Platonicus profiteretur, dicemus suo loco. Subdit de Origene Eusebius^d: Romæ non diu commoratus, Alexandriam reuertitur, atque ibi contuetum docendi munus studio omni & industria exequitur: idque Demetrio illius Ecclesiæ Episcopo etiam tum eum admodum adhortante, & precibus propè efflagitante, vt fratribus non grauaretur esse adiumento.] & inferius: Tanto porro studio atque cupiditate Sacrarum litterarum accuratè peruestigandarum ducebatur Origenes, vt linguam etiam Hebraicam studiosè perdiceret, & non modò vetera Scripturarum exemplaria apud Iudæos Hebraico sermone scripta custoditaque sibi acquireret, verum etiam aliorum interpretationes, qui præter Septuaginta Sacras litteras conuertissent, exquisitè indagaret.] hæc Eusebius, eius commendans studium in Hexaplis elaborandis. Sed quæ subdit de Ambrosio, intexamus.

Per idem tempus (inquit Eusebius^e) Ambrosius, qui Valentiniani erroris prauitate erat infectus, ipsa veritate, cuius partes Origenes in disputando susceperat, conuictus confutatusque, ac veluti lucis splendore interiore mente illustratus, rectæ & Eccle-

RES HELIO-
GABALIBE-
NE CEDVNT
CHRISTIA-
NIS.

VI.
^a Herod. lib. 5.

DEMAMAEA
MATRE A-
LEXANDRI.

^b Euseb. lib. 6.
cap. 15.

^c Euseb. lib. 6.
cap. 12.

VII.
ORIGENES
ROMAM AD-
VENTVS.

^d Euseb. ibid.
ORIGENES
DOCEAT A-
LEXAN-
DRIAE.

VIII.
^e Euseb. lib. 6.
cap. 13.

AMBROSIUS
STVDIOSVS
ORIGENIS.

siasticæ fidei se totum addixit. Alij etiam complures exquisita doctrina imbuti, propter celebrem famam, quæ de Origene vbique emanauerat, ad eum se conferebant, periculum de accurata accumulataque viri in Sacris litteris facultate & notitia facturi. Non Ambrosium tantum, sed & alios hereticos ad Catholicam fidem idem Origenes conuertit: horum namque fidem facit de Recta in Deum fide scriptus ab eo commentarius, in cuius apposita præfatione hæc primò leguntur: Nonnumquam multi philosophi, qui à nostra disciplina abhorrebant, interdum & hæretici ad eum disputaturi veniebant. Cumque frequens instituta esset disputatio, multos Gentiles, quibus cum vt idolorum infamum cultum detestarentur, persuasisset, ita comparauit, vt martyrij coronam sint adepti. In his etiam fuit Ambrosius, qui Origenis æmulus factus, & ab eo nostris decretis institutus, se à Valentini Marcionisque hæresi secreuit & remouit. Quod cum hæretici quidam tunc intellexissent, malo animo consilioque impulsu, disputandi causâ venerant ad Adamantium: delecto que sermonis sui iudice philosopho, qui à Christiana religione abhorrebat, initium fecerunt disputandi. Ad extremum penes vniuersam Ecclesiam Catholicam fuit victoria: quo factum est, vt multi Gentiles & hæretici etiam cum Eutropio iudice religionem Christianam approbarent & crederent. hæretici quidem sunt Megethius, Marcus, Drosorius, Valens, & Marinus.] hæc ibi.

IX.
ORIGENIS
EXCELLEN
TIA IN
SCIENTIIS
OMNIBVS.

Ad hæc Eusebius: Infiniti porrò hæretici, & philosophi non pauci, omni litterarum genere cum primis eximij, studiosè & attentè ei animum aduertebant, & præterquam quod Sacris & diuinis litteris, exteris præterea disciplinis quæ ad philosophiam attingebant, aliqua ex parte ab illo eruditi instituti que fuerunt. Illos item quos ingenij acumine & bonitate valere intelligebat, philosophiæ cognitione, geometria, arithmetica, & aliis id genus artibus, quæ ad grauiora studia viam muniunt, informauit excolitque. Deinceps ad philosophorum sectas, eorumque opiniones perdiscendas duxit, & libros ab illis conscriptos eis exposuit, cum præclare in eos commentando, tum perspicaci mentis solertia in singula intucendo: adeo vt philosophus planè insignis esset, omnium Græcorum sermone prædicatus. Complures item, qui ingenio erant paulo obtusiores, ad humaniores litteras, quæ sunt in communi consuetudine positæ, perdiscendas impulsi: assueuerant eos non parum fructus & commoditatis ex illis, & ad Sacrarum litterarum cognitionem, & ad mentis ad easdem ingrediendas præparationem percepturos. Vnde secularis (vt ita dicam) litteraturæ ex philosophia petita studium & exercitationem sibi in primis necessariam existimauit. Illius verò singularis præstantisque in his rebus progressionis testes sunt Græcorum philosophi, qui eius temporibus claruerunt. In quorum libris crebram huius viri mentionem inuenimus: propterea quod nonnulli aliquando suos libros illi dedicabant: interdum lucubrationes ad eum tamquam ad magistrum, quo de illis iudicium faceret, referabant:] sed hæc Plotini præstantissimi inter Platonicos testimonio comprobata suo loco dicemus.

X.
Euseb. lib. 6.
cap. 17.
AMBROSIUS
PRÆSTO
EST ORIGE
NIS.

Quod rursus ad Ambrosium pertinet, Origenis opera ex hæresi ad Ecclesiam restitutum; hæc idem Eusebius habet: Ex eo tempore Origenes commentarios in Sacras litteras scribere adorsus est, Ambrosio eum ad eam rem impellente maximè, qui non solum infinitis propè verborum ad persuadendum accommodatorum hortationibus, sed copiosissimis subsidijs ad eiusmodi operam maximè necessarijs illum ad hoc studij genus incitauit: nam celeres scribæ plures quam septem ei dictanti præsto aderant, qui præstitutis temporibus scribendi laborem vicissim susciperent: librarij non pauciores, vnà cum puellis quæ ad scitè & concinnè scribendum erant probè exercitæ: quibus omnibus Ambrosius rerum copiam affatim suppeditabat necessariam. Quinetiam in hac diuini & sacri eloquij commemoratione ac studio vix dici potest quam propensam operam ei contulerit, qua illi vel maximè ad commentariorum confectioem incendere.] hucusque de Origene atque Ambrosio Eusebius.

XI.

Sed planè mirandum, quod de septem & amplius celeribus scribis adhibitis ab Ambrosio Origene dictanti tradit Eusebius, cum sciamus S. Hieronymi testificatione, notarium vnum superesse solere dictanti. Nam de notario suo quid ipse experiretur, in præfatione libri tertij commentariorum in epistolam ad Galatas, manifestat his verbis: Accito notario, aut statim dicto quocumque in buccam venerit, aut, si paululum voluero cogitare, melius aliquid prolaturus, tunc me tacitus ille reprehendit, manum contrahit, frontem rugat, & se frustra adesse, toto gestu corporis contestatur.] sed & S. Ambrosius

suis

A sius ad Sabinum scribens: Non inquit, dictamus omnia, & maximè noctibus, quibus nolumus alijs graues esse ac molesti: tum quia ea quæ dictantur, impetu quodam proruunt, & profluo cursu feruntur. Nobis autem, quibus cura est senilem sermonem familiari vsu ad vnguem distinguere, & lento quodam figere gradu, aptius videtur propriam manum nostro affigere stylo, vt non tam desolare aliquid videamur, quam abscondere, neque alterum scribentem erubescamus, &c.] Ecce tibi, Hieronymo vnus, Ambrosio vnus satis superque erat notarius, vt qui nec vel vni satis suppeditare possent quod scriberet: Origenes verò septem opus habuerit, absque librarijs, quorum non scribere, sed exscribere munus erat. At dum hæc mecum ipse considero, obstupesco, de que Origene sententia illa Prouerbiorum in mentem venit: Hereditas, ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.] quod & probauit euentus: haud enim festinanter per ingenij pernicitatem diuina adeunda atque pertractanda sunt scripta; cum nec in addiscendis profanis laudetur à Quintiliano præcox ingenium.

Quod verò ad eundem Ambrosium Origenis administrum studiorum pertinet, de eo hæc ipse Origenes in præfatione in Euangelium Ioannis: O Ambrosi, verè homo Dei, & homo in Christo, & qui pro virili contendis esse spiritualis, nec amplius homo.] Cetera autem de Origene, lingulis annis, quibus getta coniectare possumus, in Annalibus digeremus. Cum verò Eusebius sub Caracalla contigisse dicat conuersionem Ambrosij; quoto potissimum anno eius Imperij id factum sit, incertum habetur: fuisse autem ipsum eximie eruditionis hominem, ex hoc potest intelligi, quod, quæ ab Origene scripta essent, ab eo interdum corrigerentur. nam idem Origenes in epistola de Susanna ad Africanum. hæc habet in fine: Salutat te qui dictandæ epistolæ fuit adiutor, & toti interfuit, quæ voluit corrigens, dominus meus, & frater sanctus Ambrosius: salutat te etiam fidelissima eius coniux Marcella simul cum liberis, & Anicetus.] hæc ipse de Ambrosio, qui eò gloriæ prouectus est, vt gloria confessionis claruerit, prout de eo S. Hieronymus refert.

IESV CHRISTI	CALLISTI PAP.	ANT. ELAG. IMP.
ANNVS	ANNVS	ANNVS
221.	I.	2.

D Vcentesimo vigesimoprimo Christi Domini nostri anno, Antonino Augusto secundum & Sacerdote Coss. vigesima sexta mensis Augusti, Zephyrinus Papa; cum sedisset annos decem & octo, totidemque dies, moritur. De annis sedis eius Eusebio magis acquiescimus, in Chronico affirmanti sedisse annos decem & octo, hocque anno secundo Elagabali vita functum esse, quod Vaticano Indici magis sit consentiens, quam ceteris, qui alijs Consulibus & ad alia tempora eius obitum referunt. At licet idem Eusebius alibi dicat, Zephyrinum anno primo Elagabali esse mortuum, quod idem annus primi finis & secundi esset exordium, nulla alia habita ratione mensium vel dierum, sic posuit. Quod verò in antiquis Ecclesiæ Romanæ monumentis, in ipsis (inquam) Ecclesiasticis tabulis, quas Martyrologium nominamus, legatur Zephyrinus subiisse martyrium, id sanè illi priuatim oportuit accidisse (vt de alijs sæpè euenit) in pace Ecclesiæ.

Sed fortasse & illa ipsa opportuna videri potest oblata causa martyrij, quod Elagabalo restiterit, cupienti (vt diximus ex Lampridio) cum aliorum omnium, tum etiam Christianorum religionem sub Elagabali dei sui cultu referre. Ceterum vtrum hæc, an alia præcesserit causa subeundi martyrium, nescimus: sed illud nos non latet (quod alibi diximus) olim maiores consueuisse Martyres appellare omnes, qui Christianæ confessionis occasione supplicia aliqua sustinissent, licet post tormenta superstites diem extremum in pace clausissent. De eodem Zephyrino hæc tantum leguntur in libro de Romanis Pontificibus (non enim eo libro vitæ ipsorum Pontificum, sed eorum successio, & factæ ab eis ordinationes, & dies obitus recensentur) Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros tredecim, diaconos septem, Episcopos per diuersa loca tredecim. Qui sepultus est in cœmeterio suo, non longe à Callisti cœmeterio, Via Appia, septimo Kalendas Septembris. Cessauit Episcopatus eius dies sex.] sicque die secunda Septembris creatus est Callistus Romanus ex patre Domitio.

His

III.
*a Lamprid. in
Heliogabal.
b Panamur
in addit. ad
Plac. Ep. de
Rom. Pont.*

REFELLI-
TVROPINIO
DE TRANS-
LATIONE
SS. CORPORVM
PETRI
ET PAULI.

IV.
DE TRANS-
LATIONE
CORPORVM
SS. ADO STO-
LORVM.
** Greg. lib. 3.
epist. 30.
* al. Costan-
tinam*

V.
REFELLI-
TVR OPI-
NIO DE
TRANS-
LATIONE SVB
CORNELIO.

VI.

His temporibus Elagabalum, auctor est Lampridius^a, ad agitandas quatuor elephan-
torum quadrigas in Vaticano, demolitum esse aliquot sepulchra, quæ obsistebant. Exi-
stimavit ob id aliquis^b, sed nulla planè auctoritate nixus vel ratione, tunc dirutum esse
inter alia sepulchrum Apostoli Petri, translatumque corpus eius ad Catacumbas, vbi vnà
cum Pauli corpore manserit vsque ad Cornelium Papam: qui vtrumque sustulisse dicitur;
& Petri in Vaticano, Pauli verò Via Ostiensis, vbi sunt postea ipsi erectæ basilicæ,
collocasse. Amplioribus sanè spatiis Vaticanum olim patuisse, tomo primo Annalium
diximus: aded vt non sit necesse hæc intelligere facta ab Elagabalo vbi esset Petri sepul-
chrum. Rursum verò cum illud esset à latere Circi Neronis, inhærens monti, nequa-
quam videri potest illic fuisse opportunum locum ad agitandas immanium bestiarum
quadrigas. Nam si velimus illum eas agitasse in Circo Neronis; si illius spectaculi ca-
pax Circus non erat, ipse primò diruendus fuisset; cum tamen nulla mentio habeatur de
Circo diruto, quod ante omnia (quod res esset longè maioris momenti, quàm priuato-
rum sepulchra) dicendum fuisset. Si verò eum extra Circum agitasse quadrigas dicere
velimus; tunc, cum inter Circum & tumulum S. Petri perangustum esset spatium, mon-
te à tergo, à fronte Circo posito, non satis erat Elagabalo demoliri sepulchra, nisi solo
æquasset (vt dictum est) Circum; cum tamen nonnisi aliquot sepulchrorum factam esse
iacturam, idem affirmet. At si demus etiam tum Petri Apostoli dirutum sepulchrum,
eiusque corpus translatum fuisse ad Catacumbas; quæ, rogo, ratio subesset, vt & Pauli
Apostoli corpus etiam è sepulchro Via Ostiensis ponto sublaturum, & in Catacumbas pa-
riter illatum, vnà cum S. Petri corpore conderetur? cum vt illud antehac in proprio se-
pulchro Via Ostiensis collocatum, & in hæc tempora asseruatum, inde tolleretur, nulla
causa vel saltem verisimilis monstrari possit.

His igitur penitus confutatis, magna est apud me auctoritas S. Gregorij, affirmantis,
paulò post tempus passionis Apostolorum, eorumdem sacra corpora à Græcis fur-
tively sublata, tumque ad Catacumbas perlata fuisse: qui diuino miraculo præpediti, à cœptis
desistere coacti sunt: cum Fideles, re comperta, in sua loca Apostolorum corpora retu-
lere. At rem gestam, eius verbis superius enarratam, hic repetere, quò cuncta certiora
reddantur, operæpretium existimamus. Scribens enim ad Constantiam Augustam,
hæc ait: De corporibus verò sanctorum Apostolorum quid ego dicturus sum? dum
constat, quia eo tempore, quo passi sunt, ex Oriente Fideles venerunt, qui eorum cor-
pora, sicut ciuium suorum, repeterent: quæ dicta vsque ad secundum Urbis millia-
rium, in loco qui dicitur ad Catacumbas, collocata sunt. Sed dum ea exinde leuare om-
nis eorum multitudo conueniens niteretur, ita eos vis tonitruum atque fulguris nimio
metu terruit atque dispersit, vt talia denuò nullatenus attentare præsumerent. Tunc
autem excutes Romani, eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, leua-
uerunt, & in locis, in quibus nunc sunt condita, posuerunt.] hæc Gregorius.

Si ergo tunc sublata, & ad Catacumbas translata, ac etiam propriis locis tunc restitu-
ta fuerunt, quidnam est quòd à Cornelio Papa ea è Catacumbis sublata dicuntur, &
Pauli quidem prope Viam Ostiensem positum, Petri verò in Vaticano? Hæc profectò
ita esse non possunt, nisi dixerimus bis eadem corpora ad Catacumbas fuisse delata, ac
bis itidem locis propriis restituta: quod quidem antiquorum nemo dixisse, nec saltem
somniafle reperitur. Quamobrem cum eò redacta quæstio esse videatur, vt vel menda-
cem (quod nefas est cogitare) Gregorium fuisse dicamus, vel potius hallucinatum esse
incertum auctorem illum, qui citari falsò Damasus consuevit: æquius est, vt (quod om-
nis ratio persuadet) potius Gregorio ea ad Augustam scribenti, quàm incerto auctori
incerta tradenti acquiescamus.

Nec est insuper quòd dici possit, tunc temporis, cum à Græcis sublata sunt illa corpo-
ra, ad Catacumbas fuisse translata, sed demum à Cornelio Papa in loca pristina reporta-
ta: nam ab eo tempore vsque ad Zephyrinum, dictis in locis, in Vaticano scilicet Petri,
& Via Ostiensis Pauli corpora permansisse, nemo poterit dubitare: siquidem ex tunc vs-
que in præfens complures Romani Pontifices, quos recensuimus, sepulti dicuntur in
Vaticano iuxta corpus beati Petri. Rursus verò patens est testimonium Gaij, qui (vt
nuper dictum est) Romæ agens temporibus Zephyrini, vbi posita essent corpora sancto-
rum Apostolorum, digito (vt ita dicam) ostendit. His à nobis tum certis rationibus,
tum antiquorum testimoniis stabilitis, aliquem refragari minimè prohibemus: sed

volu-

A volumus esse liberum in re ambigua, vt lubet, vnumquemque ex animi sui sententia
opinari: at veri amantem perspicacis ingenij lectorem his nostris futurum, minimè
dubitamus. Quòd & si quis his obiciat eiusdem Cornelij nomine vulgaram epistolam:
dicimus eam non perinde exploratæ fidei esse, ac eam quam opponimus citatam à nobis
sancti Gregorij ad Constantinam: cuius fidem aded testatam nemo vnquam ausus est
vel minimum quidem in dubium reuocare. At de his hæc tenent.

IESV CHRISTI CALLISTI PAP. ANT. ELAG. IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
222. 2. 3.

B Christi anno ducentesimo vigesimo secundo, Marco Aurelio Antonino & Euty-
chiano secundum Coss. Iulius Africanus, inter viros eruditos huius temporis cla-
rus, legationem ad Imperatorem suscepit (fortasse suadente Origene, qui eo vtebatur
familiarissimè, in Palæstina tunc agente) pro restituenda olim incensa ciuitate Nicopoli
Palæstinæ, quam ex Romanorum victoria nomen illud consecutam fuisse diximus, cum
Emmaus antea vocaretur. Re obtenta, sequenti anno est ciuitas excitata.] hæc apud
Eusebium^a. Quod pertinet ad Africanum, hæc de eo alibi idem auctor^b: Per idem
tempus Africanus librorum scriptor qui *uero* appellatur, magna commendatione ad
hominum famam profluxit. Huius de historia Susannæ à Daniele litteris prodita, quasi
adulterina esset & commentitia, magnopere dubitantis extat epistola ad Origenem
scripta: ad quam Origenes per litteras plenissimè respondebat. Eiusdem Africani quin-
que alij libri de temporum & annalium serie, accurata quadam industria elaborati, ad
nos peruenerunt: in quibus ait, se Alexandriam, propter incredibilem Heraclæ famam,
quæ vbiq; manauerat, iter fecisse, quem propter philosophiæ & aliarum Græcarum
disciplinarum cognitionem, qua egregiè excelebat, ad Ecclesiæ illius Episcopatum ad-
ministrandum delectum esse supra docuimus. Est etiam alia epistola ab eodem Africa-
no ad Aristidem perscripta, de ea quæ putatur esse genealogiarum Christi apud Mat-
thæum & Lucam discrepantia: in qua Euangelistarum consensum ex historia quadam,
quæ ad sua ipsius tempora integra deuenerat, apertissimè tradit: quam equidem oppor-
tunè in primo libro huius operis, quod habemus in manibus, ab eo peritam citauit.]
hæc Eusebius de Africano: habet eadem quoque S. Hieronymus.

Quod verò pertinet ad historiam eiusdem Iulij Africani: extrabat adhuc integra tem-
pore Phorij, qui in sua Bibliotheca eius cum meminisset eam sumere exordium à muni-
di creatione, nihilque ab eo prætermisissum vsque ad Christi aduentum, licet cuncta sum-
matim perstrinxerit. Rursum verò eundem prosequi res in Ecclesiâ gestas à Christo
Redemptore nostro vsque ad Macrini Imperium, cuius tempore illa cuncta scribebat:
atque eundem numerare ab origine mundi ad illud vsque tempus annos quinque mille
septingentos viginti tres. hæc de Africano Photius. Citatur idem auctor à S. Basilio, eius-
demque scripti fragmentum recitat de Spiritu sancti vnà cum Patre & Filio conglorifi-
catione, in hæc verba: At nec Africanum historicum talis glorificandi forma præterit.
Siquidem palàm est in quinta de temporibus Epitoma & ipsum in hunc loqui modum:
Nos verò qui & illorum verborum mensuram dicimus, non ignoramus fidei gratiam:
gratias agimus ei qui præbet nostris Patribus omnium Salvatore Domini nostrum
Iesum Christum, cui est gloria & maiestas cum sancto Spiritu in sæcula.] At de Africano
fatis, cuius lucubrationum magno detrimento facta iactura est.

Quod autem ad Heraclam spectat, Alexandria Sacras litteras magna cū laude publicè
proficetem, ipsum fuisse olim Origenis discipulum; sed qui reliquos antecelleret, superius
dictum est. Hunc Origenes (inquit Eusebius^c) ceteris discipulis suis præferens virum
cum Sacrarum litterarum studiosum, tum verò in alijs disciplinis disertissimum, cum phi-
losophiæ deniq; non ignarum, locum in instituendi munere sibi adsciuit, & huic eos eru-
diendos commisit, qui ipsi fidei elementis modò essent imbuendi. Eorum autem disci-
plinam, qui in cursu erant positi, & ipso doctrinæ sacræ habitu aliquanto maturiores, sibi
ipsi docendos reseruauit.] hæc Eusebius de Heracla, cum docere inciperet. Porro simulac
Origenes in Palæstinam est profectus, ipsum integrum atque summum docendi munus
in Heraclam resusum est. quando autem Episcopus sedere cœperit, suo loco dicemus.

IESV

T.
AFRICANI
LEGATIO
AD IMP.

** Euseb. hist. in
Chronico.
b Euseb. lib. 6.
cap. 24.*

II.
AFRICANI
HISTORIA.

III.
DE HERA-
CLA CATE-
CHISTA.
** Euseb. lib. 6.
cap. 12.*

IESV CHRISTI CALLISTI PAP. ANT.ELAGAB. IMP.

ANNVS 223. ANNVS 3. ANNVS 4.

I. aDion He- lugabalo. ALEXAN- DER ADOP- TATVS. bHerod.li.s.

Sequenti anno Christi ducentesimo vigesimo tertio, Gratus & Seleucus ponuntur Consules: cum tamen a Dione Eurychianus sub Elagabalo tertium Consul fuisse dicatur, sed fortasse suffectus. Quo anno Alexander Mamææ filius, consobrinus Elagabali, creatus est Cæsar, in sequentem annum Consul designatus. sed & cum in filium adoptasset, ut eum suis moribus institueret, viros omnes probos & euditos, quibus Mamæa mater puerum tradiderat educandum, partim morte, partim verò multauit exilio: Fuisse ex iis aliquem Christianum, facile suademur, cum huius religionis hominum (vt dictum est) mater studiosissima esset.

II. ALEXAN- DER OM- NES VNO DIE DIGNI- TATES CON- SECVTVS.

Ceterum Alexander vno eodemque die omnes amplissimas dignitates, diuersis temporibus conferri solitas, se accepisse, apud Lampridium in hæc verba ipsemet pro con- cione post mortem Elagabali in Senatu testatus est, dicens: Gratias ago vobis, Patres conscripti, non nunc primum, sed & de Cæsareo nomine, & de vita seruata; & Augusti nomine addito, & de Pontificatu Maximo, & de Tribunitia potestate, & Proconsulari Imperio: quæ omnia nouo exemplo, vno die in me contulistis.] hæc ipse. reliqua de eo suis quibusque locis opportunis inferius dicturi sumus.

IESV CHRISTI CALLISTI PAP. ALEXANDRI IMP.

ANNVS 224. ANNVS 4. ANNVS 1.

I. ELAGABA- LVS OCCI- DITVR.

Ducentesimo vigesimo quarto Christi anno, Antonino Augusto quartum & Alex- andro Cæsare Coss. ipse Antoninus Elagabalus, cum imperasset annos tres, menses nouem, & dies quatuor, annos natus decem & octo, ob nefandas suas turpitu- dines Senatui Populoque Romano atque militibus redditus execrabilis, occisus est, corpusque eius in viam eiectum, atque raptatum, demum in Tiberim protractum est; ex quo Traçitius (vt diximus) atque Tiberinus meruit appellari. Iam eò immanitatis peruenerat impurissimus homo vnà cum matre æquè impudentissima, quæ cum ipso simul confossa est, vt ad enormissima scelera illud addiderit, quod magis causa pueros iuberet occidi Hæc Dio, proximè omnia intuens, cui de ætate Imperatoris, & annis qui- bus regnauit, magis assentimur, quàm Aurelio Victori, vel aliis dicentibus vixisse annos sexdecim, imperasse duos, ac menses octo; & Herodiano affirmanti, Elagabalum tem- pore Consulatus Alexandri, quo creatum dicit Cæsarem & adoptatum, annos natum quatuordecim, Alexandrum verò duodecim, neque eidem dicenti Elagabalum impe- rasse sexennium.

II. Lamprid.in Alexand. ALEXAN- DER IMPE- RAT. d Idemibid.

Eo igitur in hunc modum sublato de medio, Alexander miro consensu militum, Se- natus, ac totius populi, in vnum conspirantibus omnibus, acclamatus est Imperator pridie Nonas Martij, annum agens ætatis decimum sextum. Hic igitur, vt qui à matre non abhorrente à Christiana religione & inter Christianos pariter educatus esset, non solum (quod ait Lampridius) Christianos esse passus est, sed Christo Deo aliquem qualemcumque cultum exhibuit: ita tamen, vt qui deorum cultui assueuisset, & à puero Gentilitiis quoque superstitionibus imbutus esset, deos pariter coleret, & quodcumque numen sibi fuisset ab aliis antea prædicatum. Nam de eo ex scriptore suorum tempo- rum hæc idem auctor testatur: Matutinis horis in larario suo, in quo & diuos Principes, & optimos electos, & animas sanctiores, in queis & Apollonium, & Christum, & Abra- ham, & Orpheum, & huiuscemodi deos habebat, ad maiorū effigies rem diuinam facie- bat.] & post multa: Christo templum facere voluit, eumque inter deos recipere, quod & Hadrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus iusserat fieri: quæ hodie idcirco, quia non habent numina, vocantur Hadriani, quæ ille ad hoc parasse dicebatur: sed prohibitus est ab iis, qui consulentes sacra, repererant, OMNES CHRISTIANOS

Apud Orig. contra Cels. lib. 8.

FVTVROS, si id optatò venisset, & templa reliqua deferenda.] hæc ipse. Quod olim iactari à Christianis aiebat Celsus Epicureus, Romanos omnes & Imperatores fore Chri-

CHRISTI 224. CALLISTI PAP. 4. ALEXANDRI IMP. 1.

A Christianos; satis demonstrant hæc ipsa quæ ab ipsorum oraculis, ipsis inuitis, redderen- tur, non latuisse Gentiles propheticis attendentes sententiis: licet hæc nequaquam à Christianis iactari, Origenes excuset.

Porrò Alexander non solum Christianæ religionis studiosus fuisse videtur, sed eorum quoque institutorum, quantum fas fuit, diligens imitator, in his præsertim quæ ad re- gimen politicum pertinere videbat. nam de eo hæc idem Lampridius tradit: Et quia de publicandis dispositionibus mentio contigit, vbi aliquos voluisset vel rectores pro- uinciis dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est, Rationales ordinare, nomina coram proponebat, hortans populum, vt, si quis quid haberet criminis, probaret mani- festis rebus: si non probasset, subiret pœnam capitis. Dicebatque graue esse, cum id Christiani & Iudæi facerent in prædicandis sacerdotibus, qui ordinandi sunt; non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus fortunæ hominum committuntur & capita.] sed & illud: Clamabaturque sæpius, quod à quibusdam siue Iudæis, siue Christianis audierat, & tenebat: idque per præconem, cum aliquem emendaret, dici iubebat: Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Quam sententiam vique ad eò dilexit, vt in Palatio & in publicis ope- ribus perferri iuberet.]

III. ALEXAN- DER RES- CHRISTIA- NORVM IMITATVR.

Recentet idem quoque auctor eiusdem Imperatoris iudicium pro Christianis exhi- bitum: Cum, inquit, Christiani quemdam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra popinarij dicerent sibi eum deberi: rescripsit melius esse, vt quomodocumque illic Deus colatur, quàm popinariis dedatur.] hæc de Alexandro Lampridius. Sed sin- gula sunt accuratius explananda. & vt ex iis incipiamus: Quantum coniectura conse- qui licet in re antiquissima & obscura, existimo hunc locum publicum Christianis adiudicatum ad construendam ecclesiam, aliquo fuisse ad religionem spectante olim nobilitatum monumento, quod Christiani ad eò cuperent illum ecclesia erecta desu- per illustrari, quibus complura priuata loca ad id opus deesse non potuissent. Quam- obrem hunc illum arbitror fuisse locum trans Tiberim positum, vbi Augusti tempore Taberna Meritoria erat, ex qua oleum magno miraculo è terra erumpens copiose flu- xisset, in signum (quod suo superius loco dictum est) Christi humani generis Redemptio- nis in mundum proximi aduentus. Loco igitur illo publico destituto, popinarij, quod publica in eo taberna fuisset, ad se artis vsu pertinere rati, rescripto Principis proprium efficere conabantur. Nam popina propriè locus erat, vbi publica opsonia, carneque coctæ publico vsui venum exposuere comederentur, cuius vsus etiam Taberna Meritoria erat hospitium mercenarium.

IV. DE TABER- NA MERI- TORIA IN ECCLESIAM CONSECRATA.

D Contra verò Christiani, vt in eo ecclesiam erigerent, postulabant: quibus cum an- nuisset Imperator, illic nobilem ecclesiam erexerunt, sanctissimæ Virginis Dei geni- tricis Mariæ Partui, olim eo prodigio præsignato, religiosissimè consecrandam. Fauet huic nostræ coniecturæ, immò & firmiter ad stipulari videtur, ac rem propemodum certam reddere, quod in gestis S. Callisti Papæ, qui his Alexandri temporibus viuebat, legitur ab eo eam erectam fuisse ecclesiam trans Tiberim positam. In libro enim de Romanis Pontificibus, sua antiquitate omnibus noto, hæc verba descripta habentur: Hic fecit ecclesiam S. Mariæ trans Tiberim.] Cum verò nonnisi de hac ecclesia memo- ria sit, Alexandri Imperatoris temporibus Romæ excitatam fuisse, pro ea ædificanda locum illum Christianis ipsum Imperatorem adiudicasse, affirmare necesse videtur. Ex- rat ipsa quidem veneranda antiquitate nobilis, & tantæ rei gestæ memoriæ celeberrima, quæ prope Confessionem sacram illud foramen continet, ex quo olim scaturiit oleum: feruntque qui hoc experimento didicerunt, terram intus positam adhuc oleo esse ma- didam; quam erutam si quis comprimat, manum sentiat vnguine delibutam. Sed redea- mus ad Alexandrum.

V. ECCLESIAE DEI GENI- TRICIS RE- RECTIO.

Quod verò electionem Ecclesiarum Præsidentum, à Christianis tractari solitam, multa præuia morum inquisitione, Alexander voluit in Præsidentum creationem transferre; quonam modo ea tunc fieri soleret, Origenes, qui his viuebat temporibus, docet, ma- gnamque tradit adhiberi solitam diligentiam, vt, qui primi inter Christianos essent, ad regimen animarum adficerentur. Diacono item proclamante in Ecclesia, patuisse om- nibus aditum obiiciendi ordinando, si quod patraffer aliquando crimen; id quoque & antiquiores Ecclesiæ Rituales libri demonstrant. Ceterum non de Episcopis tantum vel sacris ministris ordinandis exactè fieri consueuerant eiusmodi morum inquisitio, sed de

VI. Orig. contra Cels. lib. 8. infine. ELECTIO EPISCOPO- RVM QVO- NODO FIE- RI SOLITA.

omnibus propemodum Christianis, vt quisque se gereret: vt, si quid egisset professione indignum, à Fidelium cœtu abiiceretur. Quod quidem his temporibus seruari solitum in Ecclesia, idem Origenes declarat his verbis, quæ insinuandæ antiquæ disciplinæ causa hîc describere operapretium existimauimus. ait enim in primis de iis qui ad audiendum admitti cupiunt: Christiani verò, quantum possunt, perexaminant animos audiri se cupientium: ac primùm priuatim examinatos, priusquam in cœtum recipiantur, vbi videntur eò profecisse, vt honestæ vitæ sint cupidi, tum demum introducunt, distinctis ordinibus; altero recens admissorum, necdum assecutorum lustrationis symbolum; altero iam professorum religionem Christianam. In posteriore ordine ordinati sunt aliquot, qui inquirant in vitas & mores accedentium: vt non concessa facientes, candidatos religionis arceant à suis conuentibus: ceteros horum dissimiles excipiant ex animo, & quotidianis accessibus meliores faciant. Iam erga peccantes quàm seuera disciplina, præcipuè contaminatos libidine: quos è sua Republica reiciunt nostri.] hæc Origenes.

^aOrig. contra Celsum, lib. 8.

VIII. ^bCypr. ep. 68.

^cNum. 10.

ORDINATIONES QUOMODO IN ECCLESIA AGI SOLITAE.

^dAct. 1.

Quod verò Lampridius dicit, in Præsidium electione Alexandrum Imp. non tantùm imitatum esse Christianos, sed & Iudæos, declarat hæc diligenter S. Cyprianus^b in epistola ad Hispanos conscripta, cum ait: Videmus de diuina auctoritate descendere, vt sacerdos plebe præsentem sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur: sicut in Numeris^c Dominus Moysi præcepit, dicens: Apprehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium eius, & impones eos in montem coram omni synagoga: & exue Aaron stolam eius, & indue Eleazarum filium eius, & Aaron appositus moriatur illic. Coram omni synagoga iubet Deus constitui sacerdotem: id est, instruit, & ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere: vt plebe præsentem, vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, & sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium suffragio & iudicio fuerit examinata. Quod postea secundum diuina mysteria obseruatur in Actis Apostolorum^d; quando de ordinando in locum Iudæ Episcopo Petrus ad plebem loquitur: Surrexit, inquit, Petrus in medio discipulorum, fuit autem turba in vno. Nec hoc in Episcoporum tantùm, sed & sacerdotum, sed in diaconorum ordinationibus obseruasse Apostolos animaduertimus.] & post alia in eadem sententiam allata: Propter quod, inquit, diligenter de traditione diuina & Apostolica obseruatione obseruandum est & tenendum, quod apud nos quoque & fere per prouincias vniuersas tenetur: Vt ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, Episcopi eiusdem prouinciæ proximi quique conueniant; & Episcopus deligatur, plebe præsentem, qui singulorum vitam plenissimè nouit, & vniuscuiusque actum de eius conuersatione perspexit.] Sic igitur plebe præsentem ordinatio agebatur, vt proclamante diacono, cuique esset liberum, quod perperam ab ea factum sciret, obuiocere, ac sic diligentissima ordinandi Episcopi perferutatio ageretur. Quod ritè factum Alexander studuit imitari.

VIII.

^aOrig. contra Cels. lib. 3. QUAM PRÆSTARENT PRÆSVLERS ECCLESIA RVM PRÆSIDIBVS PROVINCIARVM.

IX. ALEXANDER IMP. QVALIS ERGA IVDÆOS.

At quantamlibet diligentiam adhiberet Alexander Imperator, vt optimos quosque præficeret prouinciis magistratus; nec in minimo quidem æquare valuit Ecclesiarum Præsidium probitatis excellentiam. quod Origenes^c demonstrat his verbis: Eodem modo magistratus Ecclesiastici cum Vrbanis magistratibus conferendi: vt intelligas magistratus Ecclesiæ, etiam qui inter collegas paulo frigidius versantur in officio, tamen in morum & virtutum ratione vulgaribus Senatoribus atque magistratibus præcellere.] hæc ipse. Illud autem quod de Alexandro Lampridius scribit, Passus est esse Christianos] sic intelligendum est, quod nec quidquam negotij illis facessuerit, nec perfectionem aliquam in eosdem promulgatis edictis excitauerit: tamen per Vrbs Præfectos, & prouinciarum Præsides in Christianos infensos, tumultuantibus quoque populis, sub eius Imperio nonnullos necatos esse Christianos, exploratissimū est. Sed de his anno sequenti. Quod rursus pertinet ad Iudæos, non mediocria Alexandri studia erga ipsos fuisse videntur: quippe qui si non regem, Præfectū tamen eos habere permisit, qui eius diceret, concessitque eos in Palaestina habitare, quod testatur Origenes in epistola de Susanna ad Africanum, sic dicens, dum de Iudæis agit: Cum magnæ gentes fuerint & subiectæ, à Rege concessum vt captiui vterentur suis legibus & iudiciis. Nam nunc quoque Romanis regnantibus, & Iudæis didrachma eis pendentibus, quænam concedente Cæsare possit gentis Præfectus, vt nihil differat ab eo qui regnum obtinet in gentem, scimus qui sumus

sumus experti. Fiunt enim latenter conuenientia legibus iudicia, & damnantur quidam capitis, neque cum plena omni ex parte libertate, neque Rege omnino ignorante. Idque in regione gentis longo tempore versati didicimus, & pro certo accepimus. Quamquam sub Romanis duæ solæ relatæ sunt Tribus, nempe Tribus Iuda, & Tribus Benjamin.] hucusque Origenes de Iudæorum statu, ac studio Imperatoris erga eos: vt non mirum sit, si (quod tradit Lampridius) derisionis causa idem Imp. Syrus Archisynagogus dici etiam consueuerit, quod faueret Iudæis, quibus (vt ait) priuilegia referuauit.

Quod rursus ad præsens tempus pertinet: vsque in hunc annum primum Alexandri, Hippolytus inter scriptores Ecclesiasticos celebris (vt auctor est S. Hieronymus^a) perduxit quos scripsit temporum canones, rationemque Paschæ. nam ait: Hippolytus cuiusdam Ecclesiæ Episcopus (nomen quippe vrbs scire non potui) rationem Paschæ temporumque canones scripsit vsque ad primum annum Alexandri Imperatoris; & sexdecim annorum circulum, quem Græci *ἐκκατηχισμὸς* vocant, reperit; & Eusebio, qui super eodem Pascha canones decem & nouem annorum circulum, id est, *ἐκκατηχισμὸς* composuit, occasionem dedit.] hæc Hieronymus ex Eusebio^b. Porro eiusdem descriptionis præclarum monumentum ante quadraginta circiter annos, simulacro è ruderibus effosso, eiusdem Hippolyti præferente imaginem, in Agro Verano summa omnium eruditorum lætitia apparuit: nam in sede eiusdem Græcis litteris temporis canonis inscriptus legitur. translatum verò illud fuit in Vaticanam bibliothecam, in qua hæctenus visitur: viuens semper testis Christianæ antiquitatis, qua pij solerent sanctorum atque eruditorum virorum effigies sculptura reddere, ac imagine representare. At de Hippolyto inferius pluribus agendum erit.

X. CANON TEMPORVM HIPPOLYTI. ^aHieron. de Script. Eccl. in Hippol. ^bEuseb. lib. 6. cap. 16.

C IESV CHRISTI CALLISTI PAP. ALEXANDRI IMP.

ANNVS 225.

ANNVS 5.

ANNVS 2.

DVcentesimo vigesimo quinto Christi anno, Maximo & Aliano Coss. Alexander Imperator mutatis magistratibus, quos turpissimos Elagabalus iusserat præfide-re; quos ipse putauit optimos, Vrbanis præfecit negotiis, & sibi adhibuit consiliarios, quos Lampridius^c recenset his verbis: Vt sciat qui viri in eius consilio fuerint; Fabius Sabinus, Sabini insignis viri filius. Cato temporis sui, Domitius Vlpianus Iuris peritissimus, Aelius Gordianus Gordiani Imperatoris pater & ipse re vera vir insignis, Iulius Paulus Iuris peritissimus, Claudius Venatus orator amplissimus, Pomponius legum peritissimus, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Thyphonus, Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus, hi omnes Iuris professores discipuli fuere splendidissimi Papiniani, & Alexandri Imperatoris familiares & socij, vt scribit Acholius & Marius Maximus: Catilius Seuerus cognatus eius, vir omnium doctissimus, Aelius Serenianus omnium vir sanctissimus, Quintilius Marcellus, quo meliorem ne historis quidem continent. His tot atque aliis talibus viris quid mali potuit cogitari, vel fieri, cum ad bonum consentirent?] hucusque Lampridius: sed hæc Gentilis homo de illis, quod non putaret delictum esse Christianis inferre molestias, quos impios crederent Ethnicis omnes: vel fortasse ipsum præterit (nam primis Constantini temporibus scripsit) quanta mala eiusmodi adeo celebres Iuriscōsulti Christianis irrogarint. Horum omnium facile princeps apparuit Vlpianus, quem Alexandrum Imperatorem habuisse pro tutore, assidentem Principi primo loco eidemque Præfecturam Prætorij dignitatem amplissimam contulisse, atque Scriniorum Magistrum creasse, idem affirmat: proximumque huic locum tenuisse Paulum Iuriscōsultum, quorum arbitrio cuncta faceret Alexander.

I. ^cLamprid. in Alexandro. CONSILIARI ALEXANDRI.

Quo hi fuerint animo in Christianos, ex his quæ Lactantius^d scribit, satis potest intelligi: qui post recensitas molestias sapius Christianis illatas, hæc addit: Quinetiam sceleratissimi homicidæ contra pios impia iura condiderunt: nam & constitutiones sacrilegæ, & disputationes Iurisperitorum leguntur iniustæ. Domitius de Officio Proconsulis libro septimo rescripta Principum nefaria collegit, vt doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui se cultores Dei confiterentur. Quid iis facias, qui ius vocant carnificinas

II. ^dLactant. li. 5. cap. 11 & 12. VLPIANVS ET ALII IVRCONSULTI CHRISTIANORVM HOSTES.

veterum tyrannorum aduersus innocentes rabide saeuientium? & cum sint iniustitiae crudelitatique doctores, iustos esse se tamen ac prudentes videri volunt, caeci & hebetes, ac rerum & veritatis ignari. Aded ne vobis, o perditae mentes, iniusta iustitia est, vt eam summis sceleribus adaequetis? Aded ne apud vos perijt innocentia, vt ne morte quidem simplici dignam iudicetis, sed supra omnia facinora habeatur, nullum facinus admittete, peccatusque purum ab omni sceleris contagione praestare?] hucusque Lactantius in Iuriconsultis huius temporis, ac praecipue in Domitium Vlpianum, qui (vt ait) in libro illo quem scripsit de officio Proconsulis, cuncta quae valuit aduersus Christianos statuta collegit, quod se in eos iure agere, non impetu animi, demonstraret. Vtinam illa extarent, quae postea Iuris collector & emendator exposuit vt impia, atque tamquam iniusta nequaquam rescribi voluit, sed proscribi: ex illis enim complura fierent manifesta, quibus tum Lactantij querela iustissima explorator redderetur, tum etiam Christianorum constantia, in quos tot tantaque sauirent leges, manifestior appareret.

III.

At licet ea tamquam mali fructices falce fuerint emendationis excisa, atque perpetua obliuione sepulta: tamen etsi septimus ille liber, in quo cuncta iura in Christianos armata, veluti in carnificina omnium cruciamentorum, diuersa necum genera afferentia instrumenta essent exposita, omnino deperit: nihilominus ex iis quae anteriori libro sexto, praepambulari ad septimum, fuerat praelocutus (licet nec ipse integer habeatur) per rimulas quasdam datur inspicere, quae haberentur in septimo: in sexto namque iudicia, in septimo autem supplicia videbantur esse collecta. Ait enim: Congruit bono & graui Praefidi curare, vt pacata atque quieta prouincia sit quam regit: quod non difficile obtinebit, si sollicitè agat vt malis hominibus prouincia careat, eosque conquirit: nam & sacrilegos, latrones, plagarios, fures conquerere debet.] Ceterum Christiani, quod dicerentur aduersarij diis, atque eorum implacabiles hostes, a Gentilibus inter alias nefandissimas contumelias fuisse sacrilegos nominatos, qui pro Christianis scripsere Apologias, saepe testantur. Rursum verò nihil antiquius Proconsuli esse debere, quam cultui deorum prospicere, atque inter alia, templa ipsorum inuitere, collabentia refarcire, sacra curare, & alia id genus, idem libro secundo de officio Proconsulis scripsit, quibus omnibus Christianorum, deos, eorumque templa, cultumque omnem spernentium, persecutio esse videbatur annexa. Eiusdem quoque esse illa sententia reperitur de improbatæ lectionis libris, siue (vt ait) magicis, siue aliis, vt perinde ac venena protinus perderentur: fatidicos namque libros, nempe propheticos, esse ex Senatusconsulto ventos, & magnis poenis eorum lectionem interdictam fuisse, auctore Iustino martyre superius dictum est. Pauli quoque Iuriconsulti alia, quae Christianos pertingere visa sunt responsa, superius recitata sunt.

a l. 13. ff. de offic. Praefid.

VLPIANVS
MULTA IN
CHRISTIA-
NOS.

b l. 7. ff. de offic. Proconsul.
c l. 4. ff. famul. heredes.

IV.
VARIIS
PRAE-
TEXTIBVS
NEC
CATA A IV-
DICIBVS
CHRISTIA-
NI.

d Dio in Alex.
e Lamprid. in Alexand.

V.
ALEXAN-
DRI IMPE-
RIVM NE-
QUAquam
SINESAN-
GVINE.
f Herod. lib. 6.
g Lamprid. in Alexand.

His quidem, licet minimis (velut dixi) atque perangustis rimulis, tamquam pertransennam de maioribus duci coniectura facile posse videretur: quae omnia quantumlibet leuia videri possint & subobscura, Lactantij tamen aded certo atque perspicuo ac penitus irrefragabili testimonio omnino explorata redduntur. Perfacile namque fuit, velamento iustitiae, aliisque praetextibus honestissimis, ex mille propemodum occasionibus comparatis, iis qui prudentissimi ac pariter aequissimi haberentur, quorum apud Principem & alios summa cum fide esset existimatio, laceffere absque etiam Christianitatis titulo ad libitum Christianos, cum praesertim Princeps paene puer esset: cui ea recta iustaque videri potuissent, quae tot virorum insignium vna sententia confirmasset, ac potissimum quod Vlpianus ceteris aequi amantissimus visus, ardentius ingessisset. Sed Deo vlciscente, haud serò debitas poenas dedit: quippe qui à Pratorianis militibus, qui eum noctu inuaserunt (vt auctor est Dio) occisus fuit. Quo modo autem Callistus Papa & alij plerique, Vlpiano atque sociis Urbem administrantibus (quatuordecim enim viri cum Urbis Praefecto rebus Urbanis praepositi erant) interfici iussi sint, dicemus anno sequenti.

Sed illud hic interea elucidandum, quod pertinet ad Alexandrum Imperatorem, de quo Herodianus ait, annos quatuordecim quibus regnauit, deduxisse Imperium sine sanguine: certe mendacij ipsum Lampridius arguit, dicens: Huius Imperium incruentum quidam litteris tradiderunt; quod contra est: nam & Seuerus appellatus est à militibus propter auerteritatem: & in animaduersionibus asper in quibusdam fuit.] haec ipse. Sed nec etiam dici potest, ob id incruentum eius Imperium esse dictum, vt vult, quod Senatorem nullum occiderit: nam constat eodem auctore Lampridio,

cum

A cum occidi iussisse Quinium Camillum amplissimum Senatorem tyrannidem affectantem. Sed & Mamaea sanguinaria eiusdem Herodiani sententia habenda est, quae patrem vxoris Alexandri clarissimum virum inique admodum occidi mandauit, eiusque filiam Alexandri coniugem in Africam relegauit, ne Augustae nomen illa sibi vendicante, ipsa contemptui haberetur.

Ipsa enim Mamaea eius mater iam à pristina illa optima morum institutione ex Christianorum consuetudine comparata, post collatum Imperium filio visa est desciuisse: nam praeter haec quae dicta sunt, ab omnibus historicis auaritia infamatur. Inter alia enim de ea Lampridius: Mulier sancta, sed auara, & auri atque argenti cupida.] Sed & eius auaritiae occasione concitato esse milites in filium, vt eum occiderent, tum ipse, tum alij tradunt. Haec autem necessarium à nobis praemittenda fuerunt, ne commentum putetur, quod dicemus aliquot Romae martyres sub Alexandro esse passos; licet de eo tradat Lampridius, permisisse Christianos esse. Cum alioqui & ex his augurari liceat, Christianis faceffitum esse Romae negotium. siquidem cum antea sub Antonino Caracalla, sub Macrino, necnon sub Elagabalo, quiete agere permitti fuissent Christiani; quod Alexander denuò passus dicatur esse Christianos, aliquam vexationem tunc intercessisse auctor significare viderur.

VI.
MAMAEA
IN DE-
RIVS MV.
TATA.

IESV CHRISTI CALLISTI PAP. ALEXANDRI IMP.

ANNVS
226.

ANNVS
6.

ANNVS
3.

C Anno Domini ducentesimo vigesimo sexto, Iuliano & Crispino Coss. pridie Idus Octobris Callistus Papa martyrio coronatur, cum sedisset annos quinque, mensem vnum, & dies duodecim. In hunc usque annum eum peruenisse, Eusebij Chronicon admonet, qui de eodem quoque numero annorum tum ibi, tum in historia fidem facit. sub Alexandro passum esse, cum Acta eius martyrij, tum Martyrologia omnia affeuerant. in Romano enim haec de Callisto scripta habentur, cui cetera assentiunt: Romae, Via Aurelia, natalis beati Callisti Papae & martyris, qui Alexandri Imperatoris iussu diutius fame in carcere cruciatus, & quotidie fustibus caesus, tandem è fenestra domus, in qua custodiebatur, praecipitatus, atque in puteum demersus, victoriae triumphum promeruit.] Exstat adhuc ipsa domus in Ecclesia feliciter conuersa, in qua & ipse cernitur puteus, in quem deiectus est Sanctus.

I.
CALLISTI
PAPAE
MARTY-
RIVM.

D Extant eius passionis Acta, haud tamen in omnibus sincera: non enim probantur quae in eis habentur promulgata ab Alexandro aduersus Christianos edicta, indictaque ab ipso aduersus eos persecutionem fuisse. Repugnant enim his non solù quae ex Lampridio superius recitauimus, sed & quae scripta sunt ab antiquis Christianarum rerum scriptoribus: qui omnes aequè affirmant, nullam sub Alexandro excitatam in Ecclesia persecutionem. Quamobrem contenti erimus hic ea tantum modò recitare, quae summam collecta habentur in antiquis tabulis Ecclesiasticis descripta, in quibus haec de aliis martyribus notata leguntur, quae vt vera accepta, fusiùs in iisdem Actis tractantur: Romae beati Calpodij presbyteri & martyris, quem Alexander Imperator gladio fecit occidi, & corpus eius per ciuitatem trahi, atque in Tiberim iactari, quod inuentum Callistus Papa sepeliuit.]

II.

Martyrol.
Rom. die 10.
Maij.
MARTYRES
ROMAE PAS-
SI SVB ALEX-
ANDRO.

E Quod verò tum hic Calpodius, tum alibi alij complures gladio caesi reperiantur, & non securi, id maioris ignominiae causa fieri solitum videri potest: siquidem Consulatum & Proconsulatum securae erant, gladius verò etiam inferioris ordinis iudicum: Pratorum enim gladius erat insigne. Nam Spartianus in Geta de Antonino Caracalla testatur, improbasse, quod Papinianus, quem occidi iusserat, securi percussus esset, & non gladio. At de aliis quoque martyribus haec ibidem sunt posita: Decollatus est etiam Palmatus Consul vna cum vxore & filiis, & aliis promiscui sexus quadraginta duobus de domo sua: Simplicius quoque Senator cum vxore, & sexaginta octo de familia sua: item & Felix cum vxore sua Blanda, quorum capita suspensa sunt per diuersas Urbis portas ad exemplum Christianorum.] haec ibi. Erant hi omnes Callisti opera nuper ad Christum conuersi. His adnumerandus quoque Priuatus martyr, cuius dies natalis quarto Kalendas Octobris his verbis descriptus habetur: Romae sancti Priuati martyris, qui vlceribus plenus, à

III.

Sigon. de
Iud. lib. 1.
cap. 7.
ALII MAR-
TYRES RO-
MAE PASSE-
at. Consu-
latis

beato Callisto Papa sanatus, inde ob Christi fidem sub Alexandro Imperatore plumbaris cæsus est usque ad mortem.] Addendus his & Asterius, de quo agitur duodecimo Kalendas Nouembris in hæc verba: Apud Ostia Tiberina S. Asterij presbyteri & martyris, qui (vt in passione beati Callisti legitur) sub Alexandro Imperatore passus est.]

Porrò harum omnium martyrum cladum artifices fuerunt Iuris illi consultissimi, quibus Urbis cura fuerat demandata, & (vt reor) præcipuus architectus Domitius Vlpianus: nam in die natali quorundam aliorum martyrum nomen eius, vt persecutoris, insigniter notatur^a, vbi agitur de sanctis martyribus Quiriaco Episcopo Ostiensi & sociis, de quibus suo loco dicemus, qui passi habentur sub Vlpiano Præfecto, tempore Alexandri. Eodem etiam modo, qui dicuntur iubente Alexandro fuisse occidi iussi, sic id accipiendum, quòd quidam hi fecissent, Imperatoris nomine atque auctoritate se egisse iactarent. Hisdem quoque iura administrantibus, passam credimus Romæ Tatianam, de qua hæc in tabulis Ecclesiasticis: Romæ sanctæ^b Tatianæ martyris, quæ sub Alexandro Imperatore vncis atque pectinibus laniata, bestis exposita, & in ignem proiecta, sed nihil læsa, gladio percussa migravit in cælum.] Quamdiu enim Vlpianus vixit, Christianos Romæ afflictatos esse, tum ex iis, tum ex aliis martyribus qui postea passi sunt, iure affirmari posse videtur.

IV.
VLPIANVS
PERSECV-
TOR CHRIS-
TIANO-
RVM.
^a Martyrol.
Rom. die 26.
Augusti.

^b Ibid die 12.
Ianuarij.

V.
REGES ETH-
NICORVM
CVR A
CHRISTIA-
NIS RECE-
PTAE.

^c Greg. 11. 18.
epist 54.
Al famosi
s. hoc tamen
ff. ad legem
Iul. marci.

VI.
CALLISTI
RELIQVAE
RE GE-
STAE.
^c Zach. 8.

VII.
DE COEME-
TERIIS.
^c Cic. de leg.
lib 2.
^e Plutarch. in
Apophteg.
Lacoic.
^b Plutarch. in
Probl. Rom.
quæst. 79.
ⁱ Apud Cal-
list. c. 111.
^b Leo. Abri. f.
Imp. con. 7. 53

VIII.

Sed videas in his planè sanctæ Ecclesiæ admirabilem in cunctis rebus disponendis cum pietate mansuetudinem: quæ licet optimè sciret, se eiusmodi Iuriconsultos habuisse olim infensissimos hostes; ea tamen quæ ab illis scripta essent rationi consentientia ac veritati, minimè spreuerit, sed interdum in causis adiudicandis vsa iisdem fuerit: quippe quæ veritatis studiosissima, penes quemcumque illam inuenerit, eandem vt amicam sibi coniunxerit, atque vt propriam vendicavit. Et vt taceam de Christiano Principe Iustiniano, ex dictis omnibus atque aliis Iuriconsultis atque Gentilibus Imperatoribus omne ius verus enucleante, ordine disponente, illudque obseruandum cunctis sibi subditis præscribente; ipse S. Gregorius^c Papa citat textum Papiniani^d, qui fuit vnus ex iis, & magister eorum, qui in Christianos parum æqui, hoc ipso tempore, sub Alexandro Romanam Rempublicam administrabant. Quæ etiam ratione & Diocletiani, & aliorum Principum, qui exiterunt Christianorum acerbissimi hostes, aliquando rescriptis vel edictis vtuntur qui in eadem Ecclesia sunt Fideles: vt planè appareat, ei in illis tantummodò displicuisse perfidiam & impietatem, & e contra veritatem ac recti rationem in hostibus etiam amasse, atque secutam esse.

Sed vt ad Callistum iam reuertamur, hæc de eo habentur in libro de Romanis Pontificibus: Hic constituit ieiunium ter in anno fieri, frumenti, vini, & olei gratia, secundum prophetiam.] puto legendum, quater in anno: nam prophetia, quam citat, Zachariæ^e est momentis quater in anno ieiunium esse celebrandum; quod quidem ex Apostolica traditione mansisse diximus, dum de ieiunij traditionibus superius plunbus actum est. adeò vt non sit dicendus eiusmodi ieiunij Callistus primus institutor, sed qui rescriptis mandavit quod pia traditione prius à Fidelibus seruaretur. At subditur: Hic sepultus in cœmeterio Calepodij, Via Aurelia, milliario tertio, pridie Idus Octobris. Hic fecit ecclesiam sanctæ Mariæ trans Tiberim. Hic fecit aliud cœmeterium Via Appia, vbi multi sacerdotes & martyres requiescunt, quod appellatur vsque in hodiernam diem cœmeterium Callisti. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, & presbyteros sexdecim, diaconos quatuor, Episcopos per diuersa loca octo.] hucusque ibi.

At quoniam frequens incidit mentio de cœmeteriis, vt modò de duobus, Calepodij & Callisti: operæpretium ducimus hîc de cœmeteriis agere quæ in Romanæ ciuitatis suburbis & ipso agro Romano fuisse reperimus. Et in primis liquet lege Duodecim tabularum^f vetitum fuisse, defunctum intra mœnia sepelire; quamuis Spartani^g, instituentem Lycurgo, intra ciuitatem iuxta templa sepulchra fieri voluissent. Romæ autem etsi omnes extra Urbem sepeliri solerent, qui tamen triumphum egissent (vt auctor est Plutarchus^h) intra Urbem poterant sepeliri. Cogebantur his legibus Christiani etiam suos mortuos extra mœnia sepelire, nisi fortè quis clanculum (quod sæpius accidit) cadaver martyris sustulisset, ac in domo propria sepelisset: quam quidem legem vltro contrario antiquatam Theodoricus Rex Italizⁱ restituit, sed Leo^k Augustus postea penitus abrogauit.

Rursum verò nequaquam more Gentilium Christiani cremabant corpora defunctorum, sed vnguentis delibata condiebant, sicque pollincta in eadem loca cum ceteris de-

tere-

ferebant, quæ modò cœmeteria, interdum aræ, tumbæ, catatumbæ, seu tatarumbæ, vel cryptæ arenariæ, ex loci natura nomina comparato, dici consueuerunt, sed cœmeterium visitatus: hoc nempe nomine illa loca dicentes, quòd fides doceret, Christianos non mori, sed rursus excitandos^a intereà in Domino obdormire. Ex Hebræis namque accepta videtur eiusmodi consuetudo sepeliendi mortuos in cryptis, loculis in eisdem excavitatis: ad hoc namque opus pater credentium Abraham ab Ephron speluncam duplicem emit^b. In interiori quoque spelunca diximus fuisse sepulchrum Domini excisum in petra^c. Est de eadem consuetudine recentior memoria apud Epiphanium^d hæc dicentem; Abducunt miserum adolescentem post occasum Solis in propinquas tumbas: sepulchra autem sic appellantur, speluncæ videlicet in petris effossæ ac constructæ.] Delectæ sunt ad hoc opus à Christianis Romæ agentibus arenariæ cryptæ, de quibus superius dictam est, ad eum vsum admodum accommodatæ; quarum nomina hîc ex Vaticanis tabulis subiicere operæpretium existimamus.

Præter cœmeteria duo, Callisti & Calepodij, quorum hîc mentio est, illud fuit cum primis nobilissimum positum in Vaticano, in quo S. Petri & aliorum plurimum summorum Pontificum corpora condita sunt: aliud Ostianum Via Salaria, in quo idem S. Petrus dicitur baptizasse, cuius mentio est in Actis Liberij Papæ: quintum ad Nymphas dictum, Via Numentana, in prædio Seueræ, septimo ab Urbe lapide: sextum Soteris nominatum, haud longè à cœmeterio Callisti; iuxta quod etiam septimum situm erat cœmeterium Zephyrini: octauum Prætextati Via Appia: nonum Pontiani: Cyriacæ matronæ decimum in agro Verano: vndecimum Lucinæ Via Aurelia: duodecimum Aproniani via Latina: decimum tertium Felicis Papæ via Aurelia secundo ab Urbe lapide: decimum quartum Priscillæ Via Salaria tertio ab Urbe lapide iuxta cryptam sancti Crescentionis: quintum decimum Timothei Via Ostiensi in loco vbi nunc est basilica S. Pauli: decimum sextum Nouellæ dictum Via Salaria: decimum septimum S. Balbinæ inter Viam Appiam & Ardeatinam, idemque nominatum Marci Papæ: insuper cœmeterium Iulij Via Flaminia: aliud eiusdem nominis Via Aurelia: rursus aliud eiusdem quoque nominis Via Portuensis, quod numeratur vigesimum: rursus cœmeterium Damasi inter Viam Ardeatinam & Appiam: vigesimum secundum verò quod dicebatur Anastasij Papæ, tempore pacis intra Urbem in Exquilino factum: vigesimum tertium Hermetis: aliud Nicomedis Via Ardeatina: vigesimum quintum sanctæ Agnetis Via Nomentana: vigesimum sextum sanctæ Felicitatis Via Salaria: vigesimum septimum dictum Iordanorum: vigesimum octauum Nerei: Sanctorum Felicis & Adacti vndecimum: trigesimum verò Tiburtij & Valeriani: xxxj. sanctorum Petri & Marcellini Via Lauicana: xxxij. Marci & Marcelliani. quod sequitur xxxij. dictum Quarti & Quinti: itemque illud sanctæ Agathæ Via Aurelia: xxxv. cœmeterium Vrsi: & aliud quod dictum est Cardianum: trigesimum verò septimum dictum est. Inter duas lauros: trigesimum octauum ad Cluum Cucumeris Via Salaria: cœmeterium verò Thraonis ad sanctum Saturninum ponitur trigesimum nonum: quadragesimum verò Cyriaci Via Ostiensi: quadragesimum primum Petronillæ: quadragesimum secundum Ianuarij: denique quadragesimum tertium Simplicij & Seruiliani. Quorum omnium fit mentio in libro de Romanis Pontificibus, & aliis in locis: Qualia autem esse solerent eiusmodi cœmeteria, alia occasione supra meminimus, descripsimusque paucis, quod inspeximus, cœmeterium Priscillæ positum Via Salaria, quale & esse reperimus nuper cœmeterium Callisti.

Antiquitus autem, cum in eis essent corpora sanctorum martyrum, frequenti cœtu à Fidelibus visitari consueuisse cœmeteria, multa sunt quæ apertè demonstrant, & in primis illud, quod edictis Imperatorum ab eis Christiani (vt scribit Eusebius^e) arceantur: reddita verò Ecclesiæ pace, eadem frequentare loca permitterentur. S. Hieronymus^f verò de seipso cœmeteria quolibet die Dominico visitante hæc scribit: Dum essem Romæ puer, & liberalibus studiis erudirer, solebam cum ceteris eiusdem ætatis & propositi diebus Dominicis sepulchra Apostolorum & martyrum circumire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda desossæ: ex vtraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepulorum: & ita obscura sunt omnia, vt propemodum illud propheticum & compleatur: Descendant in infernum viuentes: & rarò desuper lumen admittum horrorem temperet tenebrarum, vt non tam fenestram, quàm foramen demissi

NOS CHRIS-
TIANORVM
IN SEPE-
LIENDIS
MORTVIS.
^a Min. Felix
in Off. & Ter-
tul. de Coron.
mil. & alij.
^b Gen. 23.
^c Mar. 27.
^d Epiph. ha-
ref. 30.

IX.
COEMETE-
RIA VRBIS.

X.
CHRISTIA-
NI FRE-
QUENTES
AD COEME-
TERIA.
^e Euseb. lib. 7.
cap. 10 & 12
^f Hieron. in
Ezech. c. 40.

Psal. 54.

luminis putes: rursusque pedetentim acceditur, & caeca nocte circumdatis illud Virgilianum proponitur:

Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent.] hucusque Hieronymus.

Sed & Prudentius dum agit de coemeterio Cyriacae in agro Verano posito (quod quale quantumve esset, patefacto recens aditu ex ea parte ubi erat Ecclesia S. Hippolyti, hodie inspicere licet) haec habet his versibus:

Haud procul extremo culta ad pomeria vallo
Mersa latebrosi crypta patet foveis.
Huius in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per anfractus, luce latente docet.
Primas namque fores summo tenuis intrat hiatus,
Illustratq; dies limina vestibuli.
Inde ubi progressu facili nigrescere visa est
Nox obscura, loci per specus ambiguum:
Occurrunt caesis immensa foramina tectis,
Quae iaciunt claros antra super radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde recessus
Arcta sub umbrosis atria porticibus:
Attamen excissi subter caua viscera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat,
Sic datur absentis per subterranea Solis
Cernere fulgorem, luminibusq; frui.]

Et inferius de frequentia illuc accedentium tunc ad corpus sancti Hippolyti ibi positum, C de quo agit, haec addit:

Mane salutatum concurritur: omnis adorat
Pubes: eunt, redeunt, Solis ad usque obitum.]

Cessarunt autem Fidelium studia in coemeteriis adeundis, postquam ea quae ibi sita erant corpora sanctorum martyrum intra Urbem sunt delata, & in diversis Ecclesiis honorificentius collocata.

Sed & accidit, ut sicut maiorum consuetudine, etsi non in iisdem sepulchris, in eisdem tamen coemeteriis sepeliebantur aliorum quoque corpora Christianorum: sic translatis iam sub Christianis Imperatoribus sanctorum martyrum reliquiis in ecclesias intra ciuitates positas, in eisdem etiam aliorum Fidelium corpora coepta sunt sepeliri: quod eos doceret pietas, meritis sanctorum martyrum adiuuari animas defunctorum. Nam & sanctus Maximus ait: Idem hoc a maioribus prouisum est, ut Sanctorum ossibus nostra corpora sociemus: ut dum illos tartarus metuit, nos poena non tangat: dum illis Christus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis ergo martyribus quiescentes, euadimus inferni tenebras eorum propriis meritis, atramen confocij sanctitate.] haec Maximus. Eodem quoque consilio sanctus Ambrosius prope sanctos martyres voluit sepeliri. sed haec pluribus Augustinus: nos vero alia occasione inferius de his fusiis quarto Annalium tomo dicturi sumus, quae hic attigimus obiter. Sed quod ad res post Callisti obitum gestas pertinet: in eodem libro de Romanis Pontificibus habetur, vacasse sedem post obitum Callisti diebus sex; sicque vigesima prima die Octobris substituitur ei Vrbanus Romanus, natus patre Pontiano.

IESV CHRISTI ANNVS 227. VRBANI PAP. ANNVS I. ALEXANDRI IMP. ANNVS 4.

XI. Pruden. hym. II.

XII. QUANDO COEPTI FIDELIS IN ECCLESIIS SEPELIRI.

Max. ser. in nat. SS. Oct. Aduent. et Solus.

Aug. de Cura agend. pro mortuis.

VRBANVS PAPA.

I. RESTITVTI VR AB ALEX. IMP. STATVS OPTIMVS REIP. Lamprid. in Alexand.

A Circi, Amphitheatri, & Atrarij deputatis. Habuit in animo ut exoletos veteret, quod postea Philippus fecit: sed vetitus est, ne prohibens publicum dedecus, in priuatas cupiditates conuerteret, cum homines illicita magis postulent, prohibitaque furore prosequantur.] haec ipse. Sed Principum Christianorum scopis euerrenda Vrbs & Orbis pariter erat tot tantisque sordibus obscenissimis; perfecit enim Constantinus, quod Philippus iam coeperat. Est de iis S. Hieronymi sententia aliis superius recitata, dicentis: Inter scorta quoque in fornicibus spectaculorum pueri steterunt publicae libidini expositi; donec sub Constantino Imperatore Christi Euangelio coruscante, & infidelitas vniuersarum Gentium & turpitude deleta est.] sed de his aliis.

At cum multa alia ab Alexandro laude digna statuta fuerint, illud certe reprehensione non caruit; quod non tantum Mathematicos & genethliacos, quos complures antea Imperatores (ut auctor est Tacitus) ex Vrbe pepulerant, Romae agere passus est, sed & eos iussit (quod testatur Lampridius) publice profiteri atque docere. Hinc illud Origenes: Sunt autem Chaldaeorum apothecae, doctrinae natiuitatum.] Qui enim colebat inter ceteros (ut dictum est) Apollonium Tyanarum, his artibus additum fuisse, facile possumus intelligere. Sed & de eo item Lampridius: Aruspicinae quoque peritissimus fuit, & magus, ut & Vascones & Hispanorum & Pannoniorum augures vicerit.] Sed de rebus atque institutis Alexandri haecenus: qui vero plura cupit, Ethnicos historicos consulat.

IESV CHRISTI ANNVS 228. VRBANI PAP. ANNVS 2. ALEXANDRI IMP. ANNVS 5.

A Anno sequenti, ducentesimo vigesimo octavo, Alexandro Augusto secundum Marcello Coss. ipis Kalendis Ianuariis, cum adhuc quartus Imperij Alexandri annus duraret (nam mense Martio quintus coeptus est annus) S. Martina virgo Romae passa est. Extant eius Acta apud nos, citata a nobis in Notationibus, quae eam anno quarto Alexandri passam esse continent. Insuper passos esse tradunt decimo septimo Kalendas Nouembris decem & septem milites, carnificinae sanctorum ministros, Martinae opera ad Christum conuersos. Quod autem huic datum est crimini, eius precibus templum Apollinis corruisse: iam terrae motus, & alias quae accidissent clades a Gentilibus adscribi solitas Christianis, fusiis dictum est superius. Constat his namque temporibus in Oriente quoque aliquot ciuitates terrae motu collapsas, quas Alexander collata pecunia restituendas curauit. Cetera autem de S. Martinae passione, eius Acta declarant, in multis tamen emendanda.

Passus quoque reperitur temporibus Alexandri Iulius miles in Mysia sub Maximo Praefide, de quo haec antiquae tabulae Ecclesiasticae in anniuersaria die natalis eius: Dorostori in Mysia passio beati Iulij, qui tempore Alexandri Imperatoris, cum esset veteranus & emeritae militiae, comprehensus ab officialibus, Maximo Praefidi offeritur: quo praesente, cum idola execraretur, & Christi nomen sanctissime confiteretur, capitali sententia punitus est.] haec ibi. Martyrium subit tunc quoque ibidem Hesychius, cuius dies natalis descriptus legitur decima quinta Iunij in haec verba: Dorostori in Mysia sancti Hesychij, qui cum beato Iulio comprehensus, sub Maximo Praefide coronatus est.] Cur autem prehenderetur, eiusmodi intercessit, quae sic alibi exprimitur causa: Cum autem Iulius ad passionem duceretur, Hesychius quidam miles Christianus, ei amicissimus, dum se eius orationibus commendasset, eumque osculatus fuisset, a militibus tentus & ipse post dies viginti passus est.] Quod spectat ad Maximum Praefidem, sub quo hi duo martyres passi sunt; fortasse hic ille Maximus Pupienus, qui in illis regionibus aduersus Sarmatas pugnavit feliciter, ac postea factus est Imperator, qui & Consulatum gessit anno sequenti. At de reliquis martyribus sub Alexandro, nimirum de iis qui Romae passi sunt, opportuniori loco inferius agemus. Nam aliis in locis haud facile est reperire martyres sub Alexandro: ut manifeste ex his appareat, non fuisse aliquo edicto persecutionem indictam, sed per eos quibus administratio Urbis credita erat, in Christianos odio inflammatos, exagitatos eos fuisse qui in vrbe erant vel propere. Quinam vero fuerint iudices, dictum est superius.

IESV

II. QVAE DEN- TVR VITIO ALEXAN- DRO. Tacit. l. 17. Lamprid. in Alexand. Orig. in lo- rem. hom. 7.

I. Apud Syr. tom. 1. S. MARTINAE MARTYRIUM.

Lamprid. in Alexand.

II. Martyrol. 16. 27. Maij. IULIUS ET HESYCHIUS MARTYRES.

Catal. 547. lib. 5. cap. 56. 119.

I. **Q**ui sequitur Christi annus ducentessimus undetrigesimus, adscribitur factis Consulatu Balbini & Maximi, annum agente sextum in Imperio Alexandro : quo Eusebius in Chronico hos recenset scriptores Ecclesiasticos, dicens : Geminus presbyter Antiochenus, & Hippolytus, & Beryllus Episcopus Bostrenus Arabiæ, clari scriptores habentur.] Ut autem de singulis agamus, primum de Gemino hæc sanctus Hieronymus : Geminus Antiochenæ Ecclesiæ presbyter pauca ingenij sui monumenta composuit, florens sub Alexandro Principe, & Episcopo vrbs suæ Zebeno, eo maxime tempore, quo Heraclas Alexandriæ Ecclesiæ Pontifex ordinatus est.] quæ autem ab eo scripta sunt, obscura remanserunt. Continebat horum omnium lucubrationes editas Ierosolymitana bibliotheca ab Alexandro collecta : de qua hæc Eusebius : Per idem tempus complures Ecclesiastici viri eloquentiæ laude præstantes floruerunt, quorum epistolas, quas alter alteri scripserunt, adhuc referuatas reperire licet : quæ etiam ad nostram vsque ætatem in Ælia, id est, Ierosolymorum bibliotheca, quæ est ab Alexandro tunc illic Ecclesiæ administrante exædificata, custoditæ fuerunt. Ex qua bibliotheca ipsi, ad opus quod habemus præ manibus, multa collegimus. In quorum disertorum virorum numero est Beryllus Episcopus Bostre in Arabia, qui varios libellos ex optimis scriptoribus tamquam flosculos excerptos vnà cum epistolis & aliis operibus post se reliquit.

II. **Q**uo modo autem hic in hæresim lapsus per Origenem reuocatus sit, & de Synodo in Arabia contra eum collecta, hæc idem tradit Eusebius : Beryllus Bostrorum Arabiæ Episcopus, qui paulo antè demonstratus est, quo Ecclesiasticæ veritatis regulam peruerteret, peregrinam quamdam & alienam à fide doctrinam in Ecclesiam introducere tentauit, ausus quidem temerè asserere, Saluatorem & Dominum nostrum Iesum Christum propria substantiæ circumscriptione non antè fuisse, quàm in humanam carnem migraret, neque propriam habuisse ex se diuinitatem, sed solam Patris in eo extitisse. Qua de re cum multi Episcopi in disceptationem cum eo venissent, de quæ eius errore grauitè differuissent, inter ceteros Origenes, à quibusdam rogatus, primum cum eo in familiarem sermonem & colloquium descendit, quasi periculum facturis quid animi haberet, quidve sententiæ. Vbi verò eum suam peruersam opinionem constanter affirmare intellexit, utpote haud rectè de Christo sentientem, confutauit; atque cum firmis rationibus persuadendo, tum cetera demonstratione conuincendo; cum ad vera de ea controuersia sentiendum reduxit; atque adèd ad pristinam ac sanam de Christo & eius diuinitate opinionem, quam olim tenuisset de nudò restituit. Quædam monumenta à Beryllo scriptis prodita, cum decretis Synodi eius causa conuocata, ad nostram ætatem referuata sunt, quæ non modò Origenis disquisitiones cum eo habitas, & disputationes coram Ecclesia, quam regebat, celebratas, verùm etiam quasque res id temporis gestas complectuntur.] hæc Eusebius. Quoniam modo verò Ecclesia quæ in Arabia erat nouis hæreticis emergentibus, iterum turbata sit, & de altero conuentu ibidem celebrato, cui etiam interfuit idem Origenes, suo loco dicemus.

III. **Q**uod autem pertinet ad Hippolytum Episcopum ab Eusebio post Beryllum in historia recensitum, paulo inferius numerat ipsius commentarios post canonem temporis, de quo superius anno primo Alexandri actum est, atque : Cetera eius scripta, quæ ad nos venerunt, hæc sunt : In sex dies commentarij : In ea quæ sex dies sequuntur : Contra Marcionem liber : In Canticum canticorum explanatio : In partes aliquot Ezechielis expositio : De Paschate liber : Contra omnes hæreses liber. Extant præterea nonnulla alia eius monumenta, quæ apud alios conseruata inuenias.] hæc Eusebius. Addit his S. Hieronymus, commentarios in Isaiam, in Daniele, in Zachariam, in Psalmos, in Ecclesiasten, de Saul & Pythonilla, de Antichristo, de Resurrectione, & *ὁμοιωσίν* de laude Domini Saluatoris : in qua, præsertim Origene, se loqui in ecclesia significat.] hæc de Hippolyti lucubrationibus ipsè, qui & hæc subdit : In huius simulationem Ambrosius, quem de Marcionis hæresi ad veram doctrinam conuersum diximus, cohortatus est Origenem in Scripturas commentarios scribere, præbens ei septem & eo amplius

SCRIPTORES ECCLESIASTICI HVIVSTEMPORIS. Hieron. de Script. Eccles. in Gemino.

Euseb. lib. 6. cap. 2.

Euseb. lib. 6. cap. 26. DE HERILO LAPSO IN HAERESIM.

Euseb. li. 6. cap. 14. Idem eod. lib. cap. 16. DE HIPPOLYTO ET HVIVSCRIPITIS.

Hieron. de Script. Eccl. in Hippol.

A **amplius** notarios, eorumque expensas, & his librariorum parem numerum : quodque his maius est, incredibili studio ab eo quotidie opus exigens. Vnde in quadam epistola *Ἐπιτολιώτην* cum Origenes vocat, nempe operis impulsorem.] hucusque Hieronymus de scriptis eius : quæ ab Eusebio Origenis illius æmuli studiosissimo dolosè existimo prætermissa, cum de viro eius temporis omnium clarissimo ieiunè admodum agat; adèd vt etiam cuius ille Ecclesiæ Episcopus fuerit, obscurum reliquerit, in Origenis tantùm laudes effusus. Quid verò de eius Episcopatu litteris à maioribus commendatum reperitur, hic intexere operæpretium existimamus.

Quod in primis pertinet ad Ecclesiam cui Episcopus præfuit; Gelasius Papa, rerum antiquarum inspector accuratissimus, in commentario, quem edidit de Duabus in Christo naturis aduersus Eutychem, cum eum citat, Metropolitanum Arabiæ nominat : eo enim titulo putamus inscriptum fuisse nomen ipsius in eo quod citat volumine. B Discipulum porò fuisse Clementis Alexandrini, eiusque persuasione Romam se contulisse, alibi legimus. Nonnum verò fuisse cognominatum, Petrus Damiani scribens ad Nicolaum Romanum Pontificem tradit; additque ab eo, cum ageret in Oriente, plusquam triginta millia Ethnicorum ad Christi fidem fuisse perducta. Sed quòd eidem tribuit Pelagiæ famosissimæ meretricis conuersionem, contulisse eum cum alio Nonno qui vixit temporibus Theodosij Junioris, cuius illud memorabile factum fuit, certissimum est. Ipsum autem Romam aduenientem, dignè (vt par erat) acceptum à Romano Pontifice Callisto (nam ante ipsum nulla extat de eo memoria) & ab eo Portuentis Ecclesiæ Episcopatu donatum apparet : eo nimirum consilio, ne tantum Episcopum, sede alia obligatum, in Arabiam redeundi cura prioris commissi sibi gregis impelleret : quem vt lateri semper inhærentem haberet, & in ambiguis consultorem, creauit Episcopum Portuentem, sedem illi tribuens modicæ quidem curæ, sed amplissimæ dignitatis, cuius Episcopus assistere soleret Romano Pontifici.

Certè quidem magnæ existimationis fuisse virum, statua illa, qua eius memoria illustrata tunc fuit, locuples testis est, de qua superius actum. Ceterum absque aliqua ambiguitate eum fuisse Episcopum Portuentem, cum tabulæ Ecclesiasticæ, tum eius ac sociorum Acti significat, eodemque titulo Nicephorus eum dem nominat, & alij penè innumeri recentiores. Passim autem nò sub Claudio (vt de prauati codices habent) sed sub Alexandro, eadem Ecclesiasticæ tabulæ restituta declarant : quod ex eo etiam euidentius redditur, quòd Vlpiano Vrbs Præfecto martyrio est vita functus (vt habet codex scriptus) licet alicubi Vlpianus pro Vlpiano legatur. Socij eius ad Ostia Tiberina passi sunt, Quiriacus collega Episcopus Ostiensis, Maximus presbyter, Archelaus diaconus, & alij, qui (vt superius dictum est) sub Vlpiano Præfecto martyrium subiisse leguntur eorum die natali, qui mox post Hippolytum, nempe sequenti die in Ecclesia peragi consuevit, & postridie sanctæ Aureæ virginis, quæ tamen ante Hippolytum passa est, cuius ipse corpus à mari proiectum in littus sepultura donauit.

Porrò cum eius, tum etiam Hippolyti & sociorum plurimum, eadem Acta quæ S. Aureæ dicuntur, martyria continent, quorum omnium nomina, more maiorum, in Martyrologio relata sunt, ac in primis Hippolyti, hoc elogio : In Portu Romano S. Hippolyti Episcopi eruditione clarissimi, qui sub Alexandro Imperatore ob præclaram fidei confessionem manibus pedibusque ligatis, in altam foueam aquis plenam præcipitatus, martyrij palmam accepit : cuius corpus à Christianis apud eundem locum sepultum fuit.] Videas sanctissimum virum sub eodem persecutore, quo & Callistus Pontifex passus est, & eodem quo illum interitu martyrium consummasse : nam & ille (vt dictum est) in puteum missus fuit. Extat & inuiscitur memoria olim celebris puteus ille, seu profunda fouea aquis plena, in qua sanctus Hippolytus martyrij coronam accepit : modò autem frequentibus piratarum incursionibus, diruta eius ecclesia, apparet ignobilis.

De eius verò sociis hæc paulo inferius eadem die : Item in Portu Romano sanctorum martyrum Martialis, Saturnini, Epicteti, Maprilis, & Felicis, cum sociis eorum.] postridie item : Ad Ostia Tiberina sanctorum martyrum Quiriaci Episcopi, Maximi presbyteri, Archelai diaconi, & sociorum, qui sub Vlpiano Præfecto tempore Alexandri passi sunt.] ac denique sequenti die : Apud Ostia Tiberina sanctæ Aureæ virginis & martyris, quæ saxo ad collum ligato, in mare demersa est : cuius corpus ad littus eiectum beatus Nonnus sepeliuit.] porò Nonnus erat illi cognomentum, quod idem est quod

IV. DE SEDE HIPPOLYTI PRIMO IN ARABIA, DEINDE IN PORTU ROMANO.

V. Nicephor. lib. 5. cap. 15. QUOTEMPORE PASSVS HIPPOLYTUS PORTVENTENSIS. Martyrol. Rom. die. 22. August.

Martyrol. Rom. die. 23. August.

VI. Idem 22. August. MARTYRIUM HIPPOLYTI.

VII. ALII MARTYRES PASSI SVB ALEXANDRO.

Mona-

Not. in Ro. Martyr. die Aug. m. VIII. RES HIPPOLYTI DE VERBIS SCRIPTIS.

Monachus. Hac autem omnia locupletius scripta leguntur in dictis sanctæ Aureæ martyrij Actis, quæ mendis plena in multis essent restituenda.

Legimus & alia eisdem consentientia Hippolyti martyris Acta ex nuper citatis (vt videri potest) summatim collecta; quorum est exordium: Beatus Hippolytus, qui & Nonnus, &c.] in quibus eius in Urbem aduentus ea asseritur causa, vt limina Apostolorum inuiferet, & Sanctorum cœmeteria curiosè perquireret. Ad Ostia Tiberina conuocatum fuisse Hippolytum, eadem Acta tradunt: aderat enim Præses eodem loco proximo (nam medius tantùm Tiberis amnis interluit) illicque sententiam mortis accepit.

Prudentius in Hippolyt. hymn. 2.

Vnde & Prudentius de eo agens:

Sistitur insano Reçtori, Christicolæ tunc Ostia vexanti per Tiberina viros.

Illo namque die Romæ secesserat, ipsos peste suburbanos vt quateret populos.]

IX. TRES HIPPOLYTI MARTYRES.

Sed quæ subdit, immanem ac sæuam nimis persecutionem Romæ grassatam demonstrant: nisi quis putet ea adscribenda potius temporibus Decij & Valeriani, quibus alij duo, quos recenset in vnum, Hippolyti passi sunt. habet enim hos versus:

Non contentus humum celsæ inter mania Romæ

Tingere iustorum cadibus aspidus:

Ianiculum cum iam madidum, Fora, Rostra, Suburræ

Cerneret eluui sanguinis affluere:

Protulerat rabiem Tyrreni ad littoris oram,

Quæq; loca æquoreis proxima Portus habet.]

Die 30. Ianuar. f. Hieron. in Matib. præf.

Hæc Prudentius, qui tamen errore lapsus tres in vnum confundit Hippolytos, militem nempe passum sub Valeriano, Episcopum sub Alexandro, & presbyterum Antiochenum, olim Nouatianum, Martyrem sub Decio Imperatore: quod plenius ac euidentius in nostris Natationibus demonstrauimus. Porro Hippolytum martyrij titulo citari consueuisse ab ipso S. Hieronymo & aliis, certum est.

X. Theod. dialog. lib. 3. Idem eodem dialog. lib. 1. ALIA HIPPOLYTI SCRIPTA. Gelas. Pap. lib. de duobus natur. Epiph. hæref. 31.

Sed quod pertinet ad alia eius scripta, citatur à Theodoro Hippolyti martyris epistola ad Reginam quamdam (existimo fuisse Mamæam Alexandri matrem) itemque oratio de duobus latronibus: necnon in illa verba, Dominus pascit me] sermo item in Helcanam & Annam: alius in principum Isaiæ: liber de Distributione talentorum: oratio in magnum Canticum: eiusdem interpretatio secundi Psalmi: & oratio in Psalmum vigesimum tertium. Citatur quoque à Gelasio Papa eiusdem auctoris commentarius, cuius inscriptio erat, Memoria hæresum. Auctor est S. Epiphanius, eundem quoque scripsisse aduersus Valentinianos. At maximo quidem totius Catholicæ Ecclesiæ detrimento atque iactura tot tantaque Orthodoxi scriptoris monumenta exciderunt, vixque vnus ille de Antichristo seu de Iudicio libellus superfuit. At de Hippolyto hætenus, in quo vtraque conueniunt, vt Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ ingens decus meritò dici possit.

I. ZEBINVS EPISCOPVS ANTIOCHENSIS. Euseb. lib. 6. cap. 17.

Christi Redemptoris nostri anno ducentesimo trigésimo, Modesto & Probo Coss. septimo anno Alexandri Imperatoris, Philetus Episcopus Antiochenus, cum sedisset annos duodecim, ex hac vita sublatus, successorque est ei subrogatus Zebennus, aliàs Zebinus.] hæc Eusebius in Chronico, idemque in historia de eodem agens, hoc tempore Origenem presbyterio initiatum, esse profectum in Græciam, affirmat, dicens: Antiochenæ Ecclesiæ post Philetum ministerium cepit Zebinus. Quibus temporibus Origenes, necessitate cuiusdam negotij Ecclesiastici obeundi flagitante, in Græciam per Palæstinam iter fecit, & Cæsareæ per manus impositionem Episcoporum, qui in illis partibus rexerunt Ecclesiâ, munus suscepit presbyterij.] Porro factissimum esse negotium ea de causa Origeni atque Episcopis ordinatoribus à Demetrio Episcopo Alexandrino, satis exploratum habetur: tunc enim Demetrius iis, qui Origenem ordinauerant,

rant, de perperam facta ab ipsis ordinatione querelam ingerens, quòd de abscissione eius fortasse paucis innotuisset, palàm facere necesse putauit. quòd quidem Eusebius narrat his verbis:

Non longo temporis spatio post idem cum Demetrius Origenem prosperè & feliciter rem gerentem, & magno splendore famæque celebritate prædicatum apud omnes animaduertent, ardore quodam æmulationis (vt est captus hominum) incensus, apud Episcopos totius Orbis eum, tamquam absurdissimi facinoris reum, per litteras notare tentabat. Et quoniam Theoctistus Cæsareæ Episcopus, & Alexander Ierosolymorum, spectati in primis & præstantes præ ceteris Palæstinæ Episcopis, amplissima dignitate & summo honoris gradu Origenem dignum arbitrati, manus illi, vt presbyterio fungeretur, impulerant: idcirco Demetrius, simulatque Origenes ad tam magnam gloriæ claritatem processerat, atque adeò apud omnes homines vbique gentium non obscurum virtutis & sapientiæ nomen decusque obtinuerat, cum nulla alia criminatio contra Origenem ipsi suppetere, facti illius, quod ab ineunte ætate consciauerat, calumniam tamquam grauem ignominie notam ei obiecerat; eosque simul, qui illum presbyterum creauerant, inuoluere conatus est. Ista quidem gesta sunt paulò post tempora quæ modò profequimur. Origenes autem iam tum Alexandriæ illud docendi munus in omnes qui aduentabant, nulla habita personarum ratione, die nocteque sedulò est executus; & partim diuinis sacri eloquij studiis, partim illis qui ea de re ad ipsum discendi gratia accedebant, attentissimè omne otium suum impertit.] hucusque Eusebius, qui & alias quoque causas similitatis, antequam presbyter factus esset, intercessisse inter Origenem & Demetrium Episcopum Alexandriæ, tradit. Sed primùm de eodem hæc narrat:

Eodem tempore ipsum scholæ Alexandriæ operam nauantem miles quidam adiit, & litteras à Præside Arabiæ tum Demetrio Episcopo qui ibidem rexit Ecclesiâ, tum Præfecto qui tum Ægypto præfuit, attulit, vt cum omni festinatione Origenem ad se ipsum mitterent, qui in Sacris litteris ipsum audiret. Quapropter ab illis ad eum missus Origenes proficiscitur in Arabiam: ac negotio, cur se eò contulisset, breui ad exitum perducto, iterum Alexandriam reuertitur. Non longo temporis intervallo interiecto, vbi intestinum & ciuile bellum non exiguum quidem ibi exardescerat, egressus est Alexandria; & cum non satis tutò se in Ægypto commorari posse putaret, iter capit in Palæstinam, & Cæsareæ ludum aperit: vbi licet nondum presbyterij gradu potitus, ab Episcopis qui ibi erant, non ad disputandum solum, sed ad Scripturas etiam aperiendas, magnopere in communi Ecclesiæ confesso rogatus est. Quòd quidem poterit esse perspicuum ex iis quæ Alexander Ierosolymorum Episcopus & Theoctistus Episcopus Cæsareæ ad Demetrium in Origenis defensione sic ferè respondebant: Quòd autem in litteris adiunxeris, nunquam antea auditum, neque iam vsurpatum, vt laici præsentibus Episcopis disputarent, Scripturæque exponerent; in eo mihi nescio quo modo videris perspicuè falsa dixisse. Nam vbi idonei & habiles reperiuntur, qui fratribus in verbo Dei adiumento sint, à sanctis Episcopis rogantur, vt populum in verbo instituunt: sicut Larandis Euelpis à Neone, Iconij Paulinus à Celso, & apud Synodos Theodorus ab Attico, qui omnes beati & pij fratres erant. At verisimile est, quamuis nobis obscurum & minimè cognitum sit, illud item in aliis locis fieri.] hæc illi. sed post hæc Eusebius:

Hic, quem dico, Origenes, adhuc adolescens non modò ab Episcopis, quibuscum familiaritatem contraxerat, sed à peregrinis, qui illum propè ignorabant, illo modo in magno honore habitus fuit. Quin vbi Demetrius & per litteras eum accersuerat, & per diaconos Ecclesiæ, vt mature Alexandriam rediret, hortatus erat; ille eò reuersus, consueta studia & exercitationes denuò obire cœpit.] hæc ipse. Sed de causa eius presbyterij agamus. Ad Demetrii excusationem, quem tantopere Eusebius carpit, quòd suscepti ab Origene presbyterij inuidencia affectus, ea de ipsius abscissione Episcopis Ecclesiarum toto Orbe vulgauerit, hæc adiciamus: Iustiore planè indignationis causam præcessisse hanc videri potuisse, quòd illi Alexandriæ Ecclesiæ hominem in primis, & sponte abscissum ordinare præsumpsissent. Nam quòd à seipso illud factum esset, & non ab alio inuitus id passus, lex diuina & Ecclesiastica regulæ admodum resistebant, quo minus sacris Ordinibus initiari potuisset: qua occasione necessitas tum incubuit, vt Demetrius Origenis abscissionem faceret Episcopis manifestam. Porro qui Origenem defendebant, id non à se factum ferro, sed pharmaco, quò rebellem corporis par-

Euseb. lib. 6. cap. 7.

DE METRIUS QUID IN ORDINATIONES ORIGENIS.

Euseb. lib. 6. cap. 17.

III.

ORIGENIS PROPECTIO IN ARABIAM.

IV.

DE ORDINATIONE ORIGENIS PERPERAM FACTA.

^a Epiph. heres. 64. ^b Iustin. orat. ad Ant. Pii.

tem penitus exicaret, aiebant affirmasse: ac diuersas de eo sententias fuisse ^a, Epiphanius tradit. Erat autem facinus illud non diuina tantum lege, sed etiam humano iure vetitum: quamobrem (vt aliàs dictum est) Alexandria itidem Iustinus ^b martyr accidisse refert, vt adolescens quidam Christianus, quò careret omni carnis irrationali motu, obtulerit libellum Felici Præfecto Augustali, vt medico, id facere detreclanti timore pœnæ, licentiam impertiret.

V. ^c Athan. ep. ad solit. SECASTRANS EXCOMMUNICATVS HABETVR ET IRREGVLARIS. ^d Socrat. lib. 2. cap. 11.

Sic igitur Origenes exectus, tantum abest vt sacerdotio initiari debuisset, vt ne laica quidem communionem dignus habendus foret: nam sanctus Athanasius ^c hæc de Leontio, olim presbytero, postea Episcopo Antiocheno Arianæ factionis: Inter eos Leontius ille castratus, quem nec sub laici quidem specie ad communionem admitti oportuit, eò quòd se ipsum abscidit, vt liberè cum Eustolio dormiret, re vera quidem muliere, quam ille virginem prædicaret.] de quo Socrates ^d habet, ipsum ea de causa priuatum fuisse presbyterio, cum ait: Is cum presbyter esset, dignitate priuatus est, quia cum muliere Eustolio nomine degens, & turpem suspensionem celare volens, genitalia sibimet noscitur excidisse.] quo ille permotus, iam inter Arianos profiteri cœpit. Vides planè ex iis sacrorum virorum cælibatum etiam in Orientali Ecclesia: nam si licuisset illi vxorem ducere, haud eò dementiæ peruenisset, vt se ipsum castraret. Vigebant tum antiquæ Ecclesiasticæ regulæ in hunc modum scriptæ ^e: Qui sibi ipsi virilia amputauerit, clericus non efficitur: sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.] rursus: Si quis, cum clericus esset, virilia sibi ipsi amputauerit, deponitor: homicida enim sui ipsius est.]

^e Can. Ap. post. 21. 22.

^f Deut. 23.

^g Epiph. heres. 58.

sed & lege ^f Moyfi cautum erat, ne intraret eunuchus in ecclesiam Dei. Porro error semel malè præsumptus transit in hæresim. Prodit enim postea secta ^g Eunuchorum dicta, qui omnes quos recipere, vt semetipsos castrarent, adigerent: quod si facere detreclarent, ipsi eos alligatos vinculis execabant, ad litteram implendum putantes, quod dixisset Dominus: Sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum.] quo nomine dum Eusebius (vt dictum est) Origenem excusat, planè eum eiusmodi sectæ auctorem constituit, putantibus nimirum illis sic esse Euangelium intelligendum, vt Origenes factò ipso fuerat interpretatus. Sed fortasse eiusdem quoque Origenis exemplo duo ^h illi monachi postea itidem in Ægypto se in eundem modum absciderunt, qui à Theophilo Episcopo Alexandrino fuerunt communionem priuati, & à nemine Orthodoxorum Antistitum peruagantes Orbem recepti, eieclti ab omnibus, sed ab Epiphanio tandem admoniti fuerunt atque correcti.

^h Vit. SS. Patrum, dist. 2. cap. 172.

VI.

ⁱ Hieron. de Script. Eccl. in Alexand. QVOMODO EXCVSANDVS ALEXANDER.

^k Euseb. lib. 6. cap. 12.

At hæc à nobis ad excusationem Demetrii dicta satis. Ceterum nec ob id tamen in eam sententiam descendimus, vt damnemus S. Alexandrum Ierofolymorum Episcopum, qui Origenem presbyterio consecrauit: nam (vt testatur S. Hieronymus ⁱ) idem Alexander se excusans pro Origene contra Demetrium scripsit, se iuxta testimonium ipsius Demetrii illum presbyterum ordinasse. Puto enim Demetrium dedisse Origeni litteras commendatitias ad Alexandrum, vt fieri solet; quarum auctoritate satis visum eidem fuerit Alexandro, Origenem esse probatum. Verum Eusebius, dum agit de Origene, encomiasten se potius quam historicum præbet, in ipsius laudes nimium se effundens: quod tum ex iis, tum aliis pluribus quæ dicentur, perspicuè inspicere licet. Sed idem profequitur Eusebius ^k: Qui verò (inquit) fuerint deinceps de illo tumultus & discordiæ concitatæ, quæ de iisdem ita commotis Episcopis, qui Ecclesiis præfuerunt, decreta; denique quæ incommoda, cum in verbi Dei explicatione summa cum laude floreret, pertulerit; quamquam separatim opus ad plenam eorum explicationem postulare videntur, tamen in secundo Apologiæ libro, quam pro eius defensione edidimus, aliqua ex parte, quatenus tenuitas ingenij nostri patiebatur, de iisdem differuimus.] hucusque Eusebius, cuius tamen Apologia pro Origene sex libris distincta non extat: sed ipsa credita est Eusebij pro Origene scripta Apologia, quæ fertur nomine Pamphili martyris, non tamen sex libris comprehensa; quam in Latinum conuersam Rufinus edidit. est eius exordium: Nihil mirum, fratres mei, &c.]

VII.

^l Euseb. lib. de mensur.

Erat hoc anno Origenes natus quadraginta tres annos: quippe qui cum orbatus est patre, anno decimo Seueri, annum ageret (vt dictum est ex Eusebio) decimumseptimum. Causam autem Origenis profectio in Græciam licet Eusebius minimè explicet; nos eam existimamus inde obortam, quòd Sexta editio hoc ipso anno, nempe (vt auctor est Epiphanius ^l) medio tempore Imperij Alexandri, Nicopoli apud Actium in dolis occul-

occultata reperta sit: eumque idcirco eiusmodi instituisse profectioem, vt, qui magna adhibita diligentia quinque iam versiones indefesso studio conquississet, sextam nactus, quinque illis adiungeret, ac volumine vno omnes per distinctas columnas simul iungens, laboriosissimum opus Hexapla concinnaret & Octopla: de quibus dicturi sumus fusiùs anno sequenti. At de Sexta editione hoc anno inuenta, quòd cuncta dilucidiora fiant, Epiphanius verba reddamus. ait ergo: Post hunc regnavit Alexander filius Mamæe annos tredecim. In medio horum temporum inuenta est Sexta editio in Nicopoli ad Orientem sita.] Porro hanc esse Nicopolim apud Actium littus, testatur Eusebius ^a; nominat eamdem Athanasius in Synopsi Nicopolim Septemtrionalem: ipsum enim Alexandria situm Septemtrionem versus spectasse Nicopolim, satis euidenter apparet.

SEXTA EDITIO INVENTA.

^a Euseb. lib. 6. cap. 12.

IESV CHRISTI	VRBANI PAP.	ALEXANDRI IMP.
ANNVS 231.	ANNVS 5.	ANNVS 8.

Sequenti anno Redemptoris nostri ducentesimo trigessimoprimo, Alexander tertium Syna cum Dione Consulatum accepit. meminit ipse Dio ^b huius sui ipsius Consulatus. Hoc autem anno Origenes, inuenta (vt dictum est) superiori anno Sexta editione se parat ad Hexapla conscribenda: sed immensæ molis opus absoluere ei non licuit, nisi in recessu Tyrio. de quo hæc Epiphanius: Venit delatus in Cæsaream Stratonis, & conuersatus Ierofolymis modico tempore, deinde progressus in Tyrum, ad annos viginti octo (veluti fama refert) & vitam exercuit, & Scripturas interpretatus est; quando etiam Hexapla, & duas Hebraicorum columnas ex aduerso inter se conferendas composuit, Hexapla nominans libros, veluti supra à me diffusius dictum est.] sed hæc de Tyrio recessu ad alia tempora sunt referenda, nempe post annum sequentem: nam constat ^c Eusebio auctore, Origenem Alexandriam cum iterum rediisset, non inde recessisse, nisi anno decimo Alexandri Imperatoris.

^b Dio in Alex.

ORIGENES SECEdit TYRVM AD HEXAPLA CONSCRIBENDA.

^c Euseb. lib. 6. cap. 20.

Sed quid post hæc Epiphanius? Cum verò (inquit) inuenisset Quintæ & Sextæ editionis libros eo quem diximus modo, & nesciret quinam essent interpretes eorum quo tempore inuenti erant: vnam ex his editionem consequenter ad priores quatuor adiecit, & Quintam appellauit, inscriptione facta per quintam litteram, quinarij numeri significatricem, atque sic nomen eius declarauit. Eodem modo senarij numeri notam inscribens ei editioni quæ postea inuenta est, Sextæ interpretationis nomen indicauit. Sed & artificiosè hoc peregit, id quod aliqui ex studiosis ignorant, cum incidunt in Hexapla aut Octopla. Quatuor enim sunt Græca, quando Aquilæ, Symmachi, & Septuaginta duorum, & Theodotionis coniunctæ fuerint: vbi autem quatuor hæc columnæ duabus Hebraicis adiectæ fuerint, Hexapla appellantur. Si verò Quinta & Sexta interpretatio coniunctæ fuerint ad illas, consequenter Octopla vocantur.] hæc de nominibus Hexaplorum & Octoplorum Epiphanius.

II.

DE HEXAPLIS ET OCTOPLIS ORIGENIS.

Quo autem ordine eadem editiones locatæ essent in codice, idem Epiphanius ^d his verbis declarat: Quidam igitur, cum in hos libros incidunt, & inueniunt (velut dixi) duos Hebraicos textus primùm positos, post hos verò Aquilæ interpretationem locatam, deinde Symmachi, postea Septuaginta duorum, post quam Theodotionis locata est, & consequenter Quinta, & Sexta; putant primos interpretes esse Aquilam & Symmachum ante Septuaginta duos iuxta ordinem locationis: quod non est. sed Origenes sciens Septuaginta duorum exactam esse atque sinceram, ipsam in medio locauit, quòd hinc atque hinc positas interpretationes redargueret. Hoc autem solum Origenes vtiliter fecit.] hucusque Epiphanius. Ex quo etiam ratio referatur, cur tam Græci, quam Latini, seriem recensendo interpretum diuinæ Scripturæ, tertio loco, & ante Theodotionis versionem, collocent quæ est Symmachi, eamque tertiam, hanc verò quartam nominent, cum, habita temporis ratione, Symmachi quarta, tertia verò Theodotionis dicenda esset. Sed hoc factum esse apparet (quod & aliàs diximus) non habita temporis ratione, sed tantum Origenis locationis.

III. ^d Epiph. lib. de mensur. ORDO IN HEXAPLIS ET OCTOPLIS.

Commendatur (vt diximus) à S. Epiphanio, aliàs licet Origeni infensissimo, eiusmodi ab eo nauata egregie opera, quòd vehementer vtilis esset elucubratiò, non solum ^e Annal. Eccl. Tom. 2. G g 2 cum

IV.

LAUDATVR
ORIGENIS
OPVS.

^c Hieron. in
epist. ad Tit.
cap. 3.

V.
^b Galefin. de
Sept. interp.
REPELLI-
TVR CA-
LVNIA IN
ORIGENEM
PROLATA.
^e Hier. pref.
in Preatanch.
epist. 104.

^d Hieronym.
epist. 89.

VI.
^c Hieronym.
epist. 107.
ORIGENIS
EXEMPLVM
IMITATVS
HIERONY-
MVS.

VII.
ORIGENES
SVI INSTI-
TVTI AF-
PERT RA-
TIONEM.

^f Dent. 1.

cum illud ait, Hoc solum Origenes vtiliter fecit] sed & cum superius eodem commen-
tario hac dixisset, Eodem modo etiam Origenes recte fecit, & de obelo indicauit: vti-
nam autem & alia sic bene fecisset.] & paulo inferius: Sex columnas interpretum alter-
natim collocans, magnam vtilitatem cognitionis exhibuit. Vtinam autem in operum
suorum scriptis non excidisset, &c.] At hac non modò Epiphanius laudauit, sed etiam
S. Hieronymus; qui licet in eundem eodem fuerit stomacho, tamen cum de Origenis
Hexaplis agit, ea vehementer commendans: Hac immortale illud ingenium suo nobis
labore donauit, vt non magnopere pertimescamus supercilium Iudæorum, solutis labiis,
& obtorta lingua, & stridente saliuâ, & rasa fauce gaudentium.] hac & alia in laudem
Origenis hac conantis.

At miramur interdum vehementer, dictum ab aliquo ^b S. Hieronymum questum de
Origene, quòd eo tempore non tam correxerit, quàm corruerit Septuaginta duorum
translationem. Nam etsi ei Origenes Theodotionem aliquibus in locis addiderit: obelo
& asterisco sanè distinxit: quòd si quæ illa plus haberet, signis illis discriminauit. Verùm
nequaquam hac potest dici corruptio, sed diligens facta collatio, atque in omnibus per-
utilis animaduersio. de qua idem Hieronymus his verbis ^c: Origenis me studium prouo-
cavit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, asterisco & obelo opus
omne distinguens, dum aut illucescere facit quæ minùs antea fuerant, aut superflua quæ-
que iugulat & confodit.] eadem alibi aduersus Ruffinum agens: Omnia (inquit) vereris
Instrumenti volumina Origenes obelis asteriscisque distinxit, quos vel additos, vel de
Theodotione sumptos translationi antiquæ inseruit, probans defuisse quod additum
est.] & ad Augustinum ^d: Quòd autem in aliis quæris epistolis, cur prior mea in libris
canonicis interpretatio asteriscos habeat & virgulas prænotatas, & postea aliam transla-
tionem absque his signis ediderim: pace tua dixerim, videris mihi non intelligere quæ
quæfisti. Illa enim interpretatio Septuaginta interpretum est; & vbiq; virgulæ, id
est obeli sunt, significatur quòd Septuaginta plus dixerint, quàm habetur in Hebræo:
vbi autem asterisci, id est stellæ prælucentes, ex Theodotionis editione ab Origene addi-
tum est, & ibi Græca translulimus, &c.]

Hac tamen ipse tribuit interdum audaciæ, scribens ad Chromatium ^e, quòd Orige-
nes Theodotionem profanum auctorem admiscuerit translationi Septuaginta. sed
quòd (vt supra narratum est) & ipse in hoc secutus est Origenis exemplum; quoniam
modo in eo genere Hieronymus ipse potuit reprehendisse Origenem, quem suscipere
imitandum? Nam eandem profus ipse iniens rationem, immiscuit suam translatio-
nem editioni Septuaginta, sed egregie distinctam, obelis appositis & asteriscis. quòd
ipse in Apologia aduersus Ruffinum sæpè testatur, & inter alia cum ait: Salomonis au-
tem libros, quos olim iuxta Septuaginta, additis obelis & asteriscis, in Latinum ver-
teram, ex Hebræo transferens, & dedicans sanctis Episcopis Chromatio & Eliodoro,
hac in præfatiunculæ meæ sine subieci: Si cui Septuaginta interpretum magis editio
placet, habet eam à nobis olim emendatam: neque enim sic noua cudimus, vt vetera
destruamus.]

Sed magis magisque hac in Originem purgatur illata calumnia, si, quodnam fuerit
animi ipsius consiliu, & quàm sollicitè cuperet esse consultum Septuaginta antiquæ
versioni, ex ipsius epistola ad Africanum de Susannæ historia scripta cognoscamus. ait
enim: Vide ergo ne imprudentes & inscientes abrogemus exemplaria quæ habentur
passim in Ecclesiis, & legem statuamus fraternitati, vt deponant quidem sacros, qui
apud eos feruntur, libros; assententur autem Hebræis, qui & persuadeant, vt nos puris
impertiant, & qui nihil habeant figmenti. An non prouidentia Dei in sanctis Scripturis
dedit omnibus Christi Ecclesiis ædificationem? non curam gessit eorum qui empti
sunt pretio, pro quibus Christus mortuus est? Ad hac autem considera, an non sit bonum
meminisse eius, quod scriptum est ^f: Non transpones terminos æternos, quos statuerunt
patres tui. Hac autem dico, non quòd verear ac dubitem scrutari, quæ sunt apud Iu-
dæos, Scripturas, & omnes nostras cum illorum Scripturis conferre, & videre quanam
sint eius differentiæ. Si non est quidem certè graue & arrogans dicere, hoc gnauiter &
pro viribus fecimus, vt mentem nostram exerceremus in omnibus editionibus, & earum
differentiis, cum eo quòd longè magis exercebamus interpretationem Septuaginta, ne
videremur aliquid falli & adulterini inducere in Ecclesias quæ sunt sub cælo, & daremus

A

B

C

D

E

pra-

A prætextum iis qui quærunt occasionem, & volunt eos qui sunt in medio calumniari, &
eis qui sunt in communi criminari. Exercemus autem, vt non ignoremus etiam eas quæ
sunt apud illos: vt cum Iudæis differentes, eis nos adducamus quæ sunt posita in eorum
exemplaribus, & vt cum eis vtamur iis quæ apud illos habentur, & non sunt in nostris
libris. Nam cum sit eiusmodi noster apparatus in quæstionibus aduersus ipsos, non despici-
ent, neque (vt mos est eorum) iridebunt eos qui credunt ex Gentibus, tamquam qui
ignorent vera, quæ apud eos scripta sunt.] lucusque Origenes, instituti sui afferens ra-
tionem, ac planè demonstrans, quàm de Sacris litteris, eo suscepto labore, sit in omnibus
optimè meritis, ac laude dignus: qui ^a & alibi his consentanea habet multa.

Ceterum tantum abest, vt ea circa Septuaginta interpretum editionem adhibita in-
dustria ab Origene, habita sit corruptela vel deprauatio, vt eam omnes propemodum
Ecclesiæ in communiorem vsu receperint, vsque adeò, vt S. Hieronymo ^b auctore pro-
betur, eam habitam esse Vulgatam. nam ad sanctum Augustinum ^c scribens, de ea-
dem hac ait: Vis amator esse verus Septuaginta interpretum? Non legas ea quæ sub
asteriscis sunt, immò rade de voluminibus, vt veterum fauorem te probes. Quod si sub-
ceris, omnes Ecclesiarum bibliothecas damnare cogeris. Vix enim vnus aut alter li-
ber inuenitur, qui ista non habeat.] Ex his videas, quantum à veritatis scopo aberrarit,
qui ^d Origenem non correxisse, sed corrupisse dixit Septuaginta interpretum editionem.
At de Hexaplis Origenis iam satis: cuius institutionis ex eius item scriptis Eusebius ^e me-
minit, & alij recentiores complures.

Sed vt summatim perstringamus cunctas Origenis ea in re lucubrationes exhibitas:
cum nondum duæ posteriores editiones essent inuentæ, Quinta & Sexta; Tetrapla (sic
enim cum Ecclesiasticis antiquis tractatoribus dicere malimus, quàm Tetraplum) in pri-
mis collegit, ac sic in codicibus Græcè scripsit, nempe in paginis singulis quatuor colum-
nas, hoc ordine, vt prima esset editio Septuaginta interpretum, secunda translatio Aquilæ,
tertia Symmachi, quarta verò & vltima Theodotionis. Hexapla verò elaborata ab eo
sunt volumina illa, in quorum singulis paginis sex columnæ essent distinctæ, quarum pri-
ma contineret textum Hebraicum Hebræicè scriptum, secunda eundem textum He-
braicum, sed Græco charactere exaratum, tertia Aquilæ versionem, quarta Symmachi,
quinta Septuaginta editionem, sexta verò Theodotionis translationem. Quæ autem dicta
sunt Octopla, præter hæc quæ sunt in Hexaplis posita, haberent adiunctas Quintam &
Sextam editiones, ab Hebræis, sed piis (vt putat Hieronymus) hominibus, elaboratas.
At de Origenis in his tot insumptis strenuè que exantlatis laboribus satis.

Quoniam verò de principe omnium Septuaginta translatione mentio facta est, nec
quidquam de eius origine hætenus dictu (licet tam nota sit & omnibus peruulgata histo-
ria, vt hac ex parte, eam recensere, superfluum videatur) tamen cum nonnullis perplexa
notis & obuoluta sit difficultatibus, hinc de ea agere operæpretium duximus. Sed de
his acturis, illud in primis occurrit (quod superius attigimus) omnium propemodum esse
sententiam, ante Septuaginta editionem, aliam incerto auctore peruulgatam fuisse Græ-
cam translationem ante tempora Alexandri Magni: ex qua tum Plato, tum complures
alij Philosophi nonnulla accepisse noscantur. Ex quo enim barbarus homo (quod habet
Plato in Timæo) in Solonem ac ceteros Græcos illud exprobrans dixit, O Solon, Solon,
vos Græci semper estis pueri: senex autem nullus Græcus est: disciplinam autem nullam
habetis canam] (barbarus autem iste, qui hæc dixit, putatur fuisse Iudæus) Hebræorum
res cognoscendi complurium est desiderium inflammatum.

Hac autem cum ex Clemente Alexandrino ^f, tum Eusebio ^g & aliis pluribus con-
sistent auctoribus, qui summo studio ea quæ philosophi ex Hebræorum scripturis essent
mutuati, collegerint: verius tamen existimo, potius vsu quodam innotuisse Gentilibus
diuinam scripturam, quàm omnium voluminum factam fuisse aliquam interpretatio-
nem; id suadente Philone ^h, dum ait: Lex antiquitus scripta fuit lingua Chaldaica, man-
sitque longo tempore in ea, quàm diu legis ipsius pulchritudo non est intellecta ab exter-
nis hominibus. Postquam autem ex quotidiano eius vsu etiam ad alienos sensus quidam
permanuit, simul gloriosa quoque fama vbiq; terrarum increbuit (nam honestis rebus)
ad tempus obesse potest inuidia, illæ autem se proferunt tandem suapte felicitate ingenij)
exititerunt qui indignè ferrent, has leges parti tantum humani generis innotuisse, Græcas
gentes nullam earum gustum cepisse: dederuntque operam, vt verterentur per idoneos

^a Orig. in
Mat. tral. 8.

VIII.
ORIGENIS
EDITIO
VULGATA.
^b Hieron. in
prefat. l. 16.
in Isai.
^c Hieronym.
epist. 89.

^d Galefin. de
Sept. interp.
^e Euseb. lib. 6.
cap. 12.

IX.
ORIGENIS
TETRAPLA
QUALIA.

HEXAPLA
ORIGENIS
QUALIA.

OCTOPLA
ORIGENIS
QUALIA.

X.
PRIMA
TRANSLA-
TIO QUÆ
FVERIT.

XI.
^f Clem. Alex.
Strom. lib. 1.
^g Euseb. de
prop. Euang.
l. 10. c. 12. 3.
^h Phil. de Vita
Mos. lib. 2.
N V L L A
TRANSLA-
TIO ANTE
SEPTVA-
GINTA.

^a Hilarius in
psalm. 2.
DIVINO
SPIRITU
AFFLATUS
INTERPRE-
TES.
^b Mat. 23.

^c Phil. de Vita
Moyse, lib. 2.

XX.
LOCUS VBI
VERSIO
FACTA.

XXXI.
HVMINI
AEFLATOS
ESSE ILLOS
INTERPRE-
TES.
^d Hier. p. p. f.
in v. l. c. a. e. b.
epist. 104.
epist. 107.

qui frequenter nominat eosdem Septuaginta interpretes, Seniores; sicut & historiae pri-
mus auctor Aristæas. in qua etiam sententia reperimus esse S. Hilarium ^a; cuius verba, quod
hæc manifestiora reddantur, hic subtexemus: Erat (inquit) à Moyse antea institutum in
Synagoga omni septuaginta esse doctores. Nam idem Moyse, quamvis veteris Testa-
menti verba in litteris condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secreta my-
steria septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimaueat. Cuius do-
ctrinæ etiam Dominus meminit in Euangeliis, dicens ^b: Super cathedram Moyse fede-
runt Scribæ & Pharisei. Doctrina ergo horum in posterum, quæ ab ipso scriptore legis
accepta, in hoc seniorum & numero & officio conseruata est. Hi ergo seniores, libros hos
transferentes, & spiritualement secundum Moyse traditionem occultarum cognitionum
scientiam adepti, ambigunt lingua Hebraica dicta, & varia quædam ex se nuntiata, secun-
dum virtutes rerum, certis & propriis verborum significationibus transtulerunt, doctrinæ B
scientia multimodam illam sermonum intelligentiam temperantes.] hucusque S. Hila-
rius: quæ hic verbatim recensuisse volumus, quo intelligamus, aliquid amplius ceteris
horum translationem, vel ex acceptis traditionibus, vel diuino eos afflante Spiritu, ha-
buisse: quod non solum nostri, sed & Iudæorum scriptores nobilissimi agnouerunt, &
ingenuè testati sunt: vt inter alios omnium sapientissimus Philo ^c, qui rem gestam ab
Aristæa fusiùs litteris consignatam, & ab ipsis Iudæis etsi non scriptis, certè traditione fir-
ma retentam, vel si non publica, priuata saltem scriptione memoriæ commendatam,
paucis perstringens, de Ptolemæo Philadelpho & legationibus missis multa præfatus,
hæc demum subdit, à loco narrationem exordiens:

Ante urbem Alexandrinam est Pharos insula, per oblongam & fasciæ similem cerui-
cem accessibilis, quæ non alto mari, sed stagnantibus vndis alluitur, vt ne fluctus quidem C
nimirum spatio medio debilitati, obstrepant. Hic locus postquam de communi sen-
tentia visus est ad præsens negotium aptissimus, propter secessum quietissimum, vbi
animus solis legibus posset intendere, eum sibi optauerunt ad diuersorium: sumptisque
in manus sacris voluminibus, tendebant eas ad cælum supplices, Deum inuocando, vt
cceptis faueat. Exaudiuit ille vota, vt, si non vniuersum genus humanum, certè maxima
pars præceptis instrueretur ad benè viuendum optimis & sapientissimis. In eo secessu
cum consedissent solitarij, nemine interueniente arbitro, præter naturæ partes terram,
aquam, aërem, & cælum: de quibus primùm prodituri erant mysteria (nam mundi opi-
ficium, legis exordium est) tamquam numine correpti prophetabant, non alia alij, sed
omnes ad verbum eadem, quasi copiam dictante singulis inuisibiliter. Et quis nesciat
cuiusque linguæ, præsertim Græcæ, copiam, vt eadem sententia possit enuntari variis D
modis, nunc has nunc illas dictiones accommodando? Id negant factum in prodendis
his legibus; sed reddita propria propriis nominibus, Græcis ad Chaldaica (*sic Hebraicam
linguam nominat Philo*) exactè respondentibus, quo meliùs perciperetur rerum notitia.
Quemadmodum enim geometriæ dialecticæque doctrina non admittit sermonis varie-
tatem, sed semper iisdem vitur vocibus: eodem modo & hi conuenientia rebus inue-
nerunt nomina, quæ sola declaratura erant sensum appertissimè. Id experimentis quoti-
dianis creditur: siue Chaldæus Græcam linguam, siue Græcus Chaldæam didicerit, in
vtraque Scriptura tum Chaldaica, tum Græca eius interpretatione, miratur germanita-
tem, immò rerum verborumque consonantiam adorat; non interpretes illos, sed initia-
tores ac Prophetas appellans, quibus datum est sincerissimas Moyse cogitationes affe-
qui spiritu purissimo. Quamobrem hodie quoque solemnitas celebras renouatur in Pha-
ro insula, ad quam non Iudæi tantùm, sed & alij plurimi traiciunt, locum venerari, in
quo primùm visa hæc est interpretatio, & pro tanto beneficio quasi recente acturi Deo
gratias. Post vota autem & gratiarum actiones, alij tentoriis fixis in littore, alij discum-
bentes in ipsa arena, sub diuo epulantur cum amicis & domesticis, præferentes tunc littus
palatii regis.] hucusque Philo.

In huius sententiam, quod illa versio diuini potius aliquid habuerit, quàm humani,
eosdemque diuino afflatos Spiritu eam interpretatos, & propheticè interdum fuisse
locutos, Patres omnes, rem experimento satis perspectam habentes, sincerissimè pro-
fessi sunt, omnesque tam Græci, quàm Latini, ne singulos recensere laborem, id ipsum
testati sunt, vno dumtaxat excepto S. Hieronymo ^d; qui damnans quæ ab alijs de inter-
pretum cellulis tradita essent, hæc ait: Nescio quis primus auctor septuaginta cellu-
larum

las Alexandriae mendacio suo extruxerit, quibus diuisi eadem scripturarum; cum Ari-
stæas, eiusdem Ptolemæi ^a & multo post tempore Iosephus, nihil tale retule-
rint; sed in vna basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est
enim vatem, aliud est esse interpretem: ibi Spiritus ventura prædicit; hic eruditio &
verborum copia, ea quæ intelligit, transfert.] hæc Hieronymus: qui sibi visus solutè ni-
mis; dum impetu quodam ferretur in obrectatores eum carpentes, esse locutus; pau-
lò post (nam illud præfatione in Pentateuchum ad Desiderium, & quid simile præfatio-
ne in Paralipomenon ad Chromatium ^b fuerat prælocutus) subsequenti posita præfatio-
ne in eundem librum Paralipomenon ad Domnionem & Rogatianum aliquid supra
humanas vires & studium iisdem tribuit interpretibus, dicens: Non hoc Septuaginta in-
terpretibus, qui Spiritu sancto pleni; ea quæ vera fuerunt, transtulerant, sed scripto-
rum culpæ tribuendum.]

Quod ad cellulas spectat, in quibus dicuntur inuicem separati opus elaborasse, & post-
ea, facta mutua collatione, nihil penitus inter se dissentientes scripsisse reperi; hoc paulo
accuratiùs peruestigandum. Qui primus auctor ea de cellulis scripserit, Iustinus martyr ^b
habetur, natione Palæstinus, patria Samarita, vndecumque rerum Iudaicarum peritissi-
mus, qui hæc scribit: Illis extra urbem constitutis, primo quoque tempore, vt interpre-
tationem absoluerent, non in vrbe ipsa, sed septem ab ea stadiis, vbi Pharos constructa
est, pari cum interpretibus numero domunculas extrui præcepisse, vt sigillatim pro se
quisque interpretationem perficeret: illa quoque cura iis, qui operam eis dare iussi fue-
rant, mandata, vt omnibus quidem modis ipsis inseruirent, à congressu autem mutuo
illos prohiberent, quod exquisita interpretationis veritas ex ipsorum etiam consensu
cognosci posset. Et cognito, Septuaginta istos viros non solum eadem sententia, verùm
etiam iisdem esse verbis in translatione vsos, ac ne vna quidem dictione alium ab alio
dissentisse, vsque ad eadem de iisdem omnia conscripserant; admiratione attonitum,
cum interpretationem absolutam esse diuina virtute credentem, tum quouis honore
dignos illos, vt Dei amantes, & Deo charos vicissim iudicantem, cum muneribus multis
in patriam suam redire iussisse; ac libros, vt par erat, exosculatum esse, & Deo conse-
cratos in bibliotheca sua reposuisse.] Vnde autem hæc ipse acceperit, subdit his verbis:
Hæc vobis, viri Græci, non vt fabulam, neque vt consistam historiam renuntiamus: sed
qui ipsi Alexandriae fuerimus, & vestigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua
viderimus, & ab incolis, qui res patrias à maioribus per manus sibi traditas acceperunt,
audierimus, commemoramus: quæ ex alijs quoque aliqua ex parte intelligere potestis,
& potissimum ex eis, qui ista scriptis suis inseruerunt, sapientibus & spectatis viris, Phi-
lone, Iosepho, & alijs pluribus.] hæc Iustinus, non ex aliorum scriptis tantùm, sed ex
traditione (vt ait) maiorum accepta.

Eadem quoque Irenæus ^c hisipsis verbis testatur: Ptolemæus autem experimen-
tum eorum sumere volens, & metuens ne fortè consentientes, eam veritatem quæ es-
set in Scripturis, absconderent per interpretationem; separans eos ab inuicem, iussit
omnes eandem interpretari Scripturam; & hoc in omnibus libris fecit.] Nec aliud
significare voluisse Tertullianum ^d apparet dum de iisdem agens interpretibus, ait: Sed
ne notitia vacaret, hoc quoque Ptolemæo à Iudæis subscriptum est, Septuaginta inter-
pretibus indultis, quos Menedemus quoque philosophus, prouidentia vindex, de sen-
tentiae communionem suspexit] nimirum diuinam ex iis Dei prouidentiam intuens,
quod omnes in eandem sententiam conuenissent: quod certè haud mirum fuisset, nisi
separatim eandem Scripturam interpretati essent. Inhærebat enim lateri Ptolemæi
Menedemus philosophus, dum eandem versionem elaborarent interpretes: quam ipse
est tantopere admiratus, tribuens summæ Dei prouidentia, quod in eandem omnes
sententiam & verba pariter consensissent: quod est de separatis cellulis potens indicium
& coniectura. Eadem quoque Clemens, & quidem Alexandrinus (quem haud para-
mus res patrias ignorasse) his ^e verbis insinuat: Cum autem vnusquisque sigillatim ex
sua propria interpretatus esset prophetia, conspirarent omnes simul collatae interpreta-
tiones & sententiæ & dictionibus: Dei enim erat voluntas, quæ id ad Græcorum aures
consultò comparauerat. Neque verò ab inspiratione Dei erat alienum, qui prophetiam
dederat, vt interpretationem quoque tamquam Græcam efficeret prophetiam.] hæc &
alia huiusmodi Clemens.

^a Hieronym.
epist. 108.

XXII.
DE CELLU-
LIS CON-
FIRMATIO.
^b Iustin. orat.
ad Gent.

XXIII.
DE CELLU-
LIS EADEM
ASSERTIO.
^c Iren. lib. 3.
cap. 25.
^d Tert. Apo-
log. cap. 18.

^e Clem. Alex.
strom. lib. 7.

Rursum

XXIV. DE IISDEM EADEM PATRVM SENTENTIA. ^aCyrrill. Catech. 4.

^bPhilast. de heres. c. 139. ^cHilarius in Psal. 2. ^dAugust. de Doct. Christ. lib. 2. c. 15. ^ede C. in. Dei. lib. 18. c. 43. ^fTheod. praef. in Ps. c. 5. ^galij quos numerat. Pam. in Notat. ad Teri. Apol. c. 18. not. 264.

XXV. ¹Authon. 46. collat. 10. QVOS LIBROS INTERPRETES TRANSTVLERVNT. ²Enf. de praes. Euang. lib. 8. cap. 1. ³Hier. praef. in Quas. in Genes. ⁴Hieron. in comment. in Ezech. cap. 2. ⁵in Michea. cap. 2.

XXVI. OMNES VETERIS TESTAMENTI LIBROS ESSE TRANSLATOS. ⁶I. Ioan. 10. ⁷Psal. 81. ⁸19. ⁹1 Cor. 14. ¹⁰Isaiat. 8. ¹¹Luc. 4. ¹²Act. 15. ¹³Joseph. Ant. lib. 20. c. 4. ¹⁴de bello Iud. lib. 2. cap. 12.

XXVII. VEHEMENTES CONIVCTIVAE.

Rursum verò Cyrtillus Ierosolymitanus ^a hanc in eandem sententiam : Et vt diuinae legis esse hos libros experientia disceret , & ne hi qui fuerant ad illum missi , mutuo conspirarent prospiciens , in insula Pharo singulis interpretibus singulas domos distribuit , & unicuique , vt separatim omnes Scripturam interpretarentur , mandauit . Qui cum septuagintaduobus diebus negotium perfecissent , simul omnium interpretationes , ex diuersis domibus prodeuntes , protulerunt : collatas autem simul , non solum in sensibus , verum etiam in verbis consonas inuenit .] hucusque Cyrillus . eadem quoque Philastrius ^b . Sed & Epiphanius tradit binos in singulis cellis inclusos , qui omnes eandem Scripturam interpretarentur : aded vt ea ratione diuina Scriptura fuerit sexies & trigies interpretata . sed hanc ille pluribus . Consentunt in eandem quoque sententiam S. Hilarius ^c , S. Augustinus ^d , Theodoretus ^e , atque alij complures , quorum singulorum nomina omittimus recensere . His addendus demum Iustinianus ^f Imperator , qui edita Nouella constitutione , eandem probat historiam . Scimus his aliquot ex recentioribus refragatos , vna tantum illa persuasos ratione , quod cellularum non Aristæas , non Philo , nec Iosephus ipse meminerint . Sed ad vnum Aristæam tota causa reuocatur , quem constat illos fuisse secutos ; sicut & Eusebium ^g , qui eandem ex eodem auctore narrat historiam : quibus ea , quæ dicta sunt superius , optime poterunt satisfacere . Verumtamen de tam antiqua quaestione non est nostrum quid certius definire , licet tot sinceræ fidei & venerandæ antiquitatis testibus libentius assenserimus .

Sed & alia maioris momenti vrget nos quaestio : Num scilicet omnes veteris Testamenti libri , qui ad illa vsque Ptolemæi tempora fuerant scripti , an verò solum Pentateuchus fuit in Græcum sermonem translatus ? S. Hieronymus ^a in primis id ipsum in dubium reuocat , dum ait : Accedit ad hoc quoque , quod Iosephus , qui Septuaginta interpretum ponit historiam , quinque tantum ab eis libros Moyfi translatos refert : quos nos quoque profiteamur plus quam ceteros cum Hebraicis consonare .] hanc eandem ipse alibi ^b etiam . Sed ei omnes pariter refragantur , affirmantes , singulos & omnes veteris Testamenti , qui extrabant , libros ab eis fuisse interpretatos . Sed videamus quid Iosephus dicat , cuius auctoritate id sanctus Hieronymus profiteri videatur . Nullam iauenimus apud Iosephum mentionem explicitam esse habitam de facta per eos versione Pentateuchi ; sed tantum illum dicere , libros legis ab eis fuisse translatos .

Ceterum qui aduersantur S. Hieronymo , per libros legis totum ipsum verus Testamentum esse intelligendum , probant auctoritate itidem diuinæ Scripturæ , idque multis exemplis . Vt cum Dominus ^a ait : Nonne scriptum est in lege vestra ? Ego dixi , dii estis .] & illud Euangelistæ : Vt adimpleretur sermo , qui in lege eorum scriptus est : Quia odio habuerunt me gratis .] quæ non in Pentateucho , sed in Psalmis ^b habentur . Sed & illud Pauli ad Corinthios ^c : In lege (inquit) scriptum est : Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic .] quæ verba accepta noscuntur ab Isaia ^d . Sed hæc planiora ac euidentiora reddemus , cum ex eiusdem Iosephi phrasi vno vel altero exemplo demonstrabimus , eundem auctorem per legem intelligere consueuisse ipsum integrum volumen veteris Testamenti , à principaliori parte , nempe à quinque legis libris , denominatione deducta . Agens enim de Iudæorum libris qui in synagogis legi consueuerant , libros legis appellat , cum tamen constat Euangelica ^e & Apostolica ^f auctoritate , non modò in illis legi solitum Pentateuchum , sed & Prophetas . Cum igitur huiusmodi libros , modò volumen legis , modò etiam Moyfi libros ipse consueuerit appellare ^g , qui Prophetas quoque necessariò contineret : iam certum constat , cum agit de interpretibus , quod legem verterint , verissime etiam totum vetus Instrumentum , significare voluisse .

Certè quidem est de iis nulla exempla suppeterent , ratio ipsa plus satis posset id etiam pugnacibus quibuslibet persuadere . Nam si (quod omnibus exploratum est) quaerebat nomine Ptolemæi Demetrius , omnes quotquot in vniuerso Orbe libros reperire potuisset , ad vnum vsque colligere : quænam , quæso , subesse causa potuit , vt illos Hebræorum libros diuina complectentes oracula , aliosque per insignes , quos diuinitus editos sciret , despiceret commentarios , nullam penitus illorum habens rationem ? Verumenimverò est ceteros , illos tamen , qui rerum Iudaicarum continerent historiam , qui Regibus aliisque rerum antiquarum studiosis magno in pretio esse solent , quis existimare poterit prætermisissos ? cum præsertim Hecathæus Abderita , qui vno volumine laudes Iudæorum fuerat persecutus , res Iudaicas penitus perdiscendi , externorum omnium deli-

A desiderium inflammasset . Quod si (vt superius demonstratum est) vnica tantum erat totius diuinæ Scripturæ interpretatio ante eam factam ab Aquila Pontico : vnde , quæso , illa , ex qua Apostoli Prophetas citare consueuerunt , Græca versio , nisi fuerit Septuaginta ? Sed quod ad S. Hieronymum spectat : cum planè constet , non tantum refragatos eis esse omnes quos recensimus superius scriptores Ecclesiasticos , sed ipsummet sibi aduersatum esse ; planè cognosci potest , ipsum de ea re aliquando dubitasse potius quam quid firmiter statuisse , & in communem postea cum ceteris sententiam pedibus abiisse . nam Prophetas interpretando , textum Septuaginta interserit , de eoque pariter differit , & Septuaginta esse fideliter recognoscit .

In eiusdem insuper diuinæ Scripturæ interpretatione , aliaque ab illis aliter reddita , additaque fuisse nonnulla vel dempta , iidem fermè omnes supra citati auctores affirmant . Aliter namque reddita in ea vel relata sunt diuina quædam mysteria (vt tradit Hieronymus ^a) quæ Gentilibus offendiculum esse possent : addita verò quæ (vt superius dictum est) à Moyse primus ille ab eo delectus sacer Senatus tradenda posteris accepisset , vel (cum omnes , vt vidimus , iidem interpretibus spiritum prophetiæ tribuerint) quæ eodem diuino afflante Spiritu , eisdem fuerint diuinitus reuelata : nam & Philo ipse tradit eos correptos numine prophetasse . Sed quod idem subdit , reddita esse propria propriis nominibus , non sic intelligendum , eam ad verbum esse translata , vt verba verbis reddita & nihil ab illa plus habuerit ; nam id absque aliquo priuato instinctu diuini Spiritus quibuscumque benè peritis vtriusque linguæ facere licuisset : sed potius quod addit , illa Græca inuenta esse nomina , quæ sola declaratura erant sensum apertissimè : cum alioqui reddere Græca singula verba Hebraicis singulis , nec si voluissent , facere potuissent , cum nonnulla sit in eis verba reperire , quæ vix vna periodo orationis æquè rectè possint Græcè interpretari .

Sic igitur ex Philonis sententia , imbutos illos prophético spiritu prophetasse cum certum sit ; vbi , quæso , id fuisse verum apparuit , si ea tantum quæ in Hebræo textu erant , nec quid amplius reddidissent ? Sed referam hic iterum verba Philonis sic dicentis : Tamquam numine correpti prophetabant , non alia alij , sed omnes ad verbum eandem , quasi copiam dictante singulis inuisibiliter .] Quod si negas hoc , certè quidem ex Philonis sententia cogaris saltem asserere separatas ab inuicem cellulas , vt imbuti illi prophético spiritu , eademque illo dictante singulis , singuli exceperint , & quasi ex scripto exemplari eadem omnes descripserint . Alioquin quorsum illis spiritus prophetiæ , si alias absque eo , callentes Hebraicas ac Græcas pariter litteras , conferentes simul , humano ingenio præstare felicissimè potuissent , quod solus postea reperitur fecisse Aquila , deinceps Theodotion , inde verò Symmachus , & alij etiam hæretici ? Falluntur igitur , qui vel ex Aristæa vel Philone putarunt Septuaginta interpretes verba verbis interpretando reddidisse : ac proinde perperam iudicant , eam , quod non sic edita legatur , esse penitus deprauatam . Nam ipse S. Hieronymus , qui omnes in eam illapsos notauit errores & emendauit , scribens ad Pammachium ^b de optimo genere interpretandi , sæpius testatur , eos non verba verbis , sed sententias sententiis reddidisse . legerat utique ipse Aristæam atque Philonem , nec tamen eo sensu eorum verba accipienda putauit .

Interpretatione perfecta ac numeris omnibus absoluta , addit Aristæas & alij qui ab ipso eadem acceperunt , conuocatos esse Iudæos , vt ea cognoscerent ; eosque contestatos esse , diuinam Scripturam rectè sanctèque interpretatam , eandemque sic semper permanere , nec quid immutari debere ab iis quæ scripta essent ; adiurasseque ; vt sic semper integra seruaretur : eandemque insuper translationem ab illis fuisse descriptam , & ad diuersarum synagogarum Principes missam , atque ab omnibus æquè probatam receptamque . Tanta quidem in sacro illo Senatu inerat auctoritas , vt , quod illi fecissent , nefas duccerent in controuerisiam reuocare : quippe quod (vt sæpè dictum est) eorum munus esset , de Lege , Rege , Prophetis , ac Sacerdote etiam iudicare , nec ipsi aliorum subicerentur censuræ : vt non aded mirandum sit , si cum quid inuentum in illis foret , quod Hebraica veritas aliter nosceretur habere , nullum de ea re à quopiam negotium exhibitum fuisset : quippe cum totum id , Legis iudicibus decernentibus , factum esse cognoscerent .

Hunc ergo in modum sacra illa editione vulgata iubet Demetrius (inquit Aristæas) vt Iudæi pro eorum consuetudine imprecarentur , si quis vel addere , vel mutare , transferre delerere auderet quidquam ex iis omnibus quæ scripta sunt . Cumque vniuersa hæc

XXVIII. ^aCyrrillus Catech. 14. QVAE NATIO A SEPTUAGINTA ADHIBITA.

XXX. QVOMODO INTERPRETES PROPHETARINT.

XXXI. INTERPRETATIO AD SYNAGOGAS OMNES MISSA.

XXXII. CUSTODITA EDITIO LXX. IN TERRIS.

rite expleuissent; vt perennis illa sit, semperque seruetur, adiurant.] hæc ipse: additque iussu Regis omni studio procuratum, vt eadem editio ab omni macula illaesa diligentissime custodiretur. Tradunt alij, apud Serapidis templum eam vt rem diuinam ac sacrosanctam seruata fuisse; reconditumque simul cum ea fuisse textum Hebraicum, testatur Tertullianus; ac eandem ad sua tempora integram conseruatam esse confirmat, cum ait: Hodie apud Serapæum Ptolemæi bibliothecæ cum ipsis Hebraicis litteris exhibentur.]

*Tertullian. Apol. cap. 12. in fine.

XXXII. b Galat. de Septuag. in vrb. pag. 40. REPELLITVR ASSERTVM COMMMENTVM. c Ruffin. hist. lib. 2. cap. 13.

Sed illud impugnamus omnino, quod nititur quidam stabilire auctoritate S. Ioannis Chryostomi, quam non reperimus; quod dicitur, ad sua vsque tempora in Serapidis templo asseruati Prophetarum libros ab illis conuersos. At qui, obsecro, vsquam potuerit id vel somniasse Chryostomus, cum constet anno secundo Commodi Serapidis templum fuisse combustum, ac rursus, antequam idem S. Ioannes Chryostomus ea scriberet, sub Theodosio Seniore funditus esse dirutum? At quomodo, quæso, vel fingi potest, eam vsque ad Chryostomi tempora permanisse? Cur adeo laboratum ab Origene primùm, deinde à Luciano, postea ab Hefychio Alexandrino, ac demum à S. Hieronymo in ea cognoscenda, emendanda, ac in candorem pristinum restituenda, si ipsum originale suppetebat exemplar, ex quo potuissent omnia quàm verissimè atque purissimè summa facilitate corrigi & emendari?

XXXIII.

QUANDO INCENSA PTOLEMÆI BIBLIOTHECA.

d Dio hist. Rom. lib. 42.

e Gell. lib. 6. cap. 13.

Sed & reuocatur in dubium quod dicit Tertullianus, suo tempore adhuc extitisse in Serapæo editionem Septuaginta: vt appareat planè mentitum esse; nisi Serapæum quod dicit, aliud fuerit à templo Serapidis, quod, antequam ea ille sub Seuero scriberet, sub Commodò constat incendio conflagrasse. Nam si fuisset in templo Serapidis, æquè cum templo combusta fuisset. Rursus etiam eiusdem Tertulliani testificatio in dubium reuocari posse videtur, & existimari in enormi illa conflagratione nobilissimæ illius bibliothecæ, eam cum ceteris libris ibi positis fuisse combustam famosissimo illo incendio, quod contigit anno ab Vrbe condita septingentesimo septimo, quo Cæsar post Pharsalicam pugnam Alexandriam expugnauit, quod Dio testatur: cum & bibliotheca incensa est, & ad septingenta librorum millia sunt pariter concremata. quod Gellius tradit his verbis: Ingens postea numerus librorum in Ægypto à Ptolemæis Regibus vel conquisitus, vel confectus est, ad millia ferme volumina septingenta. Sed ea omnia bello priore Alexandrino, dum diripitur ea ciuitas, non sponte, neque opera consulta, sed à militibus fortè auxiliariis incensa sunt.] hæc ipse. Sed haud putandum, præteruisse Tertullianum historiam illam de conflagratione bibliothecæ omnium vulgarissimam: quamòbrem incendium illud eam non pertigisse, eiusdem Tertulliani auctoritate confirmari videtur.

XXXIV. DEI PROVIDENTIA IN TRANSLATIONE DIVINAE SCRIPTURARUM.

f Euse. de præparat. Euang. lib. 8. cap. 1. g Au. de doct. Christ. lib. 2. cap. 15.

Admirantur planè omnes diuinum consilium, quo factum est, vt iidem ipsi Iudæi diuinam Scripturam quàm diligentissimè translata Gentibus communicarent: ne videlicet illorum fraudi locus pateret, cum Christum non reciperent, quem eadem sacra volumina prænuntiarent. Dimanauit illa primùm ad Gentes, quas Euangelica prædicatio institutura erat ad fidem: iactumque tunc est quodammodo fundamentum, super quod immensa molis ædificium extruendum foret. Quod si post Christi aduentum id faciendum fuisset, tum quod tradit Eusebius accidisset; nempe quod vel Iudæi ex inuidia Scripturam occultassent, aut corruptam dedissent; aut qui eam versuri essent, ab eis in suspicionem vocati fuissent. De his itaque agens S. Augustinus hæc ait: Si quid aliter in Hebræis exemplaribus inuenitur, quàm isti posuerint, cedendum esse arbitror diuinæ dispensationi, quæ per eos facta est, vt libri, quos gens Iudaica ceteris populis vel religione vel inuidia prodere volebat, credituris per Dominum Gentibus, ministra Ptolemæi Regis potestate, tanto antè proderentur: atque fieri potest, vt sic illi interpretati sint, quemadmodum congruere Gentibus ille qui eas regebat, & qui os vnum omnibus fecerat, Spiritus sanctus iudicauit.] hæc Augustinus. Sed & in eo diuina est prouidentia admiranda, quod eam ab immani illo incendio, quo ceteri libri omnes conflagrarunt, illaesa seruasse voluerit; cum non deessent innumera exemplaria, inter Iudæos apud Gentiles sparsa.

XXXV. IUDÆIS IN VSV TRANSLATIONIBUS SEPTUAGINTARUM.

Ceterum quod pertinet ad Iudæos, tantæ ea translatio apud omnes fuit auctoritatis, vt quamplurimis descriptis exemplaribus, eisdem vterentur in synagogis, in lectionibus illis, quæ ex more per omne sabbatum legebantur. Extat ea de re insignis testimonium

A testimonium apud Lucam, vbi habet, Dominum ingressum in synagogam, cum illud legeret b Isaia: Spiritus Domini super me, &c.] planè constat secundum Septuaginta legisse; quod positus à Hieronymo vterque textus significat. Confirmatur hoc ipsum de lectione Septuaginta in synagoga ex eo quod Tertullianus tradit his verbis: Sed & Iudæi palàm lectitant, vctigalis libertas vulgò editur sabbatis omnibus] nimirum quod suos conuentus collata pecunia redimere solerent, cum pro qualibet synagoga Romano Imperio tributum penderent. Fuisse quidem eius editionis Iudæos studiosissimos pariter & cupidissimos, oblato libello supplice Iustiniano Imperatori, apertè significarunt, quo petierunt eandem (sicut antea factum erat) in suis ipsorum synagogis legi debere. Philonem insuper & Iosephum vsos editione Septuaginta, iam superius tomò primo Annalium demonstrauimus. Christianos itidem ab ipso exordio nascentis

*Lucæ 4. b Isaia 26.

*Tertull. in Apolog. c. 18. in fine.

*Authent. 146. coll. 10. incip. Acquisi sanè.

B Christi Ecclesiæ eandem editionem publicè legisse, in confesso est apud omnes. At quod opus non sit in hoc probando diutius immorari, satis modò Cyrilli Ierosolymorum Episcopi recitare sententiam, cum de eadem diuinæ Scripturæ translatione agens, hæc ait: Has tantum studiosè meditare Scripturas, quas in Ecclesiis confidenter legimus. Multò prudentiores te & religiosiores fuerunt Apostoli & primi Episcopi, veritatis duces, qui nobis eas tradiderunt. Tu itaque, cum sis filius Ecclesiæ, non transgrediaris illius terminos.] hæc ipse.

*Cyrillus Catech. 4.

Meritò igitur eadem in Ecclesia Communis est habita, quamdiu sincera permansit. Licet enim (vt diximus, Aristæ auctore) dira execratio ab illo sacro Iudæorum Senatu fuisset illis inflata, qui eam translationem aliqua ex parte vel leuiter corrumperent; vel deprauarent; tamen haud continentés fuerunt, quin in eam impiè manus inferrent, idque post Christi aduentum, vt sæpè queritur Iustinus martyr, & alij itidem iure exposulant. Tribuit & hoc nostrorum scriptorum vitio S. Hieronymus, cum ait: Nec hoc Septuaginta interpretibus, qui Spiritu sancto pleni, ea quæ vera fuerunt, transtulerant; sed scriptorum culpæ adscribendum, dum de inemendatis inemendata scriptitant; & sæpè tria nomina, subtractis è medio syllabis, in vnum vocabulum cogunt; vel è regione vnum nomen, propter latitudinem suam, in duo vel tria vocabula diuidunt.] hæc ipse, qui & in aliis quoque locis de corrupto eius textu frequenter inculcat. Sed & S. Augustinus vitia, quæ irrepperunt, notariis æquè tribuit, idemque alij.

XXXVI. SEPTUAGINTA INTERPRETATIONE DEPRAVATE ET QUANDO IUSTINUS MARTYR DIAL. CUM TRYPH. Hieron. epistol. 108.

Quamòbrem ea primùm ab Origene, deinde à Luciano martyre, postea ab Hefychio, quartò demum à S. Hieronymo (vt dicemus) fuit mendis expurgata. Quod si cui id facere perfectè licuit, Origeni concessum est; cum adhuc sub Seuero, quo tempore ipse agebat Alexandriæ, prototypum ibi adhuc integrum (si Tertulliano credimus) seruaretur, quod perquam commode consulere in ambignis licuisset. Sic igitur par est credere, Septuaginta editionem ab Origene in integrum accuratissimè restitutam. Sed quod (vt dictum est) cum quid amplius vel minus interdum ab Hebraico textu habere reperta esset, idem voluit adnotasse, additis ex Theodotione locis notatis obelis & asteriscis: inde (vt tradit S. Hieronymus) nouè corruptionis manauit occasio, cum à notariis velocitate scribendi prætermitteretur aliquid illorum signorum, fieretque interdum, vt, quod Theodotionis esset, Septuaginta perperam putaretur. Verùm id rarò accidisse, nec in omnibus codicibus contigisse, sed & semper emendare licuisse ex veteribus exemplaribus, idque Lucianum, Hefychium, ac denique Hieronymum præstitisse, quis poterit dubitare? Nam etsi prototypum defecisset exemplar; tamen ex iis quæ suppetere ex emendatione ab Origene facta, quæ integra seruabatur in Hexaplis & Octoplis in bibliotheca Cæsariensi, optimè id facere licuisset; vel ex aliis quæ nobilissimæ totius Orbis Ecclesiæ ex iisdem excrispissent, æquè dignè præstare concessum fuisse, par est existimare.

*Aug. de Ciuitate Dei, lib. 15. c. 13.

XXXVII. EDITIO LXX. A QUIBVS EMENDATA

Quando autem ipsa originalis editio Septuaginta interpretum amissa fuerit, haud possumus quid certius affirmare. Si enim Seueri temporibus (vt tradit Tertullianus) adhuc integra fuerat conseruata, nec sub Cæsare vel sub Commodò incendiis illis periit: haud creditur euasisse conflagrationem illam inaximam, cum Diocletiani edicto, in toto Christiano orbe, qui eius Imperio subiaceret, iussi sunt Christianæ religionis codices igni tradi. At nec putandum tum omnia etiam exemplaria periisse, ac funditus libros omnes igni consumptos esse. nam si complura Ecclesiasticorum scriptorum, qui ante illa tempora scripserant, monumenta integra post naufragium seruata noscuntur, quanto certius id oportuit contigisse de voluminibus diuinæ Scripturæ, quorum exemplaria

XXXVIII. SEPTUAGINTA INTERPRETATIONUM QUAM PERIIT.

discreparit, interroga quemlibet Hebræorum; & liquidò videbis me ab æmulis frustra lacerari, qui malunt contendere videri præclara, quam discere.] Ceterum quod ad eam rem spectat, id negotij exhibitum est ei à Latinis, non autem Græcis: & non modò aduersantes æmuli, sed & sanctus Augustinus nouitatem hanc suspectam habens, eidem aliquando restitit. Græci autem, qui in alios Græcos interpretes se curiosè diffuderant, simulatque acceperunt à sancto Hieronymo ex Hebraico fonte elaboratam esse nouam editionem, mox eam ex Latino in Græcum sermonem vertendam curarunt. quod ipse testatur, dum iure de Latinis exostulans ^a ait: O labores hominum semper incerti! ò mortaliùm studia, contrarios interdum fines habentia! vnde me putabam de Latinis meis benè mereri, & nostrorum ad discendum animos concitare, quòd etiam Græci versum de Latino post tantos interpretes non fastidiunt, inde in culpam vocor, & nauseanti stomacho cibos ingero.] Primus itaque S. Hieronymus fuisse reperitur, qui ex Hebræo fonte aquas deduxerit in Latinum alueum.

S. HIERONYMI
MISTVDIVM
PROBATVM
GRAECIS.

^a Hieron. ad
uer. Ruffin.
lib. 2.

XLIV.
EDITIO LA
TINA EX
GRAECIS.
^b Aug. de Do
ct. Christ.
lib. 2. c. 11.

^c Ibid. c. 11.
XLV.

HIERONYMI
EDITIO
PVLATIM
INVALE
SCIT.

^a Aug. de Ci
uitate Dei,
lib. 18. c. 43.

^a Ibid. Etymo
log. lib. 6. c. 6.

XLVI.
VETVS ET
NOVA VVL
GATA.
^a Eucher. in
libros Reg.
^b Gregor. in
pres. lib. 20.
val. cap. 5.
^c Greg. Mo
val. lib. 20.
cap. 23.

XLVII.

Accidit autem post Gregorij tempora (quoto verò potissimum anno, quòve auctore, incertum remanet) vt quoniam duæ simul vulgatæ editiones, Vetus & Noua, dissensionum ac contentionum interdum ministrarent occasionem; in diuersa studia Fideles ea in re distraherentur ab inuicem, dum alij Veterem, Nouam alij sequerentur; & quisque pro sua (vt affolet) contentiosè differeret, turbas cieret, alteramque defendens, in alteram minùs dignè inueheretur; essetque ea diuersitas veluti seminarium iurgiorum,

A rum, ac turpem redderet Ecclesiæ faciem, dum in diuinis laudibus, ceterisque sacris officijs, alij aliam psallendo, legendo, concionando, tractando confectarentur: vt hac ex parte penè diuisa schismate Ecclesia videretur. Sed diuino afflante numine prouisum est, optimeque consultum, vt ad Ecclesiasticum communem vsum vna ex duabus, quæ vsui omnibus esset Ecclesijs, conflaretur, quæ Communis omnibus atque Vulgata vno nomine à cunctis diceretur, explosa illa Veteris & Nouæ nomenclatura. Resque euenit ex sententia, vt, eam vnam Occidentali Ecclesia vsu recipiente, omnis mox ea de re cessauerit controuersia, omnesque sicut vna fide compaginati, ita vno spiritu, vnoque ore Christum Dominum vnà cum Patre & Spiritu sancto laudibus assidue celebrarent: licet alicui Ecclesiæ, venerandæ antiquitatis ergò, permissum fuerit veterissima illa Septuaginta in psallendo vti editione, cum alioqui eadem, sed à Hieronymo emendata, reliquæ omnes vtantur Ecclesiæ.

VNA VVL
GATA EX
DVABVS.

B Porò qui huius Veteri & Noua factæ permixtionis minùs attentè considerarunt originem, aut causam sunt perferutati, neque aded exactè ipsum diuinæ Scripturæ contextum examinarunt; has de eadem, quam habemus præ manibus, controuersias excitarunt, dum alij hanc esse illam Veterem Septuaginta, sed emendatam, alij verò Nouam esse Hieronymi tradiderunt. Sed illi, mea sententia, scopum veritatis artigisse noscuntur; qui ex vtraque mixtam esse dixerunt. Quòd verò tum ex Veteri, tum ex Noua Vulgatam hanc nostram constat esse dixerimus, & in ea Septuaginta illa exscripta esse videatur, quam (vt dictum est) idem sanctus Hieronymus emendauit, non autem veterissima illa, quam mendis scatuisset idem affirmat: cumque in eadem Noua illa simul insuper contexta sit, quam idem auctor ex Hebræo sermone conuertit: hac ratione, quòd in vtraque sancta Ecclesia laboribus Hieronymi vsa sit, eam esse Hieronymi iure dici posse videtur, quam eiusdem Ecclesiæ auctoritate post aliquot sæcula ex vtraque eius editione appareat fuisse collectam. Quòd verò aliqua habeat, quæ nec Hebraicæ editioni Latinæ à Hieronymo redditæ, nec Veteri Septuaginta concordare videantur; hæc ex communi illa Septuaginta à Hieronymo emendata prouenisse sciendum est: vt octo illi versus Psalmi decimi tertij: Sepulchrum patens, &c.] vsque ad illud: Non est timor Dei, &c.] qui nec in Hebraico textu (vt ipse Hieronymus ^a tradit) nec in veterissima illa Septuaginta reperiuntur: accepti enim ex Epistola Pauli ad Romanos ^b, communi illi recentiori emendatæ Septuaginta editioni fuerunt additi, ex eaque in nostram Vulgatam illati. Rursum verò nec sic passim mixta, vt; veluti centones, fuerit coagmentata; cum sit reperire in ea libros integros secundum Septuaginta translationem positos, nempe Psalmorum, & aliorum.

XLVIIII.
VETVS ET
NOVA PER
MIXTACOM
MUNIS EDI
TIO.

^a Hieron. in
pres. lib. 16.
in 1^a.
^b Rom. 3.

D Sed quod spectat ad librum Psalmorum, primam ipsorum editionem à Septuaginta confectam sanctus Hieronymus emendasse reperitur. hoc enim ipse testatur ^c in Apologia aduersus Ruffinum, vbi ait: Psalterium quoque, quod certè emendatissimum iuxta Septuaginta interpretes nostro labore dudum Roma suscepit.] licet idem Hieronymus ^d ipsum etiam ex Hebraico verterit, & discrepantiam in vtraque editione manifestarit. Ac non semel, vel bis, sed quater eundem Hieronymum eidem operi certum est insudasse. Primò nimirum, cum, petente Damaso, Septuaginta editionem tradidit (vt dictum est) Romanæ Ecclesiæ emendatam. Secundò, cum eam ex Hebraico puro fonte deduxit, id exposcente Sophronio ^e. Tertiò, cum Paula & Eustochio ^f efflagitantibus, editioni Septuaginta Theodotionem admiscuit, obelis & asteriscis adnotans. Denique & illud præstitit, vt vna epistola seu libello ad Suniam & Fretelam scripto, notaret discrepantiam inter Græcum & Latinum Psalterium, & vtrum magis Hebræo consentiret, admoneret. Ceterum quo vtrum Psalterio posito in Vulgata, constat non esse ex Hebraico textu, neque acceptum ab Hexaplis, sed ex Communi illa, quam diximus, editione Septuaginta, ab alijs sæpiùs emendata: quod quidem cuique rectè intuenti perspicuum erit. Rursum verò Vulgata nostra continet Prophetas minores secundum factam à sancto Hieronymo ex Hebraico versionem, sed & quatuor maiores, paucis tantum exceptis. Librum Iob itidem, prout ab eodem ex Hebraico & Arabico est translatus. Sed non vacat nobis in singulis immorari, & de omnibus exactam reddere rationem: aliud enim tendit oratio. Porò Vulgatam nostram à calumnijs hæreticorum Xyltus ^g vindicat, atque nuper vir doctissimus Bellarminus.

XLIX.
Hieron. ad
uer. Ruffin.
lib. 2.
PSALMO
RVM EDI
TIO VNDE
ET QUOTY
PLEX.

^e Hier. ibid.
ep. epist. 135.
ad Suniam.
^f Hier. pres.
in Psalter.

^g Xylt. Se
men. lib. 8.

Cum igitur ex Veteri & Noua (vt dictum est) collecta vna fuerit Communis editio: L. illud

EDITIO SEPTUAGINTA INTERP. RESTITUTA

L I. DE EDITIO NE NOVI TESTAM.

Hier. Pref. in quatuor King.

L II. Aug. ad Hier. epist. I. EDITIO NOVI TESTAM. S. HIERON. RECEP. TA.

L III. Hier. ep. II. inter epist. Augusti. EMENDAVIT HIERON. ET NON VER- TIT EX GRAECO Hier. pref. in quatuor. Eng. ep. 123.

Bellarmin. de controvers. de verb. Dei, lib. 2. cap. 7. 9. Et Xyst. de ven. lib. 8. Et alij aut eos.

illud accidit, vt, cum totius orbis Occidentalis magna consensione ista reciperetur, duae illae, Vetus & Noua Vulgaræ, quæ frequentiori vtu præ manibus omnium essent, quasi minimè iam necessariæ viderentur, paulatim negligi atque deperire propemodum sine- rentur; atque etiam veterrima illa Septuaginta penitus propemodum exoleuerit, aded vt videretur esse obliuione sepulta. Sed quæ in hunc modum penè videbatur extincta, his propè diebus, opera & industria Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini Antonij Cara- se Cardinalis Bibliothecarij, cui Catholica Ecclesia hoc etiam nomine plurimum de- beat, ex inspirato eadem tam Græco, quàm Latino sermone quali rediuiua comparuit, cum velut postliminò post longum exilium summo honore reuersa, magno in primis eruditorum omnium, ac denique totius exultantis Ecclesiæ eidem fauentis excepta plau- su, atque ingentibus celebrata præconijs, in summæ auctoritatis chrono & dignitatis sede pristina fuerit collocata.

His de editionibus veteris Testamenti summa diligentia atque industria pro viribus elu- cidatis, de editione noui Testamenti (ne quid præteritis in hoc genere videamur) reli- quum est, vt, quantum licet, breuius differamus. Cum in antiquum illud Apostolorum temporibus scriptum exemplar, vitio librariorum, vel aliorum, multa irrepis- se menda Damasus Papa intellexeret: eius emendationem eruditissimo viro, qui sibi inter cetera præclarissima eius temporis ingenia primus occurrit, S Hieronymo delegauit: qui nauiter in opus incumbens, quod ille postulauit, felicissimè præstitit. Testatur enim hæc ipse ad eundem Damasum scribens a his verbis: Nouum (inquit) opus me facere cogis ex veteri, vt post exemplaria Scripturarum toto Orbe dispersa, quasi quidam arbiter se- deam: & quia inter se variant, quæ sint illa quæ cum Græca consentiant veritate, decer- nam. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de ceteris ipsum ab omnibus iudi- candum, senis mutare linguam, & canescentem iam mundum ad initia retrahere paru- lorum.] & paulò post: Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: quòd & tu, qui summus sacerdos es, fieri iubes: & verum non esse quod variat, etiam maledico- rum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda; respon- deant, quibus tot enim sunt exemplaria penè, quot codices. Sin autem veritas est queren- da de pluribus; cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ à vitiosis interpretibus malè sunt reddita, vel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius, vel à librariis dormitantibus aut addita sunt aut mutata, corrigimus?] hæc Hieronymus de causa no- uæ editionis cudendæ, de quæ in ea emendanda animi sui consilio.

Vbi verò opus perfecit, Romanæ Ecclesiæ tradidit, quod longè latequæ per totum Oc- cidentalem orbem fuit quàm citissimè euulgatum. perlegit illud quidem sanctus Augusti- nus b, & diligenter à se cognitum mirificè commendauit: de quo in hæc verba ad eum- dem sanctum Hieronymum auctorem operis: Non, inquit, paruas gratias agimus Deo de opere tuo, quòd Euangelium ex Græco interpretatus es: quia penè in omnibus nulla est offensio, cum Scripturam Græcam contulerimus. Vnde si quispiam veten falsitati con- tentiosus fuerit, probatis collatisquæ codicibus, vel docetur facillimè, vel refellitur.] hæc de editione Hieronymi Augustinus.

Verùm quod eius operis fuit, se potius ex Græco emendasse, quàm ipsam integram in Latinum ex Græco vertisse, idem Hieronymus scribens ad Augustinum testatur illis ver- bis: Si me in emendatione noui Testamenti sulcipis, &c.] Ex alijs quoque eiusdem Hieronymi testimonijs certum exploratumquæ habetur, ipsum nequaquam nouum Te- stamentum in Latinum ex Græco vertisse, sed potius Latinum ex Græco emendasse; E aded vt non fuerit nouæ translationis auctor, sed veteris diligens emendator. Nam hoc est quod ait, se inter multa exemplaria Scripturarum seditis arbitrum. sed & inferius eadem præfatione ad Damasum scripta planius demonstrat, sic dicens d: Igitur hæc præ- sens præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Euangelistas, quorum ordo est iste, Mat- thæus, Marcus, Lucas, Ioannes, codicum Græcorum emendata collatione, sed & ve- terum: quæ ne multum à lectionis Latine consuetudine discreparent, ita calamo tempe- rauimus, vt iis tantum, quæ sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pate- remur, vt fuerant.] hucusquæ ipse. Sunt multi qui contendunt eandem noui Testa- menti editionem non esse Hieronymi; sed plures qui defendant, quorum & longè po- tiora sunt iura. At licet non sic nostri instituti vel otij hic cuncta disquirere, & qui hæc diffusius tractata cupiunt, habeant quos consulant e, tamen non omitemus illud vnum,

vnium, quod partem illam pertingit Annalium, quæ ad antiquiores Ecclesiæ mores perti- ner, differemusquæ aduersus illos, qui ex eo dixerunt, Vulgatam noui Testamenti edi- tionem non esse sancti Hieronymi, quòd rudia & impolita quædam inueniantur in ea, quæ à Hieronymi stylo penitus discrepent.

Atqui hac ipsa ratione eius esse probatur: nam quòd non nouam ipse cuderet, sed ve- terem emendaret editionem, illa ipsa verba rudia, simplicemquæ dicendi stylum, ne in- minimo quidem mutare voluit, vbi verba atque sententiæ à Græco (vt ait) non dif- sentirent; ob eamquæ causam nec vitia quædam impolitæ orationis abradere, aut ver- borum ornatum inducere curauit. Quod quidem satis fit eiusdem Hieronymi exem- plo ac testificatione euentius in alijs demonstrare. Ipse enim in Ezechielem a Prophe- tam scribens, hæc habet: Illud sæpius monuisse sufficiat, nosse me cubitum & cubita

neutrali appellari genere: sed pro simplicitate & facilitate intelligentiæ, vulgiquæ con- suetudine, ponere & genere masculino. Non enim curæ nobis est vitare sermonum vi- tia, sed Scripturæ sanctæ obscuritatem quibuscumque verbis differere.] & inferius b: Quòd cubitos genere masculino, & non neutrali cubita dicimus iuxta regulam gramma- ticorum (vt in superioribus docuimus) non ignorantia id facere, sed consuetudine, propter simplices quosque & indoctos, quorum in congregatione Ecclesiæ maior est numerus.] Sic igitur videas Hieronymi in emendanda primùm antiquitus tradita di- uina Scriptura consilium: vt non modò in ea barbarissimos, quos inuenisset, non corri- geret, sed imitaretur de industria: sicquæ secundum quod inuenisset translata à Lati- no interprete editionem Septuaginta, non tantum, si error non esset in sententiâ, non emendauit, sed & in ea quam ipse ex Hebraico fonte suis ipsius verbis in Latinum tra- duxit, cum liberum esset in proprietate sermonis & candore orationis curam impende- re, contempsit omnino, venerandæ tantum tribuens antiquitati, vt vocum & sententia- rum elegantiam posthabuerit.

Addimus ad hæc & aliud de eadem re eiusdem auctoris exemplum e. Cum enim in Latina Septuaginta versione limen portæ, thee, positum inuenisset, sicut legeret in Græ- co Θεῆς, quòdquæ in Hebræo עַי, scriptum est, noluit vocem Græcè positam in Latino textu mutare, & Latine dicere, limen portæ; sed vt positum erat, thee, reliquit, sic legens: Et thee tertium æqualem calamo in latitudinem trium.] sed quid tractando subdit? Dili- gentem (inquit) & studiosum lectorem admonendum puto, si tamen scientia Scriptura- rum & non vanis oratorum declamationibus ducitur, vt sciat omnia propè verba Hebraï- ca & nomina, quæ in Græca & Latina translatione sunt posita, nimia vetustate corrupta, scriptorumquæ vitio deprauata, & dum de inemendatis scribuntur inemendatiora, de verbis Hebraicis facta esse Sarmatica, immò nullius gentis, cum & Hebræa esse desie- rint, & aliena esse non cœperint.] quæ quidem idem auctor (magna profectò continen- tia) quòd earum vocum sensum sciret in Ecclesia notum, noluit emendare.

Hæc itaque ex sancto Hieronymo sunt allata ad declarandum eius in emendando vel interpretando Scripturam mentis propositum & institutum: vt redarguantur qui ex sim- plici humiliquæ stylo Vulgaræ editionis noui Testamenti, eam non esse ipsius sancti Hieronymi, auti sunt temere affirmare. At quis sapiens in animum sibi inducere queat, au- ctoritate tanti Pontificis à tanto viro emendatam, recognitam, probatam, traditamquæ Romanæ Ecclesiæ editionem, totoquæ statim Occidentali orbe diffusam, à posteriori- bus esse neglectam atque reiectam? Faceat igitur de barbaris vocibus rudiquæ stylo fri- uola obiecta comparatio.

Erubescantquæ Nouatores omnes, qui nulla antiquitatis reuerentia ducti, neque re- ligatione absteriti, perinde ac si in scriptis Gentilium versarentur, atque illotis (quod aiunt) manibus profana contingerent; mox vt sibi vili sunt esse Græculi & semi ludæi linguarum peritia, quodam furoris impetu potius quàm afflatu diuini Spiritus in ipsam sacrosanctam diuinamquæ Scripturam irrumpunt, eamquæ mox ingenij sui vires exper- turti aggrediuntur; & quantum in profanis profecerint, in sacris periculum facere non verentur, nouas in dies diuinæ Scripturæ editiones eudentes: alteraquæ manu refracta- rio calamo impietatis, altera armati gladio maledicentiæ, procedunt tumidi atque infla- ti superbia proteruoquæ animo, ingenio duro & aspero, rictuquæ ferali progrediuntur in medium, agminibus Dei viuientis procaciter insultantes. At quo modo, quæso, sibi isti vendicant rectam sermonum interpretationem, quam, cum inter charismata Spiritus ab

L IV. DEFENDI- TVR ESSE HIERONY- MI.

Hieron. in Ezech. c. 40.

Idem in Ezech. cap. 47.

S. HIERONY- MI CONSTI- TIVM IN EMENDAN- DA DIVINA SCRIPTURA

L V. Hieron. in Ezech. c. 40.

L VI.

L VII. INVECTIVA AVCTORIS IN NOVOS INTERPRE- TES.

1. Cor. 12. Apostolo numeretur, constat non nisi in Ecclesia esse posse? Qui sibi ipsis visi sapientes, A quam stultissimi facti sunt, dum ab Ecclesia refuga, inter pneumaticos in castris hostium proficentes, aduersus Spiritum sanctum bellum gerunt.

LVI II. DIGNA IN ROS DEM EXAGGERATIO. Sed parcant iam viris Catholicis sanctis & eruditis, eosque imperitia suggillare desistant: sed potius (quod ed impietatis eorum temeritas progressa est) in ipsum Spiritum sanctum arma conuertant, quod iam mille quingentos & amplius annos neminem afflauerit, imbuerit neminem recte interpretandi charismate, sed fuerit res nostras obduci carie, situque ineptae locutionis barbarique sermonis aspergi; adeo vt hac ex parte etiam eadem diuinæ Scripturæ patuerint denitioni Gentilium, qui eas solœcilis ac barbari- b Arnob. adu. Gens. lib. 1. smis obfitas sibilis insectarentur, scommatibus atque dictis deriderent. Siccine tanti ponderis ex eorum sententia à Deo res neglecta, & quæ basis quædam & fundamentum est Christianæ religionis, diuina Scriptura, rudis & inexculca, atque sermonis vitis la- B cera, adeo informis humi iacere permitta? At si tanta hæc neglexit Deus; quænam, quæ- so, curauit? Si, inquam, in maximi omnium re momenti diuina providentia dormita- uit; in quænam vigilantem fuisse dixerimus? Hæc planè tam horrenda ex necessaria as- sumptione eorum sententiæ dicenda forent, hisque deteriora iungenda, quæ vel cogita- re animus exhorrescit, nedum effari.

LIX. At non dormit, neque dormiet qui custodit Israel. Sic namque placuit ei, qui sta- tuit per stultitiam prædicationis saluos facere credentes: qui & suos sic prædicare Euan- gelium misit, vt illud non annuntiarent in sapientia verbi: vt & in his, quod stultum est Dei, etiam Crucis gloria effulgeret; atque certo certius conspiceretur, hoc esse homini- bus sapientius. Quod enim diuinum inuentum, & non humanum figmentum est, diuina Scriptura, non humana arte, sed diuino consilio, nec adeo omnibus perspicuo, tractanda C fuit: non enim vt viæ hominum sunt viæ Dei. Quis namque consiliarius eius fuit, vt dicat ei, Cur ita facis? Ille ipse est, qui in tabernaculo, ac demum in templo suo cuncta egregie auro confici, vel auro ornari præcepit, vsque adeo vt forcipes f iplas emunctonias ex auro purissimo confici voluerit; & tamen quæ potissima ac nobilissima omnium in eo pars erat, ipsum inquam sacrosanctum altare, mandauit: ex terra vel rudibus ac im- positis lapidibus construi. Cuius rei sacramentum Paulus optime nouit, qui non in sublimi- tate sermonis, nec (quod ait h) in sapientia verbi, Euangelium tradidit & prædicauit: pe- riculum immensum cauens, ne secus faciens, gloriam Christi Crucis euacuaret. Sicque factum est, vt eodem Spiritu, quo dictatæ, eodem planè interpretati sint sancti diuinas Scripturas. Eo enim imbuti sanctissimi Patres, Apostolica affectantes vestigia, hoc ipsum præstare conati sunt, vt in omnibus præferrent columbæ simplicitatem; non ignoran- D tes quod virtus Dei non sit in sermone. At licet sic rudis apparens ipsa diuina Scriptura derideretur ab Ethnicis; ob vim tamen verbi insitam, omnem illorum disiecit, siue scientiis, siue armis comparatam omni ex parte potentiam ac fortitudinem.

LX. Sacramentum hoc magnum sanctissimi viri magistri Ecclesiarum intelligentes, nihil præterea curarunt in ea corrigere & emendare quod spectaret ad cultum orationis, vbi consultum veritati, cui tantum essent prospecturi, cognoscerent: cum alioqui non de- fuerint in Ecclesia Dei eloquentiæ facultatibus præditi viri, qui id præstare felicissimè po- tuissent: qui tamen isthæc vt leuia contempserunt; immo vt rem magni ponderis, eam simplicitatem, qua traditæ illæ erant, retinere maluerunt. Hinc dicendi facundia maxi- me pollens S. Ambrosius, maluit (quod & aliàs dictum est) vt interpretè Græco verterat, præsepium, quàm præsepe dicere. Hinc & S. Augustinus h illud ait: Quod iam auferre non possumus de ore cantantium populorum, Super ipsum autem floriet sanctificatio mea: nihil profecto sententiæ detrahit: auditor tamen peritor mallet hoc corrigi, vt non floriet, sed floreat, diceretur. Nec quidquam impedit correctionem, nisi consuetudo cantantium. Ista ergo etiam facile contemni possunt, si quis ea cauere noluerit, quæ sa- no intellectui nihil detrahunt.] subdit & alia id genus exempla.

LXI. Eadem quoque magnus ille Spiridion l, cum Triphillius Ledrensis Episcopus, rhe- toricis litteris egregie excultus, coram Episcoporum conuentu sermonem habens, cum illud Euangelij occurrisset, Tolle grabatum tuum, & ambula] pro grabato lectum dixisset, elegantiori nimirum sibi visus vti voce debere; eum libere reprehendens, Tu ne, inquit, præstantior es eo qui grabatum dixit? qui igitur pudor iste est, verbis illius cum decore non velle vt? Atque nis dictis, in conspectu omnium Episcopali sede exurgens, factum

1. Arnob. adu. Gens. lib. 1. 2. Psal. 120. 3. 1. Cor. 1. EX DIVINO CONSILIO SIMPLEX EDITIO. 4. Isaiæ 55. 5. Exod. 26. 6. 27. 7. Exod. 20. 8. Dent. 27. 9. Iosue 8. 10. Esdr. 5. 11. 1. Cor. 1. 12. Aug. de Do- ct. Chri- lib. 2. cap. 13. 13. Magni Spi- ridionis Exemplum.

A factum & supercilium eorum, qui oratione affectata sese efferrent, comprimere con- aus est. Addam his & venerabilis sanctique viri ac planè eruditissimi Bedæ a testimonium & exemplum, qui cum in Actis Apollolorum pleraque ex Græco, aliter quàm Vulgata haberet, transulisset, hanc præmississe contestationem voluit: Lectorem, inquit, ad- moneo, vt hæc vbicumque fecerimus, gratia eruditionis legat, non in suo tamen volu- mine velut emendata interserat, nisi fortè ea in Latino codice suæ editionis antiquitus sic interpretata repererit. Nam & sanctus Hieronymus pleraque testimonia Veteris in- strumenti, vt Hebraica veritas habet, edocet: nec tamen hæc ita in nostris codicibus aut ipse interpretari, aut nos emendare voluit.] hucusque Beda. Ecce tibi quales viri, tum doctrina, tum pietate, atque etiam sanctitudine morum præstantes, qui in Ecclesia Dei effulserunt miraculorum virtute clarissimi, quantum Ecclesiasticæ detulerint anti- quitati; quamque parui, aut nihili potius fecerint verborum ornatum, fuerintque te- B nacissimi eorum quæ à maioribus accepissent, ac denique à qualibet nouitate profus abstinatissimi.

Hinc consultò factum est, vt in Vulgata, qua Ecclesia vitur, ex decreto sacrosancti Tridentini Concilij emendanda, qui operi præfuit, ob eximiam doctrinam electus à San- ctissimo Domino nostro SIXTO QVINTO Catholicæ Ecclesiæ Antistite, Illustrissi- mus ac Reuerendissimus Antonius Carafa Cardinalis Bibliothecarius, vnà cum selectissi- mis viris eandem inierit rationem, vt explorata veteri lectione ex acceptis toto Christia- no orbe vetustissimis exemplaribus, in omnibus esset Ecclesiasticæ antiquitati consultum; omnia cognoscente, diligente, atque summa industria disquirente, ac denique potiora probante eodem ipso summo Pontifice, cuius ingens studium atque solertia in eodem opere diutissime & accuratissime vigilauit.

Id enim more maiorum præstitit in præsens Ecclesia Dei, procul abhorrens ab inoli- LXII. DE EMUN- DATIONE VVLGATÆ. to vsu hæreticorum: qui nulli acquiescentes, omnibus detrahentes, quæque carpen- tes, innouantes, susdeque miscentes, & pro cuiusque arbitratu immutantes, sæpè diuinam Scripturam vertunt, inuertunt, ac planè peruertunt atque corrumpunt. Id quidem peculiare hæreticis esse, quæ ab antiquis Theologis b dicta, & à nobis sunt superius re- citata, certissimam fidem faciunt. At de Scripturæ diuinæ editionibus satis, quas occa- sione Hexaplorum Origenis præterisse minimè oportuit. Quoniam verò Nouatores ple- rique aduersus Vulgatam editionem, velut furore quodam perciti, hostiliter debachan- tur: complures extiterunt nobiles Ecclesiastici tractatores, qui (vt par est) pro defensi- one veritatis stantes, eorundem calumnias vt leuissimas refellerent. eos consulant, qui hæc fusius pertractata cupiunt: hæc nobis satis ad institutum. Iam reliqua, quæ ad An- nales pertinent, prosequamur.

Redeamus, inquam, ad Origenem, quem & Octopla, occasione inuentarum diuinæ LXIII. BIENNIO CONFECTVM OPVS OCTOPL. Scripturæ editionum, confecisse oportuit. Sextam enim cum nactus est editionem; im- mensæ molis opus (vt dictum est) parans, illud perficere minimè potuit, nisi cum Ty- rium secessum petiit; quod non ante biennium profectum esse, certum est: nam post redi- tum ex Græcia, eum Alexandriam remeasse, illicque mansisse vsque ad annum decimum Imperij Alexandri, testatur Eusebius c. Verùm quoniam Origenis itinera ab Eusebio di- uersis in locis paulò confusius descripta sunt: cum ex eis rerum gestarum magna elucidatio compareretur, hic summatim ea relegere, operæpretium me facturum existimo.

Constat igitur (vt inde sumamus exordium) Zephyrini Papæ temporibus Origenem d LXIV. ORIGENIS PEREGRINA- TIO. Romam se contulisse; indeque Alexandriam reuertum, post hæc in Arabiam amanda- tum; inde Alexandriam e denuò remeasse. Postea verò idem profectus est in Palæstinam, atque Casareæ docere cœpit, nondum tamen presbyter. Hic cœptæ diffusiones inter Demetrium Episcopum Alexandrinum, & Alexandrum Episcopum Ierosolymorum, quod pateretur laicum hominem docere Episcopos. Post hæc factus iam presbyter f in Græciam profectionem instituit: postea verò rediit (vt nuper dictum est) Alexandriam g, vbi mansit biennio vsque ad annum decimum Alexandri Imperatoris, ac subinde iterum h reuersus est in Palæstinam.] hæc de Origenis ex Eusebio deprompta sunt. Sed rerum ge- starum præsentis anni hic iam finis esto.

IESV CHRISTI

VRBANI PAP. ALEXANDRI IMP.

ANNVS

ANNVS

ANNVS

A

232.

6.

9.

I.
QVA OCCA-
SIONE ORI-
GENES ALE-
XANDRIA
RECEDIT.

Christi anno ducentesimo trigésimo secundo, Agricola & Clementinus Consula-
tum adierunt: quo tempore agente Origene Alexandria, vehementer Ecclesia illa
turbata est, aduersante eidem (vt existimo) Demetrio Episcopo Alexandrino. Quænam
autem diffensionis occasio intercesserit, dicemus inferius. Scribebat tunc temporis Ori-
genes commentarios in Ioannem, iamque absoluerat quintum tomum, cum, urgente
acrius tempestate, inde egredi coactus est: quod sequenti anno contigisse dicemus. Por-
ro harum turbarum idem meminit in sexti tomi præfatione, sic dicens: Iam ad quintum
vsque tomum (quamuis aduersari nobis videretur Alexandria præcella) quæ concessa
fuere, locuti sumus, Iesu increpante ventos & vndas maris: ex hoc casu progressi, extracti
sumus ex Ægypto, Deo nos liberante, qui eduxit populum suum ex ea. Deinde inimico
aduersus nos acerbissime pugnante per suas nouas litteras re vera Euangelio inimicas, om-
nesque Ægypti ventos aduersus nos concitante, stare me magis adhortabatur ratio ad
certamen, & feruare præstantissimam mei partem, quam importunè coniungere restan-
tem scripturam, antequam rationis discursus tranquillitatem reciperet; ne forte cogita-
tiones prauæ inualescerent in animam etiam meam procellam inducere. Quin absentes
quoque, qui mihi de more adsunt, veloces scriptores me prohibebant, quæ excogitarem,
mandare litteris. Nunc verò quoniam aduersus nos ignita sagitta multæ vanæ factæ fue-
runt, Deo illas extinguente; & assueta anima nostra iis quæ cælestis sermonis causa con-
tingunt, ferre cogitur facilius factas insidias: veluti aliquantulum serenitatis nacti, non
amplius differentes, dictare volumus quæ restant, &c.] hæc Origenes, sed postquam
Alexandria secessisset. nam subdit: Ceterum scias, ex multa nos promptitudine initium
sexti tomi denuò facere, eò quòd, quæ antea interpretati fuëramus Alexandria, nescio
quo pacto allata nobiscum non fuerunt.]

II.
*Euseb. lib. 6.
cap. 18.
SCRIPTA
HOC TEM-
PORE AB
ORIGENE.

Citat hunc locum Origenes Eusebius *, dum elucubratos ab eo Alexandria & tem-
pore Alexandri Imperatoris commentarios recensens, hæc ait: Præterea quæ modò re-
sensuimus, ista quoque ad commemorandum necessaria putamus; quo modo in sexto
libro explanationum, quas in Euangelium Ioannis conscripserit, declarat, se, cum ad-
huc Alexandria versaretur, quinque priores contextuisse. Operis verò, quod in vniuer-
sum Euangelium lucubrauit, vigintiduo tomi solum ad nos peruenerunt. In nono libro
commentariorum quos confecit in Genesim (sunt enim omnes duodecim numero) **D**
non modò octo priores eiusdem operis Alexandria composuisse, sed etiam in viginti-
quinque Psalmos, qui primi sunt, commentarios edidisse commonstrat. Quin etiam in
Lamentationem Ieremiæ alios, quorum quinque tomi ad nos peruenerunt, elaborauit:
in quibus obiter librorum (duo qui desunt) quos de resurrectione exarauit, facit men-
tionem. Porro libros de Principiis, priusquam Alexandriam demigraret, scripsit. Libros
quoque qui inscribuntur Stromata, qui sunt decem numero, in eadem ciuitate, Alexan-
dro Imperium gubernante, litteris prodidit, sicut præcipui tituli tomorum initis integrè
præfixi declarant.] hucusque Eusebius.

III.
PERIARCHON ORI-
GENIS.
* Porphyrius in
Vita Plotini.

Porro inter hos omnes quos enumerat commentarios Origenis, ille præ ceteris den-
sioribus maioribusque est refertus erroribus, quem de Principiis scripsit. Existimo equi-
dem eum æmulatum fuisse Longinum philosophum sibi notissimum, qui his temporibus
eodem fermè argumento (vt testatur Porphyrius ^b) edidit commentarium; de quo
Plotinus ait: Cum liber Longini ex Philarchæis de Principiis lectus esset; Litterarum
quidem, ait, studiosus est Longinus, philosophus nequaquam.] sed & de Origene (quod
ad eundem librum spectat) iure illud dicendum: Origenes philosophus videri voluit
potius, quam Christianus. Vix credi potest quantum acceptam à maioribus Christiana-
nam fidem commentario illo prodiderit. hæc planè dixerim, quòd se vitaturum om-
nes hæreses iam aliàs fuerat contestatus, his verbis: Ego verò opto esse Ecclesiasticus,
& non ab hæresiarcha aliquo, sed Christi vocabulo nuncupari, & habere nomen quod
benedicitur super terram; & cupio tam opere quam secta esse & dici Christianus.]
hæc autem ad iustam Demetrii in eum indignationem de vulgato ab Origene Periarchon
sint addita.

* Orig. in Lu-
cam hom. 16.

Quòd

CHRISTI

VRBANI PAP.

ALEXANDRI IMP.

232.

6.

9.

A Quòd si hæc de turbis Alexandrinis in Origenem minimè quis existimet tribuenda esse
Demetrio, quòd non sit aded verisimile, Origenem Alexandriam rediisse, nisi prius ipso
conciliato Demetrio: tunc addere possumus (nisi alio potius tempore accidissent) quæ
ab idolorum cultoribus Alexandria cum passum esse S. Epiphanius tradit, dum ait ^a:
Cum Athenas venisset, in aliquod tempus discendarum litterarum causa, & in patriam
rediisset, traditur multa passus pro sancto fidei verbo, & Christi nomine. Sæpè per urbem
tractus est, probris affectus, cruciatibus immanibus applicatus. Aliquando tractum ipsum
Græci ad Serapidis idoli sui gradus statuerunt, imperantes vt ascendentibus ad adoratio-
nem & rem diuinam idolo faciendam, palmarum germina porrigeret (hoc modo enim
se habent idolorum sacerdotes.) Ille germinibus sumptis, ingenti voce & præfidenti ani-
mo, neque metuens, neque hærens, clamabat: Adeste, accipite, non idoli germen, sed
Christi. Ac multa quidem alia viri præclara facta per traditionem veteres referunt.] huc-
usque Epiphanius: qui cum dicat hæc ei accidisse cum Athenis est reuersus in patriam,
ad hæc tempora referri posse, quæ superius dicta sunt, facile declarant: sed tamen (vt vi-
dimus ex Eusebio ^b) non cum adolescens esset Origenes in Græciam profectus est, sed
maturæ ætatis, iam presbyter factus, quando non opus haberet Athenas discendi causa
adire, qui multis iam annis publicè professus, non laicos tantum, sed & docebat (vt di-
ctum est) Episcopos. Negotij enim obeundi causa ipsum profectum fuisse in Græciam,
restatur Eusebius ^c; & quòdnam illud fuerit, satis superius est explicatum. Cum ergo è
Græcia Origenem ætate iuniorem Alexandriam reuersum, ea quæ dicta sunt, Epipha-
nius, passum tradat; ad alia sunt potius tempora referenda.

Sed licet hoc tempore ea accidisse Alexandria Origeni dici possent; tamen turbas il-
las, quarum ipse meminit, non ab Ethnicis, sed à Christianis potius excitas fuisse, il-
lis verbis significare videtur: Inimico aduersum nos acerbissime pugnante per suas nouas
litteras, re vera Euangelio inimicas.] quibus sanè Demetrium Episcopum velut digito
monstrat, qui (vt Eusebius auctor est) facinus Origenis, qui se caltrarat, per litteras cir-
culares, totius Orbis Episcopis (vt dictum est) voluit innotescere. Sicque quod ait Ori-
genes, litteras illas scriptas ab aduersario, fuisse euangelio inimicas; plane videtur allu-
dere ad illud Domini apud Mathæum ^d: Sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt pro-
pter regnum cælorum: qui potest capere, capiat.] qua quidem auctoritate Origenes à se
factum defenderet. Verum longè ante hæc tempora ea fuisse de Origene à Demetrio
scripta, Eusebius ^e demonstrare videtur.

Quapropter ne hæc aded perplexa & inexplorata remaneant; de controuersis, quæ
inter Origenem & Demetrium intercesserunt, breuis hic est instituenda narratio. Duæ
igitur fuerunt illæ primæ, ac eodem penè oborta tempore: quarum altera, de ordinatio-
ne perperam facta Demetrius tum ipsi tum eius ordinatoribus negotium faceffiuit; alte-
ra, cum de spontanea abscissione ab ipso præsumpta Demetrius omnes reddidit Eccle-
siæ Episcopos certiores. sed præcessit has omnes illa, cum Origenem nondum sacris ini-
tatum, docentem in Ecclesia clericos, simulque Episcopos, idem Demetrius indigno
animo tulit, easque de causa altercatus est cum Alexandro Ierosolymorum Episcopo. At
de his omnibus superius actum est: quæ quoniam hæc tempora præcesserunt, nulla ex
his videtur fuisse illa, cuius causa idem Origenes his propè temporibus pressuram passus,
scriptis contra se litteris, Alexandria se proripuit.

Quæ ergo alia nouarum simularum occasio intercessit, qua Demetrius permotus,
acerbiori eum pressura exagitauit; illam esse puto, quæ à sancto Hieronymo ^f in Apolo-
gia aduersus Rufinum habetur expressa, cum ait, Origenem ab eodem Demetrio Alex-
andrino Episcopo fuisse excommunicatione damnatum, prolatamque in eum senten-
tiam à ceteris quoque Ecclesiis ratam habitam. Cuius quidem ferendæ sententiæ causam
illam præcessisse tradit, quòd vulgata ab eo scripta, vel (vt ipse excusabat) eius nomine
edita, multis hæresibus abundarent: non enim Periarchon tantum plurimis scatebat er-
roribus, sed & blasphemis refertissimus dialogus ille erat, quo cum Candido Valenti-
niano hæretico de dogmatibus suis disputauit. Cuius rei gratia mox Origenes pro sui
defensione litteras ad vniuersam Ecclesiam scripsit amaritudine plenas, quarum idem san-
ctus Hieronymus his verbis meminit: Cumque illa epistola tota Demetrium Alexandria
urbis Pontificem laceret, & in totius Orbis Episcopos & clericos inuehatur, & frustra
ab Ecclesiis excommunicatum se esse dicat, nec velle in maledictis referte vicem, &c.]
paulò

IV.
ORIGENES
QVAD ALEX-
ANDRIAE
PASSVS A
GENTILI-
BVS.
* Epiph. hæc
ref. 64.

* Euseb. lib. 6.
cap. 17.

* Euseb. lib. 6.
cap. 7.

V.

SIMVLITATES
INTER DE-
METRIUM
ET ORIGE-
NEM.

* Mat. 19.

* Euseb. lib. 6.
cap. 17.

VI.
OBJECTA IM-
ORIGENEM
A DEMET-
TRIO.

VII.

* Hier. ad-
uers. Rufin.
lib. 2.
NOVA CAU-
SA SIMVL-
TATIS.

paulò post verò: Contra sacerdotes ergo Ecclesiæ generaliter disputans, à quibus indignus communionem eius fuerat iudicatus, hæc intulit: Quid necesse est, &c.] recitat enim quædam ex ea epistola, quæ Ruffinus, instituens pro Origene Apologiam, dolosè prætermiserat; quam nec, vt Græcè se haberet, Latinitate donasset.

VIII.
Ruff. Apolog. pro Origene.
ORIGENES
QUOMODO
SVOS ERRORES EXCVSET.

At verò quæ ab Origene pro sua defensione tunc scripta, à Ruffino translata, à sancto Hieronymo in controuersiam adducantur, hic intexere, vt rerum gestarum cognitio habeatur, necessarium exiit. In ea igitur epistola Origenes post multa hæc habet: Quidam auctor hæreseos, cum sub præsentia multorum habita inter nos fuisset disputatio, & descriptum accipiens ab his qui descriperant codicem, quæ voluit, addidit; & quæ noluit, abstulit; quod ei visum est, permutauit; circumferens tamquam ex nomine nostro, insultans, & ostendens ea quæ ipse conscripsit. Pro quibus indignantes fratres qui in Palæstina sunt, miserunt ad me Athenas hominem, qui acciperet à me ipsum authenticum exemplar, quod ne lectum quidem vel recensitum à me antea fuerat, sed ita neglectum iacebat, vt vix inueniri potuerit. Misi tamen: & sub Deo teste loquor, quoniam cum conuenissem illum ipsum, qui adulterauerat librum, quare hoc fecisset, veluti satisfaciens mihi respondit: Quoniam magis ornare volui disputationem illam, atque purgare. Videte quali purgatione disputationem nostram purgauit, tali nempe, quali purgatione Marcion Euangelia purgauit vel Apostolum, vel quali successor eius Apelles. Nam sicut illi subuerterunt Scripturarum veritatem; sic & iste, sublatis quæ verè dicta sunt, ob nostri criminationem inseruit quæ falsa sunt.

IX.
QUERELA
ORIGENIS
DE CORRUP-
TIS AB
HÆRETICIS SVIS
SCRIPTIS.

Sed licet omnes hæretici & impij sint, qui hæc facere ausi sunt; tamen habebunt & illi vindicem Deum, qui talibus aduersus nos criminationibus accommodant fidem. Fecerunt autem hoc & alij nonnulli conturbare volentes Ecclesias. Denique in Epheso, cum vidisset me quidam hæreticus, & congrredi nolisset, neque omnino os suum aperuisset apud me, sed nescio qua ex causa id facere vitasset: postea nomine meo & suo conscripsit qualem voluit disputationem, & misit ad discipulos suos (vt ego quidem cognoui) ad eos qui Romæ erant: sed non dubito quin & ad alios qui per diuersa loca sunt. Insultabat autem & apud Antiochiam, priusquam ego illuc venirem: ita vt & ad quamplurimos nostrorum perueniret ipsa disputatione, quam parauerat. Sed vbi adfui, multis eum præsentibus argui. Cumque iam sine vilo pudore pertenderet impudenter afferere falsitatem, populi vt liber deferretur in medium, vt scelus meum cognosceretur à fratribus, qui vtrique cognoscerent quæ soleo disputare, vel quali soleo vti doctrina. Qui cum non ausus esset proferre librum, conuictus ab omnibus & confutatus est falsitatis; & ita persuasum est fratribus, ne autem criminationibus præberent.] hæc & alia Origene pro sui excusatione.

X.
Hier. Apolog. lib. 2.
INANIS RED-
DITVR EX-
CVSATIO
ORIGENIS.

Videri vtrique possent hæc ad Origene excusationem satis idonea: sed quid ad hæc S. Hieronymus? Intelligimus (inquit) in hoc tantum dialogo ab Origene argui falsitatem hæreticam, & non in ceteris libris, de quibus numquam quæstio fuit. Alioqui si omnia quæ hæretica sunt, non erunt Origene, sed hæreticorum (omnes autem propemodum illius tomi his erroribus pleni sunt) nihil Origene erit, sed eorum, quorum ignoramus vocabula.] hæc Hieronymus. Verum enim uero illud de Origene non prætermittimus, quod, vtrumque res acciderit, cum neget eos à se dictos vel scriptos errores, vt illud (quod iidem qui supra referunt) de saluandis dæmoniis, hæreticus dici non potuit, quantumlibet eius & aliorum id genus prauorum dogmatum fuisset assertor. Satis namque ea improbasse videri potuit, dum non modò non defendit, sed constanter sua esse negauit. At in eo certè minus excusatione dignus esse videtur, quod, cum sciret sua ab omnibus impugnari, retractatorium nullum ediderit commentarium; cum ipsi tamen satis orti & temporis superfuisset, vt ad omnes Catholicæ fidei numeros cuncta, quæ à se scripta essent, attemperaret. His de Origene dictis, iam cetera prosequamur.

XI.
CÆCILIAE
ET SOCIORVM
CER-TAMEN.

Eodem tempore nouæ rursus (quo impulso, nescimus) in Christianos Romæ excitatae sunt turbæ, annu vltimum in sede Vrbanò agente: cum à Cæcilia clarissima virgine eius sponsus Valerianus admonitus, ab eodem Pontifice baptizatus, angelico est factus digno aspectu; simulque Tiburtius eius germanus ab eadem ad Christum conuersus, & ab eodem Pontifice Baptismo initiatus est: qui, iubente Turcio Almachio Præfecturam Vrbanam administrante, tenti sunt, additusque his Maximus cubi- culi Imperatoris Præfectus. hi tres ob Christi nominis confessionem gladio cæsi, nobilis

EXANT.

A exantlati certaminis coronam martyrij adepti sunt. Tenta post hos Cæcilia, perstantisque in fidei confessione, quem habuerit vitæ exitum, eius Acta declarant; in quibus hæc inter alia habentur scripta:

Tunc valde iratus Almachius iussit eam reduci in domum suam, & illic balnei calore consumi. Cum autem esset in aëre calido balnei sui inclusa, & sub tota die ac nocte magna vis lignorum adhiberetur; illic illæsa tamquam in frigidario locata permansit, saluaque Domini gratia: adeo vt nulla pars omnino ex eius membris fuerit vel in minimo sudoris signo humefacta. Quod cum audisset Almachius Præfectus, misit carnificem, qui ibidem ei caput amputaret. Spiculator tribus eam percussam ictibus, necdum truncato capite, consternatam, quam putaret defunctam esse, reliquit. Qui adstantes, spongiis mox sanguinem siccauerunt, ac linteis absterferunt: sicque tribus adhuc diebus superstes vixit, quæ Dei sunt loquens, confirmans eos in Christi nominis confessione; & quæ reliqua erant suæ substantiæ distribuit per Vrbanum Papam in pauperes: quem rogauit, vt domum suam faceret ecclesiam Christianorum. His sic dispositis, ac Deum precata, Domino animam suam commendans, vigesima secunda Nouembris martyrium consummauit. quam idem Vrbanus Papa sepeliuit in cœmeterio Callisti, vbi Valerianus, Tiburtius & Maximus ab ipso primo sepulti fuerant; locusque dictus in cœmeterio positus, Ad sanctam Cæciliam.] hæc ex Actis, quæ ceteris fideliora reperimus. Reliqua verò quæ ad ipsius martyrij elucidationem spectant, de tempore & aliis, consule quæ Notationibus in Plantiniana editione superaddidimus.

XII.
MARTY-
RIVM CÆ-
CILIAE.

Quo modo autem eadem vexatione sublatus fuerit idem Vrbanus Romanæ Ecclesiæ Pontifex, dicemus anno sequenti. Quod porro de eadem S. Cæcilia in iisdem Actis legitur, consueuisse Euangelium Christi gestare in pectore; ab aliis quoque id factitarum inuenimus: & si fidem præstemus S. Andreae Apostoli Actis, etiam Apostolorum temporibus id usurpatum apparet. Sancta piaque maiorum hæc fuit consuetudo, nisi aliqua accedente superstitione labefactetur. eius meminit Ioannes Chrysostomus, dicens: Multæ mulierum modò faciunt, Euangelia ex collo appendentes.] at de his aliis.

XIII.
CHRISTIA-
NORVM
ANVLETA.

Chrysof. in
Mat. hom. 73

IESV CHRISTI PONTIANI PAP. ALEXANDRI IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
233. I. IO.

D Anno sequenti ducentesimo trigesimo tertio, Pompeiano & Feliciano Coss. vigesima quinta Maij, Vrbanus Papa, cum sedisset annos sex, menses septem, & dies quatuor, martyrio functus est: licet Eusebius eum sedisse dicat annos nouem, & anno duodecimo Alexandri ponat successoris ingressum. Sed indices Vaticanæ, necnon qui habentur à Cresconio collecti, huic positioni magis assentiri videntur. In libro de Romanis Pontificibus hæc de eodem Vrbanò scripta habentur: Hic fecit ministeria sacra omnia argentea, & patenas argenteas viginti quinque apposuit.] adeo his abundasse ecclesias, vt etiam lucernas habere solerent argenteas, superius fufius dictum est.

I.

Euseb. in
Chron.
VRBANI PA-
PAE MAR-
TYRIVM.

Sed quod pertinet ad Romanam Ecclesiam, de sacris vasis argenteis in vsu sacrorum, ex veteribus monumentis certa est horum fides. Dum enim refoderetur crypta illa, qua Fideles sacra agentes occlusi fuerunt, inuenta sunt in ea multa sacra ministerialia vasa ex argento confecta. Tradit hæc pluribus Gregorius Turonensis commentariolo, quem scripsit de Gloria martyrum. Sed & in rebus gestis sancti Laurentij, quas Prudentius sacro hymno cecinit, non argento tantum, sed & auro offerre Romanos Pontifices incruentum sacrificium consueuisse, narratur, his scilicet verbis, quibus persecutor sanctum Laurentium interpellat:

II.

VASA SACRA
ARGENTEA
ET AUREA.
Greg. Tur.
de Glor. mar.
cap. 38.

Hunc esse vestris Orgiis
Morem, & artem, proditum est;
Hanc disciplinam fœderis,
Libent vt auro Antistites.
Argenteis scyphis ferunt
Fumare sacrum sanguinem,
Auroq; nocturnis sacris
Adstare fixos cereos.] hæc tyrannus ex iis quæ ab aliis explorasset.

Annal. Eccl. Tom. 2.

Ii

Sta-

III. Statuente autem hæc Urbano, & hac ex parte Christi Ecclesiæ gloria effulgente; Alexander Imperator è contrâ argentum & aurum ægrè tulit conferri templis. vnde Lampri-
dus: In templis sanè numquam, præter quatuor aut quinque argenti libras, auri ne guttulam quidem aut bracteolam posuit, susurrans illud Persij:

In sacro quid facit aurum?

Videas igitur, veluti diuino quodam consilio, Christi regale sacerdotium eodem tem-
pore his etiam fulgoribus illustratum, quo Gentilitia supersticio ea in re decrescere visa est. non modò enim Alexander non obtulit, sed & quæ erant in eis auri vel argenti, Maximinus eius successor (quod testatur Herodianus) è templis abstulit. Nam templo-
rum omnium (inquit) donaria statuæque deorum, heroumque honores, tum quid-
quid publici operis, & ciuilibus ornamentis, aut materiæ denique fuit nummis idoneæ con-
ficiendis, omnia pariter ignibus confabantur.] hæc ipse: vt planè accidisse videatur, B
quod de Philisthæis sacræ produnt historiæ, Dagon illorum deum Arcæ Dei propin-
quitate inglorium iacuisse contractum, ipsam verò auro atque argento magna gloria di-
missam esse refertam.

IV. At de Urbano rursus hæc ibidem subduntur: Hic sua traditione multos conuertit
ad Baptisimum & credulitatem, Tiburtium etiam & Valerianum nobilissimum virum;
quos etiam vsque ad martyrij palmam perduxit; & per eius monita & doctrinam multi
martyrio coronati sunt. Hic fecit ordinationes quinq; per mensem Decembrem, præ-
sbyteros nouem, diaconos quinque, & Episcopos per diuersa loca octo.] & in Roma-
nis antiquis tabulis hæc de eius martyrio: Romæ Via Nomentana natalis beati Urba-
ni Papæ & martyris, cuius exhortatione & doctrina multi fidem Christi susceperunt, &
pro ea martyrium subierunt. Ipse quoque pro Ecclesiâ Dei multa passus, tandem cer-
uicibus abscissis martyrio coronatus est.] de sepultura verò hæc in superius citato li-
bro: Sepultus est in cœmeterio Prætextati, Via Appia, octauo Kalendas Iunias. cessa-
uit Episcopatus eius dies triginta: postea creatur Pontianus natione Romanus ex patre
Calpurnio.] hæc ibi.

Hoc item ipso anno, cum Alexander Imperator iam decimum in Imperio annum
ageret, Origenes (inquit Eusebius) Alexandriæ Cæsariam profugiens, scholam insti-
tutionis, quæ erat ad illius loci habitatores in fidei principiis informandos ædificata, He-
raclæ reliquit.] sed hæc de Heraclâ aliàs olim contigisse, dictum est superius. In Palæsti-
nam reuersus Origenes, secessum illum Tyrium, quem scribit Epiphanius, petiit; illic-
que quod statuerat, & iam cœptum opus erat, absoluit, Hexaplâ scilicet atque Octo-
pla, de quibus satis superque iam superius differuimus. Sed ex Eusebij historia eiusdem
emendatum est Chronicon, vbi perperam ponitur profectio Origenis in Palæstinam post
obitum Demetrii Episcopi Alexandrini: cum eiusdem sententia constet, post eius disces-
sionem ipsum obiisse, nempe anno sequenti (vt dicetur) quo in Chronico errore ponit-
ur Origenis in Palæstinam accessus.

Ceterum cum Origenes peruenit in Palæstinam, non sic secessum petiit Tyrium, vt
penitus docere desineret: quamobrem, vt olim cœperat, certos anni menses interpola-
tos ad opus quod parturiebat habuisse, aliosque ad docendum distinctos, existimamus.
Siquidem Eusebius post multa hæc subdit: Ad Origenem verò Cæsariæ consueta di-
sciplinæ munera exequentem, non solum multi ab indigenis, sed ab exteris etiam regio-
nibus penè infiniti discipuli, patria sua relicta, aduentarunt: ex quibus maxime insignes
cognouimus Theodorum, alio nomine Gregorium appellatum, Episcopum sanè præ-
ter ceteros nostrâ ætate crebrò hominum sermone prædicatum; & fratrem eius Atheno-
dorum: quorum animis liberalium disciplinarum tum Græcarum tum Latinarum cupi-
ditate supra modum inflammatis, & quasi obstupescatis, Origenes diuinæ philosophiæ
& doctrinæ Christianæ amorem sensim instillauit; eosque à prioribus studiis, facta mu-
tatione, ad Sacrarum litterarum commendationem pia sua cohortatione traduxit. Quin-
quennio integro in eius schola versati, tantam tamque admirabilem in sacrosanctis Dei
eloquiis fecere progressionem, vt, dum adhuc ambo admodum adolentes essent, Ec-
clesiarum in Ponto crearentur Episcopi.]

Quarumnam verò Ecclesiarum hi electi Antistites fuerint, auctor nec hic nec alibi,
cum de iis meminit, quidquam dicit. Constat tamen Gregorij Nysseni testimonio,
alterum ipsorum, nempe Theodorum, dictum postea Gregorium, qui ob ingentia præcla-
raque

Lampri-
dus in
Alexand.

DECRESCIT
GENTILITAS
CRESCENTE
CHRISTIA-
NA REELI-
GIONE.
Herod. lib. 7.

1. Reg. 5.

IV.
MARTYRES
AB VRBANO
INSTRVCI.

4 Martyro l.
Rom. die
25. Maij.

PONTIANVS
PAPA.

V.
Euseb. lib. 6.
cap. 10.
ORIGENES
ITERVM IN
PALAESTI-
NAM.
Epiph. lib.
de mensur.

VI.
Euseb. lib. 6.
cap. 23.

DISCIPVLI
ORIGENIS.

VII.
Euseb. lib. 7.
cap. 22.
Greg. Nyss.
in vita Gre-
gorij Thau-
murgi.

A raque facinora appellari etiam meruit prænomine Magnus, & agnométo Thaumaturgus,
creatum fuisse patriæ suæ Episcopum, nempe Neocæsariæ in Ponto, ex qua oriundus erat:
germanus autem eius, licet cuius sedis esset Episcopus, non satis liqueat, illud tamen de eo
exploratum est, vitam suam omnibus scientiis egregiè imbutam, demum illustriorem
nobilioremque reddidisse martyrio. sed de his suo loco. Fuerunt ambo Gentilibus paren-
tibus geniti, atque Alexandria primùm philosophicis litteris operam dederunt.

Quo modo autem ex humanarum rerum scientia ad sublimem Christianam philoso-
phiam se contulerint, ex iis quæ idem Nyssenus tradit (licet solius Gregorij res gestas sit
prosecutus) possumus intelligere, dum ait: Instar Abrahæ magnus iste, cum in externæ
sapientiæ studio diligenter versatus esset, per quas res plerique errores Græcorum Gen-
tiliumque stabiliunt atque confirmant, iis rebus quasi ducibus & indicibus vsus est ad

B Christianæ religionis cognitionem. Ac relicta falsâ parentum ac maiorum religione, re-
rum veritatem quærebat ex illis ipsis, quæ ab externis philosophis elaborata sunt, edoctus
quàm non consistere possint, quamque parum sibi consent sententiæ & opiniones Græ-
canicæ doctrinæ. Postquam enim animaduertit Græcorum simul & barbarorum philo-
sophiam in his sententiis, quibus de numine diuino quid sentiendum sit statuunt, in di-
uersas facindi opiniones; earumque sententiarum præfides neque inter se congruere atque
concordare, & solerti exquisitaque verborum & argumentorum excogitatione suam
vnumquemque sententiam stabilire atque confirmare conari: hos quidem, tamquam
domestico bello se inuicem euerrentes & conficientes, reliquit. Consequitur autem &
amplectitur consistentem, stabilemque, ac firmum fidei sermonem, qui non exquisita
quadam atque redundanti verborum curiositate & artificiosis nexibus argumentorum
confirmatur, sed per simplicitatem verborum omnibus ex æquo annuntiat: qui in hoc
ipso, quod supra fidem est, vim fidei faciendæ habet.] hæc & alia de eiusdem Gregorij
Christianæ philosophiæ cunabulis, cum Alexandria scientiarum adipiscendarum causa
versatus est, idem Gregorius Nyssenus affirmat. Florentissima enim eo tempore erat il-
lic schola Alexandrina, cum ibi docerent philosophi Christiani, post Panthenum Cle-
mens, & post Clementem Origenes, atque Ammonius, quem fama celeberrimum (vt
dicturi pluribus sumus) annis vndecim Plotinus Platoniorum princeps audiuit. Sed
egregium planè facinus eiusdem Gregorij, de quo agimus, cum Alexandria auditor es-

C set, idem qui supra auctor narrat his verbis: Cum autem degeret in Ægypto in magna Alexandri vrbe, in quam ex omnibus par-
tibus philosophiæ ac medicinæ studiosa iuuentus confluebat; molestum spectaculum
erat æqualibus, adolescens supra ætatem sobrietate sapientiæque ornatus: eius enim vi-
tæ puritatis & integritatis laus, impurorum probum erat & dedecus. Vt igitur aliquam
excusationem intemperantes ac libidinosi haberent, si ipsi non soli tales esse videren-
tur: insidias comminiscuntur, & vaftrum quoddam consilium excogitant, vt aliquam
notam & maculam magni illius viri vitæ inurant. Ac producit ab his, qui illum ca-
lumniabant, muliercula meretrix, quæ corpore quæstum faceret, infamia irrogata, ex
carcere dimissa. Cumque ille pro consuetudine cum viris doctis atque delectis, in ha-
bitu graui & honesto, de quadam quæstione philosophica disputaret, vnaque se cum
illis exereret: muliercula accedit ineptis gestibus formam ostentans, & molliem lu-
xumque præferens, & per omnia quæ dicebat & faciebat, sese consulescere cum eo
simulans: tandem dicebat, se mercedibus fraudatam esse. At cum illi, qui eius vitæ pu-
ritatem & continentiam non ignorabant, indignarentur, & ira aduersus mulierculam
commouerentur; ipse neque vnâ perturbatus est cum iis qui ipsius nomine stomacha-
bantur, neque quidquam huiusmodi dixit, cum calumniis premeretur, quale pronun-
tiare par esset eum, qui grauiter molesteque rem ferret: non testes vitæ aduocauit, non
iureiurando probum ab se reiecit, non malitiam eorum, qui hæc aduersus eum machi-
nati erant, conuicit: sed submissa atque sedata voce, conuersus ad quemdam familia-
rem, Heus tu, inquit, numera ei pecuniam, ne diutiùs importunitate sua propositæ quæ-
stionis tractatum conrurberet.

D Cum autem is cui hoc iniungebatur, à meretricula sciscitatus quantam pecuniam ab
illo posceret, sine mora omnem adnumerasset, atque ab lasciuis & proteruis aduersus
sobrium & continentem infidiæ peractæ essent, & iam in manibus illius infamis lucrum
esset; tunc diuinitus & continentia adolentis probatur, & calumnia æqualium patescit.

E Annal. Eccl. Tom. 2. I i 2 Simul

GREGORII
THAUMA-
TURGI PRI-
MORDIA.

VIII.

Greg. Nyss.
ubi supra.
QUOMODO
GREGORIVS
EX PHILO-
SOPHO GEN-
TILI CHRIS-
TIANVS
EVASIT.

Greg. Nyss.
in Vita Greg.
Thaumaturg.

IX.

CALVMNIAM
PATITVR
GREGORIVS.

X.

DESVLTOR
CALVMNIAE
IN GREGO-
RIVM CON-
FLATAE.

Simul enim atque manu pecuniam accepit, spiritu infelici atque maligno correpta, fremituque immani atque ferali, diuerso à voce humana sono ingemiscens, collabatur prona in medio coetu congregatorum, spectaculum horrendum atque terribile presentibus repente facta; cum & capillus, quem suis manibus vellebat, dilaceratus atque dissectus, & oculi inuerti essent, & os spumas emitteret. At non prius à dæmonio suffocari desit, quam Magnus ille Deum pro ea inuocasset, atque placasset.] hucusque de re tum Alexandriae gesta Nyssenus: significans tunc temporis iam fidem Christianam sectatum esse Gregorium, cuius etiam rei causa à Gentilibus talia (vt par est credere) pateretur.

XI.

QVANDO
GREGORIVS
AD ORIGE-
NEM VENIT
IN PALAE-
STINAM.

Cum igitur philosophicis litteris egregie excultus esset, & iam Neocæsaream in Pontum rediisset; tunc accidit, vt memoria Origenis, quem, Alexandriae cum esset, degustarat, ab eo imbuendum litteris Sacris non cum fratre tantum, sed & cum Firmiliano nobili Cappadoce, ad eum in Palæstinam (quod scribit Eusebius) se contulerit. quod & idem Nyssenus tradit his verbis: Postquam omnibus disciplinis externæ sapientiæ decursis, incidisset in Firmilianum quemdam patricium Cappadocem, similem moribus & ingenio (vt ille in sequenti vita ostendit, cum Cæsariensium Ecclesiæ ornamento fuit) & animi sui consilium ac vitæ propositum amico patefecisset, quod ad Deum videlicet spectaret, & illius studium circa idem desiderium conuenire intellexisset; relicto omni studio externæ philosophiæ, accedit vnà cum illo ad eum, qui in illo tempore Christianorum philosophiæ princeps erat (hic autem erat Origenes, cuius propter scripta fama celebris est) etiam per hoc ostendens non modò discendi studium atque industriam, sed etiam sedatum ingenium, & animi moderationem.] hucusque de accessu Gregorij ad Origenem Nyssenus.

XII.

* Hieron. de
Script. Eccl.
in Theodor.* Euseb. lib. 6.
cap. 20.

Ceterum cum tam de eius peregrinatione in Ægyptum, quàm etiam de alia suscepta postea in Palæstinam, idem auctor sincerissimus testis sit, miramur Eusebium atque sanctum Hieronymum nonnisi de eius professione in Palæstinam mentionem facere: de eo enim hæc Hieronymus: Ob studia Græcarum & Latinarum litterarum de Cappadocia Berythum, & inde Cæsaream Palæstinæ transit, iuncto sibi fratre Athenodoro: quorum cum egregiam indolem vidisset Origenes, eos ad philosophiam cohortatus est; in qua paulatim fidem Christi subintroducens, sui quoque sectatores reddidit.] hæc ipse. De Firmiliano autem, quomodo Origenem coluerit iam factus Episcopus Cæsareæ, Cappadociæ totius metropolis, hæc addit Eusebius: Quo tempore Firmilianus Cæsareæ Cappadocensis Episcopus magno nomine & celebritate fuit; iste tantum studium erga Origenem declarauit, vt interdum illum in suæ regionis fines ad Ecclesiarum vtilitatem accessiri vellet; nonnumquam ipse ad eum in Iudæam proficisci, & aliquamdiu vnà cum eo moram facere, quò in Sacris litteris melius & perfectius erudiretur.] hæc Eusebius de Firmiliano iam facto Episcopo.

XIII.

* Greg. Nyss.
orat. de Vita
Greg. 1. bas-
mat.GREGORIVS
FIT EPISCO-
PVS NEO-
CAESAREAE

Quomodo autem idem, de quo suscepta est oratio, Gregorius ad sedem Neocæsariensem capessendam diuino consilio paulò post impulsus fuerit, eodem auctore Nysseno hæc narrante, operæ pretium ducimus hic intexere, tum ob argumenti dignitatem, tum etiam ad summam Dei bonitatem insinuandam, qui Ecclesiam suam tyrannorum furore vexandam, & hæreticorum fallaciis inuadendam, tanto voluit robore antea communire. Cum igitur Phædimus, cui diuinitus à Spiritu sancto præcia futurorum vis quædam inerat, illo tempore Amasenorum Ecclesiæ Antistes esset, & omni studio laboraret, vt Magnum Gregorium in potestatem redactum, Ecclesiæ administrationi præficeret, ne tantum bonum otiosum & infrugiferum vitam transigeret: vbi sacerdotem id agere atque conari Gregorius sensit, cogitare cœpit, qua ratione latere posset, aliàs ad aliam solitudinem transiens. Sed postquam nihil non intentarum relinquens vir ille magnus Phædimus, & omni machinatione atque solertia vtens, non poterat virum ad sacerdotium adducere, innumeris oculis præcauentem, ne quando manu sacerdotis caperetur: atque vterque inter sese studio certarent, illo quidem capere, hoc verò persequentis manus effugere cupiente (nam ille sciebat se sacrum Deo donarium oblaturum esse: hic autem vtiebatur, ne quo modo sibi sacerdotij cura, tamquam onus quoddam vitæ imposita, ad philosophiam impedimento esset) idcirco impetu quodam diuino Phædimus ad propositum studium prouectus, nihil curans interiectum spatium, quo à Gregorio dirimebatur (quippe ille aberat itinere tridui) sed ad Deum suspiciens, precautusque vt & ipse & ille pariter in illa hora à Deo respicerentur, loco manus impositionis Grego-

Grego-

A Gregorio adhibet sermonem, Deo consecrans eum, qui corpore coram non adesser, & illam ei ciuitatem destinans atque attribuens, quam contigerat ad illa ipsa vsque tempora ad eò simulacrorum errori deditam esse, vt cum infiniti essent qui & ipsam urbem & regionem circumiacentem incolerent, non plures quàm septemdecim inuenirentur, qui sermonem fidei recepissent.]

Hæc de Gregorij ad Episcopatum vocatione potius quàm ordinatione Nyssenus cum scribat, res est paulo accuratius contemplanda. Nam licet priuato quodam Spiritus impulsu ordinator ipsius fecisse dicatur; tamen quòd non tantum nulla Ecclesiastica lege suffragante, sed & penitus refragante, nulloque alio præuio maiorum exemplo, id frustra tentare visus esset Episcopus Amasenus, nemo prudens dixerit, eum tunc ab ipso ordinatum fuisse Episcopum, sed potius diuina operante virtute, quodam inuisibili verbi fune fugitantem retentum, inuitumque tractum: ita tamen, vt quæ essent agenda secundum Ecclesiasticæ disciplinæ regulas, nullatenus in eius ordinatione fuerint prætermissa. nam auctor idem hæc subdit: Sic igitur iugum subire coactus, omnibus post hæc, quæ fieri solent, solemnibus in eo peractis; cum exiguum tempus ad mysterium exactius cognoscendum, ab eo qui sacerdotium ipsi assignauerat, petiisset, non amplius (vt inquit Apostolus) carni & sanguini adhærendum esse & acquiescendum putabat, sed à Deo sibi occulta manifestari petebat.]

At nec illud de eo in præsentiarum reticendum est: quòd cum ipse olim auditor fuisset Origenis, illumque dixisse atque scripisse nonnulla meminisset, quæ à communi aliorum Christianorum Orthodoxorum sententia discreparent; cum iam adstringeretur, vt sibi subditis Euangelicam veritatem (id ministerio Episcopatus, quod susceperat, exposcente) sermonis prædicatione concederet, mente anxius, ambiguusque qua potissimum incederet via, diu multumque versatus est. Sed quomodo per mirificum quemdam visum sit illi diuinitus sapientia impertita, idem Nyssenus declarat his verbis: Cum enim per totam noctem aliquando de ratione atque sermone fidei dispiceret & specularetur, & varias animo cogitationes ageret (erant nimirum etiam tunc nonnulli, qui piam & sinceram religionis doctrinam adulterarent, ac per probabiles argumentationes sapenumber etiam doctis & prudentibus veritatem facerent ambiguam) pro qua tunc ei perugilem curis atque solitudine noctem agenti, quidam in figura humana, facie ac forma fenili, euidenter apparet, ornatu atque compositione indumenti augustum quemdam, sacrum atque diuinum referens decorem, magnam gratia vultus atque dispositione figuræ præferens virtutem. Hic verò visu perterritus, & surgere è lecto, & quis esset, cuiusve rei gratia venisset, sciscitari.]

Cum autem ille perturbationem mentis eius submissa voce sedasset, ac dixisset se iussu diuino apparuisse ei propter eas rationes quæ apud ipsum controuersæ & ambiguæ essent, vt piæ fidei veritas reuelaretur: & bono animo esse, audito sermone, & quodam cum gaudio atque consternatione illum contueri cœpit. Deinde cum ille directò manum protendisset, & quasi ostenderet ei per digitorum directam protensionem id quòd ex transverso apparebat: hic & vnà cum directà manus protensione circumagere suum obtutum, & videre aliam imaginem aduersam ei quæ prius apparuerat, in figura muliebri, excellentiorem quidem & augustiorem, quàm pro humana conditione: rursus autem perterritus, & facie aduersa, vultum demittere, ac perplexus & dubitabundus hæsitare de spectaculo, cum oculis apparitionem ferre non posset: etenim miraculum visionis nimirum in hoc potissimum erat, quòd, cum nox esset obscura, lumen vnà cum iis qui apparuerant ei effulserat, quasi aliqua lucida teda accensa. Cum igitur oculis ferre apparitionem non posset eorum qui sibi apparuerant, inter sese rationem eius rei, de qua ambigebatur, exponentium ratiocinationem audiuit: per quam non solum accepit veram cognitionem fidei; verum etiam nominatim eos, qui apparuerant, cognouit, utroque eorum propria appellatione alterum alloquente.

Audiuisse enim dicitur ex ea quæ in muliebri habitu visa erat, cum hortaretur Euangelistam Ioannem, vt adolescenti mysterium veræ pietatis aperiret ac declararet: atque illum dixisse, se paratum esse etiam in hoc Matri Domini gratificari, quoniam hoc ei cordi esset: atque ita exposito sermone, qui & rei quæsitæ conueniret, & admodum bene definitus & circumscriptus esset, rursus ex oculis discessisse. Atque hunc exemplò diuinam illam institutionem & disciplinam litteris mandasse, & secundum illam postea in

Annal. Eccl. Tom. 2.

Ii 3

Eccle-

DICTORYM
ELVICIDA-
TIO.VISIO OS-
TENS A
GREGORIO.GREGORIVS
DINIVITVS
INSTITVTIVR.XVII.
IOANNES
EVANGELI-
STA CATE-
CHISTA
GREGORII.

Ecclesia sermonem prædicasse; ac posteris, tamquam patrimonium quoddam & legatum, diuinitus datam illam doctrinam reliquisse, per quam usque in præsentem diem instituitur illius ciuitatis plebs, quæ ab omni hæretica malitia intacta permanet. Porro mysticæ illius disciplinæ verba hæc sunt:

XVII. VNVS EST DEVS PATER Verbi viuentis, Sapientiæ subsistentis, & Potentiæ, & Figuræ æternæ, Perfectus Perfecti genitor, Pater Filij vnigeniti. Vnus Dominus, solus ex solo, Deus de Deo, figura & imago Deitatis, Verbum efficax, Sapientia constitutionis rerum vniuersarum comprehensiuua, & Potentia totius creaturæ effectrix, Filius verus veri Patris; visum effugiens, visum effugientis; & corruptioni non obnoxius, non obnoxij corruptioni; & mortui non obnoxius, non obnoxij mortui; & Æternus Æterni. Vnus Spiritus sanctus ex Deo ortum & existentiam habens, quique per Filium apparuit, videlicet hominibus: imago Filij perfecti perfecta, Vita, Viuentium causa, Fons sanctus, Sanctitas sanctificationis suppeditatrix: per quem manifestatur Deus Pater, qui est super omnia & in omnibus, & Deus Filius, qui per omnia permanet. Trinitas perfecta, quæ gloria, atque æternitate, & regno non diuiditur, neque abalienatur.] hucusque fidei reuelatæ mysterium.

XIX. Hanc fidei Catholicæ regulam Gregorio diuinitus impertitam, cum Orientalis, tum etiam Occidentalis Ecclesia cognitam comprobauit, atque vt sacrosanctum depositum cælitus collatum religiosissime custodiuit. Habetur eadem recitata in Quinta Oecumenica Synodo. Citatur pariter ab Apocriphariis Gregorij Papæ Noni, dum agunt aduersus Germanum Iuniorum Episcopum Constantinopolitanum, in eam sententiam, quod Spiritus sanctus à Patre Filioque procedat. Quæ omnia habentur in eiusdem Pontificis Registro epistolarum, anno septimo eiusdem Pontificatus. Codex à Cencio Camerario collectus, in quo inest Relatio eorundem Apocriphariorum de rebus gestis in ea legatione cum Patriarcha & Imperatore, incipit: Anno millesimo ducentesimo trigessimotertio (is est annus septimus Gregorij Papæ Noni.) ibi in professione fidei eorundem Legatorum, inest Gregorij Thaumaturgi fidei professio recitata usque ad illa verba: Imago Dei sermo efficax, &c.] Porro ex diuersorum translationibus, diuersus interdum eius textus reperitur expressus. Eam autem de Fide regulam ab eodem Magno Gregorio appositam commentario de Fide inscripto, fuisse accuratissime explicatam, constat; qui inter alios à Basilio Magno^a, & Leontio^b Scholastico citatus reperitur. At de eiusdem Gregorij scriptis opportuniori loco agemus inferius: modò autem agressam semel historiam prosequamur.

XX. Sed quid primum Gregorius Nyssenus ea recitata breuiter addat, quod ad eam pertinet, describamus: Ergo, inquit, neque creatum quidquam, aut seruum in Trinitate est, neque adscititium quidquam vt aduentitium, vt quod prius quidem non esset, nec suppeteret, posterius autem introductum sit. Neque verò deest vniquam Filius in Patre, neque in Filio Spiritus: sed immutabilis & inalterabilis eadem semper Trinitas est.] hæc Gregorius: qui & hæc subdens, fidem suam de ea re certo certius testatam reliquit: Quod si quis, inquit, sibi fidem de hac re fieri cupit; audiat Ecclesiam, in qua sermonem prædicabat: apud quam illa ipsa verba à beata illa manu exarata adhuc etiam nunc conseruantur.] hucusque Nyssenus, cuius auiæ spectatissima sanctitate Macrina, Senior dicta, huius Gregorij, de quo est sermo, gentilis fuit. sed de ea plura inferius suo loco narraturi sumus.

XXI. Inter alios quoque præclaros nomine Origenis discipulos Tryphon nominatur, de quo sanctus Hieronymus^c; Tryphon Origenis auditor, ad quem nonnullæ eius extant epistolæ, in Scripturis eruditissimus fuit; quod quidem & multa eius sparsim ostendunt opuscula, sed præcipue liber quem composuit de Vacca Rufa in Deuteronomio, & de Dichotomematibus, quæ cum columba & turture Abraham ponuntur in Genesi.] Hic fortasse Tryphon ille, qui his ipsi temporibus celebris quoque habitus est philosophicis litteris, qui Plotinum redarguit, quod à Numenio inuenta clam furrupisset: eius meminit Porphyrius in Vita Plotini. Rursum verò non solum Heraclius (vt dictum est, fuit Origenis auditor, & primus eidem successor in docendi cathedra, & creatus (vt dicemus) anno sequenti Episcopus Alexandrinus; sed & qui illi in eiusdem Ecclesiæ sedem successit, Dionysius inter celeberrimos Origenis auditores adnumeratur, de quo suo loco plura dicturi sumus. Fuerunt & alij, quorum memoria excidit.

Sed

A Sed ex quo hic de his sermo habetur, qui hoc tempore ex philosophicis facultatibus ad Christi fidem, vt eminentiorem profiterentur philosophiam, se contulerunt; nequam ille silentio prætereundus est, qui (quod paucorum est) non solum bonorum charorumque suorum, sed æstimationis denique pro Christo voluntariam iacturam fecit, hoc propemodum tempore nuntium remittens omnibus quæ sunt in mundo, Christi opprobrium præferens cunctis rebus: ipsumque imitatus (quantum fas est homini diuina consequi) qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formamque serui accepit: se ipsum fastu, quo ab omnibus attollebatur, exuens philosophico, vili indutus vestimento atque admodum sordido, in Comanam Ponticam ciuitatem se conferens, ibi, vt occultus agere posset, inter carbonarios voluit profiteri; ea nimirum quoque de causa illud deligens ministerium, quò vultu sordidatus, veluti fuligine tinctus, a nemine vniquam posset agnoscere. Latuit eo modo diutius, donec Gregorio Thaumaturgo, de quo habitus est sermo, Episcopo iam factò, diuino quodam instinctu rem præfagiente, ac denique eum detegente, Comana ciuitatis, communi omnium accedente suffragio, Episcopus delectus est. Res gesta, à grauissimo auctore descripta, digna planè videtur, quam hic opportunè nostris Annalibus intexamus. Idem enim Gregorius Nyssenus in rebus gestis Gregorij Thaumaturgi huiusmodi historiam narrat, ab episcopatu eius sumpto dictionis exordio.

B Ex finitima (inquit) ciuitate mittitur ad eum (nempe Gregorium) legatio, vt veniret ad ipsos, & Ecclesiam quæ esset apud eos, sacerdote designato, constitueret. Comana autem ciuitati nomen erat: cuius vt hospes Magnus ille vir esse vellet, vulgò omnes hanc veniam sibi dari petentes, orabant. Cum venisset ergo ad eos, & aliquot dies conuersatus vnà, cum dictis, tum factis suis magis eorum studium erga mysterium incendisset: cum iam tempus esset, etiam id negotium, propter quod legati ad eum missi erant ad exitum deducendi, ac designandi aliquem eorum Ecclesiæ primarium sacerdotem; tunc principum quidem & magistratum ciuitatis omnium sententiæ in hoc occupatæ erant, vt anxie & curiosè inquirerent ac sciscitarentur, qui eloquentia, qui genere, reliquoque vitæ splendore ceteros præcedere viderentur. Putabant enim, quoniam etiam his bonis Magnus Gregorius cumulatus erat, nec earum quidem rerum oportere expertem esse, qui ad hoc munus deligeretur.

C Cum autem in multas partes suffragiis scinderentur, & alij alium præoptarent atque præferrent: expectabat vir ille Magnus diuinitus aliquod sibi consilium ad propositum negotium suppeditari. Ac quemadmodum Samuel^b in eligendo Rege, fertur non pulchritudine nec magnitudine corporum motus esse, sed animum regium requisuisse, etiam si in contempto fortè corpore reperiretur: eodem modo ille, studiis erga vnumquemque eorum, qui destinabantur, neglectis, id vnum dumtaxat spectabat, an aliquis etiam ante declarationem inuolutæ vitæ atque virtute in moribus sacerdotium gestaret. Cum autem illi quidem inducerent eos, de quibus suffragium ferretur; quem quique promoueret, eius honorificam mentionem facientes: atque hic, vt etiam viliorum (quod ad vitæ specimen attinet) rationem haberent, eos hortaretur; posse enim etiam in talibus reperiri aliquem, qui animi bonis super eos emineret, qui vitæ splendore præstarent: quidam ex iis qui præerant suffragiis ferendis, eam Magni illius sententiam pro contumelia atque derisione accipit, si cum nullus eorum, qui & eloquentia, & dignitate manifesto facultatum vitæ splendore ceteris prælati essent, ad sacerdotium admitteretur; ex opificibus sellulariis, quique labore manuum vitam tolerarent, ad huiusmodi munus aliqui magis apti & idonei existimarentur: & simul cauillans, cum quadam irrisione ad eum, Si hæc, inquit, iubes, vt hi quidem tales, qui ex omni numero ciuium electi sunt, prætereantur, atque ex quisquiliis & ex infima plebe assumamus aliquem ad administrandum sacerdotium, qui tali ciuitati præsit: tempus tibi deinceps fuerit carbonarium Alexandrum ad sacerdotium vocandi: atque ad hunc transitione facta, si videtur, suffragiis inter nos vniuersi ciues consentiemus.

Atque ille quidem hæc loquebatur, sententiæ eius obrectans, ac per hoc simulatum & cauillatorium suffragium summam & exactam diligentiam in superioribus vituperans ac reprehendens. Sed Magno illi per hæc dicta subit animum cogitatio, quod non sine numine diuino Alexandri à deliberantibus inter ceteros mentio facta esset. Et quis, inquit, est Alexander, cuius mentionem fecistis? Deinde cum quidam ex iis, qui

Ii 4

vna

XXII.

DE ALEXAN-
DRO EX PHI-
LOSOPHO
CARBONA-
RIVS.

*Philip. 2.

XXIII.

AGITVR DE
ELECTIONE
COMAN-
EPISCOPI.

XXIV.

1. Reg. 16.

REITIVN-
TVR QVI VI-
DEBANTVR
IDONEI.

XXV.

ALEXAN-
DER CAR-
BONARIVS
IACO PRO-
PONTIVR.

CHRISTI
233.PONTIANI PAP.
I.ALEXANDRI IMP.
IO.

vnà intererant, cum risu memoratum in medium produxisset, pannis vilioribus ac for-
didis, nec toto quidem corpore amictum, & simul apparentibus rebus, manibus, pari-
& facie, reliquoque corpore carbonibus infecto ac sordidato, opificium & quantum
ostendentem: ceteris quidem risus materia erat talis in medio stans Alexander. At per-
spicacem illum oculum valdè id spectaculum obstupefaciebat; vir in extrema pauper-
tate ac neglecto corpore se ipsum solum spectans, ac veluti sibi placens, & gaudens eo
habitu, qui oculis imperitis ridiculus erat. Etenim ita se res habebat: Non virgente pau-
peritate ad huiusmodi vitæ genus deuenerat; sed philosophus quidem vir erat, quem-
admodum infecuta vita indicauit, aded vt ad martyrium vsque peruenerit, per ignem
cursu confecto.

XXVI.
COMPEN-
DIUM VITAE
ALEXANDRI

Latere autem dedita opera volebat, altiori animo præditus, quàm vt eam quæ vul-
gò expetitur, felicitatem curaret: ac pro nihilo sæculum ducebat, ed quod & sublimis
& veræ vitæ studio teneretur: & vt maximè virtutem, ad quam aspirabat, assequeretur;
operam dabat, vt talis esse ignoraretur, contemptiore vitæ genere, veluti turpi quadam
persona sese occultans. Atque alioqui etiam quod eximio iuuentutis flore præditus es-
set, periculosum esse ducebat ei qui continentiam sibi sectandam proposuisset, corpo-
ris sui pulchritudinem patefacere, felicitate naturæ, tamquam in pompa sese ostentan-
tem: nouerat enim eiusmodi rem grauium offensionum & delictorum occasionem ple-
risque præbere solere. Ne igitur vel sibi ipsi istiusmodi aliquid accideret imprudenti,
quod factum noluisse; vel alienis oculis casus & offensionis materiam præberet: idcir-
cò se carbonario opificio veluti persona quadam deformi, consultò circumdat, quod tam
corpus laboribus ad virtutem exercebatur, quàm pulchritudo sordibus carbonum infe-
cta obtegeretur; & simul pecunia, quam ex laboribus quærebat, ad mandatorum execu-
tionem dispensaretur.

XXVII.

ALEXAND.
EX CARBO-
NARIO PRO-
DIT EPISCO-
PVS.

Posteaquam igitur eum ex Concilio abduxit, atque de statu eius atque conditione
omnia diligenter scrutatus & sciscitatus est: illum quidem familiaribus suis tradit, exe-
qui iussis quæ res postulabat; ipse verò in Concilium reuersus, ex præsentis deliberatio-
ne sumpto argumento, congregatos instituebat, de sacerdotij officio sermones eis pro-
ponens, ac per hos vitam cum virtute coniunctam præscribens. Perseuerabat autem
in eiusmodi sermonibus conuentum detinens; quoad executi mandata qui operam ei
nauabant, superuenerunt, secum adducentes Alexandrum, qui & lauacro fuliginis in-
iucunditatem absterferat, & Magni istius vestibus indutus & ornatus erat: hæc enim cu-
rare iussi erant.

XXVIII.

CONCIONA-
TYR ALEX-
ANDER.

Omnibus autem in Alexandrum conuersis, & ad nouam eam speciem admiratione
defixis: Nihil noui (inquit ad eos magister) accidit vobis, si oculis decepti estis, & sen-
sui soli iudicium pulchritudinis permisistis. Fallax enim & incertum rerum veritatis iu-
dicium sensus est, aditum per se ad profunditatem mentis & intelligentiæ præcludens.
Simul autem etiam pietatis inimico dæmoni prorsus id studio erat, vt vas electionis igno-
ratione contectum, otiosum & inutile esset, neu prodiret in medium vir, qui ipsius prin-
cipatum euersurus esset. Hæc locutus, cum eum iuxta consuetum morem ritusque so-
lemnes ad hoc munus idoneum effecisset, per sacerdotium Deo virum dedicat. Omni-
bus autem nouum sacerdotem intuentibus, rogatus vt aliquam ad Ecclesiam haberet
orationem; statim ipso initio suæ administrationis Alexander ostendit, haud falsum in
sefe Gregorij iudicium fuisse. Erat enim oratio eius intelligentiæ sententiarumque pla-
na, dicendi tamen floribus minus exornata. Vnde petulans quidam ex Attica adolescens, E
apud illos agens, incomptam dictionem derisit; quod non ea, quam Attici in dicendo
adhiberent, exacta atque superuacanea cura exornata esset. Quem aiunt diuina quadam
visione emendatum esse, cum columbarum gregem incredibili quadam pulchritudine
nitentem conspicatus esset; & quemdam audiisset, qui diceret, has esse columbas Alex-
andri, quas ille derisisset.] At de Alexandro philosopho & carbonario hactenus; qui
postea sub Decio, summi sacerdotij amplitudinem, post egregiam nauatam operam in
cura pastoralis, nobilissimo martyrio illustrauit.

IESV

IESV CHRISTI PONTIANI PAP. ALEXANDRI IMP.

A

ANNVS
234.ANNVS
2.ANNVS
II.

Dvcentesimo trigesimo quarto Christi anno, Lupo & Maximo Coss. Demetrius Epi-
scopus Alexandrinus, cum quadraginta tres annos integros in ministerio illo obeun-
do contriuisset, diem obiit. huic successit Heraclas.] hæc Eusebius ^a, licet in Chronico
annos quadraginta quatuor eidem tribuat, sed & infra: Vbi autem post Demetrium He-
raclas Episcopatus ministerium Alexandria obtinuerat, Dionysius vnus item ex Orige-
nis discipulis scholam institutionis ibidem cepisset.]

I.
HERACLAS
EPISCOPVS
ALEXANDR.
Euseb. lib. 6.
cap. 20. 23.

Eodem quoque anno, proficente publicè Alexandria Ammonio Christiano philoso-
pho, Plotinus Ægyptius, patria Lycopolitanus, ad eum audiendum se contulit, audiit-
que cum annos vndecim. Testatur id Porphyrius in Vita Plotini, sic dicens: Post hæc
cum octauum & vigesimum ætatis annum Plotinus iam impleteret, se philosophiæ amore
vehementer accensus, commendatum fuisse iis, qui tunc Alexandria excellentiores
habebantur; sed tamen ex eorum scholis tristem admodum mœtamque discessisse, &
amico cuidam mœroris sui causam declarasse: qui suæ ipsius mentis affectum planè cog-
noscent, ad Ammonium, cuius nullum adhuc periculum fecisset, adduxerit. Deinde
cum Ammonij scholas ingressus audisset illum, amico dixisset: Hunc ipsum, o amice, quæ-
rebam. Ex eo igitur die annos vndecim audiuit sedulo Ammonium.] Itaque de Ploti-
no & Ammonio Porphyrius: qui cum paulo superius dixisset, natum Plotinum anno ter-
tio decimo Seueri Imperatoris, numeretque annos eius ætatis viginti octo, cum se Alex-
andriam atque ad Ammonium contulit; necesse est affirmare, hoc anno id contigisse.

II.
PLOTINVS
AD AMMO-
NIUM.

Laudauit quoque Ammonium simul cum Origene Longinus ^b, clarissimus & ipse hu-
ius temporis philosophus, dicens: Sed in secundo genere Platonici quidem Ammonius &
Origenes, quibuscum nos diu versati sumus, viris profectò interuallo non paruo sui sæ-
culi philosophos intelligentia superantibus.] ita Longinus. Ceterum illud admirari sub-
iit, quo modo alibi ^c Porphyrius dicat, Origenem Ammonij auditorem fuisse, cum
constet Origenem ante annos triginta Alexandria docere cœpisse: qui cum (vt testatur
Eusebius ^d) anno decimo Seueri, quo Leonides pater martyr factus est, annos natus es-
set decem & septem; hoc anno iam expleffe suæ ætatis annum quinquagesimum appa-
ret, ac proinde æqualem ferre fuisse Ammonij.

III.
AMMONIUS
ET ORIGE-
NES LAUDA-
TI.^a Apud Por-
phyr. in Vita
Plotini.
^b Apud Euseb.
lib. 6. cap. 13.
^c Euseb. lib. 6.
cap. 3.

At videamus quid de eo Porphyrius dicat, qui Christianis infensissimus, ægro ferens
animo tantum virum Christiano cenferi nomine, calumniosè admodum eum ad Ethni-
cos defecisse testatur, sic dicens ^e: Origènes enim Ammonij factus auditor, qui nostra
quidem ætate magnam in philosophia comparasset commendationem; tamen ad litte-
rarum cognitionem & peritiam, magnam sanè à magistro percipiebat vtilitatem; ad re-
ctam tamen vitæ institutionem & modum, diuersam ab illo & omnino contrariam vi-
uendi viam ingressus est. Nam Ammonius Christianus, & à Christianis parentibus edu-
catus, quando in prudentia aliquando progressionem fecerat, & philosophiæ studia se-
mel degustauerat, statim à Christianismo ad eam vitæ rationem, quæ humanis legibus
gubernatur, se transtulit.] hæc Porphyrius de Ammonio.

IV.
CALVMNIA
PORPHYRI
IN AMMO-
NIUM.^a Apud Euseb.
lib. 6. cap. 13.

At verò sanctus Hieronymus ^f cum lucubrationes eiusdem Ammonij recenseret, Por-
phyrium mendacij redarguit, in primis cum ait: Ammonius, vir disertus & eruditus in
philosophia, eodem tempore Alexandria clarus habitus est; qui inter multa ingenij sui
& præclara monumenta, etiam de Consonantia Moyfi & Iesu elegans opus composuit,
& Euangelicos canones excogitauit, quos postea secutus est Eusebius Cæsariensis. Hunc
falsò accusat Porphyrius, quod ex Christiano Ethnicus fuerit: cum constet eum vsq; ad ex-
tremam vitam Christianum perseuerasse.] hæc Hieronymus. Sed & ante eum Eusebius ^g,
eamdem in Ammonium à Porphyrio illatam calumniam egregiè refellens, hæc ait: Am-
monium autem ex viuendi ratione, quæ est secundum veri Dei cultum, ad morem
Græcorum dilapsam, perspicuè certè atque aded improbè mentitus est: quid namque
non falsò comminisceretur Christianorum hostis? Nam & instituta Christianæ discipli-
næ (sicut historia superior declarauit) Origeni à parentibus integra tradebantur: &
Ammonio sincera diuinæ philosophiæ, religionisque Christianæ præcepta firma vsque
ad extremum vitæ exitum permanferunt; sicut hominis libri tanta elaborati industria,
tamque

V.
^f Hieron. de
Script. Eccl.
in Ammon.^g Apud Euseb.
lib. 6. cap. 13.
REFELLIT
TYR CALV-
NIA POR-
PHYRII.

ramque multorum commendatione approbati, quos posteritati reliquit, adhuc multis in locis testes esse poterunt, ut ille qui de Consensu & conuenientia Moyfi cum Iesu inscribitur, & alij qui reperiuntur apud litterarum studiosos. Ita igitur à nobis hoc loco posita sint ad declarationem tum calumniæ maleuoli obrectatoris, tum exquisitæ & copiosæ Origenis in Gentilium disciplinis cognitionis.] hæc Eusebius.

V I.
CVR CHRIS-
TIANI DO-
CERENT
PUBLICE
PHILOSOP-
HIAM.

^a Clem. Alex.
Strom. lib. 1.
^b Euseb. de
p. sp. euang.
lib. 11.
^c Philip. 1.

V II.
PHILOSOPHI
FACTI CHRIS-
TIANI, VEL
MAGI.

^d Aug. ep. 56
in fine.
^e Aug. de uer-
ra relig. c. 4.

^f Aug. de Ci-
uitate Dei,
lib. 19 c. 20.
^g Confess.
lib. 7. cap. 9.

V III.
^h Clem. Alex.
Strom. lib. 1.
PHILOSOP-
HIAM CON-
DYCERE
CHRISTIA-
NÆ RELI-
GIONI.

Sed fortasse poterit mirari quispiam, dum audit Christianum hominem in florentissima ciuitate, nobilissimaque eruditorum schola philosophiam publice profiteri, habereque auditores Gentiles homines. Verum haud passuri id fuissent sanctissimi eius ciuitatis Episcopi, nisi præuidissent ea omnia ad Euangelij profectum conducere. Docuit enim experimentum, eiusmodi scholas fuisse compluribus veluti introductionem quamdam ad Christianam fidem capessendam: dum enim quæ Plato docuisset, subtilissima indagatione disquirerent, ostenderentque eadem felicius longè ante Platonem esse in Diuinis litteris explicata (prout Clemens ^a Alexandrinus & Eusebius ^b Cæsariensis pluribus docent) sed & copiosius ac dilucidius penes Christianos reperiri: in mentes illorum interea instillabant Christianæ fidei elementa. Saragere namque, ut siue per occasionem (ut ait Paulus ^c) siue per veritatem Christus annuntietur, Apostolicum est. Quorum enim in gentia excolebantur Platonis disciplinis, prælibato veluti osculo sapientiæ, ad perfectam illius fruitionem inflammabantur.

At cum in eis ipsam inueniri perfectè, minùs concessum esse viderent; alterum de duobus solebat accidere: ut aut verè amatores ac indagatores sapientiæ se ad Christianam religionem ea potituri transferrent: vel qui nomine tenuis philosophi dicerentur, & curiositate sciendi quadam allecti eam tantummodò insectarentur; cum minùs nacti illam essent in philosphicis facultatibus, ad magicas se conuerterent impietates. Id planè Plotini auditoribus accidisse sanctus Augustinus ^d ad Diofcorum scribens affirmat. sed de eo inferius. At idem suis quoque temporibus contigisse ^e ait, ut, paucis mutatis sententiis atque verbis, complures Platonici facti fuerint Christiani. Id ipse pluribus, ceteros ad hæc inuitans: siquidem symbolis nonnullis communibus intercedentibus, perfacilis videri posset ex Academia ad Christi Ecclesiam transmigratio. Nam quem Plato pertigerat verticem disciplinæ; in primis Christianæ fidei rudimentis, in ipso primo ingressu vestibuli domus Dei, multo certior ac dilucidior inueniretur expressus, in ipso inquam Euangelij Ioannis piscatoris exordio: quod planè Platonici ipsi admirantes, scribendum esse aureis vbique litteris ^f testarentur: vsque adeò ut veritate conuicti, manus dederint; & illi tantum se continuerint, & in Platonis schola senuerint, qui inflati superbia, philosophico supercilio contempserint ex magistris fieri discipulos Christi, & in schola ^g piscatorum hominum profiteri.

Conducere quidem ad Christianam pietatem philosophicæ disciplinas, præstareque Christianos homines illis institui, non semel Clemens ^h Alexandrinus & ipse easdem ibidem professus insinuat, & in primis cum aduersus eos agit, qui iisdem propè temporibus, Christianis philosophiam profitentibus detrahebant: Non me, inquit, latuerunt ea etiam quæ ab aliquibus imperitè tumultuantibus iactantur; qui dicunt oportere in iis versari, quæ sunt maximè necessaria, & quæ fidem continent; externa autem, & quæ sunt superuacua, transilire, quæ nos frustra conterunt, & detinent in iis quæ ad fidem nihil conferunt. Alij autem etiam philosophiam ex malo ad hominum perniciem existimant in vitam esse ingressam, ut quæ profecta sit à maligno aliquo inuente. Ego autem, quòd vitium quidem malam habeat naturam, nec aticius boni esse agricola vquam sustinuerit, in his totis ostendam orationibus, quæ dicuntur Stromata; tacitè significans aliqua ratione diuinæ quoque prouidentia opus esse philosophiam. De commentariis autem, qui in temporibus necessariis Græcorum complexi sunt opinionem, tantum dico iis, qui reprehendendi studio delectantur. Primum quidem et si sit inutilis philosophia; si eam esse inutilem confirmare vtile est, vtilis est. Deinde nec fieri potest, ut ij Græcos (*Gentiles scilicet*) condemnent, qui nuda de eorum decretis dictione vtuntur: si non vnà sigillatim ad ea aperienda descendant vsque ad cognitionem. Est enim vel maximè fide digna probatio, quæ est cum experientia; quoniam vel perfectissima inuenitur demonstratio, eorum quæ sunt damnata, cognitione. Multa quidem, licet ad finem non conferant, artificij tamen ornamentum afferunt: cum alioqui varia ac multiplex doctrina & variè probat id quod adducitur, & catechumenis admirationem afferens, ea quæ sunt

A sunt præcipua dogmata vel eorum qui audiunt persuasionem deducit & veritatem.] hæc Clemens, qui & complura ad hæc eadem comprobanda subdit. & post multa:

Sed si (inquit) non comprehendit quidem Græca philosophia veritatis magnitudinem, & est adhuc imbecilla ad mandata Dei exequenda: at maximè regali quidem certè doctrinæ viam præparat, vt cumque castigans, & mores prius formans, & ad suscipiendam veritatem confirmans eum qui opinatur prouidentiam. Philosophiam ^a ergo adiuant disciplinæ, & ipsa philosophia tractandum de veritate. Ecce enim chlamys primò fuit vellus, deinde carpum fuit, & subtegmen stamenque factum, deinde fuit contextum. Iam ^b verò si vniuersa quoque ac generali oratione, quæcumque sunt necessaria & vitæ vtilia, diuinitus ad nos venire dicamus; minimè errabimus: vel potius dicamus ipsam quoque philosophiam Græcis veluti proprium datum esse testamentum, vt quæ sit fundamentum Christianæ philosophiæ; etiam si, qui ex Græcis philosophantur, ad veritatem sua sponte obsurdescant, barbarorum vocem vilipendentes, aut etiam reformidantes mortis periculum, quod impendit Fideli ex legibus ciuilibus.]

Ceterum ea abuti homines interdum accidit, vel cum non ea vt organo ad veritatem vtuntur; sed veluti finem consecuti, in ea firmiter conquefcunt. Hos autem admonet illud ex diuina Scriptura ^c symbolicum: Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius?] Quamobrem humanarum ista rerum scientia iure à Philone ^d Agar ancillæ est comparata, quæ per omnia Saræ subiicienda est. Eam etiam allegoriam ab eodem Philone, quem citat, mutatus est idem Clemens ^e Alexandrinus, ad nominis significationem alludens; quòd Agar ^f, ille interpretatus sit, incolatum: hincque dictum esse ^g, Ne multum sis apud alienam; siue, Cum aliena muliere ne sedas omnino.] Saram autem, meum principatum, nempe ipsam reginam, esse rectam de Deo Theologiam.

C proinde cum Agar in Saram insurgit, tunc Abraham, nempe principatum tenens intellectus, admonetur, Eice ancillam. Et ipse eam illi subiicienti ait: Ancilla tua in manu tua est, vt ere ea vti libet. sed quòd Agar monetur ab Angelo: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius: meminisseque debere, se non dominam, sed ancillam. His igitur symbolicis formulis, quonam modo Christiano homini philosophia vsui esse debet, iidem satis egregiè docuerunt. Sed & eleganter Gregorius ^h Nyssenus alienigenæ feminæ comparat externam philosophiam; quam Iudæus ritè legitimeque in vxorem ⁱ accipiet, dummodò ipsa deponat vngues & capillos, & eius partus circumcidatur. Licet igitur Christianus homo externis scientiis hunc in modum piè sancteque imbuitur, ac præsertim Platonis disciplinis, quas (vt dictum est) Ammonius Alexandriae publice profitebatur. Ad hæc etiam spectat illud penè vulgatum, & ore omnium verari solitum, ab Augustino de his pronuntiatum elogium, quo ait ^k: Philosophi autem qui vocantur, si qua fortè vera & fidei nostræ accommoda dixerunt, maximè Platonici; non solùm formidanda non sunt; sed ab iis etiam, tamquam ab iniustis possessoribus, in vsu nostro vindicanda.

Sic igitur (vt ad Ammonium redeamus) piè sancteque tum ipse, tum alij non sine diuino consilio eiusmodi in docendo institutum viti sunt suscepisse, ad magnam Christi, eiusque Ecclesiæ gloriam: cum toto orbe spectante atque mirante, qui profiterentur se piscatorum discipulos, magistri effecti essent Gentilium magistrorum, nempe Plotini, & aliorum. Quæ etiam via constat complures ad Christi Ecclesiam esse perductos, vt vidimus de Gregorio Thaumaturgo, eiusque germano, eiusmodi rete captis: illos verò tantummodò resiliisse, qui (vt diximus Augustini testimonio) veritatem superbo animo contempserunt. Quibus Origenes ^l his ipsis propè temporibus exprobrans, hæc scribit: Videre licet istos sapientiæ professores edere magna stultitiæ specimina, dum post illas disputationes in scholis agitas de Deo, rebusque intelligibilibus, mutant gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis hominis corruptibilis, atque etiam volucrum, quadrupedum, reptilium.] hæc ipse: tales quippe erant Aegyptiorum dij, quibus Plotinus tunc & alij philosophiæ consultissimi immolabant. Sed subdit hæc de ceteris quæ reliqua sunt ex sententia Pauli: Quapropter & ipsi sunt à prouidentia reprehensi, non dignè cognitione sibi reuelata viuere; voluntantur in concupiscentiis suorum cordium & impuritatibus, dedecorantes sua corpora lasciuis & turpitudinibus, eò quòd veritatem Dei mutauerint in mendacium, & venerati sunt, coluerintque creaturam magis quam creatorem.] hæc Origenes.

I X.
PHILOSOP-
HIA QVO-
MODO VTEN-
DVM SIT.

^a Clem. Alex.
Strom. lib. 6.

^b Idem Strom.
lib. 6.

X.
PHILOSOP-
HIA QVO-
MODO VTEN-
DVM SIT.

^c Prov. 5.
^d Philo de cõ-
gress. qua-
rend. erud.

^e Clem. Alex.
Strom. lib. 1.

^f Gen. 16.
^g Eccle. 9.

^h Greg. Nyss.
in vit. Moyf.
ⁱ Exod. 4.
^j Deut. 20.

^k Aug. de Do-
ctrin. Christ.
lib. 2. cap. 40.

X I.
PHILOSOP-
HI FACTI
DISCIPVLI
CHRISTI A-
NORVM.

^l Orig. contra
Cels. lib. 7.

XII. PRAESTANTIA CHRISTIANAE PHILOSOPHIAE.

Quantum autem hac ex parte qui Christo nomen dederant, rudes licet, praestarent sublimioribus, in omnibusque consummatis philosophis, idem mox subdit, haec dicens: Ceterum homines idiotae ab eis pro nihilo habiti, ut stulti & illiberales, si modo committant se in fidem Dei, & doctrinam Iesu recipiant, tantum absunt ab omni lascivia, spurcicia, turpitudine libidinum, ut in morem perfectorum sacerdotum ab omni coitu abhorrentium, multi eorum in totum castè pureque vivant, alieni à congressu mulierum etiam legitimo.] Sed quàm esset hoc apud eos inuenire difficile, immò nec ad modicum temporis spatium praestare illis fuisse possibile, philosophorum Atheniensium primarij, qui sacra curaret, demonstrat exemplo, sic dicens: Et apud Athenienses quidem vnicus Pontifex, ne ipse quidem satis sibi fidens quòd imperare possit masculis cupiditatibus, cicuta oblitis virilibus, putatur satis idoneus ad castè obeundas eius ciuitatis solemnnes carimonias. At apud Christianos non desunt viri, quibus cicuta ad hoc nihil opus est, ut Deo castè seruiant; sed pro cicuta eis verbum Dei sufficit ad expellendas è cogitationibus omnes concupiscentias, & vacandum precationibus.] haec & alia complura Origenes de rudium quoque Christianorum continentia, & summorum philosophorum impuritate, & ad breue tempus violentis medicamentis compressa libidine.

XIII. Vnde CALVMNIA CONFILATA GREGORIO.

Quòd autem summa castitas in veris solummodò eluceret Christianis, & hac ex parte nec senescentes atque consummati philosophi aequari possent adolescentibus Christianis: inde Gentilium philosophorum inuidia illud accidisse videtur iisdem propè temporibus (quod dictum est) Gregorio Thaumaturgo Christiano adolescentulo, iisdem Alexandriae philosophicas disciplinas addiscenti, dum summam eius tum corporis tum animi integritatem Ethnici professores inuidentes, immisso scorto, labefactatam eam reddere calumniosè conati sunt, atque turpitudinis aspergere sordibus; cum illa, diuino calculo suffragante, magis enituit.

XIV. PLOTINVS MAGIAE DEBITVS.

Quàm verum autem exploratumque sit, quod ex Augustino paulò antè dictum est, Platonicos philosophos, qui Christi discipuli fieri neglexerunt, philosophico supercilio dedignantes rigida colla subdere iugo Christi, sese magis illi quae per inuocationem daemonum fieri solet, penitus addixisse, Porphyrius, & ipse vnus ex illis, certam fidem facit in vita Plotini, qui non solum id de Olympio Ammonij discipulo expressè testatur, sed de ipso Plotino haec quoque subdit: Aegyptius quidam sacerdos Romam profectus, per amicum quemdam Plotino subito notus, cum exoptaret suam Romae sapientiam ostentare, suauis Plotino, ut secum accederet, familiarem sibi daemone, eo aduocante, protinus inspecturus. cui facile Plotinus est obsecutus. Acta verò est in aede Isis daemone inuocatio: solum namque hunc locum Romae purum ait Aegyptium inuenisse. sed cum in aspectum proprium ipse daemone accerferetur, pro daemone deus accessit, qui sanè non esset in genere daemoneum. Sic ergo repente Aegyptius exclamauit: Beatus es, ô Plotine, qui habeas pro daemone deum, neque ex inferiori genere sis deum sortitus familiarem. Narrabat verò, non licuisse tunc quidquam interrogare, neque diutius videre presentem: quippe cum communis quidam ibi contemplator amicus aues, quas manu tenebat custodiae gratia, suffocasset, siue inuidia ductus, siue timore perterritus.] haec Porphyrius de Plotino, qui iusto Dei iudicio eiusmodi praestigijs dederetur deridendus ac seducendus, quòd annos vndecim Christianum philosophum Ammonium vnà cum Platonicis institutis Christi fidem auditoribus propinquantem audiens, nihil penitus profecisset.

XV. Sap. 8. CASTITAS PECUNIARIS VIRTVS CHRISTIANORVM.

Quàm autem castè Plotinus vixerit, ipse viderit: habuisse certè Chionem viduam contubernalem, idem Porphyrius tradit, licet eam cum ipso castè vixisse praediceret; habitasseque apud Geminas matrem & filiam, domumque semper pueris & virginibus reuertam habuisse, idem affirmat, at nescio an philosophorum cicuta ei satis fuerit ad carnis concupiscentiam extinguendam, cum praesentia semper adessent & ante oculos posita tot tantaque luxuriae incentiua: quibus etiam cessantibus, non sit humanarum virium, sed Dei munus eam impertientis, continentia. Ex his videas quàm longè praestarent summis quoque philosophis, qui ex nostris (ut est Origenis testificatio) in Ecclesia infimi status & peritijs haberentur. At de Plotino & Ammonio iam satis. Constat etiam claruisse Athenis alium Ammonium philosophum Peripateticum, ut tum Porphyrius, tum Euanapius Sardonius tradunt. Meminit & alterius Ammonij, qui Plutarchi Chazronzi magister fuit: quem idem Plutarchus saepe magistrum suum nominat.

A ANNVS ANNVS ANNVS 235. 3. 12.

DVcentesimo trigésimoquinto Christi annus, Maximo & Paterno Coss. Fastis adscribitur, sed rebus Ecclesiasticis scriptorum inopia prorsus sterilis. Quòd enim consilium sit res certas certis consignare temporibus, multa praetermittimus, quae certis annis gesta fingi possent ad implendas vacuas annorum lacunas: sed à fictione historiae procul abhorret.

B ANNVS ANNVS ANNVS 236. 4. 13.

S Equenti anno ducentesimo trigésimo sexto, Maximo & Urbano Coss. Artaxerxes Perfarum Rex (ut Herodianus est auctor) inuasit Romanum Imperium: aduersus quem Alexander Imperator bellum gerens, eum felicissimè superauit, Romamque rediens septimo Kalendas Octobris de superatis hostibus triumphauit: cum, habita oratione in Senatu, ingentem ac insperatam de Persis victoriam partam, paucis tantum pro concione narrauit, quae à Lampridio ex Annalibus tunc scriptis accepta in haec verba posita recitantur: sed haec antea: Tum primum Persae serui apud Romanos fuerunt, quos quidem, quia indignè ferunt Perfarum Reges quempiam suorum alicubi seruire, acceptis pretiis reddidit; pretiumque vel his qui manu ceperant seruos, dedit, vel in aerarium contulit. Post hoc Romam venit, triumphoque pulcherrimo acto, apud Senatum primum haec verba habuit, quibus eiusmodi praeposita est inscriptio: EXACTIS SENATVS, die septimo Kalendas Octobres.

Persas P. C. vicimus: longa eloquentia opus non est; tantum scire debetis quae illorum arma fuerint, qui apparatus. Iam primum elephanti septingenti, iidemque turriti cum sagittariis & onere sagittarum: ex iis trecentos cepimus, ducenti interfecti iacent, decem & octo perduximus. Falcati currus mille, sed adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus: sed id quia & fingi poterat, facere superfedimus. Centum viginti millia equitum fudimus cataphractariorum, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello intererimus, eorum armis nostros armauimus; multos Perfarum cepimus, eosdemque vendidimus. Terras interamnanas Mesopotamiae, scilicet neglectas ab impura illa bellua, recepimus: Artaxerxen, potentissimum Regem tam re quam nomine, fufum fugauimus; ita ut eum terra Perfarum fugientem viderit, & qua ducta fuerant quondam signa nostrorum, ea Rex ipse signis effugerit relictis. Haec sunt P. C. gesta: eloquentia opus non est: milites diuites redeunt: laborem in victoria nemo sentit. Vestrum est supplicationem decernere, ne diis videamur ingrati.] sequuntur ex iisdem Annalibus dictae ad eum tunc à Senatu acclamationes. Sed quorsum haec? dices.

Voluimus autem haec eo consilio descripsisse, quòd, cum re vera nihil tribui possit diis Gentium, sed diuinæ prouidentiae cuncta subiaceant; quanam ratione Alexandro potius quam Perfarum Regi fauerit Deus exploratum omnibus sit. Magnam quidem ex hac historia licebit vitilitatem capeffere: ex iis enim, quibus artibus etiam impij valeant sibi ad maxima quaeque promerenda conciliare caeleste numen, quibusve factis iidem illud sibi infensum reddant, intelligemus. Quantumlibet autem verè rectaeque religionis expertes sint homines, diuinitus tamen est cuique insitum à natura, ut vitium malum & turpe, virtus autem bonum censeatur & pulchrum: illique poenam, huic verò praemium à Deo iure debitum existimeretur. Huius in mente hominum sculptae legis Alexander se pro viribus cultorem exhibuit: qui, ut praetermittamus cetera quae de his, qui res ab eo gestas sunt fufius profecuti, pluribus narrant, quibus quàm recti fuerit obseruantissimus declaratur: in hac ipsa expeditione paranda, Antiochiae cum esset, eius rei egregium specimen edidit: cum, licet in procinctu, quando alij Imperatores solent militibus indulgere, ac pariter officijs demulcere; ipse tunc potissimum aequi tantum rationem ducens, milites quosdam se mulieribus admiscentes, deliciisque dantes, coniecit in vincula, legio-

I. Herod. lib. 4. ALEXANDRI DE PERSIS TRIUMPHVS

II. ALEXAND. PRAECIA-RAE RES GESTAE.

III. CVR A DEO TANTA PRAESTITA ALEXANDRO.

IV. SYPERBVS DEPRIMI TVR ARTA XRXES. Herod. lib. 6. August. de Civit. Dei, lib. 5. cap. 11. 13 14 15. V. TRANSLATIO STHOMAE.

nemque pro illis tumultuantem exauctoravit, vixque rogatus post dies triginta restituit. A Huiusmodi igitur iustitia munitus exercitus, hostem potentissimum inuictumque haecenus profligavit: quem e contra nulla iusti vel aequi ratio, sed tantum tumor mentis fastusque superbiae ad bellum accinxerat: quippe qui (vt auctor est Herodianus a) litteras pacis ab Alexandro missas contempsit barbarica insolentia. Quantum enim conferat, etiam Ethnicis, in acquirendis rerum dominiis, propulsatio vitiorum, atque ad morum optimorum numeros attemperata vita hominum, Augustinus b pluribus differit, ostendens Romanos olim his egregie imbutos, plurimos sibi populos subiecisse, e contra vero vitiorum incremento regna maxima corruisse. Fertur hoc anno, bello Persico confecto, translaturum fuisse ex India corpus S. Thomae Edessam: sed quod absque antiquorum testimonio tradatur, fides sit apud auctorem. Ceterum haud ipsum integrum transferri permissum certum est: nam Indi adhuc se illud B possidere profitentur: quod & qui res Indicas nostri temporis sunt profecuti, testantur.

I. ALEXANDER IMP. OCCISVS. Al. Moguntiam, forte Moguntiacum. Euseb. in Chron. & Cassiodor.

ANNO Christi ducentesimo trigesimo septimo, Seuero & Quinctiano Coss. decimo octavo die mensis Martij, Alexander Imperator in expeditione Germanica, Maximini dolo, vna cum Mamæa matre apud * Mogatium c occiditur, cum imperasset annos tredecim & dies nouem, vixissetque annos vigintinouem, menses tres, & dies septem. hanc de annis eius Lampridius. Quod igitur iisdem Coss. decretum ab ipso fuerit exilium Pontiano Papæ; sic à suis militibus occidi, Deo facinus vlciscente, permittitur. Nam in libro de Romanis Pontificibus hæc scripta habentur: Eodem tempore Pontianus Episcopus & Philippus presbyter in exilium ab Alexandro sunt deportati in Sardiniam, Seuero & Quinctiano Coss. Aliqua potius calumnia circumuentum à Gentilibus (vt sæpe accidere consueuisse diximus) Pontianum existimamus, quam Christianæ religionis causâ (cum ipse Imperator familiam haberet referat Christianis hominibus) negotium illi facilitum ab Alexandro.

II. dChrysoft. in 2. ad Corinth. homil. 26.

Fuisse post obitum inter deos relatum Alexandrum, Lampridius est auctor, vana scilicet atque stulta superstitionis consuetudine. Sed quid mirum, Romanos hunc suum Imperatorem in deorum numero collocasse, cum externum eiusdem nominis Principem, Alexandrum Macedonem pari apotheoseos honore dignati sint? Qua de re agens Ioannes Chrysostomus d de huiusmodi Romanorum stultitia egregie philosophatus, sic inquit: Romanorum Senatus Alexandrum decimumtertium deum esse censuit. Is enim hanc potestatem habebat, vt deos crearet atque conscriberet.] subdit exemplum de facta olim de Christo relatione ad Senatum, quam ex Tertulliano suo loco superius recitauimus. Et post multa iterum de Alexandro hæc addit: Qui fieri potest, vt Alexander deus sit? an non mortuus est, & quidem miser?] At quod Gentiles de Christo æquè mortuum esse obicerent, hæc subdit: Quod si Christum viuere dixerimus, risus statim consequitur, quamlibet etiam Orbis vniuersus, vt olim, & nunc quoque id clamer; tunc videlicet per miracula, nunc autem per eos qui ad eum sese conuertunt: neque enim mortui est ista præstare. Sin autem rursus quispiam Alexandrum viuere asserat, huic fidem adhibes, cum tamen nullum miraculum proferre queas?] Ac deinde post multa de Christi gloria prædicata, Quid, inquit, Christum commemoro; cum ipse discipulis quoque suis, vt post mortem clari & celebres essent, concesserit?

III. QUANTVM PRÆSENT SERVI DEI IMPERATORIBVS.

Vbi nunc, quæsto, Alexandri tumulus est? Fac mihi eum ostendas, diemque quo vitam cum morte commutauit. At Christi seruorum tam splendida sepulchra sunt, vt quæ Vrbem omnium præstantissimam maximeque regiam occuparint: & dies noti atque perspecti, vt qui festi à toto orbe agitentur. At illius tumultum familiares quoque ignorant; huius autem barbari quoque ipsi exploratum habent. Ac sepulchra eorum qui Crucifixo seruierunt, regias aulas splendore vincunt, non tam magnitudinis aut pulchritudinis ædificiorum ratione (nam hac etiam ex parte superant) quam, quod multo maius est, coeun-

A coeuntium studio & alacritate. Nam & ille qui purpuram gestat, ad sepulchra illa se confert, vt ea exosculetur: abiectoque fastu, supplex stat, Sanctosque obsecrat, vt ipsi apud Deum sibi præsidio sint: atque vt tentorium opificem, & piscatorem, & quidem vitâ sanctos, patronos habeat, precibus is contendit, qui diademate victus est. Ergo ne, dic quæsto, horum Dominum mortuum dicere audebis, cuius serui, etiam defuncti, eorum qui vniuerso Orbi imperant, patroni & defensores sunt?] hæc ibi & alia plura de gloria Sanctorum Chrysostomus. Sed iam ad propositam historiam redeamus.

Occiso (vt dictum est) Alexandro, Iulius Maximinus Thrax genere, humili loco natus, barbaris parentibus, quorum alter e Gothia, alter vero ex Alanis erat, quem Alexander (vt tradit Capitolinus) Tribunum tironibus præfecerat, ab exercitu Imperator proclamatus, inuadit Imperium, tenuitque annos tres. Sed quid hic statim decernat in Christianos, his verbis Eusebius a narrat: Maximinus propter grauem inuidiam, qua contra Alexandri familiam, in qua complures Fideles & Christiani versabantur, flagrabat, acerbam persecutionis tempestatem concitauit, iussitque solos Ecclesiarum Præsides, tamquam auctores Doctrinæ Euangelicæ, neci dari.] hæc ipse. Quinam fuerint hi in Alexandri familia Christiani, & primi (vt par est credere) ad necem quæsi, incompertum habetur. Sicut temporibus Apostolorum in Neronis familia Christiani erant, quorum Paulus sic meminit scribens ad Philippenses b, Salutant vos omnes sancti, maxime qui de domo Cæsaris sunt:] ita sequentibus temporibus non fuisse aulam Imperatoris absque Christianis, tum Tertullianus c à nobis superius citatus, tum etiam Irenæus d testatur, sic dicens; Quid autem & hi qui in regali aula sunt Fideles? nonne ex eis quæ Cæsaris sunt, habent vtilia, & iis qui non habent, vnusquisque eorum secundum suam virtutem præstat?] At multo pluribus propter veterem Mamææ cum Christianis familiaritatem abundasse familiam Alexandri Fidelibus; æquum est existimare: illamque animi feruitatem, & odium vitiorum ex Christianorum consuetudine Alexandrum contraxisse putamus. Porro omnes Alexandri ministros à Maximino variè occisos esse, testatur Iulius Capitolinus: Ceteros etiam (inquit) sine iudicio, sine accusatione, sine delatore, sine defensione omnes interemit, omnium bona sustulit; & plusquam quatuor millibus hominum occisis, se satiare non potuit.] hæc ipse.

At quoniam Christianam religionem, longè lateque diffusam, posse conuellere, impossibile & Romano Imperio damnosum esse noscebat: vt capita potius eius religionis demeterentur, instituit; rarus nimirum, paucorum nece? veluti ingentis molis fundamentis conuulsis, totam machinam protinus collapsuram. Sed consuluit Deus Ecclesiarum suarum, cum huius horrende tempestatis nubem citò disiecit, serenamque tranquillitatem restituit. Sextam hanc Orosius e & Augustinus f persecutionem appellant, at licet breuis, vehemens tamen fuit atque fæua: non modò enim Præsules, sed & clericos Ecclesiarum à Maximino vexatos, Seuerus g tradit. Præcessit autem & eius adeo immanis cladis hæc causa.

Ante persecutionem enim grauissimi terræmotus Orientis oras acerbissime exagitarunt: quæ mala Gentiles more solito adscribebant Christianis; nimirum quod qui non colerentur ab illis diis, irati, his vel aliis cladibus Orbem sæpè concuterent. Meminit eius terræmotus Origenes h, hæc dicens: Scimus autem & apud nos terræmotum factum in quibusdam locis, & factas fuisse quasdam ruinas, ita vt qui erant impij extra fidem, causam terræmotus dicerent Christianos. Propter quod persecutiones passæ sunt Ecclesiæ, & incensæ sunt. Non solum autem illi, sed & qui videbantur prudentes, talia in publico dicebant, quia propter Christianos fierent grauissimi terræmotus.] sic Origenes.

At hæc locupletius Firmilianus i Episcopus Cæsareæ in Cappadocia, eiusdem olim discipulus Origenis, dum in epistola ad Cyprianum, qua agit de Baptismate hereticorum, sic ait: Ante viginti enim & duos ferè annos, temporibus post Alexandrum Imperatorem, multæ istic conflictationes & pressuræ acciderunt, vel in commune omnibus hominibus, vel priuatim Christianis. Terræ etiam motus plurimi & frequentes extiterunt, vt per Cappadociam & Pontum multa subruerent, quædam etiam ciuitates in profundum receptæ disrupti soli hiatu deuorarentur; vt ex hoc persecutio quoque grauis aduersum nos Christiani nominis fieret, quæ post longam retrò ætatis pacem repente oborta, de inopinato & insueto malo ad perturbandum populum nostrum terribilior effecta est. Serenianus tunc fuit in nostra prouincia Præsides, acerbus & dirus persecutor.] Meminit

IV. MAXIMINVS IMPERAT.

Euseb. lib. 6. cap. 21. MAXIMINVS PERSEQVITVR CHRISTIANOS.

Philip. 4.

Tertul. in Apolog. c. 37. Iren. lib. 4. cap. 49.

V. PERSECVTIO SVB MAXIMINO.

Oros. lib. 7. cap. 19. August. de Ciuitate Dei, lib. 18. c. 52. Seu. hist. sacr. lib. 2.

VI. TERRÆMOTVS CAUSA CHRISTIANI VEXANTVR.

VII. Apud Cypri. epist. 75. edit. Pamel.

SERENIANVS PERSECVTOR.

Lampridius in Alexandro Aelij Sereniani, viri clarissimi, quem vnum ex consiliariis Alex- andri fuisse tradit, eumque virum omnium sanctissimum nominat: vt planè appareat, qui apud eos religiosiores ac proinde sanctiores haberentur, eos acerbiori odio Christia- nos deorum contemtores persecutos esse. Sed coeptam deinceps narrationem Firmilia- nus profequitur, dicens:

VIII. PSEVDOPROPHETISSA MULTOS DECIPIT.

In hac autem perturbatione constitutis Fidelibus, & huc atque illuc persecutionis me- tu fugientibus, & patrias suas relinquentibus, atque in alias partes regionum transeun- tibus (erat enim transeundi facultas, eò quòd persecutio illa non per totum mundum, sed localis fuisset) emerfit istic subito quaedam mulier, quæ in ecclasi constituta propheten se proferret, & quasi sancto Spiritu plena sic ageret. Ita autem principalium demoniorum impetu ferebatur, vt per longum tempus sollicitaret & deciperet fraternitatem, ac mira- bilia quaedam & portentosa perficiens, & facere se terram moueri polliceretur: non quòd demoni tanta esset potestas, vt terram mouere, aut elementum concutere iussu valeret; sed quòd nonnumquam spiritus nequam præciens & intelligens terræ motum futurum, id se facturum simularet, quod futurum videret. Quibus mendaciis & iactationibus sub- egerat mentes singulorum, vt sibi obedirent; & quocumque præciperet & deduceret, se- querentur: faceret quoque mulierem illam cruda hieme nudis pedibus per asperas niues ire, nec vexari in aliquo, aut lædi illa discursione: diceret etiam, se in Iudæam & Ieroso- lymam festinare, fingens tamquam inde venisset.

IX.

Hic & vnum de presbyteris Rusticum, item & alium diaconum sefellit, vt eidem mu- lieri commiserentur; quod & paulò post detectum est: nam subito apparuit illi vnus de exorcistis vir probatus, & circa religiosam disciplinam benè semper conuersatus; qui ex- hortatione quoque fratrum plurimorum (qui & ipsi fortes & laudabiles in fide aderant) excitatus, erexit se contra illum spiritum nequam reuincendum, qui subtili fallacia etiam hoc populo antè prædixerat, venturum quemdam auersum & tentatorem infidelem. Tamen ille exorcista, inspiratus Dei gratia, fortiter restitit, & esse illum nequissimum spi- ritum, qui prius sanctus putabatur, ostendit. Atqui ista mulier, quæ prius per præstigias & fallacias dæmonis multa ad deceptionem Fidelium moliebatur, inter cetera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter ausa est, vt & inuocatione non contemptibili sanctificare se panem, & Eucharistiam facere simularet, & sacrificium Domino sine sa- cramento solitæ prædicationis offerret, baptizaret quoque multos, vsitata & legitima ver- ba interrogationis vsurpans, vt nil discrepare ab Ecclesiastica regula videretur. Quid igitur de huius baptismo dicemus, quo nequissimus dæmon per mulierem baptizauit? &c.] hæcenus de his quæ pertinent ad huius temporis historiam Firmilianus. Sed ad persecu- tionem à Maximino excitatam redeamus.

X. EXORCISTA REDARGUIT IMPOSTURAM.

X.

PONTIANI PAPAE MARTYRIUM.

Martyrologium Rom. ead. die.

Hac eadem persecutione virgente, hoc ipso anno, iisdemque Coss. Pontianus Roma- nus Episcopus, quem diximus Alexandri iussu fuisse in Sardiniam insulam deportatum; eiusdem Maximini mandato fustibus verberatus, martyrium consummauit decimo no- no die mensis Nouembris: cuius corpus postea à Fabiano Papa Romam translatum est, & in cœmeterio Callisti sepultum. ita tabulæ Ecclesiasticæ habent, in quibus natalis eius dies anniuersaria celebritate repetendus adscriptus habetur; necnon liber de Roma- nis Pontificibus sæpè citatus, in quo hæc etiam scripta leguntur: Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, creauitque presbyteros sex, diaconos quinque, & Epi- scopos per diuersa loca sex. Cessauit Episcopatus à die depositionis vndecimo Kalendas Decembris, dies tredecim.]

XI. ANTERVS PAPA.

Substitutus est in locum eius tertia Decembris Anterus, natione Græcus ex patre Romulo, qui & sequenti anno ab eodem persecutore (quòd aduersus sacerdotes bellum iurasset) iussus est occidi. Sed de his suo loco. At non audiendi penitus recentiores qui- dam, qui post Pontianum introducunt Cyriacum quemdam Romanum Pontificem, cuius nulla prorsus extat mentio in serie Romanorum Pontificum à Latinis descripta, vt in libro de Romanis Pontificibus, vel apud Optatum Mileuitanum, vel Augusti- num, aut Cresconium, aliòve indices Vaticanos; nec apud Græcos; vt Eusebium, Ni- cephorum chronographum, vel alios: adeò vt ne digna quidem sit quæ pluribus con- futetur sententia, quippe quæ nulla penitus nitatur ratione, vel testimonio antiquorum, ex commentitiis tantum Actis illis martyrij sanctarum Vrsulæ & sociarum petita, quæ in nostris Notationibus refutauimus. Ex ea namque hitoria de Cyriaco Papa, qui ibi nomi-

A nominatur, falsa hæc opinio fluxisse videtur. Sed nec illa, licet adulterina, Acta suffra- gantur, quibus sub Attila Cyriacus ille introducit.

Iam quod ad ipsam per Maximinum excitatam persecutionem pertinet; eam fuisse fauissimam, ex barbari hominis natura in omnem crudelitatem effusa, poterit qui- que facillè intelligere. Qui enim erga suos milites, aliosque suæ ipsius superstitionis cul- tores inmanem, ferum, ac trucem se præbuit: qualem, quæso in Christianos, quos pu- blicos hostes reputabat, se gessisse credendum est? De eo enim Iulius Capitolinus hæc habet: Tam crudelis fuit, vt illum alij Cyclopem, alij Busiridem, alij Scironem, nonnulli Phalarim, multi Typhonem, vel Gygem vocarent. Senatus eum tantum ti- mit, vt vota in templis publicè priuatimque mulieres etiam cum suis liberis facerent, ne ille vquam vrbe Romam videret. Audiebat enim alios in crucem sublatos, alios animalibus nuper occisis inclusos, alios feris obiectos, alios fustibus elisos: atque omnia hæc sine delectu dignitatis, cum videretur disciplinam velle regere militarem, cuius exemplo ciuilia etiam corrigere voluit; quod non conuenit Principi, qui velit diligi. Erat enim ei persuasum, nisi crudelitate Imperium non teneri.] & inferius: Sed cum Roma- ni eius crudelitatem ferre non possent, quòd delatores euocaret, accusatorem immit- teret, crimina fingeret, innocentes occideret, damnaret omnes quicumque in iudicium venissent, ex ditissimis hominibus pauperrimos faceret, nec aliunde nisi malo alieno pec- uniam quærerent, deinde sine delecto Consulares viros & duces multos interimeret, alios Scythicis vehiculis exhiberet, alios in custodia detineret, nihil denique prætermitteret, quod ad crudelitatem videretur operari: contra eum defectionem pararunt.] hucusque de Maximini sauitia Capitolinus. Si igitur hæc (vt diximus) in suos; quanta in Christia- nos admisisse putandus?

C Hunc in modum igitur tam dira tempestate Ecclesia agitata, visum est Origeni, ea sibi oblata occasione, suis scriptis martyrium celebrare. Meminit eius commentarij ab eo editi Eusebius sic: Eo tempore Origenes librum compositum de Martyrio, & opus illud Ambrosio Episcopo, atque Protoceto Ecclesiæ Cæsariensis presbytero, propterea quòd vtrumque non exigua persecutionis procella exagitaauerat, dedicauit. In qua qui- dem traditum est, eos viros ob veram & constantem fidei confessionem sub finem Im- perij Maximini (qui non amplius triennio regnauit) magnam laudem fuisse consecu- tos. Tempus huius persecutionis cum in vigesimo secundo libro commentariorum in Euangelium Ioannis, tum in multis variisque epistolis apertè demonstrat Origenes.] hæc Eusebius, paucis his totum persecutionis tempus absoluens. Verum citatus ab Euse- bio locus Origenis desideratur.

D Ceterum confusus simul esse plerosque, nec satis distinctos haberi martyres qui sub Iulio Maximino, ab iis qui sub Galerio Maximino passi sunt, inuenimus, præsertim vbi nulla cuiusque eorum prænominis facta mentio reperitur: cum alioqui sæpius li- brariorum errore, Maximinus, & Maximianus, nomina inuicem mutata esse, certum sit. Ipse autem Maximinus, confecto feliciter hoc anno Bello Germanico, aliisque ob- tentis victoriis, Sirmium veniens, illic hiemauit: cum interim Romæ per Sabinum Præfectum Vrbanum, & Vitalianum Præfectum Prætorio, acerrimè læuiret in popu- lum. Eosdem quoque de Christianis, quos putabant inuenos esse Maximino, exercui- se carnificinam, homines natura feros, & ad Maximini ingenium optimè comparatos, quis dubitat? Inter hæc autem idem Maximinus Augustus Maximum filium Imperij collegam adsciuit.

IESV CHRISTI ANTERI PAP. MAXIMINI IMP. ANNVS 238. ANNVS I. ANNVS 2.

S Equenti anno, Maximinus Augustus & I. Africanus Consules habentur Fastis ad- scripti, quo, die tertia Ianuarij Anterus Papa, cum vix mensem in Pontificatu egisset, læuiente (vt dictum est) Maximino Imperatore Romæ per Vitalianum Præfectum Præ- torio, & Sabinum Vrbi Præfectum, pro Christi nomine martyrio coronatur. Mensen- dumtaxat illi Eusebius tum in Chronico, tum etiam in historia præbuit: cui concordat liber de Romanis Pontificibus in eo, quòd ponit, his Consulibus eundem Anterum

coronatum esse martyrio. de quo etiam hæc ibi leguntur: Hic gesta martyrum diligenter à Notariis exquisiuit, & in Ecclesia recondidit: propter quod à Maximo Præfecto martyr effectus est.] sed puto legendum, A Maximini Præfecto.

II. NOTARIORUM MVNVS

Sed à Clemente Papa primùm magna diligentia curatum fuit (quod dictum est) vt à septem Notariis per regiones Vrbs diuisis, gesta martyrum scriberentur. Deinde Fabianus Papa, qui successit Antero, de quo est sermo, vt magis magisque historiarum veritati consultum foret, septem Notariis huic operi adscriptis, qui Acta martyrum integra exciperent, septem præfecit subdiaconos. Porro Notariorum opus fuisse existimamus, vt non ipsa tantùm Acta, cruciatus nempe, diraque ac sæpius repetita tormenta describerent, sed etiam quæcumque iisdem sancti martyres locuti essent, dum caperentur, ac publice torquerentur; quæ item ad supplicia ducti, fuissent interlocuti, memoriæ commendarent. Illa autem quæ intra cancellos, obducto velo, coram iudicibus, cum de ipsis qua-

ACTA PRO CONSULARIA.

stio haberetur, iisdem rogati, dicerent; publicorum exceptorum muneris erat, cuncta scriptis mandare, & inter publica Acta referre: quæ cum agerentur in prouinciis, Proconsularia ab Augustino & aliis dicta reperimus. Porro hæc ipsa, vel horum potius exemplum, à Christianis collata pecunia redimi solebant, & inter Acta martyrum sedulo asseruari. Quæ verò extra cancellos cum martyribus agerentur, vel dicerentur, ab Ecclesiarum Notariis, magna adhibita cautela, consuetis notis quàm celerrimè tabulis adnotabantur.

III. NOTARVM INVENTORES ET VSVS

Ceterùm ipsas notas olim à Tirone Ciceronis liberto primùm fuisse excogitatas, Eusebius tradit, quibus non verba tantùm, sed etiam sententiæ integræ continerentur: sed id Dio tribuit Mecanati, qui per Aquilam libertum eas alios docuerit. At de horum mira in scribendo velocitate est Martialis distichon:

Enf. in Chron. Olymp. 193. m. 4.

Currant verba licet, manus est velocior illis: Nondum lingua suum, dextra peregit opus.]

Dio histor. Rom. lib. 55. Martial. lib. 14. Anson. epig. 137.

Est & elegans Aufonij epigramma ad notarium suum velociter excipientem, in quo & hi versus:

Quam præpetis dextra fuga Tu me loquentem præuenis: Quis quæso, quis me prodidit? Quis ista iam dixit tibi, Quæ cogitabam dicere? Quæ furia corde in intimo Exercet ales dextera? Quis ordo rerum tam nouus, Veniat in aures vt tuas Quod lingua nondum absoluerit? &c.]

Quæ quidem haud otiose hic voluimus recitasse, immò magna ex causa: ne quis adèd miretur, & impossibile ducat, descriptas fuisse longas martyrum orationes, quæ ipsorum Actis interdum reperiuntur intextæ, licet non negam aliquas ex illis postea superadditas.

IV. REIS DICENDI CONCESSA LIBERTAS.

Certè quidem si quid apud iudices ius valebat, & spatium suæ dicendæ causæ reis à lege concessum Christianis liberum debebatur, haud mirabitur quis, si in Actis sanctorum martyrum longiores legerit ab eis habitas coram iudicibus orationes. Siquidem ex lege accusatori lex horæ dicendi dabatur, reo autem nouem. id quidem testatur Plinius scribens ad Vrsū: cum alioqui antiquitus prolixior terminus esse solet, & arbitrio cuiuscumque: Pompeius autem in tertio suo Consulatu (vt tradit auctor apud Tacitum in libro de Oratore) primus inuentus est, qui dicentibus causam certum præfixerit, quem diximus, terminum. Qui hæc, inquam, considerat, haud mirabitur longiores interdum reperiri apud Acta martyrum dictas ab illis orationes, quas Notarij excipiebant mira pernicitate scribendi. Laudatur à sancto Augustino horum peritia, non in conscribendis tantùm Actis martyrum, sed & in publicis excipiendis cum hæreticis disputationibus, mutuisque collationibus, atque in sacrorum Conciliorum gestis scribendis. de quibus suis locis dicturi sumus.

Aug. de Doctr. Christ. lib. 2. cap. 26.

V. ACTA OMNIS GENERIS MARTYRVM SCRIBI SOLENT.

Egregiam igitur nauatam esse operam à maioribus nostris, vt non Præfulum modò, aliorumve qui in Ecclesia illustriores essent, martyrij Acta conscriberentur, sed etiam infimi ordinis hominum, tradit Pontius diaconus in passione S. Cypriani, sic dicens: Ipsi maio-

A maiores nostri plebeis & catechumenis martyrium consecutis, tantum honoris pro martyrij ipsius veneratione dederunt, vt de passionibus eorum multa, aut propè dixerim penè cuncta conscripserint, vt ad nostram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, peruenirent.] hæc Pontius. Porro non solum in Romana Ecclesia, vt Acta martyrum accuratè conscriberentur, sed ab aliis quoque id diligenter curatum esse, alibi diximus. Ceterùm res gestas martyrum tanto studio perquisitas, maxima ex parte Diocletiani edicto flammis traditas deplorauimus, cum de Martyrologio tractationem elucubrauimus.

In tract. de Martyrolog. Rom. cap. 1.

At vt ad Anterum demum reuertamur, qui adèd in id opus incubuisse dicitur, vt eius causa martyrium quoque subierit, hæc insuper in eodem libro scripta leguntur: Hic fecit ordinationem vnam per mensem Decembrem, & vnum Episcopum ordinauit in ciuitate Fundis Campaniæ. Qui sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, tertio Nonas Ianuarij. Et cessauit Episcopatus eius dies tredecim.] hæc ibi. Subrogatus est die decimasexta Ianuarij in locum ipsius Fabianus (vt subditur) natione Romanus ex patre Fabio. de cuius annis dicemus in eius obitu. Quod autem spectat ad Fabiani Papæ electionem, hæc ab Eusebio scripta habentur: Post Anteri mortem, aiunt Fabianum vnà cum alijs ex agro Romano commigrasse, ibique sua collocasse domicilia; vbi, diuina & cælesti gratia largiente, ad cleri administrationem mirandum in modum euectus est. Nam cum omnes fratres, causa deligendi eius qui Episcopatum gereret, in Ecclesia conuenissent, & multi de multis illustribus & præclaris vitis ad illud munus obeundum idoneis cogitarent: quamquam Fabianus, qui tum fortè præstò erat, nemini in mentem venerat; derepentè tamen columbam è sublimi deuolantem, quæ similitudinem Spiritus sancti super Saluatorem in specie columbæ descendens representare videbatur, eius capiti infedissememorant: ac propterea populum vniuersum pariter vno sacratu Spiritus instinctu commorant, magna cum alacritate, & vno animorum consensu, eum dignum eo dignitatis gradu acclamasse, & absque mora abreptum illum in sede Pontificia collocasse.] hæc Eusebius.

VI.

In quæ autem difficillima tempora Fabiani sedes inciderit, tum Herodianus, tum etiam Iulius Capitolinus in rebus gestis Maximini demonstrant. Post innumeras enim cædes à Maximini ministris in quoscumque licet innocios immaniter perpetratas, rerum status ex insperato mutatur. Nam delectis hoc anno in Africa Gordiano Proconsule, eiusque filiis Imperatoribus, eosque approbante Romæ Senatu, Maximinumque hostem iudicante; primùm omnium Vitalianus Præfectus Prætorio, qui in ciuium sanguinem ferociter desæruerat, necnon etiam Sabinus Vrbi Præfectus iisdem moribus comparatus, & ad Maximini voluntatem ambo egregiè accommodati, occisi sunt. Sed & post hæc inter Prætorianos milites qui stabant à Maximino, atque populum eos insectantem, in eosque sæpè impetum facientem, ingens dissidium constatum est: his enim eos inuadentibus, illis autem resistentibus, ac validè repugnantibus, magna facta est vtriusque partis occisio, vsque adèd vt Vrbs ipsa à militibus inflammaretur: cum inter eam ambobus Gordianis, agente contra eos Capeliano Numidiæ ac Mauritaniam Præfecto, extinctis, à Senatu Clodius Maximus Pupienus & Cælius Balbinus, qui subeant curam Imperij, deliguntur: à quibus & cooptatus est Gordianus, senioris Gordiani nepos, puer in Cæsarem.

Euseb. lib. 6. cap. 22. FABIANI ELECTIO QUALIS.

VII. Herod. lib. 7. GORDIANI ACCLAMANTVR IMP. in Vit. duorum Maximin.

Hæc dum Romæ aguntur, per Romanum Imperium Legati à Senatu mittuntur ad sollicitandas prouincias, vt à Maximino deficerent. sed de his anno sequenti. Quæ verò de statu Vrbs & Romano Imperio à nobis hic summam collecta sunt, fusiùs à citatis nuper historicis recitantur: ratio enim instituti haud patitur nos in hæc longiùs euagari. Ceterùm has adèd immensas atque pauendas cuique turbas, ipsumque atrocissimum ac periculosissimum ciuile bellum, quo non Romæ solum, sed in toto propemodum Romano Imperio facta est mutatio magistratum, cohibuisse credimus Maximinum à sæuissima illa persecutione Fidelium, coactum nimirum sua curare negotia. Sic igitur persecutionem sub Maximino excitatam, haud putamus biennij temporis spatium esse transgressam: nisi dixerimus nouorum Imperatorum (quod magis placet) electionem factam esse anno sequenti. Sed ad res Romani Pontificis Fabiani.

PUPIENVS ET BALBINVS ELIGVNTVR.

VIII.

Quòd autem hoc anno, iisdemque Consulibus, Kalendis Iulij data habeatur Fabiani nomine epistola ad omnes Ecclesiarum (vt præferret titulus) comministros: tam in titulo, quàm etiam in Consulibus deprauata adèd est, vt spuria penitus censeatur, nisi nonnulla

PERSECVTIO SEDATA.

IX. DE FABIANI EPISTOLA DEPRAVATA.

nulla in ea posita corrigantur. Habent enim hæc de Nouato atque Nouatiano : Insuper & illud vos scire desideramus, quia nostris temporibus, præpedientibus quidem nostris peccatis, suadente antiquo hoste, qui semper ut leo rugiens circuit quærens quem deuoret, superuenit Nouatus ex Africa, & separauit de Ecclesia Christi Nouatianum & quosdam alios Christi confessores, & conuertit in prauam doctrinam. A quibus vos fratres auertite, & caute ab omnibus qui alteram fidem & doctrinam tenent, quàm Apostoli & successores eorum tenuerunt & docuerunt.] hæc ibi. Sed & in libro de Romanis Pontificibus, hæc quæ his repugnant, habentur in Fabiano: Post passionem verò eius (*nempe Fabiani*) Moyses & Maximus presbyteri & Nicostratus diaconus comprehensi sunt, & in carcerem missi. Eodem tempore superuenit Nouatus ex Africa, & separauit Nouatianum de Ecclesia & quosdam confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est, qui fuit ibi mentes vndecim.] Sed & in Cornelio hæc in eadem sententiam: Sub huius (*Cornelij scilicet*) Episcopatu Nouatus Nouatianum extra Ecclesiam ordinauit, & in Africa Nicostratum. Hoc factò, confessores qui se separauerant à Cornelio, cum Maximo presbytero, qui cum Moysè fuit, ad Ecclesiam sunt reuersi.] Hæc quidem nonnisi Cornelij tempore facta, Cyprianus a quoque sæpè testatur: cuius auctoritate cum constet, non antè seductum esse Nouatianum à Nouato, nisi post schisma constatum aduersus Cornelium Papam; nihil est quòd dici possit id factum fuisse tempore Fabiani. Nam & Cyprianus, qui summo studio Nouati sordes omnes, quòd cauerent eum Fideles, colligens ob oculos omnium ponit, nullum ei crimen impingit, nullamque inurit notam, quòd aliàs se ante electionem Cornelij ab Ecclesia separauerit.

NOVATUS
ET NOVA-
TIANVS
QUANDO
EMERSI.

*Cypri. ep. 49.
51. 76.

X.
b Pacianus
ad Sympr.
epist. 3.

NOVATIA-
NVS SVB
CORNELIO.

I.
ANNI IMP.
RII MAXI-
MINI.

*Euseb. lib. 6
cap. 21.

Christi anno ducentesimo vndequadagesimo Fastis Cassiodori habentur adscripti Consules Perpetuus & Cornelianus, siue Cornelius, quem alij secuti sunt: sub quibus ponunt complures exitum Maximini: sed quo iure non video. Quamuis enim aliqui dixerint regnasse Maximinum annos tres, sed inchoatos tantummodò, sicque eum hoc anno sublatum: illa magis probatur sententia, qua dicitur ipsum imperasse annos tres absolutos, ut Eusebius in Chronico, licet in historia non amplius triennio regnasse tradat. Cassiodorus dum quatuor ponit Consulatus tempore Imperij Maximini, sub quorum primo cœperit imperare, & sub quarto occisus fuit, explese in Imperio triennium

animum significare videtur. Similiter Herodianus a triennium Maximini exactum memorat, cum Gordianus in Africa imperare cœpit. ait enim: Votis tantummodò agebant, læsa implorantes numina, nullo scilicet audente profiteri se vindicem, donec exacto imperij triennio exigua leuique occasione (ut lubricæ sunt tyrannorum res) primo anno arma sumpserunt, rebellaueruntque Afri, &c.]

Ab his igitur auctoribus persuasi, in sequentem annum obitum Maximini reicimus. Atque in eo minimè possumus assentiri Herodiano, quòd scribat nonnisi post exactum Maximini triennium Africanos rebellasse: nam hac ratione ad quintum annum peruenisse Maximinum, dicere opus foret. Si enim sequenti anno tertio absoluto id accidit, cum tradat Capitolinus sexto Kal. Iunias lectas fuisse Gordiani in Senatu litteras, cumque oborto ciuili bello, nonnisi post sequentem annum, ipso hiemis fine, cum ex niuibus calore solutis torrentes exundare consueuerunt, ipsum Alpes superasse, & Aquileiam versus iter direxisse, idem b Herodianus testetur; supputandum utique esset, nonnisi quinto eius Imperij anno fuisse ipsum occisum: quod tamen aliquem dixisse nusquam reperimus. Quamobrem si non superiori, hoc tamen anno ea de rebellionè Afrorum, deque electione nouorum Imperatorum, quæ scripta in eo sunt, ponenda essent. Sic ergo qui dixerunt, ut Capitolinus & alij in Maximo atque Balbino, tres annos Maximinum imperasse, expleres eos intellexisse constat.

DVcentesimo quadragesimo Christi anno, ponuntur à Cassiodoro Consules Pius & Proculus, ab alijs Pontianus dictus: sed re vera Vlpus pro Pio restituendus, & Proculus Pontianusque iungendi, ut textus sic restituatur: Vlpio & Proculo Pontiano Coss. hi enim hoc anno, Olympiade ducentesima quinquagesima quarta, anno secundo, nimirum à prima Olympiade anno millesimo decimo quarto, à Censorino in libro de Die natali ponuntur Consules, quibus numeratur ab eo annus ab Vrbe condita nongentesimus nonagesimus primus, cum ait: Hic annus, cuius velut index & titulus quidam est Vlpij & Pontiani Consulatus, ab Olympiade prima mille & quatuordecim ex diebus dumtaxat ætatis, quibus Agon Olympiacus celebratur; à Roma autem condita nongenti nonaginta & vnus, & quidem ex Palilibus, vnde Urbis anni numerantur.] hæc Censorinus.

Ceterum, quòd diuisum esset Romanum Imperium ciuili bello, alios à Senatu & nouis Imperatoribus, alios verò à Maximino Imperatore (ut accidere his casibus consuevit) putamus creatos fuisse Consules: nam hoc ipso anno, quo occisus est Maximinus, ipse quoque legitur c fuisse Consul, & proculdubio ordinarius. Quod quidem ex acclamationibus à Senatu factis nouis Imperatoribus, quæ recitantur à Iulio Capitolino, certius redidit, qui sanè post Maximini obitum hoc inter alia in Senatu acclamatum tradit: Præsentem annum Consulibus vos ornatis, in locum Maximini Gordianus sufficiatur.] Si igitur in Maximini Consulibus locum ille subrogatus est; planè constat Maximinum eo anno, quo occisus est, Consulem ordinarium fuisse: suffectorum enim deficientium nulla erat subrogatio; sed suffecti dabantur tantummodò ordinariis, ceteri verò dicebantur alleciti.

Hoc ergo anno Maximinus Imperator ex Germania in Italiam venturus, Alpes superans, Aquileiam munitissimam urbem expugnare conatus est: sed resistentibus ciuibus, omnia frustra tentat; donec fatigati milites, iamque peracti sæuitiam Maximini, oblata opportuna occasione, cum ipsum, tum filium eius obruncant, abscissaque eorum capita Romam transmittunt, ut perterrefactam Urbem, proximoque Maximini aduentu penitus fractam ac consternatam, erigerent. Magna sanè tunc in ea oblidione enituit Aquileiensium virtus, quorum incredibili animi constantia & fortitudine, vnà cum fide erga Senatuum populumque Romanum, non Urbis tantum saluti consulatum fuit, sed vniuerso planè Romano Imperio, mox à sæuissimo illo barbaro penitus dissipando. Tunc accidisse existimamus, ut honoris ac virtutis causa eidem ciuitati & illud fuerit inditum nomen, ut Romana ciuitas diceretur: quo planè nomine in posterum appellatam esse notauimus, ac dilucidius demonstrauius in Notis ad Romanum d Martyrologium.

I.
CENSORINI
SVPPVTATIO.

II.
MAXIMINVS
CONS. ORDIN.

III.
AQUILLIEN-
SIVM VIRTVS.

*Die 22. Iunij. f.

Extinctis

CHRISTI FABIANI PAP. PVIENI ET BALB. IMPP.
240. 2. 1.

IV. Extinctis itaque duobus Maximinis patre simul & filio Augustis, qui antea delecti erant, Maximus Pupienus & Clodius Balbinus liberis Imperij capeffunt habenas summa animorum concordia. Sed ægre ferentes milites parere à Senatu datis Imperatoribus, ambos Agonalibus ludis Capitolinis occidunt, antea ludibrio affectos, & miserimè cruciatos. Id quidem contigisse hoc anno, ex eo colligitur, quòd scribit Iulius Capitolinus^a, eisdem interfectos esse dum agerentur ludi Capitolini, quibus Agonalis annus inchoaretur. Hoc enim anno, iisdem Consulibus Vlpio & Pontiano ceptum numerari Agonem trigessimumnonum, absoluto eodem anno Agone trigesimo octavo, Cenforinus^b, qui hoc ipso anno sub iisdem Consulibus (vt ipse tradit) scribebat librum de Die natali, testatur. Occisis igitur Maximo atque Balbino, euestigiò milites Gordianum, Cæsarem antea creatum, acclamant Augustum, annum ætatis agentem (ex sententia Cordi antiqui historici, quem citat Capitolinus^c) decimum sextum: tenuitque sex annis inchoatis Imperium. Hac igitur ex Cenforini sententia firmiter statuta chronologia; qui dixerunt, Maximum atque Balbinum imperasse annum vnum, non à morte Maximini, sed ex quo Senatus decreto dicti sunt Imperatores, annum illum numerasse oportuit.

^aIul. Capitol. in Maxim. & Balbin.

^bCenfor. de Die nat. c. 15 in fin. iunctis his quæ habentur c. 16. GORDIANVS IMP. ^cCapitol. in Gordiano.

IESV CHRISTI FABIANI PAP. GORDIANI IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
241. 3. 1.

I. Christi anno ducentesimo quadragesimoseptimo, Gordiano Augusto & Auiola Coff. defuncto Zebino Episcopo Antiocheno, in locum eius successus est Babylas, tenuitque sedem vsque ad Decium Imperatorem annos duodecim. Porro illam de tempore Babylæ, quòd sub Numeriano Imperatore vixerit & martyrio fuerit coronatus, in Notationibus^d nostris ad Romanum Martyrologium sententiam refellimus, simulque opinionem illorum explosimus, qui, ad malè conciliandas de eo diuersas opiniones, duos Babylas introduxerunt: quæ cum ibi fusiùs sint pertractata, prætermittimus easdem hinc iterum controuersias agitare.

II. Clarissimus planè inter Orientalis Ecclesiæ Episcopos huius temporis Babylas vixit: quippe qui venturæ asperrimæ sub Decio persecutionis præcius, non viros tantum, sed & pueros, quos Christianæ fidei imbuebat elementis, ad subeundum egregiè pro Christo martyrium assiduis sermonibus inflammabat. Optimeque consultum est diuina prouidentia, vt in maximis omnium Antiochenæ Ecclesiæ periculis, talis tantusque deligeretur Episcopus: non solum enim communi illa Ecclesiis omnibus clade Decianæ persecutionis erat Ecclesia Antiochena vexanda, sed Persarum quoque inuasionem turbanda. sed de his suo loco dicemus.

IESV CHRISTI FABIANI PAP. GORDIANI IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
242. 4. 2.

I. Dvcentesimo quadragesimosecundo Christi anno Sabinus & Venustus Consules creati sunt: quibus (vt auctor est Capitolinus^e) Gordianus Sabinianum cum suis in Africa rebellantem compressit: sicque extinctis penitus bellis ciuilibus, summum in Romano Imperio otium, & in Ecclesia pax fuit tranquillissima. Huius pacis occasione Origenes iterum profectionem Athenas instituit, puto (quod & aliàs fecit) vt libros venari posset. de quo hæc Eusebius^f sub Gordiani tempore: Quo (inquit) commentarij in Isaiam & Ezechielem pariter ab Origene conscripti fuere: ex quibus triginta tomos in tertiam partem Isaiæ, vsque ad visionem quadrupedum in deserto, nos vidimus; & viginquique in Ezechielem, quos solos in vniuersum Prophetam edidit. Id temporis, cum Athenis fortè versaretur, commentarios in Ezechielem absoluit: ibidem in Cantica canticorum inchoauit commentarios, & quinque libros eorundem ibi adhuc commemoratus perfecit. Cæsaream reuersus, alios quinque (vt decem essent numero) perduxit ad exitum. Verùm non tam inchoasse, quam elaboratas in adolescentia perpurgasse lucubra-

^eCapitol. in Gord. ORIGENES ATHENAS ITERVM PERIIT. ^fEuseb. lib. 6. cap. 25.

CHRISTI FABIANI PAP. GORDIANI IMP.
242. 4. 2.

A brationes in Cantica canticorum, S. Hieronymi auctoritate superius dictum est.

Hæc eadem pace Ecclesiæ benè vñ sanctissimi Episcopi, omnem nauarunt operam, vt hæreticos à Dominico grege fugarent. Qua de causa congregatum est in Africa Concilium nonaginta Episcoporum aduersum Priuatum hæreticum: sicque Episcoporum omnium sententia damnatum Fabianus quoque Romanæ Ecclesiæ Episcopus, & Donatus qui his temporibus præfecturam Carthagenensis Ecclesiæ administrabat, paribus votis impium hominem suis litteris infamia suggillarum Priuatum Ecclesiastica communicatione priuarunt. Sed callidus serpens modo spiris suæ se impietatis inuoluens, modò foramina captans, iterum progrediens Cypriani temporibus, nouas adhuc & grauioribus in Ecclesia turbas commouit: de quibus aliàs pluribus dicturi sumus.

Quod verò ad præsens pertinet tempus, hæc de gestis in Synodo aduersus eum Cyprianus^g ad Cornelium scribit: Per Felicianum autem significauit tibi, frater, venisse Carthaginem Priuatum veterem hæreticum, in Labesitana Colonia ante multos ferè annos ob multa & grauia delicta nonaginta Episcoporum sententia condemnatum, antecessorum etiam nostrorum (quod & vestram conscientiam non latet) Fabiani & Donati litteris seuerissimè notatum. Hæc Cyprianus. Quænam autem essent huius hominis hæreses, nondum habere potuimus exploratum: quamobrem potiùs existimamus eum fuisse alienæ hæresis sectatorem, quam nouæ institutorem. His quoque temporibus conuocatum fuisse Synodum in Arabia aduersus errores Berylli Bostrorum in eadem prouincia Episcopi, Eusebij attestazione probatur. sed de eo superius actum est.

IESV CHRISTI FABIANI PAP. GORDIANI IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
243. 5. 3.

A nno Redemptoris ducentesimo quadragesimotertio, Gordiano & Pompeiano secundum Coss. Bellum Persicum (inquit Capitolinus^b) exortum est: quare adolefcens Gordianus, priusquam ad bellum proficisceretur, duxit vxorem filiam Mithrei, doctissimi viri, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua putauit, & Præfectum statim fecit. Post quod non puerile iam & contemptibile videbatur Imperium, si quidem optimi soceri consiliis adiuuaretur. Hæc & alia plura de recta grauique administratione Imperij Capitolinus. Quod verò ad motum Persarum pertinet, Sapor eorum Rex vlsciscipiens cladem illatam ab Alexandro, eo impetu aggreditur Romanum Imperium, vt in Syriam vsque populabundus aduenerit, Antiochenam ciuitatem inuasit, & Antiochenos iugo seruitutis subegerit.

Sed & alia quoque afflictatione memorabilis redditus est præsens annus. Nam (subdit inferius idem auctor) fuit terræmotus eò vsque grauis, vt ciuitates etiam terrè hiatu cum populis deperirent: ob quæ sacrificia per totam Urbem totumque orbem terrarum ingentia celebrata sunt. Et Cordus quidem dicit, inspectis libris Sibyllinis, celebratisque omnibus quæ illic iussa videbantur, mundanum malum esse sedatum. Hæc ipse: sed veriùs puto Christianorum precibus, quorum culpæ (vt ex Origene^c superius dictum est) terræmotus, & mala omnia quæ accidissent, verti solita erant. Hæc ipsa namque tempora existimamus ab eodem Origene^d indicata, cum agens aduersus Celsum hæc ait: Denuò calumniatores nostri causam tantorum motuum, quibus nunc res Romanæ agitantur in multitudinem Fidelium conferre cœperunt, quòd non impugnemur à Principibus, sicut superiore tempore. Hæc Origenes.

Eusebius^e putat Origenem sub Gordiani successore Philippo libros illos contra Celsum scripsisse. Verùm optimè potuit contigisse, vt ram insigne, laboriosum, multarumque lucubrationum opus ceptum Gordiani tempore, ad Philippi Imperium productum fuerit. Impulit eum ad eiusmodi suscipiendum laborem (vt ipse in præfatione testatur) studiosissimus Christiani nominis Ambrosius, haud æquo animo ferens Epicurei philosophi ignominie notis Christianam religionem labefactatam. Paruit ille, & gnauiter in opus incumbens, celeberrimum omnium illum edidit commentarium, quo cum Celsi, tum etiam Gentilium omnium ac Iudæorum disiecit in Christianam pietatem molitiones & arietes comparatos.

II. CONCILIUM XC EPISCOPORVM IN AFRICA.

III. ^aCypr ep. 55. PRIVATVS HAERETICVS DAMNATVS.

I. ^bCapitol. in Gordiano. BELLVM PERSICVM.

II. INGENS TERRAEMOTVS.

^cOrig. in loan. tom. 28. ^dOrig. contra Cels. lib. 3.

III. ^eEuseb. lib. 6. cap. 29. ORIGENES QUANDO SCRIPSIT CONTRA CELSUM.

His

CHRISTI 243. FABIANI PAP. 5. GORDIANI IMP. 3.

IV. His etiam temporibus accidisse putamus nobile illud Helconidis Corinthiæ marty-
MARTY-
RIVM HEL-
CONIDIS.
Menolog. &
Mart. Rom.
28. Maij.
 rium, cuius tam apud Græcos, quam Latinos, illustris memoria est, natali die eius Græ-
 cis atque Latinis litteris consignato^a. Quantumlibet enim summa pax in Ecclesia esset,
 etsi non aperte Christianitatis titulo, multis tamen circumuentos eius causa calumniis se-
 pè Christianos morte damnatos, sæpius superius dictum est. Hæc igitur Gordiani Impe-
 ratoris temporibus primò sub Perennio Præfide, inde sub eius successore Iustino diu tor-
 mentis vexata, dissectis mammis, feris obiecta, igneque vexata, tandem obruncato ca-
 pite certamen victrix absoluit vigesima octava Maij, quæ dies eiusdem est memoriæ an-
 niuersariæ consecrata. Feruntur Acta^b quædam Tryphonis martyris sub Gordiano cuius
b Metaphr.
die 1. Febr.
 filiam à dæmone arreptam liberavit: quæ si vera esse dixerimus, sub Maiori Gordiano
 contigisse oportuit: siquidem hic, de quo sermo est, hoc anno uxorem duxit; & post
 biennium occisus, nulla prole auctus legitur.

IESV CHRISTI FABIANI PAP. GORDIANI IMP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 244. 6. 4.

I. Sequens annus Christi ducentessimus quadragesimusquartus, Consulibus Attico &
GORDIANI
EXPEDITIO
IN PERSAS,
ET VICTO-
RIA.
 Prætextato, adscribitur Falis. Meminit horum Consulium Capitolinus in Gordiano,
 quibus hæc accidisse tradit: Gordianus, inquit, aperto Iano gemino, quod signum erat in-
 dicti belli, profectus est contra Persas cum exercitu ingenti, & tanto auro, ut vel auxiliis,
 vel militibus facile Persas vincere posset. Fecit iter in Mæsiam, atque in ipso procinctu
 quiddam hostium in Thraciis fuit, deleuit, fugavit, expulit, atque submovit. Inde per
 Syriam Antiochiam venit, quæ à Persis iam tenebatur: illic frequentibus præliis pugna-
 uit, & vicit, Sapore Persarum summo Rege.] hæc & alia plura per Gordianum aduer-
 sus Persas feliciter gesta, à Capitolino scribuntur: sicque per eum tradit effectum, ut Per-
 sæ, qui etiam in Italia timebantur, in regnum suum Imperatore eos oppugnante redirent,
 totumque Orientem Romana Respublica obtineret. De rebus à Gordiano tunc gestis
 idem recitat litteras ad Senatum ab eo conscriptas, vel potiùs earum fragmentum: qui-
 bus omnia se accepta ferre Mithrei foceris consiliis professus est. Quamobrem magna in
 eum invidia conflata, creditum tradit idem Capitolinus, arte Philippi, qui post eum con-
 secutus est amplissimum magistratum Prætorij præfecturam, ipsum fuisse morte subla-
 tum, medicis ad patrandum icelus adhibitis.

II. Quod ad Philippum pertinet, fuit hic Arabs genere; an autem & quando Christianus,
PHILIPPVS
ARABIS P.P.
 suo loco dicemus. Dum verò hic gloriæ stimulis vehementer esset exagitatus, quæ iusta ac
 recta essent, cuncta posthabuit, magnaque Romanum Imperium clade affecit, cum pri-
 mò Mithreum, inde verò sustulit Gordianum. At hæc de Mithrei morte & Philippi præ-
 fectura sequenti anno contigere. Ceterum multa Mithrei consilio & opera ad optimam
 Reipublicæ statum comparandum à Gordiano instituta fuisse, Capitolinus testatur: sed
l. 1. Cod. de
Profess. lib. 10
 vnum tantum illud^c eiusdem officio ab eodem Imperatore reperitur decretum editum,
 ut grammatici, seu rhetores, quantumlibet decreto ordinis probati essent; si tamen se
 inutiles studentibus præberent, possent postea reprobari.

III. In hunc usque annum sub Ammonio Christiano philosopho Plotinus professus; eo
PLOTINVS
PEREGRINI
NATVS AD
PERSAS.
d. Porphy. in
Plotini Vita.
 consilio, ut in Persas primùm, ac subinde ad Indos peregrinaretur, Gordiani exercitui se
 coniunxit. hæc de eo Porphyrius^d, qui addit, ipsum anno primo Philippi Imperatoris
 Romam se contulisse.

IESV CHRISTI FABIANI PAP. GORDIANI IMP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 245. 7. 5.

I. Anno Christi ducentesimo quadragesimo quinto, Apriano & Pappo Coss. Mithreo
PHILIPPVS
PRÆFECTVS
PRÆTORII
REGNANDI
CVLIVS.
 focero Imperatoris defuncto, collata à Gordiano fuit (ut dictum est) præfectura
 Prætorij magistratus amplissimus Philippo: qui prava semel arreptus regnandi cupidine,
 eadem

CHRISTI 245. FABIANI PAP. 7. GORDIANI IMP. 5.

A eadem percitus ac impulsus, nullum arripiendi regni studium prætermittens, sed captans
 quamcumque posset occasionem, dolo tentavit ut Gordiano redderet infensos milites,
 atque adeò ut ipse ab iisdem collega Gordiani in Imperium posceretur: quod, licet Gor-
 diani amicis aduersantibus, est tandem ex animi sententia consecutus: sed nec his con-
 tentus, ex collega progressus est in tyrannum.] hæc omnia Capitolinus. At de adepto à
 Philippo Imperio dicemus anno sequenti. Agebantur hæc in Persarum finibus.

Cum autem hoc tempore, omni ex parte persecutione cessante, Dei Ecclesia tranquil-
 le ageret; ea benè vsi occasione Ecclesiarum Præsides, Christianam religionem propaga-
 re, propagatamque illustrare ædificiis pro viribus studuerunt. Hinc factum, ut (quod ha-
 ber liber de Romanis Pontificibus) Fabianus Papa multa ædificia in cœmeteriis fieri ius-
 serit. Quæ enim subtus terram latebant in cryptis arenariis sepulchra sanctorum marty-
 rum, erectis desuper ædificiis reddita sunt clara atque conspicua, Christianorumque vsui
 opportuna, qui ex more eadem cœmeteria, ut orarent, frequenter adire solerent.

At non Fabianus tantum hoc pacis tempore Romæ struebat Ecclesias: sed alij quo-
 que Episcopi in suis quique sedibus ad Fidelium commoditatem Deo dicanda ædificia
 erigebant: & inter alios (ut testatur Gregorius Nyssenus) memoria insignis est de Epi-
REGINVTVR
ECCLESIAE.
 scopo Neocæsareæ in Ponto Gregorio Thaumaturgo: qui cum inuentum ciuium nu-
 merum conuertisset ad fidem, nobilem erexit ecclesiam, vniuerso fideli populo pecu-
 niam & operam conferente: quod ut acceptum Deo gratissimum munus, nullo vm-
 quam valuit terræmotus impetu labefactari. Nam licet ciuitas illa ex terræmotu prope-
 modum funditus periisset, publicis priuatisque ædificiis prostratis; templum tamen il-
 lud semper remansit integrum & illatum, Gregorij fide suffulsum: quod idem Nyssenus
 & Theodorus Lecter^a testantur. Quin & maiori quodam miraculo factum esse vide-
III.
 tur, quod licet Diocletiani edicto omnes dirui iussæ essent Ecclesiæ, illa tamen illibata
 permanferit: visebatur enim integra eiusdem Gregorij Nysseni temporibus, cunctis Dei
 in ea præsidium admirantibus. Idem quoque in omni loco tunc templa atque altaria à
 Fidelibus erecta testatur.

IESV CHRISTI FABIANI PAP. PHILIPPI IMP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 246. 8. 1.

D Adueniente Christi anno ducentesimo quadragesimo sexto, Peregrino & Emiliano
I.
 Coss. mense Martij (ut auctor est Aurelius Victor) Gordianus Imperator à Philip-
 po collega occiditur: at quàm crudeliter atque turpiter, Capitolinus^b narrat his verbis:
GORDIANVS
OCCIDITVR.
Capitolin.
Gord.
 Suscepto igitur Imperio, cum & Philippus se contra Gordianum superbissimè ageret, &
 ille se Imperatorem atque Imperatorum prolem, virum, & nobilissimæ familiæ recog-
 nosceret, nec ferre posset improbitatem hominis ignobilis; apud ducés & milites, adstan-
 te Præfecto Metio Gordiano affine suo, in tribunali processit, sperans posse Imperium
 Philippo abrogari: sed hac conuestione nihil egit, cum illum incussisset, quod immem-
 or beneficiorum eius, sibi minus gratus existeret: & cum milites rogasset, cum aperte
 duces ambisset, factione Philippi minor apud omnes fuit. Denique se cum videret mino-
 rem haberi, petiit ut æquale saltem inter eos esset Imperium: nec impetravit. Dehinc pe-
 tit, ut loco Cæsaris haberetur: nec id obtinuit. Petiit etiam ut Præfecti loco esset Phi-
 lippo: quod & ipsum negatum est. Vltimæ preces fuere, ut eum Philippus pro duce ha-
 beret, & pateretur viuere. Ad quod quidem penè consenserat Philippus ipse tacitus, sed
 omnia per amicos agens nutibus atque consiliis. Verùm cum secum ipse cogitaret amo-
 rem populi Romani & Senatus circa Gordianum, & totius Africæ ac Syriæ, totiusque or-
 bis Romani, cum & nobilis esset, & nepos ac filius Imperatorum, & bellis grauibus to-
 tam Rempublicam liberasset, posse fieri ut factione quandoque militum Gordiano red-
 deretur Imperium: cum recentes in Gordianum iræ militum famis causa vehementes es-
 sent, clamantem ante conspectum duci iussit, ac spoliari, & occidi: quod cum primùm
 dilatum esset, post, ut iussit, impletum est. Ita Philippus impiè, non iure, obtinuit Impe-
 rium. Imperavit Gordianus annis sex.] hucusque Capitolinus.

His de inuaso Imperio à Philippo sic enarratis, magnopere mea sententia errant, qui
 hoc

AN PHILIP PVS IMP. PVERIT CHRISTIANVS.

^a Euseb. lib. 6. cap. 27. 29.

^b Euseb. lib. 6. cap. 3.

III. ^c Orig. contra Cels. lib. 8. prope finem.

PHILIPPVS NE QVA QVAM CHRISTIANVS HOC TEMPORE.

IV.

REFELLITVR ASSERTA SENTENTIA DE CHRISTIANITATE PHILIPPI.

V. ^d Euseb. lib. 6. cap. 27.

VI.

hoc tempore eum fuisse Christianum affirmant. Nam cum nemo Gentilium historico- rum id vel leuiter annuisse appareat, multa que preterea sint antiqua monumenta, que eum deorum fuisse cultorem manifeste significant: huic quam adstruimus veritati Origenes magnopere suffragatur in fine nobilis illius commentarij, quem contra Celsum elaborauit. Testatur namque Eusebius ^a, ab eo illum scriptum fuisse, postquam Philippi pater & filius regnare coeperunt: nempe (vt ait) cum Origenes ipse sexagesimum pretergressus esset suae aetatis annum, qui sequenti Domini anno ducentesimo quadragesimo moleptimo impletur: nam anno decimo Seueri (vt idem Eusebius ^b testatur) natus ipse erat annos decem & septem, cum numeraretur annus Domini ducentessimus quartus. Sic igitur, cum ex his que ex Eusebio dicta sunt, constet sequenti anno, vel qui post sequitur, Origenem illud absoluisse opus: ex tribus vel quatuor argumentis inde deductis, ostendi perspicuo posse videtur, Philippum Imperatorem nequaquam his temporibus Christianum fuisse.

Ac primum, cum Origenes ^c prope finem operis respondens Celso, in eo argumentato versatur, vt falsum esse ostenderet, quod iactabat Celsus dicere Fideles: Si contingeret Christianos summa rerum potiri, recte atque tuto Dei ope ipsum Romanum Imperium fore disposituros. Erat enim haec quoque obiectio Celsi, quam Origenes his verbis recitat: Deinde rursus Celsus more suo confundens omnia, tribuit nobis que a nullo Christiano scripta sunt, haec dicens: Nec haec quidem vestra vox ferenda: Si praesentes Imperatores ad fidem nostram pertraxerimus, pertrahentur rursus alij. Quod si ad hunc modum, aliis post alios in istam nassam illectis, tandem omnes ad vestram fidem pertrahendi sunt: aliquis Princeps, alieno periculo cautus, totum genus vestrum extirpabit, priusquam eueniat quod fore dicitis.] haec Celsus. ad que Origenes: Ad haec (inquit) respondere nihil est opus, cum nemo nostrum sic loquatur: Si praesentes Imperatores ad nostram religionem pertraxerimus, pertrahentur vniuersi, alius post alium, &c.] Quod si Philippus Christianus Imperator fuisset, iam illud aduenisse tempus Origenes equidem praedicasset: sed quod ille, vt ceteri, Gentilis esset, in futurum fore id aliquando, ex vaticinijs Prophetarum affirmat, vt omnes Gentes obediant Euangelio.

Rursus vero cum illi, quam mox subdit, calumniae Celsi respondit dicenti, Christianos de Imperatore bene mereri debere, pluribus monstrat, Christianos homines esse Imperatorum studiosissimos, omnibusque illos officijs prosequi consueuisse. Sed quomodo, quaso, haec tam liberè Origenes dicere potuisset, si nuper Christianus homo innocentissimum Imperatorem adeo tyrannice atque immaniter occidisset? Sed & cum idem Celsus aequè obiciat, Christianos abhorreere a militia & praefecturis: si Philippus Imperator Christianus fuisset, quam necessaria Origeni se offererebat occasio, vt de maxima omnium praefectura, nempe ipso Imperio, quo Christianus homo potiretur, meminisset? Sed & cum Origenes in fine addit, longè abesse a moribus Christianorum praefecturas ambire: quomodo potuit haec absque rubore iactasse, si recens exemplum esset de homine Christiano tam impudenter Imperium inuadente? At haec ex Origene.

Primus auctor, qui eum Christianum fuisse tradit, Eusebius ^d fuit, qui agens de eius ingressu in Imperium, haec ait: Vbi Gordianus sex annis continujs Romanorum obierat Imperium, Philippus vnà cum Philippo filio succedit. Fama est, istum (Christianus namque erat) cum precationum in die postremae vigiliae Paschatis vnà cum multitudine in Ecclesia particeps fieri vellet; non prius ab Episcopo, qui tum Ecclesiae praererat, permillum esse intrare, quam se confessus fuisset, & inter eos qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur adstricti, locumque poenitentiam agentibus praestitutum occupabant, se sua sponte collocauisset: Episcopumque dixisse, eum non alia conditione, nisi istud faceret, propter multa delicta quae ab illo ferebantur admissa, aliquando ab ipso in Ecclesia receptum fore: Imperatorem autem alacri animo & lubenti Episcopo morem gessisse, & ingenuam modestiam, ac religiosam piamque affectionem Dei timore incitatum re ipsa declarasse memorant.] haec Eusebius.

Non imus inficias, veram esse quam narrat historiam: sed nequaquam contigisse hoc primo anno, cum Philippus inuasit Imperium, verum ex iis que dicta sunt, constare eum fuisse tunc Ethnicum. quando autem id quod tradit contigerit, dicemus postea. Sed magnopere in eam suspicionem adducimur, vt non sine causa opinemur, de Philippo Imperatore complures in primis esse deceptos atque hallucinatos similitudine nominum: nempe

A nempe vt quod esset Philippi Augustalis in Aegypto Praefecti, existimauerint esse dictum de Philippo Augusto. Memnisse debemus, superius dictum esse, Philippum Christianum hominem a Commodio Imperatore Praefectum Augustalem missum in Aegyptum, patrem Eugeniae martyris, & ipsum sub Seuero martyrio coronatum. Facillimeque irreperit error, vt Philippus Augustalis, diceretur Philippus Augustus. De nobili praefectura Augustali, qui iure regio (vt ex Tacito atque Strabone diximus) Aegypto praerant, pluribus in Notis egimus.

Deceptos namque complures fuisse, vt quae erant Philippi Augustalis, tribuerentur Philippo Augusto, testatur etiam Zonaras in Philippo, dum ait multos opinatos esse Eugeniam martyrem fuisse filiam Philippi Augusti, quam constat e Philippo Augustali & Claudia matre genitam. Fuit inter alios Cedrenus, qui eodem quoque errore lapsus est: dum enim de Philippo Imperatore agit, ipsum parentem fuisse Eugeniae martyris tradit. An autem in eundem errorem Eusebius quoque impegerit, haud affirmare tutum est, cum constet ipsum cognitas habuisse binas illas Origenis epistolas, quarum alteram (vt ait ^a) ad Philippum Imperatorem conscripsit, alteram ad eius coniugem Seueram Augustam; ex quibus perfacile intelligere potuisset, an vere Philippus Imperator Christianus esset, nec ne. Quas quidem epistolas post absolutum commentarium contra Celsum ab Origene scriptas esse, tum ex iis que ex eodem auctore sunt superius dicta, tum etiam ex ordine scriptorum eius ibidem ab Eusebio recensito, necesse est affirmare.

Prater Graecos auctores, Latinorum quoque ex antiquis assertores Christianitatis Philippi, sunt Vincentius Lirinensis ^b & Orosius ^c, ambo S. Augustini aequales; & post hos omnes Cassiodorus ^d id ipsum testatus est; recentiorum vero planè innumeri. Vincentius autem cum de Origene agit, haec ait: Eiusdem epistolae testimonium perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Principum Christianus fuit, Christiani magisterij auctoritate conscripsit.] cognouisse planè eas visus est Vincentius, qui & cuius essent argumenti declarat, adeo vt omnis erroris debeat abesse suspicio. Orosius autem de eodem Imperatore: Nec dubium est, inquit, quin Philippus huius tantae deuotionis gratiam & honorem ad Christum & Ecclesiam reportarit, quando vel ascensum fuisse in Capitolium, oblataeque ex more hostias, nullus auctor ostendit.] haec ipse.

Ceterum sicut constantissime affirmare non dubitamus, eum, cum inuasit Imperium, fuisse Gentilem: ita a Christiana fide alienum non decessisse, Acta etiam martyris Pontij non obscure significant. Eorum enim testimonio, de ambobus Philippis patre atque filio traditur, Christianam fidem suscepisse eo anno, quo Vrbs natalis millesimus numeratur, nempe quarto eius Imperij, quod in tabulis Ecclesiasticis, in antiquis, inquam, Martyrologijs Romanae Ecclesiae, Vtuardi, atque Adonis, his verbis notatum habetur ^e: In Gallia S. Pontij martyris, cuius praedicatione & industria postquam duo Philippi Caesares ad fidem Christi conuersi sunt, ipse sub Valeriano & Gallieno martyrij palmam adeptus est.] haec ibi. In Actis ^f verò eiusdem Pontij haec scripta habentur: Pontius praefectura auctus, familiariter notus erat & amicus Philippis Imperatoribus. Ij verò anno condite Vrbs millesimo dixerunt ei: Eamus, & propitios nobis faciamus deos magnos qui nos in hunc Romanam vrbs millesimum perduxerunt. Pontius verò multis modis subterfugere nitebatur: sed illi, vt amicum, cogebant eum facere sacrificium. Tum ille credens sibi oblatae a Domino occasionem, O piissimi, inquit, Imperatores, cum a Deo vobis collatum sit augmentum in homines Imperium, cur non eum potius adoratis, a quo tanto aucti estis beneficio? Philippus Imperator respondit: Ego verò ea causa magno deo Ioui sacrificare cupio, quod ab illo haec mihi collata sit potestas. At Pontius subridens, Ne erres, inquit, Imperator: est Deus omnipotens in caelis, qui omnia condidit verbo suo, & spiritus sui gratia animauit. Quid plura? Imperatores his & alijs eius sermonibus permoti crediderunt, & a S. Fabiano Papa baptizati sunt. Porro Fabianus & Pontius fani Iouis idola confregerunt, & ipsum templum funditus subruerunt: multi que de populo conuersi ad Dominum, vndis salutaribus expiati sunt.] haec & alia de Pontio ibi. Quae verò illic apponuntur de Iouis templo diruto a Philippo Imperatore atque Fabiano Papa, ab alio aliquo potius fuisse addita putamus: nam in alijs eiusdem Pontij Actis ^g ea desiderantur. Rursus verò quae superius sunt recitata ex Eusebio, de Episcopo qui Philippum in ecclesiam ingredi vetuit, antequam poenitentia peccata dituisset; haec contigisse Romae sub Fabiano Papa, est omnium prope sententia: sed de his inferius agendum.

ERROR DE PHILIPPO AVGVSTALI, ET PHILIPPO AVGVSTO.

VII. LAPSVS HISTORICORVM DE PHILIPPO.

^a Euseb. lib. 6. cap. 29.

VIII. ^b Vini n. Liv. aduers. haer. cap. 23. ^c Oros. lib. 7. ^d Cassiodor. in Chron. ASSERTORES CHRISTIANITATIS PHILIPPI.

IX.

^e Mart. Rom. die 14. Maij, & Vtuard. ea die. ^f Extrat apud Str. tom. 7. die 14. Maij. ^g Man. scr.

^h Descripsit ea Monbrun.

CHRISTI 246.

FABIANI PAP. 8.

PHILIPPI IMP. 1.

X. At antequam ulterius progrediamur res à Philippo Imp. tunc gestas narrare, quæ sunt A reliqua Gordiani, hic ex Capitolino scribamus: Per lato Romam nuntio de nece Gordiani, à mœrente Senatu relatus est inter diuos. Sed & corpus eius ab ingratis licet militibus honoratum est sepulchro in finibus Persidis, huiuscemodi inscriptione insignito:

INSCRIPTIO INDITA SEPULCHRO GORDIANI.

DIVO GORDIANO VICTORI P. RSARVM, VICTORI GOTHORVM, VICTORI SARMATVM, DEPVLORI ROMANARVM SEDITIONVM, VICTORI GERMANORVM, SED NON VICTORI PHILIPPORVM.

Porro hunc titulum Licinius euertisse dicitur, cum nactus Imperium, videri vellet se à Philippis originem trahere.] hæc Capitolinus: qui & de vltione in occisores Gordiani hæc ait ex Cordo: Omnes qui eum gladio appetuerunt, qui nouem fuisse dicuntur, post eam interemptis Philippis, sua manu, suisque gladiis, & iisdem quibus illum percusserant, interiisse dicuntur.] At de his satis. B.

IESV CHRISTI ANNVS 247.

FABIANI PAP. ANNVS 9.

PHILIPPI IMP. ANNVS 2.

I. Christi anno ducentesimo quadagesimo septimo Philippus Aug. Consul creatus est, & cum eo Fabius Titianus: quo idem Imperator Romam se contulit.

* Porphy. in Vita Plotini.

Hoc eodem anno (vt auctor est Porphyrius a) Plotinus Platonicus philosophus, Ammonij Christiani hominis discipulus, Romam veniens, publicè profiteri cœpit. habetur is inter Ethnicos Platonice philosophiæ studiosos faciliè princeps. Quæ autem ab Ammonio percipisset, haud facile, vt pote intima philosophiæ secreta, omnibus patefecit. de eo enim hæc idem habet Porphyrius: Imperante Philippo, Romam venit quadagesimum iam natus ætatis annum. Cum verò Herennius, & Origenes, & Plotinus olim inter se constitissent, ne Ammonij dogmata ederent, quæ audita ab eo, tamquam in primis purgata, præcipuè comprobarentur: Plotinus quidem stetit promissis, familiariter quidem nonnullos excipiens salutantes, instituta verò Ammonij secreta integraque conseruans. Herennius autem primus pacta dissoluit, & Origenes anticipantem Herennium est deinde secutus.] hæc Porphyrius. Sed quænam ea fuerint secreta, licet dicat tum ab Herennio, tum ab Origene diffamata, nobis tamen hætenus incomperta sunt.

Plotinus Romam veniens.

II.

* Aug. ep. 56. in pnc.

Quid autem S. Augustinus b de schola Plotini Romæ hoc anno profiteri incipientis referat, hic intexere operæpretium existimamus. ad Dioscorum enim hæc scribit: Tunc Plotini schola Romæ floruit, habuitque condiscipulos multos acutissimos & solertissimos viros: sed aliqui eorum magicarum artium curiositate deprauati sunt: aliqui Dominum Iesum Christum ipsius veritatis atque sapientiæ incommutabilis, quam conabantur attingere, cognoscere gestare personam, in eius militiam transierunt.] hæc ipse. at de his superius in Ammonio, vbi & de Plotino plura. Inter alios à Plotino editos commentarios, meminit Porphyrius scripti ab eo libri aduersus Gnosticos, sic dicens c:

Quid s. Augustinus de discipulis Plotini.

* Porphy. in Vita Plotini.

III. Plotinus contra Gnosticos scripsit.

Erant Christiani eo tempore multi, tum alij, tum ex antiqua philosophia egressi hæretici, Adelphij, Acylinique sectatores, qui Alexandri Libyci, Philocomi, Demonstrati Lydi plurimos libros circumferebant, & reuelationes quasdam Zoroastris, Zoftriani, Nichorei, Allogonis, Mesi, aliorumque eiusmodi, palàm ostendentes, & deceperunt multos, & ipsi decepti iam fuerant, asserentes Platonem intelligibilis essentia profundum minimè penetrasse. Quamobrem Plotinus multas in disputationibus suis in eos argumentationes intulit, scripsitque contra eos librum, quem, Contra Gnosticos, nos inscripsimus, nobisque reliqua discutere & iudicare commisit. Amelius autem libros quadraginta composuit contra librum Zoftriani. Ego verò Porphyrius argumentationibus multis ostendi, librum Zoroastris ab illis inscriptum, adulterinum nouumque esse, & ab eis confictum qui struebant hæresim, vt institutiones suæ esse Zoroastris veteris crederentur.] hucusque Porphyrius.

IV. * Marfil. Fi. in cōm. Plotini c. 7.

Marfilus Ficinus d, qui Plotini commentarios egregiè illustrauit, hæc habet in commentariis in librum octauum Plotini, quæ ad hæc, de quibus agimus, spectant: Plotini autem mentem (inquit) non fuisse à Christiana lege penitus alienam, ex eo coniecere possumus, quòd cum Ammonij semper Christiani discipulus fuerit, & Christianissimi Orige-

CHRISTI 247.

FABIANI PAP. 9.

PHILIPPI IMP. 2.

A Origenis semper amicus, conuenisse dicitur vnà cum Origene atque Herennio, se numquam ab institutis Ammonij discessurum: idque, sicut promiserat, seruauisse. Præterea Gentilium deorum cultum alto animo aliquando contempsisse, Emilio ad hoc exhortante, Porphyrius ipse discipulus eius est testis. Denique ab hæreticis multis Platonem suum partim deprauantibus, partim etiam contemnentibus, frequentius irritatus, respondit quidem latissime, nihil tamen in respondendo commune Christianis inseruit, sed propria dumtaxat ad hæresin: cum alioqui impunè in Christianos inuehi ea tempestate liceret, & offerretur occasio.] hæc ipse. At de Origenis congressu cum Plotino Romæ habito dicemus anno sequenti. Hoc item anno secundo, quo e Perside Imperator Romam aduenit, Philippum filium creatum fuisse Augustum, nummi significant, quibus hæc inest inscriptio, ADVENTVS AVGG. S. C.

Quid Marcellinus de Plotino.

B.

IESV CHRISTI ANNVS 248.

FABIANI PAP. ANNVS 10.

PHILIPPI IMP. ANNVS 3.

* Apud Adol. Occop. lib. de num.

A Nno sequenti ducentesimo quadagesimo octauo, Præfens & Albinus Consulatum adierunt. Hac summæ pacis occasione, fauente Imperatore Christianis, vltro citroque dandis inter se litteris, rutiliori patefacta via, Origenes b tum ad Fabianum Romanum Pontificem, tum ad alios Episcopos, rectæ fidei scripsit confessionem: testatur id enim Eusebius, cum ait: Scribit præterea Fabiano Romano Episcopo, aliisque permultis Ecclesiarum Præsidibus, de sua recta & orthodoxa de fide Christiana sententia.] At quorsum hæc? Dicam: sed prius quæ paulò antè idem tradit Eusebius c, hic referenda. Iam (inquit) tertius annus eo regnante præterierat, cum Heraclas ministerium Ecclesiæ Alexandrinæ vndecim annis excutus, è vita decessit, & eiusdem Ecclesiæ Episcopatum obtinuit Dionysius.] hæc ipse. Quæ sub Demetrio olim aduersus scripta Origenis excitatae sunt turbæ, quando (vt dictum est) ob hæreses in eis inuentas meruit ab eodem excutari Demetrio; eo defuncto, penitus confopitæ fuerunt, in omnibus Origeni fauente Heracla Demetrii successore. Sed eo extincto, cum in locum eius suffectus Dionysius esset; licet eiusdem Origenis olim fuisset discipulus, attramen veritatis ardore æstuans, nullam eum rei ducens rationem, & Deo cuncta posthabens, ipsum Origenem, qui iam scripta sua multis erroribus aspersa euulgarat, cœpit acriter impugnare, & in multis hæreticos accusare.

I.

* Euseb. lib. 6. cap. 29. ORIGENES CAUSAM AGIT APVD FABIANVM PAPAM. * Euseb. lib. 6. cap. 28.

D.

Origenes autem, cum tot tantaque à se scripta iam edita haud faciliè corrigere aut emendare posset, aut vellet; hac vna tantum via suæ integritati consulere satis arbitratus, rectæ fidei professionem primò ad Fabianum Romanum Pontificem, tamquam ad totius Catholicæ Ecclesiæ Præfulem, mox ad alios misti Episcopos. intexuit illam Eusebius in sua pro Origene (vt testatur) scripta Apologia, quæ excidit. Quid autem ad hæc Fabianus, acquieuerit necne, ea tantum ab eo scripta fidei confessione contentus; nihil præterea Eusebius scribit, & (vt puto) dolo reticuit; quippe qui (vt sæpè superius demonstrauimus) quæ essent tantum eius laudis, memoriæ commendauit; reliqua verò, quibus reprehensione non caruit, vel tacuit, vel certè excusauit. Verum quòd planè certum atque compertum habeamus, Origenem his Philippi Imperatoris temporibus Romam se contulisse; par est credere, eum à Fabiano in re tanta ad dicendum causam fuisse vocatum: vel, quòd ille non recepisset ab eo scriptam fidei confessionem, ipsum spontè Romam apud eum se purgaturum accessisse.

II.

ORIGENIS APOLOGIA AD FABIANVM PP.

E.

De aduentu autem Origenis Romam Philippi tempore, nihil penitus Eusebius, qui prioris tantum illius aduentus tempore Zephyrini Papæ (vt vidimus) meminit. At venisse ipsum Romam his temporibus, cum Plotinus Romæ doceret, Porphyrius in Vita Plotini perspicuè demonstrat, dum hæc ait de eo Romæ publicè proficiente: Cum Origenes aliquando venisset in scholas, Plotinus statim genas rubore suffusus assurgere voluit. Sermones verò ab Origene continuare rogatus, respondit, Studium loquendi cessare, quando qui loquitur, animaduertit se ad illos, qui idem ipsi nouerint, verba facturum. Atque ita, cum pauca quædam differuisset, inde surrexit.] hæc Porphyrius: qui & quantæ æstimationis habitus fuerit Origenes etiam ab externis, his planè verbis demonstrat, itemque ex restificatione Longini aliàs recitata, dicentis: In secundo genere

III.

ORIGENES ROMAM VENIENS QUID CVM PLOTINO.

Platonici quidam Ammonius atque Origenes, quibuscum nos diu versati sumus, viris A profecto interuallo non paruo sui seculi philosophos intelligentia superantibus.

I V. Sic igitur ex eiusmodi Origenis cum Plotino Romæ congressu inito, cum constet nonnisi Philippi Imperatoris temporibus Plotinum Romam venisse, ibique primum docere ccepisse: eiusdem Origenis Romam Fabiani Papæ tempore aduentum contigisse, satis videri potest haberi testatum: nam (vt ex eodem Porphyrio auctore dictum est) non alibi quam Romæ & sub Philippo Plotinus primò docere cœpit. Antehac enim sub Ammonij disciplina vndecim annis insumptis, indeque peregrinatus ad Persas, mox sub Philippo Romam se contulit. Nec est quòd ad post Philippi tempora idem Origenis Romam aduentus possit aptari: nam postea Decio regnante, ac persecutionem grauissimam in Christianos excitante, omnis Christianis mutuis congressus interceptus esse videri poterat, commeatu sublato. Ceterum haud diutius Romæ moratus esse Origenes videtur, qui in Orientem regressus, aduersus obortas in Arabia hæreses, vna cum Orthodoxis Episcopis certamen iniit: quænam porro illæ fuerint, suo loco opportunius dicentur.

V. Quod verò spectat ad Heraclæ obitum, & Dionysij successionem: dum vndecim tantum illi tribuuntur anni, error videtur in numerum irrepsisse; cum ex iis, quæ ex Eusebio sunt superius dicta, quatuordecim saltem anni eius sedis adnumerentur. S. Hieronymus^a ad Euagrium scribens, quid in ea Ecclesia vsque ad hæc Dionysij tempora in electione Episcoporum agi consueuerit, narrat his verbis: Alexandria à S. Marco Euangelista, vsque ad Heraclam & Dionysium Episcopos, presbyteri semper vnum ex se electum in excellentiori gradu collocatum, Episcopum nominabant: quo modo si exercitus Imperatorem faciat, aut diaconi eligant de se quem industrium nouerint, & Archidiaconum vocent.] hæc ipse: sed de his alijs superius.

^a Hier. ep. 85. DE DIONYSIO HERACLAÆ SVCCESORE.

IESV CHRISTI ANNVS 249. FABIANI PAP. ANNVS 11. PHILIPPI IMP. ANNVS 4.

I. Christi Redemptoris anno ducentesimo quadagesimonono, duobus Philippis patre C ac filio Augustis, secundum illo, hoc primum Coss. Millesimus annus ab Vrbe condita numeratur: quem Philippus insignibus editis muneribus celebrauit, vt Capitolinus in Gordiano testatur. Addit Aurelius^b Victor, in his ludis Philippum patrem petulantius cachinnantem à Philippo filio vultu auerso notatum, ac tacite redargutum. Admirandum omnibus fuit, puerum præter ætatis vsum fuisse à risu abstinentem, quamobrem ἀγλαστος dictus est: sic fortasse à Seuera matre Christiana femina moribus informatus.

II. Hoc pariter anno Philippus Augustos patrem & filium Christiana religione initiatos esse, quæ dicta sunt superius ex Actis Pontij martyris, planè demonstrant. Equidem leges à Philippo sancitæ magnum specimen reddunt Principis Christiani. Nam in primis sententiam illam detestabilium turpitudinum Romæ inolitam & immobiliter herescentem, hausit ac penitus sustulit, nempe exoletorum classes. Testatur id Lampridius in Alexandro, cum de eo ait: Habuit in animo vt exoletos vetaret; quod postea Philippus fecit.] Planè Christianorum Principum erat hoc opus. Etenim post Philippum ab Ethnicis Imperatoribus iidem restituti, postea (vt dicemus) per Constantinum penitus sublati sunt.

III. Sed & illa quodque Philippi sanctio Christianam magnopere redolet pietatem, dum garulam poëtarum linguam licenter nimis famam honestissimorum virorū carpentem coercere conatus est; quòd etiam ea abuterentur arte ad inficiendos iuuenum animos turpitudine: etsi enim eos penitus auferre, difficillimi videretur res esse negotij, tamen lege edita, eisdem ex albo bonarum artium professorum expunxit, dum eos à priuilegijs illis concessis exclusit, cum hæc statuit: Poëtæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur.] Multa præterea alia ab eo pie sancteque esse statuta, quæ exciderunt, ex iis facile possumus intelligere, quibus & labem inuasi Imperij studuit abolere, sacro Baptismate expiatus. Si quid autem post hæc quauis occasione deliquit, quo ab Ecclesia iure deberet extorris, facta exomologesi (vt ex Eusebio^d dictum est) publicè in Ecclesia, Fabiano Papa id exposcente, magnæ pietatis Christiani Imperatoris culmine dignum exemplum edidit. Ceterum quod ad res ab eo gestas pertinet, non absque inuidia & odio Christiani nomi-


^a Poëta. C. de profess. lib. 10.

^d Euseb. lib. 6. cap. 27.

A nominis factum existimo, vt septennium eius Imperij temporis obscurum planè remanserit: si enim improbæ illæ fuissent perinde atque eius ingressus, scriptores Ethnici non tacuissent, qui scelus illud egregie reliquere testatum. Sed prosequamur cetera.

Quòd verò in antiquis nummis, SÆCULARES AVGG. notati inueniantur Consulatu patris Philippi tertio, filij verò secundo, qui contigerunt sequenti anno: ea ratione accidisse putatur, quòd annos qui ab Vrbe condita consueuerunt numerari, non à Kalendis Ianuarij Romani auspicabantur, sed à natali Vrbs, ipsi Palilibus, nempe xi. Kalen. Maij: sicque hoc anno Vrbs Millesimus inchoatus, sequenti anno die vigesima prima Aprilis fuerit absolutus, complexusque fuerit Consulatum Philipporum secundum & tertium, partemque duorum annorum Iulianorum, qui ab ipsis Ianuarij Kalendis incipiunt. Porro Sæculares ludos editos tempore natalis sui Imperij à Philippo, nempe mense Martij, aliqui putant^a, sed nonnisi leui opinione: cum tamen constet messis tempore circa finem Iunij mensis (vt testatur Zosimus) celebrari solitos esse. Quòd verò missilia numismata ipsis Kalendis Ianuarijs erogari solerent, inde videas Sæculares ludos non anni huius Consulatu, sed sequentis in illis expressos esse; cum sequentis anni Consulatus, non præsentis, millesimo Vrbs anno contineatur: cuius quidem Consulatus patris tertium, & filij secundum, amborum Philipporum Augustorum, numismata hic tibi reddenda curauimus.

I V. ^a Pompon. Letua in Phil. p. Panvin. de Lant. Sa. cul. P. g. 17. & alij.



^b Ex Museo Lant. Pasq.

^c Ex Pyrrhi Ligori codice manuscr.

Vides in ambobus numismatibus, in miliaris columnis, miliarium describi Vrbs seculum: vt vel ex hoc saltem intelligas Varronianam supputationem annorum Vrbs publicis monumentis esse receptam, iuxta quam præsens annus numeratur millesimus Vrbs. Quòd autem vides in posteriori numismate Philippum iuniorem virga templi aditum demonstrare, cum nouo seculo nouam illum religionem seruandam proponere (secundum ea quæ de ipso iam addicto cultui Christianæ religionis superius dicta sunt) haud insulse dici posse videtur. Vtrumque acciderit, constat Millesimum Vrbs absolutum, secundum à nobis temporum initam rationem, quinto iubileo, nempe anno ducentesimo quinquagesimo.

Notatur Zosimi impij, in Christianos infensissimi, odium ac inuidia, qui mendaciter nimis post Seuerum Imperatorem negat ludos Sæculares amplius instauratos: cum constet sub Philippo Imperatores fuisse habitos, id Iulio Capitolino, antiquis nummis, aliisque inscriptionibus, id denique ex nostris Eusebio & Cassiodoro aperte testantibus. Sed fortasse eos tacendos Zosimus existimauit, quòd à Christiano Imperatore cum fuerint celebrati, non more maiorum (vt Orosius citato superius loco testari videtur) immolatis

V. ^a ZOSIMI DO. LV8.

sacrificiis diis, aliisque Gentilicis superstitionis officiis, sed editione tantum munerum; A cetera vero idololatriæ cultoribus Pontificibus agenda reliquerit. Nam & eadem ratione idem Zosimus sequentes tacuit ab Honorio Imperatore celebratos Sæculares ludos sexto suo Consulatu, ut Claudianus testatur in Panegyrico tunc à se scripto. Quod vero Eusebius in Chronico hoc anno Urbis millesimo contigisse tradit, Atlantem montem loco motum fuisse, fides sit penes auctorem; & quid portenderit tantum prodigium, qui velit, interpretetur. Addit idem, hoc anno quarto sui Imperij Philippum ciuitatem in Thracia, Philippopolim nominatam, exædificasse.

V I. Per idem tempus (inquit Eusebius ^a) quidam rursus in Arabia dogmatis cuiusdam à veritate prorsus alieni auctores nascuntur, asserentes hominum animas vnà cum corporibus vno eodemque temporis articulo morte occumbere & penitus extinguï; at demum tempore resurrectionis vniuersæ carnis, cum eisdem vitam denuò recuperaturas. Non B exiguò igitur Episcoporum conuentu ea de re coacto, Origenes ibi etiam rogatus ut partes de illa controuersia disputandi susciperet, sic orationis vi & impetu ferebatur, ut eorum mentes, qui se antè eo errore implicuissent, ad rectam fidem & sanam doctrinam traderet.] hæc Eusebius de Concilio ea de causa habito in Arabia. idemque mox subdit ^b :

Eodem tempore alia erroris peruersitas, quæ Helcesaitarum hæresis dicebatur, cœpta est; quæ propè simulac orta erat, exinguebatur: cuius mentionem facit Origenes in con- cione in Psalmum octogesimum habita, quam coram Ecclesia palam recitauit. Interuenit (inquit) quidam hoc presenti tempore insolenter propterea se efferens, quòd impiam maximè & sceleratam Helcesaitarum opinionem, quæ nuper contra Ecclesiam excitata est, se posse defendere existimet. Quæ tandem scelera, & quam nefaria illa opinio profiteatur, vobis exponam, ne eius inanitate & quasi leui vento à veritate abripiamini. Non- nulla vniuersæ Scripturæ antiqua testimonia: aliis rursus cum ex toto veteri Testamento, tum ex Euangelio depromptis vitur: Paulum autem Apostolum omnino reiicit: si- dem item negare, indifferens quiddam esse asserit. Qui enim interiori cogitatione rectè de fide sentiat, tamen ore, cum necessitas illum eò detruserit, fidem perneget; eum ta- men animo firmè illi adhæsurum. Librum etiam circumferunt, quem aiunt è caelo de- lapsum; & qui illum audierit, eiusque doctrinæ crediderit, peccatorum remissionem consecuturum; eamque diuersam esse remissionem ab illa qua Christus Iesus peccata remisit.] hucusque Eusebius de Helcesaitis ex Origene.

V III. Epiphanius ^c de iisdem agens, originem horum ponit ab Helceo quodam pseudopro- pheta, de quo superius. Erant etiam (inquit) & hi coniuncti Ebionitis, qui Christum creaturam tantum esse dicebant, ac semper apparentem, primò in Adam, inde in Chri- sto; fororem ipsius esse Spiritum sanctum femineo habitu præditum.] hæc & alia risu di- gna, quorum superius facta est mentio. tum subdit: Hi que additi sunt omnibus Iudæis, qui neque Prophetas, neque admittunt Apostolos, neque Christiani propriè existentes, neque Græci, sed medijs simpliciter existentes, nihil sunt.] hæc Epiphanius: qui & eos- dem, Sampæos quoque, à nouo puto auctore, appellat: additque adhuc suo tempore ex auctorum hæreseos genere duas exitisse feminas, quas velut deos colerent Helcesai- tæ. sed de iis aliàs supra. Tradit Philaster ^d, hos ex vana quadam superstitione consue- uisse nudis pedibus incedere, utique solitos incantationibus, mathesi, magia, & aliis su- perstitionibus. Meminit eiusdem hæresis sanctus Augustinus ^e, atque recentiores. Ve- rum hæc hæresis hoc potius tempore restituta, quam cœpta videri potest; cum eius au- ctorem longè antehac vixisse Epiphanius tradat. Merito igitur Origenes non recenter E obortam dicit, sed potius instauratam ab eo qui se insolenter efferret, Helcesaitarum dogma se posse defendere.

IX. At nec prætermittendum, in Arabia pariter (neque scribitur certus annus, licet ante Sabellij hæresin hoc item sæculo proditam ponat Augustinus ^f) obortam hæresim Va- lesiorum à Valesio Arabe diffamatam, quæ & Eunuchorum dicta est, eo quòd sectam illam profitentes omnes pariter castrarentur. Ab animatis abstinuisse eius hæresis sectato- res, Epiphanius tradit, sed id ante abscissionem; postea verò omnibus vti fas erat. Hi ve- rò Origenis exemplo talia se rectè facere existimasse putantur. Euangelium secundum lit- teram forinsecus apparentem intelligentes. Sed & horum occasione eiusdem Origenis superius mentio facta est. cetera iam prosequamur.

^a Euseb. lib. 6. cap. 30. CONCILIUM IN ARABIA ^b Euseb. lib. 6. cap. 11. ^c Epiph. hæ. ref. 19. & 53. HELCESAI- TARVM ORIGO. ^d Philast. cap. 82. ^e Aug. de hæ. ref. c. 32. ^f Aug. de hæ. ref. c. 37. VALESTO- RVM HÆRE- SIS

D Vcentesimo quinquagesimo Christi anno, duobus Philippis Augustis patre tertium & filio secundum Cois. Cæcilius Cyprianus, defuncto Donato Episcopo Cartha- ginenli, summo tum Cleri tum populi totius consensu, vno tantum aduersante Felicis- simo presbytero, eiusdem sedis Episcopus eligitur. In primis autem, quod ad tempus spe- ctat, id quidem ex eo deduci posse videtur, dum ipse scribens ad Cornelium Papam ^a an- no secundo, ex quo factus ille erat Romanus Episcopus, quartum annum tunc elapsum fuisse sedis suæ testatur; qua ratione eum hoc anno sedere cœpisse oportuit.

Sed quò hæc certiora reddantur, hic eiusdem Cypriani subtexenda sunt verba, sen- susque pariter elucidandus: Ceterum, ait, (dico enim prouocatus, dico dolens, dico compulsus) quando Episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi vniuersi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omni- bus fideliter iunctis, plebi suæ in Episcopatu quadriennio iam probatus, in quiete seruientis disciplinæ, in tempestate proscrip- tus, applicito & adiuncto Episcopatus sui nomine, coties ad leonem petitus, in Circo, in Amphitheatro, Dominicæ dignationis testimonio hono- ratus. His ipsis etiam diebus, quibus has ad te litteras feci, ob sacrificia, quæ edito pro- posito celebrare populus iubebatur, clamore popularium ad leonem denuò postulatus in Circo: cum talis, frater charissime, à quibusdam desperatis & perditis, & extra Ecclesiam constitutis impugnari videretur, apparet quis impugnet.] hæc Cyprianus de seipso, licet in tertia loquatur persona, quæ nullo modo Cornelio aptari possunt, & sibi conueniunt que ait de proscriptione ^b, cuius meminit scribens ad eundem Cornelium Papam, cum à Felicissimo schismaticorum duce eiusque sociis Romæ accusatus esset: quod anno secundo Cornelij accidisse, cum iam sub Gallo & Volusiano persecutio extincta reuiesceret, suo loco dicemus. Pamelius quoque, qui egregiam nauauit operam, ut res à sancto Cy- priano gestas colligeret, & eius scripta mendis purgaret, notisque insigniter illustraret, æquè sub huius anni Consulibus sancti Cypriani ponit ingressum, alio tamen Christi an- no, prout eum docuit chronologia, quam nostra nondum edita veriore putauit. Ad- uersatam porrò fuisse Cypriani electioni Felicissimum presbyterum cum aliis suis sociis, ipse scribens ad plebem ^c testatur his verbis: Sux coniuurationis memores, & antiqua illa contra Episcopatum meum, imò contra suffragium vestrum & Dei iudicium venena retinentes, instaurant veterem contra nos impugnationem, & sacrilegas machinationes insidiis solitis denuò renouant.] hæc ipse.

Sed & illud de Cypriano, cuius in Episcopatu successerit, in controuersiam reuo- catur: verum subrogatum fuisse in locum Donati, satis constat testificatione eiusdem Cy- priani ad eundem Cornelium eadem epistola ^d scribentis hæc verba: Priuatum veterem hæreticum, antecessorum etiam nostrorum (quod & vestram conscientiam non later) Fabiani & Donati litteris seuerissimè notatum.] Quibus sanè verbis sicut Cornelij ante- cessorem dicit Fabianum, ita suum nominare Donatum par est existimare. Quòd autem S. Augustinus ^e sapius prædecesorem Cypriani nominet Agrippinum; inde accidit, ut nonnulli opinati sint, Agrippino vita functo Cyprianum esse successorem. Verum non sic S. Augustinus appellauit eum Cypriani prædecesorem, ut proximè, nullo alio medio, il- li successerit; sed quòd eodem pariter nomine omnes, quotquot à primo ad vltimum vl- que Episcopi eum præcesserant, censerentur.

Sanè quidem idem sanctus Augustinus ab his non discrepat: dum enim probare ni- titur, ante Agrippinum de Baptismate hæreticorum contrarium ab eo, quod ipse statue- rat, esse seruatum; primumque ipsum de Baptismate hæreticorum iterando, canonem statuisse: planè significat, eum longè ante Cyprianum antegressum esse. Nam antè iam Tertullianus (ut diximus) eius reperitur opinionis assertor. Si igitur non antè vel saltem eo tempore cum Tertulliano Agrippinus vixisset, sed postea; certè non Agrippino, sed Tertulliano fuisset ea nouitas adscribenda. Ceterum eodem cum Tertulliano tempo- re, vel paulò antè, Agrippinum vixisse, & quod ille in Concilio decreuerat, Tertul- lianum edito libro docere cœpisse, iam satis superius dictum est. Declarat suam

I. CYPRIANVS ORDINA- TYR EPISCO- PVS CAR- THAGINEN- S. Cypri. ep. 55. edit. Pamel.

II. DE TEMPO- RE EPISCO- PATVS SAN- CTI CYPR.

Cypri. ep. 69.

Cypri. ep. 49.

III. DONATVS EPISCO- PVS PRÆDECES- SOR CYPR. Cypri. ep. 55.

Aug. de Ba- ptism. cont. Donat. lib. x. cap. 7. 8. 9.

IV. AGRIPPINVS TEMPORA.

^a Aug. de Ba-
pif. cont. Do-
nat. lib. 3.
cap. 12.

Augustinus sententiam, dum longè ante Cyprianum Agrippinum vixiffe, his verbis ^a non A
obcure significat: Ideò non se nouam aut repentinam rem statuisse B. Cyprianus ostendit,
quia sub Agrippino cœperat fieri.] & paulò post, citans Cypriani epistolam, hæc
addit: Vt quid eidem Fabiano dicit, se non rem nouam facere & repentinam, sed ab
Agrippino institutam? Cur enim Fabianus de nouitate turbaretur, vt eam per auctorita-
tem Agrippini sanari oporteret, si ab Agrippino vsque ad Cyprianum hoc tenebat Eccle-
sia?] per hæc significans, inter Agrippini & Cypriani sedem non modicum intercessisse
^b Cyp. ep. 73. temporis spatium. Sed & quæ sequuntur Cypriani ad Fabianum ^b scribentis verba, om-
nem de tempore Agrippini extricant perplexitatem, quibus dicitur: Quando multi iam
anni sint, & longa ætas, ex quo sub Agrippino, bonæ memoriæ viro, conuenientes in
^c Cyp. ep. 71. vnum Episcopi plurimi hoc statuerunt.] hoc ipsum quoque demonstrat ad Quintum ^c
scribens, ita vt nulla prorsus remaneat occasio dubitandi.

V. Antequam verò Cyprianus ad Episcopatum, immò ad Christianam religionem capef-
sendam vocaretur (explosa fabula illa de Cypriani magica arte, quam alterius Cypriani
patria Antiocheni, martyris Nicomedientis, loco, tempore, professione, Actisq; mar-
tyrij, vt alibi diximus ^d, à nostro Carthaginensi distincti, fuisse liquet) rhetoricis disci-
plinis egregiè excultum fuisse, sed & adhuc Gentilitia superstitione detentum, magna
apud eos æstimatione vixisse, & florentissimè docuisse constat. Verùm cum iam Chri-
stianam religionem amplexus est, derisum ab illis ac vilipensum, & loco Cypriani, di-
ctum Coprianum, his verbis testatur Lactantius ^e: Audiui quemdam hominem diser-
tum sanè, qui eum iam, mutata vna littera, Caprianum (immò vt emendationes codices
habent, Coprianum, nempe stercorarium) vocaret: quasi quòd elegans ingenium & me-
lioribus rebus aptum, ad aniles se fabulas contulisset.] Fuisse eum genere illustrem, po-
tentia clarum, suæq; ciuitatis Senatorem amplissimum, primariamq; eius ordinis ob-
tinuisse dignitatem, atque philosophicis disciplinis insigniter ornatum, testatur S. Gre-
gorius ^f Nazianzenus.

VI. Sunt in eodem genere aliorum sanctorum Patrum de Cypriano testimonia, quæ præ-
termittimus. Cæcilius presbyter eum ad fidem Christianam perduxit: quem illum puta-
mus rhetorem ab aliis Cæcilianum dictum, nobilissimum Afrum, Diadumeni olim ma-
gistrum (de quo superius habita est mentio) iisdemq; planè retibus ab eo captum, qui-
bus alios capere conabatur, nempe dicendi facundia: plurimum namque eam posse, cum
præsertim adiunctam habeat veritatem, omnes intelligunt. Quem, inquit Pontius ^g to-
to honore atque omni obseruantia diligebat, obsequenti veneratione suspiciens, non iam
vt amicum animæ coæqualem, sed tamquam nouæ vitæ parentem.] Successisse illi in
schola putamus. nam S. Hieronymus ^h de S. Cypriano testatur, rhetoricam Carthagine
publicè docuisse. Donatus ⁱ ad eum scribens, eius rei meminisse videtur, dum ait: Cre-
do te retinere sanctissime Cypriane, quæ nobis fuerit apud oratores garrulitas, vnus sen-
sus, vna cogitatio, indiuidua lectio.]

VII. Quæ autem animo volueret, cum adhuc Gentilis de Christiana fide suscipienda cogi-
taret; idem ^k ipse, apud eundem rescribens, hæc ait memoratu sanè dignissima: Ergo
cum in tenebris atque nocte cæca iacerem, cumq; in salo iactantis sæculi nutabundus ac
dubius vestigijs oberrantibus fluctuarem, vitæ meæ nescius, veritatis ac lucis alienus; dif-
ficile prorsus ac durum pro illis tunc moribus opinabar, quod in salutem mihi diuina in-
dulgentia pollicebatur, vt quis renasci denuò posset, vtq; in nouam vitam lauacro aquæ
salutaris animatus, quod prius fuerat exponeret, corporis licet manente compage, homi-
nem animo ac mente mutaret. Qui possibilis, aiebam, est tanta conuersio, vt repentè ac
perniciter exuatur, quod vel genuinum situ materiæ naturalis obduruit, vel vsurpatum
diu senio vetustatis induruit? alta hæc & profunda penitus radice sederunt.] erat iam se-
nescens (vt ex his apparet) quando Christo nomen daturus erat.

VIII. At quid postea? eamdem difficultatem mente volutans, hæc addit: Quando parsimo-
niam discit, qui epularibus cœnis & largis dapibus assueuit? & qui pretiosa veste conspi-
cuis in auro atque purpura fulsit, ad plebeium se ac simplicem cultum quando deponit?
Fascibus ille oblectatus & honoribus, priuatus & inglorius esse non potest. Hic stipatus
clientium cuneis, frequentiore comitatu officiosi agminis honestatus, pœnam putat esse
cum solus est. Tenacibus semper illecebris assuetum, necesse est vt vinolentia inuieret, in-
flet superbia, iracundia inflammet, rapacitas inquietet, crudelitas stimulet, ambitio de-
lectet,

DIFFICULTA-
TES QUAE
SE CYPRIANI
NOBILITATE
AVNT.

CYPRIANI
STATVS CVM
GENTILIS
FVSSSET.
^k Cyprianus
epist. 2.

^e Lactant.
lib. 5. cap. 1.

^d Notat. ad
Rom. Mart.
die 26. Sept.

CYPRIANI
PRIMOR-
DIA.

V.

A lectet, libido præcipitet. Hæc egomet sæpè mecum: nam vt ipse quam plurimis vitæ prioris
erroribus implicitus tenebar, quibus exui me posse non crederem; sic vitii inhaerentibus
obsecundans eram, & desperatione meliorum, malis meis, veluti iam propriis ac vernaculis,
adfauebam.] hæc ipse nondum sacro Baptismate illustratus.

Quid autem cum fidei cedens, & in spem contra spem ad Ecclesiam tandem se con-
tulit, & sacri Baptismi vnda respersus est, senserit, idem ipse his plane verbis testatur: Sed
postquam vndæ genitalis auxilio, superioris æui labe deterfa, in expiatum pectus ac pu-
rum desuper se lumen infudit: postquam cælitus Spiritu hauisto, in nouum me hominem
natiuitas secunda reparauit: mirum in modum protinus confirmare se dubia, patere
clausa, lucere tenebrosa, facultatem dare quod difficile videbatur, geri posse quod im-
possibile putabatur: vt esset agnoscere terrenum fuisse, quod prius carnaliter natum, de-
lectis obnoxio viuere: Dei esse cœpisse, quod iam Spiritus sanctus animaret. Scis ipse
profectò, & mecum pariter recognoscis, quid detraxerit nobis mors ista criminum, vita
virtutum.] hæc & alia plura de se Cyprianus sacro imbutus Baptismo.

Magnæ sanè fuisse admirationis eius ad Christum conuersionem, ^a sanctus Hierony-
mus illis verbis significare videtur, quibus ait: Proponamus nobis beatum Cyprianum, qui
cum prius idololatriz assertor fuisset, in tantam gloriam venit, vt orationam doceret
Carthagine, audisse sermonem Ionæ, & ad pœnitentiam conuersum, in tantam veni-
se virtutem, vt Christum publicè prædicaret, & pro illo ceruicem gladio flecteret.]
Quanto verò cum primùm fidei Christianæ sacramenta libauit, se ipso fortior, & ad vi-
ctoriam sui robustior factus sit, Pontius quoque diaconus, qui eius gesta est profectus,
docet; dum ait, ipsum non longo solum tempore acquisitas diuitias in pauperes erogaf-
se, sed seculo nuntium remisisse, charissima coniuge & dulcissimis liberis, Christi amo-
re libentissimo animo, commendatis illis Cæcilio presbytero, relictis, eminentioris vitæ
iter confestim arripuisse. demumq; subdit: Longum est ire per singula, sancta eius one-
rosum est enumerare. Ad probationem bonorum operum arbitror solum hoc satis esse,
quòd iudicio Dei, & plebis fauore ad officium sacerdotij & Episcopatus gradum adhuc
neophytus, & vt puratur, nouellus electus est.] magno namque omnium studio, vehem-
entique animi ardore se à populo Carthaginensi esse petiitum Episcopum, ipsemec ad
eundem populum scribens testatur ^b.

Cum autem hæc scribat Pontius eius diaconus, ipsum nimirum paulò post Bap-
tismum, adhuc (vt ait) nouellum, ad sedis Episcopalis fastigium esse prouectum, quem
vidimus, sui ipsius testimonio, iam senem ad Christum esse conuersum: vnde, rogo,
D tanta mox ei Christianæ Theologiæ inhaerit doctrina, & Ecclesiasticæ disciplinæ vsus ac-
creuit, vt diuinarum Scripturarum scientia imbuta memoria & intellectus exatiatus, sui
exuberantia mox in torrentes ad alios irrigandos foras eruperint? vt eodem propè tem-
pore Cæcilio (quo ipse auctus est nomine) egerit catechista, & ex eminentiori cathe-
dra, doceret Ecclesiam? Equidem puto (ni si res miraculo adscribatur) ipsum adhuc
Gentilem legendo triuisse Christianæ religionis libros, ex quibus illud consecutus esse
videtur, vt patriæ superstitionis pertæsus, de Christiana fide suscipienda cogitaret, ac tan-
dem fuerit feliciter affsecutus. Assueuisse eum quoque lectioni operum Tertulliani ^c, cum
de eo egimus, dictum est. Eius namque doctrina in diuini Spiritus conflatorio perpur-
gata, auroq; è terra selecto, ex eo dicitur, hac verò reiecta, cautior factus est. Ac ne-
que ea tantum quæ mala sibi visa sunt, & Catholicæ Ecclesiæ aduersantia, procul abie-
cit; sed & excultam illam suam totoq; Orbe spectatam dicendi facundiam tot sudori-
bus partam, ac iugi exercitatione prouectam eloquentiam, Christianæ simplicitati post-
habuit, ac vt minus vtilem & necessariam missam fecit. testatur enim hoc ipse ad Do-
natum ^d rescribens his verbis:

In iudicijs, in concione, pro rostris, opulenta facundia volubili ambitione iacte-
tur. Cum de Domino Deo vox est, vocis pura sinceritas non eloquentiæ viribus niti-
tur ad fidei argumenta, sed rebus. Denique accipe non disertam, sed fortia, nec ad au-
dientie popularis illecebram culto sermone fucata, sed ad diuinam indulgentiam præ-
dicandam rudi veritate simplicia.] At licet ipse eiusmodi in dicendo atque scribendo
inierit rationem, vt non excrescentem modò facundiam circumcideret ac secicaret, sed
solo tenus demeteret: tamen tam Latini, quàm Græci eiusdem facultatis omnium di-
sertissimi, eam sunt vehementer admirati. Nam Latinorum rhetorum culmen Lactan-
tius

I X.
^s CYPRIANVS
QVALIS
IAM BAPTIZATVS.

X.
^a Hieron. in
Ion. cap. 3.

CYPRIANVS
OMNIBVS
RENN-
TIAT.

^b Cyp. ep. 40.

X I.

CYPRIANI
ADMIRAN-
DA DOCTRINA.

^c Hieron.
epist. 14.

^d Cyp. ep. 2.

X I I.

CYPRIANVS
ELOQVENTIAM
MIS-
SAM FACIT.

Enfant. lib. 5. cap. 1. QYALIS CYPRIANI ELOQUENTIA.

Greg. Nazianon orat. in laud. Cypri.

XIII.

August. de Doct. Christi. lib. 4. cap. 14.

tius a hæc habet: Vnus præcipuus & clarus extitit Cyprianus, qui magnam sibi gloriam A ex artis oratorie professione quaesierat, & admodum multa conscripsit in suo genere admiranda: erat enim ingenio facili, copioso, suavi, & quæ sermonis maxima est virtus, aperto; vt discernere nequeas, vtrum ne ornator in loquendo, ac facilius in explicando, an promptior in persuadendo quisquam fuerit. Græcorum verò Gregorius Nazianzenus b eloquentissimus, dum de Cypriani eloquentia differit, eam aded eminentem atque sublimem prædicat, vt dicere illud audeat, ipsum ea comparatione ceteris hominibus præstitisse, qua solent homines bruta animalia antecellere. sunt enim hæc eius verba: Siue me tibi doctrina tua atque eloquentia conciliet, qua tu tanto reliquos mortales anteibas, quanto nos brutis animantibus præstamus.]

Quod si post messem tanti æstimata sunt pauca humi inhærentes spicæ residuæ: quanti facienda erat prima illa florentissima eloquentiæ seges, quam humanæ gloriæ spirans B aura iucundissimè agitabat? Quam quidem ex aliquibus eiusdem Cypriani locis licet veluti per transfennam aspiciere: reliquisse enim alicubi Cyprianum quædam impressa vestigia, quibus qualis quantaque eius in dicendo vis esset, quemlibet facile mente conspiciere potuisse, sanctus Augustinus c testatur, cum ait: Est tale quid in epistola beati Cypriani: quod ideo puto vel accidisse, vel consilio factum esse, vt sciretur à posteris, quam linguam doctrinæ Christianæ fanitas ab ista redundantia reuocauerit, & ad eloquentiam grauiorem modestioremque restrinxerit: qualis in eius consequentibus litteris securè amatur, religiosè appetitur, sed difficillimè impletur.] hæc Augustinus. est locus ille in epistola ad Donatum, quem recitat: eam, si liber, lector consulat. Sed de Cypriani primordiis nunc fatis.

IESV CHRISTI ANNVS 251. FABIANI PAP. ANNVS 13. PHILIPPI IMP. ANNVS 6.

Christi anno ducentesimo quinquagesimo primo, Emiliano & Aquilino Coss. Philippus sextum inchoauit Imperij annum: quo occisum esse, complures affirmant, dicentes Philippum annis tantum quinque expletis regnasse. Verum nobis magis probatur sententia dicentium ipsum annis septem imperasse: quod quidem Eusebius tum in Chronico habet, tum etiam in Historia. Confirmatur id ipsum quoque ex Fastis Cassiodori, in quibus sub Philippo septem numerantur Consularus. Consentit & verus inscriptio, qua demonstratur, Philippos occisos anno Christi ducentesimo quinquagesimo tertio: quam quidem inscriptionem suo loco ponemus. His accedit, quod, cum Philiporum necem contigisse tradant d sub secundo Decij Consularu, eos ad septimum annum Imperij produxisse liquet. Qui autem ab his diuersam inierunt de annis Philippi Imperij rationem, & hoc anno eum simul & filium necatos tradunt; cum Consularus subducant e Fastis e, ordine temporum semel confuso, diuersis se aliosque implicent labyrinthis.

Euseb. lib. 6. cap. 32.

Cassiodor. & alij.

Panvin. in Fastis. & alij. eum secuti.

IESV CHRISTI ANNVS 252. FABIANI PAP. ANNVS 14. PHILIPPI IMP. ANNVS 7.

I. Cassiod. in Chron.

II. PERSECUTIO IN AEGYPTO EXCI-TATA A MAGO. h. e. lib. 5. cap. 34.

Sequenti anno ducentesimo quinquagesimo secundo, qui penes Latinos extant Fasti antiquiores g, Decium atque Gratum Consules ponunt: quos aliqui, incerta sequentes, inconsultè nimis prætermisisse videntur: sed quem nos meliorem in his Cassiodoro sequamur, inuenimus neminem.

Hoc ipso anno, qui præcessit Decij persecutionem, grauis tumultus Alexandria in Christianos excitatus est, instigante in eos mago quodam Aegyptios. Quam autem ferua ac furens hæc fuerit repentina grassatio, Dionysius Alexandrinus Episcopus scripsit ad Fabium Antiochenum Antistitem his verbis ab Eusebio h recitatis: Non ex Imperatoris edicto persecutio apud nos incepta fuit, sed integro anno præuenerat. Nam vates (quisquis ille fuerit) malorum omnium, quæ huic ciuitati acciderunt, architectus, in fini-

A infinitam Gentilium turbam contra nos incitauerat impuleratque, atque aded ad patriam suam & antiquam superstitionem defendendam magnopere instigarat: qui ab illo ad malevolentiam irritati, omnemque aucupati licentiam ad scelus patrandum, solam pietatem & verum cultum dæmonum suorum istum censuerunt, vt Christianorum cæde & sanguine suas crudeles manus respergerent.

Primum igitur senem quemdam, Metram nomine, arreptum, impia verba contra Deum loqui mandant, cuius corpus, propterea quod eorum voluntati repugnabat, fustibus cædunt, vultum oculosque præacutis arundinibus pungunt, ipsumque aded ad suburbia abductum, lapidibus obrunt. Deinde fidellem mulierem, quæ vocabatur Quincta, ad idolorum delubrum deducere, & ad falsos deos venerandos impellere cœperunt: eamque, cum se auerteret, & talem cultum detestaretur, pedibus constrictis per vniuersæ vrbs plateas asperis saxis constratas raptare; & simulac corpus eius ad saxa molaria allisissent, & flagris pariter lacerassent, ad suburbia trahere, ibique crebro saxorum coniectu obterere. Tum verò, vno quasi animorum impetu, omnes in ædes piorum irruere, & singuli, quos sibi vicinos esse cognouerant, properè educere, expoliare, diripere; & diuitias ac suppellectilem, si quæ erant pretiosior, sibi seponere; si quæ vilior, fordidior, & ex ligno confecta, in vijs dissipare, deinde exurere: aded vt ciuitas illa veram speciem vrbs ab hostibus captæ despoliatæque probè representaret.

Fratres ergo deflectere è via, & in loca separata ac solitaria se subducere: rapinam bonorum suorum similiter cum illis, quibus Paulus a illustre perhibet testimonium, cum gaudio suscipere. Atque haud scio vtrum quisquam, præter aliquem vnum alicubi fortasse, hucusque Dominum denegauerit. Apolloniam porò, virginem id temporis cum primis admirandam, & admodum prouecta ætate, comprehendunt, maxillisque eius crudeliter diuerberatis, omnes dentes illi excutiunt: atque rogo in suburbij extructo, minantur, nisi verba blasphemæ vnà cum ipsis palàm eloqueretur, se eam viam crematuros. Illa paululum temporis ad deliberandum precata, & dimissa ex eorum manibus, sine mora insilit in rogam: sicque flammam incendio absumpta est.

Serapionem item proprio lare subtractum, diris concidunt tormentis, & omnibus membrorum articulis contractis, ex loco edito præcipitem deiciunt. Nullus itineris flexus, nulla via publica, nullus angiportus erat, in quo tutò vel noctu vel interdiu liceret incedere: quippe omnes vbique vno ore conclamabant: Si quis è Christianorum numero impia & profana verba effari recusauerit, rapiatur extemplo, & in ignem conijciatur. Atque ista mala hoc modo non ad exiguum temporis spatium grassata sunt. Verum tandem seditio & bellum intestinum, quod illos miseros postea inuasit, crudelitatem contra nos excitatam in ipsorum capita conuertit. Vnde nos quidem, dum illorum furor in nos incensus alijs rebus implicatus tenebatur, paulisper respirauimus.] hucusque de Alexandrino tumultu Dionysius: qui eius quæ facta est in Ecclesiam persecutionis sub Decio, narrare pergit historiam, sed nos suo loco anno sequenti.

Esse quidem Aegyptios naturà irritabiles, & inter alias nationes in hoc genere primas ferre, ita vt vel ex minima quaque scintilla immensas soleant seditionum flammascendere; Philo b Iudæus, & ipse ciuis Alexandrinus, affirmat. Cecinere quoque poetæ, ac velut pro monstro ostentauère Aegyptiorum in rixando furorem, etiam cum iocari viderentur, vnde illud Iuuenalis c:

Hinc ieiunum odium, sed iurgia prima sonare Incipiunt animis ardentibus: hæc tuba rixæ. Dehinc clamore pari concurrunt, & vice teli Senit nuda manus: pauca sine vulnere mala: Vix cuiquam aut nulli toto certamine natus Integer: aspiceres iam cuncta per agmina vultus Dimidios, alias facies, & hiantia ruptis Ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos. Ludere se credunt ipsi tamen, & pueriles Exercere acies, quod nulla cadauera calcant.]

hæc quidem illi cum inter se luderent. At verò quam immaniter sauirent, si rixarentur hostiliter, post multa idem hæc demum:

Aspicimus populos, quorum non sufficit ira Annal. Eccl. Tom. 2.

M m Occidisse

III. METRÆ MARTYRIVM ET QUINCTÆ.

IV. a Hebr. 2.

APOLLONIAE MARTYRIVM.

V. SERAPIONIS MARTYRIVM.

VI. AEGYPTII FACILES AD RIXAM. b Philo in Elac. c Iuuenal. Satyr. 15.

Occidisse aliquem: sed pectora, brachia, vultum Crediderint genus esse cibi, &c.]

Et de ipsis Alexandrinis, de quorum in Christianos furore atque rabie sermo est, hæc Dio: Alexandrinis quidem ad audenda omnia satis est animorum: naturaque sunt ad remerè verbis exequenda, quæcumque sibi proposuerint, promptissimi. Iidem ad bellum, eiusque labores, omnium sunt ineptissimi: quamquam in seditionibus, quæ apud eos & frequentissimæ & maximæ eueniunt, ad cædes subinde deueniant, contrendique de re proposita studio, vitam maximè contemnant, in iisque perire bonum quoddam in primis expetendum existiment.] hæc Dio. At hæc omnia vera esse, non modò citati nuper testes, & recens in Christianos summæ sæuitiæ exemplum demonstrant: sed & complura alia ipsorum facta, quæ diuersis temporibus se offerent dicenda, testantur, de quibus nos aliàs sæpè.

At quisnam fuerit magus ille, qui Alexandrinos Ethnicos commouit in Christianos, non liquet: illud tamen scimus, Porphyrium in Vita Plotini, de Ægyptio sacerdote, demonum excantationibus dedito, scribere, qui paulo post circa Gallieni tempora Romam venit: quem & illum ipsum putamus, qui (vt suo loco dicemus) Valerianum, Romæ cum esset, aduersus Ecclesiam concitauit.

VII. MAGVS HORTIS CHRISTIANORVM.

IESV CHRISTI ANNVS 252.

FABIANI PAP. ANNVS 14.

DECII IMP. ANNVS 7.

I. Dvcentesimo iam ac quinquagesimotertio adueniente Christi Redemptoris anno, Decij & Etrusci à Cassiodoro ponitur Consulatus. Qui Etruscus hic nominatur, Decius iunior est, cognomento Etruscus dictus, vt complura vetera monumenta significat. Ponitur ab alijs Consulatus Decij secundus cum Grato, quem putamus fuisse tum: nam hic ille planè Consulatus duorum Deciorum, cuius mentio est apud Trebellium Pollionem in Valerianis. His Consulibus (inquit Cassiodorus) occisi sunt Philippi pater & filius Imperatores, ille Veronæ, hic Romæ: Imperiumque inuasis Decius, qui mox Decium filium Cæsarem dixit.

Has de scriptis à Panvinio in Fastis hoc anno.

II. PHILIPPI IMP. OCCISI.

RECTA CHRONOGRAPHIA FIRMATA.

III. PHILIPPVS RELATIVS INTER DIVOS.

De nece Philipporum hoc anno vetus extat monumentum Veronæ, vbi senior necatus est, his verbis conscriptum: ANNO CHRISTI CCLIII. IMP. DIVVS PHILIPPVS SENIOR VERONÆ: ET ROMÆ IUNIOR A SATELLITIBVS INTERFICIVNTVR. Veronæ, inquam, extat iuxta portam Bursaream in domo olim Cathaneorum. descripsit illud quoque Adolphus in libro de Imperatorum Romanorum numismatibus, & alij: sed à Panuino, licet Veronensi ciue, est prætermisum, quòd suis videretur aduersari Fastis, in quibus Philipporum obitus ab eo ponitur anno Christi ducentesimo quinquagesimo. Porro eiusmodi inscriptioni tum septem Consulatus positi in Fastis Cassiodori sub Philippo consentiunt, tum numerati ab Eusebio anni septem eius Imperij, & deducta ab eodem annorum Christi chronographia, qua æquè ponitur hic annus à nato Christo ducentessimus quinquagesimus tertius. Quibus videas, cum pluribus alijs, tum his de præsentis anno adductis exemplis, initam à nobis Christi annorum rationem assertam atque firmatam, at etiam Paulus Orosius cum tradit occisos esse Philippos, & subrogatum Decium anno millesimo quarto ab Vrbe condita, huic nostræ chronographiæ positæ suffragatur. Sic itaque omni genere chronographiæ, nempe Christi annis, Imperatoris, Urbis, atque Consulibus, hoc anno occisos esse Philippos, & Decium imperare cœpisse, habetur expressum.

Quòd autem vnus Europius dicat Philippos inter diuos fuisse relatos, ex his planè cognoscitur, Philippum, licet nece Gordiani perosus omnibus Romanis olim fuisset, mutatis moribus, de Senatu populoque Romano optimè meritum, omnium sibi conciliasse animos: atque adeò licet occisi tum ipse, tum filius fuerint, non defuisse illis extremum illud omnium amplissimum Senatus officium, quo eos retulerit inter diuos. Ex quibus etiam illud conijcimus, sic eos Christiana fuisse religione initiatos, vt tamen nullum ob eam causam negotium facefferint Gentilitiæ superstitioni. De Seuera autem Augusta Philippi maioris coniuge quid actum sit, num & ipsa occisa fuerit à Decio persecutore,

A secutore, quòd Christianam fidem profiteretur, nequidquam prorsus scriptum inuenimus. perierunt & magna ex parte Acta martyrum conflagratione illa à Diocletiano facta: vnde & quamplurima, quantumlibet clarissima essent, remanserunt prorsus obscura, immò & extincta penitus.

Viuentibus verò adhuc Philippis, Decius post Macrinum, qui citò sublatu est ab exercitu Illyricorum, Imperator est acclamatus: Imperium tenuit, secundum Eusebium & Cassiodorum, annum vnum & menses tres. sed de his inferius pluribus.

Posita igitur ac stabilita de anni Imperatorum chronologia, eam etiam, quæ est Romanorum Pontificum, statuamus: cum omnium consensione constet, ipso Decij Imperatoris ingressu persecutionem ab eo in Christianos conflatam, eaque confestim Fabianum Papam sublatum. Qui de nece Philipporum, & Decij Imperij exordio diuersam ab hac posita à nobis inierunt annorum rationem, quo tempore ingressum Decij, eodem & Fabiani interitum posuerunt. Sed qua ratione firmatus ac stabilitus à nobis est annus primus Decij imperantis, eadem quoque hoc anno ponitur Fabiani Papæ martyrium: vt hac ratione dicendum sit, ipsum sedisse annos quindecim & dies quatuor, subijssèq; martyrium vigesima Ianuarij, qua die natalis eius habetur in tabulis Ecclesiasticis perpetua memoria consignatus. De eodem autem hæc leguntur: Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros vigintiduos, diaconos septem; Episcopos per diuersa loca vndecim: qui sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, decimotertio Kalend. Februarij. cessauit Episcopatus eius dies sex.]

At vacasse sedem eius anno vno & amplius, dicemus anno sequenti in electione Cornelij. Ponitur & ab Eusebio hoc Christi anno Fabiani exitus: sed error apparet, dum habens Anterum sub Gordiano vita functum, Fabianum successorem annos tantum tredecim sedisse ponit: cum exploratissimum sit, non sub Gordiano, sed sub Maximino persecutore Anterum martyrio coronatum, atque Fabianum in locum eius post dies tredecim subrogatum. Certè & in libro de Romanis Pontificibus, Fabianum sedisse habes annos quatuordecim, menses vndecim, ac totidem dies: sedisseque ad præsentem vsque annum, quo Decius secundum Consulatum gessit.

De persecutione autem à Decio excitata, hæc in primis Eusebius: Philippo, vbi septem annis regnauerat, succedit Decius: qui odio quodam capitali, quo cum Philippo dissidebat, infensus, persecutionem contra Ecclesiam concitat.] Et Orosius: Continuo cum inuasisset Imperium, ob quod se etiam Philippus interfecisse docuit, ad persequendos interficiendosque Christianos, septimus post Neronem feralia sparsit edicta, plurimosque sanctorum ad coronas Christi de suis cruciatibus misit.] Tantam quippe olim ex Christiano Imperatore sibi Fideles vendicant auctoritatem, vt ardore fide inflammati, plerisque in locis fana, idola, & altaria sint demoliti: quod factum fuisse ab Ecclesijs in Ponto positis, Gregorius Nyssenus testatur, nosque ab eo scripta suo loco referemus paulo inferius. Porro Gentilium furor ille natiuus, inueteratumque odium in Christianos, Philipporum auctoritate diu repressum, ipsorum morte mox veluti ruptis aggeribus, magno sese impetu in Christianos effudit, omnes sub Romano Imperio fitas inundans Ecclesias: vt re vera illud quoque de ea dici merito potuerit: Nisi abbreviati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro.] continuo enim summos Ecclesiæ vertices, qui videbantur esse columnæ, violento quodam impulsu secum abripuit, vt Fabianum Romanum Pontificem, Babylam Antiochenum Episcopum, & fama celebrem Alexandrum Ierosolymorum Antistitem, atque alios.

Sed antequam agamus de singulis, qualisnam esset his temporibus Ecclesiæ status, quæve præcesserit causa, vt Deus tam immanem persecutionem in Ecclesiam sæuire permiserit, quid in primis de ea re sanctus Cyprianus, qui præsens hæc omnia exploratissima habuit, memoriæ commendarit, adducamus in medium. Ipse igitur in commentario, quem scripsit de Lapsis, hæc habet de huius temporis Christianæ disciplinæ vigore planè eneruato atque corrupto: Si (inquit) cladis causa cognoscitur, & medela vulneris inuenitur. Dominus probari familiam suam voluit: & quia traditam nobis diuinitus disciplinam pax longa corruerat, iacentem fidem, & pænè dixerim dormientem, censura cælestis erexit. Cumque nos peccatis nostris amplius pati mereremur, clementissimus Dominus sic cuncta moderatus est, vt hoc omne quod gestum est, exploratio potius, quam persecutio videretur. Stupebant augendo patrimonio singuli,

IV.

V.

FABIANI PAPAE MARTYRIUM.

VI.

VACATIO ROMANAE SEDIS.

VII.

PERSECUTIO SVB DECIO. Euseb. lib. 6. cap. 32. Oros. lib. 7. cap. 21.

Greg. Nyss. in vita S. Gregorij Thaumaturg.

Mar. 13.

VIII.

STATUS ECCLESIAE TEMPORE DECII.

MORES CORRUPTI HVIVS TEMPORIS.

guli, & obliui quid credentes aut sub Apostolis antè fecissent, aut semper facere deberent, infatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant. Non in sacerdotibus religio deuota, non in ministris fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina. Corrupta barba in viris, in feminis forma fucata. Adulterati post Dei manus oculi, capilli mendacio colorati. Ad decipienda corda simplicium callidæ fraudes, circumueniendis fratribus subdolæ voluntates. Iungere cum infidelibus vinculum matrimonij, prostituere Gentilibus membra Christi: non iurare tantum temerè, sed adhuc etiam peierare: Præpositos superbo tumore contemnere, venenato sibi ore maledicere, odijs pertinaciter inuicem dissidere.

IX.
EPISCOPI
CORRUPTI
MORIBUS.

^a P. Fel. 88.

X.
PERSECUTIO ANTEA
DIVINITVS
COGNITA.

^b Cyp. epist. 8

XI.
VISIO DE
PERSECUTIONE
VENTURA.

XII.
^c Euseb. lib. 6
cap. 34.
DECII EDI-
CTVM QVA-
LE.

^d Greg. Nyss.
in Vita S. Gre-
gor. Thaum.

Episcopi plurimi (quos & hortamento esse oportet ceteris & exemplo, diuina procuratione contempta, procuratores rerum sæcularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas prouincias oberrantes, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupari, esurientibus in Ecclesia fratribus non subuenire, habere argentum largiter velle, fundos infidiosus fraudibus rapere, vsuris multiplicandis fœnus augere) quid non perpeti tales pro peccatis eiusmodi mereremur? cum iam pridem præmonuerit ac dixerit censura diuina: Si dereliquerint legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint, & præcepta mea non obseruauerint: visitabo in virga facinororum eorum, & in flagellis delicta eorum. Prænuntiata sunt ista nobis, & antè prædicta: sed nos datæ legis & obseruationis immemores, id egimus per nostra peccata, vt, dum Domini mandata contempnimus, ad correctionem delicti & probationem fidei remedijs feruoribus veniremus.] hæc Cyprianus, tam magnæ iræ Dei causam aperiens.

At non destitit diuina clementia de ventura clade suos præmonere, quo malè actorum poenitentia, bonorumque operum studio & assiduis precibus imminentem plagam auerterent, vel aliqua saltem ex parte imminuerent. Sic quidem Christianæ confessionis præco nobilissimus Cyprianus inter alios, cum gladium venientem præuideret, & ex specula editiori proclamans, quoniam modo illum præcauere deberent, suos commonuit, dicens: Quamquam sciam, fratres charissimi, pro timore, quem singuli debemus Deo, vos quoque illic assiduis orationibus & enixis precibus instanter incumbere: admoneo tamen ipse religiosam sollicitudinem vestram, vt ad placandum atque exorandum Dominum non voce sola, sed & ieiunijs & lacrymis & omni genere precatationis ingemiscamus.] & inferius: Quod magis suauis & compulsi, vt has ad vos litteras scriberem, scire debetis, sicut Dominus ostendere & reuelare dignatus est, dictum esse in visione, Petite, & impetrabitis. Tunc deinde præceptum plebi assistenti, vt pro quibusdam personis designatis sibi peterent: in petendo autem fuisse dissonas voces & dispares voluntates: & vehementer hoc displicuisse illi, qui dixerat, Petite, & impetrabitis; quod plebis inæqualitas discreparet, nec esset fratrum consensus vna, & simplex & iuncta concordia.]

Paulo autem post hæc idem Cyprianus subdit: Nam & illud ostensum est, quod sederet paterfamilias, sedente sibi ad dexteram iuuenis: qui iuuenis anxius, & cum quadam indignatione subtristis, maxillam manu tenens, moesto vultu sedebat. Alius verò in sinistra parte consistens rete portabat, quod se mittere, vt circumstantem populum caperet, minabatur. & cum miraretur quid hoc esset ille qui vidit, dictum est ei: Iuuenem qui ad dexteram sic sederet; contristari & dolere, quod præcepta sua non obseruarentur: illum verò in sinistra exultare, quod sibi daretur occasio, vt à patrefamilias potestatem sumeret sæuendi. Hoc prius longè ostensum est, quàm tempestas vastitatis huius oriretur: & videmus impletum, quod fuerat ostensum.] hucusque Cyprianus.

De sæuissimis à Decio in Christianos ipso Imperij sui exordio edictis promulgatis, qualia ipsa fuerint, Dionysius Episcopus, qui his diebus præerat Ecclesiæ Alexandrinæ, & illa audiuit, atque legisse potuit, docet his verbis scribens ad Fabium Episcopum Antiochenum: Decij edictum erat iam vulgatum; illudque tale profectò videbatur, quale Dominus prædixerat futurum, in quo terribilissima illa iam propemodum complebatur sententia: nimirum, electos, si possibile esset, in errorem inducendos fore. hinc omnes certè metu percussi obstupuerunt.] hæc Dionysius. Meminit & Gregorius Nyssenus de edictis tum in omnes Ecclesias à Decio editis: sed in primis ab admirabili propagatione fidei pacis temporibus facta, externoque cultu in ecclesiarum erectione aucto, atque egregiè illustrato aspiciatur, & quæ Decium ad maximam iram incitauit, factam à Christianis idolorum atque altarium demolitionem narrat his verbis:

Iam

Iam enim in omnem partem peruaserat diuina prædicatio; & omnes tam in ciuitate, quàm in ea quæ circumcirca sita est regione, ad piam rectamque dogmatis fidem erant traducti: altariaque & templa, & quæ in eis fuerant simulacra, erant euersa: expurgata autem erat humana vita ab idolorum inquinamentis, extinctusque erat sceleratus nidus sacrificiorum, ablutusque cruor ex altaribus, & sordes cælorum animalium: omnes autem in omni loco in Christi nomine templa erigebant & oratoria: cum Romanorum, qui tunc erat, Imperatorem subijt ira atque inuidia; propterea quod falsa quidem eius patria neglectui esset superstitio: augebatur autem mysterium Christianorum, & per totum Orbem terræ multiplicabatur Ecclesia, per eos qui semper verbo adijcebantur, crescens in magnitudinem. Et cum existimasset, fieri posse vt diuinæ virtuti sua resisteret acerbitas, & reprimeret quidem mysterij prædicationem, dissolueret autem cœtus Ecclesiarum, rursus autem traduceret ad simulacra eos qui ad verbum processerant: ad Gentium Præsides mittit edicta, terribiles supplicij minas in eos statuens, nisi omnibus probris, contumelijs, & cruciatibus afficerent eos qui nomen Christi adorabant, & terrore & cruciatibus eos rursus adducerent ad patrium cultum dæmonum.] hæc Gregorius.

His acceptis edictis, Præsides in Prouincijs quàm immaniter in Christianos sæuierint; exijs quæ acta in Africa S. Cyprianus testatur, & quæ in ceteris prouincijs gesta sunt; facile possumus intelligere. ait enim: Tormenta venerunt, & tormenta sine fine tortoris, sine exitu damnationis, sine solatio mortis: tormenta quæ ad coronam non facile dimittant, sed tam diu torqueant, quàm diu deficiant: nisi si aliquis diuina dignatione subtrahatur, inter ipsa cruciamenta profecerit, adeptus gloriam, non terminò supplicij, sed velocitate moriendi.] hæc Cyprianus.

Sed & de multis tormentorum generibus, quæ præsidibus sibi artificum peritia comparabant, tunc exhibitis, Gregorius Nyssenus, qui ab auia S. Macrina seniori, eiusdem Ecclesiæ alumna, ea potuit didicisse, hæc habet: Neque aliud tunc publicum, aut priuatum quidquam agebatur, aut vllum ponebatur studium ab his qui tractabant publica, quàm vt obfiderent & punirent eos qui fidem sequebantur. Erant autem non solum minarum verborum terribiles, sed cum ijs varius apparatus suppliciorum nullum non afferebat stuporem; & antequam veniret ad periculum, metum incutiebant hominibus enses, & ignis, & bestia, & fossæ, & instrumenta ad torquendum membra accommodata, & ferrea in igne cathedræ, & ligna erecta, in quibus eorum extensa qui persistebant, corpora porrectis horrendis laniabantur vngulis, & alia innumerabilia ad multiplices corporum cruciatu inuenta ab eis excogitabantur: vnumque studium erat ijs, qui hanc habebant potestatem, vt nullus eo posset ostendi scelere superior: Alij quidem deferebant, alij verò indicabant, alij verò scrutabantur eos qui erant absconsi: alij inuadebant eos qui fugiebant: alij autem iniectis oculis in facultates Fidelium, vt rebus eorum potirentur, prætextu pietatis & religionis, eos qui fidem amplectebantur, exagitabant.] hucusque Gregorius.

Hunc in modum cum persecutio in Ecclesiam grassaretur, primo ipso sui furoris impetu complures vbique prostrauit; ipsos mirarum, quos antea delicia & concupiscentia subiugassent: & cuius magis malè acta vita esset sordibus inquinata, eius turpior erat lapsus atque negatio. Hos enim in primis S. Cyprianus deplorat in libro de Lapis sic dicens: Non expectauerunt saltem vt interrogati negarent, vt thus accenderent apprehensi. Ante aciem multi victi sine congressione prostrati, nec hoc sibi reliquerunt, vt sacrificare idolis viderentur inuiti. Vtrò ad forum currere, ad mortem sponte properare, quasi hoc olim euperent, quasi amplecterentur occasionem datam, quam semper optassent. Quid illi qui à magistratibus vespera urgente dilati sunt? quod ne eorum differretur interitus, etiam rogauerunt:] & paulò post: Ac multis proprius interitus satis non fuit: hortamentis mutuis in exitium suum populus impulsus est: mors inuicem letali poculo propinata est. Ac ne quid deesset ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus vel impositi, vel attracti: amiserunt paruuli quod in primo statim natiuitatis exordio fuerant consecuti] nimirum gratiam per Baptismi illustrationem acceptam: ex instituto enim Ecclesiæ, paruuli etiam baptizabantur & infantes.

Vnde autem facta sit illis tanta ruina occasio, paulo inferius declarat his verbis: Dissimulanda, fratres, veritas non est, nec vulneris nostri materia & causa reticenda.

Annal. Eccl. Tom. 2.

M m 3

Decepit

XIII.
PROPAGATIO FIDEI
CHRISTIANÆ.

XIV.
Cyp. epist. 8
aut Pancl.
GRAVIS
PERSECUTIO IN
ECCLESIA
AFRICANA.

XV.
Greg. Nyss.
Sen. m. v. l. a
S. Gregorij
Thaum.
PERSECUTIO
NIS A-
CERBITAS.

XVI.
MISERANDVS
MULTI-
TORVM
LAP-
SVS.

XVII.
VNDE
LAP-
SVS
MULTI-
TORVM.

Decepit multos patrimonij sui amor cæcus: nec ad recedendum parati aut expediti esse potuerunt, quos facultates suæ velut compedes ligauerunt: illa fuerunt remanentibus vincula, illæ catenæ, quibus & virtus retardata est, & fides pressa, & mens vincita, & anima præclusa, vt serpenti terram secundum Dei sententiam deuoranti præda & cibus fierent, qui terrestribus cupiditatibus inhærent.] hæc & alia multa de his Cyprianus. Erant autem lapsorum casus varij atque distincti, dum quidam ex ipsis (vt dictum est) non rogati procurerent: rursus verò quidam se inuitos id agere contestarentur: alij rursus, qui primò confitentes, inde metu pœnarum à fide negando deficerent.

XVIII.
LAPSORVM
DIVERSA
GENERA.
Cypri. Epist.
92.

Rursus verò lapsorum duplex ab eodem Cypriano ponitur differentia: aliorum scilicet, quos nominat Sacrificatos, vel Thurificatos, ac Idololatrias communi voce: aliorum verò, quos appellat Libellaticos, de quibus plura in Epistola ad Antonianum*. Dicebantur autem Sacrificati, omnes qui quomodocumque immolassent, vel immolata gustassent: Thurificati autem, qui thus obtulissent: Idololatræ æquæ omnes qui quemlibet religionis cultum idolis publicè exhibuissent. Libellaticos autem eos esse, significare tradunt, qui cum sacrificium offerre publicè cogerentur, se data pecunia redemissent: de quibus hæc idem in eadem ad Antonianum epistola: Cum ergo inter ipsos qui sacrificauerint, multa sit diuersitas, quæ inclementia est, & quàm acerba duritia, Libellaticos cum his qui sacrificauerunt, iungere? quando is, cui libellus acceptus est, dicat, Ego prius legeram, & Episcopo tractante cognoueram non sacrificandum idolis, nec simulacra à seruo Dei adorari debere: & idcirco ne hoc facerem quod non licebat, cum occasio libelli fuisset oblata, quam nec ipsum acciperem, nisi ostensa fuisset occasio, ad magistratum vel veni, vel alio eunte mandauit: Christianum me esse, sacrificare mihi non licet, ad aras diaboli me venire non posse; dare me ob hoc præmium, ne, quod non licet, faciam.] hæc Cyprianus; quæ licet plana videantur, tamen subobscura redduntur ex alijs quæ sparsim in diuersis Cypriani locis sæpè leguntur.

XIX.
LIBELLATI-
CUM QVI-
NAM DI-
CTI SINT.
Cypri. Epist.
92.

At colligitur ex ijs, non sic Libellaticos esse dictos (vt multi putant) quòd libellum offerrent magistratui, quem potius ab eo acciperent: id enim illis verbis declarat Libellaticus ille apud Cyprianum, sic dicens: Libellum nec ipsum acciperem, nisi ostensa fuisset occasio.] Sed & insuper in epistola Cleri Romani^b ad Cyprianum, de Libellaticis hæc dicuntur: Sententiam nostram dilucida expositione protulimus aduersus eos, qui se ipsos infideles illicita nefariorum libellorum professione prodiderant, quasi euasuri irretientes illos diaboli laqueos viderentur, quo non minus quàm si ad nefarias aras accessissent, hoc ipso quòd ipsum contestati fuerant, tenerentur: sed etiam aduersus illos qui acta fecissent, licet præsentibus, cum fierent, non affuissent; cum præsentiam suam utique vt sic scriberentur, mandando fecissent, &c.] ex quibus patet, à Romana Ecclesia etiam Libellaticos acrius condemnari, vt infideles. Insuper verò idem qui supra Cyprianus de Lapsis: Nec sibi (inquit) quo minus agant pœnitentiam, blandiantur, qui etsi nefandis sacrificijs manus non polluerunt, libellis tamen conscientiam prostituerunt. Et illa professio denegantis, contestatio est Christiani, quod fuerat abnueus: fecisse se dixit, quod alius faciendo commisit.] hæc ipse. Quibus omnibus exprimere videtur, Libellatici causam fuisse huiusmodi, vt, etsi minus quis sacrificium dijs offerret, tamen aliqua per se vel per alium edita professione fidem negaret: ne verò, sicut ceteri, traheretur ignominiosè ad aram, id pecunia (vt dictum est) redimebat.

XX.
ERROR DE
LIBELLATI-
CIS CON-
FUTATVR.

Quamobrem errare existimo, qui putant illos dictos esse Libellaticos, qui pretium soluerent, ne cogerentur fidem negare. Nam nullum fuisse crimen, vexationem à Gentilibus in persecutione inferri solitam pecunia redimere, satis superius ex totius Ecclesiæ vsu, & canone Petri martyris Episcopi Alexandrini, demonstratum est, dum Tertulliani errorem ex Montani schola acceptum confutauimus, quo dicebat, nemini licere pro sui liberatione, ne ad iudicium duceretur, pecuniam soluere. Nec enim putandum, improbatam in Ecclesia opinionem Tertulliani Cyprianum esse sectatum, minus autem Romanam Ecclesiam, quæ (vt vidimus) æque cum Cypriano Libellaticos damnat.

XXI.
CAUSA LI-
BELLATI-
CORVM
QUALIS ES-
SET.

Quantum igitur ex nuper citatis & alijs locis de Libellaticis allequi licet, hunc in modum rem geri consueuisse putamus: Cum propositus (quod dictum est) à prouinciarum Præsidiibus Decij Imperatoris edictis, vt Christiani omnes sacrificarent; qui id facere erubescerent, Magistratum adirent, vel ad eum alios suo nomine mitterent, rogarentque ne ad sacrificium immolandum compellerentur: ceterum se Christum negare, idemque etiam

etiam pro huiusmodi dispensatione consequenda pecuniam sponderent: Magistratus verò post negationem concessionis libellum scriberet, atque ei qui petijset daret, vel absenti mitteret, quo munitus tutus absque pœna consisteret. Qui igitur hunc in modum fidem prodidissent, ac similiter perdidissent, Libellatici dicebantur, quòd libellum securitatis à Magistratu conscriptum accepissent, cum negassent. Hæc est igitur de Libellaticis nostra sententia, ex antè citatis locis deducta, & alio planiori paulo inferius confirmanda.

De huiusmodi autem, qui à Proconsulibus dari solerent, libellis concessionis & indulgentiæ, meminit Vlpianus, dicens: Vbi decretum necessarium est, per libellum id Consul expedire non potest. Omnia enim, quæcumque causæ cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri.] quam quidem Vlpiani sententiam perperam meo iudicio interpretari sunt, qui intelligendam putarunt de libellis supplicibus prouinciarum Præsidiibus offerri solitis: cum potius de illis debeat accipi libellis, qui à iudicibus, cum concederent aliquid, dimanarent, quos (vt habetur in casu proposito) qui aliquid sibi concedi optassent, acciperent: qui tamen tunc tantum dabantur, cum (vt ait Iureconsultus) res nullam aliam causæ cognitionem desideraret, quòd in nullius præiudicium verteretur.

Diuersum planè ab ijs libellorum genus illud erat, quo Christiani illi nequissimi, statim atque audissent promulgatum edictum; ne caperentur, vel iacturam aliquam in bonis paterentur, contestum suæ negationis Præsidi libellum offerebant. Meminit eiusmodi generis libelli Plinius^b in epistola ad Traianum his verbis: Propositus est libellus sine auctore, multorum nomina continens, qui negarent se esse Christianos, aut fuisse: cum præsentem me Deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum afferri, thure & vino supplicarent: præterea maledicerent Christo.] longè verò diuersos ab ijs esse Libellaticos, qui (vt dictum est) non darent, sed acciperent, libellos à Proconsule, nemo non videt.

Ad omnem verò hac de re ambiguitatem tollendam, dicimus, Libellaticos non esse eiusmodi, vt pretium soluerent, ne cogerentur negare; sed negasse eos Christum: verum ne palàm, vt alij, offerre sacrificium vel libamina cogerentur, spondidisse pecuniam. Est de eiusmodi negatione Libellatici egregium testimonium Cypriani in epistola ad Hispanos, vbi cum agit de Martiale Episcopo, quem ait fuisse libello contaminatum, hæc de eodem subdit: Martialis quoque præter Gentilium turpia lutulenta conuiuia, & collegia diu frequenterata, & filios in eodem collegio exterarum gentium more apud profana sepulchra depositos, & alienigenis conspultos, Actis etiam publicè habitis apud Procuratorem Ducenarium, obtemperasse se idololatriæ, & Christum negasse, contestatus sit, &c.] Igitur vt Martialis Libellaticus diceretur, hoc præcessit, quòd Actis publicis se Christum negare fuerit contestatus: ob eamque causam postea securitatis à Proconsule (vt demonstratum est) data pecunia libellum acceperit. Hæc autem de Libellaticis pluribus nos oportuit elucidasse, quòd omnes, quos viderim, in hoc hallucinatos inuenerim, putantes eos Libellaticos dici, qui, ne cogerentur Christum negare, pecunia se redimerent: incautè nimis hac ex parte cogentes non Cyprianum modò, sed & Romanam Ecclesiam Libellaticos æquè damnantem, ad stipulari Tertulliano, qui negaret nefas esse Christiano, pecunia à persecutoribus se redimere. At satis de lapsis, & lapsorum huius temporis diuersis generibus.

Iam verò cetera, quæ ad eiusmodi persecutionem spectare videntur, enarrare aggrediamur: ac in primis quid Romæ, deinde quid in alijs nobilioribus Orbis Ecclesijs actum sit, ex ijs potissimum auctoribus, qui præsentibus res gestas inspexerunt, vel ab alijs easdem intuitis acceptas scripserunt. Quòd itaque hæc omnium acerbissima persecutio fuerit in Romanam Ecclesiam concitata; illud vnum potest esse perspicuo argumento, dum (quod numquam aliàs accidisset) S. Fabiano Catholicæ religionis Antistite martyrio coronato, ne per annum quidem valuit ei subrogari successor; licet causæ vrgentissimæ intercederent, quibus consultandis vniuersali (vt demonstrabimus) opus esset Episcopo. pauci autem ex Clero Romano residui, magno modestiæ exemplo, ab electione Romani Pontificis abstinerunt, quòd sæuens persecutio collegas complures in carceres abduxisset, aliosque aliter disperisset. Porrò ob maximam quidem temporum difficultatem, quam atrox inuexerat persecutio, dilatam esse tam longo tempore noui Pontificis electionem

XXII.
l. nec quid-
quam s. ubi
decretum.
ff. de off. Pro-
cons.
PROCONSV-
LES QVOS
DENT LI-
BELLOS.

XXIII.
ALIVD GE-
NVS LIBEL-
LI.
Vlpian. lib. 1. ca.
epist. 97.

XXIV.
LIBELLA-
TICI CON-
SVLTVM VO-
LEBANT
HONORI,
NON ANI-
MAM.
Cypri. Epist.
68.

CORRE-
CTVS ER-
ROR BELLI-
BELLATI-
CIS.

XXV.
INGENS
PERSECV-
TOROMA-
NAM EC-
CLESIAM
VENAT.

* Apud Cypri.
epist. 31. edit.
Pamel.

XXVII.
ROMANVS
CLERVS SE-
DE VACAN-
TE CVRAT
OMNES EC-
CLESIAS.

XXVII.
DE MARTY-
RIO FABIA-
NI LITTE-
R AE.

* Cypri. epist. 4

* Conc. Carth.
4. c. 25.
* Conc. Afric.
6. c. 22. 31.

XXVIII.
ANNI VNI-
VS TEMPVS
SEDIS VA-
CANTIS
PROBATVR.

* Cypri. epist.
16. edit. Pa-
mel.

XXIX.
MARTYRES
ROMAE
PASSI SVB
DECIO.

electionem, idem Clerus Romanus ad Cyprianum scribens aperte demonstrat his ver-
bis: Post excessum nobilissimae memoriae viri Fabiani, nondum est Episcopus propter
rerum & temporum difficultates constitutus, qui omnia ista moderetur.

Qui ergo sic collecti in unum asseruarentur, probe scientes ex antiquiori consuetudi-
ne, sublato vitibili vniuersalis Ecclesiae capite, suarum esse partium (quippe qui propin-
quiora membra capiti inhaerent) Catholicae Ecclesiae vbique locorum pontae prospicere
atque consulere: in ijs quae licent, ipsius capitis munera expleuerunt. Quae autem hoc
anno vacantis sedis ab eis in unum coeuntibus erga ceteras in orbe Romano positas Ec-
clesias acta sint, licet non appareant, ex his tamen quae gesta sunt in Ecclesia Africana, ex
eiusdem Cleri ac Cypriani Carthaginensis Episcopi litteris vtrò citroque datis ac reddi-
tis, quid cum principalioribus ceteris Ecclesijs actum sit, facile possumus intelligere.

Fabiano igitur glorioso martyrio ex hac vita subtracto, ne lateret etiam transmarinas
Ecclesias quid patratum esset in caput, cuius eadem membra essent, Clerus Romanus
confestim datis ad eas litteris significauit, officium certe non leuis ponderis vel momen-
ti fuit, nempe vt summi Pastoris exemplo ceteri quoque qui diuersis in regionibus praesent
Ecclesijs Episcopi inflammarentur: vt libentissimo animo mortem oppeterent pro
Ecclesia sibi commissa, cum id gregis utilitas postularer: & quod faceret summus Sacer-
dos, qui essent inferioris ordinis clerici, ac ceteri denique Fideles infimae classis peragere
minimè detrectarent. Scripsit Romanum Clerum de Fabiani Papae martyrio ad Episco-
pum Carthaginensis Ecclesiae litteras, redditae à S. Cypriano ad eum his verbis signifi-
cant: Cum de excessu boni viri, collega mei, rumor ad nos incertus esset, fratres charis-
simi, & opinio dubia nutaret: accepi à vobis litteras ad me missas per Clementium hy-
podiaconum, quibus plenissimè de glorioso eius exitu instruerer: & exultavi satis, quod
pro integritate administrationis eius, consummatio quoque honesta processerit, in quo
vobis quoque plurimum gratulor, quod eius memoriam tam celebri & illustri testimonio
prosequamini: vt per vos innotesceret nobis, quod & vobis esset circa Praepositi memo-
riam gloriosum, & nobis quoque fidei ac virtutis praebere exemplum. Nam quantum
perniciosa res est ad sequentium lapsus ruina Praepositi, in tantum contra vile est & sa-
lutare, cum se Episcopus per firmamentum Fidei fratribus praebet imitandum.] hanc
Cyprianus: qui ea epistola Fabianum modò collegam, modò verò Praepositum nominat,
vt pote qui cum coepiscopus esset, potestate tamen in hierarchico Ecclesiastico ordine ce-
teris ille praepositus esset Episcopis: cum alioqui voce collega, non semper in ordine pa-
res, sed in ministerio confortes, Africani Episcopi consueuerint nominare, quippe qui
presbyteros etiam reperiantur appellasse collegas; & multo frequentius Primates ipsos
dixisse collegas, Episcopos sibi subiectos.

Vacante quidem annuum integrum & amplius sedem Romanam, non sex dies, vel men-
ses, vt alij affirmant, quae mox dicturi sumus, aperte satis declarabunt. Non solum au-
tem in ipsum Fabianum Romanum Pontificem primo sui impetu persecutio saeuit, sed
& in alios quoscumque reperire potuit eiusdem Ecclesiae florentissimae clericos, progressa
est. Siquidem post eius passionem (vt tradit liber de Romanis Pontificibus) Moyses &
Maximus presbyteri & Nicostratus diaconus comprehensi sunt, & in carcerem missi. Ad
quos cum adhuc eadem sede vacante Cyprianus iterum scribens, eos iam annum in car-
cere exegisse testetur, planè apertissime ostendit, vltra anni spatium fuisse Romanam
Ecclesiam sine pastore. ait enim: Eant nunc magistratus, & Consules, siue Proconsu-
les; annuae dignitatis insignibus & duodecim fascibus gloriantur: Ecce dignitas caelestis in
vobis honoris annui claritate signata est, & iam reuertentis anni volubilem circulum
victoris gloriae diuturnitate transgressa est.] Reuolensque idem singula eius anni tempo-
ra, hieme quidem in carcerem fuisse detrusus indicat, nempe mense Ianuarij, quo (vt
monstratum est) Fabianus martyrium consummauit. Verum scriptam esse ad dictos
confessores citatam Cypriani epistolam, prius quam Cornelius crearetur Romanus Epi-
scopus; illud certo est argumento, quod scribit ad eos tunc pace & vnitatem concordem,
quos postea in creatione Cornelij constat schismate fuisse diuisos, quibusdam ex ipsis
Nouatiano studentibus, vt inferius suo loco apertius fusiisque dicturi sumus.

Inter innumeram penè Romanorum multitudinem martyrum recensentur nobilissi-
mae illae virgines Victoria & Anatholia, quae abductae Thoram ad lacum Velinum post
multa certamina martyrium consummarunt die nona Iulij. Habentur & Calocerus
atque

atque Parthenius huius temporis insignes martyres: quorum prior cum esset praepositus
cubiculi vxoris Decij, alter verò alterius muneris primicerius; nolentes idolis sacrificare,
ab eodem Imperatore occidi iussi sunt decimanona die mensis Maij. Sed & Secundianus
Valeriani Praefecti Assessor, necnon Marcellinus ac Verianus ab Vrbe ad Centumcellas
amandati, à Quadrato Consulari post alia tormenta sub gladio probati sunt nona die
Augusti. Extant eorum Acta, sed illa corrupta, in quae Xysti Papae nomen irrepsit: nam
sub Decio Imperatore certum est fuisse passos. Sunt & alij complures tunc martyrio co-
ronati, quorum nomina haud satis explorata habentur.

Cum eadem persecutio, eodem propè quo Romae tempore, litteris Decij à Praesidi-
bus prouinciarum ac Proconsulibus in diuersis Orbis partibus esset indicta: quodam
veluti terramotu fuit Ecclesia vniuersa concussa; eoque saeuit impetu, vt complures, li-
cet fortissimi, se subduxerint, ac inter alios sanctissimus Cyprianus: idque diuino Spiri-
tu nedum suadente, sed propemodum impellente, cum magna Gentilium sibi poscere-
tur ad necem. Scribens enim ipse postmodum ad Cornelium Papam, de populi in eum
clamoribus, quibus Circus innotuisset atque Theatrum, cum ad leonem voce omnium
peteretur, haec ait: Toties ad leonem petitus in Circo, in Amphitheatro, Dominicae
dignationis testimonio honoratus: his ipsis etiam diebus, quibus has ad te litteras feci, ob
sacrificia quae edicto proposito celebrare populus iubebatur, clamore popularium ad leo-
nem nudò postulatus in Circo.] hanc illi frementes, quod Cyprianum ab oculis om-
nium subductum esse, indignissimo animo ferrent. Sed idem absens proscriptus fuit, at-
que bonis omnibus spoliatus: quod ipse litteris Florentium Puppiam compellans,
testatur his verbis per ironiam inquit: Persecutio enim veniens te ad summam marty-
rij sublimitatem prouexit: me autem proscriptionis onere depressit, cum publicè leger-
etur: Si quis tenet, vel possidet de bonis Caecilij Cypriani Episcopi Christianorum: Vt
etiam qui non credebant Deo Episcopum constituenti, vel diabolo crederent Episco-
pum proscripti. Nec haec iacto, sed dolens profero.] hanc ipse: qui & ad presbyte-
ros Carthaginensis Ecclesiae scribens, diuino monitu se latebras quaesisse testatur.

Sed & illud nefandum tunc accidit, vt ex Clero Carthaginensi quinque presbyteri,
fidei desertores facti, sese ad persequendos Fideles adiunxerint magistratibus: de quibus
haec obiter Cyprianus, dum agit de Felicitissimo schismatico ac ceteris illi inhaerentibus
presbyteris: Quinque isti presbyteri nihil aliud sunt, quam quinque primores illi, qui edi-
cto nuper magistratibus fuerant copulati, vt fidem nostram subruerent, vt gracilia fra-
trum corda ad letales laqueos praenuaricatione veritatis auerterent.]

Ceterum quod ad Cyprianum pertinet; Clerus Romanus aequo animo tulit, rectè fa-
ctum existimans, tantum Episcopum in tanta rerum perturbatione; se ad tempus relicta
Ecclesia subduxisse, vt opportunitate tempore in medium prodiret; & dilatum marty-
rium maiori Ecclesiae utilitate susciperet: atque ita ad tempus cessasse; vt hac via melius
aliorum salutem consuleret, & gloriosorem sibi interim victoriam compararet. Sed videas
inter haec de Ecclesia destituta pastore eundem Romanum Clerum anxium esse, eam-
demque sollicitudinem vniuersi gregis sedulo agitare consilio, qualem viuens Pontifex
suscipere consueuerat. Acceperat haec Clerus à Clementio subdiacono iterum ex Africa
missio, cui litteras de Fabiani obitu, quas diximus, dederat ad Cyprianum. Quamobrem
vt à pastore relicta Ecclesia Carthaginensem in officio contineret, quamprimum ad
eius Clerum scripsit epistolam, in cuius exordio haec habet: Didicimus secessisse bene-
dictum Papam Cyprianum, à Clementio subdiacono, qui à vobis ad nos venit certa ex
causa: quod vtrique rectè fecerit, propterea quod cum sit persona insignis, &c.]

Idemque Romanus Clerus de vniuersali sibi cura pastorali impendente haec subdit:
Et cum incumbat nobis, qui videmur praepositi esse, & vice pastoris custodire gregem;
si negligentes inueniamur, dicetur nobis, quod antecessoribus dictum est, qui tam neg-
ligentes praepositi erant: Quoniam perditum non requisuimus, &c.] hortatur eos,
vt & ipsi pastoris optimi specimen edant, & vicem gerant: ad quod praestandum suo
exemplo corroborat, haec addens: Non enim hoc solum verbis vos hortamur; sed disce-
re poteritis à pluribus, à nobis ad vos venientibus, quoniam ea omnia nos, Deo adiu-
uante, & fecimus & facimus cum omni sollicitudine & periculo saeculari, ante oculos
plus habentes timorem Dei & poenas perpetuas, quam timorem hominum & breuem
iniuriam, non deserentes fraternitatem, & exhortantes eos stare in fide, & paratos esse
debere

* Apud Sur.
tom. 4. in die.

XXX.

FVGA CY-
PRIANI
EPISCOPI
CARTHAG.
* Cypri. Epist.
55.

* Idem epist.
69.

* Idem epist. 9.
edit. Pamel.

XXXI.
QUINQUE
PRESBYTE-
RI HAERE-
TICI.
* Cypri. Epist.
40.

XXXII.
CLERVS
ROM. SOLT-
CITYS PRO
ECCLESIA
AFRICANA.

* Apud Cypri.
epist. 3.

XXXIII.

* Exec. 34.

CLERI RO-
MANI IN
PERSECY-
TIONE DI-
LIGENS
STVDIVM.

XXXIV.
CLERI ROMANI CVM RA OMNIVM ECCLESIA RVM.

debere ire cum Domino. Sed & ascendentes (*nempe in Capitolium*) ad hoc quod com-
pellebantur, reuocauimus. Ecclesia ista fortis in fide: licet quidam terrore ipso compulsi,
siue quod essent insignes personæ, siue apprehensi timore hominum, reuertuntur: quos
quidem separatos à nobis non dereliquimus, sed ipsos cohortati sumus, & hortamur age-
re pœnitentiam, si quo modo indulgentiam poterunt recipere ab eo, qui potest præsta-
re: ne, si relictî fuerint à nobis, peiores efficiantur.] hæc ibi de inuidio clericorum Ro-
manæ Ecclesiæ robore & vigilantia.

Verùm non tantum ut illud ipsum faciant, eos admonent; sed ut infirma Ecclesiæ
membra non negligant, & curent diligenter sacra martyrum corpora, hortantur, adden-
tes: siue viduæ, siue clydomani (*nempe fluctuantes*) qui se exhibere non possunt, siue hi
qui in carceribus sunt, siue exclusi à sedibus suis, utique habere debent qui eis mini-
strent. Sed & catechumeni apprehensi infirmitate, decepti esse non debebunt, ut eis sub-
ueniatur. Et, quod maximum est, corpora martyrum aut ceterorum si non sepeliuntur,
grande periculum imminet eis quibus incumbit hoc opus.] hæc & alia Clerus Romanus
ad Clerum Carthaginensem, pro munere & officij necessitate ad salutem atque stabili-
tatem omnium Ecclesiarum intentus: quippe quod Petri Ecclesiæ essent administri, vni-
uersalis gregis erat illis cura mandata; ad hocque spectat, quod habent in fine: Harum
litterarum exemplum ad quoscumque poteritis transmittere, per idoneas occasiones, vel
vestras faciatis, siue nuntium mittatis, ut stent fortes & immobiles in fide.] quibus appa-
ret has fuisse litteras Circulares, quibus vniuersæ Africæ Ecclesiæ pariter admonerentur;
vel, si expediret, alias ipsi eiusdem argumenti conscriberent.

XXXV.
CAUSA SECESSVS CYPRIANI.

Quod rursus pertinet ad Cyprianum secessum, Pontius diaconus in eiusdem rebus ge-
stis à se conscriptis hæc ait: Vultis scire secessum illum non fuisse formidinem? ut nihil
aliud excussem, ipse postmodum passus est: quam passionem utique ex more vitaret, si &
antè vitasset. Fuit verò formido illa, sed iusta formido, quæ Dominum timeret offen-
dere; formido quæ præceptis Dei mallet obsequi, quam sic coronari. Dicata enim in
omnibus Deo mens, & fides diuinis admonitionibus mancipata, credidit se, nisi Domi-
no latebram tunc iubenti paruisset, etiam ipsa passione peccare.] hæc Pontius.

XXXVI.
DE LATERRIS CYPRIANI.
Cypri. epist. 15.

Idem ipse Cyprianus ex præcepto Domini se tunc secessisse testatur: ad sui enim ex-
cusationem, apologeticam scripsit ad Romanum Clerum epistolam^a, instituti sui (ut
par erat) rationem reddens his verbis: Quoniam comperi, fratres charissimi, minus sim-
pliciter & minus fideliter vobis renuntians quæ hic à nobis & gesta sunt, & geruntur;
necessarium duxi has ad vos litteras facere, quibus vobis actus nostri & disciplinæ & dili-
gentiæ ratio redderetur. Nam sicut Domini mandata instruunt, orto statim turbationis
impetu primo, cum me clamore violento frequenter populus flagitasset, non tam meam
salutem quam quietem fratrum publicam cogitans, interim secessi, ne per inuerecun-
dam præsentiam nostram seditio, quæ cœperat, plus prouocaretur. Absens tamen cor-
pore, nec spiritu, nec actu, nec monitis meis defui, quod minus secundum Domini præ-
cepta, fratribus nostris, in quibus possem, pro mea mediocritate consulerem. Et quid
egerim, loquuntur vobis epistolæ pro temporibus emissæ numero tredecim, quas ad vos
transmisi.] hæc Cyprianus: qui & earundem epistolarum argumenta ibi subtexuit: vo-
luit namque easdem tredecim à se ad suos scriptas epistolas, quod Romanæ Ecclesiæ de
impensa cura erga Dominicum gregem sibi commissum, esset in omnibus plenissime sa-
tisfactum, ad Clerum mittere, penes quem eius secessus fuerat ignauitæ ac fœcordiæ no-
mine redditus falsa relatione suspectus: purgareque se in omnibus apud eos studuit, quod
maiestatem, quam sciret esse, ac venerari ipse soleret in capite, eo dempto, non defice-
re putaret in membris, eidem compage propinquioris vnitatis annexis.

XXXVII.
LITTERAE CYPRIANI AD CLERUM SVVM CVM RECESSISSET.
Cypri. Epist. 15.
Idem epist. 56.
XXXVIII

At quoniam, quænam illæ tredecim essent epistolæ, ex adscriptis in ea ipsarum argu-
mentis facile potest intelligi: quo ordine ab ipso sunt positæ, easdem percerens, & quod
ad rerum gestarum cognitionem & pristinum insinuandum Ecclesiæ morem spectent,
hic intexere (quod instituti ratio postulat) non grauabimur. Cum autem primis illis in
eo secessu datis ad Clerum litteris, quid agere deberent, se docuisse tradat: eius planè
sunt argumenti duæ epistolæ illæ in editione Pamelij quinto & sexto loco concinne po-
sitæ: quarum priore, quid eo persecutionis tempore erga pauperes atque victos debe-
rent sollicitè agere, his planè verbis admonuit:
Quoniam mihi interesse nunc non permittit loci conditio, peto vos pro fide & reli-
gione

A gione vestra fungamini illic & vestris partibus & meis; ut nihil vel ad disciplinam, vel ad
diligentiam desit. Quantum autem ad sumptus suggerendos, siue illis qui gloriosa voce
Deum confessi in carcere sunt constituti, siue ijs qui pauperes & indigentes laborant, &
tamen in Domino perseverant, peto nihil desit: cum summa omnis, quæ reducta est, il-
lic sit apud clericos distributa propter eiusmodi casus, ut haberent plures, unde ad neces-
sitates & pressuras singulorum operari possint. Peto quoque ad procurandam quietem
solertia & sollicitudo vestra non desinat. Etsi fratres pro dilectione sua cupidi sunt ad con-
ueniendum & visitandum confessores bonos, quos illustravit iam gloriosis inijtjs diuina
dignatio: tamen cautè hoc, & non glomeratim, nec per multitudinem simul iunctam
puto esse faciendum, ne ex hoc ipso inuidia concitetur, & introeundi aditus denegetur;
& dum insatiabiles multum volumus, totum perdamus. Consulite ergo, & prouidete,
B ut cum temperamento hoc agi tutius possit: ita ut presbyteri quoque, qui illic apud
confessores offerunt, singuli cum singulis diaconis per vices alternent: quia & mu-
ratio personarum, & vicissitudo conuenientium minuit inuidiam. Circa omnia enim
mites & humiles, ut seruis Dei congruit, temporibus seruire, & quieti prospicere, & ple-
bi prouidere debemus.] hæc ad presbyteros & diaconos Ecclesiæ Carthaginensis primis
litteris Cyprianus.

In eis etiam inter alia multa illud notatu dignissimum, aded flagrasse desiderio sacri-
ficio illorum temporum Christianos sacratissimi illius in Ecclesia offerri soliti sacri-
ficij, quod Missam quoque (ut demonstratum est) maiores dixere, ut sacerdotes Chri-
stianæ religionis intimos etiam carceres penetrarent, offerrent, & eidem ibi positos con-
fessoribus participarent. Rursus verò eodem propemodum argumento ad eosdem se-
cundam^a dedit epistolam, qua primùm animi sui consilium quodnam fuerit, cum au-
disset plurimos e plebe ac etiam e Clero esse tormentorum timore prostratos, aperit, di-
cens: Quamquam causa compelleret, ut ipse ad vos properare & venire deberem; pri-
mò cupiditate & desiderio vestri, quæ res in votis meis summa est; tum deinde, ut ea,
quæ circa Ecclesiæ gubernacula vtilitas communis exposcit, tractare simul, & plurimo-
rum consilio examinata limare possemus: tamen potius visum est adhuc interim late-
bram & quietem tenere, respectu vtilitatum aliarum quæ ad pacem omnium nostrarum
pertinent & salutem, quarum vobis à Tertullo fratre nostro charissimo ratio reddetur:
qui pro certa sua cura, quam impensè diuinis operibus impertit, etiam huius consilij au-
ctor fuit, ut cautus & moderatus existerem, nec me in conspectum publicum, & maxi-
mè eius loci, vbi toties flagitatus & quæsitus fuisset, temerè committerem.]

D At quoniam Cypriano hoc fixum in corde erat, ut in carcere constitutis fidei con-
fessoribus omne exhiberetur officium; rursus ad Clerum^b Carthaginensem eodem ser-
mè argumento scribit epistolam: datque in mandatis, ut corpora eorum, qui in carcere
defuncti essent, perinde ac martyrum curarentur, sic dicens: Corporibus etiam om-
nium, qui etsi torti non sunt, in carcere tamen glorioso exitu mortis excedunt, imper-
tiantur & vigilantia & cura propensior. Neque enim virtus eorum aut honor minor est,
quo minus ipsi quoque inter beatos martyres aggregentur. Quod in illis est, tolerauerunt
quidquid parati & prompti fuerunt. Qui se tormentis & morti sub oculis Dei obtulit,
passus est quidquid pati voluit: non enim ipse tormentis, sed tormenta ipsi defuerunt.]
Admonet & illud magnopere, ut dies eorum, quo ex hac vita migrarent, diligenter ad-
notarent; ut instar sanctorum martyrum certis diebus, more maiorum, eorum celebritas
die anniuerfaria ageretur, oblatione sacrificij. sunt hæc verba eius: Denique & dies eo-
rum, quibus excedunt, adnotate; ut commemorationes eorum inter memorias marty-
rum celebrare possimus. Quamquam Tertullus, fidelissimus & deuotissimus frater nos-
ter, pro cetera sollicitudine & cura sua quam fratribus in omni obsequio operationis im-
pertit (qui nec illic circa curam corporum deest) scripserit, ac scribat, ac significet mihi dies
quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriofæ mortis exitu transeunt;
& celebrentur hic à nobis oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum; quæ citò
vobiscum, Domino protegente, celebrabimus.] Hunc eundem illum esse Tertullum,
quem fratrem appellat, presbyterum Carthaginensem, cui eiusdem argumenti de cura
pauperum & confessorum superius memoratas litteras dedit, nemini poterit esse du-
bium. Ceterum has epistolas ad Clerum diuersis temporibus scriptas fuisse apparet, &
has vltimo tempore datas, quibus suum ad eos aduentum breui fore pollicetur.

XXXIX.

Cypri. epist. 6
R V R S V M
AD SVOS
DESVO RE-
DITV DIF-
FERENDO.

XL.
Cypri. epist. 37.
DE CVRA
MARTY-
RVM, EO-
RVMQUE
NOMINI-
BVS SCRIB-
BENDIS.

Intered

XLIX.
Cypri. epist.
15.
Idem epist. 9.
CYPRIANVS HORTATVR MARTYRIZARI.

I.
Idem epist. 9.
DE MAPPALICI CONFES-
SIONE.

II.
CRUCIAMEN-
TORVM GE-
NERA.
Cyprian. de
Laps.

III.
Apud Cypri.
epist. 22.
MARTYRES
IN AFRICA
PASSI.

LIII.
Cypri. Epist.
10 II. 11.
Idem epist.
15.
LAPSORVM
IMPORTV-
NA SVGGE-
STIO.

Sextam his omnibus Cyprianus è latebris adiecit epistolam, qua inquit^a: Posteaquam A
verò & tormenta venerunt, siue iam tortis fratribus nostris, siue adhuc, vt torquerentur,
incluis, ad corroborandos & confortandos eos nollet sermo penetravit.] Extat ipsa ad
martyres & confessores inscripta^b, cuius hoc est exordium: Exulto lætus & gratulor,
fortissimi ac beatissimi fratres, cognita fide ac virtute vestra, in quibus mater Ecclesia
gloriatur: gloriata & nuper quidem, cum confessione persistente, suscepta poena est, quæ
confessores Christi fecit extorres. Confessio tamen præsens, quanto in passione fortior,
tanto clarior & maior in honore est. Creuit pugna, creuit & pugnantium gloria: nec re-
tardati estis ab acie tormentorum metu, sed ipsius tormentis magis estis ad aciem prouoca-
ti: fortes & stabiles ad maximi certaminis prælium prompta deuotione proditis: ex qui-
bus quosdam iam comperi coronatos, quosdam verò ad coronam victoriæ proximis; B
vniuersos autem, quos agmine glorioso carcer incluit, pari ac simili calore virtutis ad
gerendum certamen animatos, sicut esse oportet in diuinis castris milites Christi.]

Cum autem glorioso laudum præconio ipsorum in subeundis tormentis constantiam
prædicet, hæc de certamine vnus ex illis Mappalici martyris subdit^c: Vox plena Spiritu
sancto de martyris ore prorupit, cum Mappalicus beatissimus inter cruciatus suos Pro-
consuli diceret, Videbis cras agonem. Et quod ille cum virtutis ac fidei testimonio dixit,
Dominus impleuit. Agon caelestis exhibitus, & Dei seruus in agonis promissi certamine
coronatus est.] & inferius: Mappalicus suo & collegarum suorum nomine Proconsuli
repromisit, nec fefellit in promisso suo vox fidelis: pugnam, quam sponndit, exhibuit;
& palmam, quam meruit, accepit. Itum nunc beatissimum martyrem, & alios parri-
cipes eiusdem congressionis, & comites in fide stabiles, in dolore patientes, in quæstione
victores, vt ceteri quoque sectemini, & opto pariter, & exhortor.] & in fine verba illa C
tanto Patre dignissima: O beatam Ecclesiam nostram, quam sic honor diuinæ digna-
tionis illuminat, quam temporibus nostris gloriosus martyrum sanguis illustrat! Erat
antè in operibus fratrum candida, nunc facta est in martyrum cruore purpurea. Floribus
eius nec lilia, nec rosæ defunt. Certent nunc singuli ad vtriusque honoris amplissimam
dignitatem, vt accipiant coronas vel de opere candidas, vel de passione purpureas. In ca-
lestribus castris & pax & acies habet flores suos, quibus miles Christi ad gloriâ coronetur.]

Quænam autem ea essent tormentorum genera, quibus tunc in Africa martyres tor-
queri solerent, idem Cyprianus^d alibi his verbis edocet: Durissimi iudicis recrudescente
seuitia, iam fatigatum, iam lassum corpus nunc flagella scinderent, nunc contunderent
fustes, nunc equuleus extenderet, nunc vngula effoderet, nunc flamma torreret.] sed de
his plura in commentario De laude martyrij.

Quinam verò illi fuerint martyres, quos vnà cum Mappalico insignitos ait fuisse co-
rona martyrij, ex epistola^e Luciani, vnus ex confessoribus eodem carcere pariter de-
tenti, his verbis habetur expressum: Martyrum nomina subijcio, Bassi in pccerario,
Mappalici in quæstione, Fortunonis in carcere, Pauli à quæstione, Fortunæ, Victorini,
Victoris, Herenei, Credulæ, Herenæ, Donati, Firmi, Venti, Fructi, Iulix, Martialis, &
Aristonis, qui, Deo volente, in carcere fame necati sunt: quorum & nos socios futuros
intra dies, audieris. iam enim iteratò reclusi sumus, sunt dies octo, in die quo tibi litteras
scripsi: nam & ante dies octo per dies quinque medios modicum panis accepimus, &
aquam ad mensuram.] hæc Lucianus confessor ex illis vnus, ad quos Cyprianus eam
scripsit epistolam. Ceterùm memoratorum martyrum diuersis diebus in tabulis Eccle-
siasticis consignata est memoria.

Scripsit ex eodem recessu tunc temporis Cyprianus eodem argumento^f epistolas
tres, ad Clerum Carthaginensem primam, ad martyres & confessores secundam, ter-
tiam verò ad plebem fidelem. quarum trium idem ad Clerum Romanum^g scribens his
verbis meminit: Cum comperissem, eos qui sacrilegis contactibus manus suas atque
ora maculassent, vel nefandis libellis nihilominus conscientiam polluisent, ex ambire
ad martyres passim, confessores quoque importuna & gratiosa deprecatione corrupere,
vt sine vilo discrimine atque examine singulorum darentur quotidie libellorum
millia contra Euangelij legem: litteras feci, quibus martyres & confessores consilio
meo, quantum possem, ad Dominica præcepta reuocarem. Item presbyteris & diaco-
nibus non defuit sacerdotij vigor, vt quidam minus disciplinæ memores, & temeraria
festinatione præcipientes, qui cum lapsis communicare iam cæperant, compriherentur in-
terce-

A tercentibus nobis. Plebi quoque ipsi, quantum potuimus, animum composuimus; &
vt Ecclesiastica disciplina seruaretur, instruximus.] hæc ad Romanum Clerum.

Porro quòd tum hæc, tum plerisque alijs in locis Cyprianus martyres distinguit à con-
fessoribus, cum nihilominus re ipsa eadem sit nominis significatio: constat loquendi vsu
Confessores esse dictos, qui, licet confessi Christum essent & carceri mancipati, nondum
tamen suscepissent in quæstione tormenta: Martyres verò, qui tormentorum quoque
seuiciam constantia superassent. hos quoque qui diros cruciatus pro Christo subijissent,
Martyrio coronatos antiquitas nominabat, licet nondum morte occubuissent. Quod
cum ex multis alijs locis, tum præsertim ex epistola Celerini confessoris ad^a Lucianum
facile perfici potest; cum ait: Quicumque prior vestrum coronatus fuerit, istis forori-
bus nostris tale peccatum remittat.] intelligens nimirum sic ipsis veniam dare, cum ad-
B huc viuentes libellum pro iisdem ex more ad Episcopum scriberent. Sed de his vocibus in
nostris ad Romanum Martyrologium Notis vberius: hæc autem modò sit satis ex S. Am-
brosio recitare, quomodo cum harum vocum vna sit significatio, vsu tamen postea in-
ductum est, vt diuerso sensu accipi in Ecclesia consueuerint. ipse enim in precatione po-
steriori præparantis ad Missam, ita perorat: Martyrum preces deosco, qui pro veritate
non dubitarunt sanguinem fundere, nec dilexerunt animas suas vsque ad mortem, vt
mortis superarent auctorem. Confessorum orationes exoptulo, qui bella tentantis ini-
mici, dum piè viuerent in Catholica pace, vel etiam hæreticorum conflictationem diu-
turno certamine pertulerunt, atque (vt verum dicam) longioris, occultique martyrij
palmas acceperunt.] sed reuertamur ad lapsos. Cum igitur impio atque nefando scelere
conscientia lauciata doleret, ac remedia vulneribus quæreret; cum eis resisteret seueri-
tas Ecclesiastica disciplina, quæ vigeat in pœnitentijs infligendis, dum nonnisi illis per-
functis, in Fidelium consortium admitteret delinquentem: consueuerunt primùm illi
detentos in carcere adire martyres & confessores, ab eisdemque pacem petere, rogare ven-
niam, & supplices ab eisdem ad Episcopos & ceteros sacerdotes accipere litteras, quibus
in consortium piorum admitti peterent.

Verùm enim uerò quoniam ex facili indulgentia eneruari videretur vigor Ecclesiasti-
cæ disciplina, soluique sibula diuinæ censuræ, si gregatim passimque, nulla habita di-
stinctione proprii cuiusque delicti, nec irrogata legibus Ecclesiasticis statuta poena, præ-
maturè nimis in Ecclesiam admitterentur: ea de causa, quas diximus, tres tunc dedit epi-
stolas, quæ ex tredecim illis decima, vndecima, ac duodecima numerantur: tres enim
eodem argumento (quòd rei pondus exigeret) scripsit^b epistolas. Quarum prima presby-
C teros Ecclesiæ Carthaginensis admonitos reddidit, ne temerè lapsis aperirent Ecclesiam,
nondum pace reddita, nec Episcopo annuente. Sed & de presbyteris, qui id facere perpe-
ram præsumpsissent, vehementer exoptulans, post alia aliud addit: Contumelias Epi-
scopatus nostri dissimulare & ferre possem, sicut dissimulaui semper & pertuli. Sed dissi-
mulandi nunc locus non est, quando decipiatur fraternitas nostra à quibusdam vestrum,
qui dum sine ratione restituendæ salutis plausibiles esse cupiunt, magis lapsis obfunt.] &
inferius: Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam iusto tempore,
& secundum disciplinæ ordinem ad exomologesin veniant, & per manus impositionem
Episcopi & Cleri ius communicationis accipiant: nunc crudo tempore, persecutione ad-
huc perseverante, nondum restituta Ecclesiæ ipsius pace, ad communicationem admit-
tuntur, & offertur nomen eorum: & nondum pœnitentia acta, nondum exomologesi
E facta, nondum manu eis ab Episcopo & Clero imposita, Eucharistia illis datur: cum scri-
ptum sit^c: Qui ederit panem, vel biberit calicem Domini indignè, &c.]

Post hæc autem ijs qui hæc præsumpsissent, nec desinerent, presbyteris Ecclesiasticam
suspensionis censuram minatur, sic dicens: Vt ea admonitione, qua me uti Dominus iu-
bet, vt interim prohibeantur offerre, acturi apud nos, & apud confessores ipsos, & apud
plebem vniuersam causam suam; cum, Domino permittente, in sinum matris Ecclesiæ
recolligi cœperimus.] Quòd autem se id diuino cõsilio facere testatur, ea occasione, quò-
nam modo diuinis dignaretur responsis, narrat his verbis: Castigare nos itaq; diuina cen-
sura nec noctibus desinit, nec diebus. Præter nocturnas enim visiones, per dies quoq; im-
pletur apud nos Spiritu sancto puerorum innocens ætas: quæ in extasi videt oculis, & au-
dit, & loquitur ea quibus nos Dominus monere & instruere dignatur. Et audietis omnia,
quando ad vos reducem me Dominus fecerit; qui, vt secederem, iussit.] hæc Cyprianus.

LIV.
QVI CON-
FESSORES,
ET QVI
MARTYRES
DICTI.

LV.
VIGOR EC-
CLESIASTI-
CAE DISCI-
PLINAE.

LVI.
COMMI-
NATIO SVSPEN-
SIONIS.

I. Cor. II.

LVI.
COMMI-
NATIO SVSPEN-
SIONIS.

Cypri. epist.
21.

Cypri. Epist.
10 II. 11.

LVII.
Cypr. epist.
II.
DIACONO-
RVM MV-
NVS TEM-
PORE PER-
SECVTIO-
NIS.

Sed & eodem quoque argumento scripsit ad martyres & confessores litteras^a, quibus A
in primis conqueritur, quod erga ipsos consuetam muneris functionem diaconi minus
impleuerint: unde factum sit, vt propemodum nescientibus regulam Ecclesiasticam
transgredi data ab illis videretur occasio. Quodnam verò esset eiusmodi diaconorum
officium, docet his verbis: In præteritum semper sub antecessoribus nostris factum est,
vt diaconi ad carceres commeantes, martyrum desideria consilijs suis & Scripturarum
præceptis gubernarent.] Post hæc verò commendat eorum modestiam, qui supplices
litteras pro lapsis scripserint, ea adhibita cautione, vt pace in Ecclesia restituta, coeunte
Episcopo vnà cum Clero, id maturo consilio fieret.

LVIII.
Cypr. epist.
12.
LIBELLI
QVI A MAR-
TYRIBVS
CONCEDI
SOLENT.

At in eo illos emendari cupit, quod ait^b: Sed & illud ad diligentiam vestram redige-
re & emendare debetis, vt nominatim designetis eos, quibus pacem dari desideratis. Au-
dio enim, quibusdam sic libellos fieri, vt dicatur, Communicet ille cum suis. Quod num- B
quam omnino à martyribus factum est, vt incerta & cæca petitio inuidiam nobis postmo-
dum cumulet. Latè enim patet quando dicitur, Ille cum suis; & possunt nobis viceni, &
triceni, & amplius offerri, qui propinqui, & affines, & liberti, & domestici esse asseueren-
tur eius qui accipit libellum. Et ideo peto, vt eos quos ipsi videtis, quos nostis, quorum
pœnitentiam satisfactioni proximam conspicitis, designetis nominatim libello, & sic ad
nos fidei ac disciplinæ congruentes litteras dirigatis.] hæc Cyprianus. Tanta enim reue-
rentia & honore non laici tantum, sed & clerici, ac ipsorum præsertim Episcopus, marty-
res & confessores in carcere detentos prosequi consueuerant, vt ab illorum rogatione de-
sciscere, & quos illi litteris commendassent, despiciere, inuidiosum nimis & asperum cen-
feretur. Quamobrem & populum, ne pro eiusmodi lapsis litteras extorqueret, pro qui-
bus festina communicatio rogaretur, ac inuidia de pace negata in Episcopum constaretur, C
alijs de ea re litteris datis admonuit.

LIX.
ANTIQUVS
LIBELLO-
RVM VSVS.
Tertull. de
Pudicit. c. 22.

Ceterum haud recens est vsus, nec tempore Cypriani primùm excogitatus, vt con-
sistentes in carcere martyres & confessores, pro eorum, qui à fide persecutionis tempo-
re excidissent, reconciliatione cum Ecclesia ad Episcopos darent libellos. siquidem Ier-
tullianus^c eorundem libellorum sæpius meminit, vt cum ait: Quam pacem quidam
in Ecclesia non habentes, à martyribus in carcere exorare consueuerunt: & ideo etiam
propterea in vobis habere, & fouere, & custodire debetis, vt sic forte & alijs præstare
possitis.] insuper: At tu iam ad martyres tuos effundis hanc potestatem: vt quisque ex
confessione vincula induit adhuc n. ollia, in nouo custodiæ nomine, statim ambiunt
mœchi, statim adeunt fornicatores, iam præces circumsonant, iam lacrymæ circumsta-
gnant maculati cuiusque, nec vlli magis aditum carceris redimunt, quam qui Ecclesiam D
prodiderunt.] & inferius: Alij (nempe lapsi) ad metalla confugiunt, & inde communica-
tores reuertuntur.] hæc omnia Tertullianus, iam labe Montani foedatus, vt qui ægrè fer-
ret carnis crimine lapsos ad pœnitentiam recipi. Ex quibus intelligas, pro quolibet lapsor-
um genere à martyribus rogari libellos; nec carcere tantummodò detentos confessores
id officij præstare solitos, sed & eos qui fidei causa ad metalla damnati essent. Quænam
porrò esset eiusmodi forma libelli, quem pro lapsis martyres ad Episcopos scriberent; ex
eo quem Lucianus^d ad ipsum S. Cyprianum scripsit, licet improbatò, possumus facile
intelligere: quem paulo inferius recitabimus.

LX.
VNDR ORI-
GO LIBEL-
LORVM.

Fluxisse autem inde ea consuetudo videtur, quod lapsi ad confessores ab Episcopis pro
pace consequenda, priusquam reconciliarentur Ecclesiæ, mitterentur, vt ab illis primò
veniam peterent, in quos inuerecundiùs deliquissent, dum fortiter contentibus illis, ipsi E
ignauiter pernegassent. Magna certè in primis huiusmodi pœna esse videbatur, ipsos
turpi negatione foedatos, vel vultus eorum inspexisse confessionis gloria fulgidos atque
decoros. Confulebatur hac via & confessorum dignitati, & lapsorum vtilitati, qui sic co-
gerentur vt victi se victoribus subijcere, eaque animi demissione eorum precibus veniam
ab Ecclesia promereri. Sed quod in remedium olim fuerat introductum, humana ne-
quicia coepit conuertere in delictum: dum lapsi, spreto Episcopo ac alijs sacerdotibus,
sponte conuolarent ad martyres, extortisque ab eis supplicibus ad Episcopum de com-
municatione libellis, quasi oppigneratam ac martyrum precibus debitam communica-
tionem ab Ecclesia exigebant potius quam petebant. Verum & illud certissimum est,
quod ad huiusmodi libellos pertinet, non satis fuisse lapsis, à martyribus pacè obtinuisse,
nisi per Episcopum reconciliarentur Ecclesiæ. id quidem Cyprianus in commentario de

A de Lapsis in sæcùs facientes his verbis declamat: Contra Euangelij vigorem, contra Do-
mini & Dei legem, temeritatè quorundam laxatur incautis communicatio: irrita & fal-
sa pax, periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura.]

Quid autem post hæc acciderit, idem Cyprianus in sæpius memorata ad Romanum
Clerum epistola narrat his verbis^a: Postmodum verò cum quidam de lapsis, siue sua spon-
te, siue aliquo incitatore, audaci flagitatione proruerent, vt pacem sibi à martyribus & con-
fessoribus promissam extorquere violento impetu niterentur: de hoc etiam bis ad Clerum
litteras feci, & legi ei mandauit, vt ad illorum violentiam interim quoquo genere mitigan-
dam, si qui libello à martyribus excepto de sæculo excederent, exomologei facta, & manu
eis ad pœnitentiam imposita, cum pace sibi à martyribus promissa, ad Dominum remitte-
rentur.] Extant eadem duæ epistolæ^b, & perbreues. De his igitur omnibus à se gestis Cy-
prianus pro sua excusatione scribens ad Romanum Clerum, missisque ad eum à se tunc
scriptis epistolis, omnia se egisse ex præscripto litterarum, quas per Clementium ille mi-
serat, contestatur.

Sic igitur admoniti (vt demonstratum est) à Cypriano de lapsis magna cautela reci-
piendis martyres & confessores, omnes æquè magna animi submissione (vt par erat) Epi-
scopo monenti obtemperarunt: vnus tantummodò Lucianus confessor repugnans &
contradicens inuentus est: cuius causa magnæ excitatæ sunt turbæ, aded vt quid in ea re
agendum foret, visum sit Cypriano, ceu in re magni momenti, Apostolicam sedem tam-
etsi pastore vacantem consulere. Ad Clerum itaque ipsius scribens^c, quæ post priores da-
tas ab se ad eum litteras contigerint, his verbis significat: Post factas ad vos litteras, fra-
tres charissimi, quibus actus noster expositus, & disciplinæ ac diligentæ quantulumque
ratio declarata est; aliud accessit, quod nec ipsum latere vos debuit. Nam frater noster
Lucianus, & ipse vnus de confessoribus, fide quidem calidus & virtute robustus, minùs
Dominica lectione fundatus, quædam conatus est, imperiti iam pridem se vulgi auctorem
cõstituens, vt manu eius scripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur: cum Map-
palicus martyr cautus & verecundus, legis ac disciplinæ memor, nullas contra Euangelium
litteras fecerit, sed tantum domestica pietate commotus, matri suæ & forori, quæ lapsæ
fuerant, mandauerit pacem dari: Saturninus quoque post tormenta adhuc in carcere cõsti-
tutus, nullas eiusmodi litteras emisit. Lucianus verò non tantum Paulo adhuc in carce-
reposito, nomine illius libellos manu sua scriptos passim dedit, sed & post eius excessum
eadem facere sub eius nomine perseuerauit: dicens hoc sibi ab illo mandatum, nesciens
Domino magis quam conseruo obtemperandum. Aurelij quoque adolescentis tormenta
D perpeffi nomine libelli multi dati sunt, eiusdem Luciani manu scripti, quod litteras ille
non nosset.] & paulo inferius:

Postquam verò ad eos litteras misi, vt quasi moderatius aliquid & temperantius fieret;
vniuersorù confessorum nomine idem Lucianus epistolam scripsit, qua pænè omne vin-
culum fidei, & timor Dei, & mandatum Domini, & Euangelij sanctitas & firmitas solue-
retur. Scripsit enim omnium nomine vniuersis eos pacè dedisse, & hanc formam per me alijs
Episcopis innotescere velle. cuius epistolæ exemplum ad vos transmisi.] quæ est huiusmodi^d:
Vniuersi cõfessores Cypriano Papæ salutem. Scias nos vniuersis, de quibus apud te ra-
tio constiterit quid post commissum egerint, dedisse pacem: & hanc formam per te &
alijs Episcopis innotescere volumus. Optamus te cum sanctis martyribus pacem habere.
Præsentè de Clero & Exorcista & Lectore, Lucianus scripsit.] hucusque libellus, seu Lu-
ciani litteræ, quas aded improbat Cyprianus, qui subdit^e: Additum est planè, De quibus
ratio constiterit quid post commissum egerint, Quæ res maiorem nobis constat inuidiam:
vt nos, cum singulorum causas audire & excutere cõperimus, videamur multis negare,
quod se nunc omnes iactant à martyribus & confessoribus accepisse.]

Quanta autem mala ex his oborta sint, idem^f sic narrat: Denique huius seditionis ori-
go iam coepit: nam in prouincia nostra per aliquot ciuitates in Præpositos impetus mul-
titudinum factus est; & pacem, quam semel cunctis à martyribus & confessoribus da-
tam clamitabant, confestim sibi repræsentari coegerunt, territis & subactis Præpositis
suis, qui ad resistendum minùs virtute animi & robore fidei præualebant. Apud nos etiam
quidam turbulenti, qui vix à nobis in præteritum regebantur, & in nostram præsentiam
differebantur, per hanc epistolam, veluti quibusdam facibus accensi, plus exardescere, &
pacem sibi datam extorquere cõperunt: de quibus quales ad Clerum nostrum litteras
fecerint,

LXI.
Cypr. epist.
15.
DE COHI-
BENDA LA-
PSORVM
VIOLEN-
TIA.

Idem epist.
13. 14.

LXII.
LVCIANVS
CONCITAT
TVRBAS.

Apud Cypr.
epist. 23.

LVCIANI
CONATVS.

LXIII.

Apud Cypr.
epist. 17.

LXIV.
LIBELLVS
LVCIANI.

Cypr. epist.
23.

LXV.
Cypr. ead.
epist. 23.
LAPSORVM
PROCACIA.

^a Apud Cypri. epist. 19. fecerim, exemplum^a vobis misi. Sed & quid mihi Caldonius collega pro integritate & fide sua scripserit, quidve ego ei rescripserim^b; vtrumque ad vos legendum transmissi.] Extant omnes à Pamelio decentiori dispositæ ordine, ex quibus periuicundam epistolarem historiam contexere valeamus.

LXVI. Quanta maturitate atque consilio prudentiores Episcopi esse consueverint in restituendis in Ecclesiam lapsis, Caldonius Episcopus manifestavit exemplo in ea quam ad Cyprianum dedit epistola, in qua quid gestum sit narrat, de illis agens qui post negationem iterum viderentur esse confessi, his verbis^c: Necessitas temporum facit, vt non temerè pacem demus: sed oportebat vobis scribere, quoniam ij qui posteaquam sacrificauerunt, iteratò tentati, extorres sunt facti. Videntur ergo mihi abluisse prius delictum, dum possessiones & domos dimitunt; & pœnitentiam agentes, Christum sequuntur.] Quinam hi essent, & quid illis contigerit, subdit: Ergo Felix, qui presbyterium subministrabat sub Decimo, proximus mihi vicinus (plenius cognoui eundem Felicem) & Victoria coniux eius & Lucius fideles, extorres facti, reliquerunt possessiones quas nunc Fiscus tenet. Sed & seu per se, seu per eosdem mulier nomine Bona, quæ tracta est à marito ad sacrificandum: quæ conscientia non commissi, sed quia tenentes manus eius ipsi sacrificabant: sic ipsa cœpit dicere contrà: Non feci: vos fecistis: sic & ipsa extorris facta est. Cum ergo vniuersi pacem peterent, dicentes, Recuperauimus fidem, quam amiseramus, pœnitentiam agentes, & Christum publicè sumus confessi: quamuis mihi videantur pacem debere accipere, tamen ad consilium vestrum eos dimisi, ne videar aliquid temerè præsumere.] hæc de lapsis postea factis extorrisibus Caldonius.

LXVII. Dicebantur extorres (vt diximus) qui, ne Christum negare cogerentur, dimissis omnibus, se subtraherent, qui etiam inter confessores adnumerabantur: Nam etsi coram iudice libera voce minus confiterentur; tamen facti potius, quam verborum, ista confessio videbatur: dum, vt Christi fidem saluam custodirent, neve religionis dispendium paterentur, bona sua Fiscò possidenda dimitterent, charosque suos dulcemque patriam relinquerent, in externas regiones migrantes. Quamobrem hos iure in Ecclesiam recipiendos esse, ad eum rescribens statuit Cyprianus^d.

LXVIII. Non has tantùm ad Clerum Romanum idem Cyprianus vnà cum suis Caldonij litteras misit, sed & fascicula alligauit Celerini ad Lucianum, & huius ad illum redditas litteras: quippe qui Romanæ Ecclesiæ iudicio cuncta probari cupiens, eandem de omnibus, quæ accidissent, plenissimè voluit fieri certiorem: vt tum de rebus à se gestis exactam redderet rationem, tum verò de ijs quæ postea acturus esset, ab eadem sede sibi regula tradita, primariæ sedis auctoritate suffultus, oblatrantium ora compesceret. Sed hæc ipse de citatis epistolis^e: Exemplar, inquit, quoque epistolæ Celerini boni & robusti confessoris, quam ad Lucianum eundem confessorem scripserit, item quid Lucianus ei rescripserit, misi vobis: vt sciretis & laborem circa omnia & diligentiam nostram, & veritatem disceratis. Celerinus confessor quàm sit moderatus & cautus, & humilitate ac timore sectæ nostræ verecundus, Lucianus verò circa intelligentiam Dominicæ lectionis (vt dixi) minus peritus, & circa inuidiam verecundiæ nostræ relinquentiam facilitate sua molestus, &c.]

LXIX. Sed & quæ Celerinus confessor de sorore lapsa sollicitus scribat, hic narrasse vtile erit: In magna (inquit^f) tribulatione me constitutum scias: & ac si sis mecum præsens, sic charitatis pristinæ reminiscor die ac nocte; Deus solus scit. Et ided peto, vt annuas desiderio meo, & mecum doleas in morte sororis meæ, quæ cecidit in hac vastatione Christo: sacrificauit enim, & exacerbauit Dominum nostrum: quod nobis manifestum videtur. Pro cuius factis ego in lætitia Paschæ flens die ac nocte, in cilicio & cinere lacrymabundus dies exegi, & exigo vsque in hodiernum.] hæc & alia ipse de ea: ex quibus sanè conspicitur (quod ad tempus spectat) iam ante tempus Paschale eiusmodi Decij persecutionem cœpisse, ac proinde (vt demonstratum est) Philipporum necem & Decij Impennum huius fermè anni exordio contigisse. Extant & Luciani litteræ^g, quibus Pauli martyris iussu se pacis libellos dare lapsis profertur.

LXX. Inter hæc autem paulò post primas quas diximus Cypriani litteras ad Clerum Romanum missas, cum nondum quas modò diximus, ad eundem Clerum scriptas epistolas tabellario dedisset: accepit ipse Cyprianus ab eodem Clero Romano, & ab ijs qui ex eis in carcere erant detenti epistolas duas: quæ cuiusnam argumenti essent, ipse in fine, immò

^a Apud Cypri. epist. 19. MATVRITAS IN PRÆSTANDA LAPSI INDVIGENTIA.

ENTORRES CAUSA FIDET CONFESSORES DICIT.

^a Cypri. epist. 20.

LXVIII. CYPRIANI OBSERVANTIA ERGA ROM. ECCLESIAM.

^c Cypri. epist. 23.

LXIX. DE LAPSA SORORIS CELERINI. ^e Apud Cypri. epist. 22.

^g Apud Cypri. epist. 21. LXX. LITTERAR CLER ROM. AD CYPRIANVM.

A immò (vt veriùs putamus) appendice litterarum ad Clerum Romanum, his verbis indicat: Opportunè verò superuenerunt litteræ vestræ, quas accepi ad Clerum factas: item quas beati confessores Moyses & Maximus, Nicostratus & ceteri Saturnino & Aurelio & ceteris miserunt, in quibus Euangelij plenus vigor & disciplina robusta legis Dominicæ continentur. Laborantes hic nos, & contra inuidiæ impetum totis fidei viribus resistentes, multum sermo vester adiuit, vt diuinitus compendium fieret, & priusquam venirent ad vos litteræ, quas vobis proximè misi, declararetis nobis, quòd secundùm Euangelij legem stet nobiscum fortiter atque vnanimiter etiam vestra sententia.] Porro eiusmodi clericorum litteræ Romanorum confessorum excidisse videntur: nam priores illas, per Clementium scriptas, diuersas ab ijs esse constat.

Verùm his ad Clerum Romanum Cyprianus adiecit litteras à se redditas ad Moysen, Maximum^a, & alios item Romanos clericos detentos in carcere confessores, quos pluribus laudibus profecutus est: quippe qui, cum primi omnium confessi essent Christi nomen, nobile ceteris exhibuissent imitationis exemplum. Tanti ponderis erat Romanorum clericorum quodcunque virtutis specimen editum, vt alios quamlibet longè positos in transmarinis prouincijs ad imitandum alliceret.

Missurus porro ad Romanum Clerum litteras Cyprianus, quòd nefas esset Ecclesiasticos aliò quopiam quàm Ecclesiasticis hominibus tabellarijs vt; quòd ceteri abessent clerici, nouos creare ad eam obeundam functionem opus habuit: quamobrem Saturnum tum ordinauit lectorem, & Optatum confessorem subdiaconum constituit. de quibus hæc scribit ad Clerum Carthaginensem^b: Quoniam oportuit me per clericos scribere (scio autem nostros plurimos absentes esse, paucos verò, qui illic sunt, vix ad ministerium quotidiani operis sufficere) necesse fuit nouos aliquos constituere, qui mitterentur: fecisse me autem sciatis lectorem Saturnum, & hypodiaconum Optatum confessorem.] Fuerant iam ambo antea probati, ille in lectione, hic verò lector fuerat audientium catechumenorum doctor iampridem constitutus: ambobus olim egregio morum exemplo collatorum ordinum candidatis. Quibus videas, nihil persecutionis tempore esse remissum de exacta Ecclesiastica disciplina, quæ maturè admodum in nouorum ordinum initiatione procedere consuevit. Per hos itaque ad Romanum Clerum se tunc scripsisse, idem in posterioribus ad eundem redditis litteris^c attestatur.

Post hæc autem accidit, vt lapsi à Cypriano ardentius pacem peterent, idque tanquam Ecclesiæ nomine datis litteris. Horum temeritatem ille retundens, in Episcopis ac Fidelibus ceteris, non in lapsis Ecclesiam consistere demonstrans, hæc addit^d: Absit enim, nec Dei misericordia & potestas inuicta patiarur, vt Ecclesia esse dicatur lapsorum numerus; cum scriptum sit: Deus non est mortuorum, sed viuorum.] & addit: Si autem quidam lapsi Ecclesiam se volunt esse; & si apud illos & in illis est Ecclesia: quid superest, quàm vt ipsi rogentur à nobis, vt nos ad Ecclesiam dignentur admittere? Summissos ergo & vt recundos esse oportet eos, qui delicti sui memores satisfacere Deo debent, nec Ecclesiæ nomine litteras facere, cum se magis sciant Ecclesiæ scribere.] hæc ipse. Qui & presbyterum Gaium, quòd communicasset cum lapsis, & pro eis oblationes obtulisset, voluit esse excommunicatum. sed & id ipsum alijs comminatus, hæc ait ad Clerum Carthaginensem^e scribens: Interea si quis immoderatus & præceps, siue de nostris presbyteris & diaconibus, siue de peregrinis ausus fuerit ante sententiam nostram communicare cum lapsis, à communione nostra arceatur, apud nos causam dicturus temeritatis suæ, quando in vnum, permittente Domino, conuenerimus.]

Illud etiam est obseruatione dignum (quod ad exactam disciplinam Ecclesiasticam spectat) haud sine aliqua pœna relinqui clericos illos voluisse, qui in persecutione, sua sponte, absque accepta licentia, Carthagine recessissent; quos (quantumlibet Episcopi haberent exemplum qui se subtraxisset, & adhuc persecutione durante iidem in certamen etiam redijissent) Cyprianus à diuisione mensura, nempe à stipendio clericorum voluit abstinere, donec eorum causa, ipso redeunte Episcopo, plenius cognosci posset. hæc pluribus ipse dicta epistola ad Clerum Carthaginensem^f. Porro de his omnibus quæ accidissent post missas litteras per Saturnum & Optatum, & quid in eos procaciter pacem postulantem, & de iisdem ad Clerum Carthaginensem scripsisset, Romanum Clerum^g reddidit certiore. Sed & alias eodem argumento adiunxit, quibus de cauendo veterino serpente Priuato hæretico, de quo superius dictum est, sollicitè admonuit. dedit has

LXXI. Cypri. epist. 23. QUANTUM PONDERIS ROMANOR. CLERICORVM EXEMPLVM.

LXXII. ORDINATIONVM FACTA MERITIS PRÆCEDENTIBVS. ^b Cypri. Epist. 24.

^c Cypri. epist. 24. LXXIII.

^d Cypri. epist. 27. LAPSORVM PROCACIAM COHIBET CYPRI.

^e Cypri. epist. 28.

LXXIV. SEVERA CENSURA IN CLERICOS QUI PERSECUTIONIS TEMPOR RECESSISSENT. ^f Cypri. epist. eadem. ^g Cypri. epist. 29.

^a Apud Cypri. epist. 31. LXXV. Cyprianus litteras Romam perferendas Fortunato hypodiacono, quod reddite à Romano Clero ad eum litteræ^a testantur.

Acceptis prioribus tam ad Clerum, quàm ad confessores in carcere detentos Cypriani litteris, visisq; ab eo scriptis de lapsis recipiendis, deq; conuulsa ab aliquibus Ecclesiastica disciplina: horum temeritatem damnare Romanam Ecclesiam, probareq; per omnia in ea re Cypriani sententiam, redditis ad Cyprianum litteris, Romanus Clerus grauib; quidem assertionibus, firmisq; decretis significat. Extant ipsæ litteræ^b, quibus illi nequaquam se aliquid noui in re tanta decernere, sed semper seruatum in Ecclesiastica disciplina perferbere protestentur. Ac primum illud, cum commendat Cypriani studium, quo Romanæ Ecclesiæ iudicio sua exhibeat examinanda atque probanda; postea de Ecclesiastica disciplina persecutionis tempore etiam mordicus retinenda, hæc subdit:

Quid enim (inquit) magis aut in pace tam aptum, aut in bellis persecutionis tam necessarium, quàm debitam seueritatem diuini vigoris tenere? quam qui remiserit, instabili rerum cursu erret semper, necesse est, & huc atque illuc varijs atque incertis negotiorum tempestatibus dissipetur, & quasi extorto de manibus consiliorum gubernaculo, nauim Ecclesiasticæ salutis illdat in scopulos. Vt appareat, non aliter saluti Ecclesiasticæ consuli posse, nisi si qui & contra ipsam faciunt, quasi quidam aduersi fluctus repellantur; & disciplinæ ipsius semper custodita ratio, quasi salutare aliquod gubernaculum in tempestate seruetur.]

Videas ex ijs planè, Romanam Ecclesiam in omnibus domi forisq; in pace belloq; Ecclesiasticæ disciplinæ seruandæ vindicem præfuisse, nec passam esse eam vlla ex parte quauis occasione conuelli. nam addit: Nec hoc nobis nunc nuper consilium cogitatum est, nec hæc apud nos aduersus improbos modò superuenerunt repentina subsidia: sed antiqua hæc apud nos seueritas, antiqua fides, disciplina legitur antiqua. Quoniam nec tantas de nobis laudes Apostolus protulisset dicendo^c, Quia fides vestra prædicatur in toto mundo: nisi iam exinde vigor iste radices fidei de temporibus illis mutuarus fuisset. Quorum laudum & gloriæ degenerem fuisse, maximum crimen est.] hæc & alia Romanus Clerus: ex quibus apparet, tenacissimam semper fuisse Romanam Ecclesiam autem disciplinæ, & paternarum traditionum vigilantissimam custodem. vnde & subdit: Absit enim ab Ecclesia Romana, vigorem suum tam profana facilitate dimittere, & nervos seueritatis euerfa fidei maiestate dissoluere: vt, cum adhuc non tantum iaceant, sed & cadant euerforum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communicationum vtiq; non profutura præstentur, & noua per misericordiam falsam vulnera veteribus transgressionis vulneribus imprimantur, vt miseris ad euerfionem maiorem eripiat & pœnitentia.] multa denique id genus inculcat.

Quod verò ipsorum esset muneris, vacante adhuc sede, intuigilare super vniuersum Dominicum gregem; eadem quoque ad alios se scripsisse testantur, cum subiungunt ista: Quales litteras in Siciliam quoque miserimus, subiectas habebis: quamquam nobis differendæ huius rei necessitas maior incumbar, quibus post excessum nobilissimæ memoriæ viri Fabiani nondum est Episcopus propter rerum & temporum difficultates constitutus, qui omnia ista moderetur, & eorum, qui lapsi sunt, possit cum auctoritate & consilio habere rationem.] At hæc præcepta non se tantum Siculis & Afris, sed & vniuerso Christiano Orbi præscribere, quæ paulò inferius ab eisdem posita sunt, manifestè declarant, cum aiunt: Aspice totum Orbem pænè vastatum, & vbique iacere deiectorum reliquias & ruinas, idcirco tam grande expeti consilium, quàm latè propagatum videretur esse delictum. Non sit minor medicina, quàm vulnus est: non sint minora remedia, quàm funera.] hæc illi.

Porro idem Clerus Romanus, ad euitandam inuidiam odiumq; lapsorum, ne ipsi tantum viderentur auctores atque peruulgatores seueritatis Ecclesiasticæ disciplinæ; hoc ipso tempore, persecutione adhuc instante, Romæ Synodum habuere, conuocatis vicinis Episcopis, præsentibus & ijs qui ex alijs regionibus extorres Episcopi Romam ad tutum portum fidei conuenissent: in tanta enim gentium multitudine ex omnibus Orbis regionibus ibi degentibus, quemlibet, mutato præsertim habitu, potuisse delitescere, ex ijs quæ nunc videmus in ea, facilè inducimur vt credamus. At de habito ea de re Romæ Concilio, Clerus Romanus, iisdem litteris ad Cyprianum redditis, his verbis significat, quæ primum hæc habent: Perquam enim nobis & inuidiosum & onerosum videtur,

^a Apud Cypri. epist. 31.

ANTIQVA DISCIPLINA ROM. ECCLESIAE. Rom. I.

LXXVII. CLERUS ROM. ESSE, VNI. VERSAE ECCLESIAE SEDE VACANTE PROSPICERE.

LXXVIII. CONCILIIUM ROMAE IN CAUSA LAPSORVM.

A non per multos examinare, quòd per multos commissum videatur fuisse; & vnum sententiam dicere, cum tam grande crimen per multos diffusum notetur exisse: quoniam nec firmum decretum potest esse, quod non plurimorum videbitur habuisse consensum.] & post alia, de Episcopis qui tunc Romam ad Synodum conuenere; hæc habet:

Cuius temperamenti moderamen nos hic tenere quærentes, diu & quidem multi, & quidem cum quibusdam Episcopis vicinis nobis & appropinquantibus, & quos ex alijs prouincijs longè positis persecutionis istius ardor eiecerat: ante constitutionem Episcopi nihil innouandum putauimus; sed lapsorum curam mediocriter temperandam esse credimus: vt interim, dum Episcopus dari à Deo nobis sustinetur, in suspenso, eorum qui moras possunt dilationis sustinere, causa teneatur. Eorum autem, quorum vitæ suæ finem vrgens exitus dilationem non potest ferre, acta pœnitentia, & professio frequenter suorum detestatione factorum, si lacrymis, si gemitibus, si fletibus dolentis ac verè pœnitentis animi signa prodiderint, cum spes viuendi secundum hominem nulla subterit; ita demum caute & sollicitè subueniri, Deo ipso sciente quid de talibus faciat, & qualiter iudicij sui examinet pondera; nobis tamen anxie curantibus, vt nec pronam nostram improbi homines laudent facilitatem, nec verè pœnitentes accusent nostram quasi duram crudelitatem.] Quàm ergo parum tuta, quamq; dubia sit illa festinanter exhibita reconciliatio etiam petentibus eam cum lacrymis, dicta nuper sententia declarauit.

Sed & quas leges præscribant & admonitionem ingerant Romani Clerici lapsis pœnitentibus in Ecclesiam redire conantibus, vt hic etiam intexamus, argumenti ratio postulat. Pullent (inquiunt) sanè fores, sed non vtiq; confringant: adeant ad limen Ecclesiæ, sed non vtiq; transliant: castrorum caelestium excubent portis, sed armati modestia, qua intelligant se desertores fuisse: resumant precum suarum tubam, sed qua non bellicum clangant: arment se quidem modestiæ telis, & quem negando mortis metu fidei dimiserant clypeum, resumant; sed vt contra hostem diabolum vel nunc armati, non contra Ecclesiam, quæ illorum dolet casus, armatos esse se credant. Multum illis proficiet petitio modesta, postulatio verecunda, humilitas necessaria, patientia non otiosa. Mittant legatos pro suis doloribus lacrymas; aduocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commissi criminis & pudorem. hæc & alia de præscriptis legibus pœnitentibus lapsis Romanus Clerus.

Quæ autem Romæ in hac sunt Synodo de lapsis coërcendis vel recipiendis decreta, eadem vniuersæ Ecclesiæ Catholicæ seruanda præscripta, ad singulas toto Orbe diffusas Ecclesias missa sunt. Tantam enim in Sede Petri inesse auctoritatem omnes intelligebant, vt vniuersus longè lateq; diffusus Catholicus Orbis sibi seruandum esse indubitatum haberet, quod sciret à Petri cathedra dimanare. De vulgatis autem per Orbem statutis de lapsis Romæ decretis Cyprianus affirmat, dum scribens ad Antonianum, hæc ait in primis de Nouatiano tunc Romanæ Ecclesiæ presbytero subscribente^a: Additum est etiam ad alia decreta scripta, Nouatiano tunc scribente, & quod scripserat sua voce recitante, & presbytero Moyse tunc adhuc confessore, nunc iam martyre subscribente: Vt lapsis infirmis & in exitu constitutis pax daretur, quæ litteræ per totum mundum missæ sunt, & in notitiam Ecclesijs omnibus & vniuersis fratribus perlatae sunt.]

Porro eadem litteræ ad Cyprianum in Africam per Ecclesiasticos tabellarios Saturnum atque Optatum clericos allatae sunt; quibus etiam tunc qui in carcere erant Romani clerici confessores Moyse & alij ad eundem Cyprianum litteras^b dederunt, easdemq; à cetero Clero liberè agente scriptis litteris adiunxerunt. Nam earum illi in suis etiam meminerunt, quibus admirabilem quamdam in perferendo diutino carcere præ se ferunt alacritatem, non vtiq; ex infirmæ naturæ viribus, sed ex diuinæ Scripturæ thesauro comparatam, ac maioribus in dies accessionibus cumulata, quid præterea optent, his verbis declarant: Hæc & huiusmodi cum de Euangelio collata perlegimus, & quasi faces quasdam ad inflammandam fidem Dominicis vocibus suppositas nobis sentiamus; hostes veritatis non tantum non iam perhorrescimus, sed prouocamus, & inimicos Dei iam hoc ipso, quòd non cessimus, vicimus, & nefarias contra veritatem leges subegimus, etsi nondum nostrum sanguinem sudimus, sed fudisse parati sumus. Nemo hanc dilationis nostræ moram clementiam iudicet, quæ nobis officit, quæ impedimentum gloriæ facit, quæ calum differt, quæ gloriosum Dei conspectum inhibet. In huiusmodi enim certamine, & in huiusmodi vbi decertat fides proelio, mora martyres

LXXXIX. QUID STATUTVM IN CAUSA LAPSORVM.

LXXX. LEGES PRÆSCRIPTEAE LAPSIS.

LXXXI. ECCLESIA ROM. PRÆSCRIBIT OMNIBVS ECCLESIIS LEGES.

^a Cypri. epist. 31.

LXXXII.

^b Apud Cypri. epist. 26. DE LITTERIS CLERICI ROM. ET CONFESSORVM AD CYPRIANUM.

martyres non distulisse, vera clementia est. Pere ergo, Cypriane charissime, vt nos gratia A
sua Dominus magis ac magis in dies singulos quosque vberius atque propensius & armet,
& illustret, & viribus potentiae firmet ac roboret.] hæc ipsi, & alia id genus complura.

LXXXIII Quod insuper de lapsorum restitutione comprobent quæ ad eos idem Cyprianus nuper scripserat, huiusmodi ac dignam sanè afferunt causam: Animaduertimus enim, te congruente censura, & eos dignè obiurgasse, qui immemores delictorum suorum, pacem à presbyteris per absentiam tuam festinata & præcipiti cupiditate extorsissent; & illos, qui sine respectu Euangelij^a sanctum Domini canibus & margaritas porcis profana facilitate donassent: cum grande delictum, & per totum penè Orbem incredibili vastatione grassatum, non oporteat nisi (vt ipse scribis) cautè, moderateque tractari, consultis omnibus Episcopis, presbyteris, diaconibus, confessoribus, & ipsi stantibus laicis, vt in tuis litteris & ipse testaris: ne, dum volumus importunè ruinis subuenire, alias maiores ruinas videamur parare. Vbi enim diuinus metus relinquatur, si tam faciliè peccantibus venia præstetur?] & inferius: Ceterum vbi erit, quod custodia squalidi carceris includuntur, qui Christum confitentur, si sine periculo fidei sunt qui negauerunt? Vbi, quod in nomine de catenarum ambitu vincuntur; si sine communicatione non sunt, qui confessionem Dei non retinuerunt? Vbi, quod detenti martyres gloriosas animas suas ponunt; si, qui dereliquerunt fidem, periculis & delictorum suorum non sentiunt magnitudinem?] hæc ipsi, atque alia plura in eadem sententiam.

LXXXIV. Post hæc autem haud multum temporis intercessit, cum postremas scriptas à Cypriano litteras, redditas à Fortunato hypodiatono^b, Romanus Clerus accepit: qui etiam alias dedit ad ipsum Cyprianum eiusdem propemodum argumenti quo superiores^c, sed præpostero ordine à Pamelio recitatas: cum, quæ longè ante has data erant, post has ponat numero trigessimoprimo. Ceterum eius industriam in disponendis Cypriani epistolis cum magnopere commendemus, haud tamen possumus eidem in omnibus assentiri: nam ad exactam rationem temporum historiam contexentes, interdum à posito ab eo ordine cogimur resilire. Id enim ipsi viuenti minimè displicuit, acceptis hac de re meo nomine litteris à Reuerendissimo domino Lindano, tum Ruremundensi, postea Gandauensi Episcopo, eius rei æquo arbitro, Romæ tum agente, & Notationes nostras in Romanum Martyrologium cognoscente. Quem talem ac tantum Catholicæ fidei professorem & defensorem, strenuumque pugilem, & ob immanes pro veritate Orthodoxa exantlatos labores, & grauissima suscepta pericula, absque sanguine martyrem, graui iactura totius Ecclesiæ, citò abreptum Catholicus orbis ingemuit. Sed iam cæpta prosequamur.

LXXXV. Quod igitur Cyprianus admonuisset Romanum Clerum, cauendum subdolum hominem Priuatum hæreticum, Catholico nomine peruagantem, atque Romam aduenientem, vt ab omnium principe Ecclesia communicationem Catholicam suffurari posset; qua obtenta, eius prærogatiua cum ceteris quoque communicare possit Ecclesijs: quid ad hæc Romanus Clerus^d rescripserit, audiamus: Quod autem pertinet ad Priuatum Lambesitanum, pro tuo amore fecisti, qui rem nobis sollicitè nuntiare voluisti: omnes enim nos decet pro corpore totius Ecclesiæ, cuius per varias quasque prouincias membra digesta sunt, excubare. Sed nos etiam ante litteras tuas fraus callidi hominis latere non potuit: nam cum ante hac quidam ex ipsius nequitiae cohorte venisset vexillarius Priuati, & furto & fraudulenter litteras à nobis elicere curaret; nec quis esset latuit; nec litteras, quas volebat, accepit.] hæc illi.

LXXXVI. Ex quibus planè intelligas, quanti facerent etiam hæretici Romanæ Ecclesiæ communicationem; quippe qui scirent se omni hæreseos infamiae aspersa labe purgandos, Catholicosque ab omnibus comprobandos, si se cum ea communicare eius litteris demonstrarent. vt sanè appareat, Romanæ solius Ecclesiæ censura hæreticos à Catholicis discriminari solitos; eos nimirum habendos esse Catholicos, quibus illa Catholica communicationis litteras impartiret; illos verò econtrà ab omnibus hæreticos atque schismaticos esse censendos, quibus illa communicationem denegasset; quæ idcirco olim Catholica communicatio dicebatur, quod ab omnibus alijs pariter impartiretur Ecclesijs, quam antè quis à Romana Ecclesia percepisset. Sed quod de hac re exempla propemodum innumera suppetant, de his frequentissimè suis locis agemus.

LXXXVII His ab Apostolica sede acceptis litteris, Cyprianus misit eas ad Carthaginensem Ecclesiam, monuitque litteris^e presbyteros atque diaconos, vt darent operam, quò illæ ceteris

^a Mat. 7.
CONFIRMAT ROM. CLERVS A S. CYPRIANO STATVTA.

^b Cypri. epist. 30.
^c Cypri. ead. epist. 30.

LXXXV.
DE PRIUATO HAERETICO.

^d Apud Cypri. epist. 30.

LXXXVI.
ETIAM HAERETICI PRIMATVM ROM. ECCL. EST IAR INTELLENENT.

LXXXVII
^e Cypri. epist. 32.

A teris innotescerent, peregrinisque etiam Episcopis atque presbyteris eas exscribere volentibus tribuerent facultatem: quod & Saturo lectori quoque dederat in mandatis. Sciebat enim, apud quosque, quantumlibet contumaces, maximi ponderis fore epistolas, de his quæ agenda essent, ab Apostolica sede redditas. In his itaque litteris iam tertio vltro citroque datis annus propè interlapsus esse videtur.

Cum interea mense Decembri adueniente, more maiorum, sacris habendis ordinationibus præstituto, Cyprianus, præter illos duos quos vrgens necessitas antè omnes compulit ordinari, delegit præ ceteris duos alios ob antea vitæ digna merita commendatos: quos huius persecutionis furore, velut auram igne probatum, redditos clariores, lectoratus initiauit ordine. Iis enim non vitæ solum claritudo, confessio, atque martyrium, sed & diuina voluntas, Apostolico^a more, præcedentibus prophetijs, fuerat suffragata. Fuerunt hi, quos recentet, Aurelius confessor ac martyr lector ordinatus, & Celerinus ad eundem gradum promotus, & ipse multa passus insignis. hos ipsos dignis elogijs celebrat Cyprianus suis litteris, quas tunc dedit ad Ecclesiam Carthaginensem: ac primum de ordinatione Aurelij^b confessoris, his scilicet verbis:

In ordinandis clericis, fratres charissimi, solemus vos antè consulere, & mores ac merita singulorum communi consilio ponderare. Sed expectanda non sunt testimonia humana, cum præcedunt diuina suffragia. Aurelius frater noster, illustris adolescens, à Domino iam probatus, & à Deo vocatus, est in annis adhuc nouellus, sed in virtute ac fidei laude prouectus; minor in ætatis suæ indole, sed maior in honore. Gemino hic agone certauit, bis confessus, & bis confessionis suæ victoria gloriosus; & quando vicit in cursu factus extorris, & cum denuò certamine fortiore pugnavit, triumphator & victor in proelio passioris. Quoties aduersarius prouocare seruos Dei voluit, toties fortissimus ac promptissimus miles & pugnavit, & vicit. Parum fuerat sub oculis antè paucorum, quando extorris fiebat, congressum fuisse; meruit & in foro congregari clariore virtute: vt post magistratus etiam Proconsulem vinceret, & post exilium tormenta superaret. Nec inuenio quid in eo prædicare plus debeam, gloriam vulnerum, an verecundiam morum: quod honore virtutis insignis est, an quod pudoris admiratione laudabilis. ita & dignitate excelsus est, & humilitate sublimis, vt appareat illum diuinitus referuatum, qui ad Ecclesiasticam disciplinam ceteris esset exemplo, quomodo serui Dei in confessione virtutibus vincerent, & post confessionem moribus eminent. Merebatur talis clericæ ordinationis vteriores gradus, incrementa maiora, non de annis suis, sed de meritis æstimandus. Sed interim placuit, vt ab officio lectoris incipiat: quia & nihil magis congruit voci quæ Dominum gloriosa prædicatione confessa est, quam celebrandis diuinis lectionibus personare; post verba sublimia, quæ Christi martyrium prolucata sunt, Euangelium Christi legere, vnde martyres sunt; ad pulpitem post catastam venire: illic fuisse conspicuum Gentilium multitudini, hic à fratribus conspicui illi auditum esse cum miraculo circumstantis populi, hic cum gaudio fraternitatis audiri. Hunc igitur, fratres dilectissimi, à me & à collegis, qui præsentibus aderant, ordinatum sciatis, &c.]

Sed & Celerinum æquè cum illo ordinatum lectorem, scripta de eodem epistola ad Ecclesiam Carthaginensem^c, mirificis præconijs extulit. At quæ ad historiam pertinent, hæc sunt: Referimus ad vos, Celerinum fratrem nostrum, virtutibus pariter & moribus gloriosum, Clero nostro non humana suffragatione, sed diuina dignatione coniunctum.] & paulò post: Hic ad temporis nostri proelium primus, hic inter Christi milites antesignanus, hic inter persecutionis initia feruentia cum ipso infestationis principe & auctore congressus, dum in expugnabili firmitate certaminis sui aduersarium vincit, vincendi ceteris viam fecit, non breui compendio vulnerum victor, sed adherentibus diu & permanentibus pœnis longæ colluctationis miraculo triumphator. Per decem & nouem dies custodia carceris septus, in neruo ac ferro fuit.] & post alias laudes: Lucent, inquit, in corpore glorioso clara vulnerum signa: eminent & apparent in neruis hominis, membris longa tabe consumptis, expressa vestigia. Sunt magna, sunt mira, quæ de virtutibus eius ac laudibus fraternitas audiat. Et si aliquis Thomæ similis extiterit, qui minus auribus credat, nec oculorum fides deest, vt quis, quod audit, & videat. in seruo Dei victoriam gloria vulnerum fecit, gloriam cicatricum memoria custodit.] hæc de Celerini gloriosa confessione.

Sed & quod propinquos sanguine habuerit martyres, cum ex hoc magis magisque laudan-

LITTERAE CLERI ROM. PROMVLGANTVR IN AFRICA.

LXXXVIII
CYPRIANVS ORDINATVS VSQ.

^a 1. Tim. I. c. 4.

^b Cypri. epist. 33.

LXXXIX.
ORDINATIO AVRELI CONFESSORIS.

XC.
ORDINATIO CELERINI.
^c Cypri. epist. 34.

XCI.
laudan-

DE CELE-
RINA ET
ALIIIS
MARTYRI-
BVS.

^a Tertull. in
Apolog. c. 3.
^b In Martyr.
Romano
die 9. Apr.

XCII.
^c Eadem
epist. 34.

CLERICA-
LIS DIS-
TRIBVTIO
MENSTRVA.

^d 1. Tim. 5.

XCIII.
LECTORVM
MVNVS.

^e Cypr. epist.
24. 32.

^f Cypr. epist.
55.

^g Concil. 4.
Carthag.

cap. 4. & 8.

^h Cypr. epist.
35.

XCIV.
DE NYMI-
DICO PRE-
SBYTERO.

laudandi argumentum deducens, hæc addit: Nec rudis iste aut nouus est in Celerino A
charissimo nostro titulus gloriarum: per vestigia cognationis suæ graditur, parentibus ac
propinquis suis honore consimili diuinæ dignationis æquatur. Auia eius Celerina iam-
pridem martyrio coronata est, item patruus eius, & auunculus, Laurentius, & Ignatius,
in castris & ipsi quondam sæcularibus militantes: sed veri & spiritales Dei milites, dum
diabolum Christi confessione prosternunt, palmas à Domino & coronas illustri passio-
ne meruerunt. Sacrificia pro eis semper (vt meministis) offerimus, quoties martyrum
passiones & dies anniuersaria commemoratione celebramus.] Mos iste perantiquus in
Ecclesia Dei est, vt incruento oblato sacrificio natalitia martyrum anniuersaria die (vt
nunc fit) religiose celebrentur: ad quod spectat illud Tertulliani^a: Pro natalitijs annua
die facimus] nempe sacrificamus. hoc importare hanc vocem, Facimus, in nostris No-
tis^b pluribus demonstrauius. Sed de celebritate sanctorum martyrum satis fusè supe-
rius locuti sumus tomo primo, vbi de Apostolicis traditionibus institutus est sermo.

At de eiusdem Celerini ordinatione Cyprianus hæc subdit^c: Hunc ad nos, fratres
dilectissimi, cum tanta Domini dignatione venientem, testimonio & miraculo eius
ipsius, qui se persecutus fuerat, illustrem; quid aliud quàm super pulpitem, id est, super
tribunal Ecclesiæ oportebat imponi? vt loci altioris celsitate subnixus, & plebi vniuer-
sæ pro honoris sui claritate conspicuus legat præcepta & Euangelium Domini, quæ for-
titer ac fideliter sequitur? vox Dominum confessa, in his quotidie quæ Dominus locu-
tus est, audiatur? Viderit an sit vlterior gradus, ad quem profici in Ecclesia possit. Nihil
est in quo magis confessor fratribus proiit, quàm vt, dum Euangelica lectio de ore eius
auditur, lectoris fidem, quisquis audierit, imitetur. Iungendus in lectione Aurelio fuerat,
cum quo & diuini honoris societate coniunctus est.] Sed ob meritum excellentiam, C
quibusnam prærogatiuis ambos præ ceteris lectoribus exornet,] in fine his verbis signifi-
cat: Ceterum presbyterij honorem designasse nos illis iam sciatis, vt & sportulis iisdem
cum presbyteris honorentur, & diuisiones mensurnas æquatis quantitibus partian-
tur, lessuri nobiscum prouectis & corroboratis annis suis: quamuis in nullo minor pos-
sit videri ætatis indole, qui consummatum ætatem gloriæ dignitate.] Voluit Cypria-
nus ambos ea accipere stipendia inter clericos, quæ presbyteris dari solent: de qui-
bus Apostolus^d: Qui benè præsent presbyteri, duplici honore digni sunt.] appellat ea
Cyprianus mensurnas diuisiones, id est, mensuras: qui verò eiusmodi subsidia per quos-
libet menses acciperent ab Ecclesia, Sportulantes dicebantur, quod eiusmodi sportulæ
eis darentur ab Ecclesia.

Quod autem hos huic lectorum muneri mancipatos, ascensuros fore pro functio- D
ne muneris dicit in pulpitem, illicque toto spectante & audiente populo Euangelium
alta voce lecturos; diuersam in hoc Africanæ Ecclesiæ à ceteris Latinis fuisse consue-
tudinem, potest intelligi: cum Romæ & in alijs Ecclesijs eam functionem solent dia-
coni exercere, in Africa verò lectores, minorum Ordinum clerici infra acoluthos positi.
Nec quis existimet ob Euangelij publicam lectionem hos lectores dictos, re verà dia-
conos fuisse: nam idem Cyprianus, quem lectorem ordinasse dixit^e Saturum, ad acolutha-
rum se postea promouisse testatur^f. Manifestiora quoque hæc redduntur ex Concilio^g quar-
to Carthaginensi, cum agitur de ordinatione diaconi, vbi nulla habetur mentio de munere
Euangelicæ lectionis; sed publicè diuina legere in Ecclesia; lectoris esse muneri traditur.
Rursum verò idem Cyprianus, eodem ferme tēpore, de Numidico presbytero inter alios
presbyteros Carthaginensis Ecclesiæ cooptando ad suos^h litteras in hæc verba conscripsit: E

Nuntiandum vobis fuit, fratres charissimi, quod pertineat & ad communem læticiam,
& ad Ecclesiæ nostræ maximam gloriam. Nam admonitos nos & instructos sciatis digna-
tione diuina, vt Numidicus presbyter adscribatur presbyterorum Carthaginensium nu-
mero, & nobiscum sedeat in Clero, luce clarissima confessionis illustris, & virtutis ac fi-
dei honore sublimis: qui hortatu suo copiosum martyrum numerum, lapidibus & flam-
mis necatum, ante se misit: qui que vxorem adhærentem lateri suo concrematam simul
cum ceteris, vel conseruatam magis dixerim, latus aspexit. Ipse semiustulatus, & lapi-
dibus obrutus, & pro mortuo derelictus, dum postmodum filia sollicito pietatis obsequio
cadauer patris inquireret, semianimis inuentus, & extractus, & refocillatus à comi-
tibus, quos ipse præmiserat, remansit inuitus. Sed remanendi (vt videmus) hæc fuit cau-
sa, vt eum Clero nostro Dominus adiungeret, & desolatam per lapsum quorundam
presbyterij

A presbyterij nostri copiam gloriosis sacerdotibus adornaret. Et promouebitur quidē, cum
Deus permiserit, ad amplio rem locum religionis suæ, quando in præsentiam protegente
Domino venerimus. Interim quod ostenditur, fiat; vt cum gratiarum actione suscipiamus
hoc Dei munus, sperantes de misericordia Domini eiusmodi ornamenta complura,
vt redintegrato Ecclesiæ suæ robore, tam mites & humiles faciat in confessus nostri ho-
nore florere.]

At non hunc modò à S. Cypriano ordinatum putamus esse presbyterum (quod alij
tradunt) sed cum iam alterius cuiuspiam Ecclesiæ presbyter esset, tam præclaro exantla-
to martyrio, eo honore Cyprianus ipsum esse dignum existimavit, vt in primaria totius
Africanæ Ecclesiæ Carthaginensi presbyterio fungeretur. Suadent enim id illa verba: Vt
Numidicus presbyter adscribatur presbyterorum Carthaginensium numero.] at de no-
B ua ordinatione ipsius ne verbum quidem, vt de lectoribus ordinatis nuper pluribus fecis-
se vidimus: magnus quippe is censebatur honor, vt cum Episcopo in cathedrali Ecclesia
inter presbyteros sederet. Dicebantur huiusmodi sic allegendi, incardinari: atque iam ad-
sciti, Cardinales; qua voce vtitur sæpè S. Gregorius. sed de his suo loco pluribus.

Hucusque de rebus inter Romanum Clerum & S. Cyprianum hoc anno transactis, XCVI.
deq; eiusdem Cypriani in curanda Ecclesia Carthaginensi vigilantissima cura. Excerpta
hæc sunt à nobis ex litteris vltro citroque datis, quibus epistolarem omnium fidelissimam
historiam contexuimus, breuitati, vt licuit, consulentes: cum pro dignitate rerum atque
scriptorum par fuisset integras hic describere martyrum citatas epistolas. Nam quid
S. Hieronymus^a de Pamphili martyris scriptis ait? Si enim lætitia est vnam epistolam
habere martyris, quanto magis tot millia versuum, per quæ mihi videtur sui sanguinis
C signasse vestigia? Si hæc ipse de illo, qui tamen non sua scripsit, sed ab Origene elucubrata
descripsit, quid de martyrum & confessorum litteris dicendum est, in quibus sua ipsorum
inesse verba, etsi alia exscripta manu, typisve expressa, noscuntur? Pluris namque facienda
sunt ea, quæ martyr mēte concepit, & ore protulit, & stylo exarauit, licet aliena manu ex-
scripta vel eusa legantur, quàm quæ, cum alterius sint, martyr suo chirographo exarauit.

Quæ autem reliqua sunt rerum Cypriani, sequenti anno, secundum exactum tem-
poris ordinem, enarrabimus. Verum quod idem Cyprianus de alijs martyribus hac per-
secutione passis in Africa dictis litteris mentionem habuerit; his iungenda putamus quæ
idem scripsit in libro de lapsis, de Casto & Emilio^c post lapsum ad certamina reuoca-
tis, & martyrij victoria insignitis, his nempe verbis: Sic, inquit, sic Casto & Emilio ali-
quando Dominus ignouit; sic in prima congressione deuictos, victores in secundo præ-
lio reddidit, vt fortiores ignibus fierent, qui ignibus antè cessissent, & vnde superati es-
sent, inde superarent.] hos postea martyrio consummatos habent tabulæ Ecclesiasticæ
vna cum alijs, adscriptos certis diebus, quibus eorum memoria anniuersaria celebratur.

At de martyribus in Africa sub Decio passis, præter illos, quos ex Cypriano recensui-
mus, de alijs item mentio habetur in iisdem tabulis Ecclesiasticis, quibus ipsorum dies
natalis reperitur adscriptus: sunt ijs, Zeno, Alexander, Theodorus, & alij triginta tres sub
Fortunatiano Præside: sub quo etiam passi sunt Terentius, Maximus, Pompeius, &
Africanus: quorum omnium extant passionis Acta^b, in quibus etiam mentio habetur de
lapis Christianis (de quo sæpè queritur Cyprianus) qui solo aspectu terribilium tormen-
torum, pauore concussi, detecerunt à fide: cum in eos qui animo alacri, fide prompta se
ea contemnere præ se ferrent, ad ceteros exterrandos omnis crudelitas Præsidis inuigila-
ret, & carnifices desudarent: vt de ijs accidit, qui postquam cæsi sunt virgis atque flagellis,
E sustibus quoque contusi sunt, succensi humeris ignibus, vngulisque lancinati, horribilibus
traditi sunt serpentibus deuorandi: cum illi vindices pietatis, relictis illæsis martyribus, in
Ethnicos insipientes, ex illis complures interfecerunt: martyres verò capitis tandem subie-
re supplicium. Rursus etiam in Africa passi habentur Quintus, Simplicius, & alij plu-
res socij^c. At de Africanis martyribus modò satis.

Iam verò reliquum est, vt quæ passæ sunt aliquæ nobiliores Ecclesiæ hoc ipso perfe-
cutionis Decij tempore, à certis fidelisque auctoribus scripta, hic itidem describamus. Ac
in primis sese nobis offerunt, quæ S. Dionysius, vir eruditione ac pietate insignis, qui his
ipsis diebus Alexandrinæ Ecclesiæ præerat Episcopus, de his quæ tunc apud se gesta es-
sent, scriptorum monumentis egregiè commendauit: quæ ab Eusebio recitata ad ver-
bum habentur, ex eiusdem Dionysij ad Germanum tunc data epistola, cum de se ipso
agit,

XCVI.
NON ORDI-
NATVS SED
ALLECTVS
PRESBYTER
GARD.

XCVII.
SCRIPTA
MARTY-
RYM MA-
GNO PRE-
TIO HABI-
TA.
^a Hieron. de
scrip. Eccl.
in Pamph.

XCVIII.
ALII MAR-
TYRES IN
AFRICA
PASSI.
^b Apud Sur.
die 30. April.
tom. 2.

XCIX.
DE MARTY-
RIBVS ALE-
XANDRI-
NIS.

^c Mart. Rom.
die 18. De-
cemb.

agit, quoniam pacto Deo omnia gubernante manus persecutorum euaserit. Sic igitur res ^A gestas exorditur Eusebius^a: Quæ autem & quam turbulentæ procellæ Dionysium persecutionis tempore exagitarint, epistolæ ipsius ad Germanum scriptæ testimonio, hoc loco ostendam, in qua ipse de se narrat hoc modo:

^{c.} Ego coram Deo loquor, & ipse nouit quod vera loquor. Neque certè de fuga in præsentia mecum cogitavi; neque, quasi Deo inuito, vllam feci. Quinciam aliàs, regnante Decio, antequam persecutio palàm contra Christianos ediceretur, cum Sabinus id temporis Frumentarium ad me perquirendum misisset, ego quatruiduo in ædibus commoratus, eius aduentum assiduè expectaui. Ille autem vndique circumit: vias, fluuios, agros passim, vbi me latitare, aut quò me protectum esse suspicaretur, sedulo peruestigat. Sed cæcitate, & quasi caligine, ne ædes quæreret, circumfusus tenebatur: sibi namque persuaserat, me persecutione appetitum, domi nolle moram facere. Vix tandem post dies ^B quatuor, Deo mihi vt inde demigrarem præcipiente, & se mirandum in modum quasi ducem itineris præbente, ipse, liberi, & alij multi fratres simul domo egressi sumus. quod planè diuinæ prouidentiae opus fuisse, rerum euenta, quæ deinceps sequebantur (vnde non parum commodi fortasse quibusdam & vtilitatis obtigit) satis perspicuè declarant. Deinde paucis interpositis, ea quæ in fuga sibi contingebant euidenter explanat, hæcque subnectit: Ego vnà cum ijs qui mecum erant, forte, sole occidente, in satellitum manus incidens, ab illis ad Taposirim deducebar. Sed tamen (sicut erat Dei prouidentia prospectum) Timotheus, quia vnà non aderat, neutiquam prehensus est. Profectus igitur post, offendit cum ædibus nostras, præterquam quòd ministri eas custodirent, omnino desertas esse, tum nos instar mancipiorum abductos.

^{C I.} Deinde subiungit: Quàm admirabilis (dicam enim quod verum est) & diuinæ prouisionis ratio fuit ista quidem! Indigena quidam forte fortuna Timotheo propere fugienti & conturbato sit obuiam: rogat festinationis causam. Ille verum narrat. Ille cum audiisset (abierat enim ad nuptias laute epulatum: quippe mos est in huiusmodi hominum conuentibus totam noctem in hilaritate & læticia consumere) ingressus in domum conuiuij, accumbentibus nuntiat. Qui quidem omnes vno impetu, tamquam signo dato, consurrexerunt, & maturo gradu properantes cœperunt quàm celerrimè ad nos contendere: qui cum in nos inciderent, summo gaudio exultare, atque satellitibus, qui nos obseruabant, fugam facientibus, nos, vt eramus grabatis valdè male stratis conquiescentes, de improviso occupare. Ego certè (Deustestis est) eos vt fures primum reputans, qui ad spolia & rapinam venirent, mansi in lecto nudus planè vt eram, solo indutio coopertus: reliquum autem vestitum prope me positum porrexi. At hi surgere iubent, & ^D quàm mox abire. Tandem animaduertens quamobrem aduentassent, cœpi vociferari, supplex illos precatus vt abirent, nosque illic manere paterentur. Quinciam petebam ab eis, vt, si quo me beneficio afficere cuperent, ipsi caput meum ceruicibus abscondere dignarentur, sicque satellitibus, qui me essent cruciatum abducturi, anteuertent. Illi, dum hæc clamore efferebam (sicut consortes mei & omnium mearum calamitatum participes pro certo norunt) me inuitum è lecto excitarunt. Tum ego humi me supinum prosternere. Isti igitur manibus pedibusque me abreptum (Caius quidem, Faustus, Petrus, & Paulus, qui me sequebantur, istarum rerum omnium testes esse poterunt) educere, ac prehensum prope inuito animo ab oppidulo exportare, & nudo alino impostum, secum inde auerere.] hæc de se Dionysius^b.

^a Apud Euseb. lib. 6. cap. 34.

^c I. I.

^b Mat. 24. Marc. 13. LAPSORVM INGENS NUMERVS.

^E Et ad Fabium Antiochenum scribens, enarratis quæ superiori anno ante edicta Decij promulgata Alexandriæ acciderant, quæ suo loco à nobis posita sunt, hæc de initiis Decij persecutionis habet: Confestim animum Imperatoris, qui clementior aliquanto & humanior videbatur erga nos antea affectus, omnino commutatum esse, nobis nuntiatum est. Quapropter minarum formido in nos iactatarum vehementer accrescebat. Nam Decij edictum erat iam diuulgatum. illudque tale profectò videbatur, quale Dominus^c prædixerat futurum: in quo terribilissima illa eius propemodum explebatur sententia; nimirum, electos, si possibile esset, in errorem inducendos fore. Quin omnes certè metu perculti obstupuerunt: atque ex illis qui cum dignitate, tum diuitiarum affluentia præstare videbantur, qui quidem non pauci erant numero, nonnulli timore perterriti, diis illorum colendis se vltro offerunt: alij ex priuatis ædibus in publicum rapiati, ad delubra ducuntur à magistratibus: multi vicinorum suauis ed pelliciuntur,

^A liciantur; qui quidem nominatim euocati, ad impura & profana eorum sacrificia se conferunt.

Horum autem non pauci, quasi minimè essent sacrificaturi, sed illi ipsi potius victimæ ^{CIII.} & sacrificia idolis futuri, pallore exalbescunt, & formidine attoniti stupent; aded vt à ^{LAPSORVM DIVERSA ONERA.} frequenti populi turba quæ circumstitebat, dum se omnibus perspicuè patefaciebant, cum ad moriendum, tum ad sacrificandum eadem timiditate esse affectos, risui & ludibrio haberentur. Alij paratius ad altaria procurruunt, duro ore & impudenti constanter asseuerantes se numquam fuisse Christianos: de quibus Domini sententia verissimè dici potest^a, Diuitem difficulter posse saluari. Ex reliquis, qui tenuiores erant & magis ob- ^{Mat. 19.} seuri, plerique vtrumque istud hominum genus, quod postremò posuimus, imitantur. Alij capessunt fugam, nonnulliprehenduntur, atque ex prehenfis multi in vincula & ^B carcerem pergunt, & multis diebus ibi tenentur inclusi: postea tamen, antequam ad tribunal accedant, Christum eurant. Quidam tormenta diu fortiter sustinent, sed ad extremum succumbentes, fidem pernegant.

Ceterum qui Domini erant tamquam firmæ & beatæ columnæ eius ope & gratia roboratæ, fidei firmitati, quæ in eorum animis penitus infidebat, vires ac tolerantiam aptè ^{CIV.} & appositè respondentem adepti, admirabiles & insignes eius regni martyres & testes facti sunt. Quorum primus erat Iulianus, homo podagræ doloribus aded oppressus, vt neque ^{MARTYRES ALEXANDRINI SVB DECIO.} pedibus consistere posset. Hic cum alijs duobus, qui eum gestabant, ad iudicè adducitur: quorum alter extemplo fidem denegat; alter nomine Chronion cognomento Eunus, & senex ipse Iulianus, Dominum ingenuè confitentur: qui per totam urbem, quæ certè (vt nostis) amplissima est, camelis insidentes deducti, & ita sublimes verberibus cæti; tandem immenso quodam rogo & supra modum exardescente, hominum multitudine vndique circumfusa, comburantur. Ac dum adducebantur ad locum supplicij, miles quidam nomine Besas illis inter eundem opem ferre, & ijs, qui contumelia eos afficiebant, ex aduerso resistere laborat. Qui, cum populus contra eum propterea vociferaretur, inde illic abripitur ad iudicem, & in præclaro illo prælio pro pietatè suscepto, tamquam fortissimus Dei bellator strenuè & viriliter se gerens, securi demum percucitur. Alius quidam genere Afer, qui & appellatione Macar, & ob vitam beatam, quam diuinæ gratiæ subsidio degisset, verè Macar, id est, beatus fuit, cum ad fidei negationem, iudice eum ad eam rem magnopere cohortante, adduci non posset, viuus crematus est.

Epimachus etiam & Alexander non longo post tempore quàm vincti tenebantur, post horum martyrium multos dolores perpesti, dilaniati nouaculis, & flagellis lacerati, ad ^{CV.} extremum ardentissimis flammis circumiectis, absumpti sunt: quibus quatuor mulieres ^{EPIMACHUS ET ALIORVM MARTYRVM.} martyres adiungebantur, quarum prima ordine fuit Ammonarium sancta virgo, quæ, cum iudex diu illam admodum torfisset, vt pote constanter asserentem se nihil eorum aliquando dicturam quæ ille iussisset, eaque in sententia firmè perstaret, ad supplicium abducitur. Mercuria secunda erat, anus in primis veneranda: tertia Dionysia, quæ quamquam erat multorum liberorum parens, illos tamen Domino in amore minimè prætulit: quarta Ammonarium altera. Quæ tres, cum Præses vereretur ne incassum tormenta illis infligeret, & quodammodo vinceretur à mulieribus, nullum cruciamentorum genus amplius subire cogebantur: sed statim, capite obruncato, mortem oppetunt. Pro omnibus enim prior Ammonarium, tamquam in prima dimicationis acie locata, satis tormentorum exceperat.

^E Heron præterea, Ater, & Isidorus Ægyptij, & Dioscorus vnà cum illis, adolescens ^{CVI.} quindecim annos natus, iudici traduntur: & primum iudex adolescentem, tamquam ^{HERONIS ET SOCIO- RVM MARTYRVM.} facilem ad persuadendum, blandis verbis in fraudem inducere, tum velut remissum & flexibilem, ad fidem negandam tormentis impellere tentat. Sed Dioscorus neque persuasionem quidquam commorus est, neque iudicis omnino cessit sententiæ. Ceteros acerbissimè crudelissimeque verberibus dilacerat: quos cum tormenta magno & fidenti animo pro fide tolerare cerneret, rogo cremandos tradit. Dioscorum autem, cum propter singularem animi magnitudinem, quam palàm ostenderat, tum propter prudentissimam responsum, quæ ad singula rogata dederat, iudex magnopere admiratus dimisit, affirmans se propter ætatem certos dies illi velle concedere, quibus respiscendi haberet facultatem. Iam verò Dioscorus summa pietate eximius nobiscum est, expectans cum certamen prolixius grauiusque, tum amplius præmium & diuturnius. Porro Nemesis quidam, &

ille etiam Ægyptius, falsò in crimen vocabatur, quòd cum latronibus societatem iniisset: A
sed istam calumniæ notam ab eo alienissimam quidem cum coram Centurione diluisset,
iterum per indicem fuit delatus, quòd Christianus esset, vinculisque constrictus ad Præ-
sidem venit. Ille iniustissimus Præses beatum martyrem tormentis & verberibus duplo
gravioribus quàm latrones ipsos afflictaus, exemplo Christi inter latrones interiectum,
vnde non parum honoris adeptus est, feruido ignis exurit incendio.

CVII.
AMMONES
ET SOCIO-
RVM MAR-
TYRIVM.

Quædam verò militum turma derepentè accedit, nimirum Ammon, Zeno, Ptole-
mæus, Ingenes, & pariter cum illis senex Theophilus; qui pro tribunali se ipsi stiterunt.
Cum igitur quidam, quòd Christianus esset, in quæstione versaretur, & iam ad fidei ne-
gationem propenderet: isti assistentes, præ rei indignatione dentibus frendere, vultu nu-
tare, manus extendere, toto denique corpore gestus quosdam agere cœperunt. In quos
cum omnium ora essent conuersa, priusquam vlli alij in eos iniicerent manus, illi ipsi ad B
subsellia accurrere, se Christianos profiteri: sic ut cum Præfectus & assessores, qui aderant
ei in concilio, timore obstupescerent, tum Christiani, in quos iam inquirebatur, ad ea tor-
menta, quæ post essent passuri, toleranter sufferenda maximè confirmarentur: tum
denique iudices, qui essent contra eos sententiam pronuntiaturi, maximo metu ex-
horrescerent. Isti verò è foro gloriantes abscedere, & testimonio, quod Christo perhi-
buerant, summo gaudio exultare, per illos Deo gloriosos triumphos agente. Alij præ-
terea complures in urbibus & pagis agentes distracti erant, & quasi membratim discer-
pti: ex quibus vnum exempli gratia commemorabo. Ischyron cuiusdam magistratus
negotia mercede conductus procurat: is qui eum conduxerat, iubet idolis sacrificare:
quem, cum mandato minus obsequeretur, cœpit conuictijs lacerare: at cum constanter
fidei inhæresceret, grauibus afficit contumelijs: atque ut vidit eum pacatè atque tran- C
quille omnia sufferentem, arrepto fuste præacuto, intestina ac viscera illius transfodit,
crudeliterque interim.

CVIII.
PROFUGI
ET EXTOR-
RES CHRIS-
TIANI.

Quid attinet percensere multitudinem eorum, qui in solitudine & montibus vagi
errantesque, fame, siti, frigore, morbis, latronibus, bestiis fuerunt extincti? quorum ele-
ctionis beate & eximie victoriæ quamquam testes sunt ij quibus adhuc in illo numero
vita superest, tamen vnum aliquod facinus proferam, quòd res istæ sint exploratiùs cogni-
tæ perspectæque. Chæremone Episcopus ciuitatis quæ Nilopolis dicitur, cum iam planè
grandis esset & ætate propè exacta, vnà cum vxore sua ad montem Arabiæ confugiens,
neque post reuersus est, neque vsquam eos quispiam videre potuit. Et licet fratres iam
aliquoties eum cum vxore quærent: tamen neque ipsos, neque corpora eorum vsquam
reperire potuerunt. Permulti certè in eo Arabico monte erant à barbaris Saracenis facti D
capriui: quorum alij ægre quidem & vix ingenti pecuniæ summa redimi potuerunt, alij
hactenus nullo modo. Atque ista, mi frater, non frustra equidem dicendo profectus
sum: sed ut cognoscas, quantæ & quàm acerbæ calamitates apud nos obrigerint, quas qui
fuerint magis experti, plura de illis & sciunt, & dicere possunt.

CIX.
a apud Em-
fib. ibid
li. 6. cap. 34.
in fm.

**DE LAPSI-
S POENITEN-
TIIS.**

Hæc etiam paulò post attexit: Illi igitur diuini martyres, qui iam Christi tamquam
assessores sunt, & regni eius confortes, participes iudicij, & illius in hominibus iudicandis
sententiam approbantes ferunt: dum erant apud nos, nonnullos è fratribus, in quibus
crimen sacrificandi idolis inhærebat, qui que à fide excidissent; cum conuersionem ac
pœnitentiam eorum perspicerent, eamque posse acceptam fore ei, qui omnino non
vult mortem peccatoris, satis exploratum haberent: ad se denuò admittunt, recipiunt
in Ecclesiam, conuentus cum illis celebrant, ineunt societatem precum, & epularum E
communione vnà vtuntur. Quid igitur consilij nobis, fratres, datis? quid censeis nobis
agendum esse? illis ne suffragabimur? eiusdem cum illis erimus sententiæ? iudicium eor-
um sequemur? modum tenebimus benignitatis? his, quorum illi miseri sunt, benefici
& clementes erimus? an contra eorum iudicium irritum & inane faciemus? eorum
sententiæ nos ipsi constituemus animaduersores? clementiæ inhumanitas resiste-
mus? refringemus institutum? Deum denique ad iram prouocabimus? At hæc postea
à Dionysio scripta esse sub Cornelio, cum Nouatianus schisma fecisset, testatur Eusebius;
à nobis autem hic relata, quòd de persecutione sub Decio narrationem contineant. quæ
verò post hæc eadem epistola Dionysius narrat, suo loco opportuniùs dicentur. Quod au-
tem ea epistola Dionysius visus sit titubare & anceps esse, an lapsis pax continuò reddenda
foret: quæ recens post schisma Nouatianorum oborta fecerant Romanum Pontificem
& Cy-

A & Cyprianum à seuera disciplina ad tempus necessaria ex causa deflectere, eiusmodi du-
bitationis tribuerunt occasionem, sed hæc inferius.

Passi tunc etiam in Thebaide Timotheus & Maura coniuges, quorum natalis dies CX.
Ecclesiasticis tabulis^a habetur adscriptus. In Menologio enim hæc de eisdem breuiter
scripta leguntur: Arianus in Thebaide Præses Timotheum & Mauram coniugem Chri-
sto addictissimos sentiens, apprehendi iussit: ac primum, ut perterrefaceret coniugem,
virum eius dirissimè cruciat suspensum deorsum capite, freno ori eius appposito, cuius rei
aspectu Maura maiore fidei ardore succensa, læta se obrulit supplicio: à qua primò auulsi
sunt capilli, deinde digitorum extrema præcisa, ac feruenti aqua perfusa. Demum ambo
cruci affixi, nouem post dies, Deo laudes canentes, in Domino obdormierunt.]
hæc ibi.

^aRom. Mar-
tyrolog die 3.
Mag.
MARTYRES
THEBAI-
DIS.

B Quod rursus spectat ad eos, quos Dionysius ait, relicta patria, montium solitudinem CXI.
desertalique regiones petijisse; vnus ex illorum numero Paulus fuit, qui ea benè vñs oc-
casione, quàm primum timore correptus petijt solitudinem, eam ut bonorum omnium
sibi conciliatricem lubentissimo animo coluit, permanisitque vsque ad sextum Constan-
tij filij Constantini Imperatoris annum. hic ille Paulus, qui inter anachoretas principem
locum tenet, cuius res gestas S. Hieronymus disertè admodum copioseque est profecus:
qui cum sub Decio & Valeriano hunc ipsum dicat factum extorrem, ea de causa
Valerianum apposuit, quòd Decio in Persas proficiscente (ut dicemus) Valerianus Ro-
mæ Principis vicem ageret, & Christianos edictis exagitaret. Ceterum hoc ipso initio
Decianæ persecutionis, Paulum eodem quo & alij, quos tradit Dionysius, tempore soli-
tudinem profugum petijisse, quæ paulò post dicturi sumus, facilè demonstrabunt.

DE PAVLO
PRIMO
EREMITA.

C Sed quæ idem S. Hieronymus in eius Vita exordio de eiusmodi persecutionis acer-
bitate præfatur, hic attexere operæ pretium ducimus: Multas, inquit, apud Ægyptum
& Thebaida Ecclesiâs tempestas sæua populata est. Voti enim tunc Christianis erat, pro
Christi nomine gladio percuti: verum hostis callidus tarda ad mortem supplicia conqui-
rens, animas cupiebat iugulare, non corpora; & ut ipse, qui ab eo passus est, Cyprianus
ait, Volentibus mori, non permittebatur occidi. Cuius ut crudelitas notior fiat, duo me-
morie causa exempla subiicimus. Perseuerantem igitur in fide martyrem, & inter equi-
leos laminaeque victorem, iussit melle perungi, & sub ardentissimo sole ligatis manibus
post tergum resupinari; scilicet ut mulcarum aculeis cederet, qui ignitas sartagine antè
superasset. Alium, iuuenili ætate florentem, in amœnissimos hortulos præcepit abduci,
ibi que inter lilia candentia & rubentes rosas, cum leni iuxta murmure aquarum serperet
rius, & molli sibilo arborum folia ventus prætringeret, super extractum plumis lectum
resupinari; & ne se inde posset excutere, blandis serico nexibus irretitum relinqui. Quò
cum, recumbentibus cunctis, meretrix speciosa venisset, cœpit delicatis stringere colla
complexibus; & quod dictu quoque scelus est, manibus attrectare virilia, ut corpore in
libidinem concitato, se victrix impudica superiaceret. Quid ageret miles Christi, & quò
se verteret, nesciebat: quem tormenta non vicerant, superabat voluptas. Tandem cæ-
litus inspiratus, præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit, ac sic libidinis
sensum succedens doloris magnitudo superauit.

CVII.
SAEVITIA
HVIVS PER-
SECVTIO-
NIS.

Per idem ergo tempus, quo talia gerebantur apud inferiorem Thebaida, cum fore
iam viro tradita, post mortem amborum parentum, in hereditate locupleti Paulus reli-
ctus, annorum circiter quindecim, litteris tam Græcis quàm Ægyptiacis apprime erudi-
tus, mansueti animi, Deum valdè amans: & cum persecutionis procella detonaret, in
villam remotiorem & secretiorem secessit. Verum

CVIII.
PAVLI PRI-
MI EREMI-
TAE IN
EREMVM
PROFE-
CTIO.
^bVirgil. Æ-
neid. 3.

(Quid^b non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?)

fororis maritus cœpit prodere velle, quem celare debuerat. Non illum vxoris lacrymæ,
non communio sanguinis, non spectans cuncta ex alto Deus ab scelere reuocauit. Ad hæc
instabat crudelitas, quæ pietatem videbatur imitari. Quod vbi prudentissimus ado-
lescens intellexit, ad montium deserta confugiens, dum persecutionis finem præstola-
retur, necessitatem in voluntatem vertit: ac paulatim progrediens, rursusque subsistens,
atque hoc idem sæpius faciens, tandem reperit faxeum montem, ad cuius radicem haud
procul erat grandis spelunca, quæ lapide claudebatur: quo remoto, ut est cupiditas ho-
minum occulta cognoscere, auidius explorans, animaduertit intus grande vestibulum,

Annal. Eccl. Tom. 2.

O O 3

quod.

quod, aperto desuper cælo, patulis diffusa ramis vetus palma contexerat, fontem lucidissimum ostendens, cuius riuum tantum modò foras erumpentem statim modico foramine, eadem quæ generat aquas terra sorbebat, &c.] hæc de fuga, & loco, quem sibi Paulus ad habitandum delegerat, habet sanctus Hieronymus.

CXIV.
QUO TEM-
PORE PE-
TIT PER-
MVM PAV-
LYS.

^a In Romano
Martyrolog
die 10. Aug. b

Sed quòd ait, tunc Paulum deserta petijisse, cum Cornelius Romæ & Cyprianus Carthagine subière martyrium; sic intelligendum est, eadem persecutione urgente Paulum secessisse, qua Cornelius & Cyprianus martyrio sublato sunt. nam licet non simul regnarent Decius atque Valerianus, fueritque breui aliquo pacis interstitio ea persecutio interrupta; tamen quòd iisdem edictis, quibus promulgata, etiam continuata ac iterum repetita fuerit, vna eademque censetur, ac Decij pariter & Valeriani nomine dicta: quod alibi notauimus^a, & inferius etiam dicturi sumus. Ceterum ex Hieronymi sententia dicendum esse, hoc ipso Decij persecutionis exordio Paulum factum extorrem, eius auctoritate perspicuè declarabimus. Cum enim dicat, Paulum centesimum ac tertium decimum egisse ætatis annum, quo eum inuisente Antonio, ex hac vita decessit, cum Antonius tunc nonagenarius esset, quem vixisse idem tradit annum centesimumquintum: cumque eiusdem Hieronymi testimonio id affirmantis in Chronico, habeatur, decessisse Antonium anno vigesimoprimo Constantij, atque Paulo superuixisse annos quindecim: colligitur Paulum obiisse anno sexto Constantij absoluto, & septimo inchoato, qui numeratur Christi annus trecentesimus quadragesimustertius: qua ratione cum (vt dictum est) eo anno, quo Paulus obiit, esset centum & tredecim annos natus; necesse est affirmare, hoc ipso anno ducentesimo quinquagesimotertio ipsum fuisse ætatis annorum vigintrium.

CXV.
PAVLI
ÆTAS.

Tantum igitur abest, vt post hæc Paulus sub Valeriano solitudinem petierit, vt, si quis affirmare velit eum quindecim annos natum (vt multi perperam S. Hieronymi sententiam interpretantur) in eremum concessisse; dicere opus sit, non sub Decio & Valeriano, sed sub Gordiano, quo tempore pax summa in Ecclesia erat, factum hoc esse. Quamobrem ætas illa Pauli annorum quindecim non ad tempus, quo secessit in solitudinem, referenda est; sed quòd tot annos tunc natus erat, cum parentibus fuit orbarus: idque manifestè significare voluisse Hieronymum illis verbis: Post mortem amborum parentum in hereditate locupleti Paulus relictus est annorum circiter quindecim.] & quod proximè dixerat: Per illud tempus, quo talia gerebantur,] ad ea esse referendum, quæ subdit: Cum persecutionis procella detonaret.] quæ sane verba si alio accipias sensu, Hieronymum sibi ipsi repugnantem atque mendacem (quod nefas est dici) de numero annorum Pauli in eremum secedentis efficias. Sic itaque ex eiusdem S. Hieronymi sententia præstat dicere, ipsum annum agentem decimumquintum parentibus esse orbatum: hocque anno eius ætatis vigesimotertio, ipso primo persecutionis impetu exturbatum, rus paternum prius, indeque confugisse in longè positos montes; noctumque opportunam sibi ad institutum paratam speluncam, quod superfuit vitæ usque ad annum centesimum decimumtertium, incognitum permansisse.

CXVI.
ORIGENIS
CERTA-
MEN.
^b Epiphani.
heres. 64.
^c Euseb. li. 6.
cap. 32.

His de persecutione in Ægypto sub Decio facta narratis, reliquum est vt Origenis quoque attexamus certamen, quod Alexandriæ exhibitum esse, Epiphanio^b auctore traditur. de quo hæc Eusebius^c: Quot afflictionum genera & quàm grauiam Origeni hac turbulenta persecutionis tempestate contigerint, & quo pacto maleuola diaboli inuidia contra eum incensa (qui omnibus copijs tamquam hostis infestus enixè aciem aduersus illum instruebat, omnibus machinis, omni virtute & potentia contra eum dimicabat, & præter ceteros omnes ab eo illo tempore impugnatos, in hunc potissimum impetum faciebat) magis magisque augetur: qualia etiam & quàm acerba pro Christi verbo & doctrina perpeffus sit vincula, quæ corporis tormenta, quæ supplicia ex catena ferrea in interioris carceris recessu collo impacta; & quo modo permultis diebus pedes ad compedes ligneos intrusi, quatuor foraminum interstitijs interpositis, distractione quadam distenti fuerint; quæ ignis & incendij oppositæ minæ; quas præterea ab inimicis inflicta carnificinas toleranter pertulerit: qualem exitum, dum iudex omnibus viribus & toto corpore (vt dicitur) instaret, vt vita eius ad doloris morsus amplificandos amplius protraheretur, eius res habuerint: denique quas post illa & quàm pias voces, easque plenas solatij, ijs qui opis & auxilij in rebus aduersis indigent, scriptis reliquerit, permultæ sunt illius epistolæ, quæ verè accurateque commemorant.] hucusque de Origenis certamine Eusebius.

Verum

A Verum quonam modo Origenes è vinculis elapsus sit; an quòd adueniente pace, sicut alij plures, solutus vinculis fuerit; an verò quòd (vt alij volunt) thus obrulerit, haud satis compertum habetur. Apud Epiphanium certè negationis eius turpissima illa ac plane nefanda assertur causa, his verbis^a. Multa sunt forra facta, quæ per traditionem referant veteres de hoc viro. Sed non permanserunt ipsi quæ ad præmium consequendum pertinent, in finem: propter eminentissimam enim sanctitatem eius atque doctrinam, ad multam inuidiam deuenit; & per hæc magis irritabat eos qui illo tempore principalem potestatem administrabant. Per diabolicam verò malignitatem excogitauerunt malitiei operatores, quo modo turpitudinem viro impingerent, & plagam talem decernerent: ita vt in abusum corporis ipsius Æthiopem ipsi subornarent, aut sacrificare iuberent. Ipse verò non ferens diabolicæ operationis versutiam, proclamauit, vtrisque rebus sibi propositis, sacrificare se potius velle: non tamen spontanea mente hoc potius perfecit, velut magna de hoc fama refert. Sed quandoquidem omnino confessus est se facturum hoc esse, iniecto in manum eius thure, ipsum ad aræ rogam adduxerunt: atque sic à confessoribus ac martyribus tunc re cognita reiectus est. Verum in Alexandria hoc passus, & non potens ferre exprobrantium sannas, discessit: & Palæstinam, hoc est, Iudææ terram, inhabitare elegit. Cum itaque peruenisset Ierosolymam, velut talis enarrator & eruditus vir, compellebatur à sacerdotibus in Ecclesia docere. Et cum multum coëgissent ipsum hi qui Ierosolymis sacerdotum sanctæ Ecclesiæ administrabant; surrexit, & dictum Psalmi quadragesimonomi prolocutus, totam distinctionem præterijt. sic enim dicit Psalmus^b: Peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Et complicatum librum deposuit, & cum fletu ac lacrymis cecidit, omnibus simul cum ipso plorantibus.] hæc apud Epiphanium de lapsu eius.

Ceterum in libro illo qui Lamentationes, seu Pœnitentia Origenis inscribitur, quem tamen Gelasius^c adnumerat inter apocrypha, alia adumbratur potius quàm describitur causa lapsus illius, cum dicitur: Tu nosti Domine quia inuitus cecidi: volens alios illuminare, me ipsum obscuravi: nitens alios de morte ad vitam reducere, me ipsum ad mortem perduxi: volens alios repræsentare Deo, me ipsum à Deo separavi: volens enim pro pietate inueniri, contra pietatem inuentus sum: procedens enim contra iniquorum congregationes, & arguens, ibi pessimum diaboli errorem inueni: nesciens certantium varias insidias, ad Dei eos cognitionem prouocabam. Igitur post multas scrutationes promiserunt mihi astutias infelici. Postquam verò profectus sum ab eis, diabolus eadem nocte transformatus in Angelum lucis asserbat mihi: Diluculo exurgens perge, & persuade eis, & adduc eos Deo; si tibi verbum propositum sunt: quòd si assenserint, sine vlla intermissione facito, nihil dubitans propter multorum salutem. Et rursus diabolus antecedens acuit contra me miserum consilia maligna, vel hypocrites & dolos spargit in eis. Ego verò infelix valdè diluculo de stratu exiliens, nec orationem quidem consuetam implere potui; sed desiderans omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, me ipsum laqueis diaboli implicavi.

Abijigitur ad iniquos, & petens ab eis petitiones hesternas, nesciens & ad Baptisma perueni. O cor obcæcatum, quo modo non recordabar? O stulta mens, quo modo non recogitasti? O indistincta discretio, quo modo non intelligebas? O sensus intelligentiæ, vbi dormiebas? sed ad somnum te diabolus prouocauit, & infelicem animam mortificauit: ligauit fortes meos^d, & abstulit scientiam meam; ligauit fortes meos, & vulnerauit me. Voce respondi, & maculatus sum: sine malo sic collocutus, & maligna perpeffus sum. Consilium circa me erexit diabolus, & iniquam vocem contra me dimisit: Origenes (inquit) sanctificauit. O diabole, quid fecisti mihi? O diabole, quo modo vulnerasti me? Flebam aliquando super Sampsonem; sed peiora perpeffus sum. Flebam super Salomonem; & deterius cecidi. Flebam super omnes qui peccauerunt; & in omnibus eis apparui. Sampsoni coma capitis deest: meo verò de capite corona gloriæ cecidit. Sampsonis oculi carnales obcæcati sunt: mei verò perforati & spirituales sunt. Sed illum mulier ad insidias perduxit: mea autem lingua ad ruinam peccati me traxit.] hæc & alia Origenes amarissimè luges, si tamen eius Lamentationes esse dixerimus. Sed quodnam illud crimen fuerit, haud ex verbis eius satis potest intelligi. nec quidem si ab hæreticis an Gentilibus seductus sit, satis hæc indicant, quæ & ab recitata nuper ex Epiphanio historia procul abhorrent.

O o 4

Atqui

CXX.
ORIGENIS
LAPSVS IM-
PVGNATVR.

Atqui sicut libellus iste à Gelasio (vt dictum est) velut adulterinus respuitur : ait etiam , an ea quæ ex Epiphano recitauimus , verè ne sint ab Epiphano scripta , vehementer dubito , quippe quòd compertum habeam , Epiphanium alibi , dum de Origene , ab his planè diuersa affirmare videri , dum hæc scribit in libro de Mensuris atque ponderibus : Floruit Origenes à temporibus Decij vsque ad Gallum & Volusianum .] Cum enim hi successores Decij fuerint : quòd dicit , floruit , haud debet intelligi (quod dici solet) vixit , sed splendorem gloriæ eius ex scientijs comparatum horum Imperatorum temporibus , eoquæ sensu vltus ea voce videtur Epiphanius : nam si tum lapsus esset , haud , floruit , ille dixisset . Sed confirmant hæc quæ sequuntur eiusdem Epiphaniij verba , dicentis : Ceterùm in persecutione à Decio facta & ipse Origenes multa passus , ad finem martyrij non peruenit . Verùm delatus est in Cæsaream Stratonis , &c .] id namque & Eusebius tradit , nimirum eum multa passum , sed ad martyrium tamen minimè peruenisse . Ceterùm ad Epiphanium ea ab aliquo fuisse addita , non leuem coniecturam ex S . Augustino sumimus , qui de duplicibus Origenianis hæreticis verba faciens , ea omnia se ab Epiphano mutuatum esse testatur : cumquæ eorum impia recensent dogmata , nihil prorsus de Origenis negatione habet : quam vel obiter attigisse , si eam apud Epiphanium reperisset , facile adducimur vt credamus .

CXXI.
COMMENT-
TITIA
SCRIPTA
DE LAPSV
ORIGENIS.

Rursum verò , vt commentum existimemus eiusmodi Origenis lapsum , ea quoque potissimum ratione suademur , quòd qui pro eo scripserunt apologias , Pamphilus , seu potius Eusebius eius nomine , atque Rufinus ; cum omnes æquè intenti sint illum ab hæresi immunem reddere , de impietate verò seu apostasia nullus excusat ; quòd scilicet nullum ab aliquo ea de re negotium exhibitum esset : quòd si vel leuissima qualibet coniectura aduersarij eius , quos multos semper habuit , obiecare potuissent , haud certè conticuissent , sed obiecitissent isti , & illi diluissent . Videntur sanè hæc de lapsu Origenis ignorasse pristina sæcula ; cum rem tantam , rantiqûe viri non inter Christianos solum , sed ob intignem eruditionem , quam & Gentiles philosophi admirabantur , inter Ethnicos quoque notissimi , qui eidem aduersabantur , silentio præterierint . Nam Dionysius , qui hoc ipso viuere tempore , & res Alexandrinæ scriptis est persecutus , & alij eius gloriæ æmuli , quorum , teste Eusebio , non exiguus numerus erat : sed & ipsi veritatis amatores , & Origenis oppugnatores S . Hieronymus , Theophilus Alexandrinus , & alij eorumdem temporum Catholici tractatores , nequidquàm eiusmodi , quæ ad suggillanda eius quoque dogmata admodum opportuna visâ fuissent , vel nuntio saltem locuti sunt . Sed quòd nec qui posterioribus temporibus vixerunt , cum de Origenis scriptis controuersia fuerunt iterùm ore omnium diffamata , & Iustiniano Imperatore agente , omnes quotquot paterent , vel laterent in Origenis libris errores , in odium Origenitarum in Palæstina iterùm emergentium denuò resossi , Synodicis decretis & Imperatorijs litteris in Ecclesia oculis omnium fuerunt expositi ; de eiusmodi scelere , quòd Epiphaniij nomine , testimonio tanti viri , videretur innotuisse , mouerint quæstionem , vel proposuerint assertionem . Certè quidem in ignominiam illum sectantium , ac mordicus defendentium , tam insignis infamiæ titulus erat præ cunctis foribus assignendus .

CXXII.
PORPHY-
RVS LAV-
DATOR O-
RIGENIS.

Et quo magis magisque impellor , vt credam , totum id quòd dictum est de eiusmodi Origenis lapsu , patens esse commentum & affectatam calumniam , illud est , quòd Porphyrius , Christianorum hostis infensissimus , & (vt ex Eusebio vidimus) Ecclesiæ gloriæ inuidus , cum celeberrimum illum Ammonium Christianum philosophum à fide Christi ad Ethnicos descivisse non erubuerit mendacissimè litteris prodere ; quid non de Origene , obsecro , dixisset , quem Plotino suo præfert , & mirificè laudat ; si ea de Christo ab eo negato verè dicere ac firmiter asserere ei licuisset ? Viuebat eodem planè tempore , nec fama solum , sed vultu hominem probè nouerat , quocum & se diu versatum esse testatur in ea quam post hæc tempora scripsit Plotini Vita , in qua virum egregijs laudum titulis cumulatè satis ornat : nec ausus est Origeni notam inurere , sicut Ammonio : quòd Origenis memoria recentior esset , & eius confessio omnibus adèd innotuisset , vt ne exiguus quidem locus videretur patere mendacio , vel leuis componendæ calumniæ occasio esse sibi relicta . Hæc sunt quæ à sententia de Origenis lapsu nos admodum distrahunt atque dimouent ; cum alioqui in dogmatibus homini minimè faueamus . Procul namque ab illis scriptoribus abhorremus , qui cum in quempiam hæreticum iure improbatum atq , damnatum inuehantur , cetera quæcumque possunt in eundem ,

• Porphyrii in Vita Plotini, & Euseb. lib. 6. cap. 19. b. Cæren. in Compendio.

A nullo habito veritatis diligentiori examine , facinora congerunt & amplificant : aguntque cum miserrimo illo , perinde ac cum eo qui damnatus ac interdictus aqua & igni , omnium contumelijs ac cædibus passim videatur expositus : acciditque interdum , vt zelus nimius pro veritate susceptus , suo impetu transgredi faciat veritatem .

Licet autem Eusebius (quod sæpe diximus , atque refellimus) Origenis laudes , quæ liber captata occasione , parum sincerè interdum fuerit persecutus , tamen in iis , quæ de Origenis confessione scribit , haud existimamus fuisse mentitum , cum antiquorum neminem habuerit repugnantem . Tanti enim viri lapsus , qui semel diffamatus præstantia delinquentis omnibus innotuisset , haud eius generis videbatur , qui potuisset celari , & quous superinducto colore ab Eusebio contegi , vel fucò oblini ; quippe qui non in Orbis angulo , sed Alexandriæ , in quam (vt aliàs diximus) velut in Orbis theatrum ex quatuor Orbis partibus diuersis ex causis homines conuenirent , admissus fuisset . Er quoniam pactò , quælo , vnus Eusebius in totam Orbem hæc inclamantem valuisset obniti ? Vel esid id quoque adèd temerè aggressus esset , quo modo (vt de ceteris in Origenem illatis criminibus facit) nihil penitus ad eum excusandum & calumniam refellendam in medium adduxisset , & adèd perfricta fronte confessorem laudasset , quem , toto Orbe teste , negasse , in confesso omnibus esset ? Ceterùm scimus , quæ Epiphaniij nomine scripta inuentor essent , à nonnullis vt verè Epiphaniij credita citati , vt inter alios à Leontio a Scholastico , qui post sexcentimum Christi annum vixit : iisdemque Zonaras b , Suidas c , Nicephorus d annuerunt , & si qui alij recentiores , siue Græci , siue Latini auctores : non tamen S . Hieronymus , & alij eius sæculi viri eruditi & Orthodoxi , qui eum impugnabant ; non S . Augustinus , non deniq ; qui eodem claruit tempore Vincentius Lirinensis , vel alij qui de eorum pluribus egerunt , qui nec tale quippiam de Origene vel saltè se suspicatos esse demonstrant . Hæc de his satis : de Origenis verò obitu , qui paulò post contigit , suo loco dicemus .

At institutam semel de persecutione Decij orationem ordine prosequentes , narratis iis quæ gesta sunt in Agypto ; quid in Palæstina , ac præsertim aduersus Alexandrum illum fama celebrem Ierosolymorum Episcopum factum esse tradat Eusebius e , describamus . Alexander , inquit , Ierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopus , in Palæstina rursum , vbi Cæsareæ propter Christum Præsidis tribunali stetit , & magnam fuisset ex secunda suæ fidei confessione commendationem adeptus ; iam extrema senectute & veneranda planè canitie eximius , carceris cruciatu denuò afflictatus est ; quo quidem post præclarum & illustre testimonium fidei Christianæ Præsidis tribunali datum , morte in carcere confopito , Mazabenes successor eius in Episcopatu Ierosolymitano declaratur .] hæc Eusebius : qui etiam alibi f de eodem Alexandro in carcere defuncto citat epistolam Dionysij Alexandrini .

Eiusdem quoque Eusebij testimonio habetur expressum (quod & superius diximus) inter cetera clarissima monumenta ab eodem Alexandro collectam ac diligenter extructam fuisse Ierosolymis nobilem bibliothecam , quæ nequaquam Diocletiani incendio conflagrasse videtur : nam idem Eusebius integram ad sua tempora perseuerasse , & complura se inde collegisse testatur . Cæsareæ quoque in Palæstina nobile martyrium subiit Reparata virgo h : quæ post alia tormenta , in crate ferrea semiustulata est , & sic (horrendum visum) deformata per ciuitatem ducta , præclamante præcone , Sic tractari feminas Christianas . Quæ cum , quacumque duceretur , ad fidem hortata esset Christianos ; alijs superatis tormentis , capite truncata est . hæc ex Actis ipsius . Quo etiam tempore Emesæ in Phœnicia passi habentur Galation & Epistemes insignes martyres i , quorum omnium certus natalis dies Ecclesiasticis tabulis consignatur hoc elogio : Hi in persecutione Decij flagris cæsi , manibus pedibusque & lingua mutilati , denique truncato capite , martyrium consummarunt .

Eodem quoque tempore (inquit Eusebius k) Antiocheno Episcopo Babyla ad exemplum Alexandri , post fidei confessionem , in vinculis vitam deferente , Fabius ibi Ecclesiæ præficitur .] hæc ipse , qui & in Chronico hoc eodem anno eius martyrium ponit . Epiphanius etiam ac Hieronymus m , eum sub Decio passum , æquè consentiunt . Quocirca tot antiquis testibus de eadem re fidem facientibus , hallucinari recentiores non dubitamus , qui sub Numeriano eum martyrio coronatum affirmant , temporum ratione partim contradicente ; cum non Babylas , sed alius eo tempore Antiochiæ sedisse reperiatur Episcopus . quam quidem opinionem vt alij vtrumque defenderent , recentem quempiam Babylam

CXXIII.
MAIORIBVS IN-
COGNITVS
ORIGENIS
LAPSVS.

a Locutins de Sc. 7. ab. 10. b Zonar. An. nat. lib. 2. c Suid. in verb. Origenes. d Niceph. li. 9. cap. 24.

CXXIV.
PERSECVTIO IN PALAESTINA.
e Euseb. li. 6. cap. 32.

f Euseb. li. 6. cap. ultimu.

CXXV.
MARTYRES PALAESTINAE.

h In Rom. Martyrol. g. die 8. Octobr.

i Martyrol. Rom. die 5. Nouemb.

CXXVI.
DE BABYLAEMARTYRIO.
k Euseb. li. 6. cap. 32. l Euseb. lib. d. mensur. m Hieron. de Script. Eccl. in Alexan. d. 10.

^a Martyrol. Rom. die 24. Ianuarij. ^b Extat apud Sur. die 1. Feb. tom 1.

CXXXVII. TRES PYE-RI CVM BABYLA PASSI.

^c Io. Chrysof. orat. in Inuent. S. Max.

CXXXVIII. ACTA BABYLAE MARTYRII

CXXXIX. PERSECUTIO IN PONTO. Greg. Nyss. in Vir. Greg. Thaumaturgi.

GREGORII PVGA.

CXXX.

GREGORIVS FRVSTRA QVARETIVR.

Babylam antiquioribus penitus ignotum excogitarunt. sed de his pluribus in Notationibus ^a egimus, vt non sit opus eamdem hic controuersiam refricare. Fortasse inde error irrepsit, quod tempore Decij erat Numerius exercitus dux, qui Christianos sauisimè persequebatur, de quo in Actis Isidori militis ac martyris mentio habetur ^b.

At de Babyla ac socijs hæc in tabulis Ecclesiasticis, natali die ipsorum: Antiochiæ S. Babylæ Episcopi, qui in persecutione Decij, postquam frequenter passionibus suis & cruciatibus glorificauerat Deum, gloriosæ vitæ finem fortitus est in vinculis ferreis, cum quibus & suum corpus sepeliri mandauit. Referuntur etiam passi cum eo Vrbanus, Prilidianus, & Epolonius, quos ille in fide Christi instituerat.] hæc ibi. Eadem quoque die agi solitam cum Babyla Trium puerorum celebritatem, Ioannes Chrysofomus ^c quoque testatur. Verum quod ad Babylæ martyrium spectat, discrepare ab Eusebio videtur Chrysofomus, qui eum non in carcere mortuum tradit, sed foras ductum ad cædem. Qui quidem vnus proferens Babylam, vt omnes Gentilium errores impugnet, de martyrio eius, & causa quæ antè præcesserat, historiam texit, quâ summam collectam hic subnectimus.

Tradit enim, Imperatorem Antiochiæ agentem, Regis cuiusdam filium obsidem contra ius gentium crudeliter occidisse, indeque in Ecclesiam Christianorum, vt templo Dei inferret iniuriam, contumeliosè venisse; ac resistentem sibi intrepidè Babylam nactum, cum ceteris vincitum in carcerem trudi, ac denique ad supplicium duci iussisse: ipsum verò mandasse vnâ simul se cum catenis, quibus vincitum esset, sepulturæ dari. Ac demum de eo hæc subdit: Extant etiam cum Babylæ cineribus compedes, Ecclesiarum Præfectos omnes commonefacientes, vt vinciri, vt iugulari, vt quiduis pati oporteat: certè omnia prompto atque alacri animo, ac magna item cum voluptate sustinenda, vt concreditæ nobis libertatis ne leuissimam quidem partem prodamus, aut contaminemus.] eum enim ductum fuisse & iugulatum, significare videtur, non autem in carcere obiisse. Regemque illum quem obiurgauit, etsi non nominet, fuisse Decium, qui in Syriam profectus est aduersus Persas bello decertaturus, potest intelligi: quod contigisse putamus circa finem præsentis anni, quo Decius illuc peruenit. Quæ verò tempore Iuliani Apostatæ in ossa S. Babylæ ad Daphnen sepulta debacchantis acciderint immentia prodigia, suo loco dicturi sumus. At ad res gestas in Ponto sermonem conuertamus.

Hæc itidem virgente persecutione, non sine diuino consilio Magnus ille Gregorius Thaumaturgus (perinde ac Cypriano contigit) furorem declinans Gentilium debacchantium, recessit in solitudinem: qui & suis, vt idem facerent, persuasit. Id quidem Gregorius Nyssenus ^d, vbi persecutionis acerbiter describit, sic ait: Cum ergo tunc imbecillitatem naturæ vidisset vir ille Magnus, vt pote quod multi non possent pro pietate usque ad mortem decertare; consuluit Ecclesiæ, vt parumper cederet terribili irruptioni: dicens, esse melius fugiendo suas conseruare animas, quàm, si starent in acie certaminum, esse ordinum fidei desertores. Et vt maximè persuasum esset hominibus, nullum animæ asserre periculum, si fuga fidem seruarent: suo exemplo eis consuluit, vt secederent; ipse ante alios cedens vehementi periculo.] hæc quidem Gregorium, diuino quodam instinctu doctum & alieno periculo, magna suorum vtilitate fecisse, certissimum est. Nam (vt vidimus) immensus erat vbiq; lapsum numerus, quos furor persecutionis turpiter deiecerat, eorum scilicet quos non timor cautos fecerat, sed præsumptio reddiderat frustra securos. Hæc verò Gregorius suæ prudenter suadens Ecclesiæ, nullius lapsum ingemuit.

At hæc Dei consilio ab eo facta esse, quæ subdit Nyssenus facillè monstrant, dum ait: Simul autem his quodque, penes quos erat potestas, hoc maximo erat studio, vt illo tamquam duce exercitus expugnato, omnem fideiaciem frangerent & dissoluerent. Et idè inimici magnopere studebant, vt ille in eorum veniret potestatem. Ipse autem cum desertum quemdam collem occupasset, secum habens eum qui ex Aedituo adductus fuerat ad fidem ab initio, iam modò diaconatus gratiæ inseruientem: cum qui persequebantur, magna multitudine sequerentur eorum vestigia; à quopiam eis ostenso loco in quo abscondebantur, alij quidem vallem colli subiectam circumseptam custodiebant, vt ei nulla ex parte liceret effugere, si ad hoc esset conuersus; alij autem cum in montem accessissent, & per omnem partem scrutantes iam Magno illi viro conspecti fuerant, rectè ad ipsum currentes. Ille autem cum iussisset ei qui erat cum ipso, vt staret certa & solida in Deum fiducia, & ei suam crederet salutem, manus tendens ad orationem, & nec, etiam si propè fuerint inimici, metu excutiatur fides. Præcepti autem exem-

A exemplum se præbuit diacono, fixo & stabili oculo cælum intuens, extensis manibus re-cta figura. Et hi quidem in his erant:

Illi autem cum ad eos accurrissent, & omnem locum diligenter inspexissent, omnemq; in rupe stationem, & omnem rupis accessum, & omnem à lacuna affectam concauitatem diligentissimè scrutati essent, rursum in vallem redeunt, quasi metu eorum; qui scrutabantur, ipse in fugam conuersus incidisset in manus eorum qui circumsidebant. Postquam verò nec ab ijs est inuentus; nec erat apud illos qui locum aspexerant, in quo Magnus ille degebat; signis descripsit eum: in quo affirmabant quæsitores, se neminem vidisse, nisi solas duas arbores à se ipuicem parum distantes. Cum autem recessissent qui quærebant, relictus index cum illum Magnum offendisset in oratione, & cum qui cum ipso erat, & diuinum cognouisset præsidium, per quod illi eis visi sunt arbores; accidit ad pedes eius & verbo credit, & qui paulo antè fuerat persecutor, fit vnus ex fugientibus.

Is ergo longo tempore manentibus in solitudine (bellum enim inualecebat aduersus fidem) & grauitè furente Præside in eos qui ad verbum pietatis accedebant, & omnibus in fugam conuersis; quoniam nulla spes erat relicta, fore vt Magnus Gregorius veniret in manus persecutorum, tunc omni sua rabie & acerbitate conuersa in reliquos, vbique per gentem scrutabantur omnes similiter viros, mulieres, & pueros, quibus Christi nomen erat venerabile: eosque trahebant in ciuitatem, & replebant carceres, pro aliquo scelere intentantes in eos crimen pietatis: adeo vt nulli ex rebus publicis tunc vacarent iudicia, nisi huic tantùm; quod iis qui tunc Imperium obtinebant, erat curæ, vt omnes contumelias, & omnia tormenta quæ excogitari poterant, in eos inferrent, qui fidem retinebant. Quo quidem tempore fuit omnibus longè euidentissimum, Magnum illum virum nihil consuluisset sine Dei numine. Nam cum se per fugam populo conseruasset, erat commune auxilium omnibus qui pro fide certabant. Sicut enim de Moyse ^a Exodi 17.

audiuimus, quod ab Amalecitarum acie procul remotus, per orationem ijs qui erant sui generis dabat vires aduersus inimicos: eodè modo ille quoq; animæ oculo intuens ea quæ videbantur, diuinum inuocabat auxilium ijs qui decertabant pro fidei confessione.

Cumque aliquando vnâ cum iis qui cum eo erant, pro more, Deum oraret; repente angore & animi perturbatione plenus, apertè præ se tulit ijs qui aderant, à se spectaculum videri alienum, seque id ægrè ferre, auresque obstruere, tamquam sono aliquo ad eum perueniente. Et non exiguo interiecto interuallo, cum toto tempore, quod intercessit, inflexibilis mansisset & immobilis: tamquam propositum spectaculum bonum esset exitum assecutum, ad suam redijt consuetudinem, & clara voce Deum laudauit, hymnum victoriae & gratijs agendis appositum pronuntians, quem sæpè audiuimus Dauid dicentem in Psalmodia ^b: Benedictus Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Iis autem admirantibus, & vt ex eo scirent rogantibus, quodnam fuerit hoc spectaculum, quod eius oculis subiectum est; fertur dixisse, se illo tempore magnum vidisse casum, prostrato diabolo à quodam adolescente in certamine pro pietate. Iis autem quod dicebatur adhuc ignorantibus, narrat eis apertius, quod illa hora quidam nobilis adolescens, maiori fretus auxilio, magnis sudoribus pro fide decertauit, à licitoribus productus ad Præsidem: nomen quoque adiecit, eum nominans Troadium: & quod post multa, quæ fortiter tulit, tormenta, fuit martyrij corona redimitus. Hæcque ita facta esse, vt ipse dixerat, ab eius diacono exploratum atque inuentum est: qui & Crucis signo munitus, & Gregorij precibus adiutus, dæmonum præstigias, atque feroces eorum insultus in balneo superauit.] Cum autem Gregorius Nyssenus comitem hunc fugæ Gregorij diaconum illum fuisse dicat, quem ex Aedituo ad Christi fidem conuerterat, atque in illud Ecclesiasticum munus præ morum integritate & fide sincera cooptrauerat: opportunum videtur, conscriptam ab eodem auctore de admiranda eius ad Christum conuersione historiam hic reddere, quod sit omni acceptione atque fide dignissima, & magnopere Christi gloriam atque potentiam, idolorum verò patefaciat vanitatem. Sic igitur ait:

Cum è remota illa solitudine viam urbem versus conficeret, nox autem deprehendisset, & cum vehementior pluuia retardaret, subit quoddam templum cum suis comitibus. Erat autem illud templum insigne, in quo qui colebantur dæmones, ad Aedituos apertè ventitabant, vt qui illic diuinarent, & responsa redderent. Cum autem subiisset templum cum suis comitibus, dæmones quidem confestim exterruit Christi nominis inuocatione: figura autem Crucis aëre expiatio, qui erat inquinatus nidoribus, illic man-

fit

CXXXI. GREGORIVS FACTVS INVISIBILIS HOSTIBVS.

CXXXII. PERSECUTIO GRATIVS.

^a Exodi 17.

CXXXIII.

GREG. ABSENS PRÆSTO EST CERTANTIBVS.

^b Psal. 125.

CXXXIV.

CERTAMEN TROADII.

CXXXV. DÆMON REDDITVS MVTVS PRÆSENTIA GRIGORII.

fit pro more totam noctem in orationibus & hymnis decantandis vigilans: aded vt esset in domum orationis transformatum templum, quod propter cruorem victimarum & simulacra erat abominandum. Cum hoc modo totam noctem peregisset, manè rursus cœpit vltra progredi. Cum verò Ædituus manè consuetum dæmonibus cultum exhibuisset, apparentes ei dæmones dicunt clamantes, non licere eis templum ingredi propter eum qui illic manserat. Is autem quibusdam piaculis vtens, & quædam sacrificia adhibens, per ea conabatur dæmones rursus in templo collocare. Postquam verò, eo nihil non experiente, erat ei labor irritus, cum dæmones non amplius pro more exaudirent eius vocationem: tunc ira percitus Ædituus, Magnum illum virum offendit, omnes in eum minas aperte intentans, se & eum ad magistratus delaturum, & manus illi allaturum, & audax eius cœptum Imperatoribus significaturum esse, quod cum esset Christianus, & diis inimicus, ausus sit templum ingredi; cuius ingressum esse auersatam, quæ in facris operatur, potestatem, nec amplius in eis locis habitare, vt solebat, diuinantem dæmonum operationem.] hæc ibi.

CXXXVI.
DIVINA
VIRTUS IN
IDOLVM.

Haud sanè absque diuina prouidentia factum esse reperitur, vt, cum celebriora quæ erant in Orbe oracula (vt dictum est superius) diuina virtute sint muta reddita, aliquo interdum in loco (vt hic accidit) permiserit Deus idolum dare responsa: nam id non ob aliam causam contigisse vidimus, nisi vt ex horum silentio postea Christi potenti virtute iisdem imperato, qui nam vocalia illa famosissima idola tacere fecisset, recentiori innotesceret experimento; simulque Christi aduersus dæmones vis atque potentia nouis exemplis cunctis Gentilibus palàm fieret; perducereturque quodam modò dæmon sapius certaturus in campum, vt de hoste deuicto atque prostrato Christus sæpè triumphans, Gentilitatem simul duceret sub Crucis vexillo captiuam: quod & feliciter accidit. Sed cœptam de Ædituo narrationem ordine prosequamur.

CXXXVII.
GREG. DÆ-
MONI IM-
PERAT.

Cum Magnus ille Gregorius temerariam & insolentem Æditui iram eximia representasset prudentia, & opposuisset omnibus eius minis verum Dei auxilium; & diceret se in eius qui pro eo pugnaret viribus tantà posuisse fiduciam, vt potestatem habeat expellendi dæmones vnde velit, & eos collocandi in quibus velit locis; & polliceretur se ea, quæ diceret, iam esse demonstraturum: admiratus Ædituus, & magnitudine potestatis obstupescens, rogauit vt in his ipsis suam ostenderet potestatem, & rursus in templum reduceret dæmonia. Cum Magnus autem ille hæc audisset, rupit breuem quamdam libelli particulam, & eam dedit Ædituo, in ea impressa quadam voce imperante dæmonibus: hæc autem verba continebat scriptura: Gregorius satanæ, Ingredere. Cum autem accepisset Ædituus libellum, altari imposuit. Deinde cum ei solitos obtulisset nidores & inquinamenta: rursus videt ea quæ prius viderat, antequam à templo essent exterminati dæmones.

CXXXVIII.
ÆDITVVS
CREDIT.

Cum hæc autem facta essent, cœpit cogitare diuinam quamdam virtutem esse in Gregorio, per quam visus erat esse potentior dæmonibus. Cum ergo eum esset rursus magno studio consecutus, priusquam venisset in ciuitatem, rogauit ab eo vt disceret mysterium, & quisnam esset ille Deus, qui sibi subiectam haberet dæmonum naturam. Cum autem paucis ei dixisset Magnus ille mysterium pietatis, ita affectus fuit Ædituus, vt verisimile est eum affici qui rebus diuinis initiatur; & opinatus est esse rem viliores & abiectionem, quam vt existimaretur Deus per carnem humanam apparuisse. Cum is autem dixisset, eius rei fidem non confirmari verbis, sed eorum quæ sunt probari miraculis; Ædituus ex eo adhuc quæsiuit miraculum. Deinde per id quod factum est, adductus est vt fidei assentiretur.] hæc Gregorius, qui & his addit narrationem immensi illius miraculi, quo ingens saxum precibus loco mouit, atque aliò, vt libuit, transtulit; cuius etiam meminit Gregorius Papa in Dialogis^a. Inherens posthac semper Ædituus lateri Gregorij, ab eoq; diaconus ordinatus, quanta vis esset in Crucis signo, sapius didicit experimento. sed hæc Nyssenus pluribus. Qui etiam, quod ad persecutionem in Ponto excitatam pertinet, his que dicta sunt addit, passum quoque Comanæ ciuitatis Episcopum Alexandrum cognomento Carbonarium, de cuius admirabili electione actum est superius; consummasseque per ignem martyrium, tradit. At hæc de persecutione in Ponto Neocæsareæ excitata satis, quæ autem ab eodem Gregorio fuerint instituta, reddita Ecclesiæ pace, dicemus inferius.

CXXXIX.
DECIVS
PROFICIS-
CITVR
ADVERSVS
PERSAS.

Hoc item primo sui Imperij anno Decius comparato exercitu bellum suscepturus aduersus Persas, reliquit Romæ Valerianum, cui ex Senatusconsulto (vt tradit Trebellius) summam contulit potestatem: sic enim illi Censuram tribuit, vt addiderit & legum scriben-

A scribendarum facultatem: indeque accidit vt in edictis nomina inscriberentur Decij atque Valeriani: quorum nominibus extat edictum de persecutione aduersus Christianos in Actis S. Mercurij martyris, licet & Augusti nomen Valeriano legatur inditum; quod tamen potius additum postea, quam tunc inscriptum, putamus. Urbanam verò præfecturam (vt idem auctor refert) commisit Cornelio Sæculari, Prætoriam Marco Babio. Accidit autem, vt dum traiceret exercitum in Orientem, appulsa vna ex nauibus in insula Chio, Isidorus Alexandrinus nobilis miles, quod Christianus esset, nec diis sacrificaret, reus constitutus impietatis, à Numerio tribuno sententiam capitis accepit. Extant eius Acta, & quidem sincera.

^a Apud Sur.
die 5. Febr.
tom. 1.

CXL.
CENSURA
VALERIANI
ET SVMMÆ
POTESTAS.

Ceterum hoc ad Valerianum pertinet, hoc eodem anno, vigesima septima die Octobris, ex Senatusconsulto atque decreto Decij Imperatoris decreta est ei summa cum potestate Censura. Quod quidem Senatusconsultum à Trebellio Pollione in Valeriano descriptum, hic recitare, ad Ecclesiasticæ historiæ elucidationem, operepretium existimamus. Duobus, inquit, Decijs Consulibus, sexto Kalendas Nouembris die, cum ob Imperatoris litteras in æde Castorum Senatus haberetur, ireturque per sententias singulorum, cui deberet Censura deferri (nam id Decij posuerant in Senatus amplissimi potestate) vbi primum Prætor edixit, Quid vobis videtur, Patres conscripti, de Censore deligendo: atque eum qui erat princeps cum Senatus sententiam rogasset, absente Valeriano (nam ille in procinctu suo cum Decio tunc agebat) omnes vna voce dixerunt, interrupto more dicendæ sententiæ: Valeriani vita Censura est. Ille de omnibus iudicet, qui est omnibus melior. Ille de Senatu iudicet, qui nullum habet crimen. Ille de vita nostra sententiam ferat, cui nihil potest obici. Valerianus à prima pueritia Censor fuit. Valerianus in tota vita sua fuit Censor, prudens Senator, modestus Senator, gratus Senator, amicus bonorum, inimicus tyrannorum, hostis criminum, hostis vitiorum. Hunc Censorem omnes accipimus: hunc imitari omnes volumus. Primus genere, nobilis sanguine, emendatus vita, doctrina clarus, moribus singularis, exemplum antiquitatis. Quæ cum essent sapius dicta, addiderunt omnes, atque ita discessum est.

Hoc Senatusconsultum vbi Decius accepit, omnes aulicos conuocauit, ipsum etiam Valerianum præcepit rogari: atque in conuentu summorum virorum recitato Senatusconsulto, Felicem te, inquit, Valeriane, Senatus sententia, immò animis atque peccatoribus. Totius Orbis humani suscipe Censuram, quam tibi deculit Romana Respublica: quam solus mereris, iudicaturus de moribus nostris. Tu æstimabis qui manere in curia debeant: tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges: tu censibus modum pones: tu vectigalia firmabis: diuides statum: respublicas recensebis: tibi legum scribendarum auctoritas dabitur: tibi de ordinibus militum iudicandum est: tu arma respicies: tu de nostro Palatio, tu de iudiciis, tu de Præfectis eminentissimis iudicabis. Excepto denique Præfecto Vrbi Romæ, exceptis Consulibus ordinariis, & sacrorum Rege, & Maxima virgine Vestalium (si tamen incorrupta permanebit) de omnibus sententias feres. Laborabunt autem etiam illi, vt tibi placeant, de quibus non potes iudicare. Hæc Decius.

CXLI.
SVMMÆ PO-
TESTAS COL-
LATA VALE-
RIANO.

Sed Valeriano sententia huiusmodi fuit: Quæso, sanctissime Imperator, ne ad hanc me necessitatem alliges, vt ego iudicem de populo, de militibus, de Senatu, de omni penitus Orbe, iudicibus, & tribunis, ac ducibus: hæc sunt, propter quæ Augustum nomen tenetis: apud vos Censura defedit: non potest hoc implere priuatus. Veniam igitur eius honoris peto, cui vita impar est confidentia, cui tempora sic repugnant, vt Censuram hominum natura non quærat.] Hucusque Pollio ex eiusmodi Senatusconsulto laudes texens Valeriani: quo magistratum illum coactus accepit, ac strenuè exercuit, vtinam piè atque iuste: quippe qui Gentilitiam patriam superstitionem, quam ab ineunte ætate excoluerat, restituere ex officio Censuræ laborans, in Christianos illius desertores se iniquissimum præbuit ac seuerissimum. Quam obrem actum est, vt suo etiam nomine inscriberentur leges, & in Christianos promulgarentur edicta: aded vt eadem persecutione vtriusque nomine, nempe Decij & Valeriani, censeretur, eoque nomine perseueraret in posterum; quod eo semel eorum, qui iustissimi atque sanctissimi haberentur, persecutio nobilitata nominum titulo, quod religiosior ac iustior haberetur, eò licentiùs grassaretur in Ecclesiam Christi. Ex his igitur complures tricæ atque ambages soluuntur, dum plerique martyres in persecutione Decij & Valeriani vnà passi leguntur, quos constat non simul eodem, sed diuerso tempore imperasse: & quod nonnulli, quos perspicuum est

CXLII.

VALERIA-
NVS EX OF-
FICIO SÆ-
VIT IN
CHRISTIA-
NOS.

passos esse sub Decio, iidem sub Valeriano martyrium pariter exegisse tradantur; & quos sustulit Valeriani persecutio, iidem sub Decio & Valeriano passi legantur. Hæc qui non considerat, innumeris se ac planè insolubilibus implicet erroribus necesse est, feraturque per deuia, atque multiplicibus viarum anfractibus distineatur.

I. Christi Redemptoris anno ducentesimo quinquagesimoquarto, qui numeratur Decij Imperatoris secundus, à diuersis diuersi Consules ponuntur. Sed qui nobis magis probantur, illi sunt, quibus legitima Acta Pionij^a martyris, de quibus plura inferius, consignantur: nimirum Messio Quinto Traiano Decio tertium, & Grato secundum Consulibus. Elapso Decij Imperij anno primo, & secundo iam inchoato, adhuc dira persecutio vexabat Ecclesiam, tam in Oriente, vbi in expeditione Decius agebat, quam etiam in Occidente. Inter alios autem, qui hoc anno in Oriente passi sunt, magnopere celebratur Pionius Smyrnenfis Ecclesie presbyter, cuius tunc potissimum robur pectoris sacerdotalis enituit, cum eius Ecclesie Eudæmon Episcopus turpiter lapsus est. Exant sincerissima eius Acta, à Christiano homine, qui tunc aderat, fidelissimè scripta, atque illa ipsa, quæ in commentarium illum de Martyribus à se scriptum illata, Eusebius tradit. Esse enim eadem ipsa legitima, cum argumentum eorum ab eodem Eusebio^b collectum atque recitatum demonstrat, tum quamplurima alia, quæ iisdem Actis contenta, simplicissimæ veritatis candore nitent, eruditus ac prudens lector intelliget. Quæ, deterio illo tantum puluisculo, quo (vt in antiquis pænè omnibus accidit, ac iis præsertim quæ à Græco in Latinum translata sunt) leuiter aspersa, leuiori quoque emendatione exuffari conceditur, sunt omni acceptatione dignissima. Contempseram illa, fateor, cum primo intuitu in eis Pionium sub Decio passum legerem, Eusebio (vt videbatur) refragante, qui sub Marco Aurelio & Lucio Vero Imperatoribus ipsius certamen recenser. Sicque (vt ingenuè dicam) infenso primùm animo ea legi, & auerso vultu cognoui, atque Aristarchi statera, quod ea improbarem potius quam probarem, expendi.

II. Sed cum inter legendum radij quidam ex eis simplicis & minimè fucatæ veritatis elucerent, ad ea accuratius cognoscenda omne studium adhibui. At tantum abest vt ea inuenerim commentitia, ac proinde reiicienda putarim; vt eadem candida veritatis luce nitentia, & omni ex parte firma esse cognouerim, in eamque potius sententiam adductus sum, vt existimem Eusebij scriptis errorem inesse potius, quam ea veritate periclitari. Sed vndenam error illapsus sit, facile perspicere quisque poterit. Cum enim (vt idem ait Eusebius) in eodem libello Smyrnenfis Ecclesie post descriptum Polycarpi martyrium, cum aliorum martyrum, tum Pionij Acta attexta essent, quibus diceretur eodem quo Polycarpus tempore Pionius esse passus: existimatum fuit (non puto ab Eusebio, qui eadem Acta satis habuit perspecta, sed ab aliis) sub iisdem Imperatoribus, quibus Polycarpus, Pionium quoque pro fide certantem fuisse martyrio coronatum. Verùm quæ Acta habent de tempore certaminis Pionij communi cum Polycarpo, quo modo accipienda sint, textus ipse declarat, sic habens: Vigesima tertia mensis Februarij die, cum sabbatum magnum instaret, natalis scilicet beati martyris Polycarpi, vrgente Decij Imperatoris persecutione, Pionius presbyter, & Sabina veræ pietatis studiola, & Asclepiades, & Macedonia, & Linus Ecclesie Catholicæ presbyter, comprehensi sunt.] hæc ibi. Ex quibus videas, quod dicebatur in epistola illa, seu potius commentariolo Smyrnenfium martyrum, Polycarpi atque Pionij martyrium eodem contigisse tempore, longè aliter accipiendum fuisse, atque acceptum videtur: nimirum quod Pionius ibidem loci, eodem quoque anni tempore, quo gentilis eius Polycarpus, martyrium subierit. Hoc etiam modo Græcos omnes accepisse verba illa Eusebij, iidem aperitissimam atque certissimam fidem faciunt, dum in Menologio ex eorundem Actorum testimonio absque controuersia habent, Pionium sub Decio martyrium subiisse. Sed cum testetur Eusebius^d Acta Pionij scripta fuisse in commentariolo illo Smyrnenfium martyrum, rursumque se eadem intexuisse in libro illo quem de martyribus scripsit, iamque certum sit

^a Apud Me-
taphrast. die
1. Februarij.

ACTA PIONII.

^b Euseb. li. 4.
c. 14. in fin.

^c Euseb. lib. 4.
cap. 14.

DE TEMPORE MARTYRII PIONII.

^d Euseb. li. 4.
c. 14. in fin.

A sit excidisse illum, à multis frustra diutius perquisitum: non ab re fore existimo, si quæ ex eodem libro citato ab eo Smyrnenfis Ecclesie, instar epistolæ, excepta sunt Pionij Acta, hic referam: cum alioqui sicut non à nostro instituto, ita nec ab exeniplo digrediamur Christianorum historicorum, qui interdum certa martyrum Acta (quod sæpe facit Eusebius) suis historiis attextuerunt. cum præsertim hoc vnum sit reperire certum fragmentum libri illius ab Eusebio de Martyribus scripti, id ipsumque ab eo acceptum à libello martyrum Smyrnenfis Ecclesie, prout ex eisdem Actis hæc perspicuè demonstrari contingit.

B Cum autem miserandum lapsus Eudæmonis Smyrnenfis Episcopi, nonnullorum eius ciuitatis Fidelium clades sit consecuta: ex aduerso Pionius, eiusdem Ecclesie presbyter, vnà cum sociis, gloriosa confessione fidem exulem restituere pro viribus conatus, tempore solemnibus celebritatis anniuersariæ diei natalis S. Polycarpi, aduersus impios certaturus in arenam descendit (erat illa dies ex maiorum institutione sollemnis, quæ, vt eiusdem Smyrnenfis Ecclesie testimonio vidimus^a, iam ab ipso consummati martyrij tempore fuerat illi decreta.) Sed spontanea catena, velut tessera militari, qua dignoscitur à refugis qui scutum turpiter abiicissent, nobiliter insignitis, Christum prædicans, in medium prodiit. Sed hæc ipsa gratiora fient, si ex Actis ipsis eius martyrij in medium adducantur, quæ sic habent post alia enarrata à nobis superius de tempore passionis:

C Pionius^b igitur pridie natalis diei S. Polycarpi futurum præuidit, vt in eo ipso die caperentur. Itaque cum simul cum Sabina & Asclepiade ieiunans, se postredie comprehensum iri prospexisset: sumptis tribus catenis connexis, colloque suo & Sabinae & Asclepiadis iniectis, domi expectabat. Id autem fecit, tum ne ab amicis abducerentur: tum ne posset aliquis suspicari, se (vt reliquos) ad ea quæ idolis essent immolata, comedenda deduci velle: & vt omnes intelligerent, se statim in carcerem duci decreuisse. Cum igitur precationibus incubuissent, & sabbato sanctum panem & aquam cepissent (*appellas sanctum panem hic, quem adhibita communi benedictione suscipere*) superuenit Polemo Aedituus cum satellitibus suis, vt homines Christianos quæreret, eosque ad immolandum idolis, & comedendum ex iis quæ fuissent immolata, perducerent. Et Aedituus: Nostis plane decretum Imperatoris, quo vobis iubetur, vt diis sacrificetis? Cui Pionius: Nouimus, inquit, mandata Dei, quibus imperat, vt ipsum solum adoremus. In forum igitur (inquit Polemo) venite, & illic obtemperabitis. At Sabina & Asclepiades dixerunt: Nos Deo viuenti obtemperamus. Ducebat igitur eos, sed sine vi. Cum autem ire pergerent, viderunt omnes eos vincula gestantes: quamobrem re noua commotus populus celeriter concurrebat, & præ multitudine multa premebantur.

D Et cum in forum venissent, & in porticu ad Orientem sita ad portam Duplicem constitissent, impletum est totum forum & superiores porticus tum viris Græcis atque Iudæis, tum etiam mulieribus (nam cum magnum esset sabbatum, feriabatur) quin etiam fundamenta arcusque conscenderant, vt spectarent. In medio igitur cum steterent, Satius est, inquit Polemo, ô Pioni, vt quemadmodum omnes faciunt, vos quoque paratis Imperatori, & simulacris imoletis, ne puniamini. At Pionius, extensa manu, hilari vultu causam suam defendit: Viri inquam, Smyrnæi, qui & vrbis pulchritudine & melle Homericò (vt dicitis) gloriâmini, & si qui sunt inter vos Iudæi, audite me paucis perorantem. Audio vos risu gaudioque eos qui transfugiunt (*nempe à Christi fide ad idola*) suscipere: perinde quasi ridiculum aliquid ac leue sit id quod agunt, dum idolis sponte sacra faciunt. Atqui æquum erat, Græci, vt magistrum vestrum Homerum audiretis, qui hominum interitu lætari, pius esse negat. Vobis autem, Iudæi, Moyses ita^c iubet: Si videris iumentum inimici tui cecidisse, & sub onere iacere; ne præterieris, sed ipsum excitato. Æquum enim erat vos Salomonem audire, qui, Si ceciderit, inquit^d, inimicus tuus, ne gaudeas, & calamitate ipsius ne extollaris. Ego enim magistrum meum audiens, mori malo, quam ab eius præceptis discedere: & totis viribus enitor, ne recedam ab iis quæ primùm didici, deinde etiam docui. Quid est igitur cur nos crudeliter irrideant Iudæi? Quamuis (vt ipsi dicunt) hostes eis esse mus, homines tamen sumus. Præterea iniuria affecti, aiunt de nobis esse liberam loquendi facultatem. Sed quos affecimus iniuria? quos occidimus? quos persecuti sumus? quos coëgimus, vt adorarent idola? Putant ne similia esse peccata sua peccatis eorum, qui nunc humano terrore adducti præuaricantur?] hæc & alia plura Pionius, reprimens fastum Iudæorum Christianis insultantium: hæcque planè illa, quibus intexta esse ait Eusebius Acta Pionij^e, nempe ingenuam sermo-

III. L A P S O S M Y R N E N S I E P I S C O P O P O P I O N I V S C E R T A M E N I N S T A V R A T .

^a Apud Euseb. lib. 4. cap. 14. in fin.

IV. ^b Apud Metaphrast. die 1. Febr.

ACTA PIONII EX EPISTOLA S M Y R N E N S I V M .

V. P I O N I V S P A L A M P R O I T E T V R .

^c Deut. 22.

^d Proou. 24.

^e Euseb. li. 4. cap. 14. in fin.

nis libertatem, & apologias coram populo & magistratibus recitatas, & conciones ad docendum accommodatas, cum benignitate erga eos qui ceciderant.] quæ quisque vberius legere poterit in Actis eius, in quibus integra posita sunt; vbi & post Pionij ad populum concionem hæc habentur:

VI.

PIONIVS
PERSISTIT
IN CONSES-
SIONE.^aEccl. 11.
Ioan. 1. 3. 8.
1. Ioan. 1.
1. Tim. 1.

VII.

^bProv. 16.
ALEXAN-
DER IRRI-
SOR TEN-
TAT PIO-
NIVM.

VIII.

HILARITAS
CHRISTIA-
NORVM
PERPETVA.

IX.

IVGIS PIO-
NII CON-
FESSIO.^cEuseb. ibid.
lib. 4. cap. 14.
in fine.

X.

Cum verba illa Pionius repeteret, Deos vestros & auream statuam nolumus adorare: duxerunt eos in medium sub dio. Circumsteterunt autem quidam homines forenses vna cum Polemone orantes atque dicentes, Nobis obtempera Pioni, moremque gere, qui te diligimus, vitaque dignum ducimus, propter morum probitatem atque modestiam tuam: iucundum est viuere, & lucem intueri. Ego quoque, Pionius ait, vitam amabilem puto; sed illud est longè amabilius, quod optamus nos Christiani: lucem hanc iucundam & dulcem existimo, sed illam multò iucundiorē & dulciorem quæ vera est lux^a, quam nos cupimus contemplari: hæc quidem omnia pulchra sunt, neque nos damnamus odiōve prosequimur opera Dei; sed illa longè pulchriora atque præstantiora, quæ anteponimus.] hæc sanè contestatur Pionius, quò se longè abesse à Marcionitis, Deum creatorem & creaturam pariter blasphemantibus, demonstraret: nam & illi martyrium libenter subibant.

Circumforaneus autem quidam nomine Alexander, homo improbus, ait: Audi nos Pioni. Cui Pionius inquit: Tu potiùs audi me: quæ enim tu scis, sunt mihi cognita: quæ verò ego scio, eorum tu es ignarus.] sic ipse secundum illud^b: Responde stulto iuxta stultitiam suam. Volebat autem eum Alexander irridere: itaque cum ironia, Quid sibi volunt, inquit, istæ catenæ? Cui Pionius respondit: Ne per urbem vestram iter facientes, existimemur ad immolandum idolis, aut ad edendum ea quæ sunt illis immolata, proficisci: atque adeò vt intelligatis, nos ne interrogari quidem velle; sed decreuisse, non in forum, sed rectè ad carcerem ire: & ne per vim nos comprehensos dimittatis, sed, cum vincula gestemus, trahatis. Sic eum Alexander illudebat. Cumque rursus illi multis verbis Pionium hortarentur, atque ipse sibi ita decretum & statutum esse responderet, eosque reprehenderet, & de his quæ sunt ventura, differeret; Alexander dixit: Quid multis opus est verbis, cum viuere nequeatis? Sed cum populus veller in theatro conuentum fieri, vt plura illic audiret; quidam Ducis studiosi ad Polemonem Ædituum accedentes, ei persuaserunt, ne sineret in theatro populum conuenire, ne tumultus fieret, & panis flagitaretur.] Moris namque erat, populum in vnum semel conuentum, suas necessitates iunctis vocibus conclamare, ac interdum in magistratus iactare conuitia, ac turbas ciere.

His auditis, Polemo, Si non vis, inquit, Pioni, sacrificare, saltem in templum ingredi. Hoc idolis, inquit, non expedit, vt illuc ingrediamur. Polemo verò: Persuade, inquit, hoc nobis Pioni. At ille: Vtinam, inquit, possem vobis persuadere, vt fieretis Christiani. Tunc illi risu soluto, dixerunt: Tu verò ne id feceris, ne vini comburamur. Grauius & acerbius est, inquit Pionius, post mortem igni comburi sempiterno. Arridenteque Sabina, Ædituus & satellites eius dixerunt: Rides? Ita Deo placet, inquit illa: Christiani cuius sumus, & fide qui sunt in Christum firma atque conitanti, risu ridebunt perpetuo. Tu, inquit illi, quod non vis, patieris: quæ enim diis nolunt sacrificare, in prostibulum coniciuntur. At illa: Sancto, inquit, Deo id erit cura.] Grauiissimum enim hoc omnium solitum Christianis feminis irrogari supplicium, quòd castitatis essent tenacissimæ, superius est sæpius demonstratum. At post hæc:

Pionium rursus Polemo sic allocutus est: Obtempera nobis, Pioni. Respondit Pionius: Iussisti vt vel obtemperarem, vel plecterer: non obtemperabo; iube igitur plecti. Tunc Ædituus Polemo: Sacrifica, inquit, Pioni. At ille: Christianus sum. Quem, inquit Polemo, Deum colis? Respondit Pionius: Deum illum omnipotentem, qui fecit cælum & terram, & omnia quæ cælo & terra continentur, atque omnes nos; qui nobis abundè suppeditat omnia; quem per Verbum ipsius Christum cognitum habemus. Sacrifica igitur, inquit, Polemo, saltem Imperatori. Ego, inquit Pionius, homini non sacrifico: Christianus enim sum. Deinde, cuncta scribente Notario: Quod, inquit, est tibi nomen? Ille respondit, Pionius. Tum Polemo: Christianus, inquit, es? Respondit: Sum profectò. Cuius, inquit Polemo, es Ecclesiæ? Respondit Pionius: Catholicæ: nulla est enim alia apud Christum.] hæc sunt namque confessiones illa sigillatim magna cum celebritate habitæ, & aliæ sequuntur, quas actis Pionij intextas esse, Eusebius^c tradit.

Tum ad Sabinam accessit. Monuerat autem illam Pionius, & ab eo fuerat Theodota appell-

A appellata, ne ex nomine cognita, in manus impiæ ciuis iam dominæ suæ rursus incidere: quæ imperante Gordiano, cum vellet Sabinam à fide abducere, eam vincam in montibus relegauit, vbi clam victui necessaria ei à fratribus subministrabantur.] Solitum in Asia eiusmodi irrogari supplicium; Theclæ & aliorum Acta demonstrant; nam & illa hanc demum condemnationem accepit. Post autem studiosè curatum fuit, vt à dominæ seruitute & vinculis liberaretur. Primum autem eum Pionio versabatur, quæ etiam in hac persecutione capta fuit. Dixit igitur huic quoque Polemo: Quo nomine vocaris? Eaque respondente, Theodota; subiicit ille: Christiana es? Inquit: Christiana sum. Cuius Ecclesiæ? inquit Polemo. Sabina respondit: Catholicæ. Tunc ait Polemo: Ecquem colis & veneraris? Deum, inquit illa, omnipotentem, qui fecit cælum & terram, & omnes nos, quem nouimus per Iesum Christum Verbum ipsius. Mox Asclepiadem interrogauit: Quomodo (inquit) appellaris? Asclepiades, inquit ille. Tum Polemo: Christianus es? Respondit: Sum. Quem, inquit, veneraris? Eoque respondente, Christum Iesum, Est ne alius? Minimè verò, inquit Asclepiades, sed idem ille, quem hi dixerunt.

His dictis, in carcerem ducti sunt, tam ingenti multitudinem consequente, vt forum impleretur. Et dicebant quidam de Pionio: Quomodo qui semper erat pallidus, nunc est facie ignea & rubicunda? Cum autem ipsum Sabina vestimento propter multitudinis impetum teneret; quidam eam deridentes dicebant: Quàm veretur ne ab eius vberibus depellatur! Vnus autem quidam clamauit, inquiens: Si nolunt parere, supplicio afficiantur. Cui Polemo respondit: Nobis non præcedunt falces, neque secures, vt hanc habeamus potestatem. Alius dicebat: Ecce homunculum subducet ad immolandum (innuebat autem Asclepiadem, qui nobiscum erat.) Pionius dixit: Mendacium loqueris; neque enim id facit. Alij dicebant: Hic & illa diis immolarunt. Pionius autem: Pro suo quisque, inquit, dicit arbitrio: quid igitur ad me? ego Pionius sum. Dicebant alij: Quid prodest huic doctrina sua, cum ita se habeat? Hanc, inquit Pionius, vos doctrinam didicistis; per quam & famem, & cædem, & alias calamitates experti estis. At ipse quoque fame, quidam respondit, nobiscum laborasti. Sanè, Pionius inquit; sed tamen cum spe, quam in Deo positam habeo. Hæc illo dicente, sic à turba vexati sunt, vt parum abfuerit quin opprimerentur.

In carcerem igitur coniecti, & custodibus traditi sunt. Ingressi autem, Catholicæ Ecclesiæ presbyterum, & mulierem ex vico Carina nomine Macedoniam, & ex hæresi Phrygum quemdam nomine Eutychianum illic inclusos offenderunt. Cum igitur essent eodem in loco, custodes animaduertentes, ea quæ à Fidelibus afferebantur, à Pionio non recipi. Dicebat enim: Si, cum pluribus egeremus, nemini graues eramus, quantò minus accipere nunc debemus? Custodes igitur, qui ab inuisentibus munera solebant accipere, eos in interiorem partem carceris coniecerunt, ne possent vllum solatium aut consolationem recipere. At illi Deum collaudantes acquieuerunt; & quæ dari solita erant, ipsis præbuerunt; adeò vt carceris præfectus admiraretur, & pristinum eos in locum vellet reducere. Ipsi verò manserunt, dicentes: Gloria Domino: hoc enim nobis prosperè successit; possumus namque liberè philosophari, & precibus incumbere die ac nocte. Multi autem ex Gentibus eos etiam in carcere visebant, & conabantur eos à proposito dimouere: sed eorum responsa admirabantur. Introibant etiam illi qui per vim tracti fuerant ad immolandum, & magnum fletum excitabant: adeò vt in luctu & squalore singulis horis versarentur, præsertim propter illos quorum vitæ institutio proba erat atque honesta.

Itaque illis visis, Pionius lugebat, Nouo, inquiens, afficior supplicij genere, membratim concidor, dum video margaritas Ecclesiæ à porcis conculcari, & cæli stellas à cauda draconis in terram detrahi: vineam^b, quam dextera Dei plantauit, à filio porci siluestris vastatam: vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam. Filioli^c mei, quos iterum parturio, donec formeret Christus in vobis. Alumni mei, delicati mei ambulauerunt vias asperas atque difficiles. Nunc impij seniores insidias Susannæ tenderunt: nunc delicatam atque formosam reregunt, vt eius pulchritudine impleantur, & falsum in illam testimonium ferant. Nunc Aman insultat.] & cetera plura Pionius, suggillans Eudæmonem Episcopum lapsam, & aliorum ruinam ministrum. Hæc planè sunt illa quæ de ipsius benignitate erga lapsos iisdem Actis contineri, vbi supra testatur Eusebius^d, & doctrina, qua illos ipsos admonuit ea oratione, ne sinerentur à Iudæis

RELEGATIO
MVLIERVM
IN MON-
TES.

XI.

SABINA
INHAERET
PIONIO.XII.
PIONIVS
CVM SANTI-
NAIN CAR-
CERE.XIII.
^aApoc. 12.
^bPsal. 79.^cGalat. 4.
PIONIVS
LVGET IAN-
DEOS.^dEuseb. li. 6.
cap. 14.

in synagogas deduci, quidque illis respondere deberent, edocuit. Quæ omnia iisdem A Actis conscripta habentur.

XIV.

Val. Anct.
mon

Cumque ea dixisset, & Pionius rogaret eos ut de carcere egrederentur, Aeditius Polemo, & Theophilus Magister equitum, cum satellitibus & multa turba superuenerunt, atque dixerunt: Ecce Eudæmon Præsul vester immolauit: vos item obtemperate. Interrogabunt vos in templo Lepidus & Eudæmon. Respondit Pionius: Eos qui in carcerem coniecti sunt, æquum est aduentum Proconsulis expectare: quid vobis partes ipsius arrogatis? Cum autem multa dixissent, discesserunt. Sed rursus cum satellitibus & turba regressi sunt. Et Hipparchus cum dolo, Proconsul, inquit, misit ut Ephesum adducamini. Veniat, respondit Pionius, is qui missus est, & accipiat nos. Atqui Princeps (inquit) sum. Et arripens illum, laqueumque collo ipsius iniiciens, eum ita premebat, ut propemodum suffocaret. Tradidit igitur illum satellitibus, atque ita simul cum B Sabina & reliquis focis in forum deductus est. Cumque magna voce se Christianos esse omnes contestarentur, humique se ipse prosterneret, ne in idolorum templum induceretur: sex ministri Pionium rapuere ita reluctantem, ut eius latera genibus comprimentes, manibusque ac pedibus cadentes, vix potuerint illum impellere. Sublatum igitur atque clamantem gestarunt, humique ante aram deposuerunt, ubi adhuc adstabat Eudæmon, qui idolis sacrificauerat.

INDVCVN-
TVR INVI-
TI MARTY-
RES AD DE-
LVBRVM.

XV.

DERIDETVR
CHRISTIA-
NA RELI-
GIO.

Tunc Lepidus: Cur, inquit, vos, o Pioni, non immolatis? Respondit Pionius: Quia sumus Christiani. Lepidus subiecit: Quem Deum colitis? Eum, inquit Pionius, qui fecit cælum, terram, mare, & quæ in eis sunt. Quis igitur, inquit Lepidus, fuit crucifixus? Is, inquit Pionius, quem Deus Pater misit ad salutem mundi. Principes hic valde clamantes riferunt, & Lepidus ipsum detestabatur. Clamabat autem Pionius, Pietatem, inquit, C colite, iustitiam obseruate, affectionis similitudinem cognoscite (nempe quod homines estis) legibus vestris parete. Nos puniendos censetis, quia non obtemperauimus: & vos item a legum vestrarum præscripto receditis. iubent enim, non ut cogatis, sed ut puniatis. Tum Ruffinus quidam excellens eloquentiæ fama: Desine, inquit, Pioni, inanem gloriam aucupari. Ille autem respondit: Ista est tua dicendi facultas? isti tui sunt libri? Nonne hæc ab Atheniensibus Socrates perpeffus est? Nunc omnes sunt imperfecti, & cessatores, & pigri, & tardi, & ignaui? Socrates igitur, & Aristides, & Anaxarchus, & ceteri horum similes, sententia tua, inanis gloriæ studio ducebantur, quoniam & philosophiam, & iustitiam, & fortitudinem excolebant? Ruffinus his auditis obtulit.

XVI.

aTertull. de
Coron. milit.PIONIVS
CVMSOCIIS
INTERVM
DETRYSI
IN CARCE-
REM.

At quidam alius, qui & mundi gloria præstabat, & Lepidus, Noli, inquit, Pioni, vociferari. Respondit ille: Ignem accendite, & ingrediemur. Terentius autem quidam de turba voce magna, Videris, inquit, quo modo hic aliis quoque suadet ut impij sint, nec diis sacrificent? Tunc illis coronas imposuerunt, quas ipsi disceptas abiecerat. (sic enim coronatos sacrificare interdum Gentiles consueuissent, pluribus post alios docet Tertullianus.) At minister publicus idolis immolatum accepit: nec tamen ad quemquam ipsorum ausus est appropinquare; sed illud in omnium conspectu comedit. Verum cum illi rursus clamarent, Christiani sumus: non reperientes quid illis facerent, eos in carcerem reduxerunt. Turba autem eos illudebat, & verberabat. Et Sabinæ nescio quis dixit: Tu non potuisti in patria mori? Cui illa respondit: Quæ est patria mea? ego sum Pionij foror. Terentius vero, qui tunc venationes curabat, ad Asclepiadem, Te, inquit, accusabo, ut bestiis damnatum in munere gladiatorio filij mei. Cui Asclepiades: Non ob id, inquit, me perterrefacies. Atque in carcerem ducti sunt. Ingressi autem Pionio quidam de satellitibus vehementer caput percussit, & vulnerauit. At ipse quidem patienti animo tulit: sed percussoris manus & latera sic inflammata sunt & intumuerunt, ut respirare vix posset. Ingressi autem, Deum collaudabant, quod aduersus inimicum & simulatorem Eudæmonem fortes constantesque permanissent: & psalmis & precibus se confirmabant.

XVII.

VLTIMA
ACTIO IN
MARTYRES.

Post hæc autem Proconsul Smyrnæ venit, & Pionius adductus in iudicium, martyrio coronatus est. Quo modo autem res transacta sit, commemorabimus. Ante quartum Idus Martij Quinçtilianus Proconsul sedens pro tribunali, sic interrogauit: Quo modo vocaris? Respondit: Pionius. Proconsul ait: Diis immolas? Respondit: Non. Proconsul, Quam, inquit, religionem aut sectam colis? Respondit: Catholicorum. Quorum (inquit ille) Catholicorum? Respondit: Ecclesiæ Catholicæ presbyter sum. Proconsul, Tu ne, inquit, es doctor ipsorum? Respondit: Docui sanè. Interrogauit: Cuius partis magister

A magister es? Respondit: Pietatis. Cuius (inquit) pietatis? Respondit: In Deum Patrem, qui fecit omnia. Immola, inquit Proconsul. Respondit: Nolo: Deum enim oportet adorare. Omnes (inquit ille) adoramus cælum & deos, qui sunt in cælo. Cura aëri preces fundis? ipsi sacrificata. Respondit: Non aëri preces fundo, sed illi a quo factus est aër, & cælum, & quæ in eis sunt omnia. Dic (inquit Proconsul) quis hæc fecit? Respondit: Non expedit dicere] quod non audirent. ac mox: Deus (inquit Proconsul) omnino, id est, Iupiter, qui est in cælo: Rex enim est omnium deorum.

Tacenti autem Pionio, atque suspenso, dictum est: Immolas, an non? Respondit: XVIII. Non. Et rursus cum vngulis torqueretur, dictum est: Respice, cur infans? Respondit: Non infansio, sed Deum viuentem timeo. Proconsul, Ceteri, inquit, immolarunt, & viuunt, & rectè sentiunt. Respondit: Non immolo. Proconsul, Te, inquit, collige, & consilium muta. Respondit: Non faciam. Dictum est illi: Cur ad mortem properas? Non ad mortem (inquit) propero, sed ad vitam. Quinçtilianus Proconsul, Nihil, inquit, eximium facis ad mortem festinans: nam & qui nomen dant ac describuntur, exigui lucelli gratia, morte contempra, cum bestiis pugnant. Et tu ex eorum vnus es numero. Quando igitur ad mortem curris, viuis combureris. Ex tabella autem hæc verbis Romanis scripta sententia legitur: PIONIVM SE CHRISTIANVM ESSE CONFITENTEM VIVVM IGNI COMBURENDVM IVDICAVIMVS.] Consueuisset iudices ex tabella in reos sententiam recitare, eamque non nisi Latinis litteris exaratam, ob Romani Imperij dignitatem, alibi pluribus dictum est. Sed & de tabella illud Tertulliani aduersus Gentes: Denique quod de tabella recitatis illum Christianum, cur non & homicidam? Erat diuersa ab hac tabella, titulus damnationis, de quo in epistola martyrum Lugdunensium hæc leguntur: Cumque vndique per amphitheatrum circumducere- b Apud Euseb. lib. 3. c. 1. C STIANVS, illum præcedente.] sed de sententia ex tabella aliàs.

SENTENTIA
IN PIONIVM
LATA.aTertullian.
apolog. c. 2.

b Apud Euseb. lib. 3. c. 1.

Sequuntur Acta passionis eius, sic descripta: Cum igitur fidei studio alacriter in stadium venisset, vltro se vestimentis spoliavit. Deinde corporis sui decus & castitatem recogitans, ingenti repletus est gaudio; & in cælum suspiciens, ac Deo qui se talem conseruasset, gratias agens, super lignum se ipsum extendit, militique tradidit, ut clauis confingeret. Possumus & ex his discere crucifixionem fieri consueuisset in terra deorsum, ac deinde stipitem simul cum cruci affixo desuper eleuari, ac in excauatum foramen erigi. Sed rursus Acta: Cumque confixus esset, ei rursus minister ait: Respice, atque sententiam muta, & auferentur clauis. At ille respondit: Eos inesse sensi. Et cum paulisper cogitabundus mansisset, Idcirco, inquit, Domine festino, ut celerius resurgam: significans c mortuis resurrectionem. Eum igitur ligno fixum erexerunt, deinde etiam Metrodorum quemdam ex secta Marcionitarum.] huius sectæ homines fuisse martyrij cupidissimos, quod a malo principio carnem dicerent, ob idque in eam sæuendum, pluribus demonstratum est superius. Sed rursus ad Acta.

XIX.

CRUCIFI-
GENDI MO-
DVS.

Erat autem Pionius a dextris, & Metrodorus a sinistris collocatus: vterque tamen Orientem versus spectabat. Cumque materiæ lignorumque cumulus vndique congestus esset, & Pionius oculos clausisset, turba illum animam egisse suspicabatur: sed ipse secretò precabatur. Cumque precandi finem fecisset, oculos aperuit. Itaque flamma sublimis ascendebat: cum hilari vultu postremum, Amen, pronuntians, ac dicens, Domine suscipe animam meam; tamquam eructans, quietè & sine dolore expirauit, & Patri, qui omnem sanguinem iniquè effusum, atque omnem animam iniuste damnatam, se pollicitus est saluaturum, spiritum tradidit. Tali dignus effectus est exitu beatus Pionius: qui vitam suam ab omni crimine ac reprehensione liberam integramque seruaui, atque animum suum ad Deum omnipotentem, & mediatorum Dei atque hominum Iesum Christum, semper propensum ac erectum habuit: & magno in certamine victor existens, per angustam portam in amplam magnumque lumen peruenit.

XX.

PIONII
MARTY-
RIVM CON-
SYMMA-
TYM.

At corona quidem ipsius in corpore est etiam comprobata. Etenim cum ignis extinctus esset, nos, qui præsentem eramus, talem ipsum vidimus, quale vigentis ornatique pugilis corpus existit. Siquidem & aures erant molles, & capilli in cute capitis inhærebant; & barba, ut iuuenibus primum pubescentibus, decorè florebat; & facies eius gratia splendebat admirabili: ut & Christiani magis confirmarentur in fide; & qui erant à fide alieni, conscientiæ stimulis verberati conterritique discederent. Hæc acta sunt Iulio

XXI.

TEMPVS
MARTYRII
PIONII.

Procuro Quinctiliano Proconsule magistratum gerente, Consule tertium Messio Quinto Traiano Decio, & Grato secundum, Traiano Decio Augusto, ante quartum Idus Martias, more Romano; Asiae autem more, Septimi mensis vndecimo, die sabbati, hora decima; vt nos autem loquimur, Regnante Domino nostro Iesu Christo, cui gloria in saecula saeculorum, Amen.] haec tunc Ecclesiae Notario conscripta, à Smyrnenſi verò Ecclesia in libello Smyrnenſium martyrum collocata, atque ab Eusebio in librum, quem de Martyribus scripsit, illata; sed ex antiquioribus monumentis à Metaphraſte in lucem vindicata, ac demum Latinitate donata, à nobis denique diligenti studio emendata sunt. Vtinam & cetera quae habentur Gesta Martyrum, sic pura atque sincera, nullius fucata eloquentiae penicillo, extarent integra. Dum enim quidam ea paraphraſibus exornare curarunt, informia planè ac veritate nutantia, fideque dubia magnopere reddiderunt. Quid autem de ceteris confessoribus actum sit, qui cum Pionio B vincti erant, remanet incompertum.

XXII.
RELIQVI
MARTYRES
IN ASIA
PASSI SVB
DECIO.

At quoniam perdifficile eſſet, omnes enumerare martyres qui sub Decio passi sunt, cum non omnium memoria fuerit litteris consignata; & quae scripsit sunt commendata, maiori ex parte Diocletiani incendio deperierint: paucorum tantum, quorum dies natalis tabulis Ecclesiasticis reperitur adscriptus, hinc meminisse sufficiat. Praeter illos enim, quorum anno superiori mentio facta est, passi sunt eadem urgente persecutione in Asia Apollonia, Lucius, Thyrsus, & Callinicus; in Lycia Christophorus, Pergae Pamphilia Papias, Diodorus, Conon, & Claudianus, & eiusdem ciuitatis Episcopus Nestor, sub Praeside Pollione, cui à Pergensi Senatu aduersus eum eiusmodi scriptae sunt litterae:

XXIII.
LITTERAE
SENATVS
PERGENSIS

Eupator & Socrates, totiusque Senatus Domino praestantissimo Praesidi salutem. Cum ad tuam celsitudinem allata essent scripta diuina Domini Imperatoris nostri, quibus iubetur, vt Christiani omnes à sententia male ipsis inita deducti, ad sacrificia perducantur: humanitas tua nihil seuerè & perturbatè, sed comiter & sedatè omnia agere voluit. Verum hac lenitate parum effectum est: cum illi obstinatis animis edictum Imperatoris contemnant. Nam & iste rogatus à nobis & à toto Senatu, non solum ipse non cessit, sed etiam omnes qui illi parent, eius tamquam principis sui exemplis animati, morigeros se praebere edictis noluerunt. Et nos quidem isti persuadere non cessauimus, vt, quemadmodum iustissimi Principis litteris iubetur, ad templum Iouis accederet. Ille verò deos immortales contumeliis & conuitiis proſcidit: sed neque ab Imperatoris, licet absentis, minimè ferendis iniuriis abstinuit, & in te eadem procacitate vsus est. Quamobrem compulsus est Senatus eum tuae exhibere celsitudini.] haec ad Pollionem Senatus, quae Actis^a martyrii eius continentur, & quidem legitimis. Nestor autem falsò accusatus de conuitiis in Principem dictis, cruci affixus, illustre martyriū obiit. Graeca verò Acta fideliora habentur.

^a Apud Sur.
die 26. Febr.
1007. 1.XXIV.
^b Apud Sur.
die 30. Apr.
1007. 2.
MAXIMI
CERTAMEN.

Ephesi quoque Asiae ciuitate qui primus passus est, Maximus fuit, cuius quidem certamen ex Actis eius à Notario tunc scriptis quam breuiter atque fideliter verbis iis scriptum extat^b: Comprehensus igitur est & oblatus Maximus (erat homo plebeus, negotij sui curam gerens) & oblatus Optimo Proconsuli apud Asiam. Dixit ei Proconsul: Qui vocaris? At ille: Maximus vocor, inquit. Proconsul dixit: Cuius conditionis es? Maximus respondit: Ingenuus quidem natus, seruus verò Christi: mei autem negotij curam gero. Proconsul dixit: Christianus es? Maximus respondit: Etsi peccator, tamen Christianus sum. Proconsul dixit: Cognouisti decreta inuidiosorum Principum, quae nunc huc allata sunt? Maximus respondit: Quae nam illa? Proconsul dixit: Vt Christiani omnes, relicta superstitione, cognoscant verum Principem, cui omnia subiacent, & deos eius adorent. Maximus respondit: Iniquam huius Principis cognoui sententiam, & idèd me palam ostendi. Proconsul dixit: Sacrifica ergo diis. Maximus respondit: Ego non sacrifico nisi soli Deo, cui me ab ineunte aetate sacrificasse gratulor. Proconsul dixit: Sacrifica, ne te faciam variis tormentis affici. Maximus respondit: Hoc est quod semper optavi, vt carens hac temporali & misera vita, perueniam ad sempiternam. Tunc Proconsul iussit eum fustibus caedi. Cumque caederetur, ait Proconsul: Sacrifica Maxime, vt ab his liber sis tormentis. Maximus respondit: Haec non sunt tormenta, quae pro nomine Domini nostri Iesu Christi inferuntur: à quo si recessero, vera & sempiterna tormenta manebunt. Tunc Proconsul iussit eum in equuleo suspendi atque torqueri, & dicebat ei: Iam cerne stultitiam tuam, & sacrificia, vt vitam lucreris. Maximus dixit: Luctabor planè vitam, si non sacrificauero: nam si sacrificauero, perdo eam: mihi verò nec

fustes,

A fustes, nec vngulae, nec ignes tui vllum afferunt dolorem; quia in me manet Christi gratia. Tunc Proconsul tulit in eum sententiam, ita dicens: Maximum qui legibus animam noluit accommodare, vt magna Dianae sacrificaret, in terrorem reliquorum Christianorum obrui lapidibus praecipio.] hucusque ex Notario exceptore. Subdit qui ea exscripsit: Et raptus est confestim athleta Christi à ministris diaboli, gratias agens Deo, qui ipsum dignum iudicasset certando superare diabolum: perduſusque extra muros, lapidibus caesus, tradidit animam Christo.] hucusque ibi.

Peculiare Ephesii fuisse, lapidibus in deos delinquentes obruere, illud Philostrati fide facit: Caedite hunc lapidibus deorum inimicum.] nam Philostratus^a meminit Apollonij Ephesi agentis, atque id aduersus eum, quem impostorem diceret, proclamantis. Sed & Timotheus, eiusdem ciuitatis Episcopus, ab Ephesii Gentilibus lapidibus impetitus martyrium obiit, vt eius martyrii Acta significant. Sunt & alia de his exempla: qui enim apud eos habebantur sacrilegi, eiusmodi subiiciebantur supplicio. Sub eodem quoque Decio Imperatore accidisse Ephesi traditur, vt (quod multis pariter eo tempore contigisse reperitur) saeuiente mirum in modum persecutione, complures sibi ipsis timentes, deserta loca petierint; & inter alios septem iuuenes timore perculsi, in antrum fugientes, oculo à persecutoribus ostio, in Domino obdormierint: vnde & nomen sunt consecuti, vt dicti sunt Septem dormientes: de quibus consule quae à nobis sunt notata in Romano Martyrologio.

In Lycia quoque illustre fuit Themistoclis martyrium^b, qui pro sancto Dioscoro ad necem quæſito se offerens, equuleo tortus, raptatus, & fustibus caesus meruit coronari. Nicomedia verò in Bithynia Quadratus est passus^c, Melitinae in Armenia Polyeuctus, Nicæa Tryphon, in Creta Theodoros, Saturninus, & socij, omnes decem numero, necnon etiam Gortynae ciuitatis Cyrillus Episcopus, cuius Acta^d quoque extant aequè sincera; in insula Cypro Conon; in Achaia Miron: Corinthi sex martyres passi sunt Codratus & socij. Caesareæ in Cappadocia inter alios insignes martyres Mercurius pro fide Christi nobile certamen exegit: cum prius egregia nauata opera in bello aduersus Persas, ab eodem Imperatore fuisset honoribus auctus, vt ordinum ductor fieret. Hic natus patre Gordiano Primicerio legionis Fretenſis (alias Marrenſis) Christiana fide imbutus, & angelica visione roboratus, ingentem de Persis victoriam consecutus, delatus à Carulo consulari, quòd Christianus esset, à Decio vocatus, causam dixit magna constantia: cuius rei occasione multa passus, demum capite truncatus, corona martyrii insignitus, de impietate & perfidia illiberalis Principis triumphauit. Hic ipse seculo, quò ostenderetur sanctos martyres in caelis viuere, & in necessitatibus eos inuocantibus praestò esse, pro Christiana religione aduersus Apostaram Iulianum pugnaſſe repertus est: sed de his suo loco opportuniùs. Ibidem Caesareæ quoque passi habentur Caesarius Germanus, Theophilus, & Vitalis, quorum memoria, vt aliorum nominatorum martyrum, habetur in Ecclesiasticis tabulis adscripta singulis diebus, quibus eorum natalitia celebrantur.

Abusus est Decius de Persis quam est consecutus Christiani hominis ope victoriam: nam eam diis acceptam ferens, in eorum contemptores Christianos acrius vindicauit, occisis qui in eius manus deueniunt Persis Christianis, Polychronio Episcopo Babylonis, Parmenio, Elima, & Chrysoſtelo presbyteris, diaconis Luca & Mucio, virisque nobilissimis Maximo & Olympiade, ac demum post longa vincula Abdone ac Sennen Subregalis. E Extant horum Acta, sed non nihil corrupta. Ex eodem quoque Decij exercitu passi recensentur Paramon miles, aliique eius socij trecenti septuaginta, quorum apud Graecos memoria celebris est. In suo enim Menologio ipsi, vigesima nona Decembris eorum natalem diem agentes, hoc elogio eos celebrant: Hi fuerunt sub Decio Imperatore & Aquilio Praeside: quos ad templum Idis Praesides ingressus immolaturus, iubet eos hoc ipsum facere: quod cum illi renuerent, praecipit omnes occidi. Necati tunc sunt quos secum duxerat trecenti septuaginta viri. Cum autem id videret Paramon, magna exclamans voce dixit: Nefarium atque impium facinus video: scelestum istum tot viros iustos atque hospites, more pecudum, iugulare. Hoc audiens Praesides, statim Paramonem iubet interfici. Quod cum nesciret ille; in eo ipso loco in quo ambulabat, qui missi fuerant, eum opprimentes occiderunt.] haec ibi. Passus quoque sub Decio reperitur Mennignus fullo, cuius quoque natalis dies descriptus est in tabulis Ecclesiasticis, & alij propemodum innumeri.

Orbis

XXV.
EPHESI ISO-
LITI LAPI-
DARE BLA-
SPEMOS.
^a Philast. li. 4.
in vita Apol.
Tyon.XXVI.
ALII MAR-
TYRES IN
LYCIA ET
ALII LO-
CIS.
^b Apud Sur.
30. Apr. 1007.
^c Mart. Rom.
diuersis dieb.
^d Sur. 1007. 4.
die 9. Iul.
DE MERCVRIO
MARTYRE.XXVII.
DE CHRIS-
TIANIS
MILITIBVS
MALE ME-
RITVS DE-
CIVS.

XXVIII.
DE MARTY-
RIBVS IN
OCCIDENTE
PASSIS.

Orbis quoque Occidentalis iisdem clarissimis sideribus instar cæli fuit egregiè illustratus: nam præter illos quos Romæ, vel proximis locis, aut in Africa passos recensuimus, in Sicilia præclarissimum martyrium subiit Agatha celeberrima inter martyres, quæ sub Quintiano Præside Christum animo virili confessa, post alapas, carcerem, equuleum, & contorfiones membrorum, post acerbissimam mamillarum abscissionem, ac volutationem in testulis & carbonibus, tandem in carcere, Deum precando, spiritum reddidit. Ignoscat lector, si ingentia facta martyrum leuiter tantum attingisse potius, quam narrasse videamur, multosque ex iis nomine tenus tantummodo recensuimus, sed & quàm plurimos prætereamus: tum quòd id alieni muneris esse sciamus (longè enim distant inter se, Annales Ecclesiasticos posteri commendare, & singulorum Acta martyrum, Vitalisque Sanctorum conscribere) tum etiam cum in iis recensendis multæ interdum incidant difficultates, singulas enodare cum opus esset, longè longius ab instituto diuertendum esset: quod puto pariturum fore lectori nauſeam: cui tamen iucundius esse putamus, si iis tantum breuiter recensitis, atque calamo citato percursis, in Actis quibusdam martyrum à Notariis publicis publicè commendatis ipsum interdum liberit detinere: quo ex iis quæ exploratissima sunt, cetera etiam, quæ non norit, intelligat.

XXIX.
MARTYRES
DIVERSIS
IN LOCIS
PASSI.

At ut ad eosdem martyres tunc passos redeamus, quorum mentio viget in tabulis Ecclesiasticis: leguntur sub Decio pariter passi Formiis Albina; Anagninæ Magnus Episcopus & Secundina virgo; Camerini Venantius, Anastasius, ac socij, Fulgini Felicianus; Perusæ Florentius, Iulianus, Cyriacus, Marcellinus, & Faustinus, & diuersa die Felinus & Gratianus, Aretij in Tuscia, Pergentinus & Laurentinus fratres; Florentiæ Minias; Rauennæ Fusca virgo cum Maura nutrice; & apud Alpes Cottias Bassus Episcopus; Tolosæ in Gallia Saturninus eiusdem ciuitatis Episcopus, qui glorioso agone decertans sacerdotalis vigoris egregium specimen exhibuit. Extant eius martyrij Acta; in quibus cum habeatur passus Decio & Grato Coss. hoc anno accidisse oportuit: nam prior Consulatus Decij vnà cum Grato primùm ante Philippi obitum contigit, quonondum persecutio aliqua in Occidente Christianos vexabat. Hoc item tempore in Aquitania passus est Amaranthus. Sed quid moror singularum prouinciarum ac ciuitatum martyres recensere; cum (vt vno verbo cuncta perstringam) nulla regio fuerit, quæ subiecta Romano esset Imperio, cuique Christi fides affuisset, in qua non essent martyres, qui edictis Decij parere recusantes, ne fidem amitterent, præsentis temporis vitam prodegerunt libentissimè: non ceteræ Galliarum partes, non Britannia, non Hispaniæ hisce trophæis victoriæ caruere. Sed de insignioribus quibusdam martyribus in Hispania passis sub persecutione Decij & Valeriani, agemus inferiùs opportuniore loco.

XXX.

^a Cyprian.
epist. 16.
VACAT AD-
HVC SEDES
ROMANA.

Quòd si alicubi esset Decij persecutio; Romæ certè in primis sauiſſe, certum ac patens est argumentum, quòd Romana sedes viduata pastore perseuerabat: cuius quidem viritatis certam atque exploratam in omnibus fidem facit Cypriani epistola, cuius antè meminimus, sed anni huius exordio scripta ad confessores^a, qui iam annum in carcere Romæ pegerant, cum necdum Romanus Pontifex creatus esset: cuius electionis tempore schisma etiam eosdem tetigit confessores, quos dicta Cypriani epistola demonstrat antèa inter se vnanimis fuisse atque concordēs. Quo autem Cyprianus erga illos Romanæ Ecclesiæ presbyteros esset affectus animo, eadem epistola declarat his verbis: Vobiscum illic in carcere quodammodo & nos sumus. Diuinæ dignationis hortamenta vobiscum sentire nos credimus, qui sic vestris cordibus inhæremus. Honori nos vestro charitas vestra indiuidua connectit: separari dilectionem Spiritus non finit. Vos illic confessio, me affectio includit. Et nos quidem vestri diebus ac noctibus memores, & quando in sacrificiis precem cum pluribus facimus, & cum in secessu priuatis precibus oramus, coronis & laudibus vestris plenam à Domino fauentiam postulamus.] hæc Cyprianus.

XXXI.
VACANTE
AD HVC
ROM SEDE
CVM CLERO
AGITVR.
^b Cyprian.
epist. 40.

Porrò elapso (vt diximus) primo persecutionis anno, & secundo iam inchoato, sicut confessores detinebantur in carcere, ita & Cyprianus se continebat in latebris, cum necdum Romanus Pontifex crearetur. Meminit huius temporis Cyprianus scribens ad plebem de Felicissimo schismatico cum sociis ab Ecclesia separato, cum ait^b: Non suffecerat exilium iam biennij, & à vultibus atque ab oculis vestris lugubris separatio, &c. Jntelligens planè de inchoato biennio: nam paulo superiùs satis indicat, nondum creatum fuisse Romanum Pontificem, cum ait: Cumque semel placuerit tam nobis, quàm

quàm confessoribus & clericis Vrbicis, item vniuersis Episcopis, vel in nostra prouincia, vel trans mare constitutis, vt nihil innouetur circa lapsorum causam, nisi omnes in vnum conuenerimus, &c.] quibus sanè verbis cum Cleri tantum, nulla de Romano Pontifice facta mentione, interponatur auctoritas: satis liquet, adhuc; cum illæ scriptæ sunt litteræ, Romanam Ecclesiam fuisse absque pastore. Dicere autem sedem vacasse toto biennio, pro monstro habetur, cum nullus vnquam id vel somniauerit; nec vt tam diu differretur, reddita hoc anno (vt demonstrabimus) Ecclesiæ pace, vlla prorsus causa præcesserit. Sic igitur biennium quod sui exilij Cyprianus nominat, illud tantum inchoatum, non autem expletum, est necessariò intelligendum: immò nec quod diu antèa coeptum esset; quandoquidem se eas litteras scribere restatur ante Paschatis celebratam. Qui autem biennium illud expletum putat, innumeris se tricis obuoluit, nec quo modo se illis expediat (vt ipse testatur^a) inuenit. Nominat Cyprianus spontaneum suum recessum, exilium, ea fortasse ratione, quòd (vt ait) proſcripio illud fuerat subsecuta. Reliquos autem, qui de electionis Cornelij tempore soluendi superſunt nodi, inferiùs, temporis & rerum gestarum disposito ordine, suo loco explicabimus.

^a Pamelin.
vita Cypri.

At quod de oborto schismate hoc tempore in Ecclesia Carthaginensi & tota pænè Africa, auctore Felicissimo, eadem epistola Cyprianus testatur; eius quoque verbis, vt res gesta est, enarremus. Erat hic (vt superiùs dictum est) Felicissimus, qui magnopere eiusdem Cypriani electioni fuerat aduersatus. Nam de eo hæc idem^b Cyprianus ait: Hoc enim quorundam presbyterorum malignitas & perfidia perfecit, ne ad vos ante diem Paschæ venire licuisset: dum coniurationis suæ memores, & antiqua illa contra Episcopatum meum, immò contra suffragium vestrum & Dei iudicium, venena retinentes, instaurant veterem contra nos impugnationem suam, & sacrilegas machinationes insidiis solitis denuò renouant. J hæc ipse.

XXXII.
SCHISMA
IN ECCLIA
AFRICA
CANANA.
^b Cyprian.
epist. 40.

Qui igitur ab ipso S. Cypriani sedis exordio eidem refragari cœperant, in omnibus postea aduersus eum obniti, cientes vndique turbas, non destiterunt, quamlibet caprantes occasionem: nam cum (vt dictum est) confessores eidem Cyprianus leuiter corripuisset, quòd se nimis faciles exhiberent aduersus Ecclesiasticam disciplinam, ante oportunitum tempus lapsus pacem dandam esse contendentes; tunc ille cum suis omnem lapidem mouit, vt ipse confessores à Cypriano diuelleret. Id quidem ipse ad eosdem scribens testatur, cum ait^c: Nunc apparuit Felicissimi factio vnde venisset, quibus radicibus & quibus viribus staret. Hi fomenta olim quibusdam confessoribus & hortamenta tribuebant, ne concordarent cum Episcopo suo; nec Ecclesiasticam disciplinam cum fide & quiete iuxta præcepta Dominica continerent, ne confessionis suæ gloriam incorrumpita & immaculata conuersatione seruarent. J Addiderunt insuper, vt lapsos in Cyprianum iidem prouocarent, quos ille reconciliare distulerat vsque ad redditam Ecclesiæ pacem. Nam subdit: Ac ne parum fuisset corrupisse quorundam confessorum mentes, & contra sacerdotium Dei portionem ruptæ fraternitatis armare voluisse: nunc se ad lapsorum perniciem venenata sua deceptione verterunt, vt ægros & saucios, & ad capiendam fortia consilia per calamitatem ruinæ suæ minus idoneos & minus solidos, à medela vulneris sui auocent. J & paulo post:

XXXIII.
DE FELICIS-
SIMO SCHI-
SMATIS AV-
CTORE.

^c Cyprian.
epist. 40.

Persecutio hæc est alia & alia tentatio; & quinque isti presbyteri nihil aliud sunt, quàm quinque primores illi, qui edicto nuper magistratibus fuerant copulati, vt fidem nostram subruerent, vt gracilia fratrum corda ad letales laqueos præuaricatione veritatis auerterent. Eadem nunc ratio, eadem rursus euersio per quinque presbyteros Felicissimo copulatos ad ruinam salutis adducitur, vt non rogetur Deus, nec qui negauit Christum, eundem Christum, quem negauerat, deprecetur: post culpam criminis tollatur & pœnitentia, nec per Episcopos & sacerdotes Domino satisfiat. J hos vt caueant admonet Cyprianus tam stantes quàm lapsos, cum subdit: Nemo vos Christianos ab Euangelio Christi rapiat: nemo filios Ecclesiæ de Ecclesia tollat. Pereant sibi soli, qui perire voluerunt. Extra Ecclesiam soli remaneant, qui de Ecclesia recesserunt. J ac demum: Persecutionis istius nouissima hæc est & extrema tentatio, quæ & ipsa citò Domino protegente transibit, vt repræsentet vobis post Paschæ diem cum collegis meis: quibus præsentibus, secundum arbitrium quoque vestrum, & omnium nostrum commune consilium, sicut semel placuit, ea quæ agenda sunt, disponere pariter & linare poterimus. Si quis autem pœnitentiam agere, & Deo satisfacere detrectans, ad Felicissimi &

XXXIV.
MAGNA
TENTATIO
PERSECV-
TIONI CON-
IUNCTA.

facel-

satellitum eius partes concesserit, & se hæreticæ factioni coniunxerit; sciat se postea ad Ecclesiam redire, & cum Episcopis, & plebe Christi communicare non posse.] hæc Cyprianus ad suos de Felicissimo schismate.

XXXV.
COGIT SVOS
FELICISSI-
MVS IN
MONTE.
^aCyprian.
epist. 38.

Inter hæc autem idem Felicissimus, quos suis addixerat partibus, & in dies magis adiciebat, seorsum Ecclesiam statuens, & altare erigens, colligebat in monte quodam: cuius conatibus vt S. Cyprianus obuiam iret, misit in eas partes Caldonium & Herculanum Episcopos, Rogatianum atque Numidicum presbyteros, quos vicem suam acturos vicarios constituit: quibus in mandatis dedit, vt pauperum curam agerent, atque debita singulorum expungerent. quod eo factum puto consilio, ne illos egentibus Felicissimus ab Ecclesia in suam communicationem abriperet. Sed inter hæc addidit ad pristina noua scelera Felicissimus, impediens in primis eiusmodi debitorum expunctionem, ac singulorum descriptionem, idque magistratibus sæcularibus secum adhibitis: adiecit his insuper, vt à communicatione pronuntiaret extorres omnes qui secum non communicarent in monte. His igitur & aliis nefandis sceleribus ab homine perpetratis S. Cyprianus prouocatus^b, qui se hæcenus patientia continuerat, excommunicationis sententia eum perculit, de qua ad Episcopos Caldonium & Herculanum, necnon ad Rogatianum atque Numidicum presbyteros, his verbis agit:

^bCyprian.
epist. 38.

XXXVI.
SOLVIT DE-
BITA PA-
PERVM CY-
PRIANVS.

Cumque ego vos pro me vicarios miserim, vt expungeretis necessitates fratrum nostrorum sumptibus; si qui etiam vellent suas artes exercere, additamento, quantum satis esset, desideria eorum iuaretis; simul etiam & ætates eorum & conditiones & merita discerneretis; vt iam nunc ego, cui cura incumbit, omnes optime nossem, & dignos quoque & humiles & mites ad Ecclesiasticæ administrationis officia promouerem: ille intercesserit, ne quis posset expungi; neve ea quæ desideraueram, possent diligenti examinatione discerni: comminatus sit etiam fratribus nostris qui primi expungi accesserant, potentatu improbo, & terrore violento, quod secum in monte non communicarent, qui nobis obtemperare voluissent. Cumque post hæc omnia nec loci mei honore motus, nec vestra auctoritate & præsentia fractus, instinctu suo quietem fratrum turbans, proripuerit se cum plurimis, ducem se factionis & seditionis principem temerario furore contestans: in quo quidem gratulor plurimos fratres ab hac audacia recessisse, & vobis acquiescere maluisse, vt cum Ecclesia matre remanerent, & stipendia eius, Episcopo dispensante, perciperent: quod quidem & ceteros pro certo scio cum pace facturos, & citò ab errore temerario recessuros.

XXXVII.
SENTENTIA
EXCOMMUNICATIO-
NIS IN FELICISSI-
MVM ET SOCIOS.

Interim cum Felicissimus comminatus sit non communicaturos in monte secum, qui nobis obtemperassent, id est, qui nobis communicarent: accipiat sententiam quam prior dixit, vt abstentum se à nobis sciat, quando ad fraudes eius & rapinas, quas dilucida veritate cognouimus, adulterij etiam crimen accedit, quod fratres nostri graues viri deprehendisse se nuntiauerunt, & probaturos se asseuerarunt. Quæ omnia tunc cognoscemus, quando in vnum cum collegis pluribus, permittente Deo, conuenerimus. Sed & Augendus, qui nec Episcopum nec Ecclesiam cogitans, pariter se cum illius conspiratione lociauit; si vltra cum eo perseuerauerit, sententiam ferat, quam ille in se factiosus & temerarius prouocauit. Sed & quisquis se inspirationi & factioni eius adiunxerit, sciat se in Ecclesia nobiscum non esse communicaturum, qui sponte maluit ab Ecclesia separari. Has litteras meas fratribus nostris legite, & Carthaginem ad Clerum quoque transmittite, additis nominibus eorum, quicumque se Felicissimo iunxerunt.] Sententia autem promulgata, à Caldonio Episcopo scripta ad collegas Herculanum, Victorrem, Rogatianum, atque Numidicum presbyteros, aduersus Felicissimum, & ei communicantes, sic se habet: Abstiniimus communicatione Felicissimum, & Augendum, item Repostum de extorribus, & Irenem Rutilorum, & Paulam Sarcinatricem, quod ex annotatione mea scire debetis. Item abstiniimus Sophronium, & ipsum de extorribus Soliassum Budinarium.] ita ipse.

^cApud Cyprian.
epist. 39.

XXXVIII.
MONTENSIVM
ORIGINEM
VNDI.

Hinc cœpta omnium malorum origo: conflatum enim hoc tempore schisma in Ecclesia Africana, tam altas fixit radices, vt nec multis sæculis valuerit quouis studio atque arte conuelli; quin sæpè ramis excisis, ex veteri trunco nouis germinibus pullulantibus, in dies magis magisque infelicius fuerit propagatum. Vides hic Montensium schismaticorum primam originem, ac nominis primum ortum, nempe à Felicissimo, qui colligere cœpit suos in montibus; eiusque esse nominis prima hæc elementa formata, quod

A quod & illi sunt æmulati, qui postea ex Donati schismate, temporibus Constantini ac filiorum, Montenses sunt appellati; quod, sicut isti, in montibus delegerint habitare: de quibus suo loco dicturi sumus.

Ex hac pariter Felicissimi infelicitissima officina impius Nouatus primus auctor malorum produit, qui eandem dissensionis pestem (vt demonstrabimus) in Urbem inuexit. Horum quoque germen, sed & amplissimum propagator Donatus fuit. Vnum ergo portentum tot genuit monstra, & Felicissimus vnus tot infelicitum casuum auctor extitit. Verum eorum quæ à Felicissimo gerebantur (licet ipse se non palam proderet) incensor erat & impulsor Nouatus Episcopus, qui, Cypriano inuito, Felicissimum (vt ait^a)^b Cyprian. diaconum ordinauerat, quem idem auctor appellat Nouati satellitem: quamobrem cum opportunum sibi visum est tempus, Nouatus qualis esset, cum se ostenderet; accidit, vt Felicissimi nomen velut obscurum exoleuerit, & Nouatus schismaticæ factionis (vt erat) antesignanus ab omnibus nominaretur. At ne fallaris, quod audisti Felicissimum creatum fuisse à Donato diaconum; alium planè diuersum à Felicissimo presbytero hunc esse cognosce: nam iste iam presbyter erat, cum S. Cyprianus est creatus Episcopus; hic autem Cypriano iam Episcopo, à Donato diaconus electus est. Quomodo autem Nouatus pariter ac Felicissimus schismatis propagandi causa sese in Urbem intulerint, paulo post dicemus.

XXXIX.
NOVATVS
VNDI PRO-
DIIT.

^aCyprian.
epist. 49.

Inter hæc autem, viuentē adhuc Decio, & aliis in locis ac Romæ potissimum Ecclesiam persequente (quo modo, nescimus) in Ecclesia Africana; vt à S. Cypriano fuerat propheticè antè prænuntiatum, radius quidam pacis post atros persecutionis nimbos affulsit. Multa quidem accidere potuerunt, vt de populo Africano Decius benè mereri videri vellet; & fortasse illud, quod, cum barbarorum ea prouincia pateret incurfibus, bellum quo Gentiles aduersus Christianos hæcenus dimicassent, necessitate compellente, fuerit in barbaros conuertendum. Quamplurimos, sanè ex Africa populos fuisse his fermè temporibus captos à barbaris, atque captiuos ductos, Cypriani epistolæ, de quibus inferius, fidem faciunt locupletissimam. Siue hac igitur, quam certiore putamus, siue alia qualibet de causa; certum illud est, hoc anno ante Paschæ tempus Africanæ Ecclesiæ redditam esse pacem. Quam tamen, viuentē adhuc Principe, minùs tutam, & sui ortu inuidiosam existimans Cyprianus, scripsit ad suos (quod diximus) post Pascha suum reditum consultius differendum: eiusdemque suæ post pacem moræ, ad Clerum^b scribens, eandem asserit rationem, sic dicens: Optans citò ad vos venire, vt desiderio tam meo quam vestro & omnium fratrum satisfiat: oportet nos tamen paci communi consulere, & interdum, quamuis cum tædio animi nostri, deesse vobis, ne præsentia nostri inuidiam & violentiam Gentilium prouocet, & simus auctores rumpendæ pacis, qui magis quieti omnium consulere debemus. Quando ergo vos scripseritis, rebus compositis, me venite debere, aut si antè dignatus fuerit Dominus ostendere, tunc ad vos veniam.] post hæc autem, vt interea pauperum curam gerant, inculcat.

XL.
DE PACE
REDDITA
ECCLESIAE
AFRICANÆ.

^bCyprian.
epist. 36.

Cum hæc in Africa agerentur, qui semel per suos cathedram contra cathedram Nouatus diro schismate collocarat, quò infelicia germina in transmarinam quoque Ecclesiam propagaret, Romam se contulit, vt nactus occasionem vacantis sedis, eam Ecclesiam dolis atque insidiis appetere aggrediretur: conaturus in primis aliquos sibi communicatores conciliare, sicque plurimos decipere, ac denique omni studio eniti, vt aliquem ex iis quos sibi conciliaffet, & quem à suis partibus stare sciret, in sedem euehendum Pontificiam procuraret, ac proinde sic conflatum schisma consolidaret: hacque arte sedi Cypriani, tamquam hominis foris stantis, negotium facefferet, insidiareturque. Tanti igitur sceleris ipse primarius architectus, ad componendos dolos ac fallacias construendas peritissimos secum duxit artifices. Sed præter sententiam accidit, vt citius quam putaret, Cornelius Pontifex crearetur. Iam non ferenda amplius videbatur tanta non solum Romanæ, sed totius Catholici Orbis Ecclesiæ importuna adeò atque molesta viduitas: quod nimirum lapsorum ingens numerus præ foribus staret, ac sollicitius instaret, vt in Ecclesiam reciperetur.

XLI.
NOVATVS
SCHISMATICVS
INNOTESCIT.

His igitur aliisque exigentibus causis, quantumlibet persecutio adhuc vigeret, & Principem scirent suo ipsorum conatui obnitentem, tamen coeuntibus simul Romanis clericis, quorum id erat officij, summa animorum consensione eligunt in Christianæ religionis Pontificem Cornelium Romanum ciuem ex patre Castino. Qualis autem hic fuerit,

^a Cyprian.
epist. 52.
CORNELII
ELECTIO
QUALIS.

fuert, & quo modo in Romanum Pontificem electus, idem S. Cyprianus^a ad Antonianum scribens narrat his verbis: Venio iam nunc, frater charissime, ad personam Cornelij collegæ nostri, ut Cornelium nobiscum veriùs noueris, non de malignorum & detrahentium mendacio, sed de Domini Dei iudicio, qui Episcopum fecit; & Coepiscoporum testimonio, quorum numerus vniuersus per totum mundum concordia vnanimitate consensit. Nam, quod Cornelium charissimum nostrum Deo, & Christo, & Ecclesie eius, item consacerdotibus cunctis laudabili prædicatione commendat, non iste ad Episcopatum subito peruenit, sed per omnia Ecclesiastica officia promotus, & in diuinis administrationibus Dominum sæpe promeritus, ad sacerdotij sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit.

XLIII.
CORNELII
MODESTIA.

Tum deinde Episcopatum ipsum nec postulauit, nec voluit, nec ut ceteri, quos arrogantia & superbia suæ tumor inflat, inuasit: sed quietus & modestus, & quales esse conueuerunt, qui in hunc locum diuinitus eliguntur, pro pudore virginialis conscientie suæ, & pro humilitate ingenitæ sibi & custoditæ verecundia, non ut quidam vim fecit, ut Episcopus fieret, sed ipse vim passus est, ut Episcopatum coactus exciperet. Et factus est Episcopus à plurimis collegis nostris, qui tunc in vrbe Roma aderant: qui ad nos litteras honorificas & laudabiles & testimonio suæ prædicationis illustres de eius ordinatione miserunt. Factus est autem Cornelius Episcopus de Dei & Christi eius iudicio, de clericorum panè omnium testimonio, de plebis quæ tunc adfuit suffragio, & de sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri & gradus cathedræ sacerdotalis vacaret: quo occupato, de Dei voluntate atque omnium nostrum consensione firmato, quisquis iam Episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat Ecclesiasticam ordinationem, qui Ecclesie non tenet vnitatem.] hæc de electione Cornelij Cyprianus.

XLIV.
ELECTIO
ROM. PONT.
QUOMODO
FIERI SOLITA.

Ex quibus sanè, qualiter fieri solet olim Romani Pontificis electio (cuius ritum, obortis sæpe schismatibus, sæpiùs mutari contigit, ut omnis temeritati aditus præclusus vndique foret) expressum satis habetur: nimirum, quod diuinum præcedere solet iudicium atque suffragium, Deo, quem vellet eligi, signo aliquo admonente, Apostolico more: de quo pluribus tomo primo Anualium, cum de Ecclesiasticis ordinationibus ex traditione Apostolica prouenientibus actum est. Qui igitur videretur Dei iudicio præelectus, coacto presbyterio (hoc enim nomine tunc sacra illa comitia dicebantur) rogabantur singulorum sententiæ: eorum itidem vota & testimonium explorabatur, qui plebis totius vicem repræsentarent. Admittebantur æquè ad eadem comitia, si qui aderant tunc in Vrbe Episcopi cum prærogatiua suffragij. Quæ omnia acta esse in electione Cornelij, quæ ex Cypriano recitata sunt, aperte declarant.

XLV.
^b Cyprian.
epist. 52.
^c Cyprian.
epist. 41.
^d Cyprian.
epist. 68.

Aderant tunc in Vrbe Episcopi sexdecim (ut ipse scribit ad Antonianum^b) inter quos ex Africa erant duo tantum, Pompeius ac Stephanus, quorum ipse^c meminit: nam Caldonius, & Fortunatus postea à Cypriano Romam sunt missi. Quod verò ad plebis in electione officium spectat; sic aderat, ut de ordinandi ante acta vita testimonium ferret, non autem quod ferendi suffragij ius haberet. id enim Cyprianus alibi docet^d his verbis: Videmus de diuina auctoritate descendere, ut sacerdos, plebe præsentè, sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur.] hæc ipse pluribus, suffragium ad Clerum, iudicium verò, quod idem est quod testimonium, ad plebem referens, licet hoc ipsum alibi appellet quoque suffragium^e.

^e Cyprian.
epist. 52.
XLVI.
TEMPVS E-
LECTIONIS
CORNELII.
^f Cyprian.
epist. 52.

Antequam autem de oborto post Cornelij electionem schismate agamus, illud in primis peruidendum est, in quæ tempora Cornelij sedes incidit; idque eiusdem Cypriani testificatione intelligamus. Ad Antonianum^f ergo scribens, postquam ea, quæ de electione Cornelij dicta sunt, enarravit, hæc addit: Tum deinde post Episcopatum non ex ambitu, non extortum; sed de Dei, qui sacerdotes facit, voluntate susceptum, quanta in ipso suscepto Episcopatu suo virtus? quantum robur animi? qualis firmitas fidei? quod nos simplici corde & perspicere penitus, & laudare debemus: sedisse intrepidum Romæ in sacerdotali cathedra eo tempore, cum tyrannus infestus sacerdotibus Dei, fanda atque infanda comminaretur: cum multo patientius & tolerabilius audiret leuari aduersus se æmulum Principem, quàm cõstitui Romæ æmulum sacerdotem. Nõnne hic, frater charissime, summo virtutis & fidei testimonio prædicandus est? Nõnne inter gloriosos confessores & martyres deputandus, qui tantum temporis sedit expectans corporis sui carnifices,

nifices, & tyranni ferocientis ultores, qui Cornelium aduersus edicta feralia resistentem, & minas & cruciatus & tormenta fidei vigore calcantem, vel gladio inuaderent, vel crucifigerent, vel igne torrerent, vel quolibet inaudito genere poenarum viscera eius & membra laniarent? Etiam si maiestas Domini protegentis & bonitas, sacerdotem quem fieri voluit, factum quoque protexit; tamen Cornelius, quantum ad eius deuotionem pertinet & timorem, passus est quicquid pati potuit, & tyrannum armis & bello postmodum victum prior sacerdotio suo vicit.] hucusque Cyprianus, planè significans, viuentè adhuc Decio, & persecutione Romæ furentè, Cornelium creatum fuisse Pontificem, & ut puto, mense Aprili: nam nondum tempore electionis eius celebratum fuerat Concilium in Africa, quod hoc anno mense Maio collectum fuisse, idem Cyprianus affirmat, ad ipsum Cornelium^a scribens.

^a Cyprian.
epist. 55.

XLVII.
DECII IMP.
OBITVS.

Rursum verò eum non fuisse creatum ante Paschale tempus, eiusdem Cypriani litteræ instante Paschate ad suos datæ, quibus post Pascha spondet aduentum suum, satis demonstrant, cum eo tempore adhuc Sedem Romanam vacare significat, dum de iis, quæ in causa lapsorum ab eodem tunc Clero statuta essent, in testimonium adducit; dicturus proculdubio de Romano Pontifice, si tunc creatus fuisset. Sic igitur eo tempore, quod à Paschate vsque ad mensem Maium interlapsum est, creatum fuisse Cornelium, certum est. Ab electione verò Cornelij haud multum post temporis spatium, Decium Imperatorem bello victum extinctum esse, idem Cyprianus ad Antonianum^b ipso Cornelij sedis exordio post constatum schisma à Nouatiano scribens quæ nuper recitauimus, de interitu Principis satis expressè affirmare videtur illis verbis: Tyrannum armis & bello postmodum victum prior sacerdotio suo vicit.] qui & in libro, quem scripsit de Lapsis, planè testatur^c diuina vltione Decium fuisse extinctum.

^b Cyprian.
epist. 5.

^c Cyprian. lib. de
Lapsis, p. 11.

Ex his itaque apparet, veriorem atque certiore esse de annis Decij sententiam, dicentium, ipsum regnasse annum vnum, & secundum inchoasse per aliquot menses. Id quidem Eusebius^d in primis tradit in historia, affirmans Decium nequaquam regnasse biennium. Idem quoque in Chronico, vbi solet tempora distinctius enumerare, imperasse ipsum tradit anno vno & mensibus tribus; quippe qui regnare coepit mense Ianuario, & euoluto anni circulo, defierit mense Aprili, atque adeo annum vnum & tres menses exegerit in Imperio. Cassiodorus etiam idem cum Eusebio sentiens, eundem anni vnus ac trium mensium numerum in Chronico ponit. Qui autem secus senserunt, decepti videntur, quod secundum numerum Decij Consulatum annos etiam Imperij numerarint, parum attendentes, in quod tempus primus, & in quod secundus eius Consulatus incidit. Quod si Tribunitia potestas eius in nummis vel aliis antiquis inscriptionibus tertio vnà cum Consulatu eodem numero aucto repetita habetur; id accidit, quòd anno ante Philippi necem (ut dictum est) ab exercitu Imperator est appellatus, cum etiam Tribunitiam potestatem ex more consecutus est. Videas & nostræ huic chronologiae annos Christi quoque optimè respondere, dum Decij exitum, & Galli ac Volusiani ingressum anno Christi ducentesimo quinquagesimo quarto signamus: quod ipsum Eusebium quoque fecisse, eius Chronicon fidem facit.

XLVIII.
DECII IMP.
ANNI.
^d Euseb. li. 7.
cap. 1.

Quod verò ad Decij obitum spectat, quantumlibet optimi Principis specimen edidisse visus sit, quippe qui eam sibi apud suos æstimationem comparasset, ut Traianus cognomento dici mereretur, atque ob eam causam de Republica optimè meritis, charus omnibus esset: Christiani tamen sanguinis effusi reus, vlciscente Numine, haud diu in Imperio viuere meruit, sed meritis poenas dedit, dum aduersus Gothos Mæciam & Thraciam infestantes decertans, à Treboniano Gallo Limitanei exercitus in Mæcia agentis duce proditus, extincto filio, ipse equo salutem captans, in profundam paludem incidens, ab ea confestim absorptus, nusquam amplius visus est. In quem iure Constantinus Imperator, in Oratione quam habuit ad sanctum Episcoporum cœtum, his verbis inuehitur: Abs te, Deci, iam sciscitari volo, qui aliquando iustorum laborem infestatus es, qui Ecclesiam odio habuisti, qui poenam sanctè pieque degentibus irrogasti, quid crudelitatis iam post hanc vitam patras? immò verò quibus & quàm acerbis calamitatibus ipse quasi irretitus teneris? Tuam porrò miseram & infelicem conditionem satis declarauit illud temporis interuallum, tamquam inter vitam & mortem interpositum, cum ipse in agris Scythicis vnà cum omnibus copiis prostratus, Imperium Romanum, omnium ore celebratum, Getis ludibrio & despectui obiecisti.] hæc in Decium Constantinus.

XLIX.
DIUINA
VLTIONE
SVBLATVS
EST DECIVS.

CHRISTI
254.CORNELII PAP.
I.DECII IMP.
2.

L. Hic addere non præterimus, in antiquioribus omnibus Martyrologiis die decima octava mensis Octobris inter sanctos adscriptam haberi Tryphoniam uxorem Decij Caesaris, eandemque sepultam in cœmeterio apud S. Hippolytum. Decij iunioris hanc fuisse coniugem, non autem Decij senioris, eius patris, cuius vxor dicta reperitur Herennia Sallustia, notauimus^a in Rom. Martyrologio.

^a Martyrol.
Rom. die
18. Octob. f.

LI.
QVIVS. CY-
PRIANVS
CVM LA-
PVSIS.

Sed cum morte Decij planè reddita esset pax Ecclesiæ, & frequens lapsorum turba, quæ expectare iussa erat pacis tempus, glomeratim, vt reciperetur in Ecclesiam, festinans accurreret: Cyprianus id absque delectu fieri, præter disciplinam & dignitatem Ecclesiasticam ratus; indecensque existimans pulsantibus indistinctè ostium aperire, quod non nisi verè pœnitentibus patere soleat; præter id quod verbis, quos potuit, admonere non prætermisit, scriptis quoque eorundem saluti & Ecclesiasticæ censuræ maiestati consulere non desistit. Elucubrauit igitur tunc commentarium illum De lapsis, cuius exordio de pace reddita, & gratiarum actione Deo agenda, sic habet: Pax ecce, dilectissimi fratres, Ecclesiæ reddita est: & quod difficile nuper incredulis, ac perfidis impossibile videbatur, ope atque vltione diuina securitas nostra reparata est. In lætitiâ mentes redeunt, & tempestate pressuræ ac nube & caligine discussa, tranquillitas & serenitas refulserunt. Dandæ laudes Deo, & beneficia eius ac munera cum gratiarum actione celebranda: quamuis agere gratias nostra vox nec in persecutione cessauerit: neque enim tantum inimico licere potest, vt non, qui Dominum toto corde & anima & virtute diligimus, benedictiones eius & laudes semper & vbique cum gloria prædicemus. Exoptatus votis omnium dies venit, & post longæ noctis horribilem tetramque caliginem, Domini luce radiatus mundus eluxit.

LII.
PRODIGIA
DE LAPSVS
VISA.

Post hæc autem recensens martyrum gloriosos triumphos, & confessorum infractam animi virtutem atque constantiam, lapsorum miserabilem stragem, ac tristia funera deplorat: qua etiam narratione de admirandis prodigijs, quæ in nonnullos, qui præuicari à pietate fuerant, persecutionis illius tempore contigerunt, memorandam in hæc verba atexit historiam: Si incredulis quibusdam minor fides est futurorum, vel presentibus terroantur. Ecce eorum, qui negauerunt, quæ supplicia conspiciamus? quos eorum tristes exitus fleamus? Nec hic esse sine pœna possunt, quamuis necdum dies venerit pœnæ. Plectuntur interim quidam, quò ceteri corrigantur, exempla sunt omnium, tormenta paucorum. Vnus ex his, qui sponte Capitolium negaturus ascendit, postquam Christum negauit, obmutuit. Pœna inde cœpit, vnde cœpit & crimen, vt nec rogare iam posset, qui verba ad precandam misericordiam non haberet. Alia in balneis constituta (hoc enim crimini eius & malis deerat, vt & ad balneas statim pergeret, quæ lauacri vitalis gratiam perdidisset) illic ab immundo spiritu immunda correpta cecidit: laniavit dentibus linguam, qua fuerat vel pasta impiè, vel locuta: postquam ieleratus cibus sumptus est, in perniciem suam rabies oris armata est: ipsa sui carnifex extitit, nec diu superesse postmodum potuit: doloribus ventris & viscerum cruciata defecit.

LIII.
DE PARVV-
LA NESCIA
LAPVS E-
VOMENTI
EVCHARI-
STIAM.

Præsentem ac telte me ipso, accipite quid euenerit. Parentes forè fugientes, dum trepidi minus sibi consulunt, sub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt: relictam nutrix detulit ad magistratus. Illi ei apud idolum, quò populus confluerebat, quòd carnem necdum posset edere per ætatem, panem mero mixtum, quod tamen & ipsum de immolatione pereuntium supererat, tradiderunt. Recepit filiam postmodum mater. Sed facinus puella commissum tam loqui & indicare non potuit, quam nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoracione igitur obreptum est, vt sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed enim puella mixta cum sanctis, precis nostræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æstu cœpit fluctuabunda iactari; & velut tortore cogente, quibus poterat indicijs conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Vbi verò, solemnibus adimpletis, calicem diaconus offerre presentibus cœpit, & accipientibus ceteris locus eius aduenit, faciem suam paruula instinctu diuinæ maiestatis auertere, os labijs obrurantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamen diaconus, & reluctanti licet de Sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singulus & vomitus: in corpore atque ore violata Eucharistia permanere non potuit: sanctificatus in Domini sanguine potus de pollutis visceribus erupit. tanta est potestas Domini, tanta maiestas: secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt: sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem, quæ ad loquendum alienum circa se crimen necdum habuit ætatem.

At

CHRISTI
254.CORNELII PAP.
I.DECII IMP.
2.

A At verò quæ ætate prouecta & in annis adultioribus constituta sacrificantibus nobis latenter obreptit, non cibum, sed gladium sibi sumens, & velut quædam venena letalia, inter fauces & pectus sanguinem admittens, angi, & anima æstuante concludi postmodum cœpit: & pressuram non iam persecutionis, sed delicti sui passa, palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit, nec occultum dissimulatum conscientia crimen: quæ fefellerat hominem, Deum sensit vltorem. Er cum quædam arcam suam, in qua Domini Sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire; igne inde surgente deterrita est, ne auderet attingere. Et alius, qui & ipse maculatus, sacrificio à sacerdote celebrato, partem cum ceteris ausus est latenter accipere; Sanctum Domini edere & contrectare non potuit; cinerem ferre se apertis manibus inuenit. Documento vnus ostensum est, Dominum recedere, cum negatur: nec immerentibus ad salutem prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem, sanctitate fugiente, mutetur. Quàm multi quotidie pœnitentiam non agentes, nec delicti sui conscientiam consentes, immundis spiritibus adimplentur! Quàm multi vsque ad insaniam mentis excordes, dementiae furore quantur! Nec necesse est ire per exitus singulorum, cum per Orbis multiformes ruinas, tam delictorum pœna sit varia, quàm delinquentium multitudo numerosa.]

LIV.

MIRACV-
LVM DEEV-
CHARISTIA
IN ARCA
RECONDI-
TA.

Hucusque de prodigijs Cyprianus: quibus admonere voluit lapsos, & ad pœnitentiæ lacrymas inuitare, atque irrationalem eorum impetum coercere. Ad quos inter multa hæc quoque: Confruantur singuli, quæso vos, fratres dilectissimi, delictum suum, dum adhuc qui deliquit in sæculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est.] Et cum multis, vt pœnitentiam veram ac plenam agant, inculcet, qualis esse debeat, demum declarat his verbis: Orare oportet impensius & rogare, diem luctu transigere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lacrymosis lamentationibus occupare, stratos solo adherere cineri, in cilicio & fordibus volutari, post indumentum Christi perditum, nullum hic iam velle vestitum: post diaboli cibum malle ieiunium; iustis operibus incumbere quibus peccata purgantur, eleemosynis frequenter insistere, quibus à morte animæ liberentur.] hæc & alia de his plura Cyprianus, sed generatim tantum. Quæ verò cuilibet lapso pro qualitate delicti specialis instigenda esset punitio, in proxima Synodo, Episcoporum omnium consensu, æqua lance librata, constituta est.

LV.
LAPSVS COM-
VENIENS
PœNITEM-
TIA.

Restitutus igitur (vt dictum est) Carthagini Cyprianus, quòd iam antè litteris pollicitus fuerat, commemorationes sanctorum martyrum oblatione sacrificij inuicem vnà cum suis solemniter celebrasse, alioque sacræ disciplinæ ritus restituisse, qui persecutionis furore videbantur intermissi, putandus. Nam id quidem olim ad suos^a scribens sæpè sponponderat, & de natalitijs martyrum celebrandis (quorum dies migrationis vt exactè à suis notarentur, admonuit) illud addiderat: Quæ citò vobiscum, Domino protegente, celebrabimus.] At vt videas vnus Ecclesiæ Catholicæ eandem quæ in Occidente, in Oriente quoque consuetudinem viguisse: quod Cyprianus in Africa, id ipsum erga sanctos martyres præstiterunt Episcopi in Oriente, & inter alios S. Gregorius Thaumaturgus, Episcopus Neocæsariensis in Ponto; qui & ipse, perinde ac fecerat Cyprianus, hac vrgente persecutione in solitudinem secesserat: redditaque ob Decij mortem Ecclesiæ pace, rediens Neocæsaream, eadem de martyribus curauit, quæ Cyprianus Carthagine.

LVI.
NATALITIA
MARTYRYVM

^a Cyprian.
epist. 37.

Quænam autem ea fuerint pietatis officia, & erga sanctorum martyrum celebritatem impensa studia, Gregorius Nyssenus^b, qui res ab eo gestas egregiè profecutus est, narrat his verbis: Ceterum cum iam auxilio diuino tyrannis illa dissoluta esset, & pax rursus humanam vitam excepsisset; perquam expeditum erat & liberum omnibus abundè propositum studium erga numen diuinum: Gregorius descendit rursus in vrbem, & omni circa regione vndique peragrata & perlustrata, additamentum & quasi corollarium studij erga numen diuinum instituebat: apud omnes vbique populos sanciens, vt nomine eorum, qui pro fide decertassent, dies festi atque solemnnes conuentus celebrarentur. Cumque alij in alium locum corpora martyrum deduxissent, per anniuersarij circuli ambitum congregari lætabantur, in honorem martyrum ferias agentes.] Addit ab eodem fuisse permissum in iisdem martyrum solemnitatibus paulò indulgentius exhilarari, quòd his detenti ex pietate institutis officijs, à spectaculis Gentilium abstinere.

LVII.
NATALITIA
Vna Gregorij
Thaum.

Extincto iam Decio vnà cum filio, idem qui supra Caius Vibius Trebonianus Gal-
lus inuasit Imperium, filiumque Volusianū postea collegam sibi adificens, Augustum

LVIII.
GALLVS ET
VOLVSTA-
NVS IMPP.

^a Apud Eu-
leb. lib. 7. c. 1.

creauit. Qualis autem Ecclesie status sub iisdem Imperatoribus fuerit, ^a Dionysius Alex-
andrinus, qui hæc omnia præsens spectauit oculis, in epistola quam scripsit ad Hermamo-
nem significat; primo scilicet tempore horum Imperij Ecclesiam Dei à persecutione
quicuisse, postea autem iterum fuisse vexatam. Certè quidem creatione Volusiani quie-
uissè etiam Romæ persecutionem sub Decio concitatam, illud argumento est, quod qui
detinebantur in carcere confessores, vinculis soluti, liberi abire permisi sunt. Qui ta-
men (ò infortunium, & rerum humanarum in viris sanctis etiam inconstantiam!) à No-
uatiano decepti, conflato schismati vim maximam addidèrunt; vt S. Cyprianus ^b, ad eos
redeuntes ad Ecclesiam scribens, testatur his verbis: Postquam vos de carcere prodeun-
tes schismaticus & hæreticus error excepit, sic res erat, quasi vestra gloria in carcere re-
mansisset. Illic enim resedisse vestri nominis dignitas videbatur, quando milites Christi
non ad Ecclesiam de carcere redirent, in quem prius cum Ecclesie laude & gratulatione
venissent.] Iam enim Nouatum ex Africa Romam venisse ad conflandum (vt in Africa
fecerat) in Ecclesia Romana discordias, nuper attigimus. Verùm quoniam ab eo, velut
è fonte, malorum omnium fluxit origo, quoniam hic esset, quibusve compositus mori-
bus, quos secum duxerit, & quid demum egerit, diligentius est perquirendum.

^b Cyprian.
epist. 51.
CONFES-
SORES FACTI
SCHISMA-
TICIS.LIX.
^c Cyprian.
epist. 49.
DE NOVATO
IN AFRICA
EPISCOPO.
^d Cyprian.
epist. 49.

Fuisse Nouatum in Africa Episcopum, ex eo certum deducitur argumentum, quod
de eo S. Cyprianus ^c tradit, fuisse ab ipso ordinatum diaconum Felicissimum. ad Corne-
lium enim de eo scribens, hæc ait: Qui istic aduersus Ecclesiam diaconum fecerat, illic
Romæ Episcopum fecit.] Cuius autem Ecclesie Episcopus fuerit, haud compertum ha-
betur. Qualis porò hic esset, idem Cyprianus eadem quoque epistola ad Cornelium ^d
egregiè sanè describit his verbis: De Nouato nihil inde ad nos fuerat nuntiandum,
cum magis per nos vobis debeat Nouatus ostendi, rerum nouarum semper cupidus, aua-
ritie inexplebili rapacitate furibundus, arrogantia & stupore superbi tumoris inflatus,
semper istic Episcopis malè cognitus: quasi hæreticus semper & perfidus, omnium sacer-
dotum voce damnatus: curiosus semper, vt prodatur ad hoc adulator, vt fallat: numquam
fidelis, vt diligit: fax & ignis ad conflanda seditionis incendia: turbo & tempestas ad
fidei faciendam naufragia: hostis quietis, tranquillitatis aduersarius, pacis inimicus.] & post
multa, quæ suo loco dicemus, addit: Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pecuniæ quo-
que Ecclesie denegatæ, has de illo exigunt pœnas, quas in eius furore conspiciamus. Pater
etiam eius in vico fame mortuus, & ab eo in morte postmodum nec sepultus: vterus vxor-
is calcè percussus, & abortione properante in paricidium partus expressus.]

LX.
NOVATI
SCHISMA.

Cur autem ab Ecclesia descuerit, mox subdit, inquiring: Hanc conscientiam crimi-
num iam pridem timebat: propter hoc se non de presbyterio excitari tantum, sed & com-
municatione prohiberi, pro certo tenebat: & vrgentibus fratribus, imminerebat cognitio-
nis dies, quo apud nos causa eius ageretur, nisi persecutio anteuenisset: quam iste voto
quodam euadendæ & lucrandæ damnationis excipiens, hæc omnia commisit & miscuit:
vt qui eiici de Ecclesia & excludi habebat, iudicium sacerdotum voluntaria discessione
præcederet; quasi euasisse sit pœnam, præuenisse sententiam.] & quod eadem epistola
superius dixerat, de eius ex Africa in Urbem aduentu sic ait: Idem & Nouatus, qui
apud nos primùm discordiæ & schismatis incendium seminavit: qui quosdam istic ex
fratribus ab Episcopo segregauit: qui in ipsa persecutione, ad euertendas fratrum men-
tes, alia quædam persecutio nostris fuit. Iste est qui Felicissimum satellitem suum, dia-
conum, nec permittente me, nec sciente, sua factione & ambitione constituit; & cum
sua tempestate Romam quoque ad euertendam Ecclesiam nauigans, similia illic & paria
molitus est, à Clero portionem plebis auellens, fraternitatis benè sibi cohærentis & se
inuicem diligentis concordiam scindens.] hæc Cyprianus.

LXI.
DE FELICIS-
SIMO DIA-
CONO.
^e Cyprian. ep. 40.
NOVATI
ET NOVA-
TIANVS.

Quod autem ad Felicissimum à Nouato ordinatum diaconum spectat, diuersus (vt
videtur) est hic ab illo Felicissimo, qui sedi Cypriani aduersarius, schismaticusque auctor
factus est: nam ille Cypriani presbyter iam fuisse dicitur. Præterea cum duæ inter se con-
trariæ essent sectæ schismaticorum: Felicissimus ille sententiæ Nouati aduersarius erat,
quod diceret, lapsos omnes absque pœnitentiæ mora recipiendos. Romam cum Nouatus
venisset, Nouatianum presbyterum Romanum, ob Cornelij electionem inuidia stimu-
lis agitatam, & animo auersatum inueniens, cepit vnà cum illo aduersus Cornelium
agere, atque alios quoque quoscumque posset ab eius communicatione retrahere, multa
de illo falsa iactare, cum confessoribus quoque in carcere adhuc detentis in illum obloqui;

ac

A ac falso quodam pietatis intuitu probos etiam illi inoffensos reddere conatus est. Machina-
bantur hæc primùm secretò Nouatianus atque Nouatus, ambo Nouantes, & ad res opti-
mas quasque statutas innouandas ac inuertendas egregiè comparati.

Sed de iis illud in primis commonendum, similitudine nominum factum, vt nonnulli
antiqui scriptores alterum pro altero interdum vsurparint, & alij vnum eundemque
Nouatum cum Nouatiano conflauerint: sed interdum id errore librariorum factum
putamus. nam cum apud Eusebij historiam reperiatur Nouatianus cum Nouato con-
fusus, in Chronico tamen ab eodem exactè distinctos inuenies, cum ait: Nouatus presby-
ter Cypriani Romam veniens, Nouatianum & ceteros confessores sibi sociat, eò quod
Cornelius pœnitentes apostatas receperat.] hæc ipse, qui distinguens singulorum nomi-
na, confundit ordinem, dum Nouatum presbyterum nominat, quem (vt dictum est) con-
stat fuisse Episcopum: quod enim Nouatiani erat, nempe presbyteratus, tribuit Nouato,
presbyterum eum (vt dictum est) nominans. Apud Gildam Sapientem, Britannie exci-
dium deplorantem, Nouatus pro Nouatiano scriptus habetur, cum sic legitur: Nouatus
Romæ Dominicæ conculcator margaritæ, porcus niger, patriæ ingerit violenter manus,
nou tam dignus venerabilibus aris, quam flammis interni vtricibus.] Porò Nouatianos
à Nouatiano vt principaliori denominatos, constat ex his quæ Cyprianus ^a scribit ad Fa-
bianum, vbi eisdem quos dicimus Nouatianos, à Nouatiano deriuans, Nouatianos
appellat. Vnus tamen obtinuit, vt eiusdem schismatis & hæreticos sectatores, Nouatiani
æquè ab omnibus dicerentur. His de nominum confusione distinctis, de rebus ab eo in
Cornelium gestis narrationem ordine temporum disponamus.

Quænam autem calumniæ à Nouatiano atque Nouato aduersus Cornelium fuerint
excogitatæ, ac iam propalatæ, atque ore propè ipsorum omnium diffamatæ, Cyprianus
cas omnes falsitatis redarguens, scribit ad Antonianum his verbis ^b: Quod autem quæ-
dam de illo inhonestæ & maligna iactantur, nolo mireris; cum scias hoc esse opus semper
diaboli, vt seruos Dei mendacio laceret, & opinionibus falsis gloriosum nomen infamet,
vt, qui conscientie suæ luce clarescunt, alienis rumoribus forcidantur. Explorasse autem
collegas nostros scias, & verissimè comperisse, nulla illum libelli (vt quidam iactant) labe
maculatum esse: sed neque cum Episcopis, qui sacrificauerunt, communicationem sa-
crilegam miscuisse: sed eos demum, quorum causa audita, & innocentia comprobata
sit, coniunxisse nobiscum. Nam & de Trophimo, de quo tibi scribi desiderasti, non ita
res est, vt ad te pertulit rumor & mendacium malignorum. Nam, sicut antecessores no-
stri sæpè fecerunt, colligendis fratribus nostris charissimus frater noster Cornelius neces-
sitati succubuit, & quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abscesserat, redeunte
nunc ad Ecclesiam Trophimo, & satisfaciente, & pœnitentiæ deprecationis errorem præ-
stinum consistente, & fraternitatem, quam nuper abstraxerat, cum plena humilitate &
satisfactione reuocante; auditæ sunt eius preces, & in Ecclesiam Domini non tam Tro-
phimus, quam maximus fratrum numerus, qui cum Trophimo fuerat, admissus est: qui
omnes regressuri ad Ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo comitante venissent.
Tractatu ergo illic cum collegis pluribus habito, susceptus est Trophimus, pro quo satis-
faciebat fratrum reditus, & restituta multorum salus. Sic tamen admissus est Trophimus,
vt laicus communicet; non, secundum quod ad te malignorum litteræ pertulerunt, quasi
locum sacerdotis vsurperet. Sed & quod passim communicare Sacrificatis Cornelius tibi
nuntiatus est, hoc etiam de apostatarum fictis rumoribus nascitur.] hæc Cyprianus de
calumniis in Cornelium iam Papam confectis.

E Inter hæc autem accidit, vt audita Carthagine electione Cornelij, obortoque in eum
schismate, quod ea de re anceps esset multorum sententia, & à cuius partibus starent,
nutarent permulti: ad dimouendam omnem à trepidantiū animis dubitationem, visum
est Cypriano, atque collegis eius nonnullis in vnum coeuntibus, Episcopos duos legatos
Romam mittere, qui dissidentes conciliarent, si possent: si non possent, cuiusnam essent
potiora iura, in Africam scriberent; vt communicationem, quam interea suspenderant,
cuiusnam impertituri forent, cunctis liquidò innotesceret. Hæc itaque de missa legatione,
idem Cyprianus ^c ad Cornelium scribens, testatur his verbis: Cum statuissemus collega
complures, qui in vnum conueneramus, vt legatis ad vos Coepiscopis nostris Caldonio
& Fortunato missis, omnia interim integra suspenderentur, donec ad nos iidem collega
nostri, rebus illic aut ad pacem redactis, aut pro veritate compertis, redirent.] & inferius:

LXII.
NOMINA
NOVATI ET
NOVATIANI
INTRE SE
CONFUSA.^a Cyprian.
epist. 73.LXIII.
^b Cyprian.
epist. 52.
CALVINIÆ
SCHISMA-
TICORVM
IN CORNE-
LIUM PA-
PAM.LXIV.
LEGATIO
AFRICANO-
RVM AD
ROMANAM
ECCLESIAM.^c Cyprian. ep. 45.

rius: Placuit, vt per Episcopos, retēta à nobis rei veritate, & ad comprobendam ordinationem tuam, facta auctoritate maiore, tum demum scrupulo omni de singulorum pectoribus excusso, per omnes omnino istis positos litterarū fierent (sicuti fiunt) vt te vniuersi collegæ nostri, & communicationem tuam, id est, Catholicæ Ecclesiæ vnitatem, pariter & charitatem probarent firmiter ac retinerent. Quod diuinitus euenisse, & consilium nostrum prouidenter processisse, gaudemus. Sic enim tunc Episcopatus tui & veritas pariter & dignitas apertissima luce & manifestissima & firmissima comprobatione fundata est, vt ex rescriptis collegarum nostrorum, qui ad nos litteras inde fecerunt, & ex relatione ac testimoniis Coepiscoporum Pompeij, & Stephani, & Calcedonij, ac Fortunati ordinationis tuæ & origo necessaria, & ratio iusta, & gloriosa quoque innocentia ab omnibus nosceretur.] hæc Cyprianus de mittendæ Romam legationis consilio.

LXV. Verūm licet schisma in Cornelium fuisset obortum, non tamen eō progressa res erat, vt aduersus eum alium crearent Romanum Pontificem. Sed cum missi legati Romæ agentes incassum omnia pertentarent, viderunt ex improviso velut ex portis inferorum prodire portentum, Nouatianum creatum Romanum Episcopum. Testatur hæc idem Cyprianus, ad Cornelium scribens, his verbis: Quod seruis Dei, & maximè sacerdotibus iustis & pacificis congruebat, frater charissime, miseramus nuper collegas nostros Caldonium & Fortunatum, vt non tantum persuasione litterarum nostrarum, sed præsentia sua & consilio omnium vestrum eniterentur quantum possent, & elaborarent, vt ad Catholicæ Ecclesiæ vnitatem scissi corporis membra componerent, & Christianæ charitatis vinculum copularent. Sed quoniam diuersæ partis obstinata & inflexibilis pertinacia non tantum radicis & matris sinum atque complexum recusauit, sed etiam gliscente & in peius recrudescente discordia, Episcopum sibi constituit, & contra sacramentum semel traditum diuinæ dispositionis, & Catholicæ vnitatis, adulterum & contrarium caput extra Ecclesiam fecit, &c.]

LXVI. Quomodo autem se habuerit Nouatiani promotio, enarrandum est: sed illud in primis de Nouato eiusque gregalibus præmittendum, quod peculiare omnium hæreticorum atque schismaticorum semper fuit, numquam perstare in eadem sententia, sed pro loco & tempore nouas induere formas, & contraria ab iis quæ antè egissent, noua emergente occasione, statuere. Qui enim in Africa (vt vidimus) lapsos aduersus Cyprianum concitabant, quod non reciperentur in Ecclesiam, sed ex decretis Ecclesiasticis promulgatis iuberentur pacis tempora expectare, ac interim admittenda desistere; hacque eadem de causa eosdem lapsos schismate ab ea separare conati essent, modò mutata facie negotium fecerunt Cornelio, qui fratrum suorum consilio pœnitentes lapsos reciperet in Ecclesiam. Sicque qui olim duræ nimis austeritatis redarguebant Episcopos, modò facilitatis nimis incusant Cornelium Romanum Pontificem, calumnias addentes, eundemque eiusdem cum illis apostasiæ criminis participem mentientes. Porrò tantum valuit horum improbitas, vt Romanos clericos in carcere adhuc positos, Maximum, Nicostratum, Urbanum, Sidonium, Macarium, Celerinum, & alios, vno excepto Moyse presbytero, in eam sententiam procliuēs, vt non facile lapsis impertiretur indulgentia, in suam sententiam pellexerint, & in contrariam partem aduersus Cornelium adunarint.

LXVII. Quid plura? eō omnis factio seditiosorum prouenit, vt abrogata ac nulla reddita Pontificia ordinatione Cornelij, nouum crearent Pontificem Nouatianum, idque clandestinè atque seorsum ab aliis factum, idem Cornelius Papa, scribens ad Fabium Episcopum Antiochenum, narrat his verbis: Vt verò intelligas, hunc admirabilem virum (*Nouatianum scilicet*) iam pridem in Episcopatum petendo ambitione incensum esse, & eam temerariam & effrenatam cupiditatem occultasse intra se, & simulatione, ac tamquam inuolucro, quo arrogantiam tegeret, ipso initio confessores Christi viros sanè probos, secum habuisse, tibi volo apertè ostendere. Presbyter nomine Maximus & Urbanus è nostris, qui bis ex constanti fidei confessione summam gloriæ amplitudinem collegerant; Sidonius item, & Celerinus (vir qui Dei clementia adiutus omnia tormentorum genera maxima cum tolerantia pertulerat, & corporis imbecillitate, vi ac robore fidei suæ confirmata, strenuè ac viriliter ab aduersario victoriam reportauerat) cum Nouatianum attentius considerassent, & callidam eius fraudem, versutiam, periuriam, mendaciam, agrestem inhumanitatem ab omni vitæ communionem alienam, veteratoriam denique instar lupi amicitiam deprehendissent, eo relicto, ad S. Ecclesiam reuerterunt: atque omnes eius fallacia-

QVANDŌ
CREATVS
NOVATIANVS
EPISCOPVS
Cyprian.
epist. 42.

LXVI.
SCHISMATICI
MVTANT
FACIEM.

b. Apud Euseb.
lib. 6. c. 35.
CREATIO
NOVATIANI
QVALLIS.

A fallacias & maleficia, quæ longo tempore intimo pectore obtexisset, multis presentibus, tum Episcopis, tum presbyteris, tum laicis quamplurimis, palam ostendere, & cum lacrymis ac querela, cum dolore & pœnitentia suam vicem deplorare cœperunt, quod subdole illius & efferatæ bestiae consilio adducti, ab Ecclesia etiam vel ad exiguum temporis spatium desciuissent.

B Seductis semel confessoribus, quid Nouatianus præsumpserit, idem subdit, sic dicens: Vix credibile est, charissime frater, quantum in moribus varietatem, quantum mutationem exiguo momento in illo factam conspexerimus. Nam splendidissimus iste scilicet, qui inuitato ac terribili iurciurando adiecto, fidem suis fecerat se non aliquando Episcopatum apperuisse, tamquam ex fallaci quadam præstigiario impostura in medium proiectus, derepente Episcopus apparuit. Etenim iste nouæ sectæ inuentor, & doctrinæ Ecclesiasticæ propugnator; quando Episcopatum à Deo certè minimè ei donatum sibi vi arripere, & ex hominum manibus quodammodò extorquere nitebatur, duos sibi socios de sua ipsorum salute propè desperatos adsciuit, vt eos in exiguum aliquam partem, & minimum quasi Italiæ angulum mitteret: indeque Episcopos tres, homines agrestes, rudes, ac simplices, simulatione quadam veteratoria in fraudem inductos abduceret; asserens, & constanter affirmans, eos quàm celerrimè debere Romam venire, vt videlicet omnis lis & discordia per sententiam illorum aliorumque Episcoporum interpositam dirimeretur.

C Episcopi igitur, quoniam (vt supra diximus) homines simpliciores erant, & in perditorum fallaciis dolisque discernendis minis perspicaces, Romam aduentant: Ille tum per quosdam sui similes, ad eam rem comparatos, eos in vnum locum concludendos curauit. Ac cum circiter horam decimam ebrios & crapula oppressos cerneret, vi coëgit, imaginata quadam & vana manuum impositione Episcopatum ipsi tribuere: quem dignitatis gradum parum sibi accommodatum ad hunc modum per fraudem & astutiam acquisiuit. Ex quibus Episcopis vnus non longè post, peccatum flebiliter lamentatus, & idem apertè confessus, ad Ecclesiam reuenit: quem, populo vniuerso pro eo rogante, tandem vt laicum in communionem recepimus: atque alios, qui in reliquorum duorum Episcoporum loca, qui eum creassent, succederent, misimus.

D Istum igitur lepidum Euangelij patronum Nouatianum * omnino præterit, scilicet vnum solum Episcopum oportere esse in hac Ecclesia Catholica; in qua tamen non ignorabat (quomodo enim poterat?) presbyteros esse quadraginta sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acoluthos quadraginta duos, exorcistas & lectores vnà cum ostiariis quinquaginta duos, viduas & alios morbo atque egestate afflictatos mille & quingentos, quos omnes Domini gratia & benignitas abundè sustentat. Sed tamen nemo ex tanta ministrorum multitudine, tamque in Ecclesia necessaria; nemo ex tanto egentium numero Dei prouidentia locupletato, & rerum abundantia circumfluente; nemo denique ex maxima illa & innumerabili populi frequentia istum, quem dico, Nouatianum ab ea desperata mentis cæcitate & contumacia auertere, & ad Ecclesiam denuò reuocare potuit.] ac paulò post subdit:

E Deinceps dicamus, quibus actis, quibusque vitæ institutis cum tanta confidentiâ Episcopatum prearsit. Num quod à primo ætatis tempore in Ecclesia versatus fuit? Num quod multa certamina pro eius defensione subiit? Num quod multis magnisque periculis pro pietate se obiecit? Non certè eius generis ille quidem; cui ex satana, qui ingressus in illum, diu est intimo pectore commoratus, primum data fuit credendi occasio. Qui quidem, vbi exorcistarum præsidio, spiritu illo malo esset liberatus, & post in tam grauem morbum, vt ferè mori putaretur, incidisset; in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfusus, Baptismum accepit; si modò talem hominem Baptismum accepisse dicendum sit.] hæc idcirco Cornelius, quod compertum haberet, hominem istum simulate omnia facere solitum. At subdit:

Verum morbo tandem elapsus, neque cetera, quibus post Baptismum secundum Ecclesiæ canonem, imbuti oportuerat, acquisiuit, neque Domini sigillo ab Episcopo obsignatus fuit: quo quidem neutiquam potitus, quo modo, quæso, Spiritum sanctum adeptus est?] de sacro enim Chrismate loquitur, quo & signo Crucis adhibito, baptizati ab Episcopis ex Apostolica traditione (vt dictum est) consignabantur. Sed & addit: Ille persecutionis tempore metu debilitatus, & nimia vitæ cupiditate adductus, se presbyterum

LXVIII.
NOVATIANI
CONATI
TVS.

LXIX.

LXX.
*al. Nouatiani
CLERVS ROMANVS.

LXXI.
VITA NOVATIANI
QVANTO
LIS OLIM.

LXXII.

NOVATIANI
IGNAVIA

terum esse negavit. Nam cum à diaconis rogatus oratusque esset, ut domo, qua se conclusum occuluerat, egressus (quantum presbytero liceret, quantumque in eius situm esset potestate) fratres in periculo constitutos, opisque & auxiliij indigentes iuaret; tantum abfuit ut diaconis eum obsecrantibus obtemperaret, ut etiam non sine stomacho & bile ab illis abiret discederetque: nam se nolle amplius esse presbyterum, sed alteri vitæ generi se dicaturum, asseruit.]

LXXIII.

CANON DE
BAPTIZATI
ONIS IN LE
GEO.2^a Cõcil. Neo-
ces. cap. 12.

Subdit rursus: Ille præclarus & insignis Nouatianus Dei penitus dereliquit Ecclesiam, in qua post fidem receptam presbyteri munere donatus fuit: idque propter amorem & beneuolentiam, qua Episcopus, qui illi manus imposuerat, eum complexus est. Qui quidem Episcopus non modò ab vniuerso Clero, sed etiam à multis laicis vetitus, quoniam minimè licebat quemquam in lecto propter morbum baptizatum (sicut huic contigerat) in Clerum assumi, magnopere postulabat sibi potestatem dari, huic soli manus in fortem presbyterij imponendi.] Videas in his planè plura consideratione digna, ac in primis, à presbyterorum Romanæ Ecclesiæ collegio quoslibet licet leuissima nota aspersos repelli: vi enim quadam adauctus Nouatianus Christianus factus videri poterat, quippe qui non cum valeret, sed in lecto decumbens, mortis timore percitus, initiatus esset sacro Baptismate. In Ecclesia Orientali id ipsum de baptizatis in ægritudine seruatum fuisse, canon^a Concilij Neocæsariensis, Constantini tempore celebrati, declarat his verbis: Si quis in ægritudine constitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate dependet: nisi forte postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut raritas hominum cogat.] Ita canon, licet post hæc editus, ex antiquo tamen Ecclesiæ vsu sancitus.

LXXIV.

PRIMUM
SCHISMA
IN ROM.
ECCLESIA.

Rursus verò modestia admiranda est summi Pontificis: cuius cum auctoritas in Ecclesia summa esset, tamen non pro animi arbitrio, sed fratrum consensu soluta cuncta facere, quos sibi renitentes videret, non vi vlla aut potestate cogeret, sed submisso animo exoraret. Quisnam autem fuerit, qui Nouatianum presbyterum ordinauerat, Fabianusne, an alius ex iis qui eum præcesserunt Romani Pontifices, haud liquet. At planè ex factis Nouatiani apparet, quanto periculo quæretur per dispensationem, quod est aliis Ecclesiasticis legibus incõcessum. Scelestissimus iste primus omnium ausus est sanctam Romanam Ecclesiam turpi scindere schismate, quæ antea semper vnita permanerat, iuncta capiti firma compaginatione membrorum: non veritas tanta eam afficere ignominia, ut cathedram contra cathedram in medio eius erigeret, primusque erumperet Antipapa, & ex ea impius hæresiarcha prodiret, tantamque Christiano orbi cladem inferret, quæ per multa deinde sæcula vix valuerit refarciri.

LXXV.

NOVIATIANI
ARTES IN
SCHISMATE
VLCIENDO

At ad hæc Cornelius aliud mox hominis scelus recensens, hæc addit: Cum fecisset oblationes, & singulis partem sacramenti distribuisset porrexissetque, miseros homines & infelices pro benedictione & gratiarum actione iusiurandum dare coëgit, atque suis utrisque manibus manus accipientis prehensens, non prius dimisit, quam hoc iusiurando eum obstrixisset (illius enim verbis utar:) Iura mihi per corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, te nunquam nec me deserturum, nec ad Cornelium reuerturum. Atque miser homo non antè degustauit, quam ita illi se deuouisset: & qui illum acceperat, pro Amen (quod dicere debuerat) hoc dixit: Non deinceps ad Cornelium reuertar. Et post alia quædam: Scias velim, propterea quòd in dies singulos iam fratres eum deserunt, & ad Ecclesiam redeunt, iam illum omnium ferè societate denudatum destitutumque esse. Cuius amentem audaciam & insolentiam etiam Moyses beatus martyr, qui nuper apud nos fuit eximio & admirabili martyrio decoratus, dum adhuc in vita manebat, perspicuè animaduertens, tum illi, tum aliis quinque presbyteris, qui vnà cum illo sese ab Ecclesia segregassent, Fidelium societate & communionem interdixit. Porò in extrema epistola Episcopos, qui Romam profecti, Nouatiani dementiae condemnabant, enumerat, & non solum nomina cuiusque, sed Ecclesias etiam, quibus fuguli præerant, recenset. Quinetiam Episcoporum, qui minimè Romam se contulerant quidem, sed per litteras decreto eorum, quos diximus, assentiebantur, nomina pariter, & ciuitates, vnde quisque scripsit epistolam, commemorat.] hucusque Eusebius de Cornelij epistola ad Fabium Episcopum Antiochenum, tamquam summarium rerum gestarum, non earum tantum quæ actæ essent à Nouatiano vsque ad schisma ab eo constitutum, sed quæ etiam gestæ essent vsque ad Romanum Concilium ea de causa Romæ conuocatum.

Verum

A Verum hæc ipsa & alia per multa ex epistolis S. Cypriani & aliis diffusius enarrata & exactius explicata, eo quo gesta sunt ordine, hic intexere, ad exactam eius rei historiam clarius explicandam, necessarium existimamus. At in primis quod ad ipsius Nouatiani spectat exordia, hæc de eo S. Pacianus^a ad Sympronianum Nouatianum scribens: Nouatianum mihi ingeris? philosophum sæculi fuisse audio: nec satis miror ab Ecclesia Dei viui degenerasse: cognosco radicem legis antiquæ, fontem veteris populi reliquisse, Cornelio inuidentem, Nouari infamiam^{*} commodatum, sine consecratione legitima Episcopum factum, ideoque nec factum, per epistolam eorum qui se confessores esse simulant, qui matris vnus membra diuellerent.] & post multa hæc subdit: Nouatianus his melior, nempe Moyses ac Paulo? emendator Prophetarum? doctor Apostolorum? iam cum Christo videtur vt idem Moyses? iam vt Paulus in tertium cælum sublimis euehitur? iam neglectis omnibus solus auditur?] LXXVI.

De fastu verò Nouatiani ex philosophia & dicendi peritia sibi comparato, hæc Cyprianus ad Antonianum^b: Iacet scilicet philosophiam, & eloquentiam suam superbis vocibus prædicet: qui nec fraternam charitatem, nec Ecclesiasticam vnitatem tenuit, etiam quod prius fuerat, amisit.] Fuisse autem Nouatianum philosophum secta Stoicorum, ex iis quæ idem S. Cyprianus in ea ad Antonianum epistola superius dixit, potest intelligi. Sed de iis suo loco opportuniùs, cum de eius dogmate dicemus. Quòd igitur ex philosopho insigni, remisso philosophiæ nuntio, sese Christo subdidisse videretur: ne in Ecclesia inglorius haberetur, qui inter Ethnicos magnam fuerat gloriam consecutus, Romanus Pontifex (vt dictum est) voluit eum inter Romanæ Ecclesiæ presbyteros cooperare. Sed qui semel fuerat ambitionis stimulis agitatus, eò infelix abductus est, vt, quod iure non licuisset, malis sibi artibus Pontificiam dignitatem procaciter arrogaret. LXXVII.

Factus igitur eo modo, quo dictum est, Pontifex, euestigio legatos de sua electione ad diuersas Ecclesias misit, addiditque litteras, quibus narrata superius in Cornelium Papam crimina scripta erant. Magna sanè fuit hæc tentatio in Ecclesia Dei, cum non solum ab ipsis auctoribus Nouatiano atque Nouato, scriptis litteris per vniuersum orbem, calumniæ in Cornelium spargerentur; sed testatæ eadem redderentur confessorum epistolis, quorum ob annum ac diuturniorem carcerem gloria erat apud omnes insignis. Qui quidem nec id segniter curarunt: nam (vt ipse Cornelius testatur^c ad Cyprianum scribens) cum ad omnes Ecclesias eorum nomine litteræ calumniis & maledictis plenæ, eademque frequentes, missæ essent, ea ex causa, vt ait, omnes pænè perturbatæ sunt Ecclesiæ: & complures ex eis errore deceptæ, cogitantes se errare non posse, si eorum affectarentur vestigia, qui Christum toties magna gloria confessi essent; eadem ipsæ (vt dicemus) in errore manserunt, donec iidem qui sic lapsi fuerant confessores, facti poenitentes, ad Ecclesiam redierunt. LXXVIII.

Ceterum plures atque diuersi argumenti in eadem causa à Nouatiano scriptas fuisse litteras ad Ecclesias, constat; quarum illas datas esse putamus omnium primas, quibus de sua electione easdem reddidit certiores: prætexens nimirum se inuitum ac renitentem creatum fuisse Episcopum; ea ratione excusandum excusans schismatis facinus; sicque dolosè illarum, ad quas scribebat, Ecclesiarum communicationem subriperet. Cum igitur Nouatianus id genus litterarum in primis ad Ecclesiam Alexandrinam, quam primam omnium post Romanam esse sciret, dedisset; atque callidè contestatus esset, se inuitum electum fuisse: Dionysius Episcopus Alexandrinus quid ad eum scitè rescripserit, audiamus. Recitat eam epistolam S. Hieronymus, de Dionysio agens, in commentario de Scripturis Ecclesiasticis^d: LXXIX.

Dionysius Alexandrinus Episcopus Nouatiano fratri Salutem. Nolensne ad sacerdotiū fueris inductus, ita demum ostendes, si volens cesseris. Nam oportuit quiduis etiam hac gratia perpeti, ne discinderetur Ecclesia Dei. Neque minùs præclarum ex hoc contigisset testimonium, quòd noluisse dissidium inducere, quàm proficisci solet ex eo, si quis recuset simulacris immolare; atque adeò præclarius etiam, mea quidem sententia. Si quidem illic vni propriæque consultiur animæ: hic totius Ecclesiæ negotium agitur. Tamen si nunc quoque si persuaferis, si compuleris fratres in concordiam redire; plus egeris officio, quàm peccaueris errore. Atque hoc quidem haud imputabitur; illud verò laudibus feretur. Ceterum si, non obtemperantibus illis, minùs assequeris quòd vis; tamen fac modis omnibus tuam ipsius serues animam.] hæc ad Nouatianum Dionysius. LXXX.

Auctor

LXXXI.
SOCIAT. II. 4.
CAP. 23.
ALIAE LIT-
TERAE NO-
VATIANI.

Auctor est Socrates^a, ab eodem Nouatiano (qui perperam Nouatus ab eo dicitur) literas scriptas ad diuersas Ecclesias, quarum meminit his verbis: Deinde (*cum scilicet factus esset Episcopus*) omnibus ubiq; Ecclesiis scripsit literas, vti eos, qui simulacris immolassent, minime ad mysteria admitteret, sed hortarentur ad poenitentiam, remissionemq; permitterent Deo, qui potest & habet auctoritatem dimittendi peccata. Quibus litteris ad prouincias perlatis, singuli pro suo ingenio de rebus in illis significatis iudicium fecerunt. Nam quia erat à Nouatiano significatum, eos, qui post Baptismum peccatum ad mortem commiserant, ad mysteria non esse recipiendos: eiusdem canonis promulgatio quibusdam acerba & seuera nimis visa est; à nonnullis probata, vtpote æqua, & ad vitam rectè instituendam multum afferens adiumenti. Dum hæc inter eos agitur controuersia, litteræ Cornelij Episcopi allatæ sunt: quæ significabant, spem veniæ etiam illis esse reliquam, qui post Baptismum deliquissent. Ab vtroque igitur litteræ contrariæ missæ fuerunt.] hæc de datis ab eis ad Ecclesias litteris Socrates, & ipse secta Nouatianus.

LXXXII.
LEGATIO A
NOVATIANO
AD AFRICA-
CANOS.

Sicut verò ad Alexandrinam & ad Orientis Ecclesias Nouatianus litteras scripsit; ita pariter apud Occidentales id ipsum præstare non neglexisse, certum est. Constat quidem (vt demonstratum est) eumdem Nouatianum ad Cyprianum legatos vnà cum litteris in Africam direxisse. Peruenitea in Africam ad Cyprianum à Nouatiano missa legatio, cum (quod diu antè ipse mente conceperat) ex diuersis Ecclesiis Carthagine Episcoporum Concilium collegisset: quod hoc anno à se factum Idibus Maij, ad Cornelium scribens, affirmat. Quid autem idem Cyprianus egerit, cum à Nouatiani legatis conuentus esset, idem ipse litteris ad Cornelium datis narrat his verbis:

LXXXIII.
QUID CY-
PRIANVS
CVM NOVA-
TIANI LE-
GATIS.

Venerunt ad nos, frater charissime, missi à Nouatiano Maximus presbyter, & Augendus diaconus, & Machæus quidam, & Longinus. Sed enim cum ex litteris, quas eum ferebant, & ex eorum sermone atque asseueratione, Nouatianum Episcopum factum comperissemus, illicitè & contra Ecclesiam Catholicam facte ordinationis prauitate commoti, à communicatione eos nostra statim cohibendos esse censuimus, refutatis interim ac reuisis, quæ obliuiscere ac pertinaciter asserere tentabant. Nam & ego, & collegæ plurimi qui ad me conuenerant, expectauimus aduentum collegarum nostrorum Caldonij & Fortunati, quos ad te nuper, & Coepiscopos nostros, qui ordinationi tuæ adfuerant, legatos miseramus; vt eis aduentantibus, & rei gestæ veritatem reportantibus, maiore auctoritate, & elucidata per eos probatione partis aduersæ improbitas frangeretur. Superuenerunt verò Pompeius & Stephanus collegæ nostri, qui & ipsi quoque ad instruendos istos nos manifesta secundum grauitatem ac fidem suam indicia ac testimonia protulerunt; vt nec necesse fuerit audiri vltra eos qui à Nouatiano venerant missi.

LXXXIV.
TVETVR
CAVSAM
CORNELII
CYPRIANI.

Qui cum in statione inuidiosis quoq; conuitiis & clamoribus turbulentis proruerent, & flagitarent, vt crimina, quæ se asserere ac probare dicebant, publicè à nobis & à plebe cognoscerentur: granitati nostræ negauimus conuenire, vt collegæ nostri iam delecti & ordinati, & laudabili multorum sententia comprobati, ventilari vltra famam ore maledico & æmulantium voce pateremur. Et quia quibus refutati & compressi sunt, & illicitis conatibus hæresim fecisse nudati sunt, in epistolam congerere longum fuit; ex Primitiuo presbytero nostro plenissimè singula, quando ad vos venerit, audietis. At ne eorum furens audacia vniquam desisteret, hic quoque in schismatis partes membra distrahere, & Catholicæ Ecclesiæ corpus vnum scindere ac laniare nituntur: vt ostiatim per multorum domos, vel oppidatim per quasdam ciuitates discurrentes, obstinationis suæ & erroris scissi sibi quærant comites. Quibus semel responsum dedimus, nec mandare desistimus, vt, perniciofa dissensione & concertatione deposita, impietatem esse sciant, matrem deserere, & agnoscant atque intelligant, Episcopo semel facto, & collegarum ac plebis testimonio & iudicio comprobato, alium constitui nullo modo posse. Proinde si pacificè sibi ac fideliter consuluisse, si se assertores Euangelij Christi esse constentur, prius ad Ecclesiam reuertantur.] hæc de legatione Nouatiani & Cypriani responsione satis.

LXXXV.
dCypri. ep. 42.
DE SYNODO
AFRICANA.

Accepit tunc item S. Cyprianus litteras à Cornelio Papa per dictos Episcopos redeuntes in Africam missas. Quid autem egerint qui ad Synodum conuenerunt Episcopi, cum ab vtraque parte litteras accepissent, idem declarat^d his verbis: Honoris etiam communis memores, & grauitatis sacerdotalis ac sanctitatis respectum tenentes, ea quæ ex diuerso in librum ad nos transmissum cõgesta fuerant acerbationibus criminosis, respiciamus: considerantes pariter & ponderantes, quòd in tanto fratrum religiosòq; conuentu,

A confidentibus Dei sacerdotibus, & altari posito, nec legi debeant, nec audiri.] Quid porrò in ea Synodo à Cypriano collecta actum sit, quantum fas est colligere, enarremus. Videtur in primis mentio haberi huius Synodi in epistola^a Cypriani ad Fidum, qua conqueritur, à Theraplo collega decreta huius Synodi esse violata: quibus statutum erat, ne lapsi absque alia urgente necessitate reciperentur, nisi impleto tempore satisfactionis. Quod verò ibi subdit statutum in Synodo, infantes statim natos baptizari posse; in alio potius conuentu sexaginta sex Episcoporum, cuius illic meminit, decretum fuisse videtur.

Sed de quo agimus, hic ipse Episcoporum conuentus est, quem ad sedandas turbas & dissensiones per Felicissimum ac socios excitatas, S. Cyprianus scribens ad suos mox cum Carthaginem rediisset, post Pascha se collecturum sponderat. Cum igitur rediisset, atque Episcopos collegisset, absque mora venerunt in eam Synodum Felicissimus schismaticus, & quinque illi qui ipsi adhæserant presbyteri, de quibus superius plura. Venerunt, inquam, hi acturi causam suam in Episcoporum conuentu: qui & auditi sunt.] Quid autem cum illis actum sit, litteræ Synodice ad Cornelium tunc datæ significabant, quæ non exant: sed illarum meminit idem S. Cyprianus in epistola ad ipsum Cornelium tunc scripta, cum ait: Quantum verò hic ad presbyterium quorundam & Felicissimi causam pertinet, quid hic actum sit, vt scire posses, litteras ad te collegæ nostri manu sua subscriptas miserunt: qui auditis eis quid senserint, & quid pronuntiauerint, ex eorum litteris disces.

At licet litteræ illæ à Synodo ad Cornelium missæ non extant, tamen ex aliis eiusdem S. Cypriani ad eum anno sequenti datis, quid in ea Synodo actum sit, potest intelligi; nimirum illos fuisse excommunicatos. Meminerunt enim Patres eadem ex causa sequenti anno coeuntes harum litterarum, quæ ab hac de qua agimus Synodo datæ sunt, hæc dicentes de quinque illis presbyteris ab Ecclesia profugis: Est vnus ex quinque presbyteris iam pridem de Ecclesia profugis, & sententia Coepiscoporum nostrorum & multorum grauissimorum virorum nuper absentis, qui super hac re priore anno ad te litteras fecerunt. Item Felicissimum signiferum seditionis recognosceres, qui & ipse in eisdem Coepiscoporum nostrorum factis ad te pridem litteris continetur.] & post alia de iisdem loquens: Et iteratò quoque, inquit, à pluribus nobis in Concilio anno priore absentis.] Ex his videas, Felicissimum cum quinque illis presbyteris schismaticis primò fuisse damnatum (vt vidimus) à Cypriano, dum adhuc ageret in recessu: deinde eadem excommunicationis sententia percussum à Caldonio, Herculano, & Victore Episcopis, Rogatiano & Numidico presbyteris presentibus: tertio, hoc ipso anno in Concilio (vt diximus) Carthagine celebrato: quarto, sequenti anno in alio item Concilio celebrato Carthagine Idibus Maij. Rursum verò ipsum aduersus Cyprianum Roimam ad Cornelium proferentem, ab eodem fuisse ab Ecclesia pultum, idem Cyprianus affirmat. Ex quibus intelligas antiquam consuetudinem, non semel tantum perditissimum aliquem excommunicari consueuisse, sed sæpius, vel potius excommunicatum frequentius declarari.

In hoc quoque Concilio lapsorum causa (quod diu antè pollicitum fuerat, reddita Ecclesiæ pace, esse tractandum) fuit Episcoporum sententiis agitata. Quid demum in eo statutum fuerit, idem Cyprianus scribens ad Antonianum his verbis significat: Secundum quod tamen antea fuerat destinatum, persecutione sopita, cum data esset facultas in vnum conueniendi: copiosus Episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & Domini tutela protexit, in vnum conuenimus: & scripturis diu ex vtraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione librauimus, vt nec in totum spes communicationis & pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent, & eò quòd sibi Ecclesia cluderetur, secuti sæculum, gentiliter viuerent: nec tamen rursus censura Evangelica solueretur, vt ad communicationem temerè profilirent; sed traheretur diu poenitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur causæ & voluntates & necessitates singulorum, secundum quod libello continetur, quem ad te peruenisse confido, vbi singula placitorum capita conscripta sunt.] hæc de statutis in Synodo Cyprianus.

Videtur namque libellus iste à Synodo scriptus, quo singula (vt ait) capitula placitorum continebantur, singulos lapsorum expressisse casus (erat enim, vt inferius docet, lapsorum plurima differentia) & tempus ac modum poenitentiae singulis delinquentibus itidem præscriptos habuisse; eademque planè ea fuisse capita, quæ etiam alio nomine, Poenitentiales canones antiquitas nominauit. Meminit eiusdem Synodi idem S. Cyprianus in ea quam ad confessores schismaticos iam ad Ecclesiam restitutos scribit episto-

LXXXVI.
dCypri. ep. 40.
AVDITVS FE-
LICISSIMVS
SCHISMA-
TICVS.LXXXVII.
dCypri. ep. 42.LXXXVIII.
dCypri. ep. 55.
FELICISSI-
MVS ET SO-
CII EXCOM-
MUNICATI.LXXXIX.
dCypri. ep. 55.
Epist. 39.LXXXX.
dCypri. ep. 52.
DE LAP-
SIS
QUID STA-
TVITVM.LXXXXI.
LIBELLVS
POENITEN-
TIALIVS.

^aCyprian. ep. 51. stola, in qua hæc habet^a: Propter quod & nos temperamentum tenentes, & libram Domini contemplantes, & Dei Patris pietatem ac misericordiam cogitantes, diu multumque tractatu inter nos habito, iusta moderatione agenda libramus: quæ omnia penitus potestis inspicere, lectis libellis, quos hic nuper legeram, & ad vos quoque legendos pro communi dilectione transmiseram; vbi lapsis nec censura deest quæ increperet, nec medicina quæ sanet.] hæc Cyprianus. Vbi cum modò plures, modò vnum libellum ex Synodo scriptos dicat; par est credere, vnum sui generalitate esse intelligendum, qui plures casus completeretur, eisdemque fusiùs scriptos atque distinctos: vt puta, caput illud de iis qui immolassent, cum sponte vel vi id adducti fecissent: rursus de Libellaticis aliud formatum caput, & alia deinceps multa, quæ omnia attextam haberent statutam poenitentiam. Hallucinari itaque arbitramur eos qui putant his libellis comprehendendi librum de Lapsis à Cypriano conscriptum. Quo modo autem post hæc, imminente persecutione, rursus eadem ex causa coactus sit à Cypriano Episcoporum conuentus, & summa indulgentia lapsis ferè omnibus aperta fuerit Ecclesia, eiusdem Cypriani testificatione suo loco dicemus.

^bCyprian. epist. 54. XC. CONCILIVM ROMAE HABITVM. ^cCyprian. ep. 52.

At quod in Africa hac Synodo ab Episcopis statutum fuit, Romæ itidem habita à Cornelio Papa Synodo, est firmitus stabilitum. Id quidem eadem ad Antonianum epistola Cyprianus^c tradit his verbis: Ac si minùs sufficiens Episcoporum in Africa numerus videbatur, etiam Romam super hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum: qui & ipse cum plurimis Coepiscopis, habito Concilio, in eadem nobiscum sententiam pari grauitate & salubri moderatione consensit: de quo tibi necesse nunc fuit scribere, vt scias me nihil leuiter egisse, sed secundum quod litteris meis fueram antè complexus, omnia ad commune Concilij nostri consilium distulisse.] hæc ipse. Porrò Concilium hoc de restitutione lapsorum Romæ sub Cornelio habitum, diuersum planè ab illo est, cuius Eusebius^d meminit, in quo dicit excommunicatù fuisse Nouatianum, cuius mentionem facit ipse Cornelius ad Fabium Antiochenum scribens. Nam in priore hoc nihil actum fuit contra Nouatianum, sed de eo in posteriori tractatum est. Apparet autem errore labi, qui hoc cum illo confundunt, de quo suo tempore dicturi sumus. In hoc item Romano Concilio, vbi de restituendis lapsis habita tractatio est, illud constat fuisse statutum, vt lapsi poenitentia functi ad communicationem admitterentur: quod decretum Cornelius suis litteris, quarum Cyprianus^e meminit, promulgauit.

^dEuseb. li. 6. cap. 35.

^eCyprian. epist. 67. in fi. XCI. DE SACERDOTIBVS LAPSIS QUID SCATVTVM. ^fCyprian. ep. 52. ^gCyprian. ep. 64. ^hCyprian. epist. 68.

Sed & illud quoque in hac Synodo statutum ab eodem Cornelio, Cyprianus testatur: nimirum sic sacerdotes lapsos poenitentes ad Ecclesiam admittendos esse, vt tamen à sacerdotali functione abstineant, & tantum laica communicatione communicent. Sic fecerat ipse Cornelius, admittens Trophimum Episcopum lapsum, vt S. Cyprianus^f scribit ad Antonianum. Quod non seruatum fuisse à Fortunatiano Episcopo Assuritano lapso, idem Cyprianus^g exclamat: qui & scribens^h ad Hispanos, eiusmodi à Cornelio sanciti decreti meminit, dicens de Basilide & Martiale: Frustrà tales Episcopatum sibi vsurpare conantur; cum manifestum sit, eiusmodi homines nec Ecclesie Christi posse præesse, nec Deo sacrificia offerre debere: maximè cum iam pridem nobiscum, & cum omnibus omnino Episcopis in toto mundo constitutis, etiam Cornelius collega noster, sacerdos pacificus ac iustus, & martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreuerit huiusmodi homines ad poenitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem Cleri atque sacerdotali honore prohiberi.] hæc ipse. Quænam autem fuerit laica communicatio, ad quam eiusmodi admittebantur, alibi opportuniori loco fusiùs dicturi sumus.

XCVII. CYPRIANVS AD CORNELIVM EP. CONFESSORES SCRIPSIT. ⁱApud Cyprian. epist. 42. ^kCyprian. ep. 43. ^lib. 44.

XCVIII. Eodem fermè tempore quo hæc tum Romæ, tum in Africa gerebantur, S. Cyprianus consulere studuit iis, qui dictorum confessorum exemplo & litteris ab eis scriptis plurimum

A mùm commoti in ruinam inducebantur: qui & à Catholica vnitate diuulsi, in schismatis scelus veluti quibusdam vinculis trahebantur. Quod enim tantæ Ecclesie tanti viri fecissent, iidem sibi iure faciendum putarent: sicque non tantum debiles ac simplices, sed & qui firmiter in Catholica communicatione stare videbantur, & pollerent doctrinâ atque prudentia (vt dictum est de Antoniano Episcopo in Numidia) nutabant, atque vehementer commouebantur. Tam ancipiti proelio dimicantibus Fidelibus Cyprianus studens ferre suppetias, librum illum meditatus est, quem De vnitae Ecclesie Catholice titulo prænotauit: qui ad inuadendos schismaticos cuneus fortissimus, & ad incurfus illorum vitandos turris instar munitissimæ haberetur: atque adeò comparatus, vt non ad Nouatianos tantum exarmandos, sed ad omnes quotquot vniquam fuissent vel futuri essent, hæreticos prosterndos, solus sufficiens atque idoneus omnino foret. Quippe qui, ostensa semel ac demonstrata vna tantum Ecclesia, eaque in Petri cathedra cognoscenda, ceteras autem eidem vt membra capiti esse connexas, planè declares, atque aperte significet, omnes ab Ecclesia Catholica esse diuisos ac prorsus extorres, eisdemque schismaticos vel hæreticos iudicandos, qui vni Ecclesie, ipsi (vt ait) cathedræ Petri non essent compage communicationis vniti, & firma consolidatione connexi.

CYPRIANVS DE VNITATE ECCLESIE SCRIBIT.

Meminit idem S. Cyprianus eiusdem à se scripti libelli in ea epistola^a, quam ad confessores in Ecclesiam restitutos, nuper scriptam fuisse diximus, vbi ait: Sed & Catholica Ecclesie vnitatem, quantum potuit, expressit nostra mediocritas: quem libellum magis ac magis nunc vobis placere confido, quando eum iam sic legitis, vt & probetis, & ametis: siquidem quod nos verbis conscripsimus, vos factis impletis, quando ad Ecclesiam charitatis ac pacis vnitae remeatis.] Scriptum namque eum fuisse libellum antequam confessores schismati fauentes ad vnitatem Ecclesie redirent, eiusdem Cypriani in eo posita verba declarant, cum ait^b: Nec quisquam miretur, dilectissimi fratres, etiam de confessoribus quosdam ad ista procedere, inde quoque aliquos tam nefanda, quam grauiâ peccare: neque enim confessio immunem facit ab insidiis diaboli.] & post multa, ne putarent, cum audirent confessores inhæsisse schismaticis, omnes qui Romæ essent eo titulo clari, pariter lapsos esse, hæc subdit de reliquis cultoribus rectæ fidei confessoribus: Stat (inquit) confessorum pars maior & melior in fidei robore, & in legis ac discipline Dominicæ veritate: nec ab Ecclesie pace discedunt, qui se in Ecclesia gratiam contectos de Dei dignatione meminerunt: atque hoc ipso ampliore consequuntur fidei suæ laudem, quod ab eorum perfidia segregati, qui iuncti confessionis consortio fuerunt, à contagio criminis recesserunt.]

XCVI. CYPRIANVS DE VNITATE ECCLESIE SCRIBIT.

QUANDO LIBELLVS SCRIPTVS. ^cCyprian. ep. 51. ^dCyprian. ep. 52. ^eCyprian. epist. 48.

Sed & de vna Ecclesia, & eius certitudine vbi sit, pauca hæc satis sit hic describere: ac primum de schismatum atque hæresium omnium causa: Hoc eo fit (inquit^d) fratres dilectissimi, dum ad veritatis originem non reditur, nec caput queritur, nec magistri celestis doctrina seruatur: quæ si quis consideret & examinet, tractatu longo & argumentis opus non est: probatio est ad fidem facili compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum: Ecce dico tibi, inquit, quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo Ecclesiam meam.] & post multa de primatu Petri ex diuinis Scripturis petita, addit: Primatus Petro datur, vt vna Christi Ecclesia & cathedra vna monitretur. Et pastores sunt omnes, sed grex vnus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus vnanimi consensione pascatur.] & paulò post: Hanc Ecclesia vnitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui Ecclesie renititur & resistit, qui cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit; in Ecclesia se esse confidit?] Porrò sedem Cornelij esse Petri cathedram, idem aliàs sæpè demonstrat. Sed de his primo Annalium tomo fusiùs.

XCV. VNDESCHISMATA ET HAERESSES. ^fCyprian de vnit. Ecclesie circa prim.

Interea dum hæc agerentur, contigit Nouatum vnâ cum Euaristo, Nicostrato, Primo, ac Dionysio schismaticis, in Africam ad euertendam illam Ecclesiam legationem suscepisse: quod scilicet, qui antea cum litteris de electione Nouatiani & calumniis in Cornelium missi fuerant, tandem à Catholicis inde fuissent expulsi. Hos vt cauerent omnes, Cornelius scriptis continuò litteris per Nicephorum acoluthum à Cypriano antea missum, eundem his verbis reddidit certiore^e: Ne quid minus ad poenam futuram huius scelerati hominis decesset, prostratus virtutibus Dei, cum Maximus & Longinus & Machæus inde fuissent expulsi, denuò resurrexit: & sicuti prioribus litteris tibi, quas per Augendum confessorum misi, significauit, puto Nicostratum & Nouatum & Euaristum & Primum & Dionysium illò iam peruenisse. Inuigiletur ergo, vt omnibus Coepiscopis nostris & fratribus innotescat, Nicostratum multorum criminum reum, & non solum

XCVI. NOVATI LEGATIO IN AFRICAM.

^fApud Cyprian. epist. 48.

patronæ suæ carnali, cuius rationes gessit, fraudes & rapinas fecisse; verum etiam, quod est illi ad perpetuam poenam reseruatam, Ecclesiæ deposita non modica abstulisse: Euaristum verò auctorem schismatis fuisse, & successorem plebi, cui antè præfuerat, Zetum in locum eius Episcopum esse constitutum. maiora verò & grauiora hic designauit malitia & inexplibili prauitate sua, quàm quæ illic apud suos semper exercuit: vt scias quales duces & protectores schismaticus & hæreticus iste lateri suo semper iunctos habeat.] hæc Cornelius ad Cyprianum: qui has à Nicephoro perlatas accepit litteras posttridie quàm dicta factio schismaticorum in Africam appulisset. Quibus lectis, admonitus, alios mox admonere non destitit, vt sacrilegos cauerent homines, quorum crimina publicis voluit litteris innotescere. Extant eiusdem Cypriani de nauata egregiè hac in re à se diligentia litteræ ad Cornelium.

Cypri. ep. 49

XCVII. CONFESSORVM RESURGENTIA

End. ep. 49

Cypri. ep. 46

XCVIII. QUOMODO LAPSI CONFESSORES RECEPIT.

Magnæ sanè fuit utilitatis, Nouati ac sociorum ab Vrbe discessio. Nam qui ab eo, Romæ dum esset, detinebantur in errore, illo recedente, confestim ad Ecclesiam sunt reuersi. Erant hi nobiles illi tot Cypriani olim præconis commendati confessores, qui seducti aliquamdiu Nouatiano fauentes, tot laboribus partam gloriam denigrarant. De tempore horum reditus Cyprianus his verbis ad Cornelium: Denique Nouato illinc à vobis recedente, id est, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta est, & gloriosi ac boni confessores, qui de Ecclesiâ, illo incitante, discesserant, posteaquam ab Vrbe ille discessit, ad Ecclesiam reuerterunt.] hæc ipse. Quomodo autem hi recepti fuerint in Ecclesiam, scripta à S. Cornelio de ea re litteræ ad Cyprianum, eo die quo sunt regressi, distinctè declarant: rei enim gestæ historia ab eo concinnè admodum contexta narratur his verbis:

Quantam sollicitudinem & anxietatem sustinuimus de iis confessoribus, qui dolo & malitia hominis callidi & veteratoris fuerant circumuenti, & pene decepti, & ab Ecclesiâ alienati, tanta lætitia affecti sumus, & Deo omnipotenti & Christo Domino nostro gratias egimus; cum ij, cognito suo errore, & intellecta hominis maligni vel serpentis astutia venenata, ad Ecclesiam, vnde exierant, sicuti ipsi ex suo corde profitentur, simplici voluntate venerunt. Ex primò quidem fratres nostri probatæ fidei, amantes pacem, vnitatem optantes, tumorem illum horum mollitum iam annuntiabant: fides tamen non idonea, vt faciliè nobis credere daretur, illos penitus esse mutatos. Postea verò Urbanus & Sidonius confessores ad presbyteros nostros venerunt, affirmantes Maximum confessorem & presbyterum secum pariter cupere in Ecclesiam redire. Sed quoniam multa præcesserant ab eis designata, quæ tu quoque à Coëpiscopis nostris & litteris meis cognouisti, vt non temerè eis fides haberetur; ex ipsorum ore & confessione ista, quæ per legationem damnauerant, placuit audiri. Qui cum venissent, & à presbyteris, quæ gessissent, exigenter, nouissime quoddam per omnes Ecclesias litteræ calumniis & maledictis plenæ eorum nomine frequentes missæ fuissent, & pænè omnes Ecclesias perturbassent: circumuentos se esse affirmauerunt, nec quid in istis litteris inesset, scisse, tantummodò circumductos: commississe se quoque schismata, & heresis auctores fuisse, vt paterentur ei (Nouatiano scilicet) manus quati in Episcopum imponi. Qui, cum hæc & cetera fuissent exprobrata, vt abolerentur, & de memoria tollerentur, deprecati sunt.

XCIX.

LAPSI REDEVNT AD ECCLESIAM DETESTANTES ERROREM.

Mat. 5.

Omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi Presbyterium. Adfuerunt etiam Episcopi quinque, qui & hodie præsentés fuerunt; vt firmato consilio quid circa personam eorum obseruari deberet, consensu omnium statueretur. Et vt motum omnium & consilium singulorum dignosceres, etiam sententias nostras placuit in notitiam vestri perferri, quas & subiectas leges. His ita gestis, in Presbyterium (hoc nomine appellat Consiistorium) venerunt Maximus, Urbanus, Sidonius, & Macarius, & plerique fratres, qui se eis adiunxerant; summis precibus desiderantes, vt ea, quæ antè fuerant gesta, in obliuionem cederent, nullaq; eorum mentio haberetur; proinde atque si nihil esset vel commissum, vel dictum inuicem omnibus remissis, cor mundum & purum iam Deo exhiberent, sequentes Euangelicam vocem dicentem, Beatos esse puros corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, vt & ipsos viderent in Ecclesia constitutos, quos errantes & palabundos iam diu viderant, & dolebant. Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus est. Vna vox erat omnium gratias Deo agentium: gaudium pectoris lacrymis exprimentes, complectentes eos, quasi hodie pœna carceris fuissent liberati.] hæc Cornelius

de

A de ipsorum reditu: qui & libellum ab eis scriptum in eadem epistola posuit, sic dicens: Et vt ipsorum verba designem: Nos (inquiunt) Cornelium Episcopum sanctissimæ Catholicæ Ecclesiæ electum à Deo omnipotente & Christo Domino nostro scimus. Nos errorem nostrum confitemur: nos imposturam passi sumus: circumuenti sumus perfidia & loquacitate captiosa. Nam etsi videbamur quasi quamdam communicationem cum schismatico & hæretico homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in Ecclesia fuit. Nec enim ignoramus, verum Deum esse, vnum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, vnum Spiritum sanctum, vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere.] Hic eorum libellus: quo videas in primis Romani Episcopi titulum, nempe nominatum Cornelium sanctissimæ Catholicæ Ecclesiæ Episcopum, & quod subdit: Rectè fidei confessione æquè asserendum, vnum Episcopum in Ecclesia Catholica esse debere: quem agnoscunt esse Cornelium. Hinc illa à Cypriano sæpius dictio vsurpata, vt diuidi à Romano Pontifice, idem sit, quod à vniuersa Ecclesia schismate separari: rursum illi communicare, id ipsum esse quod Catholicæ Ecclesiæ vnitatem coniungi. Quid autem post acceptum ac recitatum confessorum libellum Cornelius egerit, ipse ea epistola narrat in hæc verba: Ista eorum professione non moueremur? vt quod apud potestatem sæculi erant confessi, in Ecclesia constituti comprobarent?

C. CONFESSORVM SEDVCTORVM PROFESSIO.

B

Quapropter Maximum presbyterum locum suum agnoscere iussimus: ceteros cum ingenti populi suffragio recepimus. Omnia autem remisimus Deo omnipotenti, in cuius potestate sunt omnia reueruata. Hæc igitur, frater charissime, eadem hora, eodem momento ad te scripta transmisimus, & Nicephorum acoluthum descendere ad nauigandum festinantem de statione ad vos statim dimissi, vt nulla procrastinatione habita, velut præsens in isto Clero & in isto populi cœtu, Deo omnipotenti & Christo Domino nostro gratias ageres. Credimus autem fore, quinimò pro certo iam confidimus, ceteros quoque, qui in errore hoc sunt constituti, in Ecclesiam breuiter reuersuros, cum auctores suos viderint nobiscum agere. Has litteras puto te debere, frater charissime, & ad ceteras Ecclesias mittere: vt omnes sciant, schismatici huius & hæretici dolum & præuacationem de die in diem euacuari. Benè vale, frater charissime.] hucusque Cornelius: qui & in epistola, quam scripsit ad Fabium Episcopum Antiochenum, adnumerat inter eos qui ex schismate reuersi sunt ad Ecclesiam, Celerinum nobilissimum confessorem; de quibus omnibus cum dicat, ad exigui temporis spatium ab Ecclesia descivisse; satis significare videtur, hoc ipso anno, quo lapsi sunt, esse ad Ecclesiam reuocatos.

C. CONFESSORES RESTITVTI.

C

Perlatis in Africam & in alias prouincias Cornelij Papæ litteris de recantatione lapsorum confessorum, tum boni omnes vehementer adgausi, tum etiam qui illorum lapsu æquè prostrati fuerant, illis resurgentibus, pariter eleuati sunt. de quibus Cyprianus Cornelio gratulatus, ad eundem rescribens hæc ait: Hic enim quosdam fratres nostros error induxerat, quod sibi communicationem confessorum sequi viderentur: quo errore sublatro, lux omnium pectoribus infusa est; & Ecclesia Catholica vna esse, nec scindi, nec diuidi posse, monstrata est. Nec quisquam iam faciliè poterit schismatici furentis verbis loquacibus decipi: quando probatum sit, bonos & gloriosos Christi milites non potuisse diu aliena fallacia & perfidia extra Ecclesiam detineri.] hæc Cyprianus. Sed & ipsi quoque qui resipuerunt confessores, de sua ipsorum poenitentia ad Cyprianum litteras dedere sic scriptas: Certi sumus, frater charissime, te quoq; nobiscum pari voto congaudere. Nos habito consilio, utilitatibus Ecclesiæ & paci magis consulentes, omnibus rebus prætermisissis, & iudicio Dei seruatis cum Cornelio Episcopo nostro pariter & cum vniuerso Clero pacem fuisse, cum gaudio etiam vniuersæ Ecclesiæ, prona etiam omnium charitate hoc factum, his litteris nostris scire certissimè debuisti. Oramus te, frater charissime, multis annis benè valere.] hæc ipsi: ad quos etiam eodem argumento rescriptæ extant Cypriani litteræ, quibus cum eisdem congratulatur, tum etiam quid communi consensu de lapsis recipiendis actum sit, reddit certiores.

CII. VULGATAR LITTERAR DE RESTITVTIONE CONFESSORVM

Apud Cypri. epist. 50.

E

Cypri. ep. 51.

Cum autem Nouatus ac locij (vt dictum est) à Nouatiano Pseudopapa datis litteris ad Africanos Episcopos, quos possent à Catholica communicatione diuellerent; inter alios Antonianus in Numidia Episcopus, qui antè à Cornelij partibus steterat, Nouatiani litteris permotus, nutare nonnihil incipiens, Quinto presbytero litteras ad Cyprianum dedit, quod ab eo de rebus gestis certior redderetur. Cyprianus verò, scriptis ad eum litteris, officio ac consilio non destitit, vt hominem vacillantem, ac propemodum collabentem

CIII. DE ANTONIANO EPISCOPO IN NUMIDIA TITVBANVS Cyprian. epist. 52.

tem statueret ac firmaret. Scriptam verò fuisse hanc à Cypriano epistolam post restitutionem lapsorum confessorum, illis verbis significat, quibus dicit: Quod etiam Romam ad Clerum tunc adhuc sine Episcopo agentem, & ad confessores Maximum presbyterum & ceteros in custodia constitutos, nunc in Ecclesia cum Cornelio iunctos, plenissimè scripti.] Sed quòd Cyprianum quoque Antonianus ex iisdem Nouatianis litteris cœperat habere suspectum: non defuit ille, eadem ad ipsum scripta epistola, se purgare, exactamque de rebus à se gestis rationem reddere.

CIV.
NOVATIANI
HÆRESIS

At quoniam tum Cornelij, tum Cypriani, de Nouatiano ea frequens erat assertio, vt dicerent, ipsum non solum fuisse schismaticum, sed hæreticum, auctoremque schismatis atque hæresis ab eisdem sæpè taxatum: idem Antonianus à Cypriano significari petiit, quam hæresim Nouatianus introduxisset. Obsecutus eidem Cyprianus, pluribus docet Nouatianum eius fuisse sententiæ, vt negaret semel lapsos amplius in Ecclesiam admit- tendos, sed esse Dei iudicio relinquendos, nec vllum lapsorum habendum esse discrimen, criminumve distinctionem. Hæc autem ipsum ex Stoica philosophia, quam professus erat, conatum esse in Dei Ecclesiam introducere, idem Cyprianus demonstrat, his verbis ipsum Nouatianum suggillans: Alia est philosophorum & Stoicorum ratio, frater charissime, qui dicunt omnia peccata paria esse, & virum grauem non facile flecti oportere. Inter Christianos autem & philosophos plurimum distat. Et cum Apostolus dicat, Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam & inanem fallaciam, vitanda quæ non de Dei clementia veniunt, sed de philosophiæ durioris præsumptione descendit.] hæc ipse.

Coloss. 2.

CV.

NOVATIANVS
EX
MONTANO.

b Tertull. de
Pudicit. per
totum.

Sed contra Nouatiani dogmata rectè sentire Dei Ecclesiam, quæ lapsos poenitentes admittat, & distinctione adhibita cuiusque criminum, vel serò, vel maturè eos recipere, pluribus docet. Licet autem ex Stoica secta, quòd Stoicus esset, hæc impiè mutatus esse videri potuisset, tamen videas eiusmodi peruersi dogmatis in Montani hæresi esse impressa vestigia: ex Montani enim Paracleto illud quoque, vindicauit sibi Tertullianus, vt in mœchiam lapsos in Ecclesiam recipiendos esse negaret. Quòd verò Nouatianus falsò iactaret defecturos in Ecclesia martyres, si lapsis tam ampla pateret via; Cyprianus id confutans, Ecclesiæ robur in bonis viris demonstrat, sic inquit: Nec putes, frater charissime, hinc aut virtutem fratrum minui, aut martyria deficere, quòd lapsis laxata sit poenitentia, & quòd poenitentibus spes pacis oblata: manet verè fidentium robur immobile, & apud timentes ac diligentes corde toto Deum stabilis & fortis perseuerat integritas. Nam & mœchis à nobis poenientiæ tempus conceditur, & pax datur, non tamen idcirco virginitas in Ecclesia deficit, aut continentiæ propositum gloriosum per aliena peccata languescit. Floret Ecclesia tot virginibus coronata, & castitas ac pudicitia tenorem gloriæ suæ seruat: nec quia adultero poenitentia & venia laxatur, continentiæ vigor frangitur.] Ex eadem Montani, quæ dicitur Cataphrygum hæresis, Nouatianum mutuatum esse venena, Pacianus æquè nobiscum sentit, cum ait: Scriptis tuis poenitentiam vsque- quaque damnantibus, secundum Phrygas te sensisse pronuntias.] ac rursus alibi, Nouatianum suosque secutos esse Tertullianum, demonstrat.

c Pacianus ad
Sympr. ep. 1.
d Pacian. ad
Sympr. ep. 3.
prope finem.

CVI.

ALIA PRA-
VA DOGMA-
TA NOVA-
TIANORVM.

c Theod. bar.
fab. lib. 3.

f August.
epist. 108.
g Euseb. lib. 6.
cap. 35.
h Socr. lib. 6.
cap. 20.

Fuerunt hæc à Nouatiano prima excogitata impietatis dogmata, quæ (vt de aliis quoque hæresibus accidit) à successoribus aucta sunt, ac turpius deformata. Eos non admittere secundas nuptias, & hoc ipsum ex secta Montani: abnegasse quoque Nouatianum Baptismum, & quæ præcedunt Baptismum, fidem scilicet & confessionem, scribit Dionysius Episcopus Alexandrinus. Hoc puto esse quod Theodoretus affirmat, baptizatos in Ecclesia Catholica iterum ab eo baptizari consueuisse. sed de hoc suo loco dicemus. Rursus verò Nouatiani sectatorem quemdam negasse Petrum Apostolum fuisse baptizatum, sanctus Augustinus affirmat. Quòd præterea se mundos dicerent, nec vel aliquando lapsos, ac neque consortium vellent habere cum lapsis, pulchro nomine (an potius dicam Pharisæico) Καθαρῶς se dici voluisse, affirmat Eusebius. Eosdem pariter decoros candidis vestimentis incedere solitos, auctor est Socrates.

CVII.

i August. de
Agon. Chri-
sti cap. 31.

Porrò quòd Nouatianus, de cuius hæresi sermo est, negaret lapsos poenitentes in Ecclesiam recipiendos; eò vecordiæ atque temeritatis prolapsus infelix est, vt negaret quod est in Apostolico Symbolo, Remissionem peccatorum, in Ecclesia reperiri. Sed & ex necessaria quoque assumptione hæresis eiusmodi deduci conclusio videbatur: vt à Christo Ecclesiæ clauis datas esse tam procaciter quàm turpiter negaretur tum ab ipso, tum illis qui ab eo denominati sunt Nouatiani. in quos hæc S. Augustinus: Nec audiamus eos

qui

A qui negant Ecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere. Itaque miser dum in Petro petram non intelligunt, & nolunt credere datas Ecclesiæ clauis regni cælorum, ipsi eas de manibus amiserunt. Isti sunt qui viduas, si nupserint, tamquam adulteras damnant, & super doctrinam Apostolicam se prædicant esse mundiores: qui nomen suum si vellent agnoscere, mundanos se potius, quàm mundos, vocarent.] hæc & alia Augustinus.

Reddita (vt vidimus) Ecclesiæ pace, accidisse putatur vt de redemptione eorum actum sit, qui dira illa barbarorum inquisitione in Numidia Christiani captiui abducti sunt: quando Numidiæ Episcopi ad S. Cyprianum scripserunt, rogantes vt pro redimendis captiuis pecuniam colligere dignaretur. Qui collecta ex more Christianis indicta, pecuniæ summam ex Fidelium liberali collatione coactam mittens, ad eosdem Numidiæ Episcopos scripsit epistolam, cuius illud exordium: Cum maximo animi nostri gemitu & non sine lacrymis legimus litteras vestras, fratres charissimi, quas ad nos pro dilectionis vestræ sollicitudine, de fratrum nostrorum & sororum captiuitate fecistis. Quis enim non doleat in eiusmodi casibus? aut quis non dolorem fratris sui suum proprium computet?] & post multa: Quis enim non humanitatis memor, & mutæ dilectionis admonitus, si pater est, illic esse nunc filios suos computet? si maritus est, uxorem suam illic captiuam teneri cum dolore pariter ac pudore vinculi maritalis existimet? Quantus verò communis omnibus nobis mœror est & cruciatus de periculo virginum quæ illic tenentur: pro quibus non tantum libertatis, sed & pudoris iactura plangenda est, nec tam vincula barbarorum, quàm lenonum & lupanarium supra desenda sunt: ne membra Christo dicata, & in æternum continentiæ honore pudica virtute deuota, insultantium libidine & contagione fœdentur?] sacratas Deo (quas Moniales dicimus) eas fuisse virgines, apertè significat.

CVIII.
DE FIDELI-
BUS A BAR-
BARIS AB-
DUCTIS RE-
DIMENDIS.
Cyp. ep. 60.

Quanta verò tunc S. Cypriani exhortatione liberalitas Carthaginensis Ecclesiæ enituerit, sequens eiusdem sermo declarat, cum ait: Quæ omnia istic secundum litteras vestras, fraternitas nostra cogitans, & dolenter examinans, promptè omnes & libenter ac largiter subsidia nummaria fratribus contulerunt: semper quidem secundum fidei suæ firmitatem ad opus Dei promi, nunc tamen magis ad opera salutaria contemplatione tanti doloris accensis.] ac paulo post: Denique maximas vobis gratias agimus, quòd nos vestræ sollicitudinis & tam bonæ ac necessariæ operationis participes esse voluistis, vt offerretis nobis agros vberes, in quibus spei nostræ semina mitteremus, expectaturi messem de amplissimis fructibus, qui de hac cælesti & salutari operatione proueniunt. Misimus autem sestertia centum millia nummum quæ istic in Ecclesia, cui de Domini indulgentia præsumus, Cleri & plebis apud nos consistentis collatione collecta sunt: quæ vos illic pro vestra diligentia dispensabitis. Et optamus quidem nihil tale de cetero fieri, & fratres nostros Domini maiestate protectos ab eiusmodi periculis incolumes reseruari. Si tamen ad explorandam animi nostri charitatem, & ad examinandam pectoris nostri fidem, tale aliquid acciderit, nolite cunctari nuntiare hæc litteris vestris; pro certo habentes, Ecclesiam nostram & fraternitatem istic vniuersam, ne hæc fiant, precibus orare; si facta fuerint, libenter & largiter subsidia præstare.] hæc & alia Cyprianus, quibus tamquam in viua tabula expressa elucet pulcherrima in dilectione fratrum illorum temporum Ecclesiæ facies.

CIX.

COLLECTA
PECVNIA
FIDELIS
CAPTIVI
REDEMPTI.

Quota autem hæc esset ad eos missa nummorum quantitas, ex confusa lectione absque alia interpunctione reddi posset ambigua, nisi nimia numeri excrecentia cogeret interposita virgula disingere dictiones. Nam si legas, vt Pamelij habet editio: Misimus sestertia centum millia] cum singula sestertia valeant mille sestertios, & mille sestertij viginti quinque aureorum numerum contineant: dicere opus esset, à Cypriano myriadas duas & semis aureorum missas, nimirum vicies centena & quingenta millia aureorum. Sed planè excedit humanum captum, vt tam ingens pecuniarum vis ex Christianis Carthaginensibus colligi à Cypriano potuerit. Quam obrem alterutro modo legendum, nimirum vt sit lectio: Misimus sestertia, centum millia nummum.] vt sit Cypriani verborum sensus, se litteris illis sestertia mittere, sed quòd mittat sestertia, verbis illis, quæ addit, declarare voluisse, nempe centum millia nummum, quæ efficiunt sestertia centum: Vel loco sestertia, legendum sit, sestertium nummum, quòd idem est atque sestertij. Verum neutram harum puto fuisse germanam Cypriani lectionem; sed quòd ipse in epistola sic scripserit more maiorum, HS. CCM. N. librarius, qui exscripserit, eiusmodi numeri

CX.
QUOTASVM-
MA PECV-
NIARVM
COLLECTA.

Rr 4

NOTAS

notas vocibus illis quae leguntur expresserit. Sed diuersarum harum lectionum vna tamen concors summa colligitur, nimirum vt cum singuli mille HS. sint aurei nummi viginti-quinque, tota summa HS. CM. N. fiet duorum millium & quingentorum aureorum, vel monetæ nunc Romanæ (vt numerat Panuinus^a) tria millia aureorum. Certè quidem haud exigua hæc summa æstimari debet, quæ ex collectitia pecunia Christianorum tantummodò Carthaginensium, ingenti præsertim persecutione mirum in modum vexatorum, à Cypriano missa est pro redimendis captiuis ad Numidas Episcopos.

^a Panuini in Rom. Imp. pag. 872.

IESV CHRISTI CORNELII PAP. GALLI & VOLVSIANI IMPP.

ANNVS ANNVS ANNVS 255. 2. 2.

^{i.} CONSULATVS VOLVSIANI SECVNDVS.

^b Habet hæc et alia plura Rubert. in Theaur. rer. antiquar. & Adolph. Oec. in Gallo.

^{ii.} En sub lib. 6. cap. 35. ROMANVM CONCILIVM IN CAUSA LAPSORVM.

^{iii.} Nouati

^{iiii.} PLVRA CONCILIA ROMAE HABITA.

^{v.} Hieron. de Scriptor. Eccl. in Cornel.

^{vi.} CONCILIA PLVRA EA DE CAUSA IN ALIIS LOCIS CELEBRATA. Cyp. ep. 55.

D Vcentesimus quinquagesimus quintus Christi annus, Gallo & Volusiano secundum Cons. est adscribendus; licet ab aliis Galli tantum Consulatus secundus, Volusiani verò primus ponatur. Verum ex antiquis numismatum inscriptionibus, ambos simul secundum Consulatum gessisse colligitur, quibus secundus Consulatus cum Tribunitia potestate secundò repetita, sequenti verò anno tertio, ac demum quarto iterata ponitur. Si igitur vna cum secundo Consulatu Volusiani, secundò pariter posita habetur Tribunitia potestas, quam anno secundo Imperij oportuit esse collatam: planè certum redditur hunc annum esse, quo secundo Imperij anno Tribunitia potestate secundò actus Volusianus, secundum pariter gessit Consulatum. Qua quidem inscriptione cum complura numismata reperiantur inscripta, hic vnus ponimus, quæ est huiusmodi: IMP. CÆS. C. VIB. VOLVSIANVS. AVG. P. M. TR. P. II. PP. CON. II. Hoc ipso anno videtur habita Romæ Synodus sexaginta Episcoporum aduersus Nouatianum & alios eiusdem schismatis sectatores. de quo hæc Eusebius: Ob quam rem (Nouatianum scilicet, quem Nouatum nominat, lapsos à penitentia excludentem) Concilium maximum Romæ cogitur: in quo sexaginta Episcopi, atque presbyteri totidem atque amplius vnà cum diaconis in vnum conueniunt. A pastoribus etiam, separatim per singulas cuiusque regionis prouincias, quid de ea re agendum esset deliberantibus, colloquia fiunt. A quibus omnibus tandem decernitur, Nouatianum * eiusque fautores tanta superbia inflatos, & quotquot illius inhumanissimæ & à fraterna charitate alienissimæ opinioni assentirentur, in eorum numero qui erant ab Ecclesia exclusi, haberi: fratres autem qui casu infelici prolapsi fuissent, penitentia medicamentis curari, & ad sanitatem restitui. Epistolæ quidem Cornelij Episcopi Romani, scriptæ ad Fabium Episcopum Ecclesiæ Antiochenæ, ad nos peruenerunt: quæ tum Acta Concilij Romæ habiti, tum quæ ab omnibus in Italia, in Africa, inque aliis locis de eo errore declarant.] hæc Eusebius.

Idem quoque ait, in extrema parte epistolæ Cornelij ad Fabium datæ, scripta fuisse cetera quæ eius Synodi essent acta, vsque ad nomina Episcoporum qui interfuerant, ac subscriptissent. Exciderunt ea, magno antiquitatis Ecclesiasticæ detrimento. Diuersam verò hanc esse Synodum ab illa quam Romæ itidem celebratam fuisse diximus, diuersa in singulis decreta sancita declarant: siquidem in illa (vt vidimus) iussi fuerant adhuc expectare lapsi, in hac autem iidem admitti iubentur. Quòd igitur (vt ait Eusebius) Acta huiusmodi postrema Cornelij epistola ad Fabium Antiochenum continerentur; argumento est, vltimam ad eum fuisse scriptam, nempe hoc anno, antequam mitteretur (vt dicemus) ipse Cornelius in exilium. Aliud quoque Concilium, dictum Italicum, tunc celebratum constat, cuius meminit S. Hieronymus^d; de quo eo, necnon Romano, quod diximus, & Africano, de quo dicturi sumus, Cornelium Papam aliam scripsisse ad Fabianum, quem Flavianum nominat, Antiochenum Episcopum, testatur.

Quòd autem non solum Romæ, sed in diuersis aliis prouinciis eadem ex causa Concilia fuisse celebrata tradit Eusebius; constat in Africa item hoc anno Idibus Maiis conuenisse simul Episcopos, vt meminit Cyprianus^e scribens ad Cornelium Papam. Diuersam ac planè aliam hanc fuisse Synodum ab ea quam anno superiori diximus celebratam, satis eadem Cyprianus epistola certum reddit, dum meminit Synodi anno superiori celebratæ. Hoc ipsum planè esse Concilium, quod post Pascha celebrandum fore hoc anno, qui

A qui tertius numeratur à persecutionis exordio, idem Cyprianus testatur scribens ad Fortunatum^a arque collegas Episcopos, cum illi, quid agendum esset de quibusdam lapsis, ipsum consulissent. Interfuerunt huic Synodo Episcopi quadragintaduo, quorum extat Synodica^b ad Cornelium Romanum Pontificem missa: qua quid in Synodo actum sit, & causam, cur lapsis penitentibus de iniunctis vel iniungendis penitentiis tribuerent indulgentiam, fuerint persuasi, atque ad id agendum permoti, significant in hæc verba:

^a Cyprian. epist. 93.

^b Cyprian. epist. 14.

Statueramus quidem iam pridem, frater charissime, participato inuicem nobiscum consilio, vt qui in persecutionis infestatione supplantati ab aduersario, & lapsi fuissent, & sacrificiis se illicitis maculassent, agerent diu penitentiam plenam; & si periculum infirmitatis vigeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas & diuina clementia, Ecclesiam pulsantibus claudi, & dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, vt de sæculo recedentes, sine communicatione & pace ad Dominum dimitterentur: quando permiserit ipse qui legem dedit, vt ligata in terris, etiam in cælis ligata essent; solui autem possent illic, quæ hic prius in Ecclesia soluerentur. Sed enim cum videamus diem rursus alterius infestationis appropinquare cœpisse, & crebris atque assiduis ostensionibus admoneamur, vt ad certamen, quod nobis hostis indicit, armati & parati simus; plebem etiam nobis de diuina dignatione commissa exhortationibus nostris paremus; & omnes omnino milites Christi, qui arma desiderant & prælium flagitant, intra castra Domini colligamus: necessitate cogente censuimus, Eis qui de Ecclesia Domini non recesserunt, sed penitentiam agere, & lamentari, ac Dominum deprecari à primo lapsus sui die non desisterunt, pacem dandam esse, & eos ad prælium, quod imminet, armari & instrui oportere.

^{v.} SYNODICA EX AFRICA-NO CONCILIO.

^{vi.} DE LAPSIIS STATIM RECIPIENDIS.

C Obtemperandum namque est ostensionibus atque admonitionibus iustis, vt à pastoribus oues in periculo non deserantur, sed grex omnis in vnum congregetur, & exercitus Domini ad certamen militiæ cælestis armetur. Meritò enim trahebatur dolentium penitentia tempore longiore, vt infirmis in exitu subueniretur; quamdiu quies & tranquillitas aderat, quæ differre diu plangentium lacrymas, & subuenire serò morientibus in infirmitate pateretur. At verò nunc non infirmis, sed fortibus pax est necessaria; nec morientibus, sed viuentibus communicatio à nobis danda est: vt quos excitamus & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione corporis & sanguinis Christi muniamus. Et cum ad hoc fiat Eucharistia, vt possit accipientibus esse tutela; quos tutos esse contra aduersarium volumus, munimento Dominicæ saturitatis armemus. Nam quo modo docemus, aut prouocamus, eos in confessione nominis sanguinem suum fundere; si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? Aut quo modo ad martyrij poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in Ecclesia poculum Domini iure communicationis admittimus.

^{vii.} FVTVRA PERSECVTIO PRÆSENTIUM.

Interesse debet, frater charissime, inter eos qui vel apostatauerunt, & ad sæculum, cui renuntiauerant, reuertit. Gentiliter viuunt, vel ad hæreticos transfugæ facti contra Ecclesiam parricidalia quotidie arma suscipiunt; & inter eos qui ab Ecclesiæ limine non recedentes, & implorantes iugiter ac dolenter diuina & paterna solatia, nunc se ad pugnam paratos esse, & pro Domini sui nomine, ac pro sua salute stare fortiter, & pugnare profitentur. Hoc in tempore pacem nos non dormientibus, sed vigilantibus damus: pacem non deliciis, sed armis damus: pacem non ad quietem, sed ad aciem damus. Si secundum quod eos audimus & optamus & credimus fortiter steterint, & aduersarium nobiscum in congressione prostrauerint; non peniter pacem concessisse tam fortibus: immò Episcopatus nostri grandis honor & gloria est, pacem dedisse martyribus; vt sacerdotes, qui sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo & victimas præparemus. Si autem (quod Dominus auertat à fratribus nostris) aliquis lapsorum fefellerit, vt pacem subdole petat, & impendentis prælij tempore communicationem non præliatus accipiat; seipsum fallit, & decipit, qui aliud corde occultat, & aliud voce pronuntiat. Nos, in quantum nobis & videre & iudicare conceditur, faciem singulorum videmus: cor scrutari, & mentem perspicere non possumus: de his iudicat occultorum scrutator & cognitor citò venturus, & de arcanis cordis atque abditis iudicaturus. Obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali à bonis adiuuari. nec ideo facturis martyrium pax deneganda est, quia sunt quidam denegaturi: cum propter hoc pax sit danda militaturis, ne per ignorantiam nostram ille incipiat præteriri, qui habet in prælio coronari.

Nec

VIII.
DISPENSA-
TIONIS ET
INDVLGEN-
TIAE CAU-
SA.

Nec quisquam dicat, Qui martyrium tulit, sanguine suo baptizatur: nec pax illi ab Episcopo necessaria est, habituro gloriæ suæ pacem, & accepturo maiorem de Domini dignatione mercedem. Primò idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit & accendit.] ac post multa: Ne igitur ore nostro, quo pacem negamus, quo duritiam magis humanæ crudelitatis, quàm diuinæ & paternæ pietatis dulcedinem apponimus, oues nobis commissæ à Domino reposcantur; placuit nobis, sancto Spiritu suggerente, & Domino per visiones multas & manifestas admonente, quia hostis nobis imminere prænuntiatur & ostenditur, colligere intra castra milites Christi, & examinatis singulorum causis, pacem lapsis dare, immò pugnaturis à me suggerere: quod credimus vobis quoque paternæ misericordiæ contemplatione placiturum. Quòd si de collegis aliquis extiterit, qui, urgente certamine, pacem fratribus & fororibus non putat dandam; reddet ille rationem in die iudicii Domino vel importunæ censuræ, vel inhumanæ duritiæ suæ. Nos, quod fidei & charitati & sollicitudini congruebat, quæ erant in conscientia nostra protulimus; diem certaminis appropinquasse, hostem violentum citò contra nos exurgere; pugnam non talem, qualis fuit, sed grauiorem multò & atrociorē venire: hoc nobis diuinitus frequenter ostenditur, de hoc nos prouidentia & misericordia Domini sæpius admonent; de cuius ope & pietate, qui in eum confidimus, possumus esse securi: quia qui in pace militibus suis futuram prænuntiat pugnam, dabit & militantibus in congressione victoriam. Optamus te, frater charissime, bene valere.] hucusque Synodica de Concilio sub Cypriano hoc anno in Africa celebrato: quibus planè significatur, indulgentiam lapsis non nisi verè pœnitentibus ex eo Concilij decreto esse dandam. Quæ verba hæcenus in Apostolicis litteris, cum indulgentia impartitur, apponi consueuerunt.

IX.
a Socr. lib. 5.
cap. 19.REBELLE-
TVR SOCRAS-
TIS DE
PRESBYT.
PœNITEN-
TIARUM
ASSERTIO.

b Cypri. ep. 55.

X.
CREATOR
ADVERSVS
CYPRIANVM
FOR-
TVNATVS
PSEVDOPIS-
COPVS.
c Cyprian.
epist. 55.

Ad hæc planè tempora referenda essent quæ tradit Socrates^a & ipse sectâ Nouatianus (si hæretico homini de suis dogmatibus tractanti fides adhibenda foret) his verbis: Ab illo tempore quo Nouatiani se ab Ecclesia seiunxerant, recusauerantque cum his, qui tempore persecutionis regnante Decio concitatis lapsi erant, communicare, Ecclesiarum Episcopi canonici adiunxerunt, vt in singulis Ecclesiis presbyter quidam pœnitentiæ præficeret: quòd qui post Baptismum lapsi fuissent, coram presbytero ad eam rem designato, peccata sua confiterentur.] hæc Socrates. Quòd quidem si verum esset, id ad hæc tempora referendum foret, quòd pœnitentibus lapsis indulgentiæ aperta ianua, frequenti cœtu iidem concurrerent ad Ecclesiam. At commentum id esse, planè conuincitur. Siquidem lapsorum restitutio (quòd ij publicè deliquissent) non erat tale opus, quod vni posset demandari presbytero: quippe cum nec id solus præstare soleret Episcopus, quem, conuocata Ecclesia, id non tantum facere oporteret fratrum suorum consensu, sed etiam populi rogata sententia. Id quidem solere factitari, Cyprianus^b ad Cornelium scribens de his quæ faceret, sui exemplo satis docet. Scriptam esse eam epistolam post præsentem Synodum, ex his quæ paulò inferius dicemus, liquidò apparebit. Sic igitur nullus presbyter pœnitentiarius Ecclesiis singulis potuit operi præfici, quòd præsentè ad hoc conuocata Ecclesia faciendum esset. Quòd si occultis tantum audiendis delictis federet presbyter, id semper in Ecclesia fuisse oportuit: nec ratio est, cur potius tempore Decij, quàm aliis antea temporibus, id instituere in Ecclesia opus fuerit; cum qui secretò peccarent, numquam defuerint. Sed de his aliàs pluribus tomo primo Annalium actum est.

Accidit præterea, vt Priuatus, veterator hæreticus, vnà cum suis ad hanc Synodum venerit, quasi acturus causam suam: sed quòd fuisset antea sæpè damnatus, ab eodem tunc conuentu exclusus est: cum ille collectis secum sociis, ibidem Carthagine creauit aduersus S. Cyprianum, pseudoepiscopum Fortunatum. Rem gestam idem Cyprianus^c, ad Cornelium scribens, his indicat verbis: Cum causam suam (*Priuatus hæreticus scilicet*) apud nos in Concilio quod habuimus Idibus Maiis, quæ proximè fuerunt, agere velle se diceret, nec admissus esset: Fortunatum istum sibi pseudoepiscopum dignum collegio suo fecit. Venerat etiam cum illo & Felix quidam, quem ipse extra Ecclesiam in hæresi pseudoepiscopum olim constituerat: sed & Iouinus & Maximus comites cum Priuato hæretico affuerunt, ob nefanda facticia & crimina in se probata, sententia nouem Episcoporum collegarum nostrorum condemnati, & iterato quoque à pluribus nobis in Concilio anno priore abstenti: cum his autem quatuor iunctus est & Reposus Satur-

A Saturnicensis; qui non tantum in persecutione ipse cecidit, sed & maximam partem plebis suæ sacrilega persuasione deiecit. Hi quinque cum paucis vel Sacrificatis, vel malè sibi consciis, Fortunatum sibi Pseudoepiscopum cooptarunt: vt criminibus in vnum conuenientibus, talis esset scilicet rector, quales illi qui reguntur. Hinc iam & cetera mendacia, frater charissime, potes noscere, quæ illic homines desperati & perdit ventilaerunt: vt cum de Sacrificatis, vel de hæreticis amplius quàm quinque Pseudoepiscopi non fuerint, qui Carthaginem venerint, & Fortunatum sibi dementiæ suæ socium constituerint, illi tamen, quasi visi filij diaboli, & mendacio pleni, ausi sunt (vt scribis) iactitare, viginti quinque Episcopos attulisse: quod mendacium & istic prius apud fratres nostros iactitabant, dicentes, viginti quinque Episcopos de Numidia esse venturos, qui sibi Episcopum facerent. Quo in mendacio suo, posteaquam quinque solis conuenientibus naufragis, & à nobis absentis, detecti sunt atque confusi: Romam cum mendaciorum suorum merce nauigauerunt, quasi veritas post eos nauigare non posset, quæ mendaces linguas rei certæ probatione conuinceret.] hæc Cyprianus.

B Creato igitur ab hæreticis atque schismaticis Pseudoepiscopo Fortunato, continuò ab eis missa est legatio Romam ad Cornelium Papam, Catholicam cõmunicationem ab eodem subrepturis: quippe qui scirent ab omnibus hæreticos notandos fore atque schismaticos, si Apostolicæ sedis cõmunionem careant. Huius legationis officio functus est Felicissimus ille schismatis auctor, de quo multa superius: qui præuenire conatus est nuntios à Cypriano mittendos, quòd à Cornelio absque aduersæ partis repugnantiâ recipi facilius posset. De qua Felicissimi festinatione hæc idem Cyprianus^a superius ad Cornelium: Nactus tamen occasione familiarissimi hominis & clerici, per Felicianum acoluthum, quem cum Perseo^{*} collega nostro miserat, inter cetera quæ in notitiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato isto tibi scripsi: sed dum istic Felicianus frater noster vel vento retardatur, vel accipiendis aliis epistolis à nobis detinetur, Felicissimo ad vos properante, præuentus est. Ita enim semper scelerata festinant, quasi contra innocentiam festinatione præualeant.] hæc de festinatione Felicissimi Cyprianus.

C At non ipse solus, sed magna cum eo schismaticorum caterua Romam ad nauigauit, qui cum à Cornelio audiri ac recipi postularent, ab eodem protinus reiecti sunt. Id quidem Cornelij ad Cyprianum datæ litteræ significant, quarum idem Cyprianus meminuit^b dicens: Legi litteras tuas, frater charissime, quas per Saturnum fratrem nostrum acoluthum misisti, & dilectionis fraternæ, & Ecclesiasticæ disciplinæ, & sacerdotalis censuræ satis plenas; quibus significasti, Felicissimum hostem Christi non nouum, sed iam pridem ob crimina sua plurima & grauiissima absentem, & non tantum mea, sed plurimorum Coepiscoporum sententia condemnatum, reiectum à te illic esse: & cum venisset stipatus caterua & factione desperatorum, vigore pleno, quo Episcopos agere oportet, pulsus de Ecclesia esse, de qua iam pridem cum sui similibus, Dei maiestate, & Christi Domini & iudicis nostri seueritate depulsus est, ne schismatis & dissidij auctor, ne pecunia commissæ sibi fraudator, ne stuprator virginum, ne matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor vltra adhuc sponsam Christi incorruptam, sanctam, pudicam præsentis suæ dedecore & impudica atque incesta contagione violaret.] hæc Cyprianus de repulsa Felicissimi & sociorum.

D At semel licet à Cornelio reiecti, haud recedentes quiescere, sed pertinaciùs instare cœperunt apud eundem, vt allatas à se ab Africa litteras acciperet. Cum autem nec sic illis minantibus Cornelius acquieuerit: ipse tamen non nihil aduersus S. Cyprianum permotus, quòd de te tanta nihil ad se scripsisset, ad nauigantibus præsertim Romam suis oppugnantibus. Quamobrem confestim ad eum subinfensè iterum scribens, iure redarguisse ipsum visus est; cum & se pariter excusat, quòd accusatorum ipsius vehementer exagitaretur molestiis. colligi id quidem potest ex dictis litteris à Cypriano ad eundem Cornelium missis, quibus exostulans ait: Sed enim lecta alia tua epistola, frater, quam primis litteris subiunxisti; satis miratus sum, cum animaduertissem te minis atque terroribus eorum, qui venerant, aliquantum esse commotum: cum te (secundum quod scripsisti) aggressi essent cum summa desperatione, comminantes, quòd si litteras, quas attulerant, non accepisses, publicè eas recitarent, & multa turpia ac probrosa & ore suo digna proferrent. Quòd si ita res est, frater charissime, vt nequissimorum timeatur audacia, & quod mali iure atque equitate non possunt, temeritate ac desperatione perfi-

XI.
LEGATIO
SCHISMA-
TICORVM
AD CORNE-
LIVM.a Cyprian.
epist. 55.

* al. Perseo

XII.
ELECTI
SCHISMA-
TICIA COR-
NELIO.
b Cyprian.
epist. 55.

XIII.

perficiant: actum est de Episcopatus vigore, & de Ecclesiæ gubernandæ sublimi ac diuina potestate: nec Christiani vltra aut durare, aut esse iam possumus, si ad hoc ventum est, vt perditorum minas atque insidias pertimescamus.] hæc & alia multa eodem argumento ad Cornelium Cyprianus.

XIV.
INVS TAE
QVRELAE
CYPRIANI.
ad Cyprianum eadem
epist. 55.

Qui quidem, quodd schismaticorum calumniis aduersus se visus sibi fuisset Cornelius aliquantulum aures admouisse, iustam hanc iisdem litteris querelam de sua legitima electione subiunxit: Ceterum (dico enim prouocatus, dico dolens, dico compulsus) quando Episcopus in loco defuncti substituitur, quando populi vniuersi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegatur, collegis omnibus fideliter iunctus, plebi suæ in Episcopatu quadriennio iam probatus, in quiete feruens disciplinæ, in tempestate proscriptus, applicito & adiuncto Episcopatus sui nomine, toties ad leonem petitus in Circo, in Amphitheatro Dominicæ dignationis testimonio honoratus: his ipsis etiam diebus, quibus has ad te litteras feci, ob sacrificia quæ edicto proposito celebrare populus iuebatur, clamore popularium ad leonem denuò postulat in Circo. Cùm talis, frater charissime, à quibusdam desperatis & perditis & extra Ecclesiam constitutis impugnari videtur, apparet quis impugnet: non scilicet Christus, qui sacerdotes aut constituit, aut protegit; sed ille qui Christi aduersarius, & Ecclesiæ eius inimicus. Ad hoc Ecclesiæ Præpositum sua infestatione persequitur, vt gubernatore sublato, atrocius atque violentius circa Ecclesiæ naufragia grassetur.] post hæc autem, quodd non statim scripserit, hanc affert excusationem:

b Cyprianus eadem
epist. 55.

XV.
EXCUSATIO
CYPRIANI.

Quodd autem tibi de Fortunato isto Pseudoepiscopo à paucis & inueteratis hæreticis constituto non statim scripsi, frater charissime; non ea res erat quæ in notitiam tuam deberet per nos festinatò statim, quasi magna & metuenda, perferri: maximè quando & Fortunati nomen iam satis nôsses, qui est vnus ex quinque presbyteris iam pridem de Ecclesia profugis, & sententia Coepiscoporum nostrorum multorum & grauissimorum virorum nuper abstentis: qui super hac re priore anno ad te litteras fecerunt. Item Felicissimum signiferum seditionis recognosceres, qui & ipse in iisdem Coepiscoporum nostrorum factis ad te pridem litteris continetur: qui non tantum ab his istis abstentus, sed abs te illic nuper de Ecclesia pulsus est. Cùm hæc in notitia tua esse considerem, & pro certo hæere memoriæ & disciplinæ tuæ scirem; necessarium non putavi celeriter & virgenter hæreticorum tibi ineptias nuntiandas. Neque enim ad Catholicæ Ecclesiæ maiestatem pariter ac dignitatem pertinere debet, quid apud se hæreticorum & schismaticorum moliantur audacia. Nam & pars Nouatiani Maximum presbyterum nuper ad nos à Nouatiano legatum missum, atque à nostra communicatione reiectum, nunc istis tibi fecisse Pseudoepiscopum dicitur: nec tamen de hoc tibi scripseram, quando hæc omnia contempnantur à nobis, & miserim tibi proximè nomina Episcoporum istis constitutorum, qui integrè & sani in Ecclesia Catholica fratribus præstant.] hæc & alia in sui excusationem Cyprianus ad Cornelium: qui super vniuersum Christi gregem inuigilans, quidquid etiam ageretur in transmarinis Ecclesiis, magna sollicitudine ad se perferendum curabat, tantaque solertia, vt Cyprianum, quem sciret accuratissimum, negligentem tamen nomine quadam tenus suspectum haberet.

XVI.
DVO INTER
SECUNTRIA
SCHISMATA.

Hic autem admonendum est, hoc tempore duas & inter se contrarias schismaticorum factiones, pari tamen conatu, aduersus Ecclesiam Catholicam conspirasse: quarum alterius Nouatianus, alterius verò Felicissimus dux ac propugnator erat acerrimus. Aiebat ille, lapsorum neminem in Ecclesiam recipiendum esse: hic verò, lapsos omnes absque poenitentia mox suscipi debere. At inter duo hæc extrema Catholica incedens Ecclesia, via media sic lapsis pacem dabat, vt tamen præuia poenitentia (vt vidimus) ipsi sibi aditum patefacerent. Felicissimus igitur Romam veniens, quem sibi aduersarium magis sciret, Nouatianum declinavit, & ad Cornelium se contulit: apud quem seueritatis inter alia redarguit S. Cyprianum, quodd non omnes, sed quos vellet, delectu habito, lapsos reciperet. Quamobrem coactus est Cyprianus, suis, quas diximus, litteris aduersus Felicissimum, eiusque sectarios, ad Cornelium apologiam scribere, qua impiorum scelera aliqua saltem ex parte redderet notiora. Et primùm quodd spectat ad veniam lapsis impertiendam, quam illi ab exordio persecutionis aduersati sint Ecclesiastica disciplina, declarat: sed præmittit hæc, dicens:

c Cyprianus eadem
epist. 55.

XVII.

Nec me oportet, frater charissime, paria nunc cum illis facere, & ea quæ commiserunt,

A runt, atque hucusque committunt, meo sermone decurrere: cùm considerandum sit nobis, quid proferre & scribere sacerdotes Dei oporteat: nec tam dolor apud nos debeat, quam pudor loqui: & ne videatur prouocatus maledicta potius quam crimina & peccata congerere. Taceo itaque de fraudibus Ecclesiæ factis, coniurationes & adulteria & varia delictorum genera prætereo. Vnum illud, in quo non mea, nec hominum, sed Dei causa est, de eorum facinore non puto esse reticendum, quodd à primo statim persecutionis die, cùm recentia delinquentium facinora feruerent, & sacrificiis nefandis non tantum diaboli altaria, sed adhuc manus ipsæ lapsorum atque ora fumarent: communicare cum lapsis, & poenitentia agenda intercedere non destiterunt: Clamat Deus: Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli. Et Dominus in Euangelio dicit: Qui me negauerit, negabo illum. Et alio loco indignatio & ira diuina non tacet, dicens: Illis fuditis libamina, & illis imposuistis sacrificia: super hæc non indignabor: dicit Dominus. Et intercedunt, ne rogetur Deus, qui indignari se ipse testatur. Intercedunt ne exoretur precibus & satisfactionibus Christus, qui negantem se, negare profiteretur.

SCHEMATA
SCHISMATICORVM.

Exod. 22.
Mat. 10.
Mat. 57.

Nos in ipso persecutionis tempore de hoc ipso litteras misimus, nec auditi sumus: Concilio frequenter coacto, non confessione tantum nostra, sed & comminatione detentum, vt poenitentiam fratres agerent, vt poenitentiam non agentibus nemo temerè pacem daret. Et illi contra Deum sacrilegi, contra sacerdotes Dei impio furore temerarij, de Ecclesia recedentes, & contra Ecclesiam parricidalia arma tollentes, elaborant (vt opus suum diaboli malitia consumment) ne vulneratos diuina clementia in Ecclesia sua curet: miserorum poenitentiam mendaciorum suorum fraude corrumpunt, ne Deo indignanti satisfiat, ne Christum Dominum suum, qui Christianus esse vel erubuit antè, vel timuit, postmodum quærat, ne ad Ecclesiam, qui de Ecclesia recesserat, redeat. Datur opera, ne satisfactionibus & lamentationibus iustus delicta redimantur, ne vulnera lacrymis abluantur: pax vera falsæ pacis mendacio tollitur: salutaris sinus matris, nouerca intercedente, præcluditur, ne de pectore atque ore lapsorum serus & gemitus audiatur. Compelluntur adhuc insuper lapsi, vt linguis, atque ore, quo in Capitolio antè deliquerant, sacerdotibus conuictum faciant: confessores, & virgines, & iustos quosque fidei laude præcipuos, atque in Ecclesia gloriosos, contumeliis & maledicis vocibus prosequantur: à quibus quidem non tam nostrorum modestia & humilitas & pudor cæditur, quam illorum ipsorum spes & vita laceratur.]

Post hæc & alia S. Cyprianus multa de necessitate satisfactionis & poenitentia, quam conabantur illi prorsus auferre, locutus, hæc de iisdem subdit: Quibus etiam satis non fuit ab Euangelio recessisse, spem lapsis satisfactionis & poenitentia sustulisse; fraudibus inuolutos, vel adulteriis commaculatos, vel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne Deum rogarent, ne in Ecclesia exomologesin criminum facerent, ab omni & sensu & fructu poenitentia remouisse: nisi foris sibi extra Ecclesiam & contra Ecclesiam constituisent conuenticulum perditæ factionis, cùm male sibi consciorum, & Deum rogare & satisfacere nolentium caterua conflueret. Post ista, ad huc insuper Pseudoepiscopo sibi ab hæreticis constituto, nauigare audent, & ad Petri cathedram atque ad Ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & profanis litteras ferre: nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo prædicante, laudata est; ad quos peridia habere non possit accessum.] hæc de Romana Ecclesia Cyprianus, ad quam schismatici frustra eundem criminaturum properè nauigassent. nam subdit:

XIX.
SATISFACTIO
NECESSARIA
LAPIS.

Rom. 1.

E Quæ autem causa veniendi, & Pseudoepiscopum contra Episcopum factum nuntiandi? Aur enim placet illis quodd fecerunt, & in suo scelere perseverant: aut si displicet & recedunt, sciunt quodd reuertantur. Nam cùm statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter & iustum, vt vnus cuiusque causa illic audiatur, vbi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat vnusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus: oportet vtique eos, quibus præsumus, non circumcursare, nec Episcoporum concordiam coherentem sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, vbi & accusatores habere & testes sui criminis possint.]

XX.
DE CAUSA
SCHISMATICORVM.

Hoc autem quodd citat Cyprianus in Ecclesia esse statutum, vt primæ causæ in propriis cognoscantur Ecclesiis, apud Fabianum epistolam ad Hilarium scriptam legitur in hæc verba: Peregrina verò iudicia, salua in omnibus Apostolica auctoritate, generali

XXI.
DE IVDCIIS
PEREGRINIS
DECRETVM.

sanctione prohibemus: quia indignum est, vt ab externis iudicentur, qui prouinciales & se electos debent habere iudices, nisi fuerit appellatum. Vnde oportet, si quis Episcoporum super certis accusetur criminibus, vt ab omnibus audiatur, qui sunt in prouincia, Episcopis: quia non oportet accusatum alicubi quàm in foro suo audiri.] Cùm igitur horum accessus ad Romanum Pontificem non fuerit prosequendæ appellacionis causa, sed Cypriani accusandi, atque Fortunati electionis confirmandæ gratia: non iniuste idem S. Cyprianus videtur esse conquestus, cùm alioqui (vt ex his quæ dicta sunt pater) ipse semper visus sit Apostolicæ Romanæ sedi obsequentissimus, quam nuper in eadem epistola tam præclaro elogio exornauit.

XXII. CAUSA PSEVDOPISCOPORUM IN PRAETERITUM PRAESTIGIA OBTREDEBANTUR, & DABANTUR VERBA FALLACIA, QUOD SIMUL AD ECCLESIAM REGRESSURI DICERENTUR; POSTEAQUAM VIDERUNT ILLIC PSEUDOEPISCOPUM FACTUM, FRUSTRATOS & DECEPTOS SE ESSE DIDICERUNT, & REMEANT QUOTIDIE, ATQUE AD ECCLESIAM PULSANT: NOBIS TAMEN, A QUIBUS RATIO DOMINO REDDENDA EST, ANXIÈ PONDERANTIBUS, & SOLICITÈ EXAMINANTIBUS, QUI RECIPERE & ADMITTI AD ECCLESIAM DEBEANT. QUIBUSDAM ENIM ITA AUT CRIMINA SUA OBSTANT, AUT FRATRES OBSTINATÈ & FIRMITER RENITUNTUR, VT RECIPERE OMNINO NON POSSINT CUM SCANDALO & PERICULO PLURIMORUM. NEQUE ENIM SIC PUTAMINA QUÆDAM COLLIGENDA SUNT, VT, QUÆ INTEGRA & SANA SUNT, VULNERENTUR: NEC VILIS AUT CONSULTUS EST PASTOR, QUI ITA MORBIDAS & CONTACTAS OUES GREGI ADMISCEAT, VT GREGEM TORUM MALI COHÆRENTIS AFFLICTATIONE CONTAMINET.

XXIII. RESISTVNT FIDELIS LAPSI IMPENITENTIBVS.

XXIV. LEGATORVM SCENERA.

b Cypri. eadem epist. 55. CYPRIANI CONTESTATIO.

Post hæc autem rerum gestarum idem Cyprianus^a profecutus historiam, de Pseudoepiscopo Fortunato hæc addit: Scire enim debes, frater charissime, eum, posteaquam Pseudoepiscopus ab hæreticis factus est, iam panem ab omnibus esse desertum: namque ij quibus in præteritum præstigia obtredebantur, & dabantur verba fallacia, quod simul ad Ecclesiam regressuri dicerentur; posteaquam viderunt illic Pseudoepiscopum factum, frustratos & deceptos se esse didicerunt, & remeant quotidie, atque ad Ecclesiam pulsant: nobis tamen, a quibus ratio Domino reddenda est, anxie ponderantibus, & solicitè examinantibus, qui recipi & admitti ad Ecclesiam debeant. Quibusdam enim ita aut crimina sua obstant, aut fratres obstinatè & firmiter renituntur, vt recipi omnino non possint cum scandalo & periculo plurimorum. Neque enim sic putamina quædam colligenda sunt, vt, quæ integra & sana sunt, vulnerentur: nec vilis aut consultus est pastor, qui ita morbidas & contactas oues gregi admiscet, vt gregem torum mali coheræntis afflictatione contamineat.

O si posses, frater charissime, istic interesse nobiscum cùm prauis isti & peruersi de schismate reuertuntur: videres quis mihi labor sit persuadere patientiam fratribus nostris, vt animi dolore sopito, recipiendis malis curandisque consentiant. Namque vt gaudent & lætantur, cùm tolerabiles & minus culpabiles redeunt: ita econtrà fremunt & reluctantur, quoties inemendabiles & proterui, & vel adulteriis vel sacrificiis contaminati, & post hæc adhuc insuper & superbi sic ad Ecclesiam remeant, vt bona intus ingenia corumpant. Vix plebi persuadeo, immodè extorqueo, vt tales patientur admitti. At iustior factus est fraternitatis dolor ex eo, quod vnus atque alius, obnitente plebe & contradicente, mea tamen facilitate suscepti, peiores extiterunt quàm prius fuerant; nec fidem pœnitentiæ seruare potuerunt: quia nec cum vera pœnitentia venerant.

De istis verò quid dicam, qui nunc ad te cum Felicissimo omnium criminum reo nauigauerunt, legati à Fortunato Pseudoepiscopo missi, tam falsas ad te litteras afferentes, quàm est & ipse, cuius litteras ferunt, falsus: quàm est eius peccatorum multiplex conscientia: quàm execrabilis vita, quàm turpis: vt, etsi in Ecclesia essent, eiici tales debuissent? Denique quia conscientiam suam norunt, nec nos audent adire, aut ad Ecclesiæ limen accedere: sed foris per prouinciam circumueniendis fratribus & spoliandis pererrant: & omnibus iam satis noti, atque vndique pro suis facinoribus exclusi, illuc etiam ad vos nauigant: neque enim potest illis frons esse ad nos accedendi, aut apud nos consistendi, cùm sint acerbissima & grauissima crimina, quæ eis à fratribus ingerantur. Si iudicium nostrum voluerint experiri, veniant. Denique si qua illis excusatio & defensio potest esse, videamus quem habeant satisfactionis suæ sensum, quem afferant pœnitentiæ fructum. Nec Ecclesia istic cuiquam clauditur, nec Episcopus alicui denegatur: patientia & facilitas & humanitas nostra venientibus præstito est: opto omnes in Ecclesiam regredi: opto vniuersos commilitones nostros intra Christi castra & Dei Patris domicilia concludi: remitto omnia, multa dissimulo: studio & voto colligendæ fraternitatis, etiam quæ in Deum commissa sunt, non pleno iudicio religionis examino: delictis plusquam oportet remittendis, panem ipse delinquo. Amplector prompta & plena dilectione cum pœnitentia reuertentes, peccatum suum satisfactione humili & simplici contentes. Si qui autem sunt, qui putant se ad Ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse, aut existimant aditum se sibi non lamentationibus & satisfactionibus, sed terroribus facere: pro certo habeant, contra tales clausam stare Ecclesiam Domini; nec castra Christi inuicta & fortia, & Domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei Euangelium tenens, & Christi præcepta custodiens, occidi potest, non potest vinci.] & paulò post:

An

An ad hoc, frater charissime, deponenda est Catholicæ Ecclesiæ dignitas, & plebitus positæ fidelis atque incorrupta maiestas, & sacerdotalis quoque auctoritas & potestas, vt iudicare se velle dicant de Ecclesiæ Præposito extra Ecclesiam constituti? de Christiano hæretici? de sano saucij? de integro vulnerati? de stante lapsi? de iudice rei? de sacerdote sacrilegi? Quid superest, quàm vt Ecclesia Capitolio cedat; & recedentibus sacerdotibus, ac Domini altare remouentibus, in Cleri nostri sacrum venerandumque confessum simulacra atque idola cum aris suis transeant; & Nouatiano declamandi aduersus nos, atque increpandi largior & plenior materia præstetur, si ij qui sacrificauerunt, & Christum publicè negauerunt, non tantum rogari, & sine acta pœnitentia admitti, sed adhuc insuper cœperint terroris sui potestate dominari? Si pacem postulant, arma deponant. Si satisfaciunt, quid minantur? aut si comminantur, sciant quia à sacerdotibus non timentur. Neque enim & Antichristus, cùm venire cœperit, introibit Ecclesiam, quia minatur; aut armis eius & violentiæ ceditur, quia resistentes perempturum esse profiteretur.

Armant nos hæretici, dum putant nos sua comminatione terreri: nec in pace nos deiciunt, sed magis erigunt & accedunt, dum ipsam pacem persecutione peiorem fratribus faciunt. Et optamus quidem, ne, quod loquuntur furore, impleant crimine: ne, qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factisque quoque delinquant. Oramus ac deprecamur Deum (quem prouocare illi & exacerbare non desinunt) vt eorum corda mitescant, & furore deposito ad sanitatem mentis redeant; vt pectora operta delictorum tenebris pœnitentiæ lumen agnoscant, & magis petant fundi pro se preces atque orationes Antistitis, quàm ipsi fundant sanguinem sacerdotis. Si autem in suo furore permanferint, atque in istis insidiis ac minis suis parricidalibus crudeliter perseuerauerint: nullus Dei sacerdos sic infirmus est, sic iacens & abiectus, sic imbecillitate humane mediocritatis inualidus, qui non contra hostes & impugnatores Dei diuinitus erigatur, cuius non humilitas & infirmitas vigore & robore Domini protegentis animeretur. Nostra nihil interest, aut à quo, aut quando perimamur, mortis & sanguinis præmium à Domino recepturi. Illorum flenda & lamentanda concisio est, quos sic diabolus excæcat, vt æterna gehennæ supplicia non cogitantes, Antichristi iam propinquantis aduentum conentur imitari.] hæc & alia id genus. Rogat demum ipse Cyprianus^a Cornelium, vt eamdem à se scriptam epistolam coram Romano Clero legi faciat; vt, si quid indignum ab illis acceptum in eorum pectoribus insedisset, procul expelleretur. nam ait: Et quamquam sciam, frater charissime, pro mutua dilectione quam debemus & exhibemus inuicem nobis, florentissimo illic Clero tecum præsidenti, & sanctissimæ atque amplissimæ plebi legere te semper litteras nostras: tamen nunc & ad moneo, & peto, vt, quod aliàs sponte atque honorificè facis, etiam petente me facias; vt hac epistola mea lecta, si quod illic contagium venenati sermonis & pestiferæ seminationis irrepserat, id omne de fratrum auribus & pectoribus exuatur, & bonorum integra ac sincera dilectio ab omnibus hæreticæ distractionis sordibus repurgetur.]

Quod autem hac epistola, & in libro de lapsis tertio, fecerit S. Cyprianus de Capitolio mentionem, neminem fallat, vt existimet de Romano Capitolio esse intelligendum: eam enim vocem vsurpari solitam pro cuiusque ciuitatis publico loco, in quo sacrificia offerri solerent, ac proinde non de Romano, sed Carthaginensi Capitolio esse dictum, quæ notauimus in Romanum Martyrologium^b, satis aperte declarant. Sed & illud hic oportuit rememorasse: quod cùm hac eadem epistola Cyprianus à schismaticis exagitatus sacerdotij sui institutionem & originem reuocat in memoriã, & in ea functione quadriennio se iam probatum affirmat, eum non nisi anno Domini ducentesimo quinquagesimo sedem Carthaginensem capeffiuiffe: à quo tempore (vt exactè deducta tēporis chronologia est demonstratum) absoluto anno quarto, quintus hic Cypriani sedis connumeretur.

Quid verò de schismaticis post hæc actum sit, haud satis compertum haberi potest. Persecutio enim hoc eodem anno iterum renouata, has in præsentiarum controuersias diremissæ visa est: etenim quam ex superioribus litteris ex Synodo ad Cornelium datis de indulgentia lapsis pœnitentibus omnibus concessa, persecutionem imminere pluries diuinitus demonstratum fuerat; iam tum cœpisse cùm has de schismaticis Cyprianus ad Cornelium litteras dedit, certum est. Nam fuisse tunc edictum propositum, seque in Circo acclamationibus populi ad leonem postularum paulò ante quam illas scriberet lit-

XXV. PRAEPOSTERVM TITVDICIVM.

XXVI. CYPRIANI CONSTANTIA AC BENIGNITAS.

a Cypri. eadem epist. 55.

XXVII. CAPITOLIVM IN MVLTIS CIVITATIB. b Mart. Rom. die 19. Novembri.

XXVIII. PERSECVTIO RECVRSIVM DESCIT.

teras, tradit. Remansisse autem Felicissimum cum suis extra Ecclesiam in schismate, facile potest intelligi: nam indulgentia ex Concilio poenitentibus lapsis concessa, nequaquam iis opitulari poterat, qui absque vilo poenitentiae vestigio, obstinato, duro, atque procaci animo, se in Ecclesiam (vt vidimus) debere recipi contendebant.

XXIX. Pacianus ad symp. epist. 1. NON NISI PRAEVI A POENITENTIA LAPSI INDULTVM.

Secundum enim quod tum in dicto Concilio Carthaginensi, tum etiam in Romano sub Cornelio statutum fuit, vt lapsis poenitentibus tantum pateret Ecclesia, id in posterum in Ecclesia obseruatum fuisse constat. Nam sic Pacianus aduersus Nouatianum secta hominem ait: Scito, frater, hanc ipsam poenitentiae veniam non passim omnibus dari, nec antequam aut interpretatio diuinae voluntatis, aut forsitan uisitatio fuerit, relaxari: magno pondere, magnoque libramine post multos gemitus, effusionemque lacrymarum, post totius Ecclesiae preces, ita veniam poenitentiae non negari, vt iudicatu- ro Christo nemo praedudicet.] haec ipse. Permanit ergo suo robore firmum Romani Concilij decretum, multorum Episcoporum sententia examinarum, atque auctoritate Pontificia stabilitum: Sic lapsis veniam esse dandam, si vere poenitentes accederent, & praescriptam Ecclesiasticis legibus poenitentiam peragere non despicerent, atque magna animi summissione peterent se recipi in Ecclesiam.

XXX. MOSECL- SIAE IN LA- PSIS RECI- PIENDIS SERVATVS.

Quod quidem (vt superius est demonstratum ex Cleri Romanae Ecclesiae litteris) non recens fuit Episcoporum deliberatione sancitum; sed quod semper Romana Ecclesia obseruasset, id fuerit ceteris Orbis Ecclesiis edita sacra lege praescriptum, quae pariter cum feueritate clementiam haberet admixtam. Nam indulgendum poenitentibus iusta causa illi statuerunt; nimirum si vitae exitus immineret, si ad futurum certamen persecutione instante recipiendi atque armandi essent, qui olim exstitissent militiae desertores: his vel aliis casibus, quos ratio suaderet, voluerunt Ecclesiasticam indulgentiam poenitentibus impertiri; illis vero eam tantummodo denegari, qui absque praevia poenitentia indulgentiam procaciter poscerent: quod constat semper in Ecclesia Catholica inuolubiter custoditum: nimirum, vt, secundum Domini in parabola de Samaritano sententiam, peccatorum vulneribus Praesules oleum & vinum infundant.

LUC. 10. XXXI.

Ceterum non tantum haec statuens Cornelius Papa, & Cyprianus promulgans in Africa, aduersus eiusmodi pestem Nouatianum gnauiter laborarunt: sed quotquot ubique locorum Catholici essent Episcopi, quod scirent Romae statutum probantes, & in Romanae Ecclesiae sententiam pedibus abeuntes, nouae Nouatiani restiterunt impietati. Edidit inter alios ea in re Dionysius Episcopus Alexandrinus specimen egregium, vt constat ex scriptis ab eo litteris ad Dionysium tunc Ecclesiae Romanae presbyterum quarum meminit Eusebius, dicens: Quarta Dionysij epistola de Baptismate ad Dionysium Romanam tum quidem presbyterij munere donatum, non multo post tamen Episcopum illius Ecclesiae factum, per scripta est: ex qua testimonium quam praclarum ille ipse Dionysius Romanus propter incredibilem dicendi vim, & virtutem admirabilem, a Dionysio Alexandrino consecutus fuerit, satis constare poterit. Post alia quaedam de Nouatiano exposita, ad hunc his ferè verbis scribit: Contra Nouatianum certè, qui Ecclesiam tam miserè discidit: qui fratres quosdam ad impietatem atque blasphemiam attraxit: qui scelestissimam de Deo Patre doctrinam inuexit: qui benignissimum Dominum nostrum Iesum Christum tanquam inclementem & crudelem falsò calumniatus fuit: qui praeter haec omnia sanctum Baptismatis lauacrum abrogauit: qui fidem ac confessionem, quae Baptismum praecedunt, condemnauit: qui denique ab illis, qui aliquo vitorum genere se infecerant, Spiritum sanctum (quamuis spes esset reliqua illius aut in eorum mentibus permanendi, aut ad eos denuò redeundi) omnino depulit, fugauitque: non sine causa graue odium concepimus.] haec Dionysius: qui tantum abest vt Nouatiano ad suae communicationis partes eum quauis arte vel fucato colore adducere satagenti assensum praebuerit, vt potius alios ab eo deceptos ipse sit conatus ad sinceram reducere veritatem: siquidem Fabium Antiochenae Ecclesiae Episcopum titubantem, & Nouatiani litteris propemodum persuasum, suis ad eum datis litteris, in Catholica communione stabilire conatus est.

XXXII. Euseb. lib. 6. cap. 36. DIONYSIVS QUID AD FABIVM EPISCOPIVM ANTIOCH-

At de eiusmodi Dionysij ad Fabium Antiochenum litteris Eusebius his verbis meminit: Eidem Fabio, aliqua ex parte ad illius schisma Nouatiani inclinato, Dionysius Episcopus Alexandriae scribens, ubi cum alia multa de poenitentia in litteris ad eum missis persecutus fuisset, tum martyrum certamina, quae Alexandriae iam nuper subierant, ostendit.

A ostendisset: praeter alias res gestas, quas narrat, facinus praeterea memorabile & plenum admirationis explicat; quod quidem huic nostrae historiae mandare, necesse putavi. Sic enim se habet. Hanc vnam rem gestam exempli gratia, quae apud nos euenit, tibi exponam.

Erat quidam Serapion apud nos fidelis senex, qui licet magnam vitam partem integre & incorruptè transegisset, tempore tamen persecutionis praebecillitate animi lapsus est. Hic saepenumero in Ecclesiam denuò recipi suppliciter postulabat: sed nemo, quia idolis sacrificasset, eius postulationi aliquando auscultauit. Quin in grauem morbum delabens, triduo deinceps mutus & absque sensu vixit: quarto autem die paulum releuatus, nepotem ad se accersit, sicque alloquitur: Quousque filij me detinetis? properate, obsecro, & me ocyus dimitte: aliquem ex presbyteris aduoca ad me. Quae cum dixisset, iterum fuit mutus. Puer currit ad presbyterum: nox iam erat. Ille forte morbo vexatus, accedere ad eum non poterat: sed tamen quoniam a me quidem mandatum dabatur, vt, qui iam essent e vita migraturi, sanctorum mysteriorum (dummodò peterent, & vel maxime si antea, dum integra valetudine erant, supplices petiissent) participes fierent, sicque cum pace dimissi, & bona spe confirmari, ex hac luce decederent; puero exiguam quamdam Eucharistiae partem dedit, praecipiens, vt eam madefactam in os senis infunderet. Quam puer secum afferens, rediit. Cui iam appropinquanti, priusquam cum eo quod gestabar, intraret aedes: Serapion denuò voce recuperata, dixit: Venisti fili: tamen si presbyter non potest venire, tu tamen praesta quod tibi in mandatis dedit, & dimitte me abire. Particulam igitur puer, quam apportarat, madefactam in os senis infudit. Atque ille simulatque eam pedetentim per fauces demiserat, illico extremum spiritum edidit. An non igitur satis constat eum fuisse reseruatum, & vsque eò in vita mansisse, quoad esset penitus culpa vinculis solutus? & ita labe, qua erat idolis immolando aspersus, omnino deleta, posset pro multis bonis, quae gessisset in vita, in numerum confessorum referri?] Haec Dionysius, indicans pariter easdem leges in Aegypto seruari solitas de lapsis, quae Romae antea atque etiam in Africa fuerant constitutae: nimirum lapsos probandos prius in poenitentia, nec nisi ea absoluta recipiendos; illo tamen excepto casu, cum poenitens graui- ter laborans infirmitate, ex hac vita migraturus videretur: tunc quippe illi pacem dan- dam, & Eucharistiam esse impertiendam, vel aliis, quibus ex causa communicandum re- sta ratio suaderet.

XXXIII. DE SERA- PIONE DI- GNUM ENEM PLVM.

Quod autem ad Fabium Antiochenum Episcopum pertinet, ad illum Cornelius Papa (cuius praecipui muneris erat, quod Dominus Petro iusserat & omnibus eius successoribus, confirmare labantes fratres) de Nouatiano eiusque schismatis origine atque progressu dedit epistolam, qua superius recitauimus. Magnam sanè attulisse vtilitatem Cor- nelij litteras de Nouatiano tam exactè conscriptas, ex eo possumus intelligere, quod Hip- polytus eiusdem Antiochenae Ecclesiae presbyter, iam penitus addictus Nouatiano, resi- puerit; & subiturum martyrium, nobilem atque praclaram confessionem ediderit Catho- licae veritatis: cuius etiam natalis dies, vna cum trophaeo suae professionis, inscriptus habe- tur Ecclesiasticis monumentis hoc insignitum elogio: Antiochia passio beati Hippolyti presbyteri: qui Nouati schismate aliquantulum deceptus, sed operante gratia Christi cor- rectus ad vnitatem Ecclesiae rediit, pro qua & in qua postea illustre martyriū consumma- uit. Hic rogatus a suis, quoniam secta verior esset; execratus dogma Nouati, eam fidem dicens esse seruandam, quam Petri cathedra custodiret, iugulum praebuit.] Cecinit itidem Hippolyti olim Nouatiani confessionem Prudentius; licet commisceat illum Hippolyto militi, atque Hippolyto Portuensi Episcopo: sed tres illos inter se esse distinctos, nostris Notis perspicue demonstrauimus. Sic autem, cum de hoc agit, habet Prudentius:

CONFESSIO HIPPOLYTI PRESBYT.

Martyrol. Rom. die 30. Ianuarij.

Inuenio Hippolytum, qui quondam schisma Nouati Presbyter attigerat, nostra sequenda negans: Vsq̄ ad martyrij prouectum insigne, tulisse Lucida sanguinei praemia supplicij. Nec mirere senem peruersi dogmatis olim Munere ditatum Catholicae fidei: Cum iam vesano victor raperetur ab hoste, Exultante anima, carnis ad exitium: Plebis amore sua, multis comitantibus ibat. Consultus quoniam secta foret melior;

Martyrol. Rom. obisup. Prudent. Perisseph. hymn. 11.

Respondit: Fugite o miseri execranda Nouati Schismata; Catholicis reddite vos populis. Vna fides vigeat, prisco qua condita templo est: Quam Paulus retinet, quamq; cathedra Petri. Quae docui, docuisse piget: venerabile martyri Cerno, quod a cultu rebar abesse Dei.]

Quo modo autem complures Orientales Episcopi, qui Nouatiano inhaerant, reddita Ecclesiae pace, relicto eo, ad Catholicam Ecclesiam redierint, suo loco dicemus.

XXXV. Sed antequam hoc anno persecutio rursus Ecclesiam infestaret, placuit Episcopis Orientalibus (eod quod cernerent Ecclesiam Antiochenam, schismate Nouatiani aequè discissam, magnam passam esse iacturam) Antiochiae Synodum habere: ad quam e Cappadocia, Asia, Syria, atque Aegypto etiam constat fuisse vocatos Episcopos. Cuius quidem Concilij cum Acta exciderint, ex Dionysij Episcopi Alexandrini litteris tantum Eusebius a meminit, dum recenset epistolas ab ipso diuersis ex causis scriptas: quibus facile declaratur Dionysius, perinde ac Cyprianus in Africa, in Aegypto aduersus Nouatiani schisma magno studio laborasse: id enim tituli epistolarum, quae ab ipso eo argumento sunt scriptae, planè significant. nam ait Eusebius:

XXXVI. Scribit praeterea idem Dionysius epistolam de Poenitentia ad eos qui erant in Aegypto: in qua simulac vitiorum gradus descripsit, ea etiam, quae sibi videbantur statuenda de iis qui ingruente persecutionis tempestate lapsi fuissent, tradit. Extat item liber illius, separatim ad Cononem Hermopolitanae Ecclesiae Episcopum de Poenitentia scriptus: alius etiam hortatorius ad gregem Ecclesiae Alexandrinae, cui ipse praefuit.] & paulò post: Epistolas porro ad fratres Laodiceae, quibus Thelymidres praerat Episcopus; & ad fratres Armeniae, quibus Merufanes Episcopus praeficiebatur, de Poenitentia itidem conscripsit. His omnibus accedit epistola quam ad Cornelium Episcopum Romanum scripsit: eumque propter illius epistolam contra Nouatianum *, quae ad eius manus peruenerat, admodum commendat: in qua aperte ostendit, se tum ab Heleno Ciliciae Tarsensis Episcopo aduocatum, tum à reliquis qui cum eo erant, nempe Firmiliano Cappadociae Episcopo, & Theodotio Episcopo Caesareae Palaestinae, vt ad Concilium Antiochiae conuentum aduentaret, vbi quidam omni animi contentione Nouatiani schisma corroborare nitentur.] & paulò post: Est alia item Dionysij epistola fratribus qui Romae erant, de Ministerijs Ecclesiae, missa per Hippolytum: alia eiusdem de Pace: scripta etiam alia de Poenitentia: Confessoribus praeterea, qui illic Nouatiani opinione erant à veritate abducti, alia: iisdem ad Ecclesiam denuò reuersis reductisque alias duas misit.] hæc de epistolis Dionysij Alexandrini, dicti schismatis occasione datis, Eusebius, qui eas legit.

XXXVII. Idem verò auctor eodem quoque contextu recenset eiusdem Dionysij epistolam, qua se certiore factum diceret de obitu Fabij Episcopi Antiocheni, in locumque eius fuisse subrogatum Demetrianum, admonuit. Porro Eusebius sub horum etiam Imperatorum tempore illius mortem, huius verò subrogationem in Chronico ponit. Idem quoque alias lucubrations eiusdem Dionysij relegens, scriptum tradit ab eodem librum de Martyrio ad Origenem. Quo etiam tempore Cyprianus, de persecutione ventura (vt dictum est) diuinitus admonitus, cum in reparandis ad futurum certamen lapsis, tum in exhortandis Fidelibus ad promerendam martyrij coronam sollicitus fuit. Tunc temporis enim ad Moysem, Maximum, & alios nominatos sæpius confessores de Laude martyrij praclarum libellum conscripsit: quem indignissime tulimus à Momo illo (Erasinum intelligimus) librorum omnium arbitro atque censore, Cypriani esse negari, illo vno peculiari sibi argumento, quod visus sit ei à stylo Cypriani diuersus: parum memor, quid de eiusdem auctoris dictione S. Augustinus b conscribat, nimirum non semper eum seruasse idem dicendi genus, nempe interdum sublime sectari & verborum exuberantia copiosum, aliquando verò vti humili atque summissio, sed sæpius temperato.

XXXVIII. Conferat quisque prudens libellum illum cum libello Apologetico ad Demetrianum Proconsulem scripto, vel cum epistola ad Donatum c; & planè ex iisdem facierum lineamentis ab eodem auctore scripta eadem produisse cognoscat, sed & alia quoque Pamelius perspicaci intuitu signa considerat, quibus germanum esse Cypriani libellum illum, quisque facile iudicabit. Auctor enim ea scriptione de Laude martyrij, quod ad subeundam animo libenti pro Christo mortem classicum caneret (quod argumenti ratio postulare) subit-

XXXV. SYNODVS ANTIOCHENA DE NOVIATIANIS. a Euseb. lib. 6. cap. vii.

XXXVI. SCRIPTA DIONYSII ALEXANDRINI.

* ad Nouatium

XXXVII. DE LAUDE MARTYRII LIBRISCRIPTI.

b August. de Doct. Christ. lib. 4. cap. 12. cap. 21.

c Cypri. ep. 2. edit. Pameli. S. CYPRIANI LIBELLVS DE LAUDE MARTYRII.

A sublimiori dicendi genere visus est vti debere. Nec est par ratio, si idem scribès de Exhortatione martyrij eodem argumento libellum ad Fortunatum, humiliori vsus est dictione: nam (quod ille hoc postularat) totus auctor versatur in genere deliberatio, paræneticamque ex instituto profectus est orationem. Sed de Laude martyrij scribens ad confessores, diuersam prorsus iniens dicendi rationem, pennis eloquentiae se mirificè extulit.

Porro Moysem ipsum, ceteris fama celebriorem, hoc ipso anno martyrium consummasse ante Concilium Romae celebratum, litteræ Cornelij Papæ declarant, in quibus hæc de ipsius Moyse martyrio habentur a: Cuius (nempe Nouatiani) amentem audaciam & insolentiam etiam Moyse beatus martyr, qui nuper apud nos fuit eximio & admirabili martyrio decoratus, dum adhuc in vita manebat, perspicuè animaduertens, tum illi, tum aliis quinque presbyteris, qui vnà cum illo sese ab Ecclesia segregauissent, B Fidelium societate & communione interdixit.] Ceterum idem in b Martyrologio sic passus sub Decio dicitur: quod persecutio ab auctore denominata, post obitum quoque ipsius, etiam Valeriani temporibus, multis exemplis reperitur sic dicta. In libro de Romanis Pontificibus, incerto tamen auctore, in Fabiano, idem Moyse in carcere defunctus dicitur. Sed cum Cornelius ad eum eximio martyrio Moyse decoratum prædicet, in theatro potius spectante populo, quàm in carcere absque arbitro, eum martyrio coronatum fuisse putamus. Verum & multa alia ibi sunt, in quibus (quod superius est demonstratum) auctorem constat hallucinatum.

Ex eodem quoque Cypriani libello de Laude martyrij, satis liquet, immanem illam lue, quæ vniuersum ferè depasta est Orbem, hoc anno cœptam fuisse. nam hæc ibi leguntur: Quanta martyrij habenda sit dignitas, ad cuius gloriam nos cogere etiam C lues cœpit.] sed quæ hoc anno exordiens, maiori accessione in dies aucta, sequenti verò anno longè lateque diffusa, in immensum propemodum creuit immaniter sauiendo. De ea, eiusque origine atque progressu agemus anno sequenti. Hoc enim tempore haud adeò acriter inuasisse videtur genus humanum: nam, quantum ex rebus hoc anno gestis constat, haud interceptus apparer humanæ consuetudinis vsus. Ab hoc igitur anno numerandum est decennium illud, quo pestis reperitur esse grassata; quo etiam, secundo inchoante Imperij Galli & Volusiani anno, & Domini ducentesimo quinquagesimo quinto, ab Eusebio æquè in Chronico ponitur. Vna igitur simul progressa videtur cum persecutione Imperatorum sauiens pestilentia: vt appareat, scelorum impiorum vlticem, & sanguinis Christiani eandem vindicem produisse.

At iam de ea quam excitatam diximus hoc anno à Gallo & Volusiano persecutionem in Ecclesiam Dei, historiam persequamur. Dionysius c Episcopus Alexandrinus, qui hoc viuebat tempore, in epistola ad Hermammonem, quam citat Eusebius, de ea agit his verbis: Gallus neque Decij recogitauit calamitatem, neque antea secum quid tandem illum (nempe Decium) de gradu deieccisset, diligenter considerauit: sed in eumdem lapidem, licet perspicuè ante illius oculos positum, cum suo magno malo impedit. Qui, cum regnum eius prospero fortunæ flatu ferretur, & res omnes ad voluntatem illuerent, sanctos ac pios viros, qui pro pace eius Imperij, proque vitæ incolumitate enixè Deum precabantur, crudeliter exegit: & propterea vnà cum illis preces pro ipso ad Deum fufas penitus à se auertit.] hæc Dionysius.

Maximam certè significat ac planè memorabilem, ob Decij persecutionem, illatam cladem Imperio, ex eaque diuinæ vltionis de effuso Christiano sanguine monumentum E cunctis perspicuum remanuisse: cum non Decius tantum (vt dictum est) miserando interitu mox sublatus, & filius pariter periisset; sed tanta affectum clade Romanum Imperium fuerit, vt tunc primum pro pace redimenda Scythis Romanus populus tributum pependerit d. Cum verò Gallus Imperator ipso sui Imperij exordio pacem Ecclesiae reddidisset, atque adeò hac ex parte de Christianis optimè meritis esset: Ecclesiarum praesules, accepti beneficij memores, pro Galli eiusque filij Imperatorum salute Deum enixius precabantur. At cum iidem consopitam excitarent rursus in Christianos persecutionem, eorum quoque felicitatis alea inuersa est. quamam verò mala tum ipsum, tum Romanum Imperium afflictarint, suo loco dicemus.

Hanc ergo persecutionem S. Cyprianus (vt demonstratum est) oraculis diuinis admonitus, antea subodoratus, festinauit poenitentes lapsos in Ecclesiam restituere; eodemque sic in castra receptos, ad proelium venturum diuinis Sacramentis armare, & cum præsen-

XXXIX. DE MOYSE MARTYRIO. a Apud Euseb. li. 6. c. 35. in fine.

b Martyrol. Rom. 25. Nouembr.

XL. PESTIS INGRVENS.

XLI. DE PERSECVTIONE A GALLO ET VOLVVS. EXCITATA. c Dionys. Alex. apud Euseb. lib. 7. c. 11.

XLII. ROMANI SVB TRIBVTO. d Dionys. Lat. in Gallo.

XLIII. CYPRIANVS QVID DE PERSECVTIONE VENTVRÆ.

presentes oratione, tum etiam absentes suis scriptis in fide virtute constantiæ roborauit. **A** Extat enim eius argumenti præclara eiusdem epistola, qua Tibaritanos ad martyrij sustinentiam cohortatus, quid de futura mox persecutione eademque acerbissima acceperit, his verbis significauit: Cum Domini instruentis dignatione instigemur sapius, amplius & admonemur; ad vestram quoque conscientiam admonitionis nostræ sollicitudinem perferre debemus. Scire enim debetis, & pro certo credere ac tenere, pressuræ diem super caput esse cœpisse, & occasum sæculi atque Antichristi tempus appropinquasse, vt parati omnes ad prælium itemus, nec quidquam nisi gloriam vitæ æternæ & coronam confessionis Dominicæ cogitemus.

XLIV. Nec putemus talia esse quæ veniunt, qualia fuerunt illa quæ transferunt: grauior nunc & ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta & virtute robusta parare se debent milites Christi: considerantes idcirco se quotidie calicem sanguinis Christi bibere, vt possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere.] & post multa: Neque aliquis ex vobis fratres dilectissimi, futuræ persecutionis metu, aut Antichristi imminentis aduentu sic terreatur, vt non Euangelicis exhortationibus & præceptis ac monitis cælestibus ad omnia inueniatur armatus. Venit Antichristus, sed superuenit Christus: grassatur & sæuit inimicus, sed statim sequitur Dominus passionibus nostris & vulnera vindicaturus.] hæc & alia plura eos in fide corroborans Cyprianus. At non recens hæc connumerata est persecutio; sed quæ haud longo tempore, veluti Alcyoniorum dierum breuis pacis interstitio, secuta antegressam Decij persecutionem, eiusdem quoque nomine (quod dictum est superius) persecutio est nominata. Quod autem hanc iterum repetitam, longè acerbiorē præterita fore præviderit, haud sefellit oraculum, quippe quæ à Gallo & Volusiano instaurata, & à Valeriano postea aucta, temporis diuturnitate atque sæuitia priorem, quæ sub Decio mota est, in omnibus superauit.

Tunc itidem eodem argumento, quo ad Tibaritanos, ad Fortunatum quoque librum scripsit de Exhortatione martyrij. hunc illum ipsum existimamus Fortunatum Episcopum, ad quem (vt vidimus) aliosque collegas, idem Cyprianus, de quorundam restitutione lapsorum consultus, epistolam scripsit. Porro opus illud esse Cypriani germanum, nemo, qui leuiter saltem Cypriani operum lectioni assueuerit, non intelligit: quod insulse nimis à quopiam tributum Hilario, Pamelius ab extempotaneo inuasore iuste ac legitime vindicat, ac Cypriano custoditum seruat. Videas in primis in eiusdem exordio miram cum dicta epistola ad Tibaritanos etiam in sententia ac verborum complexione consensionem: dum de persecutione, & proximo (quem putabat) Antichristi aduentu, sic loquitur: Desiderasti, Fortunate charissime, vt, quoniam persecutionum & pressurarum pondus incumbit, & in fine atque consummatione mundi, Antichristi tempus infestum appropinquare nunc cœpit: ad præparandas & corroborandas fratrum mentes, de diuinis Scripturis hortamenta componerem, quibus milites Christi ad cæleste & spirituale certamen animarem.] & in fine: Minatur Antichristus, sed Christus tuetur: mors infertur, sed immortalitas sequitur.]

XLVI. Peculiare namque fuit sanctis Patribus, vt qui ad Domini aduentum sollicitè vigilarent, cum vehementissimam aliquam in Ecclesia Dei excitari persecutionem cernerent, mundi exitum, Domini aduentum, & qui eum præcedere debeat, Antichristum existimarent appropinquare. Id tempore Neronianæ persecutionis vrgentis, Domitiani, atque Seueri, & aliorum, fuisse creditum, iam diximus, de quæ aliis dicturi sumus. Porro eandem rationem in commentario conscribendo Cyprianus iniisse visus est, quam scribens contra Iudæos habuit in consilio; nimirum vt per distincta capita, veluti penuarias cellas diuinarum Scripturarum locis refertas, volumen illud perinde ac promptuarium elaboraret, ex quo innumera cohortandi Fideles ad subeundum martyrium (vt videre est) argumenta suppeterent. Ad huiusmodi namque Cypriani exhortationes alludit Pontius diaconus in Vita ipsius, dum ait: Quis martyres tantos exhortatione diuini sermonis erigeret? Quis denique tot confessores frontium notarum secunda inscriptione signatos, & ad exemplum martyrij superstititer reseruatos, incentiuo tubæ cælestis animaret? Bene tunc & verè spiritualiter contigit, quod vir tam necessarius, tam multus & tam bonis rebus à martyrij consummatione dilatus est.]

XLVII. Sed iam ad res Romanæ Ecclesiæ redeamus. Quam vehemens ibi, quantoque furore persecutio hæc grassari cœperit, per breuis epistola Cornelij Papæ ad Lupicinum Viennensem

^aCypri. ep. 66.

^{XLIV.} ACERBIOR PERSECUTIO.

^{XLV.} CYPRIANVS SVOS HORTATUR AD MARTYRIVM. ^bCypri. ep. 53.

^{XLVI.} ANTICHRISTI ADVENTVS PROXIMVS CREDITVS.

^{XLVII.}

A nensem Episcopum scripta docet. More maiorum namque Romanus Episcopus de persecutione iterum excitata ad aliarum Ecclesiarum Episcopos litteras dedit, quibus eos strenuè agere hortabatur. Sed harum omnium vnæ tantum extant litteræ, ad Lupicinum (vt diximus) Viennensem Episcopum in hæc verba conscriptæ:

Scias, frater charissime, arcem Dominicam vento persecutionis acerrimè commoueri, & edictis Imperatorum Christianos vbique tormentis variis affici; nam in vrbe Romana Imperator ad hoc constitutus est: vnde publicè neque in cryptis notioribus Missas agere Christianis licet. Exhortetur itaque charitas vestra omnes credentes in Christum, ne timeant eos qui occidunt corpus, sed potius eum qui habet corpus & animam potestatem perendi. Iam plures martyrio coronati sunt. Ora vt perficiamus cursum nostrum nobis à Domino reuelatum. Vale frater in Domino, & saluta omnes qui nos amant in Christo.] hæc Cornelius ipso persecutionis exordio antequam teneretur: coronatis interea nonnullis (vt ait) martyrio, & inter alios, cuius ipse iam meminit litteris scriptis ad Fabium Episcopum Antiochenum, Moysè Romano presbytero, sub Decio olim iam propè biennium detento in vinculis.

Quod autem ait, Imperatorem Romæ ad hoc institutum tunc fuisse, planè significat Volusianum Galli filium à patre Augusti nomine insignitum: nisi intelligi placeat Hostilianum Perpennam: qui (inquit Aurelius Victor in Gallo) regnantibus Gallo & Volusiano, Imperator à Senatu creatus, non multò post pestilentia absumptus est. Fortasse Senatus, quod videret Gallum & Volusianam pacem reddidisse Ecclesiæ, ad exturbandos (quod cœperat Decius) Christianos, hunc ipsum in Imperium prouexit: Gallum verò & Volusianum ex Senatus sententia à Decio cœptam, & ab Hostiliano instauratam persecutos esse Christianorum vexationem. Errat planè Eutropius, qui Hostilianum, quem diximus, cum Gallo confundit; cum illi Vibius, & non Hostilianus prænomen fuerit.

Quod igitur Dionysius Alexandrinus (vt vidimus) de Gallo Imperatore testetur, crudeliter exegisse sanctissimos viros; id quidem in primis in Catholica totius Ecclesiæ Episcopum impiè perpetratum, in ipsum nempe Cornelium Romanum Pontificem, constat, qui post gloriosam tum suam, tum totius Cleri sibi Catholica communicatione coniuncti confessionem exul mittitur ad Centumcellas (describitur locus ille egregiè à Plinio Secundo) illic verò positum Cornelium de prostrata perfidia triumphantem S. Cyprianus his litteris persecutus est:

Cyprianus Cornelio fratri salutem. Cognouimus, frater charissime, fidei ac virtutis vestræ testimonia gloriosa: & confessionis vestræ honorem sic exultanter accepimus, vt in meritis ac laudibus vestris nos quoque participes & socios computemus. Nam cum nobis & Ecclesiæ vna sit, & mens iuncta, & indiuidua concordia: quis non sacerdos in confacerdotis sui laudibus, tamquam in suis propriis, gratuletur? aut quæ fraternitas non in fratrum gaudii vbique lætetur? Exprimi satis non potest, quanta istic exultatio fuerit & quanta læticia, cum de vobis fortia & prospera comperissemus: ducem re illic confessionis fratribus extitisse: sed & confessionem ducis de fratrum confessione creuisse; vt, dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ comites, & confessorem populum suaseris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri: vt non inueniamus quid prius in vobis prædicare debeamus, vt ùmne tuam promptam & stabilem fidem, an inseparabilem fratrum charitatem. Virtus illic Episcopi præcedentis publicè comprobata est; adunatio sequentis fraternitatis ostensa est; dum apud vos vnus animus & vna vox est, Ecclesiæ omnis Romana confessa est.

Claruit, fratres charissimi, fides quam de vobis beatus Apostolus prædicauit. Hanc laudem virtutis & roboris firmitatem iam tunc & in spiritu præuidebat, & præconio futurorum merita vestra contestans, dum parentes laudat, filios prouocabat. Dum sic vnanimis, dum fortis estis, magna ceteris fratribus vnanimitatis & fortitudinis exempla tribuistis. Docuistis granditer Deum timere, Christo firmiter adhærere, plebem sacerdotibus in periculo iungi, in persecutione fratres à fratribus non separari, concordiam simul iunctam vinci omnino non posse: quidquid simul peritur à cunctis, Deum pacis pacificis exhibere. Profluerat aduersarius terrore violento Christi castra turbare: sed quo impetu venerat, eodem impetu pulsus est: & quantum formidinis & terroris attulit, tantum fortitudinis inuenit & roboris. Supplantare se iterum posse crediderat Dei seruos, & velut tyrones & rudes, quasi minus paratos & minus cautos, solito suo more cœcutere.

^aExtat to. 1. Biblioth. (sist.) EPISTOLA CORNELII PAPAE AD LUPICINVM.

^{XLVIII.}

^{XLIX.} CORNELII PAPAE EXLIVM.

^cPlin. Secū. d. lib. 6. ep. 31. ^dCypri. ep. 57.

^{L.} CYPRIANVS AD CORNELIVM.

^{LI.} ROMANAE ECCLESIAE ROBR.

Vnum primò aggressus. vt lupus ouem fecernere à grege, vt accipiter columbam ab agmine volitantium separare tentauerat: nam cui non est aduersus omnes satis virium, circumuenire quærit solitudinem singulorum, sed retusus adunati exercitus fide pariter & vigore, intellexit milites Christi vigilare iam sobrios, & armatos ad prælium stare; vinci non posse, mori posse; & hoc ipso inuictos esse, quia mori non timent: nec repugnare contra impugnantes (cùm occidere innocentibus nec nocentem liceat) sed promptè & animas & sanguinem tradere; vt, cùm tanta in sæculo malitia & sæuitia grassetur, à malis & sæuis velocius recedatur.

LII. Quale illud fuit sub oculis Dei spectaculum gloriosum? quale in conspectu Christi Ecclesiæ suæ gaudium, ad pugnam quam tentauerat hostis inferre, non singulos milites, sed tota simul castra prodiisse? omnes enim constat venturos fuisse, si audire potuissent, quando accurrerit properanter, & venerit quisquis audiuit. Quot illic lapsi gloriosa confessione sunt restituti? Stererunt fortes, & ipso dolore pœnitentiæ facti ad prælium fortiores: vt appareat nuper subitatos esse, & nouæ atque insuetæ rei pauore trepidasse: rediisse ad se postmodum, fidem veram, & vires suas de Dei timore collectas, ad omnem patientiam constanter & firmiter roborasse, nec iam stare ad criminis veniam, sed ad passionis coronam.

LIII. Quid ad hæc Nouatianus, frater charissime? utrùmne iam deponit errorem? an verò (qui dementium mos est) ipis bonis & prosperis nostris plus adactus est ad furorem? & quò magis ac magis dilectionis ac fidei crescit hæc gloria, illic dissensionis & zeli recrudescit infania? nec vulnus suū miser curat, sed adhuc grauius & se & suos vulnerat? In perniciem fratrum lingua sua perstrepsens, & faciendi venenatæ iacula contorquens, magis durus sæcularis philosophiæ prauitate, quàm philosophiæ Dominicæ lenitate pacificus, defertor Ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector pœnitentiæ, doctor superbiæ, veritatis corruptor, proditor charitatis? Agnoscit ne iam qui sit sacerdos Dei? quæ sit Ecclesiæ & domus Christi? qui sint Dei serui, quos diabolus infestet? qui sint Christiani, quos Antichristus impugnet? Neque enim quærit illos, quos iam subegit, aut gestit euertere, quos iam suos fecit. Inimicus & hostis Ecclesiæ, quos alienauit ab Ecclesiâ & foras duxit, vt captiuos & vincos cõtemnit & præterit: eos pergit laceßere, in quibus Christum credit habitare. Quamquam etiã aliquis ex talibus fuerit apprehensus, non est quòd sibi quasi in confessione nominis blandiatur; cùm constet, si occisi huiusmodi extra Ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed pœnam potius esse perfidiæ; nec in domo Dei inter vnanimes habituros esse, quos videmus de pacifica & diuina domo furore discordiæ recessisse.

LIV. Hortamur planè quantum possumus, frater charissime, pro charitate mutua qua nobis inuicem cohæremus, vt, quoniam prouidentia Domini monentis instrumur, & diuinæ misericordiæ consiliis salubribus admonemur appropinquare iam certaminis & agonis nostri diem, ieiuniis, vigiliis, orationibus insistere cum omni plebe non desinamus: incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris. Hæc sunt enim nobis arma caelestia, quæ stare & perseuerare fortiter faciunt: hæc sunt munimenta spiritalia & tela diuina, quæ protegunt. Memores nostri inuicem sumus; concordēs atque vnanimes utrobique pro nobis semper oremus, pressuras & angustias mutua charitate releuemus. Et si quis istinc nostrum prior diuinæ dignationis celeritate præcesserit; perseueret apud Dominum nostra dilectio: pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiam Patris non cesserit oratio. Opto te, charissime frater, semper benè valere.]hucusq; ad Cornelium Cyprianus, nouissimaque epistolarum, quæ ab ipso ad Cornelium scriptæ reperiuntur; licet intercurrisset inter se complures mutua litteræ dicantur: se ipsos enim inuicem earum internuntio consolatos esse, omnes affirmant.

LV. Antequam autem de Cornelij Papæ martyrio orationem instituamus, nodus hic ille soluendus est de tempore, sub quibus potissimum Imperatoribus Cornelius passus esse probetur. Licet autè ex dictis de Fabiani martyrio, annoque vno & amplius vacantis eius sedis, ac institutione Cornelij, satis superq; perspicue declaretur, ipsum, què proximè ante Decij obitum creatum esse Romanum Pontificem exactè ex litteris Cypriani est demonstratum, nullo pacto sub Decio, sed sub Gallo & Volusiano coronatum esse martyrio: tamen quoniam in libro de Romanis Pontificibus, cui inditus est titulus Damasi, sub Decio & cum Decio iniisse pro fide certamen, ac pro ipso consummasse martyrium legitur; res est dilucidius demonstranda. Error inde à scriptoribus sumptus videtur; quòd passim

CORNELIUS PAPA QUANDO PASSVS.

SEN INVICEM SS. EPISCOPI COHORTANTVR.

PERSECVTIO GLORIA EST SACERDOTVM.

CORNELII PAPA CONFESSIONE.

A passim ferretur Cornelius in persecutione Decij martyrio insignitus: deceptus (quisquis fuerit) auctor ille, dum, quod in persecutione Decij factum esset, sub ipso Decio contigisse putauit; sicque & quod sub Volusiano gestum esset, sub Decio aditatum, inconsulte correxit. Ceterum persecutionem hanc sub Decio semel cœptam, à Gallo & Volusiano denuò restitutam, non duas esse numeratas, sed vnã eandemque ab auctore qui eam indixit, esse denominatam; iam satis superius dictum est. Sic igitur Cornelius Papa in persecutione Decij rectè dicitur coronatus, perperam tamen ponitur viuente adhuc Decio subiisse martyrium.

B Sed quamquam superius demonstrata id satis apertè testentur; ad omnem tamen prorsus ea de re ambiguitatem tollendam, accedat testificatio Cypriani, qui scribens ad Lucium Papam, Cornelij successorem, hæc ait: Intellegimus, frater charissime, & tota cordis luce perspicimus diuinæ maiestatis salutaria & sancta consilia: vnde illic repentina persecutio exorta sit, inde contra Christi Ecclesiam, & Episcopum Cornelium beatum martyrem, vltimè omnes sæcularis potestas subito proruperit: vt ad confundendos hæreticos & retundendos, ostenderet Dominus quæ esset Ecclesiæ, & quis Episcopus vnus diuina ordinatione delectus.] Cùm igitur dicat S. Cyprianus repentinam persecutionem exortam, & subito potestatem sæcularem in Ecclesiam esse grassatam, quæ & Cornelius sit martyr effectus: nihil est quòd de temporibus Decij hæc possint intelligi, quem statim post Cornelij electionem interemptum, redditamque fuisse Ecclesiæ pacem; constat. multa quidem in pace Ecclesiæ eum cum Cornelio pertractasse, citatæ superius complures eiusdem Cypriani epistolæ, necnon ipsius Cornelij, luce clariùs commonstrant.

C Quamobrem repentinam hanc excitatam persecutionem, qua Cornelius sublatus est, sub Gallo & Volusiano, qui eam (vt dictum est auctore Dionysio Alexandrino suorum temporū scriptore) post pacem Ecclesiæ redditam excitarunt, contigisse, necesse est affirmare. Huic adeò certæ & exploratæ in omnibus veritati, vt in re cõperta, Eusebius tum in historia, tum in Chronico absque vlla dubitatione ad stipulatur: cui consentit S. Hieronymus, qui ait S. Cornelium sub Gallo & Volusiano sedisse. Iisdem quoque adeò manifestis rationibus reliqui omnes, quorum immensus est numerus, erroris redarguntur, qui in eadem de tempore martyrij Cornelij Papæ sub Decio sententiam abierunt. Sic & illi panter confutantur, qui sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus dixerunt S. Cornelium martyrio coronatum, vt Metaphrastes in Eugenia, & Ado Viennensis in Chronico, & Acta quædam passionis Cypriani mendosa. Nam Dionysius Alexandrinus, qui hæc ob oculos habuit, planè testatur, sub Valeriano aliquamdiu Ecclesiam quieuisse, ipsumque de Christianis benè meritum fuisse. Quamobrem si ad Valeriani persecutionis tempora perducendum est Cornelij martyrium, ad quinquennium eum sedisse dicendum esset; quòd quidem, plurimis refragantibus, nemo vel potuit cogitare.

D Cùm igitur tot tantisque vndique comparatis atque probatis de tempore sedis Cornelij testimoniis, & de martyrio eius sub iisdem Gallo & Volusiano Imperatoribus consummato, cuncta (ni fallimur) certa sint atque perspicua in omnibus reddita: vt hoc anno potius quàm sequenti, decimaquarta Septembris (vt habent tabulæ Ecclesiasticæ, quibus natalis martyrij eius dies est perpetua memoria consecratus) eum existimemus martyrio insignitum; illud magnopere persuadet, quòd cùm æquè exploratum reddatur ex iis quæ dicturi sumus in Lucio, ipsum quoque Lucium sub Gallo & Volusiano esse passum; hoc anno Cornelium, qui eum præcessit, dicta die subiisse martyrium, opus est affirmare. Verum quòd sedis Cornelij duos, alij tres vel circà annos ponant, cùm re vera nec biennium expleße constet; inde accidisse videtur, quòd omnibus illis incompertum penitus fuerit magnum illud vacationis sedis Fabiani temporis interstitium: quod non nisi ex S. Cypriani citatis epistolis, iisdemque diligenter inspectis, assequi licet, quamobrem ignorato semel tempore quo ipse Cornelius sedere cœpit, tempus quoque in sede expletum eos oportuit præterisse. Quæ verò de Actis eius martyrij sint memoriæ commendata, & ab Adone in suo Martyrologio recitata, atque à nobis ex antiquis scriptis libris accepta, diligenter recognita & emendata, hic describere non prætermittimus, scripto in margine nomine Decij, quod in textum irrepserat, & Volusiani (vt par erat) in textum restituto, cui (vt ex Cornelij litteris demonstratum est) vnà cum Imperio à patre est persecutio demandata.

E Cùm verò Cornelius vnà cum presbyteris & diaconibus Romanæ Ecclesiæ Centum cellas

LVI.

Cypriani ep. 18. sub Gallo & Volusiano Cornelij martyrium.

LVII.

Eusebii li. 7. cap. 1. 2.

Hieron. de Script. Eccl. in Cornel.

Ado Euseb. lib. 7. cap. 9.

LVIII.

MENSES ET DIES MARTYRII CORNELII PAPA.

Ado, 24. 58. p. 158.

LIX.

* al. Decius
Celsar
ACTA PAS-
SIONIS
CORNELII.

cellas missus exularet: Volusianus Augustus* audiens frequentem ad eum concursum, A quodque multi ad eum scriberent, & de beato Cypriano id faciente, qui tunc ad eum scripserat de Celerino lectore, qui multa tormenta passus erat, & alia de suscipiendo martyrio; iussit eum ad se Romam perducere. Exhibitusque est ei noctu, & in Tellude, Præfecto quoque Urbis præsentem, auditus, & ab eo interrogatus est: Sic definisti, ut nec deos consideres, nec præcepta Principum, nec maiorum, nec nostras minas timeas, ut contra Rempublicam litteras accipias & dirigas? Cornelius Episcopus respondit: Ego de corona Domini litteras accepi, non contra Rempublicam.] nominat coronam Domini, fidelem Christi plebem. Peculiare erat, per coronam intelligi populi multitudinem vallantem Episcopum. Nisi fortasse Cornelius, per coronam Domini, significare voluit coronam martyrij: cuius argumenti sunt litteræ, quas accepit à Cypriano, à nobis superius recitatae. Iratus Imperator eum à suo conspectu amoveri iussit, utque os eius plumbatis cæderetur, & sacrificium Marti cogere offerre, & si facere recusasset, capite plecteretur. Sed illo repugnante hoc facere, lata est sententia ut duceretur. B

LX.

* al. quinque
CEREALIS
VXOR SANA-
TUR A SCOR-
NELIO.

Tunc Cerealis, cuius cura Cornelius custodiebatur, rogavit beatum Papam, ut veniret in domum suam, atque visitaret uxorem suam, quæ annis quindecim* iacebat paralytica (erat illi nomen Sallustia.) Ingressus est Cornelius in domum Cerealis cum duobus presbyteris & vno clerico lectore. Dedit autem hanc orationem beatissimus Papa, dicens: Domine Deus, creator omnium visibilium & invisibilium, qui dignatus es ad nos peccatores venire, ut nos saluos faceres; tu erige allisam hanc famulam tuam, & dona ei misericordiam tuam, sicut cæco nato donasti lumen, ad cognoscendam gloriam tuam. Et tenens manum Sallustiae, erexit eam, dicens: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & sta supra pedes tuos. Quæ protinus surrexit, clamans, & dicens: Verè Christus est Deus, & Dei Filius. C Et dixit tunc Cornelio: Per Christum te coniuro, baptiza me. Et currens implevit vas aqua, & attulit ei. Viso tanto miraculo, milites quoque, qui erant cum Cereali, omnes se ad Cornelij Papæ pedes posuerunt, timentes, atque petentes se quoque baptizari velle. Cornelius videns Dei manum in his omnibus, baptizavit eos, & obtulit pro eis sacrificium laudis: sic participati sunt omnes corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi.

LXI.

MARTY-
RIUM COR-
NELII ET
SOCIORUM.

Audiuit hæc omnia Imperator, & mittens tenuit omnes qui erant ex domo Cerealis credentes, cum militibus baptizatis: qui simul cum beato Cornelio ducti sunt ad sacrificandum. Ducti sunt autem foras in uros portæ Appiæ ad templum Martis, ut sacrificarent. Sed illi facere nolentes atque expuentes in templum, decollati sunt vnà cum beatissimo Papa numero vigintivnus, & cum eis Cerealis quoque cum uxore sua Sallustia, decimo octavo Kalendas Octobris. Eadem verò nocte venit beata Lucina cum clericis & familia sua, & rapuit corpora martyrum, & sepeliuit ea in agro suo, in crypta vbi est* cœmeterium Callisti.] hucusque Acta passionis Cornelij & sociorum: quibus perpauca addidimus, quæ amplius habet noster codex manuscriptus; quæ Ado, aliud fortasse nactus exemplar, vel breuitate ea nimis contrahens, prætermisit. Quod verò in Tellude, seu Tellure, Cornelius Papa ductus sit causam dicere, templum erat in quo sæpè Senatus cogi consuevit, ut apparet ex Cicerone^a, Dione, & aliis. Sed & de templo Martis extra portam Capenam, Lulius^b & alij meminerunt. D

* al. iuxta

^a Cic. Phil. 2.
Dio hist. Rom.
lib. 44. c. 46.
^b Lulius l. 7.
Decad. 1.

LXII.

Quod verò Acta quædam passionis Cypriani recensent Cornelij Papæ martyrium sub Imperio Valeriani & Gallieni: agemus ea de re suo loco pluribus. Rursus verò quod exploratissimum sit, eadem die, etiam non eodem anno quo Cyprianus, S. Cornelium consummasse martyrium, nempe decima quarta die mensis Septembris: manifestum est, errasse auctorem libri de Romanis Pontificibus, qui adscribitur Damaso, dum ad mensum Martium eius martyrium referre videtur illis verbis, quibus est prolata sententia: Quod si non fecerit, capite truncetur. Post hoc, id est, tertio Nonas Martij, antequam passus est, omnia bona Ecclesiæ tradidit Stephano archidiacono. Hoc factum est. Qui cum adorare non veller, decollatus est in loco supradicto.] ita ibi. Si igitur post latam sententiam capitis ea die Martij, illud actum cum Stephano, & nulla alia interposita mora, ductus est: planè eo saltem mense eum martyrio coronatum fuisse, auctor videtur significare voluisse: qui ex iis, quæ dicta sunt, manifesti mendacij redarguitur.

LXIII.

SCRIPTA
CORNELII
PAPAE.

Adnumerat S. Hieronymus eundem Cornelium inter scriptores Ecclesiasticos, dicens: Cornelius Romanæ urbis Episcopus, ad quem octo Cypriani extant epistolæ, scripsit epistolam ad Flavianum (alij hunc dicunt Fabium) Antiochena Ecclesiæ Episcopum,

A scopum, de Synodo Romana, Italica, & Africana: & aliam de Nouatiano, & de his qui lapsi sunt: tertiam de gestis Synodi: quartam ad eundem Flavianum valde prolixam, & Nouatianæ hæreseos causas & anathema continentem. Rexit Ecclesiam annis duobus sub Gallo & Volusiano. Cui ob Christum martyrio coronato successit Lucius.] hucusque Hieronymus. Quod verò ordinatio nulla à Cornelio facta legatur, temporis, quo sedet, breuitatem arguit; cum vix aliquem alium sit reperire, qui absque ordinatione Pontificatum exegerit. Vacasse post obitum eius sedem dies trigintaquinque, emendatiores codices habent.

Successit in locum eius Lucius Romanus ex patre Porphyrio, vnus ex Presbyteris confessoribus, quos diximus eum Cornelio exulasse, qui vnà cum collegis post Cornelij necem Romam restitutus, & electus est Pontifex. Creato Lucio Romano Pontifice, mox vt id sanctus Cyprianus audiuit, ad eum congratulans scripsit epistolam, cuius ipse meminit^a in posteriori ad eundem data, sed non extat. Apparet quoque ex eadem Cypriani ad eum scripta epistola, haud post multum temporis à creatione sua fuisse ipsum Lucium à persecutoribus relegatum. At quo modo in Urbem fuerit denuò restitutus, cum posteriorem ad eum Cyprianus dedit epistolam, dicemus anno sequenti. Mentio quoque habetur de Lucij exilio in libro de Romanis Pontificibus.

Quod autem spectat ad cetera in diuersis prouinciis sanctorum certamina: etsi ipsa martyrum Acta exciderint, & quæ reperiuntur, Decianæ persecutionis nomine obfignentur, quod vna eademque (quod dictum est sæpiùs) censeretur, illud tamen exploratum habetur, in hoc secundo certamine non tantum Fideles illos, qui tempore prioris pugnae sub Decio exantlatæ fortes extiterunt, victores apparuisse, sed & infirmos illos milites, qui in illo conflictu clypeum turpiter abiecerant (lapsos inquam illos, qui negando fidem perdididerant, hostibusque manus ignominiosè dederant, qui & præuia pœnitentia in Ecclesiam recepti fuerant) redintegrato certamine, seipsis fortiores redditos, compendio vitæ dispendio, nonnullis de hostibus superatis, gloriosas coronas promeruisse: illos verò, quibus nullum indictum certamen esset, doluisse, quod experiendi vires ex pœnitentia in Ecclesia comparatas, intercepta esset occasio. Id quidem auctor^b, qui post redditam Ecclesiæ pacem in Nouatianum commentarium scripsit, testatur his verbis: Nulli enim nostrum dubium vel incertum est, fratres dilectissimi, illos qui prima acie, id est, Decianæ persecutione, vulnerati fuerunt; hos postea, id est, secundo proelio, ita fortiter perseuerasse, ut contemnebant edicta secularium Principum, hoc inuictum^c haberent, quod & non metuerunt, exemplo boni pastoris, animam suam tradere, & sanguinem fundere, nec vllam insipientis tyranni sauitiam recusare.] hæc ibi. Atque hic tandem rerum gestarum præsentis anni finis esto.

IESV CHRISTI LVCII PAP. GALLI & VOLVSIANI IMPP.

ANNVS
256.ANNVS
I.ANNVS
3.

Christi anno ducentesimo quinquagesimo sexto, ponitur Maximi Consulatus, sed male cum collega Volusiano secundum: nam ex antiquis inscriptionibus corrigitur error, quibus secundus Volusiani Consulatus cum secundo Galli recensetur anno superiori, cum Tribunitia potestate pro annis Imperij, ex more, secundo aucta. Nec est quod tertius hic Volusiani Consulatus possit apponi; cum nonnisi secundum gessisse, ex iisdem antiquis nummis appareat: nam vltimo anno eius Imperij, quo Tribunitia potestas quarta ponitur, secundi item Consulatus, quem biennio antè gesserat, repetita mentio habetur. Sed eiusmodi inscriptiones in fine huius anni, cum de quoto tempore, quo ij regnarunt, agemus, à nobis ponentur. Porro loco Volusiani, restituendus est Valerianus, qui hoc anno primum suum Consulatum gessisse, ex antiquis nummorum inscriptionibus reperitur: qui item ex iisdem anno sequenti secundum gessisse Consulatum habetur. Quomodo autem, regnantibus adhuc Gallo & Volusiano, ipse pariter acclamatus est Imperator, dicemus inferius.

Hoc ipso anno, Lucius Papa confessor anteà relegatus, ab exilio relaxatus, Romam reuertitur. Cur autem illi indultum sit, ut Romam, ex qua exulabat, rediret, haud facile

Annal. Eccl. Tom. 2.

T t

est

LXIV.
LVCIVS
PAPA.^a Cyp. ep. 58.LXV.
DE MARTY-
RIBVS SVB
VOLVSIANO.^b Apud Cyp. l. ad Nouat. heret.^c al. inuictumCONSVLA-
TVS PRIMVS
VALERIANI

II.

LVCIVS PA-
PA ROMAM
REDIT.

est exploratu: quandoquidem persecutio adhuc instaret, in qua idem postea martyrium A
est consecutus. Porro de reditu eius nulla alia affertur causa in libro de Romanis Pontifi-
cibus, nisi quod diuino nutu id accidisse dicatur. Reuersus Lucius cum esset in Urbem,
mox tum Cyprianus, tum collegæ Episcopi Africani ei congratulantes, ad ipsum scripse-
runt epistolam haud diu post priores litteras ad illum datas: quam hic libuit recitare,
quod multa habeat ad rerum atque temporum elucidationem maximè opportuna:

III. Cyprianus cum collegis Lucio fratri salutem. Et nuper quidem tibi, frater charissi-
me, gratulati sumus, cum te, honore geminato, in Ecclesiæ suæ administratione confes-
sorem pariter & sacerdotem constituit diuina dignatio. Sed & nunc non minus tibi &
comitibus tuis, atque vniuersæ fraternitati gratulamur, quod cum eadem gloria & laudi-
bus vestris reduces vos denuò ad nos fecerit benigna Domini & larga protectio: ut pascen-
do gregi pastor, & gubernandæ nauis gubernator, & plebi regendæ rector redderetur; &
appareret relegationem vestram sic diuinitus esse dispositam, non ut Episcopus relegatus
& pulsus Ecclesiæ deesset, sed ut ad Ecclesiam maior rediret. Neque enim in tribus pueris
minor fuit martyrij dignitas, quia morte frustrata, de camino ignis incolumes exie-
runt: aut non consummatus Daniel extitit in suis laudibus, quia qui leonibus missus fue-
rat ad prædam, protectus à Domino, vixit ad gloriam. In confessoribus Christi dilata
martyria non meritum confessionis minuunt, sed magnalia diuinæ protectionis ostendunt.
Repræsentatum videmus in vobis, quod apud Regem fortes atque illustres pueri
prædicauerunt: ipsos quidem paratos esse ardere flammis, ne diis eius seruirent, aut ima-
ginem, quam fecerat, adorarent: Deum tamen quem colebant, quemque & nos colimus,
potentem esse ut eos de camino ignis eximeret, & de Regis manibus ac poenis præ-
sentibus liberaret. Quod inuenimus in confessionis vestræ fide, & in Domini circa vos
protectione nunc gestum: ut, cum vos parati fueritis & prompti omne subire supplicium,
Dominus tamen vos poenæ subtraheret, & Ecclesiæ referuaret.

IV. Regredientibus vobis, abbreviata non est Episcopo confessionis suæ dignitas, sed magis
creuit sacerdotalis auctoritas: ut altari Dei assistat Antistes, qui ad confessionis arma
lumenda, & facienda martyria, non verbis plebem, sed factis cohortetur, & imminente
Antichristo paret ad prælium milites non solum sermonis & vocis incitamento, sed fidei
& virtutis exemplo. Intelligimus, frater charissime, & tota cordis nostri luce perspicimus
diuinæ maiestatis salutaria & sancta consilia, vnde illic repentina persecutio nuper
exorta sit, inde contra Ecclesiam Christi & Episcopum Cornelium beatum martyrem,
vosque omnes, secularis potestas subito proruperit: ut ad confundendos hæreticos & re-
tundendos ostenderet Dominus, quæ esset Ecclesiæ: quis Episcopus eius vnus, diuina ordi-
natione electus: qui cum Episcopo presbyteri sacerdotali honore coniuncti: quis adu-
natus & verus Christi populus Domini gregis charitate connexus: qui essent, quos ini-
micus lacefferet: qui contra, quibus diabolus, ut suis, parceret. Neque enim persequitur
& impugnat Christi aduersarius nisi castra & milites Christi. Hæreticos prostratos semel
& suos factos contemnit & præterit: eos querit deiicere, quos videt stare.

V. Atque vtinam nunc facultas daretur, frater charissime, ut interesse illic vobis regredien-
tibus possemus, qui vos mutua charitate diligimus: ut aduentus vestri lætissimum fru-
ctum præsentibus cum ceteris ipsi quoque caperemus. Quæ illic exultatio omnium fra-
trum? qui concursus atque complexus occurrentium singulorum? Vix oculis adhæren-
tium potest satisfieri: vix vultus ipsi atque oculi plebis possunt videndo satiari. De aduen-
tus vestri gaudio cognoscere illic fraternitas cœpit, qualis & quanta sit secutura, Christo E
veniente, lætitia, cuius quia citò appropinquabit aduentus, imago iam qua dam præcessit
in vobis: ut quo modo Ioannes præcurfor eius & præiurus veniens prædicauit Christum
venisse; sic nunc Episcopo confessore Domini & sacerdote redeunte, appareat & Domi-
num iam redire. Vicarias verò pro nobis ego & collegæ & fraternitas omnis has ad vos
litteras mittimus, frater charissime; & repræsentantes vobis per epistolam gaudium no-
strum, fida obsequia charitatis expromimus: hic quoque in sacrificiis atque in orationi-
bus nostris non cessantes Deo Patri & Christo Filio eius Domino nostro gratias agere, &
orare pariter ac petere, ut qui perfectus est atque perficiens, custodiat atque perficiat in vo-
bis confessionis vestræ gloriosam coronam: qui & ad hoc vos fortasse reuocauit, ne glo-
ria esset occulta, si foris essent confessionis vestræ consummata martyria. Nam victima,
quæ fraternitati præbet exemplum virtutis & fidei, præsentibus debet fratribus immolari.
Opta-

III.
Cyprianus
et alio-
rum Episc-
orum ad
Lucium
Papam
litterarum
titulus

PERSECUTIO
VERVM
OSTENDIT
SACERDOTI-
UM

A Oportet te, charissime, semper bene valere.] hæc Cyprianus ac collegæ simulque po-
pulus ad Lucium Papam, quem sequenti anno martyrio coronatum dicemus.

Quod verò, duabus quas diximus exceptis, nulla sit mentio, Cyprianum ad Lucium
Orbem grassante, interceptus fuisse videtur vsus scribendarum litterarum, ac omnis quæ
aliàs esse solet humanæ vitæ consuetudo: cum Ethnici quoque scriptores & alij bæque
consentiant, luem immensam sub Gallo & Volusiano Orbem vexasse: quam non ante
persecutionem in Christianos ab illis instauratam, exortam fuisse, quod nulla antehac
eius mentio habeatur, existimamus. Ab Æthiopia eam originem sumpsisse, in vniuer-
sumque propè Orbem progressam, vix intra decennium quicuisse tradunt. de qua hæc
Orosius: Exoritur vltio violati nominis Christiani: & vsque aded ad profligandas Ec-
clesias edicta Decij cucurrerunt, eatenus incredibilium morborum pestis extenditur:
nulla ferè prouincia Romana, nulla ciuitas, nulla domus fuit, quæ non illa generali pesti-
lencia correpta atque vastata sit.] hæc ipse. Eiusmodi clades, non nisi impietatem numi-
ne vlciscente, per angelos malos imniti solere, sed ad Euangelij profectum à Deo per-
mitti, planè demonstrat Gregorius Nyssenus, dum luem Neocæsareæ in Ponto exortam,
cum Gregorius Thaumaturgus illam suscepisset Ecclesiam administrandam, & causam
eius, atque progressum, simulque modum describit his verbis:

Ceterum quod vniuersa natio repente à Græcica vanitate ad agnitionem veritatis
traducta est, admireretur quidem quicumque hoc scriptum leger. Nemo verò fidem detra-
hat, sed ad dispositionem atque consilium respiciat, quo tanta mutatio facta est eorum
qui à mendacio ad veritatem traducti sunt. Nam quod in primis sacerdotij eius temporibus
accidit, quod ad reliqua miracula festinans oratio prætermisit, nunc repetitum at-
que resumptum exponam. Feriæ quædam publicæ & vniuersales erant in vrbe dæmoni-
cuidam domestico, patrio quodam ritu ac more solemniter celebrari consuetæ: ad quas vnà
cum vrbis celebrandas vniuersa propemodum gens ex tota ea regione confluebat: at-
que eorum qui concurrerant, theatrum plenum erat; & eorum qui postremi affluerant,
multitudo subfelliis vndique superfundebatur: atque omnibus ad spectacula atque acroa-
mata orchestram intueri cupientibus, plena scena tumultus & trepidationis, irrita præsti-
giatoribus mirabiliumque spectaculorum artificibus ostentatio erat; tumultu sese mutuo
constipantium, non modò oblectationem musicæ impediende, sed ne circulatoribus qui-
dem & præstigiatoribus suas artes ostentandi tempus concedente. Tum verò communis
ab omni multitudine erumpit vox, dæmonem, cuius diem festum agebant, imploran-
tibus, & ab illo sibi laxitatem fieri petentium. Posteaquam autem omnibus simul loquen-
tibus, in altum vox tollebat, ac totius ciuitatis velut vnus oris sermo esse videbatur,
quo hæc preces dæmoni adhibebantur: erat autem precatio (ut ipsa verba eius audiantur)
Iupiter fac nobis locum: audito sanè Magnus ille vir sono nominatim inuocantium dæ-
monem, à quo laxitatem ciuitati fieri petebant: quodam ex adstantibus ad eos misso, la-
xitatem ait ipsis mox datum iri maiorem quàm optarent.

Hac autem ab eo voce tamquam tristi quadam sententia prolata, pestilentia frequen-
tem illum ferias agentium & ludos celebrantium conuentum excipit. Ac statim tripudian-
tium choris lamentatio miscebatur: aded ut in luctus & calamitates eius voluptates con-
uerterentur; cum pro plausibus & cantu tibiarum, aliæ super alias nænæ, cantusque lugubres
vrbe passim inuasissent. Cum enim semel morbus homines aggressus esset, opinio-
ne citius propagabatur, atque serpebat ignis in modum domos depascens: aded vt edes qui-
dem sacræ, quo spe sanationis atque remedij confugiebant, iis qui morbo peribant, repleta;
fontes verò, aquæductus, scaturiginesque ac putei, eorum quos atrocitate morbi sitis exu-
rebat, referti essent, in quibus aqua morbi incendium restinguere non valebat, qui semel
morbo correpti essent, perinde post aquam sumptam, atque antequam eam sumpsissent,
affectis: multi item vltro transierunt ad sepulchra, eò quod superstites sepeliendis mortuis
non ampliùs sufficerent. Nec inopinatò malum homines inuadebat: sed si spectrò quod-
dam ad eas ædes, quibus pernicietas imminebat, accederet, ita certum exitium subsequeretur.

Vt igitur causa morbi omnibus patefacta est, nempe quod dæmon ab ipsis inuocatus
malè stultorum ac miserorum preces impleret; qui hanc, quæ morbum secuta esset, laxi-
tatem in vrbe efficeret: Magno isti viro supplices fiunt, orantes, ut per eum quem ipse
Deum agnosceret ac prædicaret, cum solum re vera Deum esse & in omnes imperium

VI.
PESTIS IM-
MANIS.

^a Euseb. in
Gallo & Vo-
lusiano.
^b Euseb. in
Chron.

^c Pomp. Lat.
in Gallo &
Volus.
^d Oros. lib. 7.
cap. 21.

^e Greg. Nyss.
orat. in Greg.
Thaumaturg.

VII.
PESTIS IN
PONTO QVO
MODO EXOR-
TA ET CV-
RATA.

VIII.
DÆMON
INVOCATVS
INFERT PE-
STEM.

IX.
PERCVSST
PESTE GEN-
TILES AD
GREGORIVM
CONFV-
GIVM.

habere confiterentur, mali impetum susteret & inhiberet. Nam cum spectrum illud ante futuram pestem alicui domui appareret, ac protinus desperationem vitæ habitatoribus iniiceret; vna periclitantibus salutis ratio erat; si ades illas Magnus Gregorius ingredere- tur, ac per preces morbum, qui domum inuassisset, repelleret atque summoueret. Cum autem celeriter per eos, qui primi ea ratione seruati erant, ad omnes fama permanisset, omnia quæ prius vanitate atque stultitia adducti curabant, omittentur oracula, sacrificia peculiaria, in delubris simulacrorum commoratio; omnibus Magnum sacerdotem intuentibus, & vnoquoque eum ad se, totius familiæ suæ seruandæ gratia, alliciente. Mercedem autem ab iis qui seruabantur, salutem animarum consequebatur.

X. Cum ergo eiusmodi experimento pietas sacerdotis patefieret: non amplius differen- dum censebant, quin mysterium approbarent, qui per opera virtutem fidei cognoscebant: ad eum illis omnibus sanitate morbus validior erat. Qui enim in sanitate ad approbationem mysterij rationibus infirmi essent, corporali morbo ad fidem conualuerunt. Atque ita si- mulacrorum cultus errore deprehensus, omnes ad nomen Christi traducebantur: pars vr- gente morbo ad veritatem quasi manu ducti: pars etiam fidem in Christum, quasi mu- nimentum quo tuti essent, aduersum pestem obiiicientes.] hucusque Nysenus de lue Pontica, atque eius curatione diuinitus facta. Totam insuper Ægyptum his temporibus à peste vexatam fuisse, Eusebius tradit in Chronico. sed quo modo vehementior recrudue- rit, cum sub Gallieno Imperatore Ægyptij fame & bello, ciuilique discordia dirissima pressi sunt, & quæ erga morbos fuerint officia Christianorum, ex Dionysij^a Episcopi Alexandrini tunc scriptis litteris suo loco dicemus inferius.

XI. De eadem quoque lue Africam infestante, deque S. Cypriani sedulo officio tunc erga Fideles impensio, hæc Pontius^b tradit: Erupit postmodum lues dira, & detestabilis morbi vastitas nimia, innumeros per diem populos à sua quemque sede abrupto impetu rapiens; continuatas per ordinem domos vulgi tremantis inuasit. Horrere omnes, fugere, vitare contagium, exponere suos impiè, quasi cum illa peste morituri etiam mortem ip- sam aliquis posset excludere. Iacuebant interim tota ciuitate non tam corpora, sed cadane- ra plurimorum, & misericordiam in se transeuntium contemplatione fortis mutæ flagi- tabant. Nemo aspexit illud, præterquam lucra crudelia: nemo similis euentus recorda- tione trepidauit: nemo fecit alteri, quod sibi fieri voluit.

XII. Quid inter hæc egerit Christi & Dei Pontifex, qui Pontifices mundi huius tanto plus pietate, quanto religionis veritate præcesserat, scelus est præterire. Aggregatam primo in loco vno plebem de misericordiæ bono instruit: docens diuinæ lectionis exemplis, quantum ad promerendum Deum profint officia pietatis. Tunc deinde subiungit, non esse mirabile, si nostros tantum debito charitatis obsequio foueremus: eum perfectum posse fieri, qui plus aliquid publicano vel Ethnico fecerit: qui malum bono vincens, & diuinæ clementiæ instar exercens, inimicos quoque dilexerit: qui pro frequentium sa- lute, sicuti Dominus monet & hortatur, orarit. Oriri facit Deus iugiter Solem suum, & pluuias subinde nutriendis seminibus impertit^c, exhibens cuncta ista non suis tantum, sed etiam alienis. Et qui se Dei etiam filium esse profiteretur, cur non exemplum Patris imitatur? Respondere nos decet natalibus nostris: & quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit; sed probari potius in sobole traducem boni partus æmula- tione bonitatis. Multa alia & quidem magna prætereo, quæ temperandi voluminis ratio non patitur prolixiore sermone replicari: de quibus hoc tantum dixisse satis est: Quod si illa Gentiles pro rostris audire potuissent, forsitan statim credidissent. Quid Christiana E plebs faceret, cui de fide nomen est?

XIII. Distributa sunt ergo continuo pro qualitate hominum atque ordinum ministeria. Mul- ti qui angustia paupertatis beneficia sumptus exhibere non poterant, plus sumptibus ex- hibebant, compensantes proprio labore mercedem diuitiis omnibus cariorem. Et quis non sub tanto doctore properaret inueniri in parte aliqua talis militiæ, per quam place- ret & Deo Patri, & Iudici Christo, & tam bono interim sacerdoti? Fiebat itaque exu- berantium operum largitate quod bonum est ad omnes, non ad solos domesticos fidei. Fiebat plus aliquid quam de Tobie incomparabili pietate signatum est. Ignoscat ille, & ignoscat iterum, & frequenter ignoscat: aut (vt verius dixerim) merito concedat, tametsi ante Christum plurimum licuit, plus aliquid licuisse post Christum, cuius tempo- ribus plenitudo debetur: necatos illos à rege & proiectos sui tantum generis colligebat.]

huc.

A hucusque Pontius de Cypriani & Christianorum officiis tum exhibitis. Quod verò sub- dit, His tam bonis & tam piis adibus superuenit exilium] haud sic accipiendum est, vt hoc anno Cyprianus exulauerit, sed quod (vt demonstratum est) cum lues illa multis an- nis perdurauerit, his se officiis piè Cyprianus exercuit, quamdiu pestis illa in Africa viguit, quam postea secuta est persecutio in Ecclesiam à Valeriano commota.

Quod igitur ait Pontius, ea urgente mortalitate, ad hæc toleranda, & ex officiis piete- tis ad diuinam gratiam promerendam ipsum suos instituisse; eius planè argumenti illa quoque oratio est, cuius est titulus, De mortalitate: qua cum debiles ad tolerantiam ex- citet, & ad contemptum humanæ vitæ, amore celestis; tum etiam angusti pectoris homi- nes, qui offenderentur, quod debitum Gentilium crudelitati supplicium Christianos quo- que pertingeret, his alloquitur verbis: Mouet quosdam, quod sit nobis cum ceteris mor- talitas ista communis. Quid enim nobis in hoc mundo non commune cum ceteris, quam- diu adhuc secundum legem primæ natiuitatis manet caro ista communis?] & post ali- qua: Quinimodò si qua conditione, qua lege crediderit Christianus, noscat & teneat; sciet, plus sibi quam ceteris in hoc sæculo laborandum, cui magis sit cum diaboli im- pignatione luctandum.] Sed quàm dispar accideret vtrisque hæc, quæ eiusdem cladis videretur, Gentilibus ac Christianis collata æqua mensura, post multa declarat, sic di- cens: Multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur; hoc est, multi ex nostris de sæculo liberantur. Mortalitas ista vt Iudæis & Gentilibus & Christi hostibus pestis est, ita Dei seruis salutaris excessus est.] & paulò inferius:

Improuidi & ingrati sumus, fratres dilectissimi, ad diuina beneficia: nec, quid nobis conferatur, agnoscimus. Excedunt ecce in pace tutæ cum gloria sua virgines, venientis Antichristi minas, & corruptelas, & lupanaria non timentes: pueri periculum lubricæ gra- tis euadunt, ad continentię atque innocentie præmium feliciter perueniunt: tormenta iam non timet delicata matrona, metum persecutionis, & manus cruciatuque carnificis, moriendi celeritate lucrata. Pauore mortalitatis & temporis accenduntur tepidi, con- stringuntur remissi, excitantur ignaui, desertores compelluntur vt redeant, Gentiles coguntur vt credant.] annumerat & alia multa quæ ex ea peste Christianis in compendium cederent. ac subdit: Sed fortasse aliquis opponat, & dicat: Hoc me ergo in præfenti mor- talitate contristat, quod qui paratus ad confessionem fueram, & ad tolerantiam passionis toto me corde & plena virtute deuoueram, martyrio meo priuor, dum morte præue- nior. Primo in loco non est in tua potestate, sed in Dei dignatione martyrium; nec potes te dicere perdidisse, quod nescis an merearis accipere.] hæc ipse.

D Quid tunc verò homini luem formidanti fuerit diuinitus exprobratum, inferius tra- dit, sic dicens: Denique vt manifestius diuinæ prouidentie iudicia clarescerent, quod Dominus præscius futurorum suis consulat ad veram salutem: cum quidam de collegis & confacerdotibus nostris iam infirmitate defessus, & de appropinquante morte solici- tus, commeatum sibi precaretur: astitit deprecanti & iam penè morienti iuuenis honore & maiestate venerabilis, statura excelsus, & clarus aspectu, & quem assistentem sibi vix posset humanus aspectus oculis carnalibus intueri: nisi quod talem videre iam poterat de sæculo recessurus. At ille non sine quadam animi & vocis indignatione infremuit, & dixit: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis? Increpantis vox & monentis est: qui de persecutione sollicitus, de accersitione securis, non consentit ad præfens deside- rium, sed consulit in futurum.

E Audiuit frater noster collega moriturus, quod ceteris diceret: nam qui moriturus au- diuit, ad hoc audiuit vt diceret: audiuit non sibi ille, sed nobis. Nam quid disceret iam recessurus? didicit immò nobis remanentibus: vt dum sacerdotem Dei, qui commea- tum petebat, increpitem esse comperimus, quid cunctis expediat, agnosceremus. Nobis quoque ipsis minimis & extremis quoties reuelatum est, quàm frequenter atque manife- stè de Dei dignatione præceptum est, vt constanter, assiduè, & publicè prædicarem, fra- tres nostros non esse lugendos accersitione Dominica de sæculo liberatos, cum sciamus non eos amitti, sed præmitti: recedentes præcedere, vt proficiscentes, vt nauigantes so- lent: desiderari eos debere, non plangi: nec accipiendas esse hinc atras vestes, quando illi ibi indumenta alba iam sumperint: occasionem dandam non esse Gentilibus, vt nos merito ac iure reprehendant; quod, quos viuere apud Deum dicimus, vt extinctos & perditos lugeamus.] hæc & alia id genus multa Cyprianus.

Annal. Eccl. Tom. 2.

T 3

Sed

GENTILES
AD CHRIS-
TUM CON-
VERS.Euseb. lib. 7.
cap. 17.DE PESTE
AFRICAM
VASTANTE.
Pontius in
Vna Cypri.CYPRIANI
OFFICIA
TEMPORIS
PESTIS.

Mat. 5.

QUID FIDE-
LES TEMPO-
RE PESTIS.

XIV.

S. CYPRIA-
NI LIBER-
DE MORTA-
LITATE.

XV.

PESTIS
PROFICVA
MULTIS.

XVI.

DIVINA VI-
SIO OSTEN-
SA MORIEN-
TI.

XVII.

NON LVGEM
DI FIDELES

XVIII. Sed non puto ex eo tantum illos reprehensione dignos habitos, quod in funere nigris se induerent vestimentis, qui communi vitæ vfu atrati solerent incedere: sed potius quodd instar Gentilium eius coloris & ad luctum compositis vestibus vterentur. Nam & cum Gentilium viri nigris, feminæ verò albis amicti essent in funere indumentis (vt Herodianus a, & ante eum Plutarchus b affirmant) nullo modo potuissent de colore vitæ calumniari. Ceterum complura exempla legimus, Christianos in communiorem atque frequentiore vsum recepisse colorem nigrum, ea nimirum ex causa, quod modestior ac decentior videretur, dignisque ab illo sumi, qui à moribus vulgi discretus, altiore affectaretur philosophiam. Nam & in Actis sanctorum martyrum Indes & Domnæ hæc leguntur c: Aderant quidem impij candidis & magnificis vestibus celebrantes festum sui interitus: solus autem Indes atris indutus vestibus.] Rursus etiam in Actis sanctorum martyrum Galationis & Epistemes d, qui in Syria passi sunt, de Honofrio legitur, quod, ne detegeretur Christianus, alba induit vestimenta. Et sanctus Asterius de sancta Euphemia Chalcedonensi nobilissima martyre e, Adstabat, inquit, virgo pulla veste & pallio philosophiam proficente.]

c Apud Me- taphr. 28. De combr.

d Apud eum dem 5. Nou.

e Cæc. Nican. 2. Act. 4.

XIX. Verum non videtur fuisse hac in re omnium Ecclesiarum vna atque eadem obseruantia. Nam Clemens Alexandrinus, Christianus pædagogus f, qui Ægypti optimis moribus imbuere curauit Ecclesiam, magnopere suadet vt Fideles candidis vestimentis vtantur: cuius quidem institutione Christianos in Ægypto candidis vfos esse vestibus existimamus. Hinc illud accidit, cum sanctus Antonius martyrij subeundo immenso ardens desiderio, vt cognosceretur esse Christianus, alba induit indumenta. de quo Athanasius g: Candente præcinctus veste procedentem iudicem suo prouocabat aspectu, flagrans cupiditate martyrij.] Ceterum omnes vbique Christianos Baptismi tempore candidis amiciri solitos vestimentis, cum innumera Patrum testimonia de his suppetunt, tum etiam Rituales antiqui libri apertissimè docent.

g Clem. Alex. Pædag. lib. 2. & Athanas. in Vita S. Ant. vij.

XX. Reliquo autem tempore communiter nigris consueuisse vti indumentis, dum de Synio Nouatiano Episcopo Sozomenus scribit, demonstrat his verbis h: Rursum quodd assidue vtebatur veste candida, ex Catholicis quispiam ipsum disterio perstrinxerat. Ad quem ille: Tu, inquit, dicito vbi præceptum sit atram vestem indui oportere? Eo hæsitante, subiiciens, Tu quidem, inquit, istud ostendere non poteris: mihi verò Salomon ille sapientissimus præcepit, inquiens: Sint vestimenta tua semper candida.] hæc Sozomenus, & ipse Nouatianus homo, Nouatiano fauens. Sed quodd Asterius ait de Euphemia virgine pullo induta pallio, ex cultius vitæ genus eo indumento significatum esse; id ipsum quoque Romæ vfu receptum, Afellæ exemplo testatur sanctus Hieronymus i, dicens: Tunicam fusciorum, quam à matre impetrare non poterat, induta, pio negotiationis auspicio, se repente Domino consecrauit.] Sic igitur quodd nigri coloris indumentum, tessera quædam Christianæ philosophiæ esse videretur; non potius colorem tantum, sed luctuosæ vestis genus in illis reprehensum: nisi dicamus instar Ægyptiorum veste alba Christianos Afros solitos amiciri; ob idque datum illis crimini, quodd in funere nigram acciperent. Sed iam cceptam de peste prosequamur orationem.

h Sozom. lib. 8. cap. 1.

i Hier. ep. 15.

XXI. Grassabantur vna cum peste fames pariter (vt ex Dionysio vidimus) atque bella: nam Persarum morus recrudescabant, iamque Armeniam occupabant, Tyridate Rege fuga elapso, cuius filij ad hostes transierant. Scythæ prioribus victoriis audaciores facti, iam Macedoniam, Thessaliam, & Græciam incurfabant: aliaque nationes barbaræ sese in Romanum Imperium infuderant. Recenset hæc Zonaras k, dum res prosequitur Galli & Volusiani. Cum verò tot acerbissimis cladibus Romanum affectaretur Imperium, iis potissimum temporibus, quibus eius Imperatores publicis edictis deorum cultum magis magisque instaurare, qui iam propemodum frequentia Christianorum præterlapsus erat, & restituere conabantur, imperatisque omnibus sacrificiis, & vel iis, vel eorum sanguine, qui non facerent, deos placare studebant: tantum abest vt Gentiles facti sint prudentiores, explorata malorum causa, fuerintque his eruditi; vt potius Christianis acerbis insultarent; ipsosque, quodd deos contemnerent, malorum omnium esse causam, solito more iactarent, ac procacius exprobrarent.

k Zon. lib. 2. in Volus.

XXII. Cum verò hæc in Christianos per Demetrianum in Africa his diebus Proconsulem, atque alios Ethnicos, in dies magis magisque ipsorum omnium ore diffamarentur: sanctus Cyprianus l haud diutius ferenda censuit: qui eo argumento ad eundem apologeticam

l Cyprian. ad Demetrian.

A ticam & inuectiuam pariter scripsit orationem: in cuius exordio vir licet studio modestissimus, & natura placidissimus, tamen diuinæ religionis ardore succensus, sacerdotali vigore pollens, hæc prinxa celsiori animo intorquet in hostem insultantem fortissima verborum iacula: Oblatrantem te, & aduersus Deum, qui vnus & verus est, ore sacrilego & verbis impiis obstrepentem, frequenter Demetrianæ contempseram: verecundius ac melius existimans, errantis imperitiam silentio spernere, quam loquendo dementis insaniam prouocare.] ac post aliqua: Sed enim cum dicas, plurimos conqueri, quodd bella crebrius surgant, quodd lues, quodd fames sæuiant, quoddque imbres & pluuia serena longa suspendant, nobis imputari: tacere vltra non oportet: ne iam non verecundiæ, sed diffidentia esse incipiat, quodd tacemus; & dum criminationes falsas contemnimus refutare, videamur crimen agnoscere. Respondeo igitur & tibi Demetrianæ pariter & ceteris, quos tu forsitan concitasti, & aduersum nos odia tuis maledicis vocibus seminando, comites tibi plures radicis atque originis tuæ pullulatione fecisti; quos tamen sermonis nostri admittere credo rationem: nam qui ad malum motus est fallente mendacio, multo magis ad bonum mouebitur veritate cogente. Dixisti per nos fieri, & quodd nobis debeant imputari omnia ista, quibus nunc mundus quatitur & vrgetur, quodd dij vestri à nobis non colantur, &c.

QVID S. CYPRIANVS IN DEMETRIANVM PROCONSVLEM.

B Hanc autem calumniam cum pluribus diluit, tum etiam in ipsum ac reliquos impios cladium omnium culpam iure reicit, cum ait: Imperiosus, & nimius seruitutis exactor flagellas, verberas; fame, siti, nuditate, ferro frequenter & carcere affligis & crucias, & non agnoscis miser Dominum Deum tuum, cum sic exerceas in homines dominatum? Merito ergo incurstantibus plagis non desunt Dei flagella, nec verbera.] & post multa quæ de immanibus eorum sceleribus prolocutus est, ad ipsum sic orationem conuertit: Satis non est, quodd ipse tu Deum non colis: adhuc insuper eos qui colunt, sacrilega infestatione persequeris. Deum nec colis, nec coli omnino permittis: & cum ceteri, qui non tantum ista inepta idola, & manu hominis facta simulacra, sed & portenta quadam, & monstra venerantur, tibi placeant, solus displicet Dei cultor. Fumant vbique in templis vestris hostiarum busta, & rogi pecorum: & Dei altaria vel nulla sunt, vel occulta. Crocodili, & cynocephali, & lapides, & serpentes à vobis coluntur: & Deus solus in terris aut non colitur, aut non est impunè quodd colitur. Innoxios, iustos, Deo caros domopriuas, patrimonio spoliatis, carenis premis, carcere includis, bestiis, gladio, ignibus punis. Nec saltem contentus es dolorum nostrorum compendio, & simplici ac veloci breuitate pœnarum: admoues laniandis corporibus longa tormenta: multiplicas lacerandis visceribus numerosa supplicia: nec feritas atque immanitas tua vilitatis potest contenta esse tormentis, excogitat nouas pœnas ingeniosa crudelitas. Quæ hæc est insatiabilis carnificinæ rabies? quæ inexplebilis libido sæuitiæ?]

XXIII. CYPRIANI LIBERTAS IN DICENDO.

C His planè Cyprianus demonstrat, hæc à se scripta, persecutione sæuiente, quæ nec adueniente peste penitus remissa fuisse videtur: nam & de facinoribus, quæ grassante peste Gentiles admitterent, sprete legibus, iureque naturali conuulso, his verbis antè memineral: Pestem & luem criminariis, cum peste ipsa & lue vel detecta sint, vel aucta crimina singulorum, dum nec infirmis exhibetur misericordia, & defunctis auaritia inhiat ac rapina: iidem ad pietatis obsequium timidi, ad impia lucra temerarij, fugientes morientium funera; & appetentes spolia mortuorum: vt appareat, in aegritudine sua miseros ad hoc forsitan derelictos esse, ne possint, cum curantur, euadere.]

XXIV. QUÆ GENTILES TEMPORE PESTIS.

D Ac rursus de eius iniustitia & immanitate in quæstionibus exhiberi solitis, hæc addit: E Quin potius elige tibi alterum de duobus. Christianum esse, aut est crimen, aut non est. Si crimen est, quid non interficis contentem? Si crimen non est, quid persequeris innocentem? Torqueri enim debui, si negarem. si pœnam tuam metuens, id quodd prius fueram, & quodd deos tuos non colueram, mendacio fallente celarem: tunc torquendus fuisset; tunc ad confessionem criminis vi doloris adigendus, sicut in ceteris quæstionibus torquentur rei, qui se negant crimine quo accusantur, teneri; vt facinoris veritas, quæ indice voce non promitur, dolore corporis exprimatur. Nunc verò cum sponte confitear & clamem, & crebris ac repetitis identidem vocibus Christianum me esse confitear; quid tormenta admoues contenti, & deos tuos non in abditis & secretis locis, sed palam, sed publicè, sed in foro ipso, magistratibus & Præsidibus audientibus, destruenti vt, etsi parum fuerat quodd in me criminaberis, creuerit quodd & odisse & punire plus debeas; quodd dum me Christianum celebri loco, & populo circumstante pronuntio, &

XXV. S. CYPRIANI DILEMMA.

vos & deos vestros clara & publica prædicatione confundo. Quid te ad infirmitatem A corporis vertis? quid cum terrenæ carnis imbecillitate contendis? Cum animi vigore congregere, virtutem mentis infringe, fidem destrue; disceptatione, si potes, vince, vince ratione. Vel, si quid diis tuis numinis & potestatis est, ipsi in vltionem suam surgant, ipsi se sua maiestate defendant: aut quid præstare colentibus possunt, qui se de non colentibus vindicare non possunt?] hæc & alia Cyprianus, eodem planè argumento, quo & Tertullianus in Apologetico in Pontifices inuehitur.

XXVI.
EXORCISMUS
CHRISTIANI
NORVM DAE
MONES TOR
QUERI.

Exprobrans deinde pluribus imbecillitatem ipsorum deorum, ad experimentum Demetrianum prouocans, hæc iniuncto robore animi improperat, dicens: Pudeat te eos colere, quos ipse defendis: pudeat tutelam de iis sperare, quos tu ipse tueris. O si audire eos velles, & videre quando à nobis adiurantur, & torquentur spiritalibus flagris, & verberum tormentis de obsessis corporibus eiiciuntur: quando eiulantes & gementes voce humana, & potestate diuina flagella & verbera sentientes, venturum iudicium consistentur. Veni & cognosce vera esse quæ dicimus. Et quia sic deos colere te dicis, vel ipsis, quos colis, crede: aut & si volueris & tibi credere, de te ipso loquetur, audiente te, qui nunc tuum pectus obsedit, qui nunc mentem tuam ignorantia nocte cæcauit: videbis nos rogari ab eis, quos tu rogas: timeri ab eis, quos tu adoras: videbis sub manu nostra stare vinctos, & tremere captiuos, quos tu suscipis & veneraris vt dominos. Certè vel sic confundi in istis erroribus tuis poteris, quando conspexeris & audieris deos tuos, quid sint, interrogatione nostra statim prodere, & præsentibus licet vobis, præstigias illas & fallacias suas non posse celare.] hæc magnis spiritibus Cyprianus, simulque ingenti fiducia, probè sciens Ethnicum hominem à dæmone possideri, qui, Christi audito nomine, quis sit, fateri (licet ipso obsessio aduerfante) cogatur. C

XXVII.
DEI VINDICTA
IN PERSECUTORES
SEMPER IN
PROMPTV.

Quòd demum numquam Deus inultam Christianitatem tormentis expositam reliquit, eadem libertate, qua cetera, demonstrans, hæc ait: Lædere seruos Dei & Christi persecutionibus tuis desine, quos læsos vltio diuina defendit. Inde est enim quòd nemo nostrum, quando apprehenditur, reluctatur: nec se aduerfus iniustam violentiam vestram, quamuis nimis & copiosus noster sit populus, vlciscitur. Patientes facit de securura vltione securitas: innocentes nocentibus cedunt: in fontes pœnis & cruciatibus acquiescunt: certi & fidentes quòd inultum non remaneat quodcumque perpetimur, quantoque maior fuerit persecutionis iniuria, tanto & iustior fiat & grauior pro persecutione vindicta. Nec vnumquam impiorum scelere in nostrum nomen exurgitur, vt non statim diuinitus vindicta comiteretur. Vt memorias taceamus antiquas, & vltiones pro cultoribus Dei sæpè repetitas, nullo vocis præconio reuoluamus; documentum recentis rei factis est, quòd sic celeriter, quòdque in tanta celeritate sic granditer nuper secuta defensio est, ruinis Regum, iacturis opum, dispendio militum, diminutione castrorum. Nec hoc casu accidisse aliquis existimet, aut fuisse fortuitum putet; cum iam pridem Scriptura diuina posuerit, & dixerit: Mihi a vindictam; ego retribuam.] hæc Cyprianus, planè intelligens de hæc Deciorum patris & filij Imperatorum, quando (vt dictum est) tam ingens clades pestum dedit Romanum Imperium; non autem de occisione Galli & Volufiani Augultorum, quorum obitu (vt demonstrabimus) pariter persecutio extincta est.

Deut. 32.

XXVIII.
DIVERSA
CAUSA GEN
TILIVM ET
FIDELIVM
IN PATIEN
DO.

Sed cum eiusmodi in flicte diuinitus plagæ in vltionem effusi sanguinis Christiani à Cypriano dicerentur, iisdemque equè Christiani affligi viderentur, ac proinde non pro eis vlciscendis, quæ eos quoque pertingerent, dici possent immissæ: ad hæc Cyprianus respondens, satisfacit his verbis: Nec idèd quis putet Christianos iis quæ accidunt non vindicari, quòd & ipsi videantur accidèrium incurfatione perstringi: pœnam de aduerfis mundi ille sentit, cui læritia & gloria omnis in mundo est: ille mœret & desier, si sibi malè sit in sæculo, cui benè non potest esse post sæculum, cuius viuendi fructus omnis hic capitur, cuius omne solatium hic finitur, cuius caduca & breuis vita hic aliquam dulcedinem computat & voluptatem; quando istinc excesserit, pœna iam sola superest ad dolorem. Ceterum nullus iis dolor est de incurfatione malorum præsentium, quibus fiducia est futurorù bonorum. Denique nec consternamur aduerfis, nec frangimur, nec dolemus, neque in vlla aut rerum clade, aut corporum valetudine mustitamus, spiritu magis quàm carne viuentes: firmitate animi infirmitatem corporis vincimus. Per ipsa quæ vos cruciant & fatigant, probari & corroborari nos scimus & fidimus. Putatis nos aduerfa vobiscum equaliter peteti, cum eadem aduerfa videatis à nobis & vobis non æqualiter sustineri? Apud

Apud vos impatientia clamosa semper & querula est; apud nos fortis & religiosa patientia quieta semper, & semper in Deum grata est: nec quisquam istinc legitum aut prosperum sibi vendicat, sed miuis & lenis, & contra omnes fluctuantis mundi turbines stabilis diuinæ pollicitationis tempus expectat.] & paulò post: Non ergo idcirco compares vobis & æquales sumus, quia in isto adhuc mundo & carne hac constituti, mundi & carnis incommoda vobiscum pariter incurrimus: nam cum in sensu doloris sit omne quod punit, manifestum est, eum non esse participem pœnæ tuæ, quem tecum videas non dolere. Viget apud nos spei robur, & firmitas fidei: & inter ipsas labentis sæculi ruinas erecta mens est, & immobilis virtus, & numquam non læta patientia, & de Deo suo semper anima secura.] hæc & alia multa Cyprianus aduerfus Demetrianum inculcat, dignam planè tanto sacerdote aduerfus Gentiles pro Christianis scriptam defensionem.

XXIX.

QUAR PARTI
TIENTES
MALA RO
BORENT
CHRISTIA
NOS.

Lactantius autem aliquid amplius in ea desiderasse se dicit: nimirum vt aliis argumentis, quàm ex Scriptura petitis, cui ille non crederet, vsus esset; eumque rudem communioribus rationibus informasset, & facillioribus principiis instituisset. Verum (vt appareret) non eius generis ea fuit oratio, nec Cyprianus illud habuit in consilio, vt Demetrianum vel alios Gentiles ad Christianam fidem capessendam ea præcipuè instrueret, sed vt ab eis in Christianos obiectas calumnias confutaret. At nec in eo opere eam visus est suscepisse prouinciam, vt omnia à Gentilibus obiici solita, oratione illa rescleretur; sed tantum quæ ingruentis pestis, famis, & belli occasione in Christianos à Gentilibus iactabantur: viturque ad ea redarguenda cum ex ratione petitis argumentis, tum diuinis Scripturis ratione quoque nitentibus, atque propheticè aliquid pronuntiantibus, ac proinde ad persuadendum valde accommodatis, cum demonstraret tam impletum, quod fuerat antè prædictum. Nisi enim prophetiæ vnde cumque petire, magnam vim ex diuino numine comparatam, ad persuadendum habere, ab ipsis quoque Gentilibus noscerentur; nequaquam (quod dictum est superius) proscripserat fuisse Imperatorum edictis.

XXX.
Lactant.
lib. 5. cap. 4.
CYPRIANI
DEFENSIO
DE SCRIPTO
LIBELLO.

Hoc eodem anno, qui sedis Cypriani sextus adnumeratur, rursus ipse à schismaticis pressuram patitur, nouis calumniis eum insectantibus: quas vnus ex illis, nomine Florentius Pupianus, scriptis ad eum litteris, consarcinauit; magnoque factu, perinde ac si iudex illius esset, vt se illis purgaret, admonuit. Ad quem sanctus Cyprianus rescribens (vt pat erat) ironia semper eluist; & sui erroris, quòd se emendaret, prudenter admonuit. Sed quod ad tempus spectat quo hæc acciderunt, insinuandum: ea ad ipsum scripta pertinent, quibus ait: Quis enim hic est superbiæ tumor, quæ arrogantia animi, quæ mentis inflatio, ad cognitionem tuam præpositos & sacerdotes vocare: ac nisi apud te purgati fuerimus, & sententia tua absoluti, ecce iam sex annis nec fraternitas habuerit Episcopum, nec plebs præpositum, nec grex pastorem, nec Ecclesia gubernatorem; nec Christum Antistitem, nec Deus sacerdotem? Subueniat Pupianus, & sententiam dicat, & iudicium Dei & Christi in acceptum referat; ne tantus Fidelium numerus, qui sub nobis accersitus est, sine spe salutis & pacis exisse videatur: ne nouus credentium populus nullam per nos consecutus esse Baptismi & Spiritus sancti gratiam indicetur; ne tot lapsis & pœnitentibus pax data, & communicatio nostra examinatione concessa, iudicij tui auctoritate soluarur. Annue aliquando, & dignare pronuntiare de nobis, & Episcopatum nostrum cognitionis tuæ auctoritate firmare; vt Deus & Christus eius agere tibi gratias possint, quòd per te sit Antistes & rector altari eorum pariter & plebi restitutus.] his & aliis sanè perquam lepidis ironiis superbiæ mentis tumorem procacissimi hominis grauissimè deprimit.

XXXI.
CYPRIANVS
QUOMODO
AGAT CVM
SCHISMAT
ICIS.
Cypri. ep. 69.

Cypri. libid.

At rursus inferius: Quare Ecclesiæ denique vniuersæ per totum mundum nobiscum vnitatis vinculo copulatæ? nisi si omnes isti communicantes mecum secundum quod scripsisti, polluto nostro ore polluti sunt, & spem vitæ æternæ communicationis nostræ contagione perdididerunt; Pupianus solus integer, inuiolatus, sanctus, pudicus, qui nobis miscere se noluit, in Paradiso & in regno cælorum solus habitauit. Scripsisti quoque, quòd Ecclesiæ nunc propter me portionem sui in disperso habeat: quando omnis Ecclesiæ populus & collectus sit, & adunatus, & indiuidua concordia sibi iunctus, soli illi foris remanserint, qui etsi intus essent, eiiciendi fuerant.] Sed & eius retundit audaciam, dum superius ait: Inde enim schismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur, dum Episcopus, qui vnus est & Ecclesiæ præest, superba quorundam præsumptione contemnitur; & homo dignatione Dei honoratus, indignus hominibus iudicatur.] & post multa:

XXXII.
SCHISMA
TVM ET
HAERESVM
CAUSA.

CHRISTI
256.LVCII PAP.
I.GAL. & VOLVS. IMPP.
3.

multa: Loquitur (inquit) ille Petrus, super quem ædificata fuerat Ecclesia, Ecclesie A nomine docens & ostendens, quia etfi contumax & superba obaudire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamen à Christo non recedit: & illi sunt Ecclesia, plebs sacerdoti adunata, & paltori suo grex adhærens. Vnde scire debes, Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo; & sic qui cum Episcopo non sit, in Ecclesia non esse: & frustra sibi blandiri eos qui pacem cum Dei sacerdotibus non habentes obrepunt, & latenter apud quosdam communicare se credunt.]

XXIII.
SINE SATISFACTIO-
NE MEMI-
NEM RECIPIT

Quid demum ipse agere debeat, vt in Ecclesiasticam communionem, à qua abhorret, recipi mereretur, sic docet: Quamobrem, frater, si maiestatem Dei, qui sacerdotes ordinat, cogitaueris; si Christum, qui arbitrio & nutu ac præsentia sua & Præpositos ipsos, & Ecclesiam cum Præpositis gubernat, aliquando respexeris; si de innocentia sacerdotum non humano odio, sed diuino iudicio credideris; si temeritatis & superbie atque insolentie tuæ agere vel serò pœnitentiam cœperis; si Deo & Christo eius, quibus seruiuo, & quibus puro atque immaculato ore sacrificia & in persecutione pariter & in pace indefinenter offero, plenissime satisfeceris: communicationis tuæ poterimus habere rationem, manente tamen apud nos diuina censure respectu & metu, vt prius Dominum meum consulam, an tibi pacem dari, & te ad communicationem Ecclesie suæ admitti, sua ostensione & admonitione permittat.] hæc ipse.

XXIV.
VINDICAT
DEVS SACER-
DOTES SVOS.

Sanè quidem sic comparati erant sanctissimi Præsules, vt in omnibus Deum consulerent; & quid agere deberent, ab eodem æquè responsum acciperent. nam subdit: Memini enim quid iam mihi sit ostensum, immò quid seruo obsequenti & timentis de Dominica & diuina auctoritate præceptum: qui inter cetera quæ ostendere & reuelare dignatus est, & hoc addidit: ITA QVE QVI CHRISTO NON CREDIT SACERDOTE M FACIENTI, POSTEA CREDERE INCIPIT SACERDOTE M VINDICANTI. Quamquam sciam somnia ridicula & visiones ineptas quibusdam videri; sed vtiq; illis, qui malunt contra sacerdotes credere, quàm sacerdoti.] hæc & alia Cyprianus, qui denique hac periodo claudit epistolam: Habes tu litteras meas, & ego tuas. In die iudicii ante tribunal Christi vtræque recitabuntur.] Videas igitur ex his sanctissimum Præsulem eodem tempore Cyprianum persecutione, peste, & schismaticorum calumniis exagitatum aduersa omnia inuicto animi robore superantem. Sed iam cetera prosequamur.

XXV.
GALLVS ET
VOLVSIA-
NVS OCCISIa Aurel. VIII.
in Gallo.
b Eutrop. lib. 9.
c Oros. lib. 7.
cap. 21.
d Euseb. lib. 7.
cap. 9.
e Epiph. lib.
de mensur.
cap. 10.

Quod ad Demetrianum Proconsulem scribens fuerat contestatus, numquam inultum iuisse Deum Christianum sanguinem, re ipsa impletum est, occisis ipsis Imperatoribus Gallo atque Volusiano. De quorum necis tempore quòd diuersæ reperiantur scriptæ sententiæ, hic paulò accuratius, ad rectam chronologiam statuendam, agendum est. Aurelius Victor^a hos imperasse biennium tradit: Eutropius^b verò dictum tempus non expleisse testatur: id ipsum Orosius^c: & Eusebius in Chronico tribuit eisdem annos duos, & menses quatuor, in historia^d autem vix biennio integro imperasse affirmat. Consentit^e Epiphanius cum Eusebio in eo, quod in Chronico dicit de annis duobus & mensibus quatuor; pariter & Cassiodorus in Chronico. Quòd verò horum tempora obscura, scriptorum antiquorum res ab eis gestas fusiùs tractantium inopia, remanserint; ea ratione in eam visi sunt de biennij tempore sententiam conspirasse, quòd duo tantum reperiantur ab iis administrati Consulatus. Sed ex iteratis Consulatus numerare annos Imperatorum, quàm sit fallax, nemo non videt. Quamobrem alia longè certior ac exploratior de horum Imperij annis ratio est ineunda, eademque ex antiquioribus inscriptionibus comparata. Qui enim diligenti studio nummorum antiquorum, aliorumque veterum monumentorum collegerunt inscriptiones, planè habent vnde certa de Imperij Galli & Volusiani annis possit haberi cognitio. Nam, vt de Gallo primum agamus, à secundo eius Consulatu eiusmodi inscriptione numismata notata habentur:

XXVI.
DE ANNIS
IMPERII
GALLI ET
VOLVSIA-
NVMISMATA.

2. IMP. CÆS. C. VIB. TREBONIANVS GALLVS. P. M. TR. P. II. COS. II. P. P.] & Græcè item:

ΑΤΤ. Κ. Γ. ΟΥΙΒΙΟΣ ΤΡΕΒΩΝ. ΓΑΛΛΟΣ ΣΕΒ. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥΣ Β.
Hic est secundus eius Imperij annus, cum secundum gessit Consulatum. Tertius verò sic exprimitur:

3. IMP. C. C. VIB. GALLVS P. F. AVG. P. M. TR. P. III. C. II. P. P.] qui autem Græcè est inscriptus, sic habet:

ΑΤΤ.

CHRISTI
256.LVCII PAP.
I.GAL. & VOLVS. IMPP.
3.

A ΑΤΤ. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΤΡΕΒΩΝΙΑΝ. ΓΑΛΛΟΣ ΣΕΒ. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥΣ Γ.
hic igitur est tertius annus eius Imperij. Sequitur & quartus, qui iisdem litteris consignatur:

4. IMP. C. C. VIB. TREB. GALLVS P. F. AVG. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P.] Græcè sic:

ΑΤΤ. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΤΡΕΒΩΝΙΑΝ. ΓΑΛΛΟΣ ΣΕΒ. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥΣ Δ.
Sed & in Volusiano eius filio quatuor item anni eius Imperij reuoluti leguntur, his scilicet litteris ex antiquis numismatibus scriptis:

IMP. C. C. VIB. VOLVSIANVS AVG. PONTIF. TR. P. COS.] hic primus annus eius Imperij, quo Consul suffectus habetur, quòd tunc tertius Consulatus Decij nomen anno dedisset. Eadem quoque inscriptio Græcè sic habet:

B ΑΤΤΟΚ. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΟΥΛΑΟΥΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥΣ ΤΥΠΑΟΣ.
Secundus verò annus sic exprimitur:

2. IMP. CÆS. C. VIB. VOLVSIANO AVG. PONT. TR. P. II. COS. II.] Tertius in hunc modum:

3. IMP. C. C. VIB. VOLVSIANVS AVG. P. M. TR. P. III. COS. II.] sed & quartus sic:

4. IMP. CÆS. C. VIB. VOLVSIANO AVG. P. M. TR. P. IIII. COS. II.]

Ex his igitur videas, Gallum & Volusianum, quos omnes biennio vel paulo amplius regnasse tradunt, ad quatuor annos Imperium propagasse: & ne quis imposturam suspicetur de nummorum inscriptione quæ à nobis sunt posita, habet quos consular, nempe Huberti Goltzj Thesaurum Rei Antiquariæ, & Adolphum Occonem. edidit vtrumque Plantinus anno salutis M. D. LXXIX. His igitur tam perspicuè demonstratis, de eorum obitu sequenti anno, qui numeratur eorundem Imperij quartus, suo loco dicemus.

Sed vnde etiam error irreperit, vt, quòd certum sit annos quatuor eosdem imperasse, non nisi biennium eorum Imperio tribuatur, aperiam. Quoniam enim accidit, vt iisdem imperantibus, Valerianus ab Alpinis militibus acclamatus Imperator, consecutus sit pariter Tribunitiam potestatem, ex qua anni (vt dictum est sæpius) cuiusque Imperatoris numerari consueuerunt: qui legerunt primum Consulatum Gallieni (qui regnabat vnà cum patre) in antiquis inscriptionibus poni cum Tribunitia potestate tertium iterata auspiciati sunt Valeriani & Gallieni Imperium in fine anni superioris: nam qui sequenti anno ponitur Consulatus Gallieni vnà cum patre, tertiam habet inscriptam Tribunitiam potestatem, & sic eodem incremento reliquos Consulatus auctos itidem Tribunitia potestate sæpius repetita: qua ratione qui præsentem annum numerabant secundum Valeriani & Gallieni Imperatorum, dixerunt, vt Eutropius, Gallum & Volusianum imperasse non expleto biennio. Citatas verò à nobis inscriptiones suo loco ponemus. Sic igitur (vt dictum est) qui annos Valeriani & Gallieni numerarunt à prima Tribunitia potestate, tot annos ab Imperio Galli & Volusiani dempsisse oportuit, quot viuentibus adhuc illis tribuerunt regno Valeriani & Gallieni. Valerianum verò, viuentibus Gallo & Volusiano, Imperatorem ab exercitu acclamatum (cum eius Imperij exordia obscurissima sint) ex nummorum inscriptionibus exploratum redditur. Sed de his pluribus anno sequenti.

Hoc eodem anno Domini ducentesimo quinquagesimo sexto, testatur^a Eusebius xxxviii. Origenem extremum clausisse diem, nam ait: Origenes eodem tempore, cum ad sexagintanovem annos vitam propagasset, ex hac luce migravit.] Cum autem eiusdem Eusebij testimonio de Origene constet, anno decimo Seueri Imperatoris, quo Leonides eius pater vita functus est, ipsum tunc egisse annum ætatis decimumseptimum; si his quinquagintaduos addas annos, qui intercurrunt ab eo tempore vsque in præsentem annum, planè numerabuntur ætatis Origenis anni sexagintanovem. Qui igitur viuens (vt vidimus) in scribendo sæpè est redargutus erroris, nempe à Demetriano Alexandrino Episcopo, & aliis, adeò vt apud Fabianum Papam causam dicere coactus fuerit, multo amplius post mortem est hæreseos accusatus. Quamobrem pluribus opus habuit Apologiis, quarum primam à Pamphilo martyre conscriptam Eusebius^b testatur. At Hieronymus^c licet aliquando id affirmarit, tamen non leuibus rationibus in dubium postea reuocauit, ad Pammachium & Oceanum^d scribens de erroribus Origenis, & in Apo-

XXVII.
ERRORIS
OCCASIO
VNDE OR-
TA.ORIGENIS
OBITU.
Euseb. lib. 7.
cap. 1.Euseb. lib. 6.
cap. 26.
Hieron. de
scrip. eccl. in
Pamph. s. 65.
Att. ep. 05.

Apo-

Apologia aduersus Ruffinum, vbi de ea Pamphili nomine vulgata, errore se deceptrum A tradit, vt hoc diu existimavit. sic enim ait :

XXXIX.
DE APOLO-
GIA PAM-
PHILI PRO
ORIGENE.

Postquam Eusebij asseruerim illum esse, non Pamphili; ad extremum dixerim etiam me annos plurimos hoc putasse, quod Pamphili fuerit, & ad exemplar huius voluminis mutuatum: vide quantum timeam cachinnos tuos, vt etiam nunc eadem ingeram de tuo codice, quod quasi Pamphili exemplar accepimus. Credidi Christiano, credidi monacho: non putavi a te tantum sceleris posse confingi. Postea verò per interpretationem tuam, quaestione contra Origenem toto Orbe commota, in quaerendis exemplaribus diligentior fui. Et in Caesariensi bibliotheca Eusebij sex volumina reperi *Ἀπολογία* *Ἐπιφάνους*: quæ cum legissem, primum eum libram deprehendi, quem tu solus sub nomine martyris edidisti de Filio & Spiritu sancto, in bonam partem plerisque blasphemis commutatis: & hoc vel Didymum, vel te, vel alium fecisse nescio quem: quod tu B apertissimè in libro Periarchon fecisse conuinceris: maximè cum idem Eusebius (vt in duobus libris docui) scribat Pamphilum nihil proprii operis edidisse. Dic ergo & tu, à quo exemplar acceperis: nec mihi ad subterfugendum crimen mortuos aliquos nomines, vt, cum auctorem ostendere non poteris, illum proferas qui non possit respondere.] hucusque Hieronymus.

XL.
*Euseb. lib. 6.
cap. 20.
APOLOGIA
EUSEBII
PRO ORI-
GENE.
*Euseb. lib. 6.
cap. 29.

c Gelas. in
Concl. Rom.
decret. de
lib. agocr.

Sanè quidem suam esse Apologiam testatur Eusebius, quam tamen scripsit adiutus à Pamphilo martyre. Hæc enim sunt verba Eusebij ^a: Quæ autem de eius rebus gestis sunt ad cognoscendum necessaria, ea ex Apologia, quæ à nobis Pamphili sancti nostri temporis martyris operâ adiutis elucubrata est (illam enim ego & Pamphilus, quò ora maleuolorum obtrectatorum famæ Origenis detrahentium, obturaremus, mutuis vigiliis accuratè elaborauimus) licet facillè colligere.] Et inferius ^b eam à se scriptam docet his verbis: Horum certa habes argumenta in libro sextæ Apologiæ, quæ in Origenis defensionem à nobis scripta est.] hæc ipse. Sicque obtinuit vsus, vt Eusebij potius, quàm Pamphili nomine ea diceretur Apologia. Meminit eiusdem lucubrationis Gelatius ^c, qui eam nominat, Eusebij librum pro excusatione Origenis. Vulgata quoque extat pro eodem Ruffini Apologia, sed à S. Hieronymo in multis reprehensa. Hæc verò olim ad Hieronymi vsque tempora fortasse licitè facta sunt. Sed miratus sum vehementer, post damnationem eius ab Anastasio Papa Pontificia auctoritate inflictam, post eiusdem reprobationem in Sexta Synodo pronuntiatam, post tot antiquorum Patrum in idipsum conspirantes sententias, adhuc recentiores quosdam aulos esse pro eodem nouas edere Apologias, & auctoritate totius Catholice Ecclesiæ iudicatas sæpius controuersias denuò temere excitare, quod visus est fecisse haud pridem Sixtus Senensis. D

XLI.
NON LECTIO
PENITVS,
SED TAN-
TVM FERRO-
RES ORIGE-
NIS VETITI
* Epiph. ha-
res. 64. &
Ruffin. in
Apolog.
* Hieron.
epist. 62. &
apolog. ad-
uers. Ruffin.
lib. 2.

Ceterum eius operum lectionem, sicut nec Tertulliani, vel horum similibus, non inuenimus penitus improbatam: licet, quod spectat ad dogmata, ea sit de eius scriptis censura Gelasij, vt illa tantum quæ sanctus Hieronymus non repudiat, dicat esse suscipienda, reliqua verò cum suo auctore reiicienda. Sed de his alijs pluribus, cum ea controuersia sæpius in Ecclesia agitata est, & errores eius omnes sigillatim enumerati: agitur enim de his pluribus inferius quarto, quinto, atque sexto Annalium tomis. Seriem librorum eius tum Eusebius, tum alij plures descripserunt, quæ primo ipsius tomo habetur præfixa. Quòd autem tradat Epiphanius ^d & alij, scripta fuisse ab eo librorum sena millia, S. Hieronymus ^e haud facillè credit.

XLII.
* Vincent. Li-
vinus. contr.
heres. c. 23.
LAPSVORI-
GENIS ALIO-
RYM CAV-
TIO FUIT.

Magnam sanè fuisse tanti viri lapsum in Ecclesia Dei offensionem atque tentationem, pluribus docet Vincentius ^f Lirinensis. Fuisse eam pariter constat & saluberrimam comonitionem; ne videlicet quempiam quantumlibet eruditum virum sibi quis sequendum suscipiat, quem non insistere vestigijs sanctorum Patrum inuenerit. Sed quæ hoc argumento ab eo dicta sunt, hic, cum de eiusdem Origenis morte agitur, veluti corollarium ex insignioribus animi eius dotibus intextum, proferre, tractatione nostra dignum ducimus atque proficuum. Ostenso igitur pluribus primùm magnam esse in Ecclesia tentationem, cum magister, qui alios docet, errat, idem hæc subdit:

XLIII.
ORIGENIS
EXCELLEN-
TIA.

Sed ego ita arbitror, quòd cum multos in hoc tentandi genere proferre valeamus, nemo penè sit, qui Origenis tentationi valeat comparari; in quo plura adeò præclara, adeò singularia, adeò mira extiterunt, vt inter initia habendam cunctis assertionibus eius fidem, quiuis facillè iudicaret. Nam si vita facit auctoritatem; magna illi industria, magna pudicitia, patientia, tolerantia. Si genus, vel eruditio; quid eò nobilius, qui primùm in

A in ea domo natus est, quæ est illustrata martyrio? Deinde pro Christo non solum patre, sed omni quoque facultate priuatus, tantum inter sanctæ paupertatis profecit angustias, vt pro nomine Dominicæ confessionis sæpius (vt ferunt) affligeretur. Neque verò hæc in illo sola erant, quæ cuncta postea tentationi forent: sed tanta vis ingenij, tam profundi, tam acris, tam elegantis, vt omnes penè multum longeque superarit: tanta doctrina, ac totius eruditionis magnificentia, vt pauca forent diuinæ, penè fortasse nulla humanæ philosophiæ, quæ non penitus assequeretur. Cuius scientiæ cum Græci non cederent *, & Hebræa quoque elaborata sunt. Eloquentiam verò quid memorem, cuius fuit tam amœna, tam læta, tam dulcis oratio, vt mihi ex ore ipsius non tam verba, quàm mella quædam fluxisse videantur? Quæ non ille persuasum difficilia disputandi viribus elimuit? Quæ factu ardua, non vt facillima viderentur, effecit? Sed forsitan argumentorum tantummodò nexibus assertiones suas texuit. Immo planè nemo vquam magistrorum fuit, qui pluribus diuinæ legis vteretur exemplis.

B Sed, cedo, pauca conscripsit? Nemo mortalium plura: vt mihi sua omnia non solum non perlegi, sed ne inueniri quidem posse videantur. Cui ne quidquam ad scientiæ instrumenta deesset, etiam plenitudo exabundauit ætatis. Sed forsitan discipulis parum felix. Quis vquam felicior? nempe innumeri ex sinu suo doctores, innumeri sacerdotes, confessores, & martyres extiterunt. Iam verò quanta apud omnes illius admiratio, quanta gloria, quanta gratia fuerit, quis exequi valeat? Quis non ad eum paulò religiosior ex ultimis mundi partibus aduolauit? Quis Christianorum non penè vt prophetam, quis philosophorum non vt magistrum veneratus est? Quam autem non solum priuatæ conditioni, sed ipsi quoque fuerit reuerendus Imperio, declarant historiæ, quæ eum à matre Alexandri Imperatoris accitum ferunt, cælestis vtique sapientiæ merito, cuius & ille gratia & amore flagrabat. Sed & eiusdem epistolæ testimonium perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Principum Christianus fuit, Christiani magisterij auctoritate conscripsit. De cuius incredibili quadam scientia, si quis, referentibus nobis, Christianum non accipit testimonium, saltem testificantibus philosophis, Gentilem recipiat confessionem. Ait namque impius ille Porphyrius, excitum se fama ipsius, Alexandriam ferè puerum perrexisse, ibique eum vidisse iam senem, sed planè talem tantumque, qui arcem totius scientiæ condidisset.

C Dies me citius defecerit, quàm ea quæ in illo viro præclara extiterunt, vel ex minima saltem parte perstringam: quæ tamen non solum ad religionis gloriam, sed etiam ad tentationis magnitudinem pertinebant. Quotus enim quisque tanti ingenij, tantæ doctrinæ, tantæ gratiæ virum à se facillè deponeret; ac non potius illa vteretur sententia, se cum Origene errare malle, quàm cum alijs vera sentire? Et quid plura? ed res decidit, vt tantæ personæ, tanti doctoris, tanti prophetæ, non humana aliqua, sed (vt exitus docuit) nimum periculosa tentatio plurimos à fidei integritate deduceret. Quamobrem hic Origenes tantus ac talis, dum gratia Dei insolentius abutitur, dum ingenio suo nimum indulget, sibi que satis credit; cum parupendit antiquam Christianæ religionis simplicitatem, dum se plus cunctis sapere præsumit, dum Ecclesiasticas traditiones & veterum magisteria contemnens, quædam Scripturarum capitula nouo more interpretatur: meruit vt de se quoque Ecclesiæ Dei diceretur: Si surrexit in medio tui propheta. Et paulo post: Non audies (inquit) verba prophetæ illius. Et item: Quia tentat vos, inquit, Dominus, vtrum diligatis eum, an non. Verè non solum tentatio, sed etiam magna tentatio, deditam sibi atque à se pendentem Ecclesiam admiratione ingenij, scientiæ, eloquentiæ, conuersationis & gratiæ, nihil de se suspicantem, nihil se verentem, subito à veteri religione in nouam profanitatem sensim paulatimque traducere. Sed dicit aliquis, corruptos esse Origenis libros. Non resisto, quin potius & malo: nam id est à quibusdam & traditum & scriptum, non Catholicis tantum, sed etiam hæreticis.

D Sed illud est, quod nunc debemus aduertere; etsi non ipsum, libros tamen sub nomine suo editos magne esse tentationi; qui multis blasphemiarum vulneribus scateantes, non vt alieni, sed quasi sui & leguntur, & amantur: vt etsi in errore concipiendo Origeni non fuit sensus, ad errorem tamen persuadendum Origenis auctoritas valere videatur.] hucusque Vincentius. Cuius de Origene sententiam, non ea tantum quæ ad suam vsque gratem (æqualis enim fuit Augustini) de magnorum virorum lapsum contigerunt, sed & quæ postmodum secuta sunt innumera Orthodoxorum funera ex Origenis lectione illata, *Annal. Eccl. Tom. 2.* V v vera

XLIV.
SCRIPTA AB
ORIGENE.

XLV.
ORIGENES
EXCELLEN-
TIA.

XLVI.
MULTIS CAV-
SARVINAE.

vera esse, quam plurima experimenta probarunt. Inualuit penes antiquos de Origene illa quoque sententia à Cassiodoro a recitata, qua ait: De Origene conclusiuè dictum est: Vbi bene, nemo melius: vbi male, nemo peius. Et idè cantè sapienterq̃ue legendus est: vt sic inde succos saluberrimos aslumamus, nec pariter eius venena perfidia, vitæ nostræ contraria, sorbeamus. Cui & illud conuenienter aptari potest, quod Virgilius, dum Ennium legeret, à quodam quid faceret inquisitus, respondit: Aurum ex stercore quæro.] hæc Cassiodorus: qui (vt ibidem testatur) eiusdem Origenis opera (ne inter legendum quis incautus offenderet) crucis signo & ea notauit loca, quæ lector prudens, vt prauè doctrinæ foueam, sibi transfilienda cognosceret.

Scimus à nonnullis duos constitui Origenes: quorum alter Adamantius, de quo est sermo, dictus sit, alter verò planè ignotus, ex quo Origenistæ Turpes sunt cognominati, quòd sese Gnosticis turpissimis addixerint: hi enim, cum matrimonium damnarent, in omnium libidinum cæno velut sues volutabantur: horum meminerunt Epiphanius b & Augustinus c. Qui autem sectati sunt Origenis Adamantij errores, Origenistæ simpliciter dicti sunt, aduersus quos longa admodum & periculosa fuit Ecclesiæ concertatio: diutius enim hi perseuerarunt, ac damnati sapius reuixerunt; de quibus opportuniori loco dicendum erit. Quod ad duplices Origenistas spectat: existimamus hæc quæ dicuntur de duobus Origenibus, esse commentum, nec nisi vnum Adamantium extitisse aliquando Origenem. Qui verò alium effinxere: idèd fecisse putamus, vt de Origene labes aspersas in illum egerent: vel quòd Gnostici fortasse, pertasi sui nominis tot sceleribus longo tempore infamati, ab Origene nomen sint mutuati: vel etiam qui Origenis errores sectati, in deterius prolapsi, etiam Gnosticorum sordibus sint infecti; & ad differentiam aliorum Origenistarum, Turpes à dogmate, non ab auctore, Origenistæ (quod verius existimamus) sint dicti. At hæc iam de Origene, cuius obitum hoc anno recensimus, satis. Decuit planè eiusdem admonitione Vincentij, veluti sepulchrali titulo, sic tanti viri memoriam profequi, vt eiusdem erudiamur exemplo, in Ecclesia Catholica illam regiam esse viam, quæ antiquarum traditionum recto deducta filo, & sanctorum Patrum noscitur esse impressa, vestigiis: ex qua qui pedem efferat, vt alium aliquem, qui sibi visus est magnus, sequatur, patere casui, ac certæ ruinæ se expositum certò sciat.

IESV CHRISTI LVCII PAP. GALLI & VOLVSIANI IMPP.

Vi sequitur Christi annus ducentessimus quinquagesimus septimus, à Cassiodoro adscriptus est Fastis Consulari Valeriani & Gallieni: ab aliis quoque eorumdem Consularis post Maximi & collegæ, quem diximus, æquè ponitur: licet ex Græcis Fastis Consularis hic Valeriani cum Gallièno secundus ponatur. Porro cum ex antiquis inscriptionibus, idem Gallieni primus Consularis iungatur eiusdem tertiæ Tribunitiæ potestati: ex iis quæ dicta sunt, redditur manifestum, anno hoc eorumdem Valeriani & Gallieni numerari cceptum tertium Imperij: qui tamen ex iis quæ anno superiore notata sunt, quartus habetur Galli & Volusiani Imperatorum. Sed reddamus hic citatas à nobis inscriptiones:

IMP. GALLIENVS P. F. AVG. G. M. P. M. TR. P. III. COS.] subnectitur E ab auctore alia idem significans, atque mox hanc subdit:

IMP. C. P. LICIN. GALLIENVS P. P. AVG. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P.] Hæc exscriptimus ex Adolphi commentario Numismatum Romanorum Imp. quem, facta collatione cum nummis qui Romæ extant, fidiorem inuenimus. Si igitur primo Consulari Gallieni, quem anno præsentis Consularis Fasti habent adscriptum, tertia potestas Tribunitia numeratur; & secundus eius Consularis, quem iudem ponunt anno sequenti, quartam reddit: hic planè tertius, quartus verò ille annus est numerandus Imperij eiusdem vnà cum patre regnantis. Qui verò (vt dictum est) mox vt Valerianus & Gallienus creati ab exercitu sunt Imperatores, eorum annos numerare cœperunt; duos saltem annos Galli & Volusiani, quos diximus in hunc vsque annum Imperium propagasse, prætermiserunt.

At

* Cassiod. de instr. diuin. lect.

XLVII. DE DVOBVS ORIGENIBVS OPINIO. b Epiph b a. ref. 63. c August. de heres. 43.

RATIO IMPERII VALERIANI.

A At verò antequam de ipsorum agamus interitu, de Lucij Papæ martyrio dicendum: ac in primis illud, quo modo intelligendum est, quòd dicitur, sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus Lucium martyrio coronatum: quem cum adhuc Gallus & Volusianus imperarent, necatum fuisse, Eusebius in Chronico & in Historia a testatur. Sed qui de tempore indubitam planè fidem facit, est Dionysius Episcopus Alexandrinus: qui cum his ipsis temporibus vixerit, ad rerum gestarum veritatem probandam instar omnium esse debet, immò quem vnū ceteris prætermisissis auscultare debeamus. Hic igitur absque aliqua ambiguitate testatur b, Valerianum per multis ab exordio Imperij sui annis de Christianis optimè meritū, nihil illis negotij facessuisse. Quamobrem nihil est quòd ad Valeriani Imperium Lucij martyrium, quod furenti persecutione, Cypriano auctore, factum esse constat, referre iure possumus: præsertim si Eusebio assentiamur dicenti c ipsum octo vix mensibus sedisse. Verum cum in libro de Romanis Pontificibus duæ à Lucio ordinationes factæ dicantur, in hunc vsque annum propagatam fuisse illius sedem oportuit: quod & positi ibi Consules manifestè significant, cum sub huius anni Consulibus Valeriano & Gallieno Lucius defuisse ponatur.

Quòd autem vel ibi, vel in Ecclesiasticis tabulis ipse in persecutione Valeriani dicitur consummasse martyrium, id ea ratione tam in ipso Lucio quam in aliis factum diximus, quòd, licet aliquo temporis interstitio pax fuerit in Ecclesia, tamen legibus Decij, & Valeriani Censuram agentis, & leges ferendi potestatem habentis, persecutio semel promulgata, sic semper perseuerauit in posterum, vt omnis illa reliquorum temporum persecutio Decij & Valeriani nomine diceretur: cum alioqui à secundo Consulatu Galli & Volusiani in publicis monumentis cceptos numerari annos Imperij Valeriani & Gallieni, satis perspicuè sit superius demonstratum. Si quibus igitur placuit res gestas horum duorum annorum consignare annis Imperij Valeriani & Gallieni, haud conuinci possunt errasse; cum plures extrent, quas sequantur, antiquæ inscriptiones. Quòd autem in nostris Notis ad Romanum Martyrologium negatum est, Lucium esse passum sub Volusiano: ex Annalibus errore corrigi, sicque semper cum videris discrepare ab iisdem Notis Annales, eas ex his emenda. Numquam hætenus concessum doleo vt easdem singulas recognoscerem, licet lucri cupidus Typographus eas ab Auctore posuerit esse recognitas in pagina liminari.

Idem verò Lucius capite truncatus habetur tam in dicto libro de Romanis Pontificibus, quam etiam tabulis Ecclesiasticis, quarto Nonas Martij. De eodem hæc ibi leguntur: Hic omnem potestatem Ecclesiæ dedit Archidiacono sub Stephano, dum ad passionem pergeret.] eidem quoque Stephano Cornelium Papam, antequam duceretur, omnia pariter bona Ecclesiæ tradidisse, ex eodem libro in Cornelio diximus. Sed & hæc rursum de Lucio: Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros quatuor, diaconos quatuor, Episcopos per diuersa loca septem: qui etiam sepultus est in cœmeterio Callisti, via Appia. Cessauit Episcopatus eius dies trigintaquinque.] hæc ibi. Quòd verò alius his ipsis temporibus eiusdem nominis reperiatur Episcopus nomine Lucius, vt in ea quæ ad Cyprianum d scripta habetur epistola, vel quæ ad Lucium Papam data perperam inscribitur in Cypriano e: creditum fuit ab aliquo, Lucium illum fuisse Romanum Pontificem. sed de iis dicemus suo loco.

Extat S. Cypriani f de Cornelij & Lucij Romanorum Pontificum scriptis decretis præclarum his verbis elogium: Seruandus est enim antecessorum nostrorum beatorum martyrum Cornelij & Lucij honor gloriosus: quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu frater charissime, honorificare & seruare grauitate & auctoritate tua debes, qui vicarius & successor eorum factus es. Illi enim pleni Spiritu Dei, & in glorioso martyrio constituti, dandam esse lapsis pacem censuerunt; & poenitentia acta, fructum communicationis & pacis negandum non esse, litteris suis signauerunt: quam rem omnes omnino vbique censuimus; neque enim poterat esse apud nos sensus diuersus, in quibus vnus esset Spiritus.] hæc Cyprianus. Sed & illud à Lucio statutum habet liber de Romanis Pontificibus: vt duo presbyteri & tres diaconi in omni loco Episcopum affectarentur, nec desererent, propter testimonium (vt ait) Ecclesiæ. Calumniæ enim in Cornelium à Nouatiano confictæ, huius faciendi decreti causam dedisse putantur. Alia præter hæc apud Gratianum decreta Lucij alibi g in vnum simul collecta habentur.

Lucio igitur martyrio coronato, post dies trigintaquinque, nempe nona die Aprilis, Annal. Eccl. Tom. 2. V v 2 Ste-

II. LVCII PAPAE MARTYRIUM. Euseb. lib. 7. cap. 2.

b Apud Euseb. lib. 7. c. 9.

c Euseb. in Chron. & in hist. lib. 7. c. 2.

III. RATIO PERSECUTIONIS VALERIANI.

IV.

d Apud Cyprian. epist. 79. e Cyprian. ep. 77.

V. DE CORNELIO ATQUE LVCIO CYPRIANI ELOGIUM. f Cyprian. ep. 67.

g Tomo primo Concil. sub Lucio.

v 1.

STEPHANVS PAPA. Stephanus patriâ Romanus creatus est Pontifex: quot verò annis federit, dicemus inferius. Quod verò ad Gallum atque Volufianum Imperatores spectat: quam diuinam vltionem fufò Christiano sanguine antea prouocarunt, patrata nuper nece Lucij Papæ, vehementiorem in fe concitando accelerarunt. Siquidem rebellantes milites, & Emiliano fauentes, eisdem Imperatores aduersus Emilianum proficifcentes, apud Interamnam occiderunt: iidem tamen haud paffi sunt Emilianum vltra menses quatuor imperare, fed cum etiam necauerunt. Valerianus verò, quem ex antiquioribus monumentis testati fumus iam anno secundo Galli & Volufiani acclamatum fuiffe ab Alpino exercitu Imperatorem, ipsumque mox sibi filium adfciuiffe collegam; vnâ cum eodem, hoc ipfo anno, integro atque fecuro est poritus Imperio: quos ex Tribunitia potestate hoc eorum Consulatu (vt vidimus) tertio repetita, hoc pariter anno tertium auspicas esse annum Imperij, satis apertè nosque eodem ordine numerabimus.

VII. Quàm verò decipiantur, qui eximant Valerianum, simul ac adminiftrandum susceperit Imperium, Christianos persequi aggressum esse: Dionysius a Alexandrinus Episcopus, suorum temporum scriptor accuratissimus, his verbis declarat in epistola quam scripsit ad Hermammonem: Ioanni simili ratione per reuelationem de Valeriano significatum est. ait enim: Datum est ei os magna & blasphema loquens; & data est ei potestas faciendi per menses quadragintaduos. Cum ista vtraque in Valeriano videre completa, tum eius vitæ rationem, antequam ita animo affectus erat, vt à Ioannis reuelatione didicimus, considerare, non parum sanè habet admirationis. Nam quamdiu mansueto animo & benigno erga sanctos Dei homines affectus erat, nemo Imperatorum, qui eum anteuerat, tantam beneuolentiam & comitatem aduersus illos declarauit: immò verò ne illi quidem qui Christiani erant, eoque nomine palàm appellati, ita hos sunt amplexati, vt ille: qui quidem initio Imperij sui quàm familiarissimè & amicissimè, idque in oculis omnium, eosdem exceperit, & tota domus eius piis hominibus complebatur, eratque planè Dei Ecclesia.

VIII. Verùm doctor quidam & princeps magorum Ægypti illum tandem perduto consilio deprauauit; & non impulit solum, vt homines culpa vacuos ac sanctos Dei, vtpote scelerorum ac execrabilium incantamentorum aduersarios & oppugnatores (satis namque virium ac potentia præsentia, aspectu, spiritu, & voce solum ad detestabilem dæmonum insidias dissipandas & habent, & semper habuerunt) acerbè persequeretur, necique traderet: verùm etiam vt impuras cærimonias obiret, profanas exerceret præstigias, execranda mysteria exequeretur, mactaret pueros misellos, prolem infelicium parentum excruciacret, tenera infantium dissecaret viscera, Dei denique creaturas discinderet discerneretque, vehementer cohortatus est, perinde ac si eo pacto res omnes prosperè ac feliciter succederent.] hæc summatim Dionysius de rebus gestis Valeriani. quibus planè significatur, persecutionem sub ipso cœptam esse tribus annis ac sex mensibus, antequam à Perlis caperetur. Nam cum dicat eum ad instar Antichristi persecutum esse Ecclesiam Dei mensibus quadraginta duobus; constatque persecutione durante, imperare desuisse, iam perspicuum redditur, non ante dictum tempus Christianos persequi aggressum esse; sicque fermè biennio Dei Ecclesiam quieuisse.

IX. Reddita igitur (vt dictum est) post necem Galli & Volufiani Ecclesiæ pace, sanctus Cyprianus more suo inuigilans salutem fidelium; cum, quos violenta persecutio reliquisset illæfos, dolosa hæresis captiuos abriperet; & inter alios scisset quoldam errore inductos, in sacrificio aquam tantum offerre absque commixtione aliqua vini; studuit emendare. Consentiens erat hæc hæresis ac planè conuiuens Encratitis, qui aqua tantum utebantur in sacrificio; sicut hi, qui exploso vino aquam tantum adhibendam esse iactabant: quos tamen ignorantia, vel simplicitatis nomine Cyprianus excusat, cum longiori tractatione eiusmodi errorem confutat ad Cæciliam scribens d: qua quidem de sacratissimo à Christo relicto in Ecclesia sacrificio Missæ, ab Apostolis frequentato, & in omnibus Catholicis orbis Ecclesiis ad sua tempora ex maiorum traditione inuolabiliter custodito, multa atque præclara ingerit, quibus non illorum tantum hæresis tolleretur; sed omnes quæ aduersus sacramentum sanctissimæ Eucharistiæ & offerri solitum incruentum pariter sacrificium, è portis inferorum emergentes hæreses insurrexissent, penitus auferrentur. Ex quibus satis sit vnâ illam Cypriani hic referre sententiam, qua de Missæ sacrificio hæc dicit:

STEPHANVS PAPA.

GALLVS ET VOLVSIVS OCCISI.

ZICINTI VALERIANI AVG. ET GAL LIENI IMP.

VII. a Apud Eu. feb. lib. 7. c. 9.

b Apoc. 13. VALERIA NVS FAVET CHRISTIANIS.

VIII. DE MAGO INFENSO CHRISTIANO NOMINI

IX. HAERESIS AQVARIORVM.

c Epiph. ha. ref. 46.

d Cypri. ep. 63.

e Cypri. ep. 63.

Si

A Si Iesus Christus Dominus & Deus noster ipse est summus sacerdos Dei Patris, & sacrificium Patri se ipsum primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit: vti que ille sacerdos vice Christi verè fungitur, qui id, quod Christus fecit, imitatur; & sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre secundum quod ipsum Christum videat obtulisse.] hæc Cyprianus, germanè intelligens quod Christus Apostolis dixerat, Hoc a facit: in meam commemorationem] eis tunc idem sacrificium offerendi tradidisse potestatem. At non in his immorandum, cum prolixior de eadem veritate tractatio habita sit, cum de Ecclesiasticis traditionibus actum est tomo primo Annalium: sed & quòd illud, facere, idem sit quòd offerre, in nostris quoque Notis ad Romanum Martyrologium satis reddidimus exploratum. Sed vnde prouenerit eiusmodi erroris occasio, ex eiusdem Cypriani epistola patefacimus.

B Quòd enim persecutione vigente, summo manè, seu potiùs nocturno tempore conuenientes secretò ad sacram Synaxim atque Eucharistiam, Christi sanguinem in vini specie bibentes, ex vini odore possent detegi Christiani, loco vini aquam offerre consultius existimarunt; ne odore vini, veluti quodam Christianitatis indicio, palàm fierent. Quòd quidem vt indignum nimis homine Christiano Cyprianus exprobrans, sic ait: Ceterùm omnis religionis & veritatis disciplina subuertitur, nisi id quod spiritualiter præcipitur, fideliter referuetur: nisi si in sacrificiis matutinis hoc quis veretur, ne per saporem vini redoleat sanguinem Christi. Sic ergo incipit & à passione Christi in persecutionibus fraternitas retardari, dum in oblationibus discit de sanguine eius & cruore confundi. Porro autem Dominus in Euangelio b dicit: Qui confusus me fuerit, confundet eum Filius hominis. Et Apostolus c loquitur, dicens: Si hominibus placerem, b

C Christi seruus non essem. Quo modo autem possumus propter Christum sanguinem fundere, qui sanguinem Christi erubescimus bibere?] Quòd verò ij cum serò offerrent, quòd eo tempore non possent Ethnici ex vini odore de Christiano homine coniecturam facere, tunc iidem mixta aqua vinum in sacrificio adhiberent, hisce planè monstrat, duplicem fuisse apud eos oblationem, matutinam scilicet, & vespertinam: hæcque in nonnullis Ecclesiis vsu retenta, vt in die Cœnæ Domini vespere sacras Missas agerent, alibi pluribus demonstrauimus.

Porro quòd aliàs semper factum est, vt persecutione cessante, ad componendam quasitam Ecclesiam Episcopi conuenirent (quòd à Cypriano potissimum factitatum sæpiùs reperitur) hoc quoque tempore eundem Cyprianum cum suis collegis ex more habuisse Concilium, ex multis colligi potest. In huiusmodi quidem Conciliis non tantum quæ ad rectam fidem & Catholicam vnitatem spectarent, tractare solebant; sed & quæ ad bonos mores instituendos, collapsamque Ecclesiasticam disciplinam restituendam pertinere viderentur. Perlatæ sunt igitur tunc inter alia ad Synodum litteræ Rogatiani Episcopi, de diacono suo proteruo expositulantis, à quo fuerat conuictis imperitus. Quid verò ad eum rescripserit sancta Synodus, reddidit à Cypriano d ad eum nomine omnium litteræ produnt, nimirum vt in eum (vt par erat) animaduerteter, vel abstinendo, vel penitus deponendo. Quàm verò sit periculosa in subditis clericis contumacia, ex qua in hæresin facile prolabantur, eadem ibi docent his verbis: Hæc sunt enim infinita hæreticorum, & ortus atque conatus schismaticorum malè cogitantium, vt sibi placeant, vt præpositum superbo tumore contemnunt. Sic de Ecclesia receditur, sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atque vnitatem Dei rebellatur. Quòd si vltra te contumeliis suis exacerbauerit & prouocauerit: fungeris circa eum potestate honoris tui, vt eum vel deponas, vel abstineas.] hæc Synodus decreuit: quæ & de admissis eum pœnitentiam agere, & Episcopo voluit satisfacere.

Memorabilis illa quoque ad sanctum Concilium perlata querela est, quòd moriens Christianus homo presbyterum filius suis tutorem ex testamento nominasset. Quàm acriter autem Synodus vltà sit tale facinus perinde ac impium & detestabile, scriptæ ex eadem à Cypriano e litteræ testantur, quibus res quoque gesta his verbis exprimitur: Grauer commoti sumus ego & collegæ mei qui præsentés aderant, & compresbyteri nostri qui nobis affidebant, fratres charissimi, cum cognouissemus quòd Geminus Victor frater noster de sæculo excedens, Geminium Faustinum presbyterum tutorem testamento suo nominauerit: cum iam pridem in Concilio Episcoporum statutum sit, ne quis de clericis & Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo constituat: quando singuli

X. MISSAE SACRIFICIUM

a Lucæ 22. 1. Cor. 11.

XI. CAUSA OFFERENDI TANTVM AQVAM.

b Mat. 10. c Gal. 1.

XII. CONCILIVM AFRICANVM.

d Cypri. ep. 65.

XIII. A TVTELARVM MVNERE PROCYLCERICI. e Cypri. ep. 66.

diuino sacerdotio honorati, & in clerico ministerio constituti, non nisi altari & sacrificiis A deseruire, & precibus atque orationibus vacare debeant.] & inferius de bene instituto Clero hæc subdit: Quæ nunc ratio & forma in Clero tenetur, vt qui in Ecclesia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab administratione diuina auocentur, nec molestiis & negotiis secularibus alligentur: sed in honore Sportulantum fratrum, tamquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificiis non recedant, sed die ac nocte caelestibus rebus & spiritualibus seruiant.] hæc ille.

XIV. DECRETVM SYNODI.

Ne igitur aliquis ex Fidelibus id amplius tentare præsumeret, eidem sanctæ Synodo placuit eiusmodi delictum grauiori censura percelli, delinquentemque seuerissime olim decretæ subici pœnæ, quam refert idem Cyprianus, sic dicens: Quod Episcopi antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter prouidentes, censuerunt, ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam clericum nominaret: ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur: neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros voluit auocare. Et ideo Victor cum contra formam nuper in Concilio à sacerdotibus datam, Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere: non est quod pro dormitione eius apud nos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Ecclesia frequenteretur: vt sacerdotum decretum religiose & necessariò factum seruetur à vobis: simul & ceteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes & ministros Dei, altari eius & Ecclesiæ vacantes, ad seculares molestias deuocet.] hucusque decretum Synodi.

XV.

ECCLISIASTICA LIBERTAS IMMUNITAS A CIVILIBVS ONERIBVS. §. 1. §. qui petunt tutores. §. l. spado-nem ff. de excus. tut. c. l. non tantum. §. si quis edit. d. ead. l. §. non omnia. c. l. spadonem. ff. de excus. tut. c. l. §. qui accipit. §. l. non tantum. §. si quis edit. ff. eod.

Ex iis sanè complura antiquitatis Ecclesiasticæ monumenta, nec obiter prætereunda, consideranda se offerunt: nempe ex stipendiis Ecclesiæ solitos viuere clericos, quos ea de causa Sportulantes appellat. Rursus illud, eos excommunicasse defunctum, quem viuentem iam vinxisset delictum. Itemque illud, peculiare fuisse pro defunctis offerre Deo sacrificium, eorumque nomina apud altare nominari solere. Sed illud planè consideratione ac obseruatione dignissimum, Episcopos nullam habuisse rationem quarumcumque legum ciuilium, quæ aliqua ex parte officere & impedimento esse viderentur Ecclesiasticis functionibus: quin eas contrariis legibus editis irritas profus redderent, ac penitus abolerent. Publica namque hæc cura erat, immò (vt Seuerus Augustus a testatur) Imperatoris præcipua, vt haberent pupilli tutores: à quo quidem munere non ipsam Senatoriam dignitatem, & nec à tutela eorum qui inferioris ordinis essent, excusare, M. Aurelius b & Commodus rescripserunt: non Adilitatem c, non collegia d, nec diuersam religionem liberare: ac proinde (quod Modestinus e testatur) Iudæi non Iudæorum etiam cogentur administrare tutelam: immò nec qui immunitatem nacti essent ciuiliam ac publicorum munerum, à tutela excusari f possent: nec denique eximi à gentiliū suorum tutela, quibus etiam ex Senatusconsultis & constitutionibus Principum immunitas à tutela concessa esset, respondit Callistratus g ex Antonini Pij rescripto.

XVI.

EPISCOPI EDVNT LEGES CIVILIBVS ADVERSARIAS.

§. l. generaliter sancimus. C. de Episc. c. l. c. de cler. c. l. C. de Chalced. cap. 3.

His licet tot legibus pupillis prospicientibus, Episcopi nihilominus in Concilio semel atque iterum his aduersantem legem statuunt (quam & maxima omnium, quæ apud eos esset, pœna apposta muniunt) ne clerici à Christianis tutores nominarentur in testamento, quo ad subeundum tutelæ munus à Præsidibus cogi possent. Quamuis igitur eiusmodi decretis & editis sanctionibus facile esset, Gentiles magistratus & ipsos Principes alioqui Christianis semper infestos, in Ecclesiam concitari, & ad constandam persecutionem leues eorum animos permoueri: sanctissimi tamen Episcopi, nullam horum rationem habentes, sacras leges edere non prætermiserunt, quas Ecclesiasticæ libertati viderent fore proficuas: pro quorum quoque viridi ac suo robore persistente obseruatione (vt vidimus) communi studio solertiùs inuigilarunt. Fauentur postea Christiani Imperatores h eiusmodi Episcoporum decreto, sancientes ne clerici vel monachi ad tutelam suscipiendam compelli possent. Sacrosanctum verò Concilium Chalcedonense i à legitima tutela & datua, quæ ab Episcopo imperata esset, noluit clericos excusari. Sed de rebus gestis in Synodo hæctenus.

IESV

A

ANNVS 258.

ANNVS 2.

ANNVS 4.

Sequenti anno Domini ducentesimo quinquagesimo octauo, Valerianus tertium, & Gallienus secundum Consulatum gessit. Reperitur (vt dictum est anno superiori) huiusmodi Consulatus Gallieni vnà cum Tribunitia potestate eiusdem quartò iam repetita his verbis a: IMP. C. P. LICIN. GALLIENVS. P. F. AVG. TR. P. IIII. COS. II. P. P.] qua ratione, atque aliis superius adductis, hunc annum quartum numeramus Imperij Valeriani & Gallieni: quo schismaticorum prælia aduersus Ecclesiam concitata, sed persecutione urgente paululùm intermissa, acriori sunt impetu renouata. Erant horum (vt demonstratum est) contrariæ factiones, quæ tamen ad oppugnandam Ecclesiam vnanimis conspirabant: illorum nempe, qui post lapsum nulla exomologesi facta, in Ecclesiam irruentes, ab ea recipi absque vilo gradus & honoris dispendio, temerario ausu condecebant, quorum dux in Africa Felicissimus erat. Sicut & tunc accidit in Hispania, vt Basilides & Martialis, quorum alter Legionensis, alter verò Asturiensis Ecclesiæ Episcopus erat, amboque libellatici lapsi, non solum in Ecclesiam recipi, sed & in ea, vt prius, præsidere satagerent. Sed his obnitentes Fideles, loco ipsorum substituendos curarunt Episcopos Sabinum atq; Felicem. Aliorum verò schismaticorum, quorum princeps Novatianus Romæ fuerat, pertinax erat illa sententia & dura seueritas, vt lapsis quantumlibet pœnitentibus occlusa semper remaneret Ecclesia, totaque illorum causa esset Dei iudicio referuanda. Harum verò sectarum asseclæ longè lateque vagantes, vbicumque essent, negotium faceiebant Catholicæ communionis Fidelibus.

I. Apud Adolphi lib. Ansig. Imp. Numism.

C

At quænam fuerit causa Basilidis Episcopi, ex Cypriani epistola ad Hispanos scripta accipienda est. Hic libelli labe primò conuersus, alia facinora superaddidit: de quibus hæc Cyprianus b: Basilides adhuc insuper præter libelli maculam, cum in infirmitate decumberet, in Deum blasphemauerit, & se blasphemasse confessus sit; & Episcopatum pro conscientia suæ vulnere sponte deponens, ad agendam pœnitentiam conuersus sit, Deum deprecans, & satis gratulans si sibi vel laico communicare contingeret.] bene hucusque Basilides, qui lapsus se in pœnitentium classem coniecit, laicam exoptans communionem, quod pij ceteri facerent. At quid postea? Cum videret in sedem suam subrogatum fuisse Sabinum; liuore tabescens, quod iure non possit, dolis atque fallaciis explere conatus est: quippe qui ad Apostolicam sedem Romam se contulit, seque iniuste sede priuatum conquerens, vt in Episcopatum restitueretur, Stephanum Romanum Episcopum multis mendaciis interpellat. quod Cyprianus eadem epistola docet his verbis post recensitam ordinationem Sabini legitime factam:

II. CAUSA BASILIDIS ET MARTIALIS. Cypri. ep. 68.

D

Nec rescindere ordinationem iure perfectam potest, quòd Basilides post crimina sua detecta, & conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longè positum, & gestæ rei & tacitæ veritatis ignarum fecellit, vt ex ambiret reponi in Episcopatu, de quo fuerat iuste depositus. Hæc eò pertinent, vt Basilidis non tam abolita sint, quàm cumulata delicta, vt ad superiora peccata eius etiam fallaciæ & circumuentionis crimen accesserit. Neque enim tam culpandus est ille, cui negligenter obreptum est; quàm hic accusandus, qui fraudulenter obrepsit.] hæc Cyprianus, nihil summi Sacerdotis detrahens potestati, Episcoporum causas indicantis, & quæ ab aliis Episcopis facta essent destruentis ac penitus irritantis, sed tantum de obreptione facta, non tam in ipsum, quàm in Basilidem iure quidem exoptulans. Videas hoc exemplo antiquissimum vsum Ecclesiæ, ex remotissimis Orbis partibus Episcopos, qui aliquid iniusti à collegis passos esse prætexerent, prouocare solere ad Romanum Pontificem, tamquam primarium Ecclesiæ vniuersalis Antistitem.

III. VETVS VSVS APPELLANDI AD ROM. PONT.

E

De Martiale autem, quòd Apostolicam sedem adierit, nihil habetur expressum. de cuius causæ meritis idem Cyprianus scribit; & cum eum nefando idololatriæ libello infamatum dixit, hæc addit: Martialis quoque præter Gentiliū turpia & lutulenta conuiuia & collegia diu frequentata, & filios in eodem collegio, exterarum gentium more, apud profana sepulchra depositos, & alienigenis consepultos; Actis etiam publicè habitis apud Procuratorem Ducenarium obtemperasse se idololatriæ, & Christum negasse, contestatus sit, &c.] hæc de Martialis causa Cyprianus. In quo (quod ad pristinos Ecclesiæ mores

IV.

SPPVLTURAE GENTILIUM DISCRETAE A CHRISTIANIS.

mores pertinet) illud est obseruandum, inter alia crimini datum Martiali, quod filios in A profanis sepulchris Gentilium sepelisset: quibus plane significatur, Christianos à Gentilibus sepulchra discreta habere solitos, nefasque fuisse se illis post obitum commiscere, à quibus uiuentes abhorruissent. quæ obfignasse uoluimus ob aliquos leniter nimis dicentes, in Urbis cœmeteriis vnâ cum Christianis Gentiles quoque sepeliri consueuiffe: nam immane scelus id (vt vidimus) esse censebatur.

v. Cùm igitur hunc in modum Basilidis & Martialis causa se haberet; haud putandum Episcopos Hispaniæ, qui hos deposuerant, & alios Episcopali iudicio subrogauerant, aut Ecclesias, quæ hos susceperant, quieuisse: sed apud Stephanum Romanum Pontificem causam audentius esse profectos, atque hæc eadem S. Cypriano Episcopo Carthaginensi innotescere uoluisse. Etenim successos in lapsum locum Episcopos Sabinum ac Felicem miserunt, quibus litteras ad Cyprianum dederunt: his quoque & suas priuatas in eadem B causa scriptas addidit S. Felix Cæsaraugustanus Episcopus, de quo hæc præclare idem sanctus Cyprianus: Felix de Cæsaraugusta fidei cultor, & defensor ueritatis, &c.] Verisimili quidem & vehementi ducimur coniectura, vt existimemus hos electos in Africam missos fuisse Episcopos, vt sic Cypriani quoque suffragio sua ipsorum electione probata, inde tum ipsius, tum aliorum ipsius collegarum litteris pariter communiti, Romam ad refellenda Basilidis mendacia adnauigarent, sedisque Apostolicæ auctoritate compeferent contumaces, qui Hispaniæ Episcopos contempserunt. Quæ autem hæc secuta sint, nulla profus memoria, scriptorum iactura, remanuit.

CYPRIANVS SEQUESTER APVD ROM. PONT.

CONCILIVM AFRICAN. IN CAUSA BASILIDIS ET MARTIALIS.

v. I. His acceptis litteris ab Hispanis Sabino atque Felice legatis Episcopis: placuit Cypriano colligere collegas Antistites, & in sacro eorum consensu scriptas ab Episcopis Hispaniæ ad eos litteras recitari, ab iisdemque legatis suam ipsorum prosequentiibus causam cuncta C narrari. Quibus auditis & cognitis, Cyprianus omnium collegarum nomine ad Legionensem & Asturiensem Ecclesias, quarum illi erant Episcopi, & ex quibus litteras acceperant, de his quæ Synodo placuissent, litteras reddidit^a, quarum est exordium:

Cyp. ep. 68.

vii. Cùm in vnum conuenissemus, legimus litteras uestras, fratres dilectissimi, quas ad nos per Felicem & Sabinum Episcopos nostros, pro fidei uestræ integritate, & pro Dei timore fecistis: significantes Basilidem & Martialem libellis idololatriæ commaculatos, & nefandorum facinorum conscientia uinctos, Episcopatum gerere, & sacerdotium Dei administrare non oportere. Et desiderastis rescribi ad hæc uobis, & iustam pariter ac necessariam sollicitudinem uestram, vel solatio, vel auxilio nostræ sententiæ subleuari.] Ac demum post alia, quæ sit sua ac collegarum, immò & totius Catholici orbis Episcoporum sententia, quidve de eadem re antea Cornelius Papa decreuerit, his uerbis significat: D

EPISCOPI LAPSI NON RESTITVENDI AD HONORES.

Frustrà tales Episcopatum sibi uturpare conantur: cùm manifestum sit, eiusmodi homines nec Ecclesiæ Christi posse præstare, nec Deo sacrificia offerre debere: maximè cùm iam pridem nobiscum, & cum omnibus omnino Episcopis in toto mundo constitutis, etiam Cornelius collega noster, sacerdos pacificus ac iustus, & martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreuerit eiusmodi homines ad pœnitentiam quidem agenda posse admitti, ab ordinatione autem Cleri atque sacerdotali honore prohiberi.] hæc Synodus Africana: quæ non nunc primùm, sed antè sæpius cum Cypriano, ad Felicissimi ac sociorum conatus claustra Ecclesiæ effringentium, & omnem Ecclesiasticam disciplinam proculcantium comprimendos, sedulò laborauit.

viii. At nec quieuit (vt dictum est) his opposita hæresis Nouatiani, quæ longè lateque progressa, in Galliis quoque magnas confluxit discordias: siquidem patrocinio Marciani Episcopi Arelatensis, qui magnopere Nouatiano studebat, multos in errorem induxit. Quod uidentes Galliarum Episcopi, ac præcipuè Lugdunensis Ecclesiæ Faustinus Antistes, ad Romanum Pontificem Stephanum aduersus eum scripserunt Epistolam: dederuntque eiusdem argumenti alias litteras ad Cyprianum, quem scirent aduersus Nouatianum impigrè laborasse, ac ubiq; locorum scriptis suis eosdem hæreticos proffigasse. His permotus litteris Cyprianus, quod nosset, deponere metropolitanum Episcopum, iuris esse principis omnium Episcoporum Romani Pontificis; mox ad Stephanum, qui his temporibus Romanæ Ecclesiæ præerat Antistes, litteras dedit aduersus eundem Marcianum Arelatensem Episcopum, rogans eum, vt in Galliis consistenti Ecclesiæ consulens, illum deponat, & alium Catholicæ communicationis Præfulem in locum eius subrogandum procurat. Extant eiusmodi Cypriani ad Stephanum Papam scriptæ litteræ^b, quarum hoc est exordium:

Cyp. ep. 67.

A dium: Faustinus collega noster Lugduni consistens, frater charissime, semel atque iterum mihi scripsit, significans ea, quæ etiam uobis scio utique nuntiata, tam ab eo, quam à ceteris Coepiscopis nostris in eadem prouincia constitutis; quod Marcianus Arelate consistens, Nouatiano se coniunxerit, & à Catholicæ Ecclesiæ ueritate, atque à corporis nostri & sacerdotij consensione discesserit, tenens hæreticæ præsumptionis durissimam prauitatem; vt seruis Dei pœnitentibus & dolentibus, & ad Ecclesiam lacrymis & gemitu & dolore pulsantibus, diuinæ pietatis & lenitatis paterna solatia & subsidia claudantur; nec ad fouenda vulnera admittantur, sed sine spe pacis & communicationis relictis, ad luporum rapinam & prædam diaboli proiciantur.] hæc de impietate Marciani, Nouatiani hæresim propagantis, ad Stephanum Papam Cyprianus.

MARCIANVS STVDET SECTAE NOUATIANÆ.

B Vt autem Arelatensi Ecclesiæ, ab huiusmodi schismatico atque hæretico homine eam dissipante, remedio opportuno prospiciat, idem Cyprianus Stephanum monet his uerbis: Cui rei nostrum est consulere & subuenire, frater charissime, qui diuinam clementiam cogitantes, & gubernandæ Ecclesiæ libram tenentes, sic censuram uigoris peccatoribus exhibemus, vt tamen lapsis erigendis, & curandis uulneratis, bonitatis & misericordiæ diuinæ medicinam non denegemus.] hanc quidem curam imminere omnibus sacerdotibus cùm dicat Cyprianus, postea quod proprium est Romani Episcopi, & non aliorum, ab eo implorat auxilium, & requirit officium, dicens: Quapropter facere te oportet plenissimas litteras ad Coepiscopos nostros in Galliis constitutos, ne uitrà Marcianum peruicacem & superbum, & diuinæ pietatis ac fraternæ salutis inimicum, collegio nostro insultare patiantur, quod necdum uideatur à nobis absentis, qui iam pridem iactat & prædicat, quod Nouatiano studens, & eius peruicaciam sequens, à communicatione se nostra segregauerit.] ac post aliqua:

IX.

C Dirigantur in prouinciam & ad plebem Arelate consistentem à te litteræ, quibus absento Marciano, alius in locum eius substituat, & grex Christi, qui in hodiernum ab illo dissipatus & uulneratus contemnitur, colligatur. Sufficiat multos illic ex fratribus nostris annis istis superioribus excessisse sine pace: vel ceteris subueniatur, qui supersunt, & diebus ac noctibus ingemiscunt. & ad extremum: Significa planè nobis, quis in locum Marciani Arelate fuerit substitutus, vt sciamus ad quem fratres nostros dirigere, & cui scribere debeamus.] hæc Cyprianus. Quibus liquido cernitur, tum ab ipso, tum ab aliis Episcopis cognitam esse auctoritatem Romani Pontificis, dum in eo suam quisque, & in communi ceteri omnes Episcopi suam ipsorum potestatem limitibus coarctatam intellexerit: quandoquidem Gallicani Episcopi haud tantum uirium ac facultatis in se esse cognoscerent, vt hominibus inuisum hæreticum hominem (quod adeo oportere) deponerent, & alium in eius locum subrogarent; sed tum illi, tum Cyprianus ad id peragendum Romani Episcopi appellarent auctoritatem, qua Marcianus Episcopus Nouatianus deponeretur e sede, & alius Catholicus in eius locum subrogaretur Antistes.

X.

ROMANI PONTIFICIS ESSE DEPOSITUM NE RE LAPROS EPISCOPOS.

D Sed & Nouatianorum & Cataphrygarum occasione illa his temporibus magna inter Episcopos agitata est controuersia, Num qui ab hæreticis baptizati erant, cùm ad Catholicam Ecclesiam se conferrent, essent denuò baptizandi: Sepius enim contingebat, vt quos baptizassent Nouatiani, iidem persuasi vnâ esse tantum Ecclesiam, ac proinde eam non posse in schismate reperiri, ad Catholicam conuolantes, ab iisdem recipi, atque mundari (quod se illorum Baptismate pollutos existimarent) expeterent nouo Baptismo.

XI.

DE BAPTISMO HÆRETICOR. EXORITVRA QVÆSTIO.

E Quod insuper Nouatiani, & ante eos Cataphrygæ soliti essent, quos ab Ecclesiâ Catholica diuulsissent, vt immundos denuò baptizare: id prouocauit ad æmulationem quosdam Episcopos in Africa potissimum consistentes, eorumque Primatem sanctissimum Cyprianum; vt & ipsi quos ad Ecclesiam redeuntes suscipere baptizatos primùm à Nouatianis, tamquam illo Baptismate inquinatos potius quàm mundatos, denuò baptizarent, rati apud se solùm, nempe in Catholica Ecclesia, uerum esse sanctum Baptisma: ne secus facientes, probare uiderentur quæ essent apud hæreticos sacramenta, & ea ex parte illorum censerentur communicare impietati. Perurgebat namque eos ille tunc stimulus, quod Nouatiani Catholicos iterum baptizarent, quodque uilioris uideretur æstimationis Catholica Ecclesia esse, si id sibi minus facere licuisset; & quod factum esset ab illis, vt rectè factum, acciperent; unde & Nouatianis in Catholicos insultandi anxia libera data esset; atque etiam Catholicorum testimonio comprobari ipsi uiderentur uerè esse qui dicerentur, mundi atq; Catholici, dum colatum ab illis sanctum Baptisma, ratum

XII.

PRAETEXTVS BAPTIZANDI HÆRETICOS.

raturum ab iis haberetur. His accedebat, quod omnes propemodum Scripturæ diuinæ A
tum ex veteri, tum ex nouo Testamento petita, in hoc ipsum vna sententia visæ sint
conspirare; dum quæ ab impiis facta essent, quod sacratoria, eod execrabiliora Deus ha-
berit ac penitus improbarit.

XIII. MAGNA
TENTATIO
TOTIUS EC-
CLESIÆ. Tam magna, tamque potens & valida fuit tentatio hæc in Ecclesia, vt veluti quodam
vehementissimo turbine, etsi non prostrata omnino, magnopere certè exagitata & qual-
fata fuerint altissima atque firmissima Ecclesiæ turres, quæ inconcussæ olim tot persecu-
tionum impetus pertulissent, & ad se confugientium factæ causa salutis essent: tunc enim
toto Catholico orbe subita ac improuisa quadam tempestate concusso, de Ecclesiæ Afri-
cane ruina potissimum mirum in modum trepidatum est.

XIV. SYNODVS
ICONIEN-
SIS. At non quidem (vt multi putant) in Africa hoc tempore à Cypriano tantum eiusmodi
di cœpta est controuersia agitari; sed primò tempestatis huius fluctus moti sunt in Orien- B
te: ea nimirum occasione, quod ex Cappadocia, Cilicia, Galatia, aliisque proximis re-
gionibus Iconium conuenientes Episcopi, statuerant, nihil eorum, quæ ab hæreticis facta
essent, ab Ecclesia Catholica recipiendum esse, non ordinationes, non Baptismum, non
manuum impositionem, nec aliud quoduis sacrum. Meminit huius Synodi Firmilianus
Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, ad sanctum Cyprianum scribens his verbis: Quod to-
rum iam pridem in Iconio, qui Phrygiæ locus est, collecti in vnum, conuenientibus &
Galatia & Cilicia & ceteris proximis regionibus, confirmauimus, tenendum contra hæ-
reticos firmiter, & vindicandum, cum à quibusdam de ista re dubitaretur.] Occasione
enim Cataphrygarum hæreticorum eam Synodum collectam fuisse, significare videtur:
quod & inferius demonstrat post multa, cum ait: Planè quoniam quidam de eorum Ba-
ptismate dubitant, qui etsi novos prophetas recipiunt, eosdem tamen Patrem & Filium C
nosse nobiscum videntur; plurimi simul conuenientes in Iconio, diligentissimè tractaui-
mus & confirmauimus, repudiandum esse omnino Baptisma, quod sit extra Ecclesiam
constitutum.] hæc de Iconiensi Synodo Firmilianus.

XV. Apud Euf.
lib. 7. cap. 4.
STEPHANVS
PAPA EX-
COMMUNI-
CAT EPISCO-
POS SYNODI
ICONIEN-
SIS. Sed testatur Dionysius^b Alexandrinus Episcopus, Stephanum Papam hos omnes in
ea sententia persistentes communicatione priuasse. ait enim: Stephanus antea scripserat
epistolam de Helerio, de Firmiliano, de omnibus Episcopis qui erant ex Cilicia, & Cap-
padocia, & Galatia, & ex omnibus gentibus quæ erant finitimæ: quod neque cum illis
quidem ob eam causam omnino communicare vellet; nam illi (inquit) hæreticos rebap-
tizant.] hæc Dionysius de Stephano improbante quæ ab illis statuta essent. Idem de aliis
quoque Conciliis tunc habitis hæc subdit: Decreta enim in maximis Episcoporum Con-
ciliis (sicuti audio) facta fuerunt: vt qui ab hæresis impietate recedunt, debeant pri-
mum in fide institui, deinde veteris & impuri fermenti eluie ac fordibus ablui, purga-
rique.] hæc de his ipse.

XVI. FIRMI-
LIANVS QVI
D IN STEPH-
ANVM PAP. Post hæc autem Orientales Episcopi, qui hæc statuentes Apostolicæ Sedis communio-
ne priuati erant, legatos Episcopos ad Stephanum Romam miserunt, reddituros ratio-
nem de iis quæ in Synodo à collegis Episcopis gesta essent. Sed (quod queritur Firmilia-
nus) ab eo nec audiri, nec recepti fuerunt. ipse enim in epistola quam postea scripsit ad
Cyprianum; quod communionem Apostolicam interceptus fuisset, stomachatus vehemen-
ter, multa oblocutus in Stephanum Papam, hæc de eo per ironiam magna animi amari-
tudine affectus, ait: Quid enim humilior, aut lenior, quam cum tot Episcopis per totum
mundum dissentisse; pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem, modò
cum Orientalibus (quod nec vos latere confidimus) modò vobiscum qui in Meridie E
estis? à quibus legatos Episcopos patienter satis & leniter suscepit, vt eos nec ad sermo-
nem saltem colloquij communis admitteret: adhuc insuper dilectionis & charitatis me-
mor, præciperet fraternitati vniuersæ, ne quis eos in domum suam reciperet, & venien-
tibus non solum pax & communio, sed rectum & hospitium negaretur. Hoc est seruasse
vinitatem spiritus in coniunctione pacis, abscindere se à charitatis vnitatem, & alienum se
per omnia fratribus facere, & contra sacramentum & fidem contumacis furore discor-
diæ rebellare?] hæc quidem in Stephanum Firmilianus, cum ille Apostolicam traditio-
nem nullo nouitatis accessu ab aliquo passus sit irritari, atque conuelli. At de Firmiliano
inferius pluribus.

XVII. Apud Eufe-
bium lib. 7.
cap. 6. in fine. Meminit & Dionysius^c Alexandrinus de eadem Synodo Iconij habita, aliisque Syno-
dis celebratis, sic dicens: Hoc tamen didici, quod non Episcopi in Africa solum istam
confue-

A consuetudinem de hæreticis rebaptizandis iam inuenerunt: verum etiam longo tempo-
re antè, Episcoporum memoria, qui antegressi sunt, in Ecclesiis maxima hominum fre-
quentia celebratis, & Synodis fratrum tum Iconij, tum Synadis, tum aliis multis in locis
conuocatis, istud decretum fuit: quorum iudicia & sententias condemnare, in itaque fa-
cere non audeo, sicque illos in odium & inuidiam conuicere.] hæc Dionysius.

Post hæc autem, hoc item tempore, re ipsa in controuersiam vbique deducta, Ecclesia
Africana nutauit: quippe quæ tantum, quem intrepidè sequeretur, haberet Antislitem
Cyprianum: & ipse cuius asseclaretur, inuenisset prædecessoris Agrippini impressa vesti-
gia. sed & Tertullianum incautè nimis hanc secutum fuisse sententiam, superius est de-
monstratum. Sed dubium est an id illi acceperint à Montano, vel transierit in scholam
B Montani: Montanistas enim rebaptizare consueuisse illos qui antè in Ecclesia Catholica
baptizati ad suam ipsorum hæresim defecissent, Philastrius quoque testatur, cum de erro-
ribus agit Montanitarum. Sed in eo Cyprianus vindicandus est à Nicephori^a calumnia,
qua mendacissimè ait, eum non aliter recipere consueuisse lapsos, qui in persecutione ne-
gassent, quam per sanctum Baptismum. At quantum hæc à Cypriano abhorreant, nemo
non videt: eos enim ipse baptizare tantum redeuntes ad Ecclesiam consuevit, quos hære-
tici antea baptizassent, negans vllum apud hostes Ecclesiæ reperiri posse Baptismum, quod
vnum tantum esset, & in vna Ecclesia collocatum.

Tam diro exagitata Ecclesia terræmotu, illa quæ supra firmam petram à Christo fun-
data, de promissione ipsius solidam stabilemque firmitatem accepit, remansit penitus in-
conculsa. Tunc planè enituit, quanta in Petri successore esset auctoritas; cum nullis aliis
firmè armis quam maiorum traditione vallatus, omnem Orientalium & Occidenta-
C lium impetum sustinuerit Episcoporum, vndique valida confertim iacula ex diuinis Scri-
pturis petita vibrantium: quorum fortissimos ictus vnus ille semper obiectus clypeus
traditionum excepit, atque adamantina firmitate reiecit, reddiditque profus inanes.
Hæc autem quo modo se habuerint, iam enarrare aggrediamur. Cœpta hæc esse tempo-
ribus Stephani Papæ cum omnes affirmant, erroris planè Ruffinus^b arguitur, qui ad Eu-
sebiu addidit, sub Cornelio Papa exortam fuisse eiusmodi in Ecclesia controuersiam,
ipso refragante Eusebio, quem inuitum cogit aditipulari mendacio, cum aliter se habeat
Græca lectio, & quæ ex Græco fidelior facta est accurata translatio^c. Porro non nisi Ste-
phani Papæ tempore hanc in Occidente cœptam esse agitari controuersiam, tum Latini,
tum Græci omnes auctores æquè testantur.

Verum ipsam rebaptizationem in Ecclesia Africana non recens sub Stephano Papa,
D sed longè antè, temporibus Agrippini, cui successit Donatus, in cuius locum successus
est Cyprianus, cœptam esse, iam satis superius dictum est: quam quidem amulatum
fuisse Nouatianum, Cyprianus scribens ad Iubaianum^d, tradit his verbis: Nec nos mo-
uet, frater charissime, quod in litteris tuis complexus es, Nouatianenses rebaptizare eos
quos à nobis sollicitant: quando ad nos omnino non pertineat, quid hostes Ecclesiæ fa-
ciunt, dum modò teneamus ipsi potestatis nostræ honorem, & rationis ac veritatis firmi-
tatem. Nam Nouatianus, simiarum more, quæ cum homines non sint, homines tamèn imi-
tantur, vult Ecclesiæ Catholice auctoritatem sibi & veritatem vindicare, quando ipse
in Ecclesia non sit, immò adhuc insuper contra Ecclesiam rebellis & hostis extiterit.
Sciens etenim vnum esse Baptismum, hoc vnum sibi vindicat, vt apud se esse Ecclesiam
dicat, & nos hæreticos faciat.] & paulò post: Quod si in Ecclesia baptizatos, rebap-
tizandos foris extra Ecclesiam Nouatianus existimat; à se incipere debuerat, vt prior ex-
traneo & hæretico baptismo rebaptizaretur: qui post Ecclesiam, immò & contra Eccle-
siam baptizandos foris opinatur. Quale est autem, vt quia hoc Nouatianus facere au-
det, nos putemus non esse faciendum?] At non recens ad imitationem Nouatiani id fa-
ctum esse in Ecclesia Africana, sed longè ante Nouatianum, docet, cum subdit: Apud
nos autem non noua aut repentina res est, vt baptizandos censeamus eos qui ab hæreticis
ad Ecclesiam veniunt: quando multi iam anni sint, & longa ætas, ex quo sub Agrippino,
bonæ memoriæ viro, conuenientes in vnum Episcopi plurimi, hoc statuerint, atque ex-
inde in hodiernum tot millia hæreticorum in prouinciis nostris ad Ecclesiam conuersi
non aspernati sint, neque cunctati, immò & rationabiliter & libenter amplexi sunt, vt
lauacri vitalis & salutaris Baptismi gratiam consequerentur.] hæc Cyprianus de Noua-
tiani iterum baptizantibus.

Cete-

SYNODVS
ALIA SYNA-
DIS HABIT-
TA.

XVIII.

a Niceph. li. 6.
cap. 2.
DILVITVR
NICEPHORI
CALVMNIA.XIX.
ROMANA
ECCLESIA
TRADITIO-
NIS AVCTO-
RITATE OM-
NES SVPE-
RAT.b Euseb. lib. 7.
cap. 2. vers.
Ruffin.c Versio.
Christoph.
eod. loc.

XX.

d Cypr. ep. 2.
NOVIATIANI
REBAPTI-
ZANTES.

XXI. RATIO NOVATIANI REBAPTIZANTIS.

Ceterum diuersam de iterando Baptismate, ab ea quam Cyprianus ad Iubaianum scribens adducit, Nouatianus rationem iniisse visus est. Nam cum ipse Romae ageret, seque Romanae Ecclesiae esse profiteretur Episcopum; quo modo ad imitationem Catholicae Ecclesiae potuit denuo baptizare? cum etsi id facerent Africani, secus tamen Romana Ecclesia agere videretur, quae antiquis innitens traditionibus, baptizatos legitime ab haereticis, non nouo Baptismate, sed aliis adhibitis ritibus reconciliare soleret? Verum Nouatiani illud putamus fuisse consilium, nimirum quod Catholicos omnes, qui lapsos recepissent, diceret immundos esse, se autem suosque puros ac sanctos; ne viderentur illorum, qui ex Catholica venirent Ecclesia, sordibus inquinari, eos nouo statuerit sanctificare Baptismate. Conducebat mirum in modum ipsorum impietati, qua lapsis poenitentibus aperiendam negarent ecclesiam, nouum hoc de secundo Baptismate excogitatum commentum. Nam si ipsi non reciperent lapsos, quo modo recepturi erant, qui ad eum ab Ecclesia Catholica venirent, quos sciebant lapsorum communicatione foedatos, immo & existimarent esse lapsos in haeresim, cum se solos Catholicos esse gloriose dicerent: nisi per suum Baptismum traderent, quos reciperent, esse mundandos? Erat ergo illis loco poenitentiae secundum hoc ab eis aduentum Baptisma, quo non tantum (quod ait Dionysius a Alexandrinus) sacrosanctum Ecclesiae lauacrum abrogarent, sed & reicerent fidem & confessionem; quae lauacrum praecedere consueuerunt.

Apud Euseb. lib. 7. cap. 7.

XXII. MAGNVS CONSVLIT CYPRIANVM.

Occasione igitur Nouatianorum (quod demonstratum est) tunc coeptum est in Africa dubitari, an consulto rebaptizare deberent, quos reuertentes ad Ecclesiam, scissent ab haereticis baptizatos. Sed & de baptizatis a Nouatiano id primum a Magno, non quidem Episcopo, sed laico homine (nam eum Cyprianus filium nominat) dubitatum fuisse videtur: quod nimirum illi eandem tunc formam ac ritum viderentur in eiusmodi Sacramenti collatione seruare, quam Catholici. Quamobrem ea de re consuluit Cyprianum: qui nullum profus esse a Nouatiano impertitum Baptisma respondit epistola ad eum scripta: quam non vltimo loco; sed primam omnium eius argumenti a Cypriano datam existimo; ea nimirum ratione, quod nulla in ea mentio habetur de scriptis ad diuersos Episcopos ante litteris, nec de Conciliis in Africa ea causa collectis, quorum necessaria citatio videri poterat. Sed & quod accidisset, ut in odium Nouatiani, qui (ut dictum est) baptizatus esset in lecto, eiusmodi Baptismo eo modo aegrotanti per asperionem aquae collato, nonnihil detraheretur (iidem namque sic baptizati ab aliquibus non Christiani, sed Clinici dicebantur) inde quoque accidit, ut idem Cyprianus eidem Magno haec roganti eadem epistola plenius satisset.

Cypri. ep. 76.

XXIII. EPISCOPI NUMIDAE CONSULEVNT CONCILIUM CARTHAGINENSE.

Verum quod pertinet ad propositam quaestionem de haereticorum Baptismate iterando: ex Episcopis primi reperiuntur fuisse Numidae, qui de ea re ad Cyprianum aliosque Episcopos ad Synodum coactos Carthagine litteras conscripserunt. An autem vnus hic idem que fuerit conuentus Episcoporum cum eo in quo suscepta est legatio (quam diximus) Legionensis & Asturiensis Ecclesiae, an verò alius, incertum est. Putatur tamen, ipsum hoc anno habitum esse: ex quo Synodica scripta est ad Ianuarium & socios Episcopos in Numidia constitutos, quando controuersiam de haereticorum Baptismate exortam desinierunt his verbis:

Cypri. ep. 74.

XXIV. DE REBAPTIZANDO DECRETVM.

Cum simul in Concilio essemus, fratres charissimi, legimus litteras vestras, quas ad nos fecistis de iis qui apud haereticos & schismaticos baptizari videntur: an ad Ecclesiam Catholicam, quae vna est, venientes baptizari debeant. De qua re quamquam & ipsi illic veritatem & firmitatem Catholicae regulae teneatis; tamen, quoniam consulendos nos pro communi dilectione existimastis, sententiam nostram non nouam promimus, sed iam pridem ab antecessoribus nostris statutam, & a nobis obseruatam, vobiscum pari consensione coniungimus: censentes scilicet & pro certo tenentes, neminem foris baptizari extra Ecclesiam posse: cum sit Baptismum vnum in sancta Ecclesia constitutum; & scriptum sit, Domino dicente: Me dereliquerunt fontem aquae viuae, & effoderunt sibi lacus detritos, qui non possunt aquam portare,] his autem & aliis diuinae Scripturae locis, quibus non modò Baptismum, sed & sacri Chrismatis & Eucharistiae sacramenta nonnisi in Ecclesia reperiri monstrare conabantur, eandem epistolam consignatam ad Episcopos Numidas dederunt, qua & professi sunt, vnam sanctam Ecclesiam a Domino (ut aiunt) super Petrum origine vnitate & ratione fundatam. Meminit huius consilij & epistolae ab eo datae idem Cyprianus scribens postea ad Iubaianum, ostenditque hanc primam

Cypri. ep. 73.

A mam omnium fuisse Synodum in Africa a se in hac causa coactam. Post quam etiam aliam eodem argumento scripsit ad Quintum in Mauritania Episcopum de eadem re ipsum consulentem; ad quem & Synodice ad Numidas scriptae mittit exemplum, sic dicens: Retulit ad me, frater charissime, Lucianus presbyter noster, te desiderasse, ut significarem tibi, quid sentiamus de his qui apud haereticos & schismaticos baptizari videntur. De qua re quid nuper in Concilio plurimi Coepiscopi, cum presbyteris qui aderant, censuerimus, ut scires, eiusdem epistolae exemplum tibi misi.]

Cypri. ep. 71.

Declarat Cyprianus eadem ad Quintum epistola, non alibi tunc quam in Africa viguisse eiusmodi de haereticorum Baptismate controuersiam: cum nonnulli, memores pristinae illius ante Agrippini Episcopi tempora consuetudinis, illi magis cuperent inherescere, quam iis quae ab eo & aliis postea fuissent in Africa instituta. de quibus haec ibidem Cyprianus: Dicunt se in hoc veterem consuetudinem sequi, quando apud veteres haereseos & schismaticum prima adhuc fuerint initia, ut hi illic essent, qui de Ecclesia recedebant, & hic baptizati prius fuerant: quos tunc tamen ad Ecclesiam reuertentes, & poenitentiam agentes, necesse non erat baptizare. Quod nos quoque hodie obseruamus: ut quos constat hic baptizatos esse, & a nobis ad haereticos transisse; si postmodum peccato suo cognito, & errore digesto, ad veritatem & matricem redeant, satis sit in poenitentiam manum imponere.] haec Cyprianus, sic eludens eorum argumentationem, qui obtentu veterum consuetudinis negarent, baptizatos ab haereticis, iterum baptizandos, si redeant ad Ecclesiam: dicens id de his esse intelligendum, qui primò a Catholicis baptizati, cum ad haereticos defecissent, & ab illis ad Ecclesiam rediissent, non esse amplius baptizandos, sed cum manus impositione Ecclesiae reconciliandos.

XXV. VETVS TRADITIO DE NON REBAPTIZANDO.

C At haec (ut demonstratum est) elusio potius erat, quam solutio argumenti: cum constet testificatione Stephani & aliorum Episcoporum (ut suo loco dicemus) in Ecclesia antiquitus obseruatum, ut ritè ab haereticis baptizati, nullo alio Baptismate ad Ecclesiam redeantes imbuerentur. Porro qui huius veritatis in Africa erant propugnatores Episcopi, sic erant animo comparati, ut salua pace Ecclesiae, ab ea sententia nullatenus diuelli possent, cui semel firmiter inheruissent. De quibus idem Cyprianus paulò post scribens ad Stephanum, antequam eum sibi penitus aduersantem expertus esset, haec ait: Ceterum scimus quosdam, quod semel imbiberint, nolle deponere, nec propositum suum facile mutare; sed, saluo inter collegas pacis ac concordiae vinculo, quaedam propria, quae apud se semel sint usurpata, retinere.] ita ipse: quibus planè significat, omnes has mutuas inter Episcopos Catholicos contentiones sic agitatae esse, ut numquam tamen inter eos Catholicae communicationis pacis vinculum fuerit dissolutum.

XXVI. FIRMA ASSERTIO DE REBAPTIZANDO.

Intelligens autem Cyprianus adeò fixum alta radice multorum animis insidere, ut, quas acceperant de ea re maiorum traditiones, vellent illibatas custoditasque seruari: existimans hos omnes errore seduci, paulò post (ut ipse ait) scriptam ad Quintum memoratam epistolam, maiori remedio conatus malo, quod putabat, occurrere, celebriorem collegit conuentum septuaginta vnus Episcoporum. Meminit huius Concilij ipse scribens ad Iubaianum his verbis: Exemplum earumdem litterarum tibi misi: quid in Concilio, cum plures adessemus, decreuerimus; quid item postea Quinto collega nostro de eadem re querenti rescripserimus; & nunc quoque, cum in vnum conuenissemus tam prouinciae Africae, quam Numidiae Episcopi numero septuaginta & vnus, hoc item denuò sententia nostra firmauimus.] haec ipse: qui & in epistola tunc ad Stephanum scripta planè testatur, paulò post datam ad Quintum epistolam, fuisse eandem Synodum congregatam. In quo quidem Concilio, quod olim sub Agrippino, ac nuper in prima Synodo fuerat definitum, ut haereticorum Baptisma nullius momenti penitus haberetur, fuit omnium sententia confirmatum. Sic igitur quod in hoc pleniori Concilio fuisset omnium calculo stabilitum, placuit de iis omnibus reddi certiore Stephanum Papam, haec tenus rerum gestarum inscium. Synodica itaque in hunc modum tunc ab eis ad Stephanum scripta epistola est:

XXVII. CONCILIUM AFRICANVM LXXI. EPISCOPVM.

Cypri. ep. 73.

Cypri. ep. 72.

Ead. ep. 72.

Ad quaedam disponenda, & consilij communis examinatione limanda, necesse habuimus, frater charissime, conuenientibus in vnum pluribus sacerdotibus, cogere & celebrare Concilium. In quo multa quidem prolata atque transacta sunt: sed de eo vel maxime tibi scribendum, & cum tua grauitate ac sapientia conferendum fuit, quod magis pertineat & ad sacerdotalem auctoritatem, & ad Ecclesiae Catholicae vnitatem pariter

SYNODICA EPISTOLA AD STEPHANVM PAP.

riter & dignitatem de diuinæ dispositionis ordinatione venientem: Eos qui sint foris **A** extra Ecclesiam tincti, & apud hæreticos & schismaticos profanæ aquæ labe maculati, quando ad nos atque ad Ecclesiam, quæ vna est, venerint, baptizari oportere; eod quod parum sit eis manum imponere ad accipiendum Spiritum sanctum, nisi accipiant & Ecclesiæ Baptismum.] & paulò inferius: Baptismum autem non esse quo hæretici vtuntur, nec quemquam apud eos qui Christo aduersantur, per gratiam Christi posse proficere; diligenter nuper expressum est in epistola quæ ad Quintum collegam nostrum in Mauritania constitutum super ea re scripta est; item in litteris, quas collegæ nostri ad Episcopos in Numidia præsidentes antè fecerunt: cuius vtriusque epistolæ exempla subdidi.] hæc ibi.

XXXIX. Meminit huius Synodi & epistolæ ab ea ad Stephanum scriptæ S. Hieronymus agens aduersus Luciferianos, dicens: Conatus est & beatus Cyprianus contritos lacus fugere, **B** nec bibere de aqua aliena, & idcirco hæreticorum Baptisma reprobans, ad Stephanum tunc Romanæ vrbs Episcopum, qui à beato Petro vigesimus sextus fuit, super hac re Africanam Synodum direxit: sed conatus eius frustra fuit. Denique illi ipsi Episcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo statuerant, ad antiquam consuetudinem reuoluti, nouum emisere decretum.] hæc Hieronymus.

XXX. Quid præterea in ea Synodo statutum fuerit, iidem Episcopi in eadem epistola ad Stephanum his verbis significant: Addidimus planè, & adiunximus, frater charissime, consensu & auctoritate communi, vt etiam si qui presbyteri, aut diaconi, qui vel in Ecclesia Catholica prius ordinati fuerint, & postmodum perfidi ac rebelles contra Ecclesiam steterint, vel apud hæreticos à Pseudoepiscopis & Antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sint, vt contra altare vnum atque diuinum sacrificia **C** foris falsa ac sacrilega offerre conati sint; eos quoque hac conditione suscipi, cum reuertuntur, vt communicent laicis, & satis habeant quod admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint: nec debere eos reuertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellauerint.] ac post multa: Hæc ad conscientiam tuam, frater charissime, & pro honore communi, & pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei veritate placere, quæ religiosa pariter & vera sunt.] hæc & alia ex Synodo septuaginta vnius Episcoporum ad Stephanum Cyprianus & alij. Quod verò pertinet ad posterius hoc Synodi decretum, de non recipendis nisi ad laicam communionem, qui in Ecclesia ordinati ad hæreticos defecissent; quo modo postea eius occasione iterum contigerit turbari vehementer Ecclesiam, & abortum sit Luciferianum schisma, suo loco dicemus.

XXXI. Demum cum hæc omnia à se in Synodo statuta fuisse dicant, Christiana modestia **D** omnia moderantes, ne viderentur sic ea decernere, vt vellent Christiano orbi leges præscribere, & pacis dispendio ea statuere ab omnibus obseruanda, hæc in fine Synodicè addiderunt: Qua in re nec nos vim cuiquam facimus, aut legem damus, cum habeat in Ecclesiæ administratione voluntatis suæ arbitrium liberum vnusquisque præpositus, rationem actus sui Domino redditurus.] hæc Synodus, quod existimaret hoc non esse de fide, vt ob eam causam, qui secus facerent, dicendi essent hæretici. nam in his quæ ad fidem Catholicam spectant, haud liberum est cuique Episcopo pro arbitrio seruare quod velit, sed eam licentiam interdum vsurpare concessum est in iis quæ ad diuersos Ecclesiarum ritus secundum diuersarum Ecclesiarum consuetudinem pertinent.

XXXII. Hæc ad calcem ab Africana Synodo posita sanctus Hieronymus exactè considerans, & **E** accuratè perpendens, aduersus Luciferianos agens, hæc ait, cum loquitur de Cypriano, qui Synodo præfuit: Sciant illum hæc non cum anathemate eorum, qui se sequi noluerant, edidisse; siquidem in communionem eorum permansit, qui sententiæ suæ contraierant: sed hortatum potius fuisse propter Nouatum & alias tunc hærefes multas enascentes, ne quisquam ab eo sine damnatione erroris sui reciperetur. Sermonem denique suum, quem super hac re ad Stephanum Romanum Pontificem habuit, tali fine compleuit: Hæc ad conscientiam tuam, frater charissime, pro honore communi, &c.] refert quæ sequuntur vsque ad finem epistolæ à nobis nuper recitatæ. Addit & illam Cypriani sententiam ^a in epistola ad Iubaianum post Synodum proximè scriptam, his verbis:

XXXIII. Ad Iubaianum quoque de hæreticis rebaptizandis scribens, in fine libelli sic locutus est: Hæc tibi breuiter pro nostra mediocritate scripsimus, frater charissime, uemini prescriben-

A bentes, aut prædicantes, quo minùs vnusquisque Episcoporum, quod putat, faciat, habens arbitrij sui liberam potestatem. Nos quantum in nobis est, propter hæreticos, cum collegis & Coepiscopis nostris non contendimus, cum quibus diuinam concordiam & Dominicam pacem tenemus: maximè cum Apostolus ^a dicat: Si quis autem putauerit se contentiosum esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei. Seruatur à nobis patienter & leniter charitas animi, collegij honor, vinculum fidei, concordia sacerdotij.] hucusque ex Cypriani epistolis Hieronymus. Recitat & sanctus Augustinus ^b, agens contra Cresconium, eamdem ad Iubaianum Cypriani sententiam, & eam qua in Synodo fuerat contestatus, dicens: Neminem iudicantes, nec à iure communionis aliquem, si aduersus senserit, amouentes.] vt ostendat in tanta Episcoporum altercatione numquam pacis vinculum fuisse perfractum.

B Eiusdem quoque Synodi tempore Cyprianus de eadem quæstione à Iubaiano Episcopo rogatus litteras ^c dedit, quibus huius Synodi mentionem habet his verbis: Et nunc quoque cum in vnum conuenissemus, tam prouinciæ Asiæ, quàm Numidiæ Episcopi numero septuaginta & vnus, hoc idem denuò sententia nostra firmauimus, statuentes vnum Baptisma esse, quod sit in Ecclesia Catholica constitutum: ac per hoc non rebaptizari, sed baptizari à nobis, &c.] Cautè quidem Cyprianus, se non rebaptizare baptizatos ab hæreticis tradit, sed tantum baptizare, quod sibi constare putaret, numquam baptizatos verè fuisse, sed aqua hæreticorum (vt putabat) amplius fordidatos. Aded enim Catholici exhorruerunt anabaptismum, vt dixerit Augustinus ^d: Quid sit autem perniciosius, vtrum omnino non baptizari, an rebaptizari, iudicare difficile est.] planè affirmans, pios execrari magis anabaptismum. Studuit Cyprianus ea epistola ad Iubaianum suam ea **C** de re sententiam multis Scripturæ locis apud eundem testatam reddere, & rationibus confirmare, & quæ ex aduerso obiecta essent, penitus confutare.

Verùm quod (vt demonstratum est) in omnibus his in primis Ecclesiæ paci consultum fore quàm maximè vellent, vt quisque aduersantem sibi fratrem æquanimiter ferret, de Bono patientiæ se libellum scripsisse testatur; quem ad eundem Iubaianum mittens, sic in ea epistola perorauit: Propter hoc etiam libellum de Bono patientiæ, quantum valuit nostra mediocritas, permittente Domino & inspirante conscripsimus, quem ad te pro mutua dilectione transmissimus.] Veritus enim magnopere Cyprianus, ne hisce inter Episcopos obortis contentionibus, magno aliquo schismate Catholica scinderetur Ecclesia; præter id quod de mutua seruanda concordia est sapius contestatus, ad auertenda futura mala, egregium illud prophylacticum præparauit antidotum, libellum **D** illum scribens, quod demonstraret, absque patientia impossibile esse seruari inter fratres mutuam charitatem, & vnitatem spiritus in vinculo pacis. Nam in eodem commentario ait: Impatientia etiam in Ecclesia hæreticos facit, & ad Iudæorum similitudinem contra Christi pacem & charitatem rebelles ad hostilia & furiosa odia compellit.] hæc & alia plura id genus ibi.

Quod autem ad Cypriani de seruanda pace firmum mentis propositum pertinet: ne quis existimet, quod benè cœptum est, fuisse conuulsum; & de pace tenenda firmissimum eius consilium, multis postea aduersantibus, potuisse labefactari certum esse; sicut tam ipsam, quàm reliquos Africanos Episcopos, de pace Ecclesiæ conseruanda, in eadem vsque ad finem perstitisse sententia: nam in postrema Synodo, eadem ex causâ celebrata, recitata & comprobata fuit dicta ad Iubaianum epistola, in qua de seruanda pace contestatio legebatur asserta. Sed & in eadem ^e Synodo Cyprianus præfando, eamdem à se sapè factam contestationem præmisit: quam (vt nuper dictum est) Augustinus ^f agens aduersus Cresconium recitat, & contra Donatistas agens rursus allegat. Egit porro his scriptis ad Iubaianum litteris Cyprianus, vt ipsam à priori sententia dimoueret, & in suam de Baptismate hæreticorum perduxerit. quod ipse testatur in eadem sua ad Synodum Carthagenensem præfatione, cum ait: Item lectæ sunt vobis & aliæ Iubaiani litteræ, quibus pro sua sincera & religiosa deuotione ad epistolam nostram rescribens, non tantum consensit, sed etiam instructum se esse gratias egit.] hæc ipse.

Sed quid ad Synodicam à dicto Concilio Africano ad se missam Stephanus Papa rescripserit, licet ipsæ litteræ non extant, ex iis tamen quæ Cyprianus, scribens ad Pompeium Sabratensem in Africa Episcopum, ex illis recitat, satis intelligi posse videtur, cum ait: Quia desiderasti in notitiam tuam perferri, quæ mihi ad litteras nostras Step-

CONTESTATIO CYPRIANI.

^a I. Cor. 11.

^b Aug. cont. Crescon. l. 3. cap. 1. 2.

XXXIV. CYPRIANVS IUBAIANO QUID RESPONDEAT. ^c Cyp. ep. 73.

^d August. de Baptism. contra Donat. lib. 2. cap. 14.

XXXV. CYPRIANVS CVR SCRIPSIT DE BONO PATIENTIÆ.

XXXVI. PAX PERPETVA CONSERVATA.

^e Cœc. Afric. in princ. apud Cyprian. ^f Aug. de Baptism. contra Donat. lib. 2. cap. 11.

XXXVII. QUID STEPHANVS PAPA RESCRIPSERIT CYPRIANO. ^g Cyp. ep. 74.

nus frater noster rescripserit; nisi tibi rescripti eius exemplum. Quo lecto, magis ac magis eius errorem denotabis, qui hæreticorum causam contra Christianos & contra Ecclesiam Dei asserere conatur: nam inter cetera vel superba, vel ad rem non pertinentia, vel sibi ipsi contraria, quæ imperitè atq; improuidè scripsit, illud etiam adiunxit, &c.] O infelicem humanæ imbecillitatis conditionem! sic enim tragicè exclamare libet. Vir sanctissimus, qui ne vel leuiter læderet charitatis fraternæ concordiam, crebrius fuerat contestatus; eaque de causa de Bono patientiæ libellum se scripsisse professus, quo & alios vehementius admoneret: modò, simulac legit à Stephano ad se redditas litteras, plus satis excandescens, ac iurgans, nec ab ipsis conuitiis abstinet; sed inopinatò (vt videmus) à contumeliis exorsus, aduersus eum aggreditur disputare. At quænam essent verba Stephani, mox recitans subdit:

XXXVIII Si quis ergo à quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innouetur, nisi quod traditum **B** est; vt manus illi imponatur in pœnitentiam: cum ipsi hæretici propriè alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantùm.] hæc ergo sententia fuit Stephani Papæ, vt nihil innouaretur ab eo quod traditum esset. In his igitur definitis à Stephano confutandis, Cyprianus totam longiorem illam insumit epistolam, nihilque in ea temperantiùs agens, Stephano etiam notam inurit, quòd patrocinarer hæreticis. Sed ad hæc Augustinus ait: Stephanus non propterea communicauit hæreticis, quia Baptisma Christi, quod in eorum peruersitate integrum mansisse cognouit, improbare non ausus est.] & paulò post: Sed consuetudo illa, quæ opponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est: sicut sunt multa, quæ vniuersa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta benè creduntur, quamquam scripta non reperiantur.] hæc ipse.

XXXIX. At Cyprianus non in eo versatur epistola illa sua, vt legitimas traditiones impugnet, sed **C** tota eius argumentatio ea conclusione perstringitur, vt, quam Stephanus traditionem prætendebat, ipse Cyprianus eam de Apostolico fonte dimanare non crederet; sed obrepentem errorem esse & corruptelam, prauamq; consuetudinem. Quòd verò subdidisset Stephanus, nec ipsos hæreticos rebaptizare qui ex aliis hæresibus ad se venirent: non in illum deteriorem sensum, quo ea acceperat Cyprianus, fuerant intelligenda, nempe quòd Stephanus voluisset (quod ait) hæreticorum exempla sectari: sed potius eò terendisse argumentum, vt demonstraret adeò fuisse insolens, & ab omnibus existimatum planè portentum, baptizatos consuetò ritu ab hæreticis, iterum baptizare, vt nec hæretici ipsi, qui præcessissent, licet omni ex parte Catholica dogmata infringere nisi sint, eò temeritatis peruenerint, vt aduersus Apostolorum traditionem ausi sint baptizatos denuò baptizare. Oportuisset sanè Cyprianum integram ipsam Stephani epistolam recitasse; in qua multa **D** fuisse non dubito, quæ eiusdem Pontificis sententiam plenius declarassent: nam nec hoc absolutè potuit Stephanus ipse dixisse, quòd hæretici ad se venientes non rebaptizant: cum inter alios id olim facere solitos Montanistas, & his temporibus Nouatianos, iam satis superiùs sit demonstratum.

XL. Agens verò sanctus Augustinus de ea epistola ad Pompeianum paulò ardentius aduersus Stephanum scripta; cum nec sibi tantum virum ac iurium inesse sentiret, vt de singulis ab eo in Stephanum iactatis ipsum excusare potuisset; honesta & laudabili tergiuersatione maluit ea relinquere obuoluta silentio, quàm ipsa, nondum obduclis cicatricibus, refricare, & inter eos potius amicabilem transactione litem componere, quàm rem ipsam per singula subtiliùs iudicare. ait enim ^b: Iam illa quæ Cyprianus in Stephanum irritatus effudit, retractare nolo, quia nec opus est: eadem quippe ipsa dicuntur, quæ iam satis **E** discussa sunt: & ea præterire melius est, quæ periculum perniciosæ dissensionis habuerunt. Stephanus autem etiam abstinendos putauerat, qui de suscipiendis hæreticis priscam consuetudinem conuellere conarentur: iste autem quæstionis ipsius difficultate permotus, & sanctis charitatis visceribus largissimè præditus, in vnitatem cum eis manendum, qui diuersa sentirent. Ita quamuis commotius, sed tamen fraternè indignaretur; vicit tamen pax Christi in cordibus eorum, vt in tali disceptatione nullum inter eos malum schismatis oriretur.] hæc Augustinus.

XLI. Idemque defendens atque propugnans Stephani de Baptismo sententiam, quæ aduersus eam Cyprianus conuellerat, pluribus confutat. excusans tamen exemplo Petri, quidquid Cyprianus errasset, hæc subdit ^c: Magnum quidem meritum nouimus Cypriani Episcopi & martyris, sed numquid maius quàm Petri Apostoli & martyris?] & paulò post:

A post: Si potuit, inquit, Petrus contra veritatis regulam, quam postea Ecclesia tenuit, cogere Gentes Iudaizare: cur non potuit Cyprianus contra regulam veritatis, quam postea Ecclesia tenuit, cogere hæreticos vel schismaticos denuò baptizari? Puto autem quòd sine vlla sui contumelia Cyprianus Episcopus Petro Apostolo comparetur, quantum attinet ad martyrij coronam. Ceterum magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim nescit illum Apostolatus principatu cuiuslibet Episcopatu præferendam?] ita ipse. Ceterum nec minimum quidem Petrum ea in re peccasse, primo tomo Annalium fusiùs demonstraui. Sed cetera prosequamur.

Cum igitur Cyprianus vidisset Stephanum Papam obnitentem iis quæ in Concilio Africano de Baptismate hæreticorum statuta fuerant, haud cunctatus est maiori numero Episcoporum Carthagine aliud Concilium celebrare. Conuocatis igitur ex Africa, **B** Numidia, ac Mauritania Episcopis octoginta septem, iisdemque Carthagine coeuentibus Kalendis Septembris, recitatis quæ hætenus à Cypriano in ea causa scriptæ fuissent litteræ ad Iubaianum, necnon quas Iubaianus rescripserat ad Cyprianum; idem ipse Cyprianus ^a rogans singulorum sententias, non sine stomacho, tacito tamen Stephani nomine, de eo mentionem parum honorificè suggestit his verbis: Superest vt de hac ipsa re singuli, quid sentiamus, proferamus: neminem iudicantes, aut iure communionis aliquem, si diuersum senserit, amouentes. Neque enim quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obseruandi necessitatem collegas suos adigit.] hæc ipse, alludens nimirum, quòd Stephanus decretum edidisset, cui more maiorum (vt dictum est ex Terrulliano) præfigi solet titulus ille, Episcopus Episcoporum, summa Pontificia auctoritate: & quòd aliter sentientibus excommunicationis pœnam fuisset acriter comminatus. Sed quod ibi Cyprianus in Synodo dixerat: Quando habeat omnis Episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium; tamque iudicari ab alio non possit, quàm nec ipse potest alterum iudicare] S. Augustinus ita ^b rectè interpretatur: Opinor, inquit, vtique in his quæstionibus, quæ nondum eliquatissima perspectione discussæ sunt] id scilicet concessum esse. & subdit: Nouerat enim quantam sacramenti profunditatem tunc omnis Ecclesia varia disputatione versabar: liberumque faciebat querendi arbitrium, vt examinata veritas panderetur.] hæc & alia Augustinus: qui, recensens eiusdem Concilij sententias singulorum, eas omnes scilicet quidem impugnat, errorisque redarguit ^c.

Hac habita Synodo, Cyprianus ad se venire satagens Orientales Episcopos, legationes ad eos misit. Qui enim ad remotiores partes, nempe in Cappadociam, sibi legauit **D** Rogatianum diaconum, mittens eum ad Firmilianum Cæsareæ metropolis eius prouinciæ Episcopum, ad alios cerè Episcopos propinquiorum locorum alios mittere minimè prætermisit. Statim igitur post Synodum celebratam Kalendis Septembris, missum fuisse Rogatianum à Cypriano in Cappadociam, illucque peruénisse ingruente iam hieme, ex Firmiliani ad Cyprianum redditis litteris ^d apertè satis colligi posse videtur, quibus dicitur: Quoniam verò legatus iste à vobis missus regredi ad vos festinabat, & liberum tempus vrgebat; quantum potuimus, ad scripta vestra rescripsimus.] Eodem planè argumento contra epistolam Stephani ad Firmilianum Cyprianum scripsisse, quo ad Pompeium antea scripserat, ex dictis Firmiliani ad eum rescriptis litteris facillè dignosci potest: sed & ipsas integras Stephani litteras suis alligasse, atque ad eum misisse, confutatio illarum, Firmiliani intexta litteris, abundè testatur.

E Videas hominem iam antea in Stephanum agitatam, quòd (vt dictum est) ab eo communionem priuatus esset, acceptis Cypriani de eodem pariter querentis litteris, veluti violento superaddito ventorum flatu, semel iracundiæ igne succensum vehementius inflammatum. Dicam in præsentiarum hic opportunè illud Gregorij ^e Nazianzeni: Non viles tantùm & plebeios, sed etiam præstantissimos quosque viros Momus interdum attingit: vt solius Dei sit, omni prorsus peccato atque animi perturbatione vacare.] Conspicias namque ipsum furore concitum erumpere in conuitia, in contumelias & probræ ferri præcipitem, semelque mente terti odij offusa caligine, falsa à veris minùs valuisse distinguere. Nam & quod spectat ad historicam rerum gestarum veritatem, de Basilide ait, post longam ætatem ab Apostolorum tempore vixisse, quem Ignatij ^f testimonio constare eodem cum illis tempore extitisse. Sed & quòd sæpè inculcat, Stephanum rupisse pacem cum Episcopis Africanis, ipsamque Cyprianum nominasse Pseudochristum & Pseudo-

XLII.
CYPRIANI
INVENTIN-
TIAM STE-
PHANI CO-
NATVS.
CONCILIUM
CARTHAGI-
NEN. LXXX-
VII. EPI-
SCOPORVM.
^a Conc. Car-
thag. apud
Cyprian. &
Aug. de Ba-
ptism. contra
Donat. lib. 6.
& 7.

SENSVS VER-
BORVM CY-
PRIANI.
^b Aug. de Ba-
ptism. contra
Donat. lib. 3.
cap. 3.
^c Aug. ibid.
lib. 3, cap. 4. 5.
6. & seq. &
lib. 7. cap. 1.
& vsque ad
finem libri.

XLIII.
LEGATIO
AD FIRMI-
LIANVM
EPISCOPIVM
CÆSAREAR
CAPPAD.
^d Apud Cypri-
an. epist. 75.

XLIV.
FIRMILIA-
NVS QUID
IN STEPHA-
NVM.
^e Greg. Naz.
orat. in laud.
Basil.

^f Ignat. ad
Trall. epist. 5
& ad Smyr-
nen. epist. 10.

dopropheta, operariumque dolosum: cum de his nec leniter conquestus sit Cyprianus, & Augustinus, qui cuncta quae eo tempore acciderunt ab eodem scripta exacte peruidit, frequentius tum in superius citatis locis, tum aliis absque aliqua dubitatione testetur, nunquam pacem inter Cyprianum & Stephanum esse violatam, aut communicationem Ecclesiasticam intercisam; patens certe mendacij redarguitur.

XLV. DISP. PAR. CAUSA FIR. MILIANI ET CYPRIANI.

Putauit quidem Firmilianus ex Cypriani querelis in Stephanum, aequè actum esse cum illo, ac secum factum fuerat, eiusque collegis. Atqui non par erat utraque causa. Nam illi (vt vidimus) non tantum quod auctores fuissent obortae contentionis, seueriore digni animaduersione videri poterant; sed & quod nulla habita ratione maiorum, iam decretum contra antiquam consuetudinem calculo omnium firmiter obsignassent: contra verò Cyprianus (quod saepe diximus) cum ea decerneret, saepius fuerat contestatus, se in omnibus ac cum omnibus pacem seruaturum, quantumlibet essent suae ipsius sententiae aduersantes.

XLVI.

FIRMI. LIA. NVS. QVA. R. TADECIMA. NVS.

Sed tandem rem iam palam detegamus. Dum ea epistola Firmilianus Romanam Ecclesiam calumniatus est, quod non omnia obseruaret quae ab origine fuissent ab Apostolis tradita, nempe quod diuersa die celebraret Pascha ab ea quae instituta fuerat ab Apostolis: quis non videat ipsum stetitisse à parte Quartadecimanorum, iam antea ab Ecclesia proscriptorum? aperte enim nimis visus est id ipse profiteri: vt non sit mirum obloqui in Stephanum, & in Romanam insurgere Ecclesiam, quam negat ex Apostolorum traditione praescripta Pascha celebrare, atque adeo (dicam pace sua) procaciter in Stephanum inuechi Firmilianum, libera fronte Iudaizantem cum Montanistis ac Quartadecimanis à Romana Ecclesia condemnatis. At non est nostri consilij cuncta in ea epistola perperam posita castigare, sed ex his paucis, quantum sat est, in ceteris iudicandis viam aperire. Scripta est (vt apparet) ea epistola à Firmiliano in fine anni huius, nimirum, vt ait, cum ferè vigesimus secundus annus esset ab obitu Alexandri Imperatoris, quod regnante Maximino ea contigerit quam recenset historia.

XLVII.

Menolog. die 28. Octo. FIRMI. LIA. NI SENTEN. TIA IMPRO. BATA.

Magnam profecto attulit offensionem cunctis Ecclesiis illud Firmiliani naufragium, qui & doctrina & sanctitudine morum nulli propemodum illorum temporum videbatur esse secundus. Quem postea ad meliorem frugem redditum, & communioni Catholicae restitutum, ac in Ecclesiae pace pie sancteque defunctum Graeci colunt ac venerantur; cuius natalem diem, perinde ac aliorum sanctorum, in Menologio a consignatum anniuersaria memoria celebrant. Ceterum quod ad eam contra Stephanum ipsius sententiam spectat, ab omnibus Orthodoxis fuit penitus improbata. Nam, vt taceam ceteros, Magnus ille Basilius, qui Firmiliano post euolutum fermè saeculum in sede succellit, rogatus ab Amphilocho de his scribere quid sentiret, famosam illam de ea re ad eum epistolam scripsit, quam Graeci Canonicam vocant, qua ait, se nec Firmiliani, nec Cypriani probare sententiam, indistinctè omne reiicientium Baptismum illorum qui extra Ecclesiam per haeresin vel schisma positi essent: sed antidoto distinctionis adhibito, Encraticarum, Hydroparistarum, Nouatianorum, ac his similibus recipiendum tradit esse Baptismum; qui licet ab Ecclesia recessissent, illud tamen vt erat Ecclesiae integrum forma seruassent: secus autem illorum, quorum fides diuersa, diuersum quoque ab Ecclesiae ritu faciebat esse Baptismum, vt Cataphrygum; qui licet de Patre & Filio rectè sentirent, Spiritum sanctum tamen dicebant esse Montanum. Verum quod eo canone Basilius dicat schismaticos adhuc esse Ecclesiae, idemque inferius collatum à laicis Baptismaum improbare videatur, sunt huiusmodi recta interpretatione digna. Ceterum quod rursus ad Firmilianum spectat, vt nulla de eo suspicio obrepere possit, eum in schismate atque excommunicatione perseverasse, sicque pariter decessisse, praeter ea quae dicta sunt, illud est eius orthodoxiae exploratissimum testimonium, etiam alia deessent, quod in Catholicorum Episcoporum celebri illo Antiocheno conuentu ipse cum aliis aduersus Paulum Samosatensem federit, sed de his dicemus inferius. Constat certe eundem reliquisse etiam post se de Catholica fide nobis ingenij sui clara monumenta, quae idem Basilius citat.

Basil. de Spiritu sancto ad Imp. postol. c. 19.

XLVIII. DIONYSIUS FAVIT CYPRIANI ET ALIORUM SENTENTIAM.

At eandem de Baptismate haereticorum sententiam, quam Cyprianus in Africa, Firmilianus cum collegis in Asia & Cappadocia propugnabant, Dionysius quoque Episcopus Alexandrianus, huius saeculi sanctae Ecclesiae ornamentum (quippe qui confessione celebris, & eruditione clarissimus haberetur) in Aegypto acerrimo studio defendere conatus

natus est, scriptis pro eo compluribus fortissimis litteris, quarum sanctus Hieronymus his verbis meminit: Hic in Cypriani & Africae Synodi dogma consentiens, de haereticis rebaptizandis ad diuersos plurimas misit epistolas, quae usque hodie extant. Hae Hieronymus. Cum Stephano pariter ipsum de eadem re egisse, testatur Eusebius, & ex eius epistola hanc recitat sententiam: Atque vt pro his omnibus illum (Stephanum scilicet) deprecarer, epistolam scripsi. vt appareat ex his, Dionysium sic patrocinaum esse aduersae sententiae, vt tamen apud Stephanum pro Episcopis eidem reconciliandis sequester accesserit; qui & de his ad Romanos presbyteros Dionysium & Philemonem se etiam scripsisse testatur.

Hieron. de Scrip. Escl. in Dionys.

Euseb. lib. 7. cap. 4.

Licet autem (vt dictum est) ex Oriente, Aegypto, & Africa complures Episcopi patrocinari videantur sententiae de rebaptizandis haereticis; tamen illi ipsi qui extra Ecclesiam positi eidem sententiae postea studuerunt Donatistae, vel alij, non nisi quinquaginta Orientales Episcopos, & Africanos septuaginta numerare potuerunt. Certè quidem nonnullos Africanos Episcopos in eadem cum Stephano sententiam conspirasse, ne ab haereticis collatum Baptisma reiiceretur, sanctus Basilius ad Amphilochium scribens testatur. Rursum verò multos in Africa Cypriani collegas eadem cum illo sentire noluisse, sanctus Augustinus tradit, qui & multa Episcoporum millia eiusdem cum Stephano Papa sententiae fuisse affirmat. Sed & qui in Oriente sententiam Cypriani secuti fuerant, eandem eos rescidisse, idem confirmat Donatistarum quoque testimonio. Quin & Cyprianum non mutasse sententiam, dici posse negat: Sed fortasse (inquit) factum est vt suam correxerit sententiam, sed nescimus: neque enim omnia, quae eo tempore inter Episcopos gesta sunt, memoriae litterisque mandari potuerunt; aut omnia, quae mandata sunt, nouimus. Hae Augustinus.

XLIX. EPISCOPO. RVN. CVM CYPRIANO SENTENTIAM NV. MERVS. Basil. ad Amphil. epistol. canonic. cap. 1. Aug. cont. Crescon. li. 3. cap. 1. in fine. Ibid. ca. 2. 3. Aug. de Baptism. contra Donat. lib. 2. cap. 4.

Vt cumque acciderit, illud constat, Cyprianum nequaquam à Stephano Papa Apostolica communicatione priuatum, sed in eadem cum Romana Ecclesia vnitatem, Sixti successoris Stephani tempore, usque ad martyrium perstitisse. Certè quidem Africanos item Episcopos, qui in id ipsum consenserant, mutasse sententiam, & contraria prioribus statuisse, sanctus Hieronymus testatur his verbis: Denique illi ipsi Episcopi, qui rebaptizandos haereticos cum eo statuerant, nouum emisere decretum. Idemque in Ecclesia Catholica ante haec tempora & post esse seruatum, aduersariorum quoque testimonij docet. Certè quidem quod spectat ad eos, qui erant eiusdem sententiae in Oriente Episcopi rebaptizantes, propediem, anno sequenti, relicta falsa ab eis asserta sententia, adhaerunt Stephano Papae, vt suo loco dicemus.

L. REVOCATI EPISCOPI AD RECTAM SENTENTIAM. Hier. contra Luciferian.

Sed quod ad Cyprianum, de quo agitur, spectat, haec rursus de eo sanctus Augustinus ad Vincentium scribit in haec verba: Correxisse autem istam sententiam, non inuenitur: non incongruenter tamen de tali viro existimandum est, quod correxerit, & fortasse suppressum sit ab eis qui hoc errore nimium delectati sunt, & tanto velut patrocinio carere noluerunt: quamquam non desint, qui hoc Cyprianum profus non sensisse contendunt; sed sub eius nomine à praesumptoribus atque mendacibus fuisse confictum. & paulò post: Nos autem duas ob res non negamus illud sensisse Cyprianum; quod & stylus eius habet quamdam propriam faciem, qua possit agnosci: & quod ibi magis contra vos nostra causa monstratur. Cum verò sancta Ecclesia tam Occidentalis quam Orientalis (vt constat ex Gregorio Nazianzeno) diem natalem Cypriani martyris semper celebrare consueuerit: eum correxisse quod errasset, & in Ecclesiae Catholicae communicatione martyrium subisse, nemo iure poterit dubitare. In quam sententiam haec etiam Augustinus: Non solum (inquit) malos Catholicos nullo modo comparamus, sed nec bonos facile coequamus beato Cypriano, quem inter raros & paucos excellentissimae gratiae viros numerat pia mater Ecclesia. sic Augustinus. At hoc elogio celebrat eundem sanctus Hieronymus, dicens: Ne longo sermone sensum traham, vir sanctissimus & eloquentissimus martyr Cyprianus, & nostri temporis confessor Hilarius, nonne tibi videntur excelsae quondam in saeculo arbores aedificasse Ecclesiam Dei? Sed deficeret me planè dies, si omnia de sancto Cypriano à sanctis Patribus decantata praeconia singillatim hic vellem intexere.

L. I. Aug. ep. 48.

S. CYPRIANVS AN CATHOLICAE CONSENSERIT ECCLESIAE. Aug. de Baptism. contra Donat. lib. 6. cap. 2. Hier. in Isa. cap. 60.

Quod verò ad Stephanum pertinet: quas antiquorum Patrum traditiones summo studio & inreperido animo acerrimè propugnauit; eadem, his turbibus superatis, sine intermissione & integre in Ecclesia Catholica custoditae permanserunt. Enituit planè in hoc tanto

LII. TRADITIONVM VIS MAXIMA.

certamine, quanta in traditionibus vis, & quanta sedi Apostolicæ inesset auctoritas. Quæ A
considerans Vincentius Lirinensis, planè admirandus hæc ait *: Cum ergo vndique
ad nouitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaquauerfum sacerdotes pro suo
quisque studio reniterentur: tunc beatæ memoriæ Papa Stephanus, Apostolicæ sedis An-

Vincen. Li-
rinen contra
hæref. cap. 9.

al. explo-
rati

LIII.

Sed fortè tunc ipsi nouitiæ adinventioni patrocinia defuerunt. Immo verò tanta vis
ingenij adfuit, tanta eloquentiæ flumina, tantus assertorum numerus, tanta veri simili-
tudo, tanta diuinæ legis oracula, sed planè nouo ac malo more intellecta, vt mihi illa
conspiratio nullo modo destrui posse videatur, nisi solam tanti moliminis causam ipsa
illa suscepta, ipsa defensa, ipsa laudata nouitatis possessio destitisset. Postremò ipsius
Africani Concilij, siue decreti quæ vires? donante Deo, nullæ: sed vniuersa tamquam
somnia, tamquam fabulæ, tamquam superflua, abolita, antiquata, calcata sunt.] hæc
Vincentius: idemque de Donatistis, qui postea eandem de rebaptizandis hæreticis dam-
natam sententiam tuendam suscepissent, hæc subdit:

LIV.
QUAM DI-
VERSA CAU-
SA DONA-
TISTARVM
AB ALIIS
EIVSDEM
OLIM SEN-
TENTIÆ.

LIV.
STEPHANVS
AB OMNIBVS
LAUDATVS
b. Aug. de v-
nic. Baptis-
m. cont. Petil.
cap. 14.

Et ó mira rerum conuersio: auctores eiusdem opinionis, Catholici: consecratores
verò, hæretici iudicantur. Absoluuntur magistri, condemnantur discipuli: conscripto-
res librorum filij regni erunt, assertores verò gehenna suscipiet. Nam quis illud sancto-
rum omnium & Episcoporum & martyrum lumen beatissimum Cyprianum cum ceteris
collegis suis in æternum dubiter regnaturum esse cum Christo? Aut quis contrà tam
sacrilegus, qui Donatistas, & ceteras pestes, quæ illius auctoritate Concilij rebaptizare
se iactant, in sempiternum neget ariuros esse cum diabolo?] hæc & alia ibi Vincen-
tius, sanè grauissimè.

LVI.
HILARIVS
DIACONVS
ANABARTI-
STA.

Sed & illud stupore dignum, quòd, cum iidem Donatistæ postea aduersariam Step-
hano Papæ sententiam defenserent, in ipsum tamen Stephanum, ob eminentem iudicij
cum sanctitate coniunctam auctoritatem, ne mutire quidem ausi sint, immò & laudare D
compulsi. Quamobrem hæc itidem miratus sanctus Augustinus, agens aduersus Peti-
lianum eorum principem, hæc ait b: Sed volo soluat mihi iste quaestionem: Quandoqui-
dem cum Romanæ Ecclesiæ per ordinem commemoraret Episcopos, inter eos commemo-
rauit & Stephanum, quos Episcopatum illibatè gessisse confessus est. Cum ergo Ste-
phanus non solum non rebaptizaret hæreticos, verum etiam hoc facientes, vel vt fieret
decernentes, excommunicandos esse censeret, sicut aliorum Episcoporum & ipsius Cy-
priani litteræ ostendunt; tamen cum eo Cyprianus in vnitatis pace permansit. Quid hic
dicturi sunt? excutiant ingenia sua quantum possunt, & vtrum valeant respondere, con-
siderent.] hæc Augustinus.

D Vcentismus quinquagesimus nonus Christi annus à Cassiodoro adscribitur Fastis I.
Valerio Maximo & Acilio Glabrione Coss. quo Episcopi, qui sententiam de rebap-
tizandis his qui fuissent ab hæreticis baptizati, hætenus pugnaciter defendissent, tan-
dem Stephano consentientes, eidem Christianæ concordia: cedere reconciliati sunt.
quod Eusebius a ex litteris Dionysij Episcopi Alexandrini testatur his verbis, dissensio-
nem prius paucis repetens: Cyprianus (inquit) Ecclesiæ Carthagenensis pastor, primus
inter homines eius ætatis, non aliter quàm per lauacrum Baptismatis hæreticos erroris
maculis antè ablutos, in Ecclesiam admittendos existimauit. Verùm Stephanus nihil
noui aut alieni à traditione ex Apostolorum temporibus deriuata molendum arbitra-
tus, hac de re animo vehementer commotus est. Dionysius igitur vbi longum sermo-
nem cum Stephano per litteras de hac controuersia contulit; tandem declarat, quo pa-
cto perturbationis fluctibus sedatis, omnes vbique Ecclesiæ, noua ac peruersa Nouati hæ-
resis prauitate repudiata, pacem inter se conciliaissent.] Appellat Eusebius sententiam de
rebaptizatione, prauitatem Nouati, seu potius Nouatiani hæresin; ea nimirum ex cau-
sa, quòd Nouatianus id temporis rebaptizare aggressus esset, nec (vt dictum est) reci-
peret quempiam apud alios baptizatum, absque secundo à se administrato Baptismate.
Sed qui hi fuerint, qui, explosa nouitate Nouatianorum, inierint concordiam, idem
mox ex Dionysio recitat, dicens: Iam scito, frater, omnes Orientales Ecclesias, quæ an-
teà fuerant propter errorum peruersitatem nonnulla dissensione distractæ, ad concor-
diam denuò esse reductas. Omnes etiam Ecclesiarum Præsides, quæ vbique locorum
sunt, summo animorum consensu conspirare, & ob pacem hanc, præter omnium ex-
pectationem constitutam, incredibili lætitia affici.] Hæc quidem à Dionysio ad Ste-
phanum scripta, non de alia dissensione, quàm de ea quæ de rebaptizatione excitata,
totum planè Orientem commouerat; non de Nouatiani schismate, quod nonnisi An-
tiochenam Ecclesiam exagitauit, esse intelligenda, nemo non videt. sed hæc inferius di-
lucidiora reddentur.

Sed quinam essent illi Episcopi, qui mutuam inierant concordiam, numerat, dicens:
Demetrianum dico Antiochiæ Episcopum, Theodotum Cæsareæ, Mozabanem Æliæ, I. I.
Marinum Tyri, mortuo Alexandro, Episcopum, Heliodorum Laodiceæ, defuncto
Episcopo-
RVM ORIEN-
TALIUM
PAX CVM
ECCLÉSIA
CATHOLICA.
D Thelymidro, Episcopum, Helenum Tarsi, & cunctas Ciliciæ Ecclesias, Firmilianum
etiam, & totam Cappadociam. Illustriores solum Episcopos nominatim perstrinxi, ne
vel litteræ videantur aliquanto prolixiores, vel nominum enumeratio lectori satietatem
& molestiam afferat. Syria porò vniuersa & Arabia, quibus vestra doctrina & consilio
semper magno adiumento fuistis, & quibus etiam modò scripsistis epistolas; Mesopo-
tamia quoque, Pontus, atque Bithynia, & ne longum faciam, omnes vbique gaudio
exultant, & vno animorum consensu ac fraterna charitate Deo gloriam impertunt.]
hucusque ex epistola Dionysij Eusebius: quæ quidem haud potuit scripta esse de pa-
ce ex schismate Nouatiani. Nam esto quòd illud schisma desierit; attamen suborta
mox de rebaptizatione sub Stephano controuersia, & scisso (vt demonstratum est) in
diuersas sententias Oriente: nihil est quòd ea de mutua omnium concordia & pace Ec-
clesiæ ad Stephanum scribere Dionysius potuisset; nisi hoc anno, cum nondum à Va-
leriano fuerat aduersus Christianos persecutio promulgata, pax in omnibus inter Episco-
pos stabilita fuisset.

Porò de inita concordia, & in sententiam Stephani omnium accessione, ex eiusdem
Dionysij b epistola, quam postea ad Stephani successorem Sixtum Pontificem scripsit,
facile potest intelligi. Nam cum ipse tenacius Cypriani & aliorum idem sententiam sen-
tentiam defendisset; occurrente casu de baptizato ab hæreticis non secundum ritum
Catholicæ Ecclesiæ, licet eum liberè baptizare potuisset; tamen, ne videretur aliqua le-
ui suspitione perstare in sententia quam damnarat, valdè trepidans, non ausus est ho-
minem id enixius exposcentem baptizare: sed de re, quam putauit ambiguam, litteris
Sixtum consuluit. quod certè minimè fecisset, nisi prius in sententiam Stephani pedibus
iuisset. Sed de epistola ab eo ad Sixtum scripta, suo loco agendum erit.

IV.
PAX ET CON-
CORDIA EC-
CLESIAE.

Si igitur (vt vidimus) omnes Orientales Ecclesiae in vnam eandemque conspirantes A
sententiam (vt ait Dionysius) sunt pacis vinculo copulatae; quis tam vecors & emo-
mentis poterit vel leuiter suspicari, vnum Cyprianum pertinacem in sententia obstin-
tius perlituisse, & non potius (quod saepe est suis litteris contestatus, sic se de quaestione
proposita altercari, vt in omnibus voluerit mutuae paci ac concordiae esse consultum)
Romanae Ecclesiae & totius Orientis Episcoporum vestigiis instituisse? Quod verò nullum
existat de eiusdem Cypriani mutata sententia à se editum testimonium; quae mox secuta
est persecutio, illud, sicut multa alia vetustatis monumenta, potuit euertisse, ac omnem
eius rei memoriam penitus deleuisse.

V.
DISCRIMEN
INTER CA-
THOLICOS
INVICEM
ALTERCAN-
TES, ET HAE-
RETICOS.

Ex his planè intueri licet, quam dispares esse soleant controuersiae, quibus inter se
Catholici inuicem aduersantur, ab illis quibus haeretici conflictantur. Est enim innatum
iis cum sibi altercantibus vehemens ac prorsus implacabile odium cum liuore coniu-
ctum; vt nullo possint officio demulceri, aut ratione conuinci. Isti verò instar colum-
barum, postquam mutuo rixati fuerint, mox osculo sanctae pacis, Catholicae concordiae
symbolo, se inuicem complectentes, amice fraternaeque saluent: & quod nonnisi veri-
tatem omnes cupiant, ea semel elucidata atque perspicue demonstrata, ad eam velut
optatam expositam escam, depositis penitus omnibus similitudinibus, conuolent. Atque
de his haec tenus.

VI.
PERSAC-
TIO VALE-
RIANI
a Hieron. de
Script. Eccl. in
Cyprian.
b August. de
Cuit. Dei,
lib. 18. cap. 52
c Oros. lib. 7.
cap. 22.
d Sever. lib. 2.
e Apud. Euf.
lib. 7. cap. 9.

Hoc eodem anno Valerianus Imperator aduersus Christianos Romae diram persecu-
tionem excitauit, quae octaua ordine numeratur à S. Hieronymo ^a, Augustino ^b, Oro-
sio ^c, atque Seuero ^d. Durasse hanc annos tres & menses sex, auctor est Dionysius Alexan-
drinus, qui eam tradit quiescisse, cum Valerianus à Persis captus est: quod contigit anno
abhinc quarto. Quo auctore permotus fuerit Valerianus, antehac de Christianis optime C
meritus, vt quam acerbissime in eos sauiret, ex Dionysio ^e, quem diximus, qui ea, quae
scripsit, ob oculos habuit, demonstratum est superius, ipso Imperij Valeriani exordio:
nimirum ad haec agenda permotum fuisse ab Aegypto quodam mago, cui semel admo-
uens aures, adedè est deprauatus, vt ad magiam humanas victimas immolaret, visceraque
scrutaretur infantium: quem & illum fuisse magum Aegyptium nos existimare diximus,
qui anno ante Imperium Decij Aegyptios in Christianos ferociter grassari persuasit, Ro-
mamque veniens innotuit Plotino, quem & magiae praestigiis dementauit.

VII.
SAEVA PER-
SECUTIO.

Haec autem persecutio vsque adedè seuit, vt Dionysius Alexandrinus, quem dixi-
mus, qui & tunc multa perpessus est, tempora illa omnium infelicissima, de Antichri-
sto praedicta, in Valeriano esse putaret expleta. Ceterum lento gradu Romae primùm
coepit, cum absque edicto pro arbitrio in Christianos Imperator ageret, vt Acta D
sanctorum martyrum, qui hoc anno sub dictis Consulibus Romae passi sunt, declarant.
Quae quidem hic subiicere, operae pretium duximus: tum quod legitima esse sciamus:
tum etiam quod quaedam res gestas à Stephano Papa habeant simul intextas: eadem-
que diebus & Consulibus consignata sint, quae ex manuscripto antiquo codice veritate
propè consumpto, cuius in Notationibus meminimus, à temporis edacitate vindica-
ra, & mendis compluribus, quantum licuit, emaculata, nunc primùm in lucem prodeunt.
Sunt verò haec:

VIII.
* al. Lucillo
* al. Max-
imium

Valerio & Acilio * Consulibus, Hippolytus cuius Romanus Christianus vitam solita-
riam agebat in cryptis: ad quem, ob Apostolicam eruditionem, quamplures confluxerant
Gentilium, qui, dantes nomen Christo, baptizabantur. Veniebat frequenter idem Hip-
polytus ad pedes Stephani Episcopi, ducens secum conuersos Christianos, vt baptizarentur: E
cumque id crebrius fieret, delatores ad Mummium * Urbis Praefectum deferunt: is de-
tulit Valeriano Imperatori. Id cum rescisset Hippolytus, retulit sancto Stephano Episco-
po. Tunc beatus Stephanus, collecta multitudine Christianorum, coepit monitionibus
sanctis & eruditione Scripturarum omnes imbueri, inter alia dicens: Filioli mei, audite
me peccatorem. Dum tempus habemus, operemur bonum, & nobis ipsis: tamen pri-
mum moneo, vt vnusquisque tollat crucem suam, & sequatur Dominum Iesum Iesu-
m Christum, qui dignatus est nobis dicere: Qui amat animam suam, perdet eam:
qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam in aeternum. Vnde etiam
rogo vos omnes, vt non nostri tantum, sed etiam nostrorum sollicitissimi, vt si quis ve-
strum habet amicum, aut propinquum Gentilem adhuc, non moretur eum ducere ad
me, vt baptizetur. Tunc Hippolytus misit se ad pedes beati Stephani Episcopi, dicens:
Pater

ACTA HIP-
POLYTI, EV-
SEBII, ET
SOCIORVM
MARTYRVM
I Ioan. 12.

A Pater bone, rogo te, habeo nepotem meum, & germanam eius, adhuc Gentiles, quos enu-
trui: est autem hic paruulus annorum plus minus decem, puella autem annoium tredecim:
horum mater Paulina dicta, & ipsa Gentilis: pater itidem nomine Adrias, qui ali-
quando praedictos ad me mittit. Tunc beatus Stephanus ei suauis, vt, cum iterum mitte-
ret, eos retineret; vt ea occasione etiam parentes veniant, quos simul hortetur.

Transacto biduo, praedicti pueri venerunt ad Hippolytum, cibaria quaedam ferentes:
quos ille retinuit, & id nuntiavit beato Stephano Episcopo: qui veniens, amplexatus est
paruulos, demulcens eos. Accurrerunt parentes solliciti pro filiis: quos allocutus est Ste-
phanus de horrore futuri ac tremendi iudicii, & de gloria beatorum, hortans pluribus eos
idola relinquere. id ipsum etiam fecit Hippolytus. Quibus Adrias pater, se spoliari bonis,
& caedi gladio (quae omnia parata erant iis qui se Christianos dicerent) timere se ait: id
B ipsum inculcauit soror Hippolyti Paulina, inuehens in Hippolytum, qui haec suaderet.
Erat soror Hippolyti Paulina religionem Christianorum abhorrens. Cumque illos lo-
quentes audissent, re tamen infecta, sed non prorsus desperata, recesserunt.

Tunc beatus Stephanus, vocans ad se virum doctissimum Eusebium presbyterum, &
Marcellum diaconum, misit eos ad Adriam & Paulinam: quos in Arenarium vocauit, X.
vbi erat Hippolytus: quos aduenientes hisce verbis compellat Eusebius: Expectat vos
Christus, vt cum ipso introeatis in regnum caelorum. Contradicente autem Paulina, &
obiciente gloriam mundi huius; pluribus insinuauit illis gloriam regni caelestis, quam
non essent assecuturi, nisi per fidem, in qua etiam baptizarentur. Paulina autem in se-
quentem diem responsum distulit. Eadem nocte parentes quidam Fideles, adduxerunt ad
Eusebium in Arenarium Pontianum filium suum paralyticum, perentes vt baptizaret
C eum: qui orans, eundem baptizauit: qui etiam vna cum Baptismate sanatus est, & solu-
to etiam vinculo linguae, laudabat Deum. Tunc Eusebius obtulit sacrificium, & partici-
pati sunt omnes corpore & sanguine Christi. Quod cum cognouisset Stephanus Episco-
pus, venit ad eos, & gauisi sunt simul.

Manè autem facto, redierunt Adrias & Paulina: qui cum ea accepissent de sanitate
pueri, mirati sunt admodum; & corde compuncti, stementes se, petierunt & ipsi se ba-
ptizari. Haec videns Hippolytus, gratias agens Deo, dixit ad beatum Stephanum: Do-
mine sancte, ne tardes eos baptizare. Beatus Stephanus Episcopus dixit: Compleantur
solemnia, & interrogatio celebretur: si verè credant, & nulla trepidatio in corde eorum
remaneat, vt baptizentur. Facta autem interrogatione, indixit eis ieiunium, & catechi-
zauit omnes, & baptizauit eos in nomine Trinitatis: & posito signaculo Christi, vocauit
D puerum Neonem, puellam Mariam: & obtulit pro eis sacrificium: & participati sunt
omnes: & discessit beatus Stephanus. Tunc iidem recenter baptizati, coepere habitare in
eodem Arenario cum Hippolyto, Eusebio presbytero, & Marcello diacono: bona au-
tem, quae in Vrbe habebant, erogauere pauperibus.

Cumque iam res vulgaretur, delataque esset ad Valerianum Imperatorem; statim iussit
illos inquiri, spondens eis, qui eos inuenirent, dimidium bonorum ipsorum. Tunc Maxi-
mus Commentariensis hac vsus est arte, vt eos inuenire posset. Finxit se Christianum esse,
ac sipe egentem: & veniens in Caesium montem ad Aream Carbonianam *, mansit ibi
mendicans. Cum autem transiens cum sociis Adrias eleemosynas erogaret, Maximus vo-
lens experiri an ille esset quem quaereret, ait: Per Christum, quem credo, rogo vt facias
misericordiam super egentem meam. Tunc Adrias misertus illius, iussit se illum sequi.
E At dum intraret domum, Maximus corripitur à daemone, & clamauit: Viri Dei, ego di-
uulgator sum vestri: video super me ignem densissimum: orate pro me, quia crucior igne.
Mox illis orantibus cum lacrymis, & stementibus se, Maximus curatus est. Cumque
eleuarent eum de terra, clamare coepit: Pereant deorum cultores: ego Baptismum peto.
Duxerunt eum ad beatum Stephanum, qui illum erudiens, demum baptizauit: factus-
que Christianus habitare voluit vna cum Stephano Episcopo aliquot diebus.

Post multos autem dies requisitus Maximus Commentariensis, & non inuentus, nun-
tiatur Valeriano, ipsum factum esse Christianum: qui missis aliis ex Scrinio in domum
eius, inuenerunt eum prostratum orantem: tenentesque duxerunt ad Valerianum. Cui
ille: Sic, inquit, caecatus es pecuniis, vt promissionibus tuis me falleres? At Maxi-
mus: Haec tenus, inquit, caecus fui: modò illuminatus video. Quo lumine? inquit ille.
Respondit Maximus: In fide Domini nostri Iesu Christi. Tunc iratus Valerianus iussit
cum

IX.
STEPHANVS
PAPA RO-
BORAT DE-
BILES.X.
EUSEBIVS
MISSAM IN
CRYPTA A-
GIT.XI.
ADRIAS ET
PAVLINA
FACTI CHRIS-
TIANI.XII.
* al. Carbo-
nariam,
QVA ARTE
INVENTI
CHRISTIA-
NI.XIII.
MAXIMI
MARTY-
RIVM.

eum præcipitari per pontem. Postea autem corpus inuentum Eusebius sepeliuit in cœmeterio Callisti, via Appia, decimotertio Kalendas Februarias.] Intra Catacumbas inuisitur etiam hodie locus Maximi, eius inscriptione notatus: sed sublato corpore, titulus hic tantum superest, LOCVS MAXIMI.

XIV. Post hæc Valerianus, magna adhibita diligentia, misit septuaginta milites: qui inuentos Eusebium, Adriam, Hippolytum, Paulinam & filios, tentosque adduxerunt ad Forum Traianum. Marcellus verò diaconus occurrens exprobrauit Valeriano, quod amici veritatis ab illo iussi sint teneri. Tunc Secundianus Togatus dixit: Hic est Christianus, sicut & isti. Intromissus primùm Eusebius presbyter: interrogauit eum Iudex: Tu es qui conturbas Urbem? tamen declara nomen tuum. Tum ipse: Eusebius dicor & presbyter. Tunc iudex præcepit eum segregari, & intromitti Adriam: qui ingressus, rogatus de nomine suo, dixit: Adrias; quæ requiris, vel tardiùs peruenerunt ad te. Tunc Iudex, Ex quo, B inquit, iure tibi abundantia diuitiarum & pecuniarum affluentia, vt seducas populum? Respondit Adrias: In nomine Domini mei Iesu Christi, de labore parentum meorum. Iudex dixit: Ergo si parentum tibi hereditates relictæ sunt, tu ipsis vttere; & non ad subuersionem aliorum vti debes. Adrias dixit: Ad meam & filiorum meorum vtilitatem expendo, & integrè & sine fraude vtor. Iudex dixit: Habes filios vel coniugem? Respondit: Hi sunt mecum catenati. Iudex ait: Introducantur.

XV. Introduceta est intra velum Paulina cum filiis Neone & Maria: sequebantur eos Marcellus diaconus & Hippolytus: Iudex dixit: Ista est coniux tua, & hi filij tui? Respondit Adrias: Hi sunt. Iudex dixit: Hi duo qui sunt? Ille beatus Marcellus diaconus: hic autem frater meus, seruus Christi singularis. Tunc Iudex ad illos conuersus, dixit: Dicite ex ore vestro, quo nomine vocamini? Respondit Marcellus: Dicor Marcellus diaconus. C Iudex dixit ad Hippolytum: Dic tu nomen tuum. Hippolytus dixit: Hippolytus seruorum seruus Christi. Tunc Iudex iussit Paulinam & filios segregari, & dixit ad Adriam: Diuulga thesauros; & cum iis quibus intromissus es, sacrificate, & viuite; aliàs citiùs exhalabit animam, amittendo vitam vestram. Respondit Hippolytus: Nos amissum vana consilia, & inuenimus veritatem. Dixit Iudex: Quæ consensio fuit amissionis? Respondit: Vt proiceremus vana idola, & inueniremus Dominum cæli, terræ, & maris abyssi, Christum Filium Dei, quem credimus. Tunc iussit Iudex omnes in custodia publica poni, & non separari: ductique sunt in custodiam Mamertini.

XVI. Post triduum, adhibito in consilium Secundiano & Probo, in Tellude sibi Tribunal parari fecit, ibiq; omnia genera tormentorum afferri. Et introducto Adria, iterum quaestio habita est de pecuniis. Et non inuentis, ara iussa est incendi ante Palladem: iussitque eos thus offerre. Qui omnes expuentes*, iudicem deridebant. Tunc iussi spoliari, nudi extensi, fastibus cadebantur. Tunc beata Paulina, cum acriùs caderetur, reddidit Deo spiritum. Hoc videns Iudex, sententiam capitis dixit in Eusebium & Marcellum: qui ducti sunt ad Petram sceleratam^b, iuxta Amphitheatrum, ad lacum Pastoris. ibidem decollati sunt beatus Eusebius presbyter, & Marcellus Diaconus, decimotertio Kalendas Nouembris. Corpora eorum relicta sunt canibus: corpus Paulinæ foras iactatum est: quæ cuncta alius Hippolytus, qui & diaconus, collegit, & sepeliuit via Appia, milliario ab Vrbe, in Arenario vbi frequenter conueniebant.

XVII. Secundianus post hæc suscepit Adriam & filios in domum suam cum Hippolyto, sollicitè perquirens de pecunia. Responderunt illi: Quod habuimus, in pauperes expendimus: thesauri nostri, animæ nostræ sunt, quas perdere nullatenus volumus: fac quod E tibi præceptum est. Tunc Secundianus fecit torqueri filios. Ad quos pater inquit: Constantes estote filij. Qui dum caderentur, dicebant tantum: Christe adiuua nos. Post hæc præcepit subiici tormentis Adriam & Hippolytum: eosque lampadibus præcepit inurilateribus. Hippolytus dicebat: Fac quod facis. Secundianus dixit: Sacrificate, consensum præbete, dicentes, Facimus. Ille dicebat: Ecce epulæ sine corruptione. Cumque multa passi essent, dixit Secundianus: Citò leuentur è terra, & ducantur ad Petram sceleratam Neon filius & Maria soror, & necentur in conspectu parentis. Quod ducti, gladio cæli sunt, iactataque ibi sunt corpora eorum. Quæ collecta à Fidelibus, sepulta postea sunt in Arenario eodem vbi consueuerant conuenire, via Appia, milliario ab Vrbe, sexto Kalendas Nouembris.

XVIII. Secundianus autem cum omnia renuntiaffet Valeriano, post dies octo iussit parari sibi tribu-

QUAESTIO CVM TORMENTIS. Arbitrio Principe diuersis in locis Senatum cogi, imo dici, causas agi, sententias ferri, consueuisse, n. n. mera sunt exempla. *al. diuissimè

CONFESSORES DETRISI IN CARCEREM.

XVI. a De carcere Mamertino consule qua à nobis dicta sunt in Not. ad Rom. Martyrologium die 14. Martij b. vbi in edic. Planciniana resellimus opinionem eius, qui asserunt à nobis sententiã de carcere Tulliano consistare conatus est.

XVII. *al. respuentes, b De Petra scelerata consule qua à nobis superius notata sunt. locum Iudex suppe ditabat.

XVIII.

A tribunal in Circo Flaminio*, atque adduci ad se Hippolytum & Adriam vinclos catenas, & voce præconis clamari: Isti sunt sacrilegi, isti sunt sacrilegi, qui euertunt Urbem. Et cum introducti fuissent, Iudex de pecuniis rursus habuit quaestionem, dicens: Date pecunias, per quas vulgus ducebatur in errorem. Respondit Adrias: Nos Christum prædicamus, qui nos de errore dignatus est liberare, non vt homines occidamus, sed viuificemus. Cum videret Secundianus Togatus se nihil proficere, iussit maxillas eorum plumbaris diuissimè cædi, ac sub voce præconis dici: Sacrificate diis, thura incendentes. Tripodem enim cum thure illuc tegerat Secundianus portari. Hippolytus cruentatus clamabat: Fac miser quod facis, noli cessare. Tunc Secundianus cædentibus parci iussit, dixitque ad eos: Iam consulite vobis ipsis: ecce parco stultitiæ vestræ. Responderunt illi: Nos parati sumus omnia tormenta sustinere: & quod tu, vel Princeps iubet, facturi non sumus. Retulit Secundianus ad Valerianum: qui eos iussit consumi citius in conspectu populi.

B Tunc Secundianus præcepit eos adduci ad Pontem Antonini, & plumbaris cædi diuissimè usque ad consummationem eorum: cumque diuissimè cæderentur, emiserunt spiritum. Et relicta sunt corpora eodem loco, iuxta insulam Lyaoniam^b. Noctu venit Hippolytus diaconus Romanæ Ecclesiæ, atque sublata corpora via Appia, milliario ab Vrbe, in Arenario iuxta corpora sanctorum sepeliuit quinto Idus Decembris. Post menses nouem Romam venit femina Marta^c nomine, Græca genere, vna cum filia Valeria, ambæ Christianæ, Adriæ & Paulinæ consanguinæ: cumque eos quaerent, nec inuenirent; audientes eos martyrio coronatos esse, gauisæ sunt vehementer. Et inquirentes de corporibus illorum, cum inuenissent, ibidem diebus ac noctibus vigilantes in orationibus permanferunt vsque ad annos tredecim, reddentes in pace spiritum Deo. Sepulta ibidem sunt quarto Idus Decembris in honorem Christi Iesu Domini nostri, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.] hucusque horum martyrum Acta, quorum omnium dies anniuersaria quarto Nonas Decembris, licet diuersis diebus passi sunt, habetur in Ecclesiasticis tabulis consignata.

C Sed quid de Stephano Papa actum sit, modò dicendum est. Extant quoque eius passionis Acta, quæ visa sunt nobis fidelissima, collationeque facta plurium exemplarium, quantum licuit, emaculata reddimus: quæ his adiucere, argumenti ratio postulat: styli verò simplicitate, quò candidiora, eò veriora redduntur. Fuerunt hæc quæ dicta sunt, veluti quædam immanioris persecutionis præludia, quæ maioribus in dies incrementis aucta defæuit: nam quibus à Valeriano (vt vidimus) promissum fuerat dimidium bonorum Christianorum, quos prodidissent; iisdem ipse auxit præmium, concedens vt illis integris potirentur, & militiæ etiam honoribus augerentur. Declarant hæc Acta Stephani Papæ, quæ germana cognita (vt dictum est) atque legitima, non tantum Occidentalis Ecclesiæ complexa est, sed & Orientalis eadem Græcè^c reddita in ipsorum martyrum natalitiis legere consteuit. Nos autem Latinis antiquioribus, ac proinde fidelioribus exemplaribus vsi sumus, quæ parum à Græcis discrepare noscuntur. Hic igitur ex iis tantummodò referemus, quæ (vt eadem declarant Acta) hoc anno sub dictis Consulibus Valerio Maximo & Acilio Glabrone facta leguntur: reliqua autem, quibus Stephani martyrium enarratur, quod subsequenter anni Consulibus notata habeantur, suo loco ponemus. Sed modò ista:

Temporibus Valeriani & Gallieni Imperatorum, multi Christianorum, declinantes ipsorum sæuitiam, occultabantur: alij verò se proderentes, martyrij palmam consequentur. Data enim fuerat lex, vt, quicumque proderet Christianum occultum, omnes facultates eius acciperet, & honorem militiæ obtineret. Tunc beatus Stephanus Episcopus Urbis, congregato vniuerso Clero, sic eos allocutus est, dicens: Fratres & commilitones mei, audistis præcepta diabolica sæua vulgari: Si quis Christianus à Gentili proditus fuerit, omnes ille facultates eius accipiat. Vos itaque, fratres, respicite facultates terrenas, vt cælestè regnum accipiatis: nolite timere Principes sæculi, sed orate Dominum Deum cæli, & Iesum Christum Filium eius, qui potest nos eripere de manibus inimicorum & diaboli sæuitia, & suæ gratiæ sociare. Tunc presbyter Bonus respondens ait: Nos non tantum parati sumus facultates terrenas relinquere, sed etiam sanguinem propter nomen Domini nostri Iesu Christi fundere, vt sic eius mereamur adipisci gratiam. Cumque hæc locuti fuissent, omnes clerici prostrauerunt se ad pedes beati Stephani, atque dixerunt esse apud Christianos infantes adhuc Gentiles, & alios illis proximos nondum

QUAESTIO CVM TORMENTIS. Arbitrio Principe diuersis in locis Senatum cogi, imo dici, causas agi, sententias ferri, consueuisse, n. n. mera sunt exempla. *al. diuissimè

XIX. CONSUMMATIOMARTYRII. Lyaonia dicta insula inter duas pontus sita, sic appellata, quod ibi locus quoque Lyaonis tēplum esset. *al. Marta-na

XX.

ACTA STEPHANI PAPAE. Habet Metaphrast, quæ Lipsianus Latinata donauit. De usum quoque martyribus Græci pariter agunt in Menolog.

XXI.

STEPHANUS QUID AD CLERVM.

dum baptizatos: quos ad se perducere, atque baptizari petierunt. Iussit itaque beatus Ste-

XXII.

Facto sequenti die conuentu in eadem crypta, inuenti sunt promiscui sexus viri & mulieres numero centum & octo; quos omnes idem Stephanus in nomine Domini nostri Iesu Christi baptizauit, & signo sacri mysterij consecrauit; obtulitque pro eis sacrificium, quo participati sunt omnes. Altera autem die ordinauit idem Stephanus res Ecclesiae, committens eas tribus presbyteris, diaconis septem, ac clericis sexdecim, sedensque docebat omnes de regno Dei & via aeterna: ad quem etiam veniebant Gentiles, ut audirent, & baptizarentur ab eo. Interea dum haec agerentur, venit Nemesius Tribunus militum habens filiam unicam, quae a cunabulis ipsi apertos habens oculos lumen penitus non videbat; & prostravit se ad pedes Stephani Episcopi, dicens: Obsecro domine mi Papa, baptiza me & filiam meam, ut & illa illuminetur, & nostras animas eruas de tenebris sempiternis: quia nunc usque semper in afflictionibus pro caecitate filiae meae fui. Cui beatus Stephanus dixit: Si credideris in toto corde tuo, omnia tibi credenti ministrabuntur. Nemesius dixit: Ego vero ab hac die ex toto corde meo credo, quod Dominus noster Iesus Christus ipse est Deus, qui & aperuit oculos caeci nati: & ego non inuitus, aut hominum persuasione, sed eius uocatione ad tuam adueni sanctitatem.

NEMESIUS AD STEPHANUM.

XXIII.

His dictis statim iubet Stephanus eum duci ad Titulum Pastoris: ubi cum catechizasset eum & filiam eius, secundum consuetudinem Christianorum, & indixisset ieiunium usque ad vesperum: cum diei hora appropinquasset vespertina, in eodem titulo fontem benedixit, & deponens Nemesium in aquam, dixit: In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptizo te. Et ad filiam Nemesij conuersus: Credis, ait, in Deum Patrem omnipotentem? Respondit: Credo. Et in Iesum Christum Dominum nostrum? Respondit: Credo. Remissionem omnium peccatorum? Respondit: Credo. Carnis resurrectionem? Respondit: Credo, domine. Dumque leuaretur de aqua, coepit clamare: Ecce video hominem qui tetigit oculos meos, & lumen splendidum circa eum. Tunc baptizatam filiam, nominauit Lucillam, quam ipse eleuauit de fonte. Tunc etiam coeperunt multi ad vestigia beati Stephani Episcopi prosternere se, & flagitare cum lacrymis, ut baptizarentur ab eo. Baptizauit itaque eadem die, qua Lucilla illuminata est, promiscui sexus numero sexaginta duos: & deinde multi, qui rem cognouissent, ex Gentilibus occurrere beato Stephano viri honesti, petentes baptizari ab eo. Beatus vero Stephanus repletus gratia Spiritus sancti, per cryptas martyrum Missas atque Concilia celebrabat.

VERUS BAPTIZANDI RITVS.

XXIV.

Tunc Valerianus, comperto quod Nemesius Tribunus cum omni domo sua Christo credidisset, & baptizatus esset, eiusque filia illuminata esset, caecitate depulsa: vocauit ad se Glabronem & Maximum Consules, ac retulit omnia: in quoque consilio decreuerunt, ut, vbicumque inuentus esset Nemesius, sine audientia puniretur. Nemesius autem gratia Christi roboratus, circumibat cryptas, & concilia martyrum: & vbicumque reperisset Christianum egentem, de suis facultatibus ei ministrabat. Veniens autem quadam die sub noctis silentio, comperit in via Appia ad templum Martis a Valerium Maximum sacrificare daemoniis. Haec sciens Nemesius, flexis genibus orauit, dicens: Domine Deus creator caeli & terrae, dissipa consilia diaboli, & in nomine Domini nostri Iesu Christi, quem misisti in hunc mundum, contere satanam, ut resiliat hi a laqueis eius, & relinquat manufacta idola; & te Deum creatorem Patrem omnipotentem, & Iesum Christum Filium tuum agnoscant. His dictis, statim Maximus a daemone corripitur, & magna voce clamans dixit: Nemesius Christianus me incendit: ecce eius oratio me affligit. Eadem hora egressi Gentiles tenuerunt Nemesium. Dumque teneretur, & contumeliis afficeretur, Maximus Consul suffocatus a daemone expirauit.

a De templo Martis extra moenia via Appia dicitur esse superius.

MAXIMI CONSULIS INTERITVS MISERANDVS.

XXV.

Duxerunt illi Nemesium ad Valerianum in palatium Claudij b, ad quem dixit Valerianus: Nemesi ubi est prudentia tua, quam semper nouimus consilio & actibus roboratam? Numquid nos nescimus, quid sit melius, quidve deterius? Tu tamen fac quod tibi melius est. Nos te hortamur, ut cognita veritate, non deseras deos, quos ab incunabulis coluisti. Nemesius dixit cum lacrymis: Ego quidem infelix atque peccator semper deserui veritatem, & effudi sanguinem innocentem: misericordiam Christi Filij Dei adeptus, cognoui iam creatorem meum (licet sera poenitudine) Dominum caeli & terrae, & Iesum Christum Filium eius, cuius Baptismo sum redemptus, qui aperuit oculos filiae meae, quod nullus medicorum potuit facere unquam: qui etiam oculos nostrorum cordium

CONFESSIO NEMESII.

A dium illuminauit; ut respicientes a superstitione idololatriae, ad verum lumen Christi unitatis conuerteremur. Hunc timeo, hunc adoro, ipsi cultum meae seruitutis offero, eiusque auxilium semper requiro, omniaque idola manufacta abiicio, quae daemonia esse cognoui, hominesque decipere, perdere, & in mortem aeternam damnare. Valerianus dixit: Cognoui carmina tua, per quae homicidium perpetrasti in Consulem Maximum, ut magis artibus eum interficeres, & Christianos ritus aduersus salutem nostram & Rempublicam nitaris exercere. His dictis, iratus iussit eum priuatae custodiae mancipari. Fecit & praesentari Sempronium Creditarium a eius, requirens ab eo facultates Nemesij: filiam eius Lucillam cuidam sacrelegae feminae Maximae nomine fecit deputari custodiae.

a Creditarius vocat, cuius bonorum omnium credita cura esset.

b Causam militum Graecus familiae per Tribunum militiae iure mandat Valerianus cognoscere: a militia autem dicitur cognoscere solum causas militum, dicitur in inferis.

Alia die iussit Sempronium tradi Olympio b Tribuno, & discuti sub poenarum examinatione. Ad quem ille: Cognouisti quare nobis es praesentatus? Illo tacente, subiungit Olympius: Audi me Semproni, & fac quod iubent Principes, aliis variis poenis interibis: Offer nobis facultates ex integro Nemesij, & sacrificia diis, & viue feliciter. Sempronius dixit: Si facultates quaeris Nemesij domini mei, cuncta pro Christo tradidi: eius enim fuerunt, & erunt. Si sacrificium me offerre compellis; faciam illud vnum cum domino meo Nemesio, Christo offerens sacrificium laudis. Tunc iratus Olympius dixit: Extendite eum in catasta, & macerate sustibus c. Afferte ante eum tripodem, & deum Martem d, ut sacrificet. Allatum est simulacrum aereum Martis vna cum tripode. Quod cum vidisset Sempronius, dixit: Conterat te Dominus Iesus Christus Filius Dei viui. Sensimque liquefactum simulacrum defluxit. Stupescit Olympius iussit eum in custodiam domus suae perducere, dicens: Hac nocte vniuersa tormenta in te experiar.

XXVI. Erat sustinatio militum de quo in Notat. in Martyrolog. actum est pluribus. Aeneas praecipue iubebantur milites sacrificare.

Veniensque Olympius ad Exuperiam uxorem suam, dixit ei de simulacro Martis in Christi nomine resolutum. Cui illa ait: Si tanta est virtus Christi, quam tu enarras; melius est nobis relinquere deos, qui nec se nec nos possunt adiuuare; & illum quaerere, qui illuminauit Nemesij Tribuni filiam. Tunc Olympius e dixit Tertullino domestico suo, ut Sempronium in honore habeat, & thesauros ab eodem requirat. Sed eadem nocte ipse cum uxore sua Exuperia & filio suo ad Sempronium venit: omnesque prosternentes se ad pedes eius, dixerunt: Cognouimus virtutem Christi: petimus a te Baptismum. Sempronius dixit Olympio: Si poenitentiam egeris vna cum vxore tua & filio tuo, omnia vobis ministrabuntur. Olympius dixit: Modò cognosces quia ex toto corde credo in Dominum, quem tu praedicas. Et statim aperuit cubiculum suum, ubi habebat Lararium, & in eo simulacra aurea, & argentea, & lapidea, dixitque Sempronio: Ecce in tua sunt potestate: faciam quod iubes. Sempronius ad eum: Haec omnia idola manu tua confringe: aurea & argentea igne conflagra, & in necessitates pauperum eroga: & tunc sciam quia ex toto corde credis. Cum hoc faceret Olympius, audita est vox dicentis: Requiescet in te Spiritus meus. Haec audiens Olympius cum vxore, coeperunt nimium roborari, ac magis Spiritus calore feruere, & ad Baptismi mysteria quanto citius properare.

XXVII. Qui uxorem Christianam habebat Roma Olympius Trilunus militum, praetorianorum fuit. se Tribunus arguitur.

Nuntiauit haec omnia Sempronius Nemesio, qui relaxatus festinans perrexit ad sanctum Stephanum, & omnia per ordinem pandit. Beatus Stephanus haec audiens, gratias retulit Deo omnipotenti, ac Iesu Christo Filio eius, perrexitque noctu ad domum Olympij. Cum peruenisset, procidit ad vestigia f beati Stephani Olympius cum vxore & filio, flagitansque Baptismi sacramentum, ostendit confracta idola vniuersa. Hoc videns B. Stephanus Episcopus dixit: Gratias tibi agimus Domine Iesu Christe, qui dignatus es seruis tuis misericordiam condonare, ut eos erueres a daemone erroribus, & congregares velut triticum in horreo tuo. Tunc catechizauit eos Ecclesiastica traditione, & baptizauit quotquot crediderunt in domo Olympij, vna cum ipso Olympio, vxore Exuperia, & filio, quem Theodulum nominauit: obtulitque sacrificium pro eorum redemptione.

XXVIII. STEPHANVS BAPTIZATVS OLYMPIVM CVM VXORE ET FILIO. Videt sapiens repetitam veterem consuetudinem prociadens ad pedes Sancti Pontificis.

Factum est autem post diem tertium, ut audirent haec omnia Valerianus & Gallienus, & nimio furore succensu dixerunt: Ablata est deorum cultura a superstitione Christianorum. Moxque Nemesium ac Lucillam absque aliqua audientia ductos via Appia ad templum Martis, ipsam Lucillam fecit ante patris oculos iugulari: quam pater ad caelestem gloriam martyrio coronatam praerentem videns, magno gaudio affectus est: ipse vero Nemesius capite truncatur inter viam Latinam & Appiam, octauo Kalendas Septembris, cuius corpus collectum beatus Stephanus sepeliuit iuxta locum ubi decollatus est, via Latina, non longe ab Vrbe.

XXIX. MARTYRIVM NEMESII ET LUCILLAE.

Alia vero die Valerianus iussit sibi Sempronium, Olympium, Exuperiam, & Theodulum

XXX.

In Tellude frequentior cogitatum Senatum, dictum est sup.

OLYMPI ET SOCIO- RVM MAR- TYRIVM.

lum filium in Tellude a ad publicam audientiam voce praconis adduci. Quibus Valeria- nus: Cur non consulitis vobis ipsis, & adoratis deos, quos scimus gubernare Rempublicam, nostramque salutem? Sempronius respondit: Nos gubernat Christus, qui nos ad hanc perduxit gloriam. Gallienus dixit Olympio: Adhuc differo poenarum inferre supplicia, quod tu semper deos adorasti, & alios ad hoc ipsum compellebas. Ad haec Olympius: Fe- ci, fateor, & me poenitet, & incessanter lacrymas fundo. Tunc ad Valerianum Gallienus conuersus ait: Si isti mox extincti non fuerint, omnis Vrbs ad sectam ipsorum concurrerit. Decreta itaque in eos sententia, vt igne comburentur, ad statum Solis iuxta Amphitheatrum ducti sunt; ibique fixis stipitibus, congestis sarmentis, nauium stupa, igne appo- sito, cremari iussi, cum illi flammis vallari dicerent: Gloria tibi Christe, qui nos digna- tus es cum sanctis martyribus congregare. Quorum corpora a clericis noctu sublata, cum hymnis ex more a Stephano Episcopo sepulta sunt pridie Kalendas Nouembris.] haec ibi B de iis quae sub dictis Consulibus gesta sunt. Cetera vero quae sequuntur, quoniam sequenti anno contingere, ordine temporum suo loco dicturi sumus. Atque haec de rebus gestis Stephani Papae hoc anno, & de martyribus eodem tempore Romae passis, quo coepta est persecutio in Christianos.

IESV CHRISTI STEPH. PAP. VALER. & GALLIENI IMPP.

ANNVS ANNVS ANNVS 260. 4. 6.

I. CORRIGVN- TYR FASTI CASSIODO- RI. b Theof. rei antiq. tlu- bert.

Christi anno ducentesimo sexagesimo apponitur Fastis Valeriani quartus & Gallieni tertius Consulatus, licet apud Cassiodorum mendose tertius vtriusque Imperatoris positus habeatur. Est nummi vetus inscriptio, qua cum Gallieni tertio Consulatu Tribunitia potestas sextum ponitur iterata, plane significans, tertium Consulatum Gallieni in annum sextum eius Imperij contigisse. Est autem ipsa inscriptio huiusmodi b: IMP. GAL- LIENVS P. F. AVG. P. M. TR. P. VI. COS. III. P. P.] quae optime consentit cum inscriptione ante superiorem annum posita, vbi secundus eius Consulatus quartam iun- ctam habet Tribunitiam potestatem, & cum ea quae quarto Consulatu eius qui contigit post sequentem annum, octauam adiungit Tribunitiam potestatem.

II. TEM PV S MARTYRI STEPHANI PAPAE.

Hoc ipso anno, quarto Nonas Augusti, Stephanus Papa martyrio coronatur, cum se- disset annos tres, menses tres, & dies vigintiduos. Cum autem sciamus de annis Stephani, quibus sedit, diuersas esse sententias: tamen tum ex Consulibus in libro de Romanis Pontificibus positis, tum ex Actis ipsius martyrij emendationibus, quae iisdem Consulibus consignantur, repetito sedis eius exordio, dicto temporis spatio eum sedisse oportuit. Peruenisse quidem vsque ad Consulatum Valeriani quartum, & Gallieni tertium, aliam secun- dum, tam citatus liber de Romanis Pontificibus, quam dicta martyrij Acta manifeste tes- tantur, licet perperam in iisdem Actis positus habeatur Valeriani tertius annus, & Gal- lienus secundus. Ceterum in codicem mendum irrepsisse, ex eo aperte conuincitur, quod, cum ipsum passum esse anno sequenti, a Consulatu Maximi & Glabronis (quo recensiti superius in iisdem Actis martyres passi leguntur, quibus & dies ipsorum martyrij notatus habetur) certo certius cognoscatur, ipsum cum sociis hoc anno dicta die martyrium subi- iisse necesse est affirmare. Quo modo autem ingrauescente Romae aduersus Christianos persecutione, Valerianus & Gallienus omne studium adhibuerint vt Stephanum Papam E e medio tollerent, Acta martyrij eius his verbis significant:

III. INQVIRI- TYR STE- PHANVS PAPAE.

Post multos dies Valerianus & Gallienus, vt Stephanus ac Romanae Ecclesiae clerici inquirerentur, poenisque afficerentur, proposito edicto iusserunt. Tunc accidit, vt duo- decim ex Clero Romano tenerentur, nempe Bonus, Faustus, Maurus, Primitius, Ca- lumniosus, Ioannes, Exuperantius, Cyrillus, Theodorus, Basilus, Castulus, & Honoratus, qui absque audientia statim capitibus truncari iubentur: decollati que sunt via Latina iuxta Formam aquaeductus: quorum corpora collegit Tertullinus; & posuit iuxta cor- pora Iouini & Basilei, via Latina, Kalendis Augusti. Hoc audiens Stephanus, vocat ad se Tertullinum, ac de regno Dei & vita aeterna eum erudiens baptizauit, & in albis posi- tum presbytero consignauit: cui inter cetera sancta monita praecipue illi mandauit, vt san- cta martyrum corpora requireret. Qui post biduum a Baptismo suo ductus est ad Valeria- num,

num, iussuque est vt Olympij facultates proderet. Cui Tertullinus: Si facultates do- mini mei cupis, aeternam vitam consequi poteris, quas ille pro Christo moriens in aeterna vita suscepit. Cui Valerianus, Ergo, inquit, facultates domini tui vitam praestant? Respon- dit Tertullinus: Regnum perenne est Christi Domini nostri, qui habet potestatem mor- tis & vitae. Valerianus ad suos conuersus ait: Videtur hic effectus insanus. Iussitque illum fustibus caedi, & latera eius facibus inflammari. Post haec traditur Sapricio Iudici, qui tri- bunal sibi parari fecit in loco qui dicitur Mamertini: inde post multa ac varia tormenta ductus est, & via Latina, secundo ab Vrbe lapide, decollatus Kalendis Augusti. Eius reli- quias beatus Stephanus Papa collegit, ac in crypta arenaria sepeliuit.

Sequenti die Valerianus misit milites, qui tenerent beatum Stephanum, & eos qui cum eo erant clericos: ductique sunt ad Valerianum: qui Stephanum tantum ad se per- duci iussit, ac dixit: Tu es qui Rempublicam conaris euertere, & suasionibus tuis po- pulum a deorum cultu recedere suades? Ad quem Stephanus: Ego quidem Rempubli- cam non euerto; sed populum moneo atque horro, vt relictis daemoneis, quae in idolis coli solent, Deum verum agnoscant, & quem misit Iesum Christum. Tunc iussit Vale- rianus eum duci ad templum Martis, ibique sententiam ex tabella recitari. Tunc beatus Stephanus ductus extra Urbem via Appia, cum peruenisset ad Martis templum, eleuatis in caelum oculis dixit: Domine Deus Pater, qui destruxisti turrim confusionis in Baby- lone, destrue locum hunc, in quo diabolus superstitione decipit populos. Tunc facto ro- nitruo vna cum fulgure & coruscatione, percussoque templo, ex parte corruit: cum mi- lites fugientes reliquerunt Stephanum solum: qui vna cum suis perrexit ad proximum coemeterium Lucillae*, vbi multis exhortatus est suos ad tolerantiam martyrij. Post haec

obtulit sacrificium Deo omnipotenti. Audiens haec omnia Valerianus, misit ad eum capiendum milites: inueneruntque eum sacrificium Deo offerentem. Qui intrepidus & constans perficiens coepta mytheria, in eodem loco ante altare in sua decollatus est sede, quarto Nonas Augusti. Factus est ibi planctus maximus Christianorum, quod tanto pas- tore essent orbat. Sepelierunt corpus eius cum ipsa sede sanguine eius aspersa in eadem crypta, in loco qui dicitur Coemeterium Callisti.

Alia autem die milites inuenerunt Tarlicium acoluthum†, Christi corporis sacra- menta portantem. Discutientibus quid gereret; ille, indignum iudicans porcis prodere margaritas, nequaquam voluit detegere sacrosancta mytheria: qui cum tam diu fustibus & lapidibus mactauerunt, quousque spiritum exhalaret: reuolutoque eius corpore, ni- hil valuerunt de sacris mytheriis reperire. Eadem die collegerunt corpus sancti Tarlicij, & sepelierunt eum in coemeterio Callisti, via Appia: coadunataque Ecclesia Christiano- rum, ordinauerunt in locum beati Stephani Sixtum natione Graecum, patria Athenien- sem, Episcopum, nono Kalendas Septembris, Valeriano* quartum & Gallieno secun- dum Consulibus: apud nos autem regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est gloria & imperium in saecula saeculorum. Amen.] hucusque Stephani passionis Acta, ex ma- nuscriptis (vt diximus) exemplaribus restituta.

De eodem sancto Stephano haec praeterea leguntur in libro citari solito nomine Da- mafi de Romanis Pontificibus: Hic constituit, sacerdotes & Leuitas vestibus sacratis in vsu quotidiano non vti, & nisi in Ecclesia tantum. Hic fecit ordinationes duas per men- sem Decembrem, presbyteros sex, diaconos quinque, & Episcopos per diuersa loca tres.] Ex iis vnus fuit Melanius a Episcopus Rhotomagensis, sanctitate celebris. Rursum ibi: dem de Stephano: sepultus est in coemeterio Callisti, via Appia, quarto Nonas Augusti: & cessauit Episcopatus eius dies vigintiduos.] quando (vt dictum est) Sixtus successit vi- gesimaquarta die mensis Augusti.

Iisdem quoque Consulibus ante Stephanum Papam passae Romae sunt nobiles virgi- nes duae, ambae sorores, Rufina atque Secunda, desponsatae viris Armentario ac Verino Christianis. sed cum hi persecutionis metu recessissent a fide, eadem ambae a sponsali- bus quoque pactis resilierunt: quae ab illis Christianitatis accusatae sunt apud Arcetilium Comitem Allessorem: ab eoque delata est causa ad Iunium Donatum Urbis Praefectum. Extant harum gloriose confessionis atque consummati martyrij Acta, & quidem fidelia, quorum meminimus in Notationibus nostris. Quod spectat ad Iunium Donatum Prae- fectum Urbis; videas iisdem Actis consentientem esse antiquitus scriptam seriem Prae- fectorum Urbis, a Cuspiniano editam, in qua haec notata habentur: Valeriano quar- tum

num, iussuque est vt Olympij facultates proderet. Cui Tertullinus: Si facultates do- mini mei cupis, aeternam vitam consequi poteris, quas ille pro Christo moriens in aeterna vita suscepit. Cui Valerianus, Ergo, inquit, facultates domini tui vitam praestant? Respon- dit Tertullinus: Regnum perenne est Christi Domini nostri, qui habet potestatem mor- tis & vitae. Valerianus ad suos conuersus ait: Videtur hic effectus insanus. Iussitque illum fustibus caedi, & latera eius facibus inflammari. Post haec traditur Sapricio Iudici, qui tri- bunal sibi parari fecit in loco qui dicitur Mamertini: inde post multa ac varia tormenta ductus est, & via Latina, secundo ab Vrbe lapide, decollatus Kalendis Augusti. Eius reli- quias beatus Stephanus Papa collegit, ac in crypta arenaria sepeliuit.

Sequenti die Valerianus misit milites, qui tenerent beatum Stephanum, & eos qui cum eo erant clericos: ductique sunt ad Valerianum: qui Stephanum tantum ad se per- duci iussit, ac dixit: Tu es qui Rempublicam conaris euertere, & suasionibus tuis po- pulum a deorum cultu recedere suades? Ad quem Stephanus: Ego quidem Rempubli- cam non euerto; sed populum moneo atque horro, vt relictis daemoneis, quae in idolis coli solent, Deum verum agnoscant, & quem misit Iesum Christum. Tunc iussit Vale- rianus eum duci ad templum Martis, ibique sententiam ex tabella recitari. Tunc beatus Stephanus ductus extra Urbem via Appia, cum peruenisset ad Martis templum, eleuatis in caelum oculis dixit: Domine Deus Pater, qui destruxisti turrim confusionis in Baby- lone, destrue locum hunc, in quo diabolus superstitione decipit populos. Tunc facto ro- nitruo vna cum fulgure & coruscatione, percussoque templo, ex parte corruit: cum mi- lites fugientes reliquerunt Stephanum solum: qui vna cum suis perrexit ad proximum coemeterium Lucillae*, vbi multis exhortatus est suos ad tolerantiam martyrij. Post haec

obtulit sacrificium Deo omnipotenti. Audiens haec omnia Valerianus, misit ad eum capiendum milites: inueneruntque eum sacrificium Deo offerentem. Qui intrepidus & constans perficiens coepta mytheria, in eodem loco ante altare in sua decollatus est sede, quarto Nonas Augusti. Factus est ibi planctus maximus Christianorum, quod tanto pas- tore essent orbat. Sepelierunt corpus eius cum ipsa sede sanguine eius aspersa in eadem crypta, in loco qui dicitur Coemeterium Callisti.

Alia autem die milites inuenerunt Tarlicium acoluthum†, Christi corporis sacra- menta portantem. Discutientibus quid gereret; ille, indignum iudicans porcis prodere margaritas, nequaquam voluit detegere sacrosancta mytheria: qui cum tam diu fustibus & lapidibus mactauerunt, quousque spiritum exhalaret: reuolutoque eius corpore, ni- hil valuerunt de sacris mytheriis reperire. Eadem die collegerunt corpus sancti Tarlicij, & sepelierunt eum in coemeterio Callisti, via Appia: coadunataque Ecclesia Christiano- rum, ordinauerunt in locum beati Stephani Sixtum natione Graecum, patria Athenien- sem, Episcopum, nono Kalendas Septembris, Valeriano* quartum & Gallieno secun- dum Consulibus: apud nos autem regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est gloria & imperium in saecula saeculorum. Amen.] hucusque Stephani passionis Acta, ex ma- nuscriptis (vt diximus) exemplaribus restituta.

De eodem sancto Stephano haec praeterea leguntur in libro citari solito nomine Da- mafi de Romanis Pontificibus: Hic constituit, sacerdotes & Leuitas vestibus sacratis in vsu quotidiano non vti, & nisi in Ecclesia tantum. Hic fecit ordinationes duas per men- sem Decembrem, presbyteros sex, diaconos quinque, & Episcopos per diuersa loca tres.] Ex iis vnus fuit Melanius a Episcopus Rhotomagensis, sanctitate celebris. Rursum ibi: dem de Stephano: sepultus est in coemeterio Callisti, via Appia, quarto Nonas Augusti: & cessauit Episcopatus eius dies vigintiduos.] quando (vt dictum est) Sixtus successit vi- gesimaquarta die mensis Augusti.

Iisdem quoque Consulibus ante Stephanum Papam passae Romae sunt nobiles virgi- nes duae, ambae sorores, Rufina atque Secunda, desponsatae viris Armentario ac Verino Christianis. sed cum hi persecutionis metu recessissent a fide, eadem ambae a sponsali- bus quoque pactis resilierunt: quae ab illis Christianitatis accusatae sunt apud Arcetilium Comitem Allessorem: ab eoque delata est causa ad Iunium Donatum Urbis Praefectum. Extant harum gloriose confessionis atque consummati martyrij Acta, & quidem fidelia, quorum meminimus in Notationibus nostris. Quod spectat ad Iunium Donatum Prae- fectum Urbis; videas iisdem Actis consentientem esse antiquitus scriptam seriem Prae- fectorum Urbis, a Cuspiniano editam, in qua haec notata habentur: Valeriano quar- tum

Iisdem quoque Consulibus ante Stephanum Papam passae Romae sunt nobiles virgi- nes duae, ambae sorores, Rufina atque Secunda, desponsatae viris Armentario ac Verino Christianis. sed cum hi persecutionis metu recessissent a fide, eadem ambae a sponsali- bus quoque pactis resilierunt: quae ab illis Christianitatis accusatae sunt apud Arcetilium Comitem Allessorem: ab eoque delata est causa ad Iunium Donatum Urbis Praefectum. Extant harum gloriose confessionis atque consummati martyrij Acta, & quidem fidelia, quorum meminimus in Notationibus nostris. Quod spectat ad Iunium Donatum Prae- fectum Urbis; videas iisdem Actis consentientem esse antiquitus scriptam seriem Prae- fectorum Urbis, a Cuspiniano editam, in qua haec notata habentur: Valeriano quar- tum

I V. STEPHANVS PAPAE MAR- TYRIVM.

* al. Lucinae.

V. DE TAR- LICIO.

† Non acoluthu tantum, sed & laicis olim persecu- tione urgente concessum esse acceptam in Ecclesia Eucharistiam domum ferre, & mo pri- mo pluribus dictum est.

* al. Valeria- noterium & Gallieno secundum.

VI. RES GLORIOSAE STEPHANI.

* Mart. Rom. die 28. Octob. SIXTVS PA- PA.

VII. RUFFINA ET SECVN- DA MARTY- RES.

tum & Gallieno tertium Consulibus, Iunius Donatus Praefectus Urbis fuit.] A

VIII. Quod si interdum Acta martyrum alios nominent Urbis Praefectos, diuersos ab illis qui ibi scripti sunt; ea ratione id accidisse putamus; quod qui sub aliis magistratibus, nempe sub iis qui Vicariam gererent Praefecturam, vel à Iudicibus Assessoribus, vel aliis, vt, si miles erat, à Tribuno militum, vel cui quaestio demandata esset, paterentur, iidem omnes, quod Romae iudicarentur, ab Urbis Praefecto tradi quaestionibus, atque damnari dicerentur. Certè quidem non sub vno Urbis Praefecto, sed à pluribus, Praefectis itidem nominatis, damnari Romae martyres, Cyprianus certa ^a relatione nuntiorum suorum scripsit ad Successum epistolam, qua ait: Huic persecutioni quotidie insunt Praefecti in Vrbe.]

IX. Creato Sixto Romano Pontifice, Dionysius Alexandrinus, qui (vt diximus) illorum sententiae suffragabatur, qui dicerent ab haeretico baptizatos iterum baptizandos, quod à Stephano reprehensus esset, erroris poenitens, nouo emergente casu, nihil temere ausus B est sua sponte decernere; sed quid agendum esset in re dubia, sedem Apostolicam ex more statuit consulendam, scriptis ad eundem Sixtum litteris. Recitat ex iis fragmentum Eusebius ^b, sic dicens: Quinta item illius de Baptismate epistola ad Sixtum Episcopum Romanum scripta est: in qua cum multa dixerit contra haeticos, tale quoddam facinus suo tempore gestum exponit: Re vera, frater, quoniam eiusmodi quaedam causa ad me delata est, in qua veritus ne per errorem labar, consilium quaero, tuamque vehementer exosco sententiam.

X. Frater quidam ex nostro conuentu communioneque fidelis iudicatus, atate admodum prouectus, & priusquam ego iam creatus eram Episcopus, & (vt arbitror) antequam beatus Heraclius in Episcopatus gradu collocatus fuerat, conuentus communioneque particeps factus, cum forte Baptismo eorum, qui nuper apud nos baptizarentur, adesset, & rogata responsaque audiret; venit ad me lugens, & grauiter suam vicem deplorans, se ad pedes meos abiicit, & ex animo confitetur, & sancte deierat, Baptisma quo erat apud haeticos tinctus, non huius generis esse: illud namque plenum esse impietatis, plenumque blasphemiae, neque vllam omnino cum isto nostro habere similitudinem: affirmatque animam suam propterea acerbis dolorum stimulis compunctam, & quoniam nefario ac profano cum verborum tum factorum scelere pollutus erat, nec liberè suos oculos ad Deum posset eleuare: & propterea obtestatus est, vt hac purissima lauacri purgatione, vera susceprione in Ecclesiam, & diuina in eo lauacro oblata gratia potiretur.

XI. Quod planè ego non audebam praestare: sed diurnam illam communionem, qua fuerat cum Fidelibus fociatus, satis habere virium ad eius animum purgandum; affirmabam. Nam qui gratiarum actiones audiuisset, qui Amen vnà pronuntiasent, qui adstiteret mensae, qui manus ad sanctum illud alimentum capeffendum porrexisset, qui illud recepisset, qui tam longo tempore fuisset corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps, eius Baptisma non audebam de integro renouare; sed bono animo esse iuebam, & solida ac constanti fide conscientiaque pura, sinceraque ad sanctorum mysteriorum perceptionem accedere. Ille tamen lamentis & mœrore se conficere non destitit, ad mensam accedere praemetu exhorruit, & vix oratus, precibus interesse sustinuit.] hucusque ex epistola Dionysij ad Sixtum, qua consuluit quid de eo agendum foret.

XII. Quid Sixtus responderit, non apparet. Sed ex praeposita rogatione facile potest intelligi: nimirum quod cum hic baptizatus sit ab haeticis longè diuersa forma ac soleret in Ecclesia Catholica Baptismum confici, nullum planè ac prorsus irritum esse eiusmodi collatum Baptismum, certum est Sixtum Episcopum respondisse: Et si quem constaret verè atque legitime baptizatum esse, illum in Ecclesia Catholica debere recipi. Videas planè ex iis Dionysium (quod dictum est) quod eandem cum Cypriano & aliis sententiam propugnasset, tamen ab ea cum recessisset, ne baptizando illum qui iure baptizandus erat, videri posset priori sententiae inhærescere, magna cautela adhibita, in casu licet admodum perspicuo, nihil pro arbitrio agere, sed Sixtum Papam consulere voluisse: vt ex his possit intelligi, tum Dionysium, tum ceteros in Stephani sententiam pedibus iuisse. Nam si haecenus priori aduersariae opinioni studiuisset, nihil est cur sedem Apostolicam, in re praesertim adeò perspicua, statueret consulendam.

XIII. Rursum de Dionysio ibi subdit Eusebius: Extat praeterea alia huius de Baptismate epistola, ipsiusque Ecclesiae personae, cui praefuit, Sixto & Ecclesiae Romanae dicata, in qua multis argumentis & prolixo sermone de quaestione proposita disputat. Alia porro eius episto-

VIII.
PRAEFECTI
PLVRES IN
VRBE CON-
TRA CHRIS-
TIANOS.

^aCypr.ep.82.

IX.
DIONYSIUS
ALEXAND.
EPISCOPVS
CONSVLIT
SIXTVM PA-
PAM
^bEuseb.lib.7.
cap.8.

X.
DIONYSII
EPISTOLA
AD SIXTVM
PAPAM.

XI.

XII.
DIONYSIUS
CAVTEOR
REDDITVS.

XIII.
SCRIPTA
DIONYSII.

A epistola est post has conscripta ad Dionysium Romanum, quae de Luciano inscribitur.] hucusque Eusebius; qui & superius meminit eiusdem ad Sixtum epistolae scriptae de Baptismo, cum iam Pontifex creatus esset: qua (inquit) tum Stephani, tum reliquorum simul Episcoporum sententiam ac iudicium explanat, in qua meminit epistolarum, quae ea de re ad Dionysium & Philemonem Romanae Ecclesiae presbyteros tempore Stephani datae sunt. Porro ex epistola ad Philemonem haec idem Eusebius recitat ^a:

Idem Dionysius in tertia epistola de Baptismate, quam scribit ad Philemonem presbyterum Romanum, ista tradit: Equidem tametsi haeticorum libros & traditiones perlegebam, & meum ipsius animum ad tempus scelestissimis eorum opinionibus quodammodo inquinare videbar: hoc tamen ab illis capiebam commodi, vt non modò eos interiori animi mei cogitatione condemnarem ac refellerem, sed multò vehementius in posterum detestarer. At cum quidam ex numero presbyterorum me vetaret, deterreretque à legendo, ne turpi prauitatis & peruersae eorum doctrinae cœno contaminarer (meam enim mentem errorum labe pollui asseruit) cumque vera meo quidem iudicio diceret, visio quaedam caelitus ad me dimissa me confirmauit, & vox ad aures allapsa manifestò præcepit in hunc modum: Omnes libros, quos sumis in manus, euolue sedulo: nam satis habes virium & firmitatis ad quaeque tum conuincenda, tum exploranda: atque haec causa erat, cur ab initio ad fidem Christi vocatus fueris. Visionem, vtpote ritè consentientem voci Apostolicae, sic ad potentiores dicenti: Sitis diligentes animaduersores, & veluti trapezita, qui argentum probant: lubens equidem approbavi.] haec de epistola Dionysij ad Philemonem, tempore (vt dictum est) Stephani Papae scripta.

Verum quod spectat ad sententiam illam de trapezitis argentum probantibus, non sic XV. dicit Apostolicam vocem, quasi ab aliquo Apostolorum primum dictam, sed potius ex verbis Domini recitatam: à Domino enim id dictum fuisse, Origenes ^b in primis testatur, cum agit de Gazophylacio, dicens: Gazophylacium locus cum sit numismatum, quae offeruntur ad honorem Dei, & ad dispensationem requiei pauperum: quid aliud sunt numismata, quam diuini sermones, imaginem magni Regis impressam habentes? qui considerantur à mensariis probatis, gnaris diuidendi probata ab improbatis, quae mentiuntur se esse probata, & seruantibus illud Iesu mandatum: Estote boni trapezita, & Pauli ^c doctrinam, dicentis: Omnia probantes, quod bonum est tenere.]

Sed ad Dionysium de quaestione proposita reuertamur. Constat ipsum penitus secutum esse eam (vt par erat) ex rescripto, puto, Sixti Papae sententiam; vt qui ab haeticis non eadem forma, qua soleret Ecclesia, baptizatus esset, rediens ad Ecclesiam Catholicam, secundum legitimum Ecclesiae ritum baptizari deberet, quod nullum prorsus ab illis fuisset collatum diuersa forma Baptismum. Quamobrem cum alios complures haeticos, tum Cataphrygas, Pepuzenos cognominatos, quod viderentur secundum formam ab Ecclesia praestitam baptizare, ad Ecclesiam redeuntes non esse rebaptizandos affirmabat. Sed quod ad Pepuzenos spectat, ab eo sancti Patres discreparunt: quippe qui licet scirent Patrem & Filium & Spiritum sanctum ab illis in collatione Baptismatis nominari; tamen, quod per Spiritum sanctum illi Montanum intelligerent, nullum planè esse collatum à Pepuzenis Baptismum, in sacrosancta Nicæna ^d Synodo definierunt, nempe cum Paulianistas, tum Cataphrygas ad Ecclesiam confugientes esse rebaptizandos, quod etiam in Synodo ^e Laodicensi reperitur simile decretum. Sed & sanctus Basilus ^f in epistola canonica ad Amphilochem de eadem re Dionysium erroris arguit, dicens: Pepuzenorum autem Baptismum nullam habere rationem videtur: & miratus sum quo modo hoc Dionysium, qui fuit canonicus, praeterierit.] & inferius: Pepuzeni ergo sunt aperte haetici: in sanctum enim Spiritum blasphemarunt, Montano & Priscillae Paraclæti appellationem nefarie & impudenter attribuentes.] & paulò post: Quare etiam si hoc magnum Dionysium praeteriit, nobis tamen non est erroris imitatio.] haec Basilus. At satis de his quae antiquitus de haeticorum Baptismate Ecclesia docuit. Quae autem idem Dionysius ad Sixtum Papam de ortu haeresis Sabellianae scribit, dicemus in fine huius anni. Primum enim de semel coepta Christianorum persecutione agere instituimus. Sed & quae hoc anno, cum à Valeriano aduersus Christianos in prouincias datum tuit edictum, passus est tum ipse Dionysius, tum alij plures ex Christianis Alexandrinis; ex eius epistola, quam scripsit tunc ad Germanum, ab Eusebio recitata, iam enarremus. At prius de Imperatoris edictis dicendum.

XVI.
QVORVM
HAERETI-
CORVM RA-
TVM ESSET
BAPTISMA.

^aEuseb.lib.7.
cap.8.

XI V.

DE LEGEN-
DIS HAERE-
TICORVM
LIBRIS.

XV.

DE TRAPE-
ZITIS SEN-
TENTIA.
^bO.ig.in
Ioan.tom.19.

^cI. Thess. 5.

XVI.

QVORVM
HAERETI-
CORVM RA-
TVM ESSET
BAPTISMA.

^dNicæna Cœ.
cap.19.

^eConc. Laod.

cap.8.

^fBasil. epist.
canon ad Am-
phil. cap. 1.

XVII.
^a Pontius in
Actu piff.
S. Cypri.
EDICTO VA-
LERIANI
QUAE PRO-
HIBITA
CHRISTIA-
NIS.
^b Apud Euseb.
lib. 7. cap. 10.

Illud quidem hoc anno à Valeriano primùm in orbis Romani prouinciis constat fuisse A promulgatum edictum^a, vt Christiani compellerentur suam religionem deserere, ne item conuentus agerent; vel cœmeteria adirent, vt apud Pontium Proconsularia Acta declarant, in quibus hæc leguntur: Proconsul dixit, Iussum est (*de Christianis scilicet*) vt nulla conciliabula faciant, neque cœmeteria ingrediantur: quod qui facere comprehensus fuerit, capite plectatur.] Meminit & Dionysius^b eiusmodi Valeriani decreti in nuper citata epistola. Quòd enim (vt ex Actis martyrum, qui Romæ sunt passi; superiùs recitatis apparet) ex conuentibus Christianorum, qui edebantur in cœmeteriis, magna fieret ex Gentilibus accessio ad Christianam religionem, quorum occasione Romæ (vt dictum est) persecutio cœpta est; permotus videtur fuisse Valerianus, vt primùm omnium suo edicto, conuentus fieri, & cœmeteria adiri prohiberet.

XVIII.
SCRIPTAR
LITTERAR
DE PERSE-
CVTIONE
FIDELIVM.

Verùm non tantùm eiusmodi satis illi fuit promulgasse edictum: sed & ab eo litteræ B priuatæ dabantur ad Præsides, quibus Christianos ad Christum negandum vt compellerent, & renuentibus Præsulibus exilium decerni iubebatur: vt sic illis longiùs amandatis, nulla reliquis Christianis conuentus agendi daretur facultas: quod de Cypriano factum esse, atque Dionysio Episcopo Alexandrino, proximè dicturi sumus. Sed priùs de Dionysio, de quo alia occasione opportuna semel est oratio instituta, dicendum. Administrabat hoc tempore Augustalem Præfecturam Ægypti Æmilianus, cuius proluxa mentio habetur apud Trebellium^c Pollionem. hic ille qui aduersus Gallienum in Ægypto postea acclamatus est Imperator, de quo suo loco dicturi sumus. Quæ igitur Dionysius ab eodem Æmiliano sit passus, ipsemet in dicta ad Germanum epistola narrat. Sed hæc primùm Eusebius:

XIX.
DIONYSII
EPISCOPI
ALEXANDR.
CONFESSIONE.

4 Tob. 12.

De persecutione autem, quæ vehementissimè, regnante Valeriano, exardescerat, quas C afflictationes & incommoda idem Dionysius cum aliis propter verum cultum Dei vniuersarum rerum opificis subierit; verba eius, quibus in Germanum, suæ ætatis Episcopum, qui illius famam maledictis lædere tentasset, inuehitur, satis perspicue declarant, quæ ita se habent: Videbor equidem nonnullis fortasse, dum admirabilem Dei prouidentiam erga nos ostentatam cogor necessariò explicare, in magnam amentiam inscientiamque esse prolapsus. Verùm quoniam secretum Regis occultare (inquit Scriptura^d) præclarum, & Dei opera prædicare cum primis eximium est; ego cum Germano manus conferere aggrediar. Veni ad Æmilianum non quidem solus, sed me comitati sunt compresbyter meus Maximus, & diaconus Faustus, Eusebius & Chæremone; & quidam è fratribus qui Romæ ad nos venerant, nobiscum vnà profectus est.

XX.
DIONYSII
RELEGARI
LIBETVR.

c Act. 5.

Æmilianus autem non dixit mihi conceptis verbis, Ne conuentus agas. hoc enim illi D fuisse ferè superuacaneum, & in eo, quod ille moliebatur, postremas sanè tulisset; præsertim cum ad id quod caput est nostræ religionis, omnem suam curam & cogitationem conuertisset. Nam non de hoc, nimirum ne conuentus agerem, ab eo sermo erat institutus; se de eo, ne me ipsum deinceps Christianum esse profiterer. Atque ab hoc quidem me desistere mandauit, ratus id quidem, si ego fidem commutarem, alios eandem mecum sententiam secuturos. Non absurdè quidè, neq; circuitione vlla vsus respondi^e; Deo obtemperandum magis, quàm hominibus. Quin palàm etiam contestatus sum, me illum, qui solus Deus est, & nullum alium venerari: neque sententiam velle mutare, neque aliquando desistere esse Christianum. Deinceps iussit vt in pagum nomine Cephron, prope locum quemdam desertum situm, recta abscederemus. Verum verba quæ ab vtrifque vtrò citroque habita sunt, vt fuerunt à quibusdam in commentarios relata, accipitote, &c.] Ex iis quæ Dionysius de singulis verbis exceptis à Notario tradit, de ceteris quoque sanctorum martyrum rebus getis fidem adstruere possumus, cum in illis interrogationes singulas, ac responsiones verbis singulis expressis legimus. At quænam fuerint, ea quæ relata dicit in commentarios, sic prosequitur:

XXI.
SECUNDA
QUESTIO
DE DIONYSIO.

Dionysio & Fausto & Maximo & Marcello & Chæremone in Concilium introdu- E ctis, Æmilianus, qui Præfecturam gerebat, sic locutus est: Vobiscum iam coram absque scripto lubet differere de Imperatorum dominorum nostrorum humanitate atq; clementia, quam erga vos declarant. Nam salutis vestræ ac vitæ potestatem vobis fecerunt: modò ad id, quod est secundùm naturam, velitis vosmetipsos conuertere; & deos, qui illorum regnum seruant incolume, sanctè adorare; eorum autem penitus obliuisci deorum, qui naturæ repugnare videantur. Quid igitur ad ista respondetis? neque enim vos ingratos fore

A fore arbitror, cum tanta benignitas ab illis sit vobis ostentata: quandoquidem ad res meliores vos amice & beneuolè cohortantur. Dionysius respondit: Non omnes colunt omnes deos, sed singuli singulos pro arbitratu. Nos proinde vnum Deum, rerum omnium fabricatorem, qui Valeriano & Gallieno Cæsaribus Augustis, viris sanctissimis, Imperium largitus est, & colimus & veneramus. Huic etiam sine intermissione pro eorum regno, vt stabile & firmum maneat, preces adhibemus.] hæc ipse.

At ne mireris, cum audis Dionysium, sacrilegos Imperatores, dicere viros sanctissimos: non enim eo sensu, quo nunc vsurpatur, vox illa dici consuevit. Vtitur Dionysius solitis tribui tunc temporis Imperatoribus titulis: quod constat tum ex plerisque Ethnicorum scriptorum locis, tum ex inscriptione Veronensi, vbi inter alia hæc^a de eodem Gallieno: *IVBENTE SANCTISSIMO GALLIENO AVG.*] Porro sic ex consuetis titulis Dionysius dicit Imperatores illos, Sanctissimos, quo & Paulus Apostolus scelestissimum hominem Felicem alloquens^b, ait: *Oprime Felix.*] cum alioqui ex proprietate quoque vocis, Imperatores, licet nefandissimos, tamen sanctissimos appellare potuisset. nam Cicero ait^c: *Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur.*] Si igitur quod à Deo datum creditur, sanctum dicitur, cum constet ex Christianæ legis præscripto, Principes etiam malos à Deo dari in vltionem peccatorum, secundùm illud^d: *Dabo vobis Regem in furore meo.*] & ^e: *Qui regnare facit hominem hypocritam.*] hac quidem ratione vtique potuit illos nominasse sanctissimos. Quòd si impij sic dicti sunt, quomodo non etiam hac saltem ex parte quique Episcopi, quantumlibet moribus deprauati, sanctissimi iure dicendi? Sed Acta ipsa iam prosequamur.

C Tunc Præfectus Æmilianus: Quis vos, inquit, prohibet, quo minùs hunc, si deus sit, cum aliis diis qui sunt secundùm naturam, cultu & reuerentia obseruetis? Vobis enim præceptum est, vt deos adoretis, quos omnes norunt. Ad quæ Dionysius: Nos (inquit) nullum præter vnum Deum honore & obseruantia prosequimur. Æmilianus Præfectus iterùm, Video, inquit, vos non modò ingratos esse, sed singularis Augustorum mansuetudinis propè immemores. Quapropter in hac ciuitate non liberum erit vobis versari: sed eritis in partes Libyæ relegati, in locum videlicet qui Cephron nuncupatur, quem ex Augustorum nostrorum iussu vobis assignaui. Neque vsquam omnino vel vobis, vel aliis quibusque potestas erit aut celebrandi conuentus, aut in ea quæ cœmeteria appellantur, ingrediendi. Quòd si quis vestrum in eum locum, ad quem vos ire præceperim, minimè proficiscatur, aut in aliquo reperiat conuentu, suo ipsius capiti creabit periculum, non deerit namque accurata ad vos obseruandam industria. Abite igitur quòd iussi estis.

Sic Æmilianus me etiam morbo laborantem abire compulit, & ne ad vnum quidem diem meam profectionem differre voluit. Quòdnam ergo mihi superat otium, vel ad conuentus agendos, vel secus?] Deinde addit: Attamen nos iuuante Deo, non à conuentu palàm inter nos celebrando abstinuimus: quin ipse quidem quosdam in ciuitate fratres, perinde ac si simul cum illis versatus fuisset, ad conuentus perstudiosè agendos impulit. Et quamuis ab illis corpore abessem (vt inquit Apostolus^f) spiritu tamen semper aderam. Ad Cephron autem non exiguus cœtus nobiscum vnà migravit, tum fratrum qui ab vrbe nos sequebantur, tum aliorum qui ex reliqua Ægypto conuenerant. Atque ibi Deus quasi ianuam ad verbum suum prædicandum nobis patefecit. Ac primùm, quamquam persecutione eramus diuexati, & lapidibus obruti; postea tamen non parua Gentium multitudo, idolis relictis, ad Deum colendum se conuertebat. Nam tunc primùm verbum Dei, quod numquam antea accepissent, sed per nos inter eos disseminatum fuit: & Deus, perinde atque huius rei causa solùm illò nos deduxisset, eo completo ministerio, iterùm inde abduxit. Quippe Æmilianus (vt videbatur) habuit in animo nos in asperiora interioraque Libyæ ac magis deserta loca transferre. Omnino enim in Mareotidem commigrare mandauit, & singulis nostrum per varias regiones pagos præscripsit singulos: me autem propius ad regiam viam, vt primus prehenderet, collocauit. sic enim res ab illo dispensata, sicque com parata fuit, vt quando visum foret, nos comprehendere, omnesque facillè occupare posset.

Ego autem cum in Cephron abire iussus essem, tamen locum, vbi esset situs, ignorabam, & nomen numquam antea ferè audieram, tamen libenter & absque animi perturbatione eò abscessi. At vt primùm nuntiatum erat mihi, vt in Colluthionis agros demigra-

XXII.
CVR SAN-
CTISSIMI
DICTI IM-
PERATORES
^a Inscript.
Plant. p. 145
^b Act. 24.

^c Cic. pro Ar-
chia Post.

^d Osee 13.
^e Job 27.

XXIII.
SENTENTIA
RELEGA-
TIONIS.

XXIV.
MULTI SE-
CVTI DIO-
NYSIVM
EXVLANTEM.

^f I. Cor. 5.

XXV.
DIONYSIVS
DE AGEN-
DIS CON-
VENTIBVS
SOLICITVS.

grarem; qui mihi aderant, norunt quo pacto (hoc enim mihi ipse vitio vertendum puto) animo affectus essem. Primum enim rem valde acerbè tuli, admodumque succensui: nam quamuis loca illius regionis magis mihi cognita essent, ac magis familiaria, quam Cephron; tamen ipsum Colluthionem desertum à fratribus, desertum à probis viris esse dicebam; & non solum molestiis à crebro viatorum transitu exhibitis, sed periculosis etiam latronum incurisionibus obiectum. Ceterum cum mihi fratres significassent, Colluthionem non tam longè ab Alexandria distare, & licet Cephron magnam fratrum societatem ex Ægypto profectorum nobis attulisset, adeò vt maiores conuentus celebrare potuissemus; ibi tamen, quia propius inde aberat Alexandria, crebrius hominum summo amore, familiaritate & amicitia nobiscum coniunctorum aspectu re vera frui licere; permagnam animi cepi consolationem. Ad nos enim velle accedere, nostrosque animos recreare, & ita tamquam in suburbis paulò remotioribus nos aliquoties conuentus agere posse dixerunt: ac planè contigit. Post ista de aliis rebus quæ sibi acciderant, sic scribit:

XXVI.
GERMANVS
CONFESSOR

At multis fidei confessionibus gloriatur Germanus, ac multa mala contra se patrata habet dicere ille quidem. Sed quot, quæso, iudicum sententias contra nos pronuntiatas potest enumerare? quot publicationes, proscriptionesque bonorum, quot fortunarum direptiones, quot abdiciones dignitatum, quantas inanis & popularis gloriæ contempiones, quantas laudum à Præfectis & Senatoribus nobis tributarum despicationes? quantum minarum nobis obiectarum, aduersarum vociferationum, periculorum, persecutionum, exilij, angustiar, & variar cuiusque modi afflictionis tolerantiam; vt illa quæ sub Decio & Sabino, & quæ hæcenus sub Æmiliano mihi obrigerunt? Vbi Germanus comparuit? quis sermo de eo peruagatus? Verum magnam istam inscitiam, in quam ob Germanum modò prolapsus sum, missam facio. Quocirca rerum singularum explicationem fratribus, qui eas tenent, singillatim prosequendam permitto. Idem etiam in epistola ad Domitium & Didymum conscripta, eorum, qui istius persecutionis procellis agitati fuissent, hoc modo mentionem facit:

XXVII.
MARTYRES
PLVRES.

Christianos autem, qui & permulti sunt, & nobis minimè cogniti, nominatim citare superuacaneum arbitror. Sed hoc sciatis velim, viros & mulieres, iuvenes & senes, puellas & vetulas, milites & priuatos, cuiusque generis, cuiusque ætatis extitisse, quorum alij flagris cæsi, alij ignis incendio cremati, alij ferro percussi, parta victoria coronas martyrij adepti sunt. Nonnullis autem longinquum hoc persecutionis tempus non satis fuit, vt Domino viderentur accepti, ipseque illos ad se reciperet: in quorum numero (vt verisimile est) ego ipse sum, cui adhuc vita suppetit. Ac propterea ipse qui dicitur; Tempore accepto audiui te, & in die salutis adiui te; me ad illud tempus distulit, quod mihi idoneum opportunumque fore norit. Quoniam autem de me meisque sociis rogatis, & quo loco fit vita nostra constituta certiores fieri cupitis: accepistis, credo, qua ratione quidam ex Mareotide me, Gaium, Petrum, & Paulum à Centurione, Duce, militibus, & seruis captiuos abductos de improviso adorti, inuitos, & minimè sponte sequentes vi abstraxerint, & à militibus auullos secum abripuerint. Iam verò ego cum Gaio & Petro soli à ceteris fratribus separati, in desertum & squalentem locum Libye conclusi sumus, tridui iam à Parætonio distantes.] Quinetiam paulò longius progressus dicit:

XXVIII.

In urbem clam & ex occulto ingressi sunt alios fratres inuisuri presbyteri quidam, Maximus, Dioscorus, Demetrius, Lucius: Faustinus enim & Aquila, qui hominum sermone celebriores sunt, in Ægypto vagi oberrant. Diaconi autem post illos, qui pestis contagione infecti interierunt, relictis, Faustus, Eusebius, Chæremon: Eusebium dico, quem ab initio persecutionis Deus sua gratia roborauerat, & non modò ad ministeria confessorum, qui carceribus detinebantur, summo studio & omni animi contentione explenda; sed etiam ad lintea, quibus corpora beatorum martyrum iam vita defunctorum inuoluerentur, neglecto vitæ periculo, conficienda præparauit. Præfectus verò nihil adhuc in sanctos remittit acerbatis: sed alios qui ad eum adducuntur, è medio (vt dixi) tollit, quosdam tormentis dilaniat, nonnullos arcta custodia & vinculis contabefacit. Et quamquam præcipit, ne quisquam illos adeat, atque adeò curiosè inquiret, ecquis reperiatur, qui eos velit adire: Deus tamen propenso fratrum studio, & assidua eorum curatione, illos istis rerum angustiis oppressos rescit, subleuatque.] post hæc ibidem:

XXIX.

Intelligendum est porrò, Eusebium illum, quem paulò antè diaconum nominauit, non multo post Ecclesiæ Laodiceæ, quæ est in Syria, Episcopum creatum fuisse: Maximum

A mum verò, quem tum presbyterum dixit, mortuo eodem Dionysio, in ministerium Ecclesiæ, & fratrum qui sunt Alexandriæ, successisse: verum Faustum, qui eodem tempore cum ipso Dionysio ex fidei confessione non parum laudis collegerat, ad persecutionem, quæ nobis viuientibus ciebatur, reseruatum, iam planè grandem & longo multorum dierum decursu confectum, securi percussum, beato martyrio occubuisse. Sed de iis, quæ illo tempore Dionysio acciderunt, hæcenus.] hucusque Eusebius.

Præter hæc autem, quæ ab eo de Dionysio recitata sunt, ex aliis Actis hæc apud Adonem adduntur: Denique refertur, insectantibus se persecutoribus, cum ipse adstaret, Iudici respondisse: Quid insectando laboratis? caput meum, pro quo tantopere fatigamini, auulsum ceruicibus sumite, & donum magnum ad tyrannum & Imperatorem vestrum ferte.] hæc ibi, & alia; quæ tamen vnde sint accepta, nescimus. At de Dionysio hæc modò satis. Quo modo verò Æmilianus Præfectus Augustalis de persecutione in Christianos exercita dignas dederit pœnas, cum quòd à Gallieno rebellasset, & sibi arrogasset Imperium, captiuus Romam ductus est, & in carcere strangulatus; ex Trebellio Pollione, qui rem gestam enarrat, suo loco dicemus.

Quid autem tunc temporis Cæsareæ Palæstinæ acciderit, Eusebius paucis describit, sic dicens: In hac persecutionis clade, quam regnante Valeriano passim manasse supra demonstratum est, tres viri, ob veram Christi confessionem insigniter prædicati, Cæsareæ Palæstinæ bestiarum rictibus velut præda obiectati, diuino & cælesti martyrio non sine maxima commendatione decorati fuerunt. Quorum vnus Priscus vocabatur, alter Malchus, tertio nomen erat Alexander. Ferrus verò, istos ruri degentes, primum se ipsos tamquam inertes & desides probriis affecisse, quòd cum temporis opportunitas præmium vitæ æternæ his, qui cælesti eius desiderio gliscebant, dispertire videretur, ipsi præ negligentia quadam & legnitie martyrij coronam non præripuissent. Deinde cum inter se ita deliberassent, absque mora Cæsaream versus ire pergunt, ibique extemplo proficiscuntur ad Iudicem; & eum vitæ exitum, qui supra demonstratus est, assequuntur. Mulierem quamdam præterea, quam Marcionis errore antè lapsam fuisse fama loquitur, eadem persecutionis tempestate, in eadem ciuitate perfimile certaminis genus subiisse memorant.] hucusque Eusebius.

Sed & in Syria inter alios martyres, qui ibi passi sunt, celebrior est Nicephori fama, cuius martyrium Antiochiæ magna gloria exhibitum: cum in locum Sapricij presbyteri, qui negarat, se sufficiens, desertoris militis damna reparauit, hostemque prostrauit. Extant Acta tunc scripta, & quidem fidelissima: agiturque natalis dies eius martyrij quinto Idus Februarij. Perspicuum tunc planè, sed pauendum editum est exemplum, quo Fideles omnes admonerentur, frustra quæque magna conari hominem Christianum, nisi fraternæ charitatis compage fuerit solidatus: cum Sapricius presbyter, vita iam oppignata martyrio, quòd odio flagraret in Nicephorum, ipsum propè ictum vibrante carnifice, Christum negans, idolis sacrificauit. Quod verò ad Cilices martyres spectat: inter alios plures in Cilicia passos, Tarsi martyrium consummarunt Athanasius Episcopus, & Anthusa nobilis femina, & duo serui ipsius, vndecimo Kalendas Septembris, alij quoque Corinthi, aliisque Græciæ locis, atque aliis Orientalis Ecclesiæ regionibus, quorum memoria vt plurimum excidit. Sed iam ad ea quæ hoc eodem anno, eadem urgente persecutione, in Africa contigerunt, quæ & certis scriptorum monumentis certiora redduntur, orationem conuertamus.

E Quæ enim passus est Dionysius in Ægypto, eadem planè passus est in Africa Cyprianus, ac ceteri subinde Episcopi, quòd vna eademque sententia omnes coegerit exulare, tametsi de ceteris Præsulibus nulla sit adeò certa ac explorata testatio, nihilominus ex iis quæ tum de Dionysio tum Cypriano sunt certa assertione litteris commendata, quid de reliquis diuersarum Ecclesiarum Episcopis dignum sit existimare, omnes arbitror intelligere. Primus ergo omnium qui hac persecutione in Africa vexaretur, fuit sanctus Cyprianus Episcopus, cuius exemplo & reliqui Fideles sunt ad martyrium subeundum incensi, vt litteræ ad ipsum exulem scriptæ testantur. De Cypriani exilio hoc anno litteris imperato, agente Paterno Proconsule in Africa, tum Pontius diaconus exilij comes scripsit, tum etiam Acta ipsa, tunc à Notariis diligenter excepta, fidem in omnibus exploratam faciunt. Extant quidem eadem Acta, à maioribus accepta, & vt fidelia comprobata, sed duplicis generis; quæ à Pamelio viro impensè erudito cognita & emendata, ac post

DE EUSEBIO
ET MAXIMO
CREATIS
EPISCOPIS.

XXX.
Ado die
17. Nouemb.
VERBA DIONYSII
AD
PRÆFECTVM.

XXXI.
Euseb. lib. 7.
cap. 11.
PERSECUTIO
ECCLESIAE
CAESAREAE
PALÆSTINÆ.

XXXII.
PERSECUTIO
IN SYRIA
ET CILICIA.
Ex Metaph.
apud S. I. 10.
mo 1. die 9.
Febr.

XXXIII.
CYPRIANI
EXILIVM.

Apud Cypri.
epist. 78.

libellum

a Posthabentur à Pamelio ante opera Cypri.

ACTA CYPRIANI EVLUCIDATA.

b Cypri. ep. 82.

XXXV. ACTA PASSIONIS CYPRIANI AD DITIONE CORRUPTA.

c Apud Cypri. ep. 78 & 79. CYPRIANVS PRIMVS MARTYR.

XXXVI. ACTA LEGITIMA PASSIONIS CYPRIANI.

XXXVII. CYPRIANI CONFESSIO.

libellum Pontij de eadem re sunt posita. Quæ autem primo loco ibi edita habentur, eiusmodi habent præstationem :

Tempore Valeriani & Gallieni, cum gloriosum nomen Christi à Gentilibus exosum intentione maxima conaretur auferri, & esset persecutio apud Urbem Romam, beatissimus Cornelius Pontificatum prædictæ Urbis summis virtutibus præditus tunc regebat, comprehensusque à Præside, & diuturnis tormentis afflictus, gladio finiuit temporalem vitam, percepturus à Deo sine fine perpetuam.] hæc ibi. Sed quæ de sede Cornelij sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus, deq; martyrio ab eodem sub eorundem persecutione suscepta feruntur, maximam historicæ veritati inferunt difficultatem. Nam dicentibus Cornelium peruenisse ad tempora Valeriani & Gallieni, & sub eorum persecutione, quæ non ante tertium eorum Imperij annum (vt auctore Dionysio apertissimè est demonstratum) cœpta est, martyrium consummasse, non tantum superiores omnes antiqui pariter refragantur; sed & ipsa temporum ratio aded huiusmodi assertioni repugnat, vt id affirmare velle, portentum propemodum habeatur. Si enim Cyprianus ipso persecutionis exordio missus est in exilium, vbi anno insumpso perfecti martyrij coronam accepit, cum antea (vt ipse testatur Cyprianus) Sixtus Romanus Pontifex iam Romæ martyrium suscepisset; sique ea sententia dicendum esset, eodem anno, quo Papa Cornelius, Sixtum etiam martyrium consummasse: vbi, quæso, tempus sedis Lucij? vbi anni sedis Stephani, quibus tot tantaque gesta esse reperiuntur? & vbi nam, rogo, eius successoris Sixti Papæ tempus & locus? Nec est quod quis, vt horum sedis tempora valeat vterius propagare, differre possit in posteriores annos exilium Cypriani; cum tam Pontij, quam ipsorum eius passionis Actorum testimonio compertissimum habeatur, sequenti anno, Basio & Fusco Consulibus, Cyprianum martyrium subiisse.

Ne igitur lector ex iis errore labatur, admonemus, ea omnia quæ iisdem Actis continentur vsque ad rogationem Paterni Proconsulis, non esse eiusdem, qui ea scripsit, auctoris germana, sed ab alio antè descripta Acta præmissa; nec illa ipsa esse, quorum Pontius & Augustinus meminerunt; ac proinde spuria esse & illegitima, atque errore enormi plati deformia. Sed & quod certum exploratumque habetur, Cyprianum primum omnium tentum coram Proconsule confessum esse: in illis tamen Actis trecenti martyres, Massa candida dicti, ante Cyprianum passi esse ponuntur. Ceterum Cyprianum primum omnium iniisse certamen, litteræ ad eum scriptæ declarant; cum iisdem in primis dicitur: Quasi bonus & verus doctor, quid nos discipuli secuti apud Præsidem dicere deberemus, prior apud Acta Proconsulis pronuntiasti: & tuba canens, Dei milites caelestibus armis instructos ad congressionis prælium excitasti; & in acie prima pugnans, spiritali gladio diabolum interfecisti.] & sequenti epistola: Ante passionem à te sumus ad gloriam prouocati, qui prior nobis ducatum ad confessionem nominis Christi præbuiisti, &c.] Prætermittis igitur Actis illis ea additione sic deprauatis, illa sequemur Acta legitima atque germana, quæ secundo loco sunt à Pamelio posita, die ac Consulibus consignata in hæc verba:

Imperatore Valeriano quartum & Gallieno tertium Consulibus, tertio Kal. Septembris, Carthagine in Secretario, Paternus Proconsul Cypriano Episcopo dixit: Sacratissimi Imperatores Valerianus & Gallienus litteras ad me dare dignati sunt, quibus præceperunt, eos qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas caerimonias recognoscere. Exquisiui ergo de nomine tuo: quid mihi respondes? Cyprianus Episcopus dixit: Christianus sum, & Episcopus: nullos alios deos noui, nisi vnum & verum Deum, qui fecit caelum & terram, mare, & quæ in eis sunt omnia. Huic Deo nos Christiani deseruimus, hunc deprecamur diebus ac noctibus pro nobis, & pro omnibus hominibus, & pro incoluitate ipsorum Imperatorum. Paternus Proconsul dixit: In hac ergo voluntate perseveras? Cyprianus Episcopus respondit: Bona voluntas, quæ Deum nouit, immutari non potest. Paternus Proconsul dixit: Poteris ergo secundum præceptum Valeriani & Gallieni exul ad urbem Curubitanam proficisci? Cyprianus Episcopus dixit: Proficiscor.

Paternus Proconsul dixit: Non solum de Episcopis, verum etiam de presbyteris mihi scribere dignati sunt. Volo ergo scire ex te, qui sunt presbyteri qui in hac ciuitate consistunt. Cyprianus Episcopus respondit: Legibus vestris bene atque vtiliter censuisti, delatores nos non esse: itaque detegi & deferri à me non possunt, in ciuitatibus autem suis inueniuntur. Paternus Proconsul dixit: Ego hodie in hoc loco exquiro. Cyprianus dixit: Cum disci-

A disciplina prohibeat ne quis se vltro offerat, & tua quoque censuræ hoc displiceat: nec offerre se ipsi possunt, sed à te exquisiti inueniuntur. Paternus Proconsul dixit: A me inueniuntur. Et adiecit: Præceperunt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula fiant, nec cœmeteria ingrediantur. Si quis itaque hoc tam salubre præceptum non obseruauerit, capite plectetur. Cyprianus Episcopus respondit: Fac quod tibi præceptum est. Tunc Paternus Consul iussit beatum Cyprianum Episcopum in exilium deportari.

Quæ autem post hæc ibi sequuntur de eius martyrio, dicemus anno sequenti, quo perfici contigit. Porro non tantum litteræ Episcoporum, qui ad metallum damnati sunt, sed & Pontius & Augustinus horum Actorum meminerunt. Etenim Augustinus scribens contra duas epistolas Gaudentij, ex eis locum citat his verbis: His sacris litteris eruditus beatus Cyprianus in confessione sua dixit, Disciplinam prohibere, ne quis se offerat.]

B de iisdem Actis meminit Pontius, cum ait: Quid sacerdos Dei, Proconsule interrogante, responderit, taceam: sunt Acta quæ referant, & Episcopi ad metalla damnati: Prior apud Acta Proconsulis pronuntiasti.]

Peruenit Curubim locum exilij Cyprianus decimo octavo Kalendas Octobris, qua ipsa die sequenti anno (vt colligitur ex Pontio) martyrium subiit: quod sibi prima die diuinitus ostensum fuit. Erat Curubis oppidum in promontorio Mercurij contra Siciliam spectante, à Carthagine ad quinquaginta millia passuum distans. Amœnum illum fuisse locum, haud durum ac difficilem ad habitandum, idem Pontius, qui ab illo assumptus est comes, testatur, cum ait: Iam nunc, quod secundo posueram loco, cum gratiarum actione repetamus: Prouisum esse diuinitus etiam pro animo tanti viri apicum & competentem locum, hospitium pro voluntate secretum, & quidquid apponi eis antè promissum est, qui regnum & iustitiam Dei quærunt. Atque vt omittam frequentiam visitantium fratrum, & ipsorum inde ciuium charitatem, quæ præsentabat omnia quibus videbatur esse fraudatus: admirabilem visitationem Dei non præteribo, qua Antistitem suum sic in exilio esse voluit de securura passione securum, vt imminentis martyrij pleniore fiducia, non exulem tantummodò Curubi, sed & martyrem possideret.

Eo enim die, quo primum in exilij loco mansimus (nam & me inter domesticos comites dignatio charitatis eius delegerat exulem voluntarium, quod vtinam & in passione licuisset) Apparuit mihi, inquit, nondum somni quiete sopito, iuuenis vltra modum hominis enormis: qui cum quasi ad prætorium ducebat, videbar mihi tribunali sedentis tum Proconsulis admoueri. Is, vt in me respexit, annotare statim cœpit in tabula sententiam, quam non sciebam: nihil enim de me solita interrogatione quæsierat. Sed enim iuuenis, qui à tergo eius stabat, admodum curiosus legit quidquid fuerat annotatum. Et quia id verbis proferre non poterat, nutu declarante monstrauit quid in litteris tabulæ illius haberetur. Manu enim expansa & complanata ad spathæ modum ictum solitæ animaduersionis imitatus, quod volebat intelligi, ad instar liquidi sermonis expressit. Intellexi sententiam passionis futuram. Rogare cœpi, & petere continuò, vt dilatio mihi vel vnus diei prorogaretur, donec res meas legitima ordinatione disponerem. Et cum preces frequenter iterassem, rursus in tabula cœperat nescio quid annotare. Sensi tamen de vultu serenitate Iudicis mentem quasi iusta petitione commotam. Sed & ille iuuenis, qui iam dudum de passionis indicio gestu potius quam sermone prodiderat; clandestino identidem nutu, concessam dilationem quæ in crastinum petebatur, contortis post indicem digitis, significare properauit. Ego, quamuis non esset lecta sententia, etsi de gaudio dilationis acceptæ læto admodum corde gauderem; metu tamen interpretationis incertæ sic tremebam, vt reliquæ formidinis cor exultans adhuc toto pauore pulsarent.] hucusque visio. Sed prosequitur Pontius:

Quid hac reuelatione manifestius? quid hac dignatione felicius? Antè illi prædicta sunt omnia, quæcumque postmodum subsecuta sunt: nihil Dei verbis imminutum, nihil de tam sancta promissione mutilatum. Singula denique, secundum quod ostensa sunt, recognoscite. Dilationem petit crastini, cum de passionis sententia cogitaretur postulans vt res suas de illo, quem impetrauerat, ordinaret. Hic dies vnus significabat annum, quo ille post visionem acturus in sæculo fuerat. Nam, vt manifestius dicam, eo die post exactum annum coronatus est, quo hoc illi ante annum fuerat ostensum. Diem autem Domini, etsi non annum in diuinis litteris legimus: promissioni tamen futurorum debitum illud tempus accipimus.] & paulò post: Dilationis autem petendæ ratio,

XXXVIII. FIDES ACTORVM CYPRI. Apud Cypri. epist. 78. Lib. 1. c. 31. Pontius in Vita S. Cypri.

XXXIX. CYPRIANI EXILII LOCVS.

a Mat. 6.

XLI. VISIO CYPRIANI.

** al. inuicem*

XLI. DECLARATIO VISIONIS.

de ordinatione rerum, & de voluntatis dispositione veniebat. Quæ verò res illi, aut quæ voluntas ordinanda, nisi Ecclesiastici status? Suprema idcirco accepta dilatio est, ut, quidquid circa pauperum fovendorum curam supremo iudicio disponendum fuerat, ordinaretur. Et puto, propter nil aliud, immò verò propter hoc tantum, etiam indulgentia ab ipsis qui eiecerant, & qui occisuri erant, admissa est, ut præsens præsentibus pauperes, nouissimæ dispensationis extremis, & (vt plenius dixerim) totis sumptibus releuaret.] hucusque de vitiosis interpretatione Pontius. Cetera, quæ de eius martyrio subdit, sequenti anno dicemus.

XLII. SÆVI PER SECVTIO IN RELIQUOS AFRICANOS

Quòd autem in inrerrogatione Cypriani Paternus Proconsul se quæsiturum dixerat presbyteros & alios Ecclesiæ ministros, haud segniter adimpleuit: quippe qui complures Africanos Episcopos atque presbyteros, diaconos & alios Ecclesiæ ministros, ab Ecclesiis ipsorum auulsos, sustibus cæcos, aliisque pœnis affectos, ad metalla damnauit: nec ministros Ecclesiarum solùm, sed & fidelem plebem secutam pastorum exemplum, & ex eis pueros atque virgines Christum confitentis, eadem quoque pœna multauit. Locus in quem deportati sunt, dictus erat, Metallum Siguense, aliter Sigense, apud Sigam ciuitatem Mauritanæ Tingitanæ ex aduerso Malachè in Hispania sita. Ex Sigensi namque metallo iidem scripsere ad Cyprianum, vt indicat inscriptio litterarum a, quas ad ipsum illi reddiderunt: proximi enim Sigæ erant montes Chalcorichij dicti, apud quos erant æris fodinæ, quarum meminit Strabo b. Hos omnes Cyprianus, ab exilio scriptis litteris, studuit consolari. Extant ipsæ, ac dignissimæ planè quæ Annalibus intexantur: siquidem mirificè elucet in ipsis Christiani nominis excellentia, quæ eò gloriosior redditur atque præclarior, quò magis fuerit afflictata molestiis, ac rebus fatigata contrariis. Præstat eas audire, vt pote nouissimos cygneos viri sanctissimi cantus, qui mirificum quemdam reddunt flagrantis spiritus cum iuuaitate concentum. Sunt huiusmodi:

XLIII. Cypri ep. 77. CYPRIANVS AD CONFESORES.

Cyprianus c Nemesiano, Felici, Lucio, alteri Felici, Litteo, Poliano, Victori, Iaderi, Datio Coepiscopis, item compresbyteris, & diaconibus, & ceteris fratribus in Metallo constitutis, martyribus Dei Patris omnipotentis, & Iesu Christi Domini & Dei conseruatoris nostri, æternam salutem. Gloria quidem vestra poscebat, beatissimi ac dilectissimi fratres, vt ad conspectum atque ad complexum vestrum venire ipse deberem, nisi me quoque ob confessionem nominis relegatum præfiniti loci termini coërcerent. Sed quomodo possum, repræsento me vobis, & ad vos etiam si corpore & gressu venire non datur, dilectione tamen & spiritu venio, exprimens litteris animum meum, quo in istis virtutibus & laudibus vestris lætus exulto: participem me computans vobis, etsi non passione corporis, consortio charitatis.] hæc idcirco Cyprianus, quòd, etsi ipse relegatus fuisset, non tamen sicut illi sustibus verberatus, & metalli pœna probatus esset. Tum prosequitur:

XLIV.

An ego possim tacere, & vocem meam silentio premere, cum de charissimis meis tam multa & gloriosa cognoscam, quibus vos diuina dignatio honorauit: vt ex vobis pars iam martyrij consummatione præcesserit, meritorum suorum coronam de Domino receptura: pars adhuc in carcerum claustris, siue in metallis & vinculis demoretur, exhibens per ipsas suppliciorum moras corroborandis fratribus & armandis maiora documenta; ad meritorum titulos ampliores, tormentorum tarditate proficiens; habitura tot mercedes in cælestibus præmiis, quot nunc dies numerantur in pœnis.

XLV.

Quæ quidem vobis, fortissimi ac beatissimi fratres, pro merito religionis ac fidei vestræ accidisse non miror: vt vos sic Dominus ad gloriarum sublime fastigium clarificationis suæ honore prouexerit, qui semper in Ecclesia eius, custodito fidei tenore, vigiistis, conseruantes firmiter Dominica mandata, in simplicitate innocentiam, in charitate concordiam, modestiam in humilitate, diligentiam in administratione, vigilantiam in adiuuandis laborantibus, misericordiam in fouendis pauperibus, in defendenda veritate constantiam, in disciplinæ seueritate censuram. Ac ne aliquid ad exemplum bonorum factorum deesset in vobis, etiam nunc in confessione vocis & passione corporis fratrum mentes ad diuina martyria prouocatis, duces vos exhibendo virtutis: vt dum grex pastores suos sequitur, & quod fieri à præpositis cernit, imitatur; paribus obsequiorum meritis à Domino coronetur. Quòd autem sustibus cæsi prius grauitè & afflicti, per eiusmodi pœnas initiastis confessionis vestræ religiosa primordia; execranda nobis ista res non est, neque ad sustes Christianum corpus expauit, cuius est spes omnis in ligno. Sacramentum salutis suæ Christi seruus agnouit: redemptus ligno ad vitam æternam, ligno prouectus est ad

GLORIA MARTYRYM

coro-

A coronam. Quid verò mirum, si vasa aurea & argentea in metallum, id est, auri & argenti domicilium, dati estis: nisi quòd nunc metallorum natura conuersa est; locaque quæ aurum & argentum dare antè consueuerant, accipere coeperunt?

Imposuerunt quoque compedes pedibus vestris, & membra felicia ac Dei templa infamibus vinculis ligauerunt; quasi cum corpore ligetur & spiritus, aut aurum vestrum ferri contagione maculetur. Dicatis Deo hominibus, & fidem suam religiosa virtute testantibus, ornamenta sunt ista, non vincula: nec Christianorum pedes ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam. O pedes feliciter vincti, qui non à fabro, sed à Domino resoluuntur! O pedes feliciter vincti, qui itinere salutaris ad paradysum dirigitur! O pedes in sæculo ad præsens ligati, vt sint semper apud Dominum liberi! O pedes compedibus & transuersariis interim cunctabundi, sed celeriter ad Christum glorioso itinere cursuri! Quantum vult hic vel inuida crudelitas, vel maligna nexibus vos suis & vinculis teneat; citò à terris & pœnis istis ad cælorum regna venietis.

Non fouetur in metallis lecto & culcitris corpus, sed refrigerio & solatio Christi fouetur: humi iacent fessa laboribus viscera; sed pœna non est cum Christo iacere: squalent sine balneis membra situ & sorde deformia; sed spiritaliter intus abluuntur, quod foris carnaliter sordidatur: panis illic exiguus; at non a in solo pane viuunt homo, sed in fermone b Dei: vestis argentea deest; sed qui Christum induit, & vestitus abundanter & cultus est: semitonij capitis capillus horrescit; sed sicut caput viri c Christus, qualemque illud caput deceat necesse est, quod ob Domino nomen insigne est. Omnis ista deformitas derelictabilis & tetra Gentilibus, quali splendore pensabitur! Sæcularis hæc & breuis pœna quàm clari & æterni honoris mercede mutabitur, cum, secundum beati Apostoli d vocem, transformauerit Dominus corpus humilitatis nostræ conformatum a Philip. 3. corpori claritatis suæ!

Sed nec in illo, fratres dilectissimi, aliqua potest aut religionis aut fidei iactura sentiri, quòd illic nunc sacerdotibus Dei facultas non datur offerendi & celebrandi sacrificia diuina: celebratis immò, atque offertis sacrificium Deo & pretiosum pariter & gloriosum, & plurimum vobis ad retributionem præmiorum cælestium profuturum, cum Scriptura diuina e loquatur, & dicat; Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicit. Hoc vos sacrificium Deo offertis: hoc sacrificium sine intermissione die ac nocte celebratis, hostiæ facti Deo, & vosmetipsos sanctas atque immaculatas victimas exhibentes, sicut Apostolus f adhortatur, & dicit; Oro ergo vos fratres per misericordiam Dei, vt constituatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, placentem D Deo: nec configuremini sæculo huic, sed transformamini in renouatione sensus, ad probandum quæ sit voluntas Dei bona & placens & perfecta.

Hoc est enim quod præcipuè Deo placeat: hoc est in quo maioribus meritis ad promerendam voluntatem Dei opera nostra proueniant: hoc est quod solùm Domino de beneficiis eius grandibus & salutaribus, fidei ac deuotionis vestræ obsequia retribuunt, prædicante in Psalmis g & contestante Spiritu sancto: Quid retribuam, inquit, Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Pretiosa in conspectu Domini mors iustorum eius. Quis non libenter & promptè calicem salutis accipiat? Quis non appetat gaudibundus & lætus, in quo aliquid & ipse Domino suo retribuat? Quis non pretiosam in conspectu Domini mortem fortiter & constanter excipiat, placiturus eius oculis qui nos in congressione nominis sui desuper spectans, volentes comprobat, adiuuat dimicantes, vincentes coronat, retributione bonitatis ac pietatis paternæ remunerans in nobis quidquid ipse præstitit, & honorans quod ipse perfecit? Ipsius enim esse quòd vincimus, & quòd ad maximi certaminis palmam, subactò aduersario, peruenimus, declarat & docet Dominus in Euangelio h, dicens: Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quo modo, aut quid loquamini, &c. Et iterum i: Ponite in cordibus vestris non præmeditari excusare: ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarij vestri. In quo quidem & credentium magna fiducia est, & culpa grauissima perfidorum, non credere ei qui se opem suam daturum confitentibus pollicetur, nec rursus eundem timere, qui æternam pœnam negantibus comminatur.

Quæ vos omnia fortissimi ac fidelissimi milites Christi, insinuastis fratribus nostris, implentes factis, quod verbis antè docuistis, futuri maximi in regno cælorum, pollicente Domino k & dicente: Qui fecerit, & sic docuerit, maximus vocabitur in regno cælorum. l

Annal. Eccl. Tom. 2.

Zz 2

Deni-

X LVI. TORMENTA SVNT ORNAMENTA.

XLVII. CONSOLATIO MARTYRYM.

a Dent. 8. b Luca 4.

c 1. Cor. 11

d Philip. 3.

XLVIII. QUID LOCO SACRIFICII OFFERANT.

e Psal. 50.

f Rom. 12.

XLIX.

g Psal. 119

MARTYRII EXCELLENTIA.

h Mat. 10.

i Luca 21.

l.

k Mat. 5.

PLEBS IMI- Denique exemplum vestrum secuta multiplex plebis portio, confessa est vobiscum pari- A
TATA PA- ter, & pariter coronata est, connexa vobis vinculo fortissimæ charitatis, & à præpositis
STORES. suis nec carcere nec metallo separata: cuius numero nec virgines defunt, quibus ad sexa-
genarium fructum centenus accessit, quasque ad cælestem coronam gloria geminata pro-
uexit. In pueris quoque virtus maior ætate annos suos confessionis laude transcendit, vt
martyrij vestri beatum gregem & sexus & ætas omnis ornaret.

L I. Qui nunc vobis, dilectissimi fratres, conscientie victricis vigor? quæ sublimitas ani-
mi? quæ in sensu exultantia? qui triumphus in pectore? vnumquemque vestrum stare
ad promissum Dei præmium? de iudicij die esse securum? ambulare in metallo, captiuo
quidem corpore, sed corde regnante: scire Christum secum esse præsentem, gauden-
tem tolerantia seruatorum suorum, per vestigia & vias suas ad regna æterna gradientium?
Expectatis quotidie læti profectiois vestræ salutarem diem, & iam iamque de sæculo re- B
cessuri ad martyrum munera & domicilia diuina properatis, post has mundi tenebras vi-
suri candidissimam lucem, & accepturi maiorem passionibus omnibus & conflictationi-
bus claritatem, Apostolo^a contestante & dicente: Non sunt condignæ passionibus huius
temporis ad superuenturam claritatem, quæ reuelabitur in nobis. Plane quia nunc vobis
in precibus efficacior sermo est, & ad impetrandum quod in pressuris petitur, facilius ora-
tio est, petite impetius, & rogate, vt confessionem omnium nostrum dignatio diuina
consummet: vt de istis tenebris & laqueis mundi nos quoque vobiscum integros & glo-
riosos Deus liberet: vt, qui hic charitatis & pacis vinculo copulati contra hæreticorum
iniurias & pressuras Gentilium simul stetimus, pariter in regnis cælestibus gaudeamus.
Opto vos, beatissimi ac dilectissimi fratres, in Domino bene valere, & nostri semper &
vbique meminisse. Valete.] hæc tenet epistola Cypriani, data (vt apparet) hoc anno hie-
mis tempore. nam cum in regione percalida eos frigore quoque cruciari testetur, planè
declarat, eas dicto tempore datas esse.

L II. Porro vnà cum litteris vir sanctissimus Cyprianus legauit ad eos Herennianum subdia-
conum, Lucianum*, Maximum, & Amantium acoluthos: quibus dedit etiam ad eos-
dem perferenda quædam fraternæ charitatis subsidia. iisdem quoque legatis Quirinus
etiam (quem illum puto, ad quem idem Cyprianus scripsit duos libros aduersus Iudæos,
& tertium Testimoniorum) alias quoque addidit ad subleuandam ipsorum egestatem pec-
unias, prout litteræ ab illis reddunt ad Cyprianum testantur: quas hic atrox, haud
fuerit onerosum. Suauissimè enim demulcent audientium animos distentem persecutionibus
spirituales citharæ fides, fidem Christi, diuini Spiritus pulsata plectro, sublimius personan-
tes. Quod verò ad metalla damnatos Episcopos, aliosque Fideles, loco diuisos inuenissent D
litteræ Cypriani: qui eas acceperunt, ad eundem Cyprianum separatim abinuicem re-
scripserunt. Nemesianus verò, Datus, Felix, & Victor Episcopi, quod simul essent, seorsum
ab aliis eiusmodi dederunt litteras^b, quibus primum totos se charitatis ardore in lau-
des eius effundunt, sic exordientes:

L III. Semper magnis sensibus, pro temporis conditione, litteris tuis locutus es, Cypriane
dilectissime: quibus assidue lectis, & prauis corriguntur, & bonæ fidei homines corrobora-
ntur. Dum enim non desinis tractatibus tuis sacramenta occulta nudare; sic nos in fide
facis crescere, & de sæculo homines ad credulitatem accedere. Nam quæcumque bona
in multis libris tuis intulisti, nescius ipsum te nobis designasti. Es enim omnibus in tra-
ctatu maior, in sermone facundior, in consilio prudentior, in patientia simplicior, in o-
peribus largior, in abstinentia sanctior, in obsequio humilior, & in actu bono innocen- E
tior. Scis & ipse, charissime, nostrum optabile vortum esse, quod te videamus doctorem &
amatorem nostrum ad coronam magnæ confessionis peruenisse. Nam quasi bonus & ve-
rus doctor, quid nos discipuli secuti apud Præsidem dicere deberemus, prior in Acta Pro-
consulis pronuntiaisti; & tuba canens, Dei milites cælestibus armis instructos ad congrega-
tionis prælium excitasti; & in acie prima pugnans, spiritali gladio diabolum interfecisti:
agmina quoque fratrum hinc & inde verbis tuis composuisti; vt infideliæ inimicoque
tenderentur, & cadauera ipsius publici hostis neruis concisis calcarentur.

L IV. Crede nobis, charissime, quoniam non est à centesimo præmio minor tua innocens ani-
ma: quæ nec sæculi primos impetus timuit, nec ire in exilium recusauit, nec relinquere
ciuitatem dubitauit, nec in deserto loco commorari horruit: & quoniam multis docu-
mentum confessionis dedit, ipsa martyrium prior dixit: alios enim ad martyria faciendâ
exem-

* Al. Lucianum,
ELEMOSY-
NIS ADI-
VAT DAM-
NATOS AD
METALLA.

^a Apud Cypri-
epist. 78.

L III.
CONFESSIO-
NES AD CY-
PRIANVM.

L IV.
LAVDATVR
CONFESSIO
CYPRIANI.

A exemplo suo prouocauit: & non tantum martyrum de sæculo iam excedentium sociâ
esse cœpit, sed & cum futuris cælestem amicitiam copulauit. Agunt ergo tibi nobil-
cum damnati maximas apud Deum gratias, Cypriane dilectissime, quod litteris tuis la-
borantia pectora recreasti: fustibus vulnerata membra curasti: compedibus pedes ligatos
resoluisti: semitonij capitis capillaturam adæquasti: tenebras carceris illuminaisti: mon-
tes metalli in planum deduxisti: naribus etiam fragrantibus flores imposuisti, & tetrum
odorem fumi exclusisti.

Fecit autem & profectum ministerium tuum & Quirini dilectissimi nostri, quod per
Herennianum hypodiamonum, & Lucianum* & Maximum & Amantium acoluthos
distribuendum misisti, quæcumque necessitatibus corporum defuerant, expediri. Simus
ergo orationibus nostris alterutrum adiutores: & rogemus, sicut mandasti, vt Deum &
B Christum & Angelos in omnibus actibus nostris habeamus fautores. Optamus te, domi-
ne frater, semper bene valere, & nostri meminisse. Saluta omnes qui tecum sunt. Omnes
nostri, qui nobiscum sunt, te amant, & salutant, & videre desiderant.] hucusque illi. Ceteri
autem collegæ, Lucius Episcopus & alij ad metalla damnati, seorsum positi, ad eum-
dem Cyprianum litteras^a breuiter rescripserunt in hæc verba:

Exultantibus nobis & latrantibus in Deo, quod nos ad congressionem armauerit, &
in prælio victores sua dignatione fecerit, superuenerunt litteræ tuæ, frater charissime, quas
per Herennianum hypodiamonum, & Lucianum* & Maximum & Amantium acoluthos
misisti nobis: quibus lectis, recepimus in vinculis laxamentum, in pressura solatium, in
necessitate præsidium: & excitati sumus, & robustius animati ad si quid amplius fuerit
pœnarum. Nam ante passionem à te sumus ad gloriam prouocati, qui prior nobis duca-
C tum ad confessionem nominis Christi præbuit. Nos verò secuti vestigia confessionis tuæ,
parem gratiam tecum speramus. Nam qui prior est in cursu, prior est & ad præmium: &
qui prior occupasti, de quo cœpisti, inde hoc nobis communicasti; demonstrans scilicet
indiuiduum charitatem, qua semper nos dilexisti: vt, quibus vnus fuit spiritus in coniun-
ctione pacis, esset, precum tuarum gratia, & vna corona confessionis.

Accessit autem tibi, frater charissime, ad confessionis coronam retributio operum,
abundans mensura, quam accipies à Domino in die remunerationis: qui te nobis litteris
tuis præsentasti, vt pectus illud tuum candidum & beatum, quod semper nouimus, ma-
nifestares, & secundum latitudinem eius nobiscum laudes Deo diceres; non quantum
nos meremur audire, sed quantum tu potes dicere. Tuis enim vocibus, & quæ minus in
nobis instructa erant, exornasti, & confirmasti ad sustentationem earumdem passionum,
D quas patienter ferimus, securi de præmio cælesti, & de corona martyrij, & de regno Dei,
ex prophetia quam litteris tuis Spiritu sancto plenus spondidisti. Hoc totum fiet, dilectis-
sime, si nos orationibus tuis in mente habueris: quod te facere confido, sicut & nos vti-
que facimus. Accepimus itaque, frater desideratissime, id quod à Quirino & à te ipso mi-
sisti sacrificium ex omni opere mundo. Sicut & Noë obtulit Deo, & delectatus est Deus
in odorem suauitatis, & respexit in sacrificium eius: ita & in vestrum respiciat, & delecte-
tur reddere vobis huius tam boni operis mercedem. Peto autem, vt litteras, quas ad Qui-
rinum facimus, transmitti præcipias. Opto te frater charissime ac desideratissime, semper
bene valere, & nostri meminisse. Saluta omnes qui tecum sunt. Valete.]

Sed & Felix, Iader, & Polianus Episcopi vnà cum presbyteris, & aliis commorantibus in
Signenti metallo, pauca hæc reddiderunt per eosdem nuntios ad Cyprianum destinatos:
E Resalutamus te frater charissime, per Victorium Herennianum hypodiamonum, Lu-
cianum* & Maximum fratres nostros fortes & incolumes, adiuuantibus orationibus tuis:
à quibus accepimus oblationis nomine quantitatem vnà cum litteris quas scripsisti: in qui-
bus dignatus es de verbis cælestibus nos tamquam filios confortare: & Deo Patri omni-
potenti per Christum eius gratias egimus & agimus, quod sic confortati & corroborati su-
mus per tuam allocutionem: petentes de animi tui candore, vt nos assiduis orationibus
tuis in mente habere digneris: vt confessionem vestrâ & nostram, quam Dominus in no-
bis conferre dignatus est, suppleat. Saluta omnes qui tecum commorantur. Optamus te,
frater charissime, in Deo semper bene valere. Iader subscripsi, Polianus legi. Dominum
meum Eutychianum saluto.] Scripserunt hæc sanctissimi illi ac præclarissimi confessores
manibus obductis callis ex metallo opere: ac proinde quot sunt apices, tot videantur esse
impressa confessionis sigilla. Qui omnes in metallo consummantem agonem suum, de longo

L V.
DE ELEMOSY-
NIS AC-
CEPTIS.
* Al. Lucianum

^a Apud Cypri-
epist. 79.

L VI.
* Al. Lucianum
ALII CON-
FESSORES
AD CYPRIANVM.

L VII.

PRAECONIA
CYPRIANI.

L VIII.

* Al. Lucianum
ALIAE LIT-
TERAE CON-
FESSORVM.

exantlato martyrio parem martyribus coronam retulerunt : quos omnes anniuersaria A commemoracione Dei Ecclesia antiquitus venerata est quarto Idus Septembris.

LIX. At non satis visum sanctissimo Cypriano, si, quos ad metalla damnatos esse sciebat, effet litteris consolatus; nisi eos etiam, quos saeuens persecutio carceri mancipasset (quorum sane ingens erat numerus inde ad supplicium duci quotidie expectantium) pari charitatis officio profectus, ad ipsos scriberet eiusmodi litteras a :

Cypr. ep. 81. CONSOLATORIOS IN CARCERE CYPRIANVS.

Cyprianus Sergio, Rogatiano, & ceteris confessoribus in Domino perpetuam salutem. Saluto vos fratres charissimi, optans ipse quoque conspectu vestro frui, si me ad vos peruenire loci conditio permitteret. Quid enim mihi optatius & latius posset accidere, quam nunc vobis inhærere; vt complecterer manus illas, quæ puræ & innocentes, & Dominicam fidem seruantes sacrilega obsequia respuerunt? Quid iucundius & sublimius, quam osculari nunc ora vestra, quæ gloriosa voce Dominum confessa sunt? conspici etiam præsentem ab oculis vestris, qui despecto sæculo, conspiciendo Deo digni extiterunt? Sed quoniam huic lætitiæ interesse facultas non datur, has pro me ad aures & ad oculos vestros vicarias litteras mitto; quibus gratulor pariter & exhortor, vt in confessione cælestis gloriæ fortes & stabiles perseueretis; & ingressi viam Dominicæ dignationis, ad accipiendam coronam spiritali virtute pergatis, habentes Dominum protectorem & duce[m], qui dixit b : Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem mundi. O beatum carcerem, quem illustrauit vestra presentia! O beatum carcerem, qui homines Dei mittit ad cælum! O tenebras lucidiores Sole ipso, & luce hac mundi clariores, vbi modò constituta sunt Dei templa, & sanctificata diuinis confessionibus membra vestra! Nec quidquam nunc veretur in cordibus & mentibus vestris, quam diuina præcepta & mandata cælestia, quibus vos ad tolerantiam passionis Spiritus sanctus semper animauit. Nemo mortem cogitet, sed immortalitatem: nec temporariam penam, sed gloriam sempiternam, &c.]

Mat. 28.

LX. TUM multa subdit ex diuinis Scripturis accepta, quibus eos ad strenuè subeundum martyrium cohortatur; ac demum hæc habet in calce: Quam fidem nos quoque retinentes, & die ac nocte meditantés, toto corde ad Deum prompti, contemptu præsentium, futura tantum modò cogitemus, fructum regni æterni, complexum & osculum Domini, conspectum Dei: vt sequamini in omnibus Rogatianum presbyterum gloriosum senem, viam vobis ad gloriam temporis nostri religiosa virtute & diuina dignatione facientem: qui eum Felicissimo fratre nostro quieto semper & sobrio excipiens ferocientis populi impetum, primum hospitium vobis in carcere præparauit; & metator quodam modò vester, nunc quoque vos antecedit. Quod vt consummetur in vobis, assiduis orationibus Dominum deprecamur, vt initiis ad summa pergentibus, quos confiteri fecit, faciat & coronari. Opto vos fratres charissimi ac beatissimi in Domino semper bene valere, & ad coronam cælestis gloriæ peruenire.] hæc Cyprianus: qui dum Rogatiani presbyteri tunc passi meminit, planè indicat non præteritæ persecucionis tempore, sed præsentis, has à se scriptas fuisse litteras: nam Rogatianum superstitem fuisse aliis persecucionibus, ex aliis tunc datis litteris satis manifestè apparet, sicut & Felicissimum: quorum vna die passorum natalis solemnitas in tabulis Ecclesiasticis consignata est septimo Kalendas Nouembris. Cetera autem, quæ ad Cyprianum pertinent, dicemus anno sequenti.

LXI. SABELLIUS HAERESIA RARCHIA. Euseb. lib. 7. cap. 5.

His de persecucionibus Valeriani enarratis, reliquum est, vt de oborta hoc tempore Sabelliana hæresi orationem instituamus. Dionysius Episcopus Alexandrinus iisdem litteris, quas de Baptismate ad Sixtum Romanum Pontificem scripsisse hoc eodem anno superius dictum est, de eadem progrediente hæresi meminit. Recitat hæc ex eo Eusebius c, cum ait: Deinceps in eadem epistola Dionysius de hæreticis, qui Sabellium duce[m] habuerunt, eiusque temporibus prodierunt in lucem, mentionem facit hoc pacto: Quoniam de erroris dogmate [tolemaide Pentapolis iam suborto, quod planè impium est, quod detestabilem de Deo omnipotente Patre Domini nostri Iesu Christi blasphemiam continet; quod multum falsæ doctrinæ de vnigenito Filio eius, primogenito omnis creaturæ, Verbo incarnato, complectitur; quod cæcam de Spiritu sancto ignoracionem comprehendit: ex vtriusque partibus cum litteræ me certior facturæ, tum fratres mecum de ea re communicaturi, ad me veniebant: quasdam epistolas (vt poteram) diuina largiente gratia, quod accuratius obscuras erroris latebras aperire[m], conscripsi: quarum exemplaria descripta ad te misi.] hæc ad Sixtum Dionysius.

Videas

A Videas ex his antiquum in Ecclesia morem (quod aliàs sæpè attigimus) cum noua aliqua hæresis emergeret, ab Episcopis eius regionis, in qua quid huiusmodi accidisset, diligenter curari, vt cuncta quamprimum significarentur Romano Pontifici, & quæ eo argumento scripta essent, ad eundem mitti solita examinari; vt nunc à Dionysio, primæ iedis post Romanum Episcopo, factum apparet. Quid ni id facerent minorum sedium vbiq[ue] terrarum Episcopi, quod à maxima omnium præstari Ecclesiæ Romanæ cognoscere[n]t? Viguit sane, firmaque semper ea consuetudo mansit penes Catholicos, quos vna fides atque concordia in vnum corpus consolidauit. Illi solum id ignorare professi sunt, qui ab Ecclesiæ capite Christo diuulsi, se esse corporis eius, nempe Ecclesiæ membrum, impia rebellione negarunt. Quo modo autem idem Dionysius de iis quæ aduersus Sabellium scripsit, in crimen aliquando vocatus, causam dixit apud Dionysium Papam, Sixti Pontificis successorem, suo loco dicendum.

LXII. ROMANÆ ECCLESIAE PRIMATVS.

B Ceterum quod ad Sabellij hæresin pertinet: non ipse eius impietatis auctor, sed potius dicendus est propagator: affirmant enim Patres, eum Noëto vsum esse præceptore. Verum haud consentire possumus S. Epiphano a, qui de Noëto agens, affirmat, neminem ante Noëtum dicere ausum, Patrem esse passum: nam diu ante innotuerat hæresis Patripassiana, sic dicta quòd qui in Trinitate vnam tantum affirmarent esse personam Patrem simul & Filium & Spiritum sanctum, eam passam affirmarent. Meminit Cyprianus b de Patripassianis, vt antiquis hæreticis: sed & ante ipsum Tertullianus c Patripassianos à Praxeas exortos tradit. Verum altiores eius radices ostendere possumus ex Ignatio, qui testatur suo tempore diabolum ore suorum iactasse eiusmodi impietatem, vt dicerent, Patrem natum & passum. docet enim hæc ipse de his scribens ad Philippenses d.

LXIII. ANTIQVITAS HAERESIS SABELLIANA. Epiph. hæres. 57. Cyprianus ep. 78. Tertullianus de Præscrit. c. vlt. aduersus Praxeam c. 1. Ignatius ep. 8.

C Erat igitur Sabellij hæresis, quæ Trinitatem negaret, personarumq[ue] distinctionem exploderet; diceretq[ue] ea tantum esse nomina ad diuersos effectus diuinitatis insinuandos composita; & vnam tantum personam esse, quam personarum distinctione sanctissimam in vna diuinitatis essentia dicimus Trinitatem: quamobrem illud deducebatur in consequentiam, vt sicut Filius, ita & Pater & Spiritus sanctus ab eis æquè diceretur (prò scelus!) incarnati & passi. Hæc erat præcipua Sabellij blasphemia, cui & alteram adiecit ex Hermogene mutuatus, nempe vt diceret materiam ingentam esse. testatur de eo hoc in primis Eusebius e ex Dionysio: hac enim parte, & non alia, Sabellius cum Hermogene iungebatur. Hæc de Sabellio & Sabellianis, eorumq[ue] hæresis origine altius repetita.

LXIV. ERROR SABELLIUS.

Verum impietatem hanc Sabellium à Noëto didicisse cum omnes affirmant, scribit de Noëto Epiphanius f in hæc verba: Alius rursus post hunc (Bardesanem scilicet) Noëtus nomine surrexit non ante multos annos, sed ante hoc nostrum tempus centum triginta plus minus annis, Alianus, vrbe Ephesi existens: qui alieno spiritu ductus, voluit à se ipso, quæ neque Prophetæ, neque Apostoli, neque Ecclesia ab initio obtinuit, neque cogitauit, dicere & docere. hic à se ipso insanix elacionibus subleuatus, ausus est dicere, Patrem passum esse. Insuperque ad maiorem fastum ac dementia[m] elatus, se ipsum dixit esse Moysen, & fratrem suum Aaron. Verum interim dum hæc fama de ipso ferebatur, beati Ecclesiæ presbyteri accitum ipsum de his omnibus examinabant; & an hanc blasphemiam de Patre protulisset, interrogabant. Ipse verò primum quidem negabat coram presbyteris constitutis, ed quòd nemo ante ipsum horrendam ac perniciosam hanc amarulentiam euouisset: postea verò ex rabie, quam habebat, in alios quosdam immittens (vt ita dicam) & secum decem viros trahens in maiorem arroganciam & temeritatem elatus ac audax factus, palam deinceps hæresin docuit.

Euseb. de præparat. Euang. lib. 7. cap. 8.

LXV. NOETVS HAERESIA RARCHIA. Epiph. hæres. 57.

Rursum itaque iidem presbyteri accitum ipsum, & homines illos ab ipso corruptos, de iisdem rursus interrogabant. Ipse verò cum seductis ab ipso perfrieta fronte deinceps palam contradicebat, dicens: Quid enim mali feci? Vnum Deum glorifico, vnum noui, & non alium præter ipsum genitum, passum, mortuum. Vbi igitur in his permansisset, expulerunt ipsum de Ecclesia vnà cum discipulis suis. Moritur autem idem paulò post vnà cum proprio fratre, non velut Moyses in gloria, neque ipsius frater Aaron ille sepultus est in honore: abiecti enim sunt velut transgressores, & nemo ex piis ipsos cooperuit. Postea verò sequaces eius, mente corrupti, corroborarunt hoc dogma, per ea subducti quibus etiam præceptor ipsorum ab initio.] hæc Epiphanius de Noëto, quem Theodoretus g non Ephesium, sed Smyrnensem patria fuisse tradit: qui eam hæresin ab Epiphonio quodam primò excogitaram fuisse dicit. Discrepat in eo Philastrius h ab Epiphanio,

LXVI. MAGNA NOETI IMPIETAS.

Theodoretus hæres. fabul. 1. Philastrius de hæres. c. 53.

LXVII. HÆRESIS SABELLII VBIQUE DIFFUSA.

Epiph. ha. ref. 62. b. Aug. de ha. ref. c. 4.

LXVIII. GREGORIVS THAVMATVROVS CALVMNIAM PASSVS.

Basil. ep. 64.

LXIX. ANGELICI SIC DICTI HAERETICI.

ANGELICI SIC DICTI HAERETICI.

Epiph. ha. ref. 60.

August. de ha. ref. c. 39.

LXX. Epiph. ha. ref. 61. APOSTOLICI SIC DICTI HAERETICI. August. de ha. ref. cap. 40.

qui Noëti fratrem non Aaron, sed Eliam ab eo fuisse dictum testatur.

Ex dictis Noëti discipulis, qui impietate reliquos antecelluit, Sabellius fuit, ex Ptolemaide Libyæ (vt dictum est) oriundus. Factus hic potentissimus impij dogmatis propugnator, multos sibi sectarios citò coniunxit, vsque adeò, vt non Ptolemaide tantum alijsq; proximis locis impiam hæresim proposuerit, sed longius in Macedoniam quoque diffuderit, immò & in Urbem se quoque furtim immiserit. Porro hi (eò quòd non possent diuinis Scripturis mendacia omni ex parte fulcire) Ægyptiorum pseudoeuangelio & aliis apocryphis libris utebantur: vt de illis scribens Epiphanius tradit. Miratur S. Augustinus, cum iidem esse videantur Noëtiani & Sabelliani, cur tam Epiphanius, quam Philastrius, eos ab inuicem distinctos posuerint. Planè accidit sæpè, vnus hæresis diuersa solere esse nomina: quod de Montanistis, Donatistis, Pelagianis, & aliis euenisse idem tradit.

Quod rursus ad hanc rem pertinet: contigit vt S. Gregorius Thaumaturgus, Ecclesiæ Neocæsariensis Episcopus, his propè temporibus commentarium illud de Expositione fidei aduersus Ælium conscripserit: quo vt illatam ab illo calumniam confutaret, qua dicebat Christianos plurim deorum esse cultores, eò quòd Trinitatem colerent personarum; dum Gentilem hominem sic insultantè arguit, vnã essentiam diuinam Ethnicò homini demonstrare conatus, quibusdam impropiis vocibus visus est diuinis confudisse personas, ac hæresi fauisse Sabellij. Sed S. Basilius eum excusans, sic ait: Quòd Gregorius in expositione fidei dixerit, Patrem & Filium iuxta mentis quidem considerationem duos esse, hypostasi verò vnum: hoc autem non dogmaticè, sed contentiosè in disputatione aduersus Ælium dictum esse, intelligere nequiverunt, qui propter intelligendi subtilitatem beatos sese reputant: in qua concertatione multi sunt eorum, quæ descripta sunt, lapsus; quemadmodum, si Deus volet, ex ipsis verbis ostendemus. Quandoquidem sanè qui Gentilem ad credendum persuadere nititur, is non putat sibi circa verba exactiùs disceptandum esse: sed alicubi consuetudini eius, quem ad fidem inducit, nonnihil condonat, dummodò principalibus ac necessariis non reluctetur. Quapropter & multas inuenias illic voces, quæ iam hæreticis plurimum addant roboris, vt pote, Creatura, & Factura, ac si quid aliud eiusmodi est.] hæc Basilius, qui eadem epistola ad Neocæsariensem Ecclesiam scripta, cum superiùs hæc ait: Sabellij namque pestem olim quidem motam, traditione verò Magni Gregorij consopitam, renouare conantur] satis apertè declarat ipsum Gregorium sententiam suam aduersus Sabellium probè reliquisse testatà. Quo modo autem Dionysius eundem Sabellium confundentem personas scriptis suis exagitans, in distinguendis eisdem personis visus sit eas interdum etiam substantia diuifisse, ac proinde Arianis arma parasse, paulò post suo tempore & loco dicturi sumus.

Quòd verò sanctus Epiphanius inter Noëtum atque Sabellium eius discipulum aliquas receñeat hæreses: eas his ipsis temporibus emeruisse, facillè potest intelligi. Iam diximus de ea quæ à Valerio prouenit Eunuchorum secta, & quæ à Nouatiano exorta est hæresis Catharorum: quibus qui subduntur hæretici, Angelici nominati, quo auctore sint progressi, sanctus Epiphanius non meminit: obscuri planè, quorum tantummodò nomen ad se peruenisse ipse testatur; quippe quorum secta ad modicum temporis spatium durauerit, citiusque extincta fuit, quam nomen eius cum auctore latiùs potuerit diffamari: nam nec quæ essent eorum dogmata, tradit se habere potuisse comperta. ait enim: At verò quam ob causam id hæresis nomen accepit, nescimus: siue ex eo quòd aliqui mundum ab Angelis factum esse dicunt, & ipsa hoc asserens hoc nomine appellata est, non possum dicere: siue quòd se ipsos in ordine Angelorum esse iactant, & vitam eminentissimam degant, neque hoc affirmo: siue etiam à loco nomen acceperunt; nam locus quidam est, Angelina, vltra Mesopotamiam regionem situs.] hæc Epiphanius. At sanctus Augustinus Angelicos dicit in Angelorum cultum fuisse inclinatos. Quinam autem olim receptus quive improbatas fuerit iam ab Apostolorum temporibus Angelorum cultus, iam satis primo Annalium tomo diximus.

Post Angelicos sanctus Epiphanius hæreticos ponit Apostolicos, quos putat germentum fuisse Encratarum & Catharorum, hoc se nomine appellantes ob exactum disciplinæ studium: sed & Apotacticos se dici voluisse tradit, à renuntiatione, eò quòd bonorum possessionibus renuntiauerint. At non in hoc error ipsorum; sed quòd renuntiantes ipsi damnarent ceteros qui ea possiderent, itidemque ipsi calibes reiicerent nuptiis obligatos. de quibus hæc sanctus Augustinus: Illo se nomine arrogantissimè vocauerunt, eò quòd

A

C

D

E

quòd in suam communionem non recipere videntes coniugibus, & res proprias possidentes; quales habet Catholica Ecclesia & monachos & clericos plurimos: sed ideò isti hæretici sunt, quoniam se ab Ecclesia separantes, nullam spem putant eos habere, qui vtuntur his rebus, quibus ipsi carent.] hæc Augustinus. Porro vlos fuisse eiusmodi hæreticos ad suam impietatem roborandam Actis Andreæ ac Thomæ ab Ecclesia reiectis, sanctus Epiphanius tradit; ex quibus nuptias & honorum temporalium vsum perperam dicerint improbare. Sic enim egregiè ait:

Habet quidem Ecclesia renuntiationem, sed non abominatur nuptias; & habet inopiam, sed non attollitur aduersus eos qui iuste possident & quæ ex propriis parentibus habent, quæ sibi ipsi & egentibus sufficiant. Et abstinentes quidem multi à cibis, sed non instantur contra non abstinentes: Qui enim edit, non edentem non spernat.] ac subdit: Vides vnã concordiam, & vnã spem, & vnã fidem in Ecclesia vniciuique gratificantem iuxta propriam facultatem, & iuxta proprium laboris certamen. Similis est autem sancta Dei Ecclesia nauis: nauis autem non ex vno ligno constat, sed ex diuersis: & carinam quidem ex vno ligno habet; sed non vno modo: anchoras autem ex alia materia, mali item & tabulata & puppis partes, parietumque ac transtrorum, velorum item, ac remorum, &c.] hæc Epiphanius. atq; de Apostolicis satis, quorum numerum haud multum creuisse ait, quippe qui sapius pullulantes, æquè semper vulsi sunt, secundum quod à Domino dictum fuit: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus, eradicabitur.] cum alioqui paupertas & continentia in agro Ecclesiæ semel legitime seminatæ, amplissimos semper in horrea Domini prouentus inferant, & fecundis germinibus latissime propagentur.

IESV CHRISTI DIONYS. PAP. VALER. & GALLIENI IMPP. ANNVS 261. ANNVS I. ANNVS 7.

DVcentésimus ac sexagesimus primus voluebatur Christi Domini nostri annus, Consulibus Aurelio Memmio Fusco & Pomponio Basso: cum octauo Idus Augusti, Sixtus Papa, vbi sedisset annum vnum minutis diebus decem & octo, in cœmeterio positus, capite truncatus, martyrio coronatus est: nouoque à Valeriano absente dato ad Senatum rescripto, persecutio in Christianos acrior sæuiorque decreta est. Exant tum de Valeriano rescripto, tum de Sixti martyrio ad Successum Episcopum Cypriani in exilio agentis litteræ in hæc verba:

Vt non vobis incontinenti scriberem, frater charissime, illa res fecit; quòd vniuersi clerici, sub ictu agonis constituti, recedere istinc omnino non poterant, parati omnes pro animi sui deuotione ad diuinam & cælestem gloriam. Sciatas autem eos venisse, quos ad Urbem propter hoc miseram, vt quomodocumque de nobis rescriptum fuisset, exploratam sibi veritatem ad nos referrent. Multa enim varia & incerta opinionibus ventilantur: quæ autem sunt in vero, ita se habent: Rescripsisse Valerianum ad Senatum, vt Episcopi & presbyteri & diacones incontinenti animaduertantur: Senatores verò, & viri egregij & equites Romani, dignitate amissa, etiam bonis spolientur; & si ademptis facultatibus Christiani esse perseuerauerint, capite quoque mulctentur: matronæ ademptis bonis, in exilium relegentur: Cæsariani quicumque vel priùs confessi fuerant, vel nunc confessi fuerint, confiscentur, & vincti in Cæsarianas possessiones descripti mittantur. Subiecit etiam Valerianus Imperator orationi suæ exemplum litterarum, quas ad Præsides prouinciarum de nobis fecit: quas litteras quotidie speramus venire, stantes secundum fidei firmitatem ad passionis tolerantiam, & expectantes de ope & indulgentia Domini vitæ æternæ coronam.

Sixtum autem in cœmeterio animaduersum sciatis, octauo Iduum Augustarum die, & cum eodem Quartum. Sed & huic persecutioni quotidie insistent Præsidi in Urbe, vt, si qui sibi oblatis fuerint, animaduertantur, & bona eorum sisco vindicentur. Hæc, peto, per vos & collegis nostris innotescant, vt vbique hortatu eorum possit fraternitas corroborari, & ad agonem spiritalem præparari: vt singuli ex nostris non magis mortem cogitent, quam immortalitatem; & plena fide ac tota virtute Domino dicata, gaudeant magis, quam timeant in hac confessione, in qua sciunt Dei & Christi milites non perimi, sed coronari. Opto te, frater charissime, semper benè valere.] hæc Cyprianus.

Epiph. ha. ref. 64.

LXXI.

QUAE LEGITIMA RENUNTATIO ET CONTINENTIA. Rom. 14.

Mat. 15.

I. SIXTI PAP. MARTYRIVM.

Cypr. ep. 82.

II.

EPISTOLA CYPRIANI AD SVCCES- SYM.

III.

QUODIE PAPA SI SIXTVS ET QVARTVS

IV. In cœmeterio quidem Callisti capite truncatum fuisse Sixtum Papam, & cum eo Quartum, aliosque itidem Romanæ Ecclesiæ ministros eadem die Romæ fuisse martyrio coronatos, docent Ecclesiastica monumenta, quibus hi nominati habentur, Felicissimus & Agapitus diaconi, Ianuarius, Magnus, Innocentius, & Stephanus subdiaconi: quorum mentio à Cypriano idcirco prætermissa videtur, quod non eodem loco, quo Sixtus, passi videantur: nam quod Sixtus in cœmeterio Callisti passus dicatur atque sepultus, hi verò in cœmeterio Prætextati sepultura donati, diuersis quoque locis passi esse noscuntur. At qui de Sixti, & Quarti, qui cum eo erat, martyrio, ad Cyprianum festinanter nuntij redeuntes, retulerunt; ceteros omnes eadem die in Vrbe passos, haud facile compertos habuisse videntur.

Martyrol. Roman. dia. 6. August. ALII MARTYRES ROMÆ PASSI.

V. Quod verò ad eisdem Sixti martyrium spectat, vnus Prudentius eum cruci affixum tradit his versibus: *Iam Sixtus affixus cruci, Laurentium flentem videns Crucis sub ipso stipite.* &c. sed id ab aliis minimè confirmatur.

CAUSA SIXTI MARTYRII.

VI. Post triduum à Sixti martyrio, nempe quarto Idus Augusti, primarius diaconorum Laurentius, clarissimus athleta fidei, illustre certamen obiens, post diuersa tormenta, demum craticulæ impositus, igne affatus, insignem martyrij coronam consecutus, admiranda planè animi virtute de persecutorum perfidia triumphauit. Extant eius Acta, quæ quod præ sui excellentia diuerso scriptorum genere contestata, nempe oratione soluta sanctorum Patrum encomiis celebrata, atque poësi egregie decantata, quodque ore omnium peruulgata & auribus illapsa noscantur, hæc prætermittimus recensere: sed ea tantum ex iisdem ab Ambrosio recitata, quæ & ad Sixti martyrium pertinent, hæc describere operæpretium existimamus. Ait ergo:

Abros. de Offic. l. 1. c. 41.

VII. Non prætereamus S. Laurentium, qui, cum videret Sixtum Episcopum suum ad martyrium duci, flere cœpit, non passionem illius, sed suam remansionem. Itaque his verbis appellare cœpit: *Quod progredieris sine filio pater? Quod sacerdos sancte sine diacono properas? Numquam sacrificium sine ministro offerre consueueras. Quid in me ergo displicuit, pater? Num degenerem probasti? Experire certè vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Dominici sanguinis dispensationem; cui consummandorum consortium sacramentorum, huic consortium tui sanguinis negas? Vide ne periclitetur iudiciu tuum, dum fortitudo laudatur: abiectio discipuli, detrimentum est magistri. Quid? quod ipsi illustres & præstantes viri discipulorum certaminibus magis quam suis vincant? Denique Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum præmisit: & tu pater in filio ostende virtutem tuam: offer quem erudisti, vt securus iudicij tui, comitatu nobili peruenias ad coronam.*

QVAE EX ACTISSANCTI LAURENTII AMBROSII.

VIII. Tunc Sixtus: *Non ego te, fili, derelinquo ac defero; sed maiora tibi debentur certamina. Nos quasi senes leuioris pugnae cursum recipimus; te quasi iuuenem manet gloriofior de tyranno triumphus: mox venies, flere desiste: post triduum me sequens: inter Sacerdotem & Leuitam medius hic numerus decet: non erat tuum sub magistro vincere, quasi adiutorium quaereres. Quid consortium passionis meae expetis? totam tibi hereditatem eius dimitto. Quid præsentiam meam requiris? infirmi discipuli magistrum præcedunt, fortes sequuntur, vt vincant sine magistro qui iam non indigent magisterio. Sic & Elias Eliseum reliquit. Tibi ergo commendo nostræ virtutis successionem.* J hucusque sanctus Ambrosius: qui & alibi declarat, non fuisse clementiæ iudicis, vt eius differretur martyrium; sed auaritiæ Præsidis, vt thesauros Ecclesiæ, cuius minister erat, ab eo requisitos abriperet. Hæc omnia ex Ambrosio recitata, ab aliis quoque Patribus repetita, nempe Augustino, Maximo Taurinensi, Leone Papa, Petro Chrysologo, Prudentio, & aliis egregie testata habentur. Quæ autem Laurentij Acta à Metaphraste sunt recitata, haud sane pristina illa à Notariis excepta videntur, sed ab aliquo alio scripta, quibus & quæ ab Ambrosio vel aliis de S. Laurentio scripta essent, vnà texuerit: siquidem nonnulla habent, quibus historica veritas refragatur. Porro ipsum S. Laurentium fuisse Hispanum, in rebus gestis S. Damasi, quæ in Ecclesiis recitari consueuerunt, expressum habetur, de cuius consanguineis, qui res Hispaniarum persecuti sunt, agunt.

CVR DILATVM LAURENTII MARTYRIVM.

Ambros. de Offic. lib. 2. cap. 28.

IX. Quod verò multorum testificatione tum Sixtus, tum etiam Laurentius in persecutione De-

A ne Decij passus dicatur, quos constat hoc anno sub dictis Consulibus martyrio occubuisse: vnde error irreperit, pluribus demonstrauimus in Notationibus ad Martyrologium Romanum appositis, quas consulat qui hæc cupit. Sic igitur Sixtus, cum hoc anno, dicta die, constet consummasse martyrium; nec animum integrum in sede egisse, videri potest. Quamobrem respectu habito ad tempus quo sedit Stephanus, & ingressus est Sixtus, erroris arguuntur qui longius tempus tribuunt Sixti sedi, pluresque ei quam vnâ ordinationem adscribunt, quod Eusebius eius sedem prorogata dicit vsque ad annos octo, quod habet in Chronico; vel annos vndecim, quod in historia tradit: vbi videtur planè hallucinatus, & (vt existimo) numerasse loco mensium annos. Vndecimum enim mensem exegisse, & duodecimum Sixtum auspiciatum in sede fuisse, deducta superius ex Consulibus exacta temporis ratio perspicuum satis reddit. Fecit ergo vnâ tantummodò ordinationem, non duas, vt perperam ponitur in libro de Romanis Pontificibus, qua creauit presbyteros quatuor, diaconos septem, & Episcopos per diuersa loca duos. Sepultus est (vt idem habet liber) in cœmeterio Callisti, via Appia, & sex diaconi eius in cœmeterio Prætextati, via Aurelia: beatus verò Laurentius sepultus est via Tiburtina in crypra, in agro Verano, quarto Idus Augusti.

TEMPVS SEDIS SIXTI PAPAE.

Euseb. lib. 7. cap. 22. DE TEMPORE SEDIS SIXTI.

at. Appia.

X. Triduo post S. Laurentium passus est Romæ Hippolytus miles: cui in hoc illud profuit nomen, vt, quod vocaretur Hippolytus, instar Hippolyti illius, qui Phedræ nouerçe insidiis proditus est, equis & ipse discerpi indomitis iuberetur. Passa est tunc & Concordia eius nutrix, quæ inter cruciatus feliciter animam exhalauit. Sed & qui corpus Hippolyti sepulturæ mandarunt, occisi sunt quoque Irenæus atque Abundius, quorum omnium certus natalis dies in tabulis Ecclesiasticis relatus habetur. Cessauit Episcopatus Sixti dies trigintaquinque. Substitutus est in locum eius die duodecima Septembris Dionysius ex monacho: solitariam enim vitam aliquando egit.

CERTAMEN HIPPOLYTI.

DIONYSIVS PAPA.

XI. Qui aliam rationem inierunt temporis vacationis sedis Sixti, in sequentem annum producant Dionysij ordinationem, ea scilicet ratione, quod in libro de Romanis Pontificibus dicatur Dionysij sedisse temporibus Æmiliani & Bassi, nempe anno sequenti. Verum primus ibi sedis annus, non sedis principium, videtur esse descriptus: nam quod tam diu Sixti sedes vacauerit, nulla est penes antiquos memoria. Creatum Dionysium, consecratum fuisse à Maximo Episcopo Ostiensi, habent Acta S. Laurentij prope finem. Sanè quidem antiqui moris fuisse, vt Romanus Episcopus consecraretur ab Episcopo Ostiensi, auctor est S. Augustinus in Breuiculo collationum cum Donatistis.

XI.

Euseb. lib. 7. cap. 22.

Aug. in Breuic. collat. diei 3. c. 16.

XII. Hoc eodem anno, iisdemque Consulibus Pomponio Basio & Aurelio Fusco, decimo octauo Kalendas Octobris, sanctus Cyprianus Episcopus Carthaginensis apud Carthaginem obtuncatione capitis nobili corona martyrij decoratur. Quo modo autem hæc se habuerint, Pontius diaconus, qui aderat, in hæc verba rem gestam memoriæ commendauit: *Ordinatis ergo tam pie rebus, & sic voluntate disposita, proximabat dies crastinus (nempe secundam acceptam diuinitus visionem anni finis, & æterni diei beata requies.) Iam de Sixto bono & pacifico sacerdote, ac propterea beatissimo martyre ab Vrbe nuntius venerat: sperabatur iam iamque carnifex veniens, qui deuota sanctissimæ victimæ colla percuteret: & sic erant omnes dies illi quotidiana expectatione moriendi, vt corona singulis posset adscribi. Conueniebant interim plures egregij & clarissimi ordinis & sanguinis, sed & sæculi nobilitate generosi: qui propter amicitiam eius antiquam, secessum subinde suaderent; & ne parum esset nuda suadela, etiam loca, in quæ secederet, E offeriebant. Ille verò iam mundum, suspensa ad cælum mente, neglexerat, nec suadelis blandientibus annuebat. Fecisset fortasse tum etiam, quod à pluribus Fidelibus petebatur, si & diuino imperio iuberetur.*

XII. CYPRIANI VLTIMUM CERTAMEN. Pontius in Vita S. Cypri.

XIII. Sed nec illa sublimis tanti viri gloria sine præconio transeunda est, qua iam sæculo tumefcente, & de fiducia Principum infestationem nominis anhelante, ille seruos Dei (prout dabatur occasio) exhortationibus Dominicis instruebat, & ad calcandas passiones huius temporis, contemplationis superuenturæ claritatis animabat. Videlicet tanta illi fuit sacri cupido sermonis, vt optaret sic sibi passionis vota contingere, vt; dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur. Et hi erant quotidiani actus destinati ad placentem Deo hostiam sacerdotis. Hæc Pontius. Sed & testimonio ipsius etiam Cypriani constat, nihil antiquius penes eum fuisse, quam Dei verbu assiduò prædicare: quippe qui soleat quotidie illud populo annuntiare, vt ipse in exordio libri de Disciplina & bono pudicitie tradit,

XIII. CYPRIANVS FREQVENS IN CONCIONIBVS.

tradit, dum ait: Semper enitor vel maximè quotidianis Euangeliorum tractatibus ali-

XIV. a Acta passio- nis S. Cypri. GALERIVS MAXIMVS PROCONS.

Cumque Cyprianus (addunt Acta *) diu ibidem moraretur, successit Aspasio Paterno Proconsuli Galerius Maximus Proconsul: qui S. Cyprianum Episcopum ab exilio reuocatum sibi iussit presentari.

b Cypri. ep. 83.

XV. VLTIMA EPI STOLA CYPRIANI.

Cyprianus presbyteris & diaconibus & plebi vniuersæ salutem. Cum perlatum ad nos fuisset, fratres charissimi, Frumentarios esse missos, qui me Vticam perducerent; & consilio charissimorum persuasum esset, vt de hortis nostris interim secederemus: iusta interueniente causa consensu, ed quodd congruat, Episcopum in ea ciuitate, in qua Ecclesiæ Dominicæ præest, illic Dominum confiteri, & plebem vniuersam Præpositi presentis confessione clarificari.

XVI. ADMONITIO CYPRIANI.

Expectamus ergo hic in secessu abdito constituti aduentum Proconsulis Carthaginensium redeuntis: audituri ab eo quid Imperatores sub Christianorum laicorum & Episcoporum nomine mandauerint; & dicturi, quod ad horam dici voluerit. Vos autem, fratres charissimi, pro disciplina quam de mandatis Dominicis à me semper accepistis, & secundum quod, me tractante, sæpissimè didicistis, quietem & tranquillitatem tenete, nec quisquam vestrum aliquem tumultum de fratribus moueat, aut vltro se Gentilibus offerat.

XVII. FRUMENTARIORUM QUI SENT.

c Apud Euseb. lib. 6. cap. 31. d Lin Dec. 1. lib. 4. e l. Meniores Frumentarios ff. de v. c. l. His oneribus, de vacat. numer.

Sed antequam reliqua eius martyrij prosequamur, & dum agit in secessu, eundem paululum quiescere sinamus; obscura vox illa, quæ ex Cypriano est superius recitata, elucidanda videtur, quam nonnullorum scimus mentes dubitatione pulsasse, quinam illi fuerint, quos Frumentarios nominat, eosque ad se capiendum missos fuisse dicit. Si enim voces ignoramus, quo modo res gestas illis descriptas intelligemus? Quod item Dionysius Alexandrinus Episcopus furente Decij persecutione, à Sabino Præfecto missum quoque ad se perquirendum Frumentarium, in epistola e quam ad Germanum scripsit testatur: vt de hac voce solertius inquiramus, oportet. Scimus penes Ethnicos scriptores eam vocem vsurpari pro frumenti inquisitoribus, vt inter alios apud Liuium d: dictos item scimus Frumentarios frumenti mensores à Paulo e Jurisconsulto, qui de Frumentariis negotia-

gotiatoribus alibi meminit a, qui & Sitionia b dicti sunt. At nequaquam de his intelligi posse videntur, quos Cyprianus ac Dionysius Frumentarios dicunt: sed potius eos alicuius militiæ ordinis fuisse milites, qui & ad exequenda mandata Principum in diuersa loca mitterentur. nam & Iulius Capitolinus in Maximo & Albino hæc ait: Scriptum est præterea ad omnes prouincias, missis Frumentariis, iussumque vt quicumque Maximinum inuisset, in hostium numero duceretur.] Eiusdem quoque militiæ milites illi fuisse videntur, de quibus Lampadius in Commodò dicit, Anterum amicissimum Commodò à Præfectis Prætorio iussum esse occidi inopinatò per Frumentarios.

Fuisse igitur in militia ordinem eorum, qui Frumentarij dicerentur, nulla penitus dubitatio esse potest: nam id quoque hæc vetus docet inscriptio his scilicet verbis:

T. AVRELIO. PIO MIL. LEG. VI. VICTR. FRUMENTARIO. VIXIT. ANNIS. XLVII. MILITAV. ANN. XXV. AVRELIVS VERECVNDVS H. B. M. F.

XVIII. MILITES FRUMENTARII.

B

Extat Romæ in ædibus Bufalorum ad Columnam Antonini in arua marmorea. Rursum alibi:

CLOD. MARIANO. FRUMENTARIO LEG. VII. GAL. LVCANIVS LAVRENTIVS FACIVNDVM CVRAV. c

c Smetius for- mia Plautin. p. 166. nu. 24.

C

Rursum verò fuisse horum militum muneris explorare, idem affirmare videtur Lampadius d, dum ait, Hadrianum omnia domorum arcana per Frumentarios explorasse, & Iulius Capitolinus hoc idem in Macrino: Cum quidam, inquit, milites ancillæ hospitii pudorem deprauasse suspecti essent, atque per quemdam Frumentarium ille didicisset, adduci eos iussit.] In eodem quoque sensu à Trebellio in Claudio eadem vox accipitur, cum ait de Gallieno: Cum nuntiatum esset per Frumentarios, Claudium irasci, quòd ille mollius viueret, &c.] Porro militatiæ eiusmodi Frumentarios in Romana militia in schola Speculatorum, vetus docet inscriptio his verbis e:

SCHOLA. SPECVLATORVM. LEGIONVM. I. ET. II. ADIVTRICVM. PIARVM. FIDELIVM. Et in fine post recensita nomina plurimorum hæc habet: CVRANTE. AVR. PERTINACE. FRUMENTARIO.

XIX. d Lamprius in Hadriano. MVNVS FRUMENTARIO. XXIV.

D

Quòd autem iidem Frumentarij dicerentur, non inde certè accidit, quòd hi soli frumentatum mitterentur: nam id ceteris militiæ ordinibus, cum opus esset, imperatum esse, plurima sunt exempla. Ceterum quòd delatorum nomen odiosum esset (vt pluribus docet Iulius Capitolinus, dum Maximini ac Gordiani res gestas enarrat) honesto titulo Frumentariorum hos puto nominatos, quos constat tam in castris quàm in curia militasse: nisi inde fortasse nomen acceptum; quòd ad singulorum explorandum frumentum, quo rei annonariæ consultum foret, exercitui & vbi que Reipublicæ inferuient: ac proinde liberius accessus habuisse ad singulorum ciuium domos, & alia quæcumque loca: qua occasione ad singula quæque domestica exploranda, honesta satis faciliisque via pateret. Hos præterea ad mandata Principum ac Præsidum obeunda præstò esse consueuisse, citata superius loca demonstrant. Ex his igitur non tantum Cypriani, sed & Dionysij locus elucidatus habetur. Per Frumentarios itaque Cyprianus Vticam perducì cum iussus esset; ne eò perduceretur (vt dictum est) ad modicum temporis spatium secessit: Carthagine enim pati, quòd id sciret suæ Ecclesiæ expedire, in proposito habuit.

e Habet Smetius lib. Antiq. inscrip. p. 146. nu. 22.

XX. VNDE NOMEN FRUMENTARIORVM.

E

Nobilissimam planè ac florentissimam fuisse Carthaginensem Ecclesiam tunc temporis, patet, cum ipse eadem epistola eam tam gloriosam appelleret. Si ex amplitudine vrbium Ecclesias quoque in eis politas metiri licet: quòd scribit de his propè temporibus Herodianus f, Carthaginem instar Alexandriae fuisse, & nemini nisi Romæ multitudinem habitantium celsisse; Ecclesiæ quoque eius possumus claritudinem contemplari. Quos igitur Cyprianus tractando assidue (vt demonstratum est) sanctis imbuisset disciplinis, quosque amantissimos filios iugiter verbi lacte potasset, eisdem in præsentiarum totius Christianæ doctrinæ compendium, absolutissimam virtutum omnium formam, sincerissimamque

XXI. NOBILITAS ECCLESIAE CARTHAGINENSIS. f Herod. lib. 7.

namque perfectionem sanguine consignatam, atque hinc martyrij illustribus notis suum A
erga illos immensum amorem testatum relinquere, nihil antiquius habuit.

XXII.
LOCVS MAR-
TYRII CY-
RIANI.

Paul. dia-
n. V. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Res accidit ex sententia: nam et si non intra Carthaginis mœnia passus est, tamen, cum sefe tota vrbs effunderet ad locum martyrio constitutum, perinde fuit ac si in meditullio eiusdem amplissimæ vrbs passus esset. Erat locus ille, Sexti, nominatus, quod (vt habet Romanum Martyrologium) sexto lapide à Carthagine distaret. Quamobrem fallitur Paulus diaconus, cum ad Acta quæ recolat Cypriani, addit locum illum, Sexti dictum, quarto milliario longè à Carthagine positum. Hæc de loco. Quæ autem ante Cypriani passionem acciderint, Pontium omnia spectantem oculis audiamus: sed prius intelligamus (quod habent passionis Acta) Galerius Maximum Proconsulem, ad Sexti dictum locum, instaurandæ gratia valetudinis, commigrasse, illucque Cyprianum in hortis hætenus commorantem ad se perducit iussisse.

XXIII.
CYPRIANVS
AD PROCON-
SULEM PER-
DUCITVR.

Cum ecce (inquit Pontius) Proconsulis iussu ad hortos eius (ad hortos inquam, quos inter initia fidei suæ venditos, & Dei indulgentia restitutos pro certo iterum ad vsus pauperum vendidisset, nisi inuidiam de perlecutione vitaret) cum militibus suis Princeps repente subitavit, immò (vt veriùs dixerim) subitasse se credidit. Vnde enim posset tam improuiso impetu mens semper parata subitari? Processit ergo iam certus expungi, quod diu fuerat retardatum: processit animo sublimi, & in domum Principis à Prætorio reuertebatur: cum subito per Carthaginem totam sparsus rumor increbuit, productum esse iam Thascium, quem, præter celebrem & gloriosa opinione notitiam, etiam de commemoratione præclarissimi operis nemo non nouerat. Concurrerant vndique uersus omnes ad spectaculum, nobis pro deuotione fidei gloriosum, Gentilibus & doctis. Receptum eum tamen, & in domo Principis constitutum vna nocte continuè custodia delicata, ita vt conuiuæ eius & cari in contubernio ex more fuerimus. Plebs interim tota sollicita ne per noctem aliquid sine conscientia sui fieret, ante fores Principis excubabat. Concessit ei diuina tunc bonitas, verè digno, vt Dei populus etiam in sacerdotis passione vigilaret.

XXIV.
CYPRIANVS
IN DOMVM
PRINCIPIS
REVOCATVS

Forſitan tamen quærat aliquis, quæ causa fuerit à Prætorio reuertendi ad Principem: & volunt hoc scilicet quidam de suo, tunc Proconsulem noluisse. Absit vt in rebus diuinitus gestis segnitiem, siue fastidium Proconsulis conquerat: absit vt malum hoc intra conscientiam religiosæ mentis admitam, vt de tam beatissimo martyre ructus hominis iudicaret. Sed crastinus dies ille, quem ante annum dignatio diuina prædixerat, verè crastinus esse debebat.] hæc Pontius, subobscurè tamen significans Cyprianum ad Prætorium, vt mortis sententiam ibi ex more acciperet, fuisse productum: sed re infecta, in domum Principis reuocatum, eiusque iudicium fuisse dilatum in crastinum. At hæc ex iis, quæ dicentur inferiùs, clariora reddentur. Interim autem quæ ante crastinum illum, qui erat decimo octauo Kalendas Octobris, facta fuerint, quæ à Pontio sunt prætermissa, ab aliis verò, qui aderant, diligenter in Acta relata; hic describere, ordo rerum gestarum postulat. In illis enim secundo loco b positis hæc leguntur:

b Apud Cyp-
dit. Pamel.

XXV.

* al. Tusco

* al. Strator

STATOR

OFFICIJ AD

RECEPIT

CYPRIAN.

Cum illic (nempe in hortis suis) demoraretur: repente, Idibus Septembris, Fusco * (sic legendum ex Trebellio Pollione, non Tusco) & Basio Consulibus, venerunt ad eum Principes duo, vnus Strator * Officij Galerij Maximi Proconsulis, qui Aspasio Paterno successerat; & alius Equistrator à custodiis eiusdem Officij: qui & in curriculum eum leuauerunt, in medioque posuerunt, & in Sexti perduxerunt, vbi idem Galerius Maximus Proconsul bonæ valetudinis recuperandæ gratia secesserat: & ita idem Galerius Maximus Proconsul in alium diem Cyprianum sibi reseruari præcepit. Et eo tempore beatus Cyprianus ductus ad Principem & Statorem eiusdem Officij Galerij Maximi Proconsulis clarissimi viri secessit, & in hospitio eius cum eo, in vico qui dicitur Saturni, inter Veneriam & Salariam, mansit.]

XXVI.

QUI STATO-

RES ET PRIN-

CIPES.

c l. 4. §. 1.

ff. de offic.

Proconf.

* al. Statatores

Hæc cum ibi legantur, iam planius declarantur quæ superiùs à Pontio descripta sunt, quibus Cyprianum ea nocte mansisse ait in domo Principis: nam per Principem (vt apparet) non Proconsulem intellexit, sed illum notum omnibus Principem eius ordinis, dictum Statorem Officij. Quod verò hic dicatur Stator Officij ministrasse Proconsuli: erant hi milites, de quibus Vlpianus c sic scripsit de Officio Proconsulis: Nemo Proconsulum Statores * suos habere potest; sed vice eorum milites ministerio in prouinciis fungantur.] At non Stratores, sed Statores, legendum est: nam & in superioribus Actis martyrij Cypriani,

A priani, Stator, & non Strator legitur: sic enim habent alia fidelia exemplaria; licet in eo qui citatus est à nobis textus, Stratorem pro Statore mendosè irrepsit. At verò quod is dicatur Stator Officij; satis significari videtur, non fuisse Statorem exercitus, qui paraturi loca castrorum præcedere consueuerant: nam quod additur, Officij, per Officium intelligi magistratus apparituram, ipsamque Palatinam militiam, in a Notationibus demonstrauimus. Sic etiam alius textus b eiusdem Vlpiani libri duodecimi Ad edictum esset restitutus Statoribus, pro Stratoribus, vt & germanè legitur in Pandectis Florentinis. Erant enim Statores Proconsulum ac Prælidum ministri, qui eis adstant, & ad delinquentes carceri mancipandos obsequio præstò erant: dicti Statores à stando, veluti Apparitores ab apparendo. Vtitur ea quoque voce Tullius c, dicens: Existimaui esse faciendum, vt te ad Statores meos ac lictores cum litteris mitterem.] Qui verò inter eos primus esset, ceterisque præflet, hunc Principem Statorem dicebant, qui (vt ex dictis Actis vidimus) Cyprianum ad Proconsulem duxit, reductumque penes se ea nocte quæ diem martyrij præcessit, domi retinuit.

Quid autem illic positus egerit Cyprianus, ipsa Acta declarant, quæ sic habent: Illuc vnicius populus fratrum conuenit. Et cum hoc sanctus Cyprianus comperisset, custodiri puellas præcepit; quoniam omnes in vico ante ianuam hospitij Principis manserant.] S. Augustinus d verò hæc de eius pastoralis cura sollicita: Quid (inquit) illud, quod cum in alium diem dilatus apud custodes esset, atque illuc se multitudo fratrum & lociorum congregans pro foribus pernoctaret, custodiri puellas præcepit? quanta intentione considerandum? quanta laude prædicandum? quanto præconio commendandum est? Vicina corporis morte, non moriebatur in animo pastoris vigilantia pastoralis.] Quod enim militibus omnia conferta essent, ne quid dispendij pateretur virgineus pudor, puellas custodiri mandauit. Fuisse namque Ecclesiam Carthaginensem fecundam prole sacrarum virginum, commentarij ab eo conscripti eo argumento, nempe de Disciplina & habitu virginum, de Disciplina & bono pudicitia, absque aliis quæ in diuersis eius epistolis sparsim leguntur, aperte significant.

Quid autem illucescente illo tam diu antè prænuntiato atque expectato crastino secutum fuerit, Pontius narrat his verbis: Sed crastinus dies ille, quem ante annum dignatio diuina prædixerat, verè crastinus esse debebat. Illuxit denique dies alius, ille signatus, ille promissus, ille diuinus, quem si tyrannus ipse differre voluisset, numquam profus valeret: dies de conscientia futuri martyris lætus, & discussis per totum mundi ambitum nubibus, claro Sole radiatus. Egressus est domum Principis, sed Christi & Dei Princeps & agminibus multitudinis mixtæ ex omni parte vallatus est. Sic autem comitatu eius infinitus exercitus adhærebat, quasi ad expugnandam mortem, manu facta, veniretur. Eundi autem iter fuit transitus stadij. Benè verò & quasi de industria factum, vt & locum congruentis certaminis præteriret, qui ad coronam iustitiæ consummato agone currebat: sed vbi ad Prætorium ventum est, nondum procedente Proconsule, secretior locus datus est. Illic cum post iter longum nimio sudore madidatus sederet: sedile autem erat fortuitò linteo tectum, vt & sub ictu passionis Episcopatus honore frueretur.] his planè Pontius velatas Episcoporum sedes esse solere demonstrat, sed de his nos primo Annalium tomo pluribus.

Subdit Pontius hæc de vno ex tesseriis (dicebantur illi milites tesserarij a, qui tesseram, nempe præceptum ducis per contubernia militum nuntiabant.] Quidam, inquit, ex tesseriis, quondam Christianus, res suas obtulit, quasi vellent ille vestimentis suis humidis ficiora mutare: qui videlicet nihil aliud in rebus oblati ambiebat, quàm vt proficiscentis ad Deum martyris sudores iam sanguineos possideret. Cui ille respondit, & dixit: Medelas adhibemus querelis, quæ hodie forsitan non erunt. Mirum, si contempsit laborem corpore, qui mortem mente contempserat. Quid plura? subito Proconsuli nuntiatum est: producit, admouetur. Interrogatus de suo nomine, se esse respondit, & hætenus verba.] quæ in Actis passionis sic singillatim habentur expressa, sed à Pontio prætermissa:

Et ita altera die octauadecima Calendarum Octobrium, manè multa turba conuenit ad Sexti, secundum præceptum Galerij Maximi Proconsulis: & ita idem Galerius Maximus Proconsul eadem die Cyprianum sibi offerri præcepit in atrio Saucio sedenti. Cumque oblatu fuisset, Galerius Maximus Proconsul Cypriano Episcopo dixit:

Annal. Eccl. Tom. 2.

Aaa 2

Tu

Die 27.
Maj. c
bl. 10. ff. ex
quibus causis
maiores.
STATORIS
MVNVS
c Cic epist. fa
mil. lib. 2.
epist. vlt.

XXVII.
CYPRIANVS
SOLICITVS
DE CVSTODIA
VIRGINVM.
d Aug. 5. er.
12. c. 111. Paa
risiens.

XXVIII.
DIES MAR-
TYRII CY-
PRIANI.

XXIX.
STVDIVM
IN COLLIGENDIS SACRIS RELIQUIIS.
c Veges. de re mil. lib. 2. cap. 7.

XXX.
ITERVM CYPRIANVS INTERROGATVS.

Tu es Thascius Cyprianus? Cyprianus Episcopus respondit: Ego sum. Galerius Maximus Proconsul dixit: Tu Papam te sacrilegæ mentis hominibus præbuisi? Cyprianus Episcopus respondit: Ego. Galerius Maximus Proconsul dixit: Iusserunt te sacratissimi Imperatores carimoniari. Cyprianus Episcopus dixit: Non facio. Galerius Maximus ait: Consule tibi. Cyprianus Episcopus respondit: Fac quod tibi præceptum est: in re tam iusta nulla est consultatio.

XXXI. SENTENTIA IN CYPRIANVM LATA. * al. consensum

Galerius Maximus collocutus cum concilio, sententiam vix ægrè dixit verbis huiusmodi: Diu sacrilega mente vixisti, & plurimos nefariæ tibi conspirationis homines aggregasti, & inimicum te diis Romanis & sacris legibus constituisti: nec te pij & sacratissimi Principes Valerianus & Gallienus Augusti, & Valerianus nobilissimus Caesar ad secliam carimoniarum suarum reuocare potuerunt. Et ideo, cum sis nequissimorum criminum auctor & signifer deprehensus, eis ipse documento iis quos scelere tecum aggregasti: sanguine tuo sancietur disciplina. Et his dictis, decretum ex tabella recitauit: THASCIVM CYPRIANVM GLADIO ANIMADVERTI PLACET. Cyprianus Episcopus dixit: DEO GRATIAS. (Addunt hæc alia Acta) Qui me à vinculis huius corporis dignatur absolvere.] Confirmant hæc quæ his verbis à Pontio scripta sunt:

XXXII.

Legit itaq; de tabula iam sententiam iudex, quam nuper in visione non legerat, sententiam spiritalem non temerè dicendam, sententiam Episcopo tali & tali teste condignam, sententiam gloriosam, in qua dictus est seclæ suæ signifer, & inimicus deorum, & quod suis futurus esset ipse documento, & quod sanguine eius inciperet disciplina sanciri. Nihil hæc sententia plenius, nihil verius. Omnia quippe quæ dicta sunt, licet à Gentili dicta, diuina sunt. Nec mirum utique, cum soleant de passione Pontifices prophetare. Signifer fuerat, qui de ferendo signo Christi docebat. Inimicus deorum, qui idola destruenda mandabat. Documento autem suis fuit, qui multis pari genere secuturis prior in prouincia martyrij primitias dedicauit. Sanciri etiam cepit eius sanguine disciplina, sed martyrium, qui doctorem suum imitatione gloriæ consumilis æmulati ipsi quoque disciplinam exempli sui proprio cruore sanxerunt.

XXXIII. CYPRIANVS EPISCOPO-RVM CAR-THAGINEN-SIVM PRIMVS MARTYR. * Cypri. p. 77.

Quod autem dicat Pontius, Cyprianum in prouincia ante alios martyrij primitias dedicasse, non quod ipse primus in hac persecutione sanguinem fuderit, licet prior confesus fuerit primus omnium tentus, accipiendum est: nam ipsiusmet Cypriani testimonio satis constat, complures ante hac, eadem ipsa persecutione vrgente, martyrium consummasse, dum ad damnatos ad metalla scnbens, ait: Et ex vobis pars iam martyrij sui consummatione præcesserit.] & alia epistola tunc scripta ad detentos in carcere meminit Rogatiani & Felicissimi, qui iam tunc martyrium obiissent: sed id sic intelligendum (quod idem Pontius infra declarat) ipsum Episcoporum Carthaginensium primum primitias sanguinis martyrio consecrasse; quod nullus Carthaginensium Episcoporum, qui ipsum fuerunt antegressi, martyrium consummasset, quod (vt puto) se persecutionis tempore subduxissent. Pergit Pontius:

XXXIV. * al. in 2. quali

Et cum exiret Prætorij fores, ibat comes militum turba: & ne quid in passione deesset, Centuriones & Tribuni latus texerant: ipse autem locus æqualis * est, vbi pati contigit, vt arboribus ex omni parte densatis subhime spectaculum præbeat: sed per enormitatem spatij longioris visu denegato per confusam nimis turbam, personæ fauentes in ramos arborum repserant; ne vel hoc illi negaretur, vt ad Zachari similitudinem de arboribus videretur.] hæc Pontius. Acta porrò hæc amplius: Post hanc verò sententiam, turba fratrum dicebat: Et nos cum ipso decollemur. Propter hoc tumultus fratrum exortus est; & multa turba eum profecuta est. Et ita idem Cyprianus in agrum Sexti perductus est: & ibi se lacerno birro expoliavit, & genua in terram flexit, & in orationem se Domino prostravit. Et cum se dalmatica expoliasset, & diaconibus tradidisset, in linea stetit, & cœpit spiculatorem sustinere.] De vestimentorum expoliatione superiora Acta sic: Exiit se lacernum birrum, quem indutus erat, complicans, & posuit ad genua sua: deinde tunicam tulit, & diaconibus tradidit: & stans in linea expectabat spiculatorem: cui & viginti aureos dare præcepit. Fratres verò stentes linteamina & oraria ante eum ponebant, ne sanctus cruor defluens absorberetur à terra.] Tanti enim faciebant Fideles sacras reliquias martyrum, vt sudoris, si possent, guttas haurirent, & stillas sanguinis, etiam persecutore vidente & inuidente, atque exerto gladio minitante, qualibet arte susciperent atque reconderent. Mira res: eodem planè tempore duplici victoria vincitur crudelis impietas,

VIGENS CYPRIANVS SACRARIVM RELIQUIARVM.

* al. viginti quibusque

A pietas, sanguine martyris, & fide credentium. Sed subdunt & hæc alia Acta inferiùs posita:

Cum venisset autem spiculator; iussit suis, vt eidem spiculatori viginti quinque aureos darent. Linteamina verò & manualia à fratribus ante eum mittebantur. Postea verò beatus Cyprianus manu sua oculos sibi rexit: qui cum laciniis manuales ligare sibi non potuisset, Iulianus presbyter & Iulianus subdiaconus ei ligauerunt, & ita beatus Cyprianus passus est.] Addit Pontius hæc de carnifice: Ligatis per manus suas oculis, moram carnificis vrgere tentabat, cuius munus est ferrum, & labente dextera gladium vix trementibus digitis circuibat, donec ad perpetranda prætorij viri mortem, clarificationis hora marura, Centurionis manum, concessio desuper vigore, firmatam, permissis tandem viribus expediret.] hæc Pontius. Quod verò pertinet ad sanctissimi martyris sepulturam, citata superius Acta sic habent:

XXXV. PASSIO CYPRIANI.

B Et ita beatus Cyprianus passus est, eiusque corpus propter Gentilium curiositatem in proximo positum est cum cereis & scholaribus in areis Macrobij Candidi procuratoris (quæ sunt in via Mappaliensi iuxta piscinas) cum voto & triumpho magno.] Præter huc mos referatur Christianos sepeliendi, præcedente clero diuersarum classium atque scholarum, accensas faces gestantibus singulis, magna planè pompa, & (vt habent Acta) magno triumpho. Nequidquam planè consueti officij voluerunt imperterriti Christiani magna agentes constantia in Cypriani funere ante persecutoris oculos prætermittere: quod cuperent omnes (vt eadem Acta testantur) vnà cum suo ipsorum Episcopo decollari. Sed & hæc ibi demum: Post paucos autem dies Galerius Maximus Proconsul decessit. Passus est autem beatissimus Cyprianus martyr die octauadecima Kalendarum Octobrium, sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus, regnante verò Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.] hucusque Acta. Eodem quoque sine cetera quæque Acta legitima consignari solita, nempe Christi regno, multis exemplis sapiùs obseruamus.

XXXVI. CYPRIANI SEPULTURA.

Quæ autem priori loco Acta sunt posita, hanc amplius habent appendicem, loca singula relegendem: Curubitana ciuitas dicitur vbi in exilio fuit: vicus vbi in domo Principis Officiorum habitauit, dicitur Saturni, inter Veneriam & Salariam: atrium quoque Proconsulis dicitur Sauciolus: locus in quo decollatus est, vocatur Sexti.] Sed & Pontius diaconus, Episcopi sui amantissimus, ad vitam & passionem Cypriani hoc addit velut appositum mensæ nobilissimæ corollarium: Sic consummata passione, perfectum est, vt Cyprianus, qui honorum omnium fuerat exemplum, etiam sacerdotales coronas in Africa primus imbueret: quia & talis esse post Apostolos prior cœperat.] insinuans planè, iam à tempore Apostolorum Carthaginensem erectam fuisse Ecclesiam. Moxque subdit: Ex quo enim Carthaginis Episcopatus ordo numeratur, numquam aliquis, quamuis ex bonis & sacerdotibus, ad passionem venisse memoratur: licet semper Deo mancipata deuotio dicatis hominibus pro martyrio deputeretur. Cyprianus tamen etiam ad perfectam coronam, Domino consummante, profecit, vt in ciuitate ipsa, in qua taliter vixerat, & in qua prior fecerat multa præclara, prior etiam sacerdotij cælestis insignia glorioso cruore decoraret.] Ac demum hæc de se ipso:

XXXVII. LOCA A S. CYPRIANO IL- LUSTRATA.

Quid hoc loco faciam inter gaudium passionis, & remanendi dolorem? in partes diuisus animus, & angustum nimis pectus affectus duplices onerant. Dolebo, quod non comes fuerim? sed illius victoria triumphanda est. De victoria triumphabo? sed doleo, quod comes non sim. Verùm vobis tamen & simpliciter confitendum est, quod & vos scitis, in hac me fuisse sententia. Multum ac nimis multum de gloria eius exulto: plus tamen doleo, quod remansi.] Hucusque vltimum Pontij de Cypriani triumpho, & animi sui affectu scriptum elogium. idemque in suæ narrationis exordio, cur ea scribendi consilium inierit, declarat his verbis, insinuans antiquam in Ecclesia consuetudinem Actorum sanctorum martyrum scribendorum: Certè (inquit) durum erat, vt cum maiores nostri plebeis & catechumenis martyrium consecutis tantum honoris pro martyrij ipsius veneratione dederint, vt de passionibus eorum multa, aut propè dixerim penè cuncta conscripserint, vt ad nostram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, peruenirent; Cypriani, tanti sacerdotis & tanti martyris passio præteriretur.]

XXXVIII. DE PONTII ANIMI AFFECTV ET INSTITVTO.

Huius Pontij lucubrationis S. Hieronymus meminit, dicens: Pontius diaconus Cypriani, vsque ad diem passionis eius cum ipso exilium sustinens, egregium volumen vitæ & passionis Cypriani reliquit.] Sed & de ipso Pontio hæc adduntur in Martyrologio die Annal. Eccl. Tom. 2. Aaa 3 octaua

XXXIX. PONTII SCRIPTA PROBATA. Hieron. de scrip. Eccl. in Pontio.

octava Martij, qua natalis eius inter martyres conscriptus habetur his verbis: In passionibus suis Dominum semper glorificans, coronam vite promeruit.] Eadem Acta à nobis superius saepe citata, ac pariter recitata, æque fulciuntur testimonio Augustini a, eadem in sua tractatione in natali die S. Cypriani attextentis, & fidelissima comprobantis: quæ itidem recensuit Paulus b diaconus. Sed et si nulla ab aliis suppetent testimonia, ipsa sibi certam atque sinceram in omnibus sui candore fidem vendicant. Sed iam reliquum est, ut amantissimi Patris & præclarissimi martyris dulces exuuias perlegamus.

a Aug. ser. 12. edit. Paris. b Paul. diacon. in passione S. Cypriani.

X L. DE LINEA TUNICA CYPRIANI.

Quæ enim in eis legimus, & ex eisdem superius recitauimus Actis, S. Cyprianum colulum gladio subiecturum, primum exuisse birrum, inde verò se spoliasse dalmatica, vel (ut alia Acta habent) tunica, atque in linea remansisse, sicque expectasse spiculatorum; diligentiori sunt hæc consideratione pensanda. Euenim ex iis adeò certis antiquitatis Ecclesiasticæ monumentis, qualis esse solet Episcoporum habitus, probè possumus intelligere. Sed illud primum de tunica linea, qua, ceteris vestibus expoliatus, ictum gladij excepturus remanere indutus, exactè considerandum. Ex iis enim quæ ex dictis Actis sunt superius recitata, neminem certè puto adeò obtusum ingenio, ut cum ipsa dicant, Cyprianum exutum birro atque tunica, remansisse in linea, existimet de linea inerula intelligendum, quæ super nudum indui consuevit: non enim decebat sacerdotalem decorem; Cyprianum ad interulam vsque denudari, cum præsertim ad hoc non cogere magistratus, nec sacrificina functio postulare. quid enim opus erat ad capitis obtruncationem, ad subuculam vsque exui, cum præsertim nullum ea de re extet exemplum? Sic igitur nihil aliud est quod dici possit, nisi lineam illam Cypriani commune illud omnibus Episcopis lineum indumentum fuisse, quod ephod alij dicunt, Italicè verò rochetto: quod verò ad Dalmaticam pertinet, alio nomine tunicam simpliciter nominatam: diuersa namque dalmaticarum fuisse genera, quarum alia manicata, chirodata dicerentur, alia verò sine manicis, quibus diaconi vterentur, pluribus in Notationibus c diximus. Sine manicis itaque eam fuisse tunicam super lineam indutam putamus.

c Notat. in Martyrolog. Roman. die 31 Maij. h.

X L I. BIRRVVS ET LACERNA INDVMENTA. d Sulp. Dial. lib. 1. cap. 14. in fine. e C. c. Phil. 2. f Psa. lib. 18. cap. 25. g Fest. in verb. Lacerna. h Var. de ling. Latin. lib. 4. i Gell. lib. 13. cap. 20.

X L I I. LACERNA RVEA. k Fest. in verb. Birrum. l Vide Cuiac. in 1. 4. cod. de vest. holoser. lib. 11.

m Aug. ser. de diuer. 50.

His de linea atque tunica explicatis, de birro remanet exquirendum. In quo illud in primis animaduertendum, non simpliciter dici birrum, sed lacernum birrum; licet Sulpitius d Seuerus birrum à lacerna, vtroque tamen existente habitu clericali, distinguat, cum inuehitur in voluptuosos clericos, dicens: Hæc charis viduis, ac familiaribus mandat tributa virginibus: illa ut birrum rigentem, hæc ut fluentem texat lacernam.] Ac primum quod pertinet ad lacernam, si Ethnicos consulas, reperies eam breue fuisse indumentum ad arcendam pluuiam, ut ex his quæ Cicero e ac Plinius f tradunt, euidenter apparer. Porro ad humeros brachiaque tegenda fuisse compositum eiusmodi vestimenti genus, docet Festus g Pompeius, dum de lacerna agens, ait eam minorem fuisse caputio: capitium verò ait Varro h fuisse muliebri pectoris indumentum, ita dictum, quòd pectus capiat, & comprehendat brachia: quæ enim sine eis incedebant, pectore & brachijs erant apertis, super tunicam verò superduci lacernam, Gellius i testatur, cum ait: Cum me presente discipulos quosdam suos Senatores vidisset die feriato tunicis & lacernis indutos, & gallicis calceatos; Equidem (inquit) maluissem vos togatos esse: pigitum est cinctos saltem esse & penulatos.]

Quod verò habent Acta, lacernum birrum; vox, birrum, ad colorem pertinet: nam notat Festus k, apud antiquos rufum colorem dictum esse birrum, ac proinde lacernam rufi fuisse coloris. Siue dicere velimus lacernum birrum, hoc est, sericum: βίρρος enim veteres dixere serica, ut Zonaras l & Theodorus interpretantes duodecimum canonem Gangrensis Concilij, tradunt. Siue magis placeat, lacernum birrum significare birrum ipsum in modum lacernæ compositum. (Porro birrus & birrum, masculino & neutro genere dictum reperitur.) Vtrumque sit, constat quidem testimonio S. Augustini etiam clericos in Africa uti consueuisse linea atque birro, sed Episcopos birro pretiosiore. nam eo sermone, quo clericorum suorum disciplinam componit, hæc ait m: Nemo det birrum, vel lineam tunicam, seu aliquid, nisi in commune: de communi accipiam mihi ipsi.] & paulò post: Offeratur mihi verbi gratia birrum pretiosum, fortè decet Episcopum, quamuis non deceat Augustinum, id est, hominem pauperem de pauperibus natum.] Vtuntur ex institutione S. Augustini Canonici Regulares tunica linea, atque cum volunt, diebus præsertim solemnibus in Italia, etiam birro, quem in Hispania semper gestant. Eandem quoque consuetudinem viguisse in Ecclesia Orientali, ut Episcopi super tunicam birro indueren-

A duerentur, ex iis quæ scribit Palladius a de S. Athanasio Episcopo Alexandrino, possumus intelligere, dum ait, eum tunica birroque vestitum secessisse. Meminit & Gregorius Turonensis de S. Britio, qui ardentis prunas in birro suo posuit, ad declarandam sui animi innocentiam. Ceterum propter eius indumenti breuitatem Venantius Fortunatus nominat birrum ipsum palliolum, cum agit de sancto Germano Parisiorum Episcopo visitante Clotarium Regem; atque de ipso Rege ait: Allambit sancti viri palliolum.]

a Pallad. in Lausiac. c. 31.

Quod verò S. Gangrense b Concilium monachos Eustathianos incedentes palliatos, atque damnantes birris vtentes, anathematis sententia perculerit; non placet quòd per birrum alij interpretati sunt vestem pretiosam simpliciter: sed potius quòd illi amicti pallio sui longitudine & latitudine diffuente, eos damnarent, qui birro nempe breuiori vterentur indumento: quod vile vel pretiosum (ex sententia Augustini superius recitata) ad libitum cuiusque esse potuisse, certissimum est: pretiosiores verò fuisse birros Atrebatenses & Canusinos, Flauius Vopiscus in Carino testatur. Cum itaque eadem Acta Cypriani passionis habeant, ipsam lacernum birrum complicuisse, & ad genua posuisse; illud fuisse perbreue, ac parui negotij operam egisse demonstrant: nam non sic de tunica eum fecisse, sed diaconis dedisse tradunt.

b Conc. Gangren. c. 11. LOVS GANGRENSIS CONCILII ELVCIDATVS.

Ex his itaque iam exploratum haberi videtur, Episcoporum fuisse antiquum habitum, ut post vestem superinduerent lineam, & desuper eam solutam tunicam, ac denique humeros tantum tegens & brachia lacernum birrum: quo genere indumenti hodie videmus vti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales atque Episcopos illos, qui ex Regularibus ad eam dignitatem prouecti sunt: Romanum verò Pontificem birro absque tunica super lineam, sed serico atque rufo, interdum verò albo pro temporis ratione. Porro ex dignitatis ordine birrum pretiosius fuisse, Augustini sententia dictum est. Quid autem hæc indumenta mysticum præferrent, relinquimus alijs. At de his hæc tenus.

XLIV. HABITVS EPISCOPORVM.

Quod verò pertinet ad martyris Cypriani memoriam, quam polteri honorificentissime omni officiorum genere sunt persecuti: auctor est Victor Vticensis c Episcopus, duas insignes basilicas, veluti egregia tanti viri victoriæ monumenta, fuisse erectas: alteram ad Sexti, vbi sanguinem fudit; alteram verò in Mappalieni via, vbi fuit sepulturæ mandatus. Sed locus illè vbi sanguinem fudit, à maioribus Mensa Cypriani appellatus reperitur: de qua hæc Augustinus d: In eo quippe loco, vbi posuit carnis exuuias, sæua tunc multitudo conuenerat, quæ propter odium Christi sanguinem funderet Cypriani: ibi hodie venerans multitudo concurrat: quæ propter natalem Cypriani bibit sanguinem Christi: & tanto dulcius in illo loco propter natalem Cypriani bibit sanguinem Christi, quanto deuotius ibi propter nomen Christi sanguis effusus est Cypriani. Denique sicut nostis, quicumque Carthaginem nostis, in eodem loco mensa Deo constructa est, tamen mensa dicitur Cypriani: non quia ibi est vniquam Cyprianus appellatus, sed quia ibi est immolatus; & quia ipsa immolatione sua parauit hanc mensam, non in qua pascat, siue pascatur, sed in qua sacrificium Deo, cui & ipse oblati est, offeratur. Sed ut mensa illa, quæ Dei est, etiam Cypriani vocetur, hæc causa est, quia ut illa modò cingitur ab obsequentibus, ibi Cyprianus cingebatur à persequentibus: vbi nunc illa ab amicis orantibus honoratur, ibi Cyprianus ab inimicis frementibus calcabatur: postremò vbi illa erecta est, ibi prostratus est.] hucusque Augustinus, quibus solitum exhiberi martyribus cultum perbelle demonstrat; nimirum ecclesiam, & ibi Deo altare in quo sacrificium offerretur, erigi solitum, & de eo Fideles ad diem natalem martyris confluentes sacratissimam Eucharistiam participare. At non solum Ecclesia Africana, sed & totus Catholicus orbis Cypriani memoriam persecutus est: cum tam Occidentales quàm Orientales natalem diem eius annua celebritate frequentent, ut Gregorius Nazianzenus est testis, qui in eius die natali egregiam in eius laudem habuit orationem. sed de alijs eius memorijs alibi in futurum. Qui autem Cypriano in sede Carthaginensi subrogatus fuerit, quantum ex Optato e Mileuitano colligere licet; successit eidem Lucianus; post Lucianum verò Mensurinus, qui tempore Diocletiani sedet; cui Cæcilianus subrogatus est.

XLV. MEMORIAE S CYPRIANI c Victor de perse. VVandal. lib. 1. d August. de diuer. ser. 113. MENSA CYPRIANI.

Ceterum cum lucubrationes ab eo relicte, ore omnium in Ecclesia sint celebratae, quidnam autem est quòd Gelasius Papa in Romano Concilio, statuto canone de libris apocryphis, censuerit Cypriani Opuscula apocrypha esse? At per Opuscula certè non alia ab eo esse opera significata, quàm editos ab illo de rebaptizatione hæreticorum tractatus, existimamus; qui vno volumine, Opusculorum titulo inscripto, continerentur. In eadem

CVLTVS MARTYRYVM

e Optat. Mileuit. contra Patmen li. 1. SVCCESORES S. CYPRIANI.

XLVI. DE CYPRIANIS SCRIPTIS

dem quoque classẽ apocryphorum reicitur ab eodem liber, cuius erat titulus, de Pœ- A nitentia Cypriani. Illis igitur demptis, quibus aduersatus est Stephano: reliqua sunt eius- modi (quod dictum est superius) quę cum Latini, tum Gręci fuerint inoffenso pede ma- gna admiratione sectati: vt merito de eo Prudentius a hos cecinerit versus:

a Prudent. hymn. 13. ELOGIUM DESCRIPTIS SCYPRIANI

Desine flere bonum tantum: tenet ille regna cali, Nec minus inuoluit at terris, nec ab hoc recedit Orbe: Dissert, eloquitur, tractat, docet, instruit, prophetat: Nec Libya tantum populos regit, exitusq; in ortum Solis & vsque obitum, Gallos fouet, imbuit Britannos, Presidet Hesperie, Christum serit vltimis Iberis: Denique doctor humi est: idem quoque martyr in supernis: Instruit hic homines, illinc pia dona dat patronus.] B

Sed & Cassiodorus, qui post Gelasium vixit, exceptis illis quę ab eo de ratione Bapti- smatis scripta sunt, cetera edita diuersis epistolis & opusculis monumenta digno com- mendat encomio.

XLVII.

b Martyrol. Rom. & alia die 14. Sept. LAPSI ITÈ- RVM PV- GNANT.

Quo die passus est sanctus Cyprianus apud Carthaginem, eodem quoque die & loco martyrium subiisse quatuor sanctos martyres, Crescentianum, Victorem, Rosulam, & Generalem testantur b tabulę Ecclesiasticę. Aded namque incaluerunt corda Fidelium martyrio Cypriani, vt omnes optarent vnã cum ipso mori, ac pariter coronari. Sed & il- lud effecit planẽ mirandum sanguis eius effusus, vt diuitiarum possessores, quos idem Cy- prianus (vt suo loco demonstratum est) ingemuit in persecutione sub Decio, ne diuitia- rum suarum dispendium paterentur, fidei fecisse iacturam, magnis sumptis animis, forti constantia, Christi amore succensi, diuitias vt lutum contempserint, insuper & vitam eius exemplo prodegerint. Ingentem porrò collegisse prouentum ex Cypriani martyrio Ec- clesiam Africanam, S. Augustinus c, cum de die natali eius tractaret in populo, testatur his verbis: Inde tam magnum & electum granum hic beatissimus Cyprianus: quàm mul- ti diuites tunc contempserunt quod habuerunt, &c.] C

c August. de diuer. ser. 115

XLVIII.

d Mart. Rom. die 24. Aug. e Prudent. hymn. 13. MARTYRES DICTI MAS- SA CANDI- DA.

Passi sunt, eadem persecutione vrgente, apud Carthaginem trecenti martyres no- no Kal. Septembris d, quo tamen anno, ignoratur. At quoniam tum à Prudentio e, tum ab aliis eius rei gestę historia adiungitur simul martyrio Cypriani, de iisdem hic agere, more maiorum, consultius visum est. Clarissimi tunc iidem effulserunt martyres; qui in- ter alia supplicia, cum Preses fornacem calcarum accendi iussisset, & iuxta eam tripodem, thusq; simul ac prunas exhiberi præcepisset, optionem quę illis Proconsul dedisset, vt vel Ioui thus incenderent, vel ipsi iniicerentur in ignem, respuentes illi eam, vt indignam ob- latam conditionem, factoque potiùs quàm verbo dato responso, in eandem pariter sen- tentiam conspirantes, sese rapidissimo cursu, impellente diuino Spiritu, in fornacem in- censam coniecerunt: atque igne succensi, calceq; permixti, appellati sunt Massa candida. D

XLIX.

f Aug. de di. ser. 112. g Prudentius hymn. 13.

Porrò horum memoria celebris viguit in Ecclesia Africana pariter & transmarina, an- niuersaria vbique celebritate solemnis: in qua & S. Augustinus f ad populum tractatũ ha- buit. celebrat eosdem Prudentius g sacro hymno. Ceterum vt hoc nomine iidem marty- res dicerentur, Augustinus ait: Massa dicta est de numeri multitudine, Candida de causę fulgore. Sed & ea planẽ causa præcessit, quod in calcaria fornace iidem cremati cum es- sent, cineribus eorum calci permixtis, ex iis omnibus vna candida massa conflata est. Tre- centos hos fuisse numero, habent tabulę Ecclesiasticę: sed de numero & aliis pluribus in Notationibus diximus. verum sefellit plures scriptus titulus, dum Pontius auctor Acto- rum illorum citatur. Qui autem ex Ecclesię Carthaginensis ministris post Cyprianum martyrium subierint, sequenti anno (quod ratio temporis postulat) dicturi sumus. E

L.

h Pacianus de Cathol. nom. epist. 2.

Hic autem dicere non prætermittimus, fastu gloriosos Nouatianos falsò iactare solitos, Nouatianum schismaticum, suę ipsorum sectę auctorem, ante S. Cyprianum martyrium consummasse: sed id ex nullis Actis prodidere, quæ in re aded comperta nec fingere potuerunt, nisi ex verbis quibusdam (vt dicebant) Cypriani, quę à Symproniano No- uatiano iactari, Pacianus h ad eum scribens, tradit his verbis: Nam quod antè passum Nouatianum putas, & Cyprianum dixisse subiungis, Præcessit me aduersarius meus. vi- de quàm manifestò respondeam: Nouatianus martyrium numquam tulit: nec ex ver- bis Cypriani auditum istud, aut lectum est. habes eius epistolas. Sed & inferius: Porrò etiam si passus est aliquid Nouatianus, non tamen etiam occisus: etiam si occisus, non tamen coro-

coro-

A coronatus. Quid ni? Extra Ecclesię pacem, extra concordiam, extra eam matrem cuius portio debet esse qui martyr est, &c.] & paulò post de Cypriano verè martyre:

Cyprianus autem in concordia omnium, in pace communi, in confessorum grege passus est: & sæpè confessus iteratis persecutionibus, & multa laceratione vexatus, & nouissimè salutari calice propinatus est. hoc fuit coronari. Quare sibi habeat Nouatia- nus epistolas suas, sibi tumorem, sibi superbiam, qua dum in altum leuatur, elisus est: dum nemini parcat, effusus.] hæc Pacianus. Socrates a & ipse Nouatianus, Nouatia- num suum, quem Nouatum nominat, martyrio sub Valeriano occubuisse testatur: sed, sicut nec Sympronianus, nullo certo id affirmat auctore. Sanè quidem sicut de nonnul- lis Marcionitis, qui martyrium subierunt, & aliis diuersarum hæresum assertoribus scri- ptores Ecclesiastici absque inuidia scriptis prodiderunt: non existimandum de Nouatia- no tacuisse, si id aliquo modo factum nouissent; sicut S. Hieronymus, dum de eo ait, scriptos hos reliquisse libros, de Paschate, de Sabbato, de Circumcisione, de Sacerdote, de Oratione, de Cibis Iudaicis, de Instantia, de Attralo, de Trinitate grande volumen, quasi *επιτομὴν* operis Tertulliani faciens; quod plerique nescientes, Cypriani existimant.] hæc Hieronymus. At de Nouatiano hætenus.

L I. CYPRIANI MARTY- RIVM IN COMMVNIO- NE ECCLE- STIÆ. Sacrat. lib. 4. cap. 23.

B Hoc eodem anno, iisdemque Consulibus Fusco & Basso, Ingenius, qui Pannonias tunc regebat, à Mæsiacis legionibus Imperator appellatus est: sed per Celerem Veria- num victus atque prostratus est, vlcisente Gallieno seuerissimè in omnes, vsque ad senes & pueros, qui ab eius parte steritissent. sed hæc fusiùs Trebellius b Pollio.

L II. DE INGE- NVO. Trebell. Pol. de 30. Tyran. in Ingen. 8.

C Iisdem quoque Consulibus, sed mendosè positis, data reperitur Dionysij epistola ad Vrbanum Præfectum, hominem Christianum: sed cum quarto Nonas Februarij data po- natur, nisi in mensẽ error irrepit, alterius potiùs quàm Dionysij esse conuincitur; nam eo tempore Sixtus Pontifex adhuc superstes erat.

L III. DE EPISTO- LA DIONYSII.

IESV CHRISTI DIONYS. PAP. VALER. & GALLIENI IMPP.

ANNVS 262. ANNVS 2. ANNVS 8.

D Christi anno ducentesimo sexagesimosecundo perperam Fastis à Cassiodoro & aliis ceum secutus Fuluius Amilianus & Pomponius Bassus varia (vt puto) descriptione de- ceptis, ponuntur Consules: eosdem enim esse reor cum Consulibus anni superioris: nam de Pomponio Basso constat, & pro Fusco Fuluium positum existimamus (vt sæpè acci- dere consuevit) cui fuerit quoque cognomentum Amilianus: nisi loco Memmij, Ami- lianus sit positum: cum præsertim Consulatus Bassi cum Amiliano, non secundus no- tatus in antiquis monumentis habeatur, sicut adscribendus erat, si diuersus à priore fuis- set. In Codice namque Iustiniani Bassus semel tantum cum collega Amiliano Consul po- situs e inuenitur: hæc enim quàm verissima esse, quæ dicturi sumus, perspicuè demon- strabunt. Hoc namque anno adscribendos esse Consularibus Fastis Gallienum quartò & Valerianum *, tum epistola Valeriani Imperatoris ad Aurelianum, tum eius quoque Acta à Flauio Vopisco narrata d, satis aperte significant, quæ auctor his verbis recitat: Ex libris Acholij, qui Magister admissionum Valeriani Principis fuit, libro Actorum eius nono. Cum confedisset Valerianus Augustus in Thermis apud Byzantium, præsentem exercitu, E præsentem etiam officio Palatino, assidente Memmio Fusco Consule ordinario.] & post recensita nomina aliorum, in eius ad Aurelianum allocutione hæc habet: Te Consulem hodie designo, scripturus ad Senatum, vt tibi deputet scipionem, deputer etiam fasces.] ita ibi. Videas ex his planẽ Aurelianum anno superiori sub Consulatu Memmij Fusci Consulem fuisse designatum, sed suffectum, non ordinarium. Quibus nam verò sufficien- dus esset, epistola eiusdem Valeriani Imperatoris ad eum scripta declarat his verbis: Con- sulatum cum eodem Vlpio Crinito in annum sequentem à die vndecimo Kal. Iuniarum in locum Gallieni & Valeriani sperare te conuenit sumptu publico.] hæc Acta.

I. DE ANNE HVIVS CON- SVLIBVS.

cl. f. feruss. C. quod eius co. * al. Volu- fanum, d' opisc. in Aureliano.

Si igitur anno superiori Aurelianus Consul est designatus in præsentem annum, suffi- ciendus vnã cum Crinito à dicta die & mense Gallieno atque Valeriano Consulibus ordi- nariis: apertissimè planẽ significatur, hoc anno adscribendos esse Gallienum quartò Con- sulem, atque Valerianum minorem, quem alij legunt Volufianum. Quos quidem Consu- les

II. RESTITVVN TVR FASTI.

les magno sanè præiudicio rectæ chronologiæ, ex qua etiam historica veritate confirmatur, alij reiecerunt post sequentem annum: cum iidem non præsentem tantum annum dictis Consulibus falsò appositis inscribant, sed & sequentem Consulatui Secularis atque Donati perperam noceant. Nec est quòd post sequentem annu Gallieni & Valeriani Consulatui possit Fastis adscribi: quos anno præterito constat fuisse Consules designatos, & hoc anno post dictum Memmij Fusci Consularum apparet fuisse creatos Consules ordinarios, quibus mense Iunio suscepti sunt Aurelianus atque Crinitus. Nec est rursum quòd quis vel fingere possit dictas litteras de eorundem susceptione datas esse à Valeriano Imperatore anno sequenti: quem liquet hoc ipso anno à Persis victum atque captivum ductum, vt inferius suo loco testificationibus apertissimis demonstrabimus.

III. Explosis igitur tum à præsentem, tum à sequenti anno Consulibus adscititiis, recipiant Fasti Consulares suos legitimos Consules ordinarios, Gallienum quartò atque Valerianum iuniorem: cuius quidem Consulatui Gallieni eiusmodi extat inscriptio: **I M P. GALLIENVS. P. F. AVG. P. M. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. J** sicque iure cum anno eius Imperij octavo, ex octava Tribunitia potestate monstrata, iungatur eius quartus Consularis. Habes hic quoque, Lector, exactè (ni fallimur) redditam rationem nostræ ex Fastis Consularibus etiam rectè deductæ per annos singulos chronologiæ; eamdemque aliis innumeris testificationibus superius, tam primo quam hoc secundo tomo Annalium confirmata: simulque etiam declaratum, quam longe à veritatis scopo aberrare necesse sit, qui dictos addiderunt duos superuacaneos Consulares.

IV. Quòd verò ad res gestas anni huius pertinet: aucta nouis edictis in Christianos persecutio, in reliquos Ecclesiarum ministros grassari non destitit: nos modò cœptam semel prosequimur historiam de Ecclesia Africana. Quoniam verò (vt dictum est) Galerius Maximus Proconsul in Africa post Cypriani martyrium defunctus est; Solon Procurator Fiscalis cœptam ab eo persecutionem nouo mandato Imperatorum, in Ecclesiam Carthaginensem auxit maioribus incrementis. Quid autem sub ipso, antequam Româ alius cum fascibus mitteretur Proconsul, Carthagine actum sit; epistola à confessoribus ab ipso in carcerem detrusis, & in eodem quoque carcere scripta, significat; quam ex antiquioribus scriptis codicibus erutam, & collatione facta cum ea quæ edita est, vt fidelissimam, omniq; ex parte sibi constantem, hic attexere, vt insigne antiquitatis monumentum, perutile, iucundum, gratumque fore existimamus: quippe quæ ab iis scripta esse reperitur, qui sancti Cypriani doctrinæ ac disciplinæ assueuerunt, vtpote qui discipuli eius fuerunt, eoq; vti sint familiarissimè. Est autem huiusmodi:

V. Lucius, Montanus, Flavianus, Iulianus, & Victorius, &c. fratribus vniuersis salutem. Dilectissimi fratres, nobis nihil aliud est agendum, quam vt de seruis Dei & Christo eius dicamus, & de multitudine fratrum cogitandum: qua quidem ratione hic amor per hoc officium ad has nos scribendas impulerit litteras, vt fratribus post futuris, & magnificentiæ Dei fidele testimonium, & laboris tolerantiam per Dominum, memoriam relinqueremus. Post popularem tumultum, quem ferox vultus Præsidis in necem concitauit, postq; sequentis diei acerrimam persecutionem Christianorum, apprehensi sumus Lucius, Montanus, Flavianus, Iulianus, Victorius, Primolus, Renu, & Donatianus catechumenus, qui baptizatus in carcere, statim spiritum tradidit: nec non & circa Primolum similis consummationis exitus contigit: nam & ipsum ante paucos menses habita confessio baptizauit.

VI. Igitur apprehensis nobis, & apud Regionantes* in custodia constitutis, sententiam Præsidis milites nuntiabant, quòd die hesterno ardentem nobis interitum minaretur. Nam (vt postea quoque verissime cognouimus) exurere nos viuos cogitauit. Sed Dominus, qui solus de incendio seruos suos potest liberare, in cuius manu sermones & corda sunt Regis, furentem à nobis Præsidis sæuitiam auertit; & incumbentes precibus assiduis tota fide, statim, quod petiuimus, accepimus; accensusque in exitum nostræ carnis ignis extinctus est, & flamma caminorum ardentium Dominico rore sopita est. Nec difficile credentibus fuit, noua posse ad vetera exempla contingere, Domino in spiritu pollicente, quia qui gloriam istam operatus est in tribus pueris, vincebat & in nobis.

VII. Tunc à proposito suo, Domino volente, contractus, mitti nos in carcerem iussit: quòd deducti non expauimus foedam illam loci caliginem: moxque carcer tenebrosus, spiritu prælucente, resplenduit; & contra obscuritatis deformia, & cæca nocte contacta, instar diei,

CONSULARIUM GALLIENI TERTII CVM VALERIANO. ^a Apud Adol. lib. Antiq. num. Ro. Imp.

PERSECUTIO MAGIS SALUTEM IN AFRICA.

^b Apud Sur. tom. I. die 24. Feb. c. 6. M. S. cod.

EPISTOLA CONFESSORUM.

^a al. Regionares ORATIONE DILATVM MARTYRIVM. ^c Prou. 21.

^d Daniel. 3. CONFESSORES DEPRIMI IN CARCEREM.

A diei, fidei deuotio candida luce vestiuit: & sic ad summum descendebamus locum prænarum, quasi ascenderemus in cælum. Quales illic dies duxerimus, quales transegerimus noctes, exponi nullis sermonibus possunt, nec tormenta carceris vlla affirmatione capiuntur. Sed veremur atrocitatem loci, vt est, dicere: quia vbi tentatio est grandis, ille ibi maior est, qui eam vincit in nobis: & non est pugna, in qua non sit, Domino protegente, victoria. Nam & occidi, seruis Dei leue est: idè mors nihil est, cuius aculeos conuellens, contentionemque deuincens Dominus, per Crucis trophæum triumphauit: sed & causa nulla armorum est, nisi quando miles armandus est: nec armatur, nisi quando congressio est: & in coronis nostris præmium idè est, quia certamen præcessit: nec datur palma, nisi congressione perfecta. Sed paucis diebus uisitacione fratrum nos refrigerauimus: nam omnem noctis laborem diei solatium lætitiæque abstulit.

B Tunc Reno, qui nobiscum fuerat, somno apprehenso, ostensum ei est, produci singulos; quibus prodeuntibus lucernæ singulæ præferrebantur: cuius autem lucerna non præcesserat, nec ipse procedebat; & cum processimus nos cum lucernis nostris, expergefactus est. Et vt nobis retulit, lætari sumus, fidentes nos cum Christo ambulare, qui est lucerna pedibus nostris, & sermo Dei. Post ipsam noctem dies nobis hilaris augebatur: & continuò, eadem die, subitò rapti sumus ad Procuratorem, qui defuncti Proconsulis partes administrabat. O diem lætium! gloriam vinculorum! ô optata votis omnibus catena! ô ferrum honorabilius atque pretiosius optimo auro! ô stridor ille ferri, qui strepebat dum trahitur per aliud ferrum, & loqui nostrum futurum solatium videbatur! Atque ne hac iucunditate tardius fruereur, à militibus, vbinam nos Præses audire velleret, huc atque illuc per totum forum circumducti sumus. Tunc nos in Secretarium vocauit, quia necdum hora passionis aduenerat: vnde prostrato diabolo, victores sumus in carcerem reuerii, & ad alteram victoriam referuati.

Hoc itaque prælio victus diabolus, ad alteras se astutias vertit, fame nos & siti tentare molitus: & hoc suum prælium multis diebus fortissime gessit; ita vt quod magis secum facere aduersarius putabat, quòd ægorabant corpora ob Solonem Fiscalem, qui aquam frigidam post laborem non daret. Hic autem labor, hæc inopia, hoc necessitatis tempus ad Deum pertinuit, dilectissimi fratres: nam qui nos tentari voluit, ipsum vt alleuacionem in ipsa tentacione haberemus, se ostendit. Nam Victori presbytero, commartyri nostro, qui statim post hanc eandem visionem passus est, ostensum est hoc. Videbam, inquit, puerum huc in carcerem introisse, cuius fuit vultus perlucidus super splendorem inenarrabilem: qui nos deducebat per omnia loca, vt exiremus, egredi tamen non potuimus. & ait mihi: Adhuc modicum laboratis, quia nunc impedimini: sed confidite, quia ego vobiscum sum. & adiecit: Dic illis, quia gloriores coronam habebitis. Necnon ad Deum suum spiritus properans, & anima iam proxima passioni sedes suas requisit: nam hunc eundem Dominum de paradiso interrogauit, vbi esset. Cui ille ait: Extra mundum est. Ostende illum, inquit, mihi. Qui ait illi: Et vbi erit fides? Cumque hinc per humanam pusillitatem diceret: Quod mihi mandas, tenere non possum. Dic signum, quod eis dicam. Respondit ei Dominus, & ait: Dic illis signum Iacob. Lætandum est, fratres dilectissimi, vt Patriarchis, etsi non iustitia, laboribus adæquari possimus. Sed qui dixit; Inuoca me in die pressuræ, & eximam te, & clarificabis me; ad clarificationem fuit flexus. post preces ad se habitas commemoratus est nostri, prius miseracionis suæ denuntians munus.

E De hoc enim sorori nostræ Quartillosæ hæc nobiscum positæ ostendit, cuius mulieris & maritus & filius ante triduum passi erant. Ipsa quoque hic residens, propinquitatem suam velociter subsecuta est: quæ in hunc modum, quod vidit, exposuit: Vidi, inquit, filium meum, qui passus est, venisse ad carcerem: qui sedens super labrum aquarium, ait: Vidit Deus pressuram vestram & laborem. Et post hunc introiit iuuenis miræ magnitudinis, qui ferebat phialas duas singulis manibus, easque lacte plenas, & ait: Bono animo estote; commemoratus est vestri Deus. Et ex phialis illis, quas ferebat, dedit omnibus bibere: quæ phialæ non deficiebant. Et subitò ablati sunt lapis, qui fenestram diuidit medius: sed & claræ fenestræ, ipso medio sublato, liberam cali faciem admiserant. Et posuit iuuenis ille, qui ferebat phialas, vnam ad dexteram, & alteram ad sinistram, & ait: Ecce & satiati estis, & abundat, & tertia adhuc phiala superueniet vobis.

Et abiit altera dies, quæ post hanc visionem eluxit. Expectantes autem eramur horam illam,

VIII. VISIO DE MARTYRI- BVS. ^a P. sal. 118.

IX. FAME CRUCIANTVR MARTYRES. ^a al. allocutionem VISIONES MARTYRVM.

^b P. sal. 49.

X. VISIO ALIA.

XI.

HERENNIA
NVS SYBDDIA
CONVE CY
PRIANO
NOTVS.

illam, quando fiscalis non cibus, sed penuria & necessitas inferretur: quia cibus nullus A nobis suberat; nam & altera die ieiuni manseramus. Subito autem, ut sitientibus potus, & esurientibus cibus, desiderantibus martyrium obuenit: ita laboribus nostris refrigerium Dominus per Lucianum charissimum nobis præbuit, qui disrupto catenarum obice, velut per duas phialas, per Herennianum hypodiconum, & Ianuarium catechumenum, alimentum indeficiens omnibus ministravit.]

XII.

Sed antequam ulterius progrediamur, hic meminisse lector debet, in vltimis litteris ad Cyprianum à confessoribus in metallis agentibus scriptis, haberi mentionem de Herenniano hypodicono. at hunc illum ipsum esse putamus, per quem Cyprianus anno superiori, cum exul esset, pecuniarum subsidia misit ad eosdem confessores ad metallam damnatos. Porro ipsum nomen, par ministerium, sacer ordo, ac denique tempus, hunc eundem esse cum illo, ut dicamus, facile persuadent. mentio eius est in tribus B epistolis ad Cyprianum ab illis tunc datis. Sed & ex collega idem cum illo esse deprehenditur: nam qui hic Lucianus nominatur, idem ille videtur esse, qui tunc eadem cum Herenniano ministeria exhibens, in dictis epistolis Lucanus scriptus habetur. Sed ad epistolam martyrum redeamus.

XIII.

Hoc subsidium ægros & laborantes nimium suffulsi: eos quoque per eundem laborem, hoc est, per incommodum Solonis Fiscalis & penuriam frigidæ aquæ in ægritudinem iam inciderant, ab infirmitate reuocauit: cuius tam gloriosis operibus omnes apud Deum gratias agimus. Iam nunc dilectissimi fratres, & de amore quem in nos inuicem habemus, aliqua dicenda sunt. Nec instruimus, sed admonemus: quia sicut simul vnanimes sumus, ita apud Dominum vnà viuimus, & oramus. Tenenda est concordia charitatis, & dilectionum vinculis inhærendum est: tunc diabolus prosternitur, tunc à Domino quidquid C postulat accipitur, ipso pollicente ac dicente: Si duo ex vobis consenserint super terram; de omni re, quamcumque petieritis à Patre meo, contingeret vobis. Nec alio modo vitam æternam accipere, & cum Christo regnare poterimus, nisi fecerimus quod præcepit faciendum: pro quo & vitam promissit & regnum. Eos denique hereditatem Dei consequi, qui pacem cum fratribus tenuerunt, suo magisterio ipse Dominus enuntiat, dicens: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Quod exponens Apostolus ait: Ut simus filij Dei. Si autem filij, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si quidem compatimur, ut commagnificemur. Si heres non potest esse nisi filius; filius autem esse non potest nisi pacificus: hereditatem Dei habere non poterit, qui pacem Dei rumpit. Et hoc non quasi non admoniti dicimus, aut sine diuina ostensione suggerimus.

XIV.

Nam cum Montanus cum Iuliano habuisset sermones aliquos ob eam mulierem quæ D ad communionem accessit*, quæ nec communicabat, cumque post correptionem quam in eam congesserat, in rigore ipso discordiæ mansisset: ostensum est eadem nocte Montano hoc: Visum est (inquit) mihi venisse ad nos Centuriones: cumque deducerent nos per viam longam, peruenimus in campum immensum, in quo occurrunt nobis Cyprianus & Leuitius*. Peruenimus autem in locum candidum: & facta sunt vestimenta nostra candida, & caro nostra commutata candidior facta est vestimentis nostris candidis: ita autem pellucida fuit caro nostra, ut oculorum visum ad intima cordis admitteret. Et respiciens in pectus meum, video quasdam sordes, & experrectus sum in visione, & occurrit mihi Lucianus, & retuli illi visionem, & aio illi: Scis quoniam sordes illæ, illud est, quod non statim concordauimus cum Iuliano? & ad hoc experrectus sum.

XV.

Qua de re, fratres dilectissimi, concordiam, pacem, vnitatem omni virtute teneamus. E Enitamus iam hic esse, quod futuri sumus. Sic inuitant iustos promissa præmia: sic terret iniustos poena prædicta. Si cum Christo esse & regnare cupimus; quæ ad Christum & regnum ducunt, illa faciamus. Optamus vos bene valere.] hucusque confessorum in carcere detentorum & martyrij iam candidatorum epistola. Quid autem de illis, qui hæc scripserunt, subsecutum sit; eos qui iis aderant, oculisque spectarunt, ea perpetuæ memoriæ commendasse gaudemus. nam de rebus postea gestis in hunc modum narrationem periuicendam atque fidelem attexuerunt:

XVI.

Hæc omnes de carcere simul scripserunt. Sed quia necesse erat omnem actum martyrum beatorum pleno sermone complecti, quia de se & ipsi minus dixerant, & Flavianus quoque priuatum hoc nobis munus iniunxit, ut quidquid litteris eorum deesset, adderemus: necessariò aliqua subiunximus. Cumque per plurimos menses reclusi fuissent in carce-

ACTA MARTYRVM.

A carcere, & fame ac siti diu laborassent: tandem serò produci iubentur, & ad prætorium Præsidis admoueri. Et omnibus quidem gloriosa voce professis, cum Flauiani adiutorium reclamaret amore peruerso, negans* eum diaconum, quod confitebatur: inter ceteros, * al. augans id est, Lucium, Montanum, Iulianum, Victorium, dicta sententia est; Flavianusque rursus receptus est. Et quamuis haberet plenam doloris materiam, quod scilicet de tam bono collegio separatus est; tamen fide & deuotione, qua vixit, credebat id fieri quod Deus vellet, & tristitiam solitudinis destitutæ religione sapientiæ temperabat. Dicebat etiam: Cum cor a Regis in manu Dei sit, quæ causa mœroris est, aut quare succensendum putem homini, qui hoc loquitur, quod iubetur? Sed de Flauiano postmodum plenius.] Quod verò ministri Ecclesiæ teneri à Præside iussi essent; qui amicitia & cognatione Flauiano coniuncti erant, apud Præsidem de illo dicebant, ut eum eriperent, quod non esset diaconus; cum ipse se diaconum esse sæpius profiteretur: qua re factum est, ut rursus B (quod diximus) duceretur in carcerem, & causa eius plenius cognosceretur. Sed de eo dicturi postea: qui scripserunt, hæc prosequuntur:

Interim ceteri ducebantur ad victimæ locum. concursus vndique Gentilium & omnium fratrum fuit: qui quamuis obsequentes aliis & ceteris Dei testibus pro religione & fide, quam Cypriano docente didicerunt; tunc tamen officio plenioris & copia maiore conuenerant. Erat illic videre martyres Christi, felicitatem gloriæ suæ vultus hilaritate testantes: ita ut possent prouocare ad propriæ virtutis exempla, etiam si tacerent. Sed nec sermonis largitas defuit: nam exhortationibus suis singuli plebem corroborauerunt. Et Lucium quidem, præter ingenitam lenitatem, & probam ac modestam verecundiam, infirmitas etiam grauis & labor carceris fregerat: ac propterea cum comitibus paucioribus C solus ante processit, ne multitudo nimis pressuræ de fisione sanguinis inuideret. Qui tamen & ipse non tacuit; sed comites suos, quo modo potuit, instruxit. Cui cum dicerent fratres, Memento nostri: Vos, inquit, mei mementote. Quanta martyris humilitas de gloria sua, nec soli sub ipsa passione præsumere? Iulianus quoque & Victorius, insinuata diu fratribus pace, & commendatis omnibus clericis, maxime eis qui famem carceris visitauerant, ad passionis locum cum gaudio & sine pauore venerant.

Sed enim Montanus corpore & mente robustus, quamquam & ante martyrium gloriosus, quidquid semper veritas postulare, constanter & fortiter dixerit, sine vlla exceptione perlonæ: tamen de martyrio proximo crescens, & propheticæ voce clamabat: Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli. Et hoc frequenter iterabat, insinuans & inculcans, non licere, deserto Deo, ad simulacra & manu facta figmenta accedere. Hæreticorum quoque superbiam & improbam contumaciam retundebat; contestans eos, ut vel de copia martyrum intelligerent Ecclesiæ veritatem, ad quam redire deberent. Deinde lapsorum abruptam festinanter negotiationem* pacis, ad plenam poenitentiam, & Christi sententiam differebat.] Ex quibus sanè potest intelligi, hos à S. Cypriano esse imbutos disciplina, dum lapsorum negotium nolunt perfunctoriè pertractari; sed eos primùm ad poenitentiam redigendos, ut sic pacem Ecclesiæ valeant promereri, decernunt.

Sed quid insuper Montanus martyr iam designatus? Subdunt: Necnon integros quoque ad tutelam integritatis exhortans; State fortiter, fratres, & constanter militate, dicebat. Habetis exempla; nec vos lapsorum perfidia destruat ad ruinam, sed nostra tolerantia magis ædificet ad coronam. Virgines quoque singulas admonebat, ut sanctitatem suam tuerentur. Generaliter omnes docebat, ut præpositos venerarentur. Præpositis quoque E ipsis concordiam pacis insinuans, nihil esse melius aiebat, quam præpositorum vnanimem voluntatem: tunc & plebem posse ad sacra obsequia prouocari, & ad vinculum dilectionis animari, si rectores plebis pacem tenerent. Hoc enim est propter Christum pati, Christum etiam exemplo sermonis imitari, & esse probationem maximam fidei, & exemplum grande credendi.

Cum autem iam carnifex immineret, & gladius super ceruices eius, libramento nuntante, penderet: expansis ille manibus ad Deum, voce clara, ita ut non tantum ad rotius sanctæ plebis aures, sed ad Gentiles quoque ipsos sonus vocis euaderet, orauit, rogans & deprecans, ut Flavianus, qui per suffragium populi de comitatu eorum remanserat, sequeretur die tertio: Et quod precis suæ fidem faceret, manuales, quo oculos fuerat ligaturus, in partes duas discidit, & iussit alteram referuari, qua Flauiano oculi post crastinum ligarentur. Sed & in medio eorum in area solum seruari iussit, ut nec sepulturæ

Annal. Eccl. Tom. 2.

B b b

confor-

* al. augans

* Pron. 21.

XVII.
DVCVNTVR
MARTYRES.XVIII.
MONTANI
MARTYRIS
VIGOR ET
DISCIPLI-
NA.

* al. negationem

XIX.
MONTANI
EXHORTA-
TIO.XX.
VATICI-
NVM DE
MARTYRIO
FLAVIANI.

Mar. 11. confortio separaretur. Et perfectum est sub oculis nostris, quod Dominus ^a in Euangelio suo repromisit: ut qui tota fide peteret, quidquid peteret, impetraret: nam post biduum (secundum quod postulatum fuerat) Flavianus quoque productus, gloriam suam passione perfecit.

XXI.
MARTYRIS
FLAVIANI
ROBR IN
VICTVM.

Quoniam tamen (ut supra dixi) etiam ipse mandauit, ut bidui moram, memoratis causis, iuberemus; faciendum erat necessitate maiore, quod fieri merito deberet, etiam si non iuberetur. Post suffragia illa, post voces, quibus quasi pro salute eius amicitia inimica surrexerat, reuocabatur in carcerem virtute robusta, mente inuicta, fide plena. Nihil de animi eius vigore mutilauerat remanendi quidem contemplatio, quæ quemuis posset mouere. Ita fides, quæ imminentem passionem tota deuotione præsumperat, temporanea impedimenta calcabat. Hærebat lateri eius incomparabilis mater: quæ præter fidem, qua ad Patriarchas pertineret, in hoc etiam se Abraham filiam comprobauit, quæ & filium suum & optabat occidi, & quod interim remansisset, contristabatur glorioso dolore. O matrem religiosè piam! O matrem inter vetera exempla numerandam! O Machabæicam matrem! Nihil enim interest de numero filiorum, cum perinde & hæc in vnico pignore totos affectus suos Domino mancipauit. Sed ille collaudans matris animum, ut dilationem suam non doleret, Scis, inquit, mater merito castissima, ut semper tentauerim, si confiteri contigisset, martyrio in eo frui, & frequenter catenatus videri, & sæpe differri. Si ergo contigit quod optauit, gloriandum est potius quam dolendum.

XXII.

Et cum ad carceris ianuam veniret, difficilius multo, & tardius quam solebat, aperiebatur, obnitentibus etiam carcerariis ministris: ita ut videretur obfirmatum, spiritu quodam repugnante, atque restante, indignum esse carceris sordibus eum scædari, cui cæleste habitaculum pararetur. Quia tamen, diuinitatis corona dilata, dignas causas habebat; iam cæli & Dei hominem inuitus carcer admisit. Qualis illic mens fuit biduo illo, quæ spes, quæve fiducia, cum martyris Dei anima & de collegarum petitione præsumeret, & de sua crederet passionem futuram? Dicam quod sentio. Dies ille post biduum tertius, non quasi passionis, sed quasi resurrectionis dies sustinebatur.

XXIII.
FLAVIANVS
PASSVRVS
QUALIS.

Admirans erat denique turba Gentilium, qui vocem Montani petentis audierant. Postquam verò produci tertio die iussus est, rumore cognito, confluebant increduli & perfidi fidem martyris probaturi. Egrediebatur de carcere Dei testis, iam ad carcerem non reuersurus. Communis omnium magna læticia. Sed magis habebat in animo suo certum, quod & fides propria & petitio antecessorum suorum extorqueret Præsidi vel inuitam, licet populo reclamante, sententiam. Vnde & concurrentibus fratribus, & salutare cupientibus, fide tota pollicebatur, quod in Fusciano cum omnibus pacem facturum esset. O magna fiducia, fides vera!

XXIV.
TENTATVR
FIDES MAR-
TYRIS.

Ingressus deinde Prætorium, cum miraculo omnium in custodiarum loco stabat, expectans donec voceretur. illic nos in latere eius constituti eramus, iuncti penitus inhærentes: ita ut manus manibus teneremus, exhibentes martyrij honorem, & contubernij charitatem. Ibi condiscipuli eius suadebant cum lacrymis etiam, ut præsumptione deposita, sacrificaret interdum, postea quidquid vellet facturum: nec incertam illam & secundam mortem plus quam præsentem vereretur. Et hæc Gentilium verba sunt, qui dicebant vltimi furoris esse, magis mortem velle temere, quam viuere. Sed ille gratias agens, quod amicitia duce, quantum in ipsi fuerat, consultum sibi vellent: tamen & de fide & de Diuinitate non tacuit, dicens, multo melius esse primo in loco, quantum ad libertatem integritatis pertineret, occidi, quam lapides adorare. Tunc deinde, summum esse Dominum, qui omnia imperio suo fecerit, ac propterea solus colendus sit: addens & illud, quod Gentiles minus credunt, etiam si de Diuinitate quid sentiunt; viuere nos etiam, cum occidimur; nec vinci morte, sed vincere: ipsos quoque, si vellent peruenire ad conscientiam veritatis, etiam Christianos esse debere. His illi retusi & reuicti, postquam nihil per suadeas obtinere potuerunt, ad crudeliorem se misericordiam contulerunt, certi eum à proposito voluntatis suæ vel tormentis deponi posse.

* al. malle
* al. cinere,

XXV.
DE NOTA-
RIA.

^b Apul. de
Asp. cur.
lib. 7.

Et cum admoueri iussus esset, interrogatus à Præside, quare mentiretur se diaconum, cum non esset. Mentiri se, negauit. Et cum Centenarius diceret, Notariam sibi datam esse, qua contineretur eum fingere: respondit: At non est verisimile me mentiri, & illud verum dicere, qui Notariam falsam dedit. Quam hic auctor dicit Notariam, idem est quod Notoria. Apulcius ^b & ipse Afer sic nominat. Eadem quoque nomenclatura vitur Augusti-

A gustinus in epistola ^a ad Apringium, cum ait: Donatistas cura eorum, qui disciplinæ publicæ inferunt, præmissa Notaria, ad iudicia legesque perduxit. Sed interdum Notariam pro Notaria habet in epistola ad Marcellinam ^b. Est autem Notaria, siue Notoria, scripta relatio, quæ ab aliquo ^c fit iudici. Sed iam cæpta prosequamur Acta:

Qui cum reclamante populo, atque dicente, Mentiris, iterum à Præside interrogaretur, an verè mentiretur; respondit: Quod est compendium mentiendi? Ad hoc populus exasperatus, torqueri eum iteratis clamoribus postulauit. Sed Dominus, qui serui sui fidem sciebat, non est passus probati martyris corpus tormenti alicuius vel leui laceratione pulsari: cor enim Regis ad sententiam statim flexit; & testem suum usque ad morem fidelem, consummato cursu, & agone perfecto, coronauit. Exinde iam gaudens, quia per sententiam datam passionis suæ erat certior, etiam iucundo colloquio fruebatur. Et sic effectum est, ut iuberet hæc scribi, & ad propria verba coniungi: addi quoque ostensiones suas voluit, quarum pars ad moram bidui pertineret. Cum adhuc (inquit) Episcopus noster solus passus fuisset, ostensum est mihi hoc: quasi Cyprianum ipsum interrogarem, an pati ictus doleret martyr futurus: de passionis tolerantia consulebat, dicens ille: Nulla ^a caro patitur, cum animus in cælo est: & nequaquam corpus hoc sentit, si se Deo tota mente deuouit. O verba martyris, martyrem cohortantis! negauit esse in passionis ictu dolorem: ut, qui & ipse habebat occidi, animari constantius posset, quod ne paruum quidem sensum doloris de passionis ictu haberet.

Postea (inquit) cum plures paterentur, contristabar in visu noctis, quod quasi à collegis meis remansisset: & apparuit mihi vir quidam, dicens: Quid contristaris? Cui cum causam tristitiæ meæ dicerem, ait: Confessor es tertio, martyr eris per gladium. Et sic implementum est. Nam confessus Christum primo in Secretario, secundo publicè, reclamante populo, iussus recludi à collegio suo secundum ostensionem remansit; & productus post confessiones duas, tertio passionem perfecit. Subdit post hæc auctor ex Flauiano mentionem de martyrio Successi Episcopi, & Pauli. Porro hunc successum illum puto, ad quem Cyprianus paulò ante suum martyrium scripsit epistolam ^d, cuius suo loco fecimus mentionem. erat ille Episcopus Abbirrensis Germanicianæ, vnus ex Episcopis qui interfuerunt Magno illi Concilio Carthagenensi. Prosequitur auctor verba Flauiani:

Deinde (inquit) cum iam Successus & Paulus cum comitibus suis coronati fuissent, & ego post infirmitatem conualescerem, video ad domum meam venisse Successum Episcopum vultu pariter & cultu nimis claro, cuius effigies difficulter agnosceretur, eò quod carnalis oculi angelico splendore rutilarent: quem cum vix agnoscerem, ait mihi: Misissum nuntiare tibi, quoniam tu passurus sis. Et cum hoc dixisset, statim venerunt duo milites, qui me perduxerunt in locum quemdam, vbi erat fraternitatis multitudo collecta, inter quos apparuit mater mea, dicens: Laudo te, quia nemo sic martyrium duxit. Et verè nemo: nam ut omitam carceris abstinentiam singularem; & ut accipientibus ceteris vel modicum cibum, qui de sordibus penuriæ Fiscalis exhibebatur, solus se ab ipso modico continuit; tanti habens ieiuniis multis & legitimis fatigari; dummodò alios vinctu proprio saginaret.

Ad illa igitur veniam, quod cum tanto honore deductus est, qui à tot sacerdotibus comitatus, eius disciplinis omnibus ordinatis, ad instar Ducis dirigi meruit. Sic regnatorum cum Deo martyrem, iam spiritu ac mente regnantem, etiam itineris tota dignitas exprimebat. Sed nec de cælo testimonium defuit. Imber largus & lenis, temperato rore descendens fluebat, ad multa proficiens; primò ut Gentiles perniter curiosos interuentu pluuiæ refrenaret, & ut diuertendi daretur occasio, ut sacramentis legitimæ pacis nullus profanus arbiter interesset: & quod Flavianus ipse ore suo dixit; ad hoc placebat, ut Dominicæ passionis exemplo, aqua sanguine iungeretur. Sic confirmatis ^a omnibus fratribus, & pace perfecta, processit de stabulo, quod Fusciano de proximo iunctum est. Ibi cum editiorem locum & sermoni aptum conscenderet; silentio manu facto, huiusmodi verba emisit: Habetis, inquit, fratres dilectissimi, nobiscum pacem, si Ecclesiæ noveritis pacem, & dilectionis vnitatem seruaueritis. Nec puteris pauca esse quæ dixit, cum & Dominus noster Iesus Christus passioni proximus hæc nouissimè dixerit ^c: Hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et supremum illud adiunxit, & in testamentum modum vltimi sermonis sui fide signauit, quod Lucianum ^d presbyterum commendatione plenissima profecutus (quantum in illo fuit) sacerdotio destinauit, nec im-

CHRISTI
262.DIONYS. PAP.
2.VALER. & GAL. IMPP.
8.

XXX.

LUCIANVS
CREATIVS
EPISCOPVS
CARTHAGI-
NENSIS.

merito: non enim difficile fuit, spiritu iam cælo & Christo proximante, habere notitiam.] A
Ex his videre est morem illum pristinum: consueuisse nempe Fideles à martyre desi-
gnato pacem petere, & illum pacem Catholicis libentissimè impertire: quod apud Cy-
prianum sæpè expressum iam diximus. Insupèr quod spectat ad Lucianum, cuius auctor
meminit, Flauiani suffragio dignum sacerdotio comprobatum: in sententiam Flauiani
icum est postmodum in comitiis Ecclesiasticis habitis de electione successoris Cypriani,
electusque est Episcopus Carthaginensis. Nam (vt diximus, auctore Optato) post Cypria-
num creatus ponitur Lucianus.

XXXI.

MARTY-
RIVM FLA-
VIANI.

At quid tandem de martyrio Flauiani? subdit hæc auctor Actorum, sic finem impo-
nens: Deinde ad locum victimæ, expleto sermone, descendit: & ligatis oculis ea vitæ par-
te, quam Montanus seruare ante biduum iusserat, fixis tamquam ad preces genibus, pas-
sionem suam cum oratione perfecit.] hic martyrij finis. Et auctor hæc ad extremum: O B
martyrum gloriosa documenta! O testium Dei experimenta præclara! quæ ad memo-
riam posterorum merito scripta sunt; vt quemadmodum de scripturis veteribus exempla
dum discimus, sumimus etiam de nouis alia quæ discamus.] hucusque auctor: & finis
martyrij dictorum ministrorum Ecclesiæ Carthaginensis, quorum vna dies, nempe sexto
Kal. Martij, licet post biduum ab aliis Flauianus passus sit, Ecclesiasticis tabulis anniuer-
saria celebritate recolitur.

XXXII.

PERSECUTIO
IN MINI-
STROS EC-
CLESIA.

Ex his igitur declaratum quoque habetur, hoc ipso anno dictos martyres Ecclesiæ Car-
thaginensis passos esse, nondum misso in Africam Vibio Passieno, qui defuncto Procon-
suli succederet; nec creato adhuc in locum Cypriani Episcopo Carthaginensi. Rursum
verò (quantum ex his & aliis superioribus Actis martyrum intueri licet) non sic grassaba-
tur persecutio in Carthaginensem Ecclesiam, vt omnes, quos scirent esse Christianos,
magistratus ad negationem compellerent. Cùm enim ciuitates omnes, ac loca cuncta C
Christianis referta essent; in omnes animaduertere, factum impossibile videbatur: sed in
ministros Ecclesiarum, quos præcipue inter illos enitere conspicerent, qui & fidei cape-
scentes auctores ceteris viderentur, vel aliquo alio modo prouocassent magistratus inui-
diam, animaduertent. At non sic accidit in Numidia, vbi acerbior persecutionis furor
exarsit, vt paulò inferius dicturi sumus.

XXXIII.

THEOGENES
EPISCOPVS
HIPPONEN-
SIS MARTY-
R.

Passus quoque est eodem tempore Theogenes Hipponensis Episcopus, qui numeratus
reperitur inter Episcopos qui interfuerunt Concilio Carthaginensi in causa Baptismatis
celebrato. Cùm igitur Catholica Ecclesia ipsum & alios eius Synodi Episcopos martyrio
vita functos alleget inter martyres, celebretque natalitia eorumdem, satis exploratum
habuisse constat, eosdem, sicut Cyprianum, in pace & communicatione eiusdem Eccle-
siæ Catholicæ recessisse. Passi sunt cum eo triginta sex alij martyres, quorum dies natalis D
septimo Kal. Februarij celebratur. In memoriam sancti Theogenis erecta fuit basilica
Hippone Regio, cuius S. Augustinus^a eiusdem ciuitatis Episcopus meminit, cùm ait:
Quando audistis apud Memoriam S. Theogenis, Offero tibi Petre, offero tibi Paule?
Numquam audistis.] significans nimirum, in ecclesiis martyrum non ipsis, sed Deo in ip-
sorum memoriam sacrificium offerri consueuisse.

XXXIV.

MARTYRIVM
DIE 30. APRILIS.

In eadem quoque prouincia, ciuitate Tuburbi Lucernariæ, illustre martyrium subie-
runt nobiles femina, Maxima^b, Donatilla, atque Secunda duodecim annos nata. Sed
inter totius Africæ prouinciæ carnificinas hac persecutione peractas, illa ceteris immanior
fuisse videtur, quæ in Numidia hoc ipso anno (qui vltimus huius persecutionis censetur)
mensibus Aprilis & Maij facta comperitur^c. Extat quippe de ea ab vno ex confessoribus E
illis iam martyre designato scripta epistola, qua ipse conceptiuus Iacobi diaconi & Ma-
riani lectoris præcipue conscribens historiam, aliorum quoque martyrum meminit, nem-
pe Agapij & Secundini Episcoporum, Æmiliani viri clarissimi, Tertullæ & Antonia virginum,
& cuiusdam matris cum suis geminis, & aliorum plurium. Quantum autem ex
itylo conicere licet, videtur fuisse discipulus Cypriani, cuius in scribendo nonnihil imi-
tatus est dictionem: nobile planè antiquitatis monumentum, à nobis recognitum, at-
que magno studio adhibito (quantum lieuit in rebus adeò peruectis & codicibus de-
prauatis) diligenter emendarum.

XXXV.

ACTA MAR-
TYRVM IN-
TER SE ST-
MILIA.

Eam igitur tum ob rerum gestarum præclaram cognitionem, tum etiam vt ex iis quæ
fideliter scripta sunt, cetera quæ non scripta, vel iniuria temporis perierunt, contemplari
possimus Acta martyrum, hic describere, operæpretium existimamus. Hac enim ex parte
etiam

CHRISTI
262.DIONYS. PAP.
2.VALER. & GAL. IMPR.
8.

A etiam Dei Ecclesiæ regno calorum assimilatur. Nam ex sententia Ioannis Chrysofomi^a,
si, cùm vnã cæli partem videris, quocumque ieris, talem contingit contemplari; vel si
non aspexeris propè eandem esse, mente tamen concipi posse datur: sic planè cùm pau-
corum martyrum vnus prouinciæ res gestas quis intueretur, quid ceteri in eadem prouincia
passi sint, facile contemplabitur. Sed & ex vnus prouinciæ Actis martyrum, quæ sunt in
totius Orbis Ecclesiæ exantlata martyria, consummata certamina, auctæ victoriæ, coronæ
reddita, erecta trophæa, æquè meditari licebit; ipsiusque Ecclesiæ pulcherrimæ faciei,
instar cæli, hisce semper vernantibus atque fulgentibus altris ornatæ aspectu iucundissimo
frui. Hoc igitur consilio quædam interdum Acta martyrum nostris Annalibus intexere
consueuimus, quæ eo ipso tempore, quo gesta sunt, fidelissimè scripta esse cognouimus:
cuius planè generis tum alia superius recitata, tum etiam quæ hic describimus, esse per-
speximus. quorum auctor quædam præfatus, rem gestam sic narrat^b:

B Pergebamus in Numidiam simul, vt semper antea, socio parique comitatu viam in-
gressi, quæ nos ad exoptatum fidei & religionis obsequium, illos iam ducebat ad cælum.
Et venerunt in locum qui appellatur Muguas, cui est Cirthenis coloniæ suburbana vicini-
tas. In qua tunc maxime ciuitate Gentilium cæco furore ex Officiis militaribus per-
secutionis impetus quasi fluctus sæculi tumescebant, & audis faucibus ad tentandam fi-
dem iustorum rabies diaboli infestantis inhiabat. Vnde Marianus & Iacobus beatissimi
martyres certissima & exoptata diuinæ in se dignationis signa tenuerunt: qui in ea regio-
ne, in qua persecutionis tempestas turbulentiùs fureret, hora iam maturante, sua, Christo
gubernante, ad ipsum coronæ locum direxerunt vestigia. Namque omnes dilectos Chri-
sto cruenti & cæcati Præsidis furor per militares manus requirebat.

C Nec in hos solos crudelitatis exercebatur infamia, qui in superioribus persecutioni-
bus inconcussi Deo vixerant: sed in illos quoque manum diabolus insatiabilem porrige-
bat, quos iam dudum in exilia submotos, etsi non sanguine, mente iam martyres ferox
Præsidis amentia coronauit.] Cùm scribat auctor damnatos exilio reuocatos esse ad mar-
tyria confessores; hinc intelligas iure ab Ecclesiâ celebrari martyres, quos ad metalla a-
mandatos, martyrio quoque coronatos tabulæ Ecclesiasticæ tradunt: ad quos extant
scriptæ epistolæ Cypriani superius recensite. De exilibus namque ad pœnam quæ sitis pa-
tens est Cypriani exemplum, qui ab exilio ad martyrium abreptus est. At iidem qui passi
sunt in Numidia Episcopi Agapius & Secundinus, de quibus hic agitur, scripti leguntur
in dicto Concilio de Baptismate à Cypriano celebrato. Quid verò his ambobus contige-
rit, eadem Acta declarant his verbis:

D In iis ab exilio perducebantur ad Præsidem Agapius & Secundinus Episcopi, prædican-
di ambo speciali dilectione, alter etiam carnalis continentia sanctitate.] quippe qui virgo
vixisset. Perducebantur, inquam, non à pœna (sicut Gentilibus videbatur) ad pœnam,
sed à gloria potius ad gloriam, à certamine ad certamen aliud: vt qui captiuos à sæculi
pompis in obtinendo Christi nomine subegissent, etiam mortis aculeos consummata fidei
virtute calcarent: neque enim fas erat, vt tardiùs quærerent in terrena colluctatione
victoriam, quos iam Dominus secum habere properabat. Et contigit, vt fratres Aga-
pius & Secundinus ex illustri Sacerdotio martyres gloriosi in eo transitu, quo ad bea-
tum passionis suæ prælium Præsidis quidem temporanea potestate, sed Christi electione
pergebant, nostrum interim dignarentur hospitium.] hæc cùm dicat auctor, fratresque
Episcopos nominet quos suscepit hospitio, se quoque Episcopum fuisse prodit.

E Tum de illis prosequens historiam, subdit: Quibus inerat spiritus viuificationis & gra-
tiæ; vt cùm sanctis & præclaris Dei testibus iam parum esset quòd ipsi martyrio precio-
sum sanguinem destinaissent, nisi etiam alios martyres fidei suæ inspiratione fecissent. Ho-
rum tanta charitas fuit & tanta dilectio, vt, licet taciti possent iam deuotæ & obliqua-
tæ virtutis exemplis fidem fraternitatis extruere; tamen ad stabilitatem perseverantiæ
lariùs consulentes, pectoribus nostris rorem tractatus salutaris infunderent; neque enim
tacere poterant, qui Dei sermonem videbant. Nec mirum si paucis illis diebus tam largè
nostrum omnium mentes eorum tractatus salubris animauit, in quibus iam Christus, mi-
cante gratia de proxima passione, fulgebat.

Denique ita proficicentes illi, Marianum & Iacobum exemplo & magisterio suo dis-
positos reliquerunt, vt recentissima gloriæ suæ vestigia dimitterent securis illorum viam.
Dum enim biduum fluxerat, ecce Marianum & Iacobum charissimos nostros sua palma
quare-

Annal. Eccl. Tom. 2.

Bbb 3

quare-

^a Chrysof. in
Act. ap. 55.
hom. 55.^b Extant et-
ia apud Sur.
die 1. Maij,
tom. 3.XXXVII.
ACTA NV-
MIDARVM
MARTYRVMXXXVIII.
EX VLES
REDDITI
MARTYRES.XXXIX.
AGAPII ET
SECUNDINI
CERTAMEN.XXXIX.
CHARITAS
MARTYRVM^a al. obliqua-
tæXL.
MARIANI
ET IACOBI
CERTAMEN.

^aDicebatur miles Subcenturio, qui subterebatur Centurioni. Luitius lib. 8 ab Urbe cond.

quærebat. Nec ut aliis in locis vnus hoc aut alius Stationarius miles agebat Subcenturio: A nam violenta manus & improba multitudo sic ad villam, quæ nos habebat, quasi ad famosam sedem fidei conuolarat. O exoptanda nobis incurtio! O felix & digna exultatione trepidatio! sic quidem ad nos ventum est propter hoc tantum, ut Dei dignationem Mariani & Iacobi iustus sanguis expleret. Vix hoc in loco possumus, fratres dilectissimi, gaudia cumulata frenare: qui alios ante biduum ad ipsum passionis exitum à nostris amplexibus miseramus, alios adhuc nobiscum futuros martyres habebamus; quos cum iam matura dignatione fortis Deus quæreret, etiam nos aliqua fraternæ gloriæ pars perstrinxit, quia pertraheremur à Muguis in Cirthensem coloniam. Sequebantur autem charissimi nobis, & ad palmam passionis electi, quos & nostri amor ducebat, & Christi matura dignatio. Ita miro modo, & immutato pergendi ordine, sequebantur illi qui fuerant antecessuri.

XLII.

Denique illis non fuit longa dilatio: namque dum nos exultantius adhortantur, se quoque Christianos esse liberiori gaudio prodiderunt. Mox interrogati, cum in fortissima nominis Christi confessione peristerent, deducuntur ad carcerem. Tunc attentantur numerosis durisque cruciatibus per Stationarium militem iustorum piorumque carnificem, adhibitis in auxilium crudelitatis eius Centurionum & Cirthenium magistratibus, hoc est, diaboli sacerdotibus; tamquam membrorum laceratione frangeretur fides, cui cura corporis vilis est. J Quod hic auctor iterum meminit militis Stationarij, erant Stationarij (ut colligitur ex Vlpiano^b) apparitores, qui certis locis dispositi, exorientes tumultus ac rixas comprimerent; quidque vbique ageretur, Præfecto deferrent; & (ut ex dictis apparet) carnificinæ etiam inferrent. At post hæc rursus Acta:

STATIONARIUM MILITUM.

^b I. S. qui est. ff. de offi. Præfecti. l. v. b.

XLIII.

Et Iacobus quidem, sicut erat in virtute fidei semper austerior, qui & infestationes iam semel variæ persecutionis euicerat, affectauit se non Christianum tantum, sed diaconum C confiteri. J idcirco, quod in ministros potissimum Ecclesiæ persecutio hæc sæuebat. Sed pergit: Marianum autem fecit tormentis obnoxium, quod se lectorem tantum, sicuti erat, fatebatur. Quænam illa tormenta! quàm noua! quàm diaboli venenato sensu, & deiiciendi artibus exquisita supplicia! Pependit Marianus ad vulnera: & quæ martyrij etiam in ipsis lacerationibus affuit gratia, sic tortus est, ut illum exaltaret & poena. Nexus autem qui pendentem gerebat, non manus, sed summos apices pollicum vinxerat, scilicet ut digitorum tenuis exilitas plus in ferendis membris ceteris laboraret. Addita etiam pedibus iniusta pondera, ut discordantibus poenis vtriusque distracta, & viscerum conuulsione resoluta, de nervis suis totius corporis compago penderet. Nihil egisti iuxta templum Dei, iuxta Christi coheredem nequitia Gentilis: suspenderit licet membra, concussisset latera, diuulseris viscera; Marianus nosster in Deum fidens, quantum corpore patiebatur, D tantum mente crescebat.

IMMANES CRUCIATVS

XLIII. DEVS CONSOLATVR MARTYREM

XLIV. VISIO OSTENSIVA MARIANO.

Ostenfum est (inquit) mihi, fratres, tribunalis excelsi & candidi nimium sublime fastigium, in quo ad vicem vnus præsidebat. Illic erat catasta non humili pulpito, nec vno tantum ascensus gradu, sed multis ordinata gradibus, & longè sublimis ascensus: & ad mouebantur confessorum singulæ classes, quas ille Iudex ad gladium duci iubebat. Tunc exauditur mihi vox clara & immensa dicentis: Marianum applica. Et ascendebam in illam catastam: & ecce ex improuiso mihi sedens ad dexteram eius Iudicis Cyprianus apparuit: & porrexit manum, & me leuauit in altiore loco, & arridens dixit: Veni, se de mecum. Et factum est, ut audirentur aliarum classes, me quoque assidente. Et surrexit ille Iudex, & nos ducebamus eum ad pratorium suum. Iter autem nobis erat per locum pratiscæm, & viridantium nemorum læta fronde vestitum, opacum cupressis surgentibus in excelsum, & pinis pulstantibus calum, ut putares eum locum per omnem circui-

A circuitus ambitum lucis virentibus coronatum: sinus autem in medio pellucidi fontis exuberantibus venis & puris liquoribus redundabat. Et ecce subito ab oculis nostris ille Iudex recessit. Tunc Cyprianus phialam, quæ super marginem fontis iacebat, arripuit; & cum illam de fonte impleisset, hausit; & iterum implens, mihi porrexit, & libenter bibi. Et cum Deo gratias agerem, excitatus, inquit, mea voce surrexi.

Tunc Iacobo quoque in recordationem rediit, quod sibi hanc significasset coronam diuinæ dignationis ostensio. Nam superioribus diebus, cum eiusdem carrucæ vehiculo Marianus & Iacobus, & cum his ego viam communiter caperemus, ad mediū fere diem, inter illa itineris confragosa mirabili & alto sopore correptus, postquam à nobis interpellatus & excitatus est, euigilauit. Perturbatus sum (inquit) non sine gaudio meo, fratres, sed & vos mecum gaudere debetis. Vidi (inquit) iuuenem inenarrabili & fatis ampla magnitudine, cuius vestitus distinctus erat in tantum candida luce, & oculi in eum constanter videre non possent: cuius pedes terram non calcabant, & vultus oris super nubes erat. Is cum transcurreret, vnam tibi, Mariane, & vnam mihi zonas purpureas in sinus nostros iaculatus est, & ait: Sequimini me citò. O quietem vigiliis omnibus fortiorem! O quietem in qua feliciter dormit quisquis in fide vigilat, quæ terrena tantum membra sopierat: quoniam videre Deum nisi spiritus non valebit. Quantum exultantes, quamque sublimes animos martyrum esse credendum est, quibus in tui nominis confessione passuris, & audire Christum antè contigit, & videre offerentem se suis quocumque tempore? Non fuit impedimentum vehiculi promouentis inquieta iactatio, nec dies medius, qui sub calore tunc fulgebat Solis. Nulla noctis expectata secreta sunt: nouo genere gratiæ martyri suo Dominus nouum opus visionis elegit, nec in vnum aut alium fuit ista dignatio.

XLV. QUID OSTENDIT IACOBO

Namque Emilianus, quamuis equeltris ordinis haberetur, ad quinquagesimum prope ætatis annum carnis continentia peruenerat, continuatis in carcere gemina superpositione ieiunij & orationibus sæpe repetitis, per quas deuota mens pasta, in alium diem & sacramento Dei parabatur; in somnum media die reclinatus, quiete discussa, talia nobis suæ visionis patefecit arcana. Producto me (inquit) de carcere, homo Gentilis, hoc est, frater meus carnalis occurrit. Is res nostras ad modum curiosus insultabunda voce perquirat, sciscitans quatenus nos in poenalibus tenebris illis & inedia carceris haberemus. Cui respondi: Milites Christi & in tenebris clarissimam lucem, & in ieiunio cibum saturabilem, Dei habere sermonem. Et cum hoc audiret, Scitote, inquit, quod vos quicumque in carcere habemini, si obnoxie perstabitis, maneat poena capitalis. At ego, qui verebar ne compositum luderet fraude mendacium, confirmare votum meum volui: Verè (inquam) patiemur omnes? At ille rursus affirmans dixit: Gladius vobis & sanguis in proximo est. Sed velim scire, an omnibus vobis, qui vitam contemnitis, indiscretè æqualium munerum celestium præmia rependantur. Cui respondi: Non sum idoneus tam magnæ rei proferre sententiam. Attolle, inquam, ad cælum oculos: iam videbis innumerabilem turbam incantium siderum: numquid stellæ omnes pari luminis honore præfulgent? & tamen omnibus lumen est. Ad hæc ille iterum, quid interrogaret, inuenit: Ergo si qua discretio est, inquit, qui vestrum sunt in promerenda Dei voluntate potiores? Nimirum, inquã, præ ceteris duo, quorum nec tibi dicenda, Deo nota sunt nomina. Illo acrius incumbente, atque perscrutante molestius; Hi sunt, inquam, qui, quò difficilius & tardiùs vincunt, gloriôsius coronantur: & propter hoc scriptum est^a: Facilius est camelum per foramen acus transire, &c. ^a Mat. 19.

XLVI. VISIO ALMI LIANI.

E vt hæc Fidelibus suis Deus antè præmonstraret, Cypriani id sæpe testantis assertionem superius est comprobatum. Sed quæ post hæc secuta sunt, auctor docet his verbis:

Post has ostensiones in carcere diebus pauculis commorati perducuntur in publicum, vt eos Cirthenium magistratus elogio confessionis suæ honoratos transmitteret cum parte damnationis ad Præsidem. Et ecce vnus è circumstantibus nostris omnium in se Gentilium conuertit oculos, quod iam per gratiam proximæ confessionis Christi in ore eius & facie relucebat. Cumque ex eo turbulenti & feruentibus animis quæreretur, an eiusdem & ipse esset religionis & nominis: rapuit tam dulcem præcipuissimam confessione comitatum. Sic elogis suis beati martyres plures Dei testes, dum ipsi ad martyrium parantur, acquirunt: & iam transmissi ad Præsidem, negotiosum ac difficile iter cum voluntate properauerunt. Tunc eos Præfidi ad motos, iterum Lambetanum carcer accepit: hæc enim sola apud Gentiles hospitia iustorum.

XLVII. ADICIUNTUR CONFESSORVM NUMERO MARTYRVM

XLVIII. Interim per dies plurimos effusione sanguinis transmittetur ad Dominum numero-
PLVRES
EFFECTI
MARTYRES. sa fraternitas: nec peruenire ad Iacobum & Marianum clericorumque victimam rabies
insanientis Præsidis poterat, laicorum tam multis occupata vulneribus. Nam ita inter se
nostræ religionis gradus artifex sæuitia diuiserat, ut laicos à clericis separatos tentationi-
bus sæculi & terroribus suis putaret esse cessuros. Ergo charissimi nostri & fidelissimi mi-
lites Christi, ceterique de clero, contristari aliquantulum cœperunt, quod, laicis certami-
nis sui laude perfunctis, seruariet sibi tam lenta & sera victoria.

XLIX. Tunc Agapius, qui iam dudum martyrio suo consummata fidei sacramenta perfece-
DE AGAPIO
VISIO. rat, qui & ipse cum pro puellis duabus Tertulla & Antonia, quas sibi charissimas ad vi-
cem pignorum diligebat, repetitis frequenter precibus oraret, ut secum & illæ Dei digna-
tione martyres fierent; retulerat meritorum suorum tali reuelatione fiduciam: Quid as-
siduè petis, quod vna oratione meruisti? Is ergo Agapius agenti Iacobo in carcere, per
tempus quietis apparuit: Nam ipsa, inquit, nocte Agapium nostrum videbam inter om-
B nes alios lætiorum, quos vnà nobiscum Cirthenis carcer incluserat, solemne quoddam
& lætitiæ plenum celebrare conuiuium: quod cum ego & Marianus quasi ad agapem spiri-
tu dilectionis & charitatis raperemur; adcurrit obuius nobis puer, quem constabat esse
alterum ex geminis ante triduum cum matre passis, corona rosea collo circumdatus, & in
manu dextera palmam viridissimam præferens: Et quod properatis? inquit: Gaudete &
exultate: cras enim nobiscum & ipsi cœnabitis. O Dei magna in suos & præclara digna-
tio! O verè paterna pietas in Iesu Christo Domino nostro! qui dilectis suis & indulget tam
larga beneficia, & clementiæ suæ munera præstaturus ante declarat.

L. Dies à visione primus illuxerat, & iam promissis Dei sententia Præsidis seruiēbar; quæ
PERDVCN-
TVR AD
MARTY-
RIVM. Marianum & Iacobum & ceteros clericos, tandem Patriarchis cum gloria redditos, è
pressuris sæculi sententia animaduersionis emisit. Et perducti sunt ad coronæ locum, qui
riparum collibus hinc & inde sublimis, media fluminis conualle subfederat: sed & specta-
culo erat celsa vtrunque altitudo aggeris: alueus ipso medio sinu fluorem beati sangui-
nis hauriebat. Nec deerat vtriusque sacramenti genus, cum & baptizarentur suo sangui-
ne, & lauarentur in flumine. Mira tunc ibi cernere posses & exquisita compendia sæ-
uendi. Nam cum manum carnificis, gladiumque ipsum tot ceruicibus debitum nume-
rosus iustorum populus vrgeret; artificis feritas dispositas agminum series in ordinem di-
rigebat: scilicet ut sacrilegi percussoris ictus, velut in petu quodam furoris, pia colla per-
curreret. Deinde ut ne expectabile fieret cruentum illud & barbarum ministerium, hanc
sibi expeditionem sceleris inuenit. Nam si vno in loco percussurus ipse consisteret, im-
mensam struem corporum cumulus acruaret, & ipsum denique spatium tanta strage
D completus alueus denegaret.

LI. Tunc oculis sub ictu ferri de more velatis, nullæ tamen aciem liberæ mentis clausere
POSTREMAE
VISIONES
OSTENSÆ
MARTY-
RIVM. tenebræ; sed largus atque inæstimabilis splendor immensæ lucis affuit. Nam plerique cum
proximis atque assistentibus sibi fratribus, quamuis in visum carnalis aciei pars non pate-
ret, videre se tamen & mira quædam loquebantur: Quod sibi apparerent equi desuper
niueo colore candentes; inueherentur iuuenes candidati. Nec detuere ex eodem marty-
rum numero collegarum quidam, qui reuelationem attestarentur auribus, & ex auditu
equorum fremitus ac sonos recognoscerent. Ibi & Marianus, prophetico spiritu iam reple-
tus, fidenter & fortiter prædicabat proximam iusti sanguinis visionem, variasque sæculo pla-
gas, vel de cæli iam culmine minabatur luem, captiuitatem, famem, terræque motus, cyno-
myiæ venena cruciantia. Qua prædicatione non tantum Gentilibus insultabat fides mar-
E tyris, sed etiam fratribus vigorem æmulandæ virtutis, & quasi classicum præcinebar, ut
inter tantas sæculi plagas, iustis Dei tam bonæ atque piæ mortis raperetur occasio.

LII. His peractis, Machabæico gaudio Mariani mater exulans, & passione perfecta iam se-
DE MATRE
MARIANI. cura de filio, non illi tantum cœperat, sed & sibi, quæ tale pignus ediderat, gratulari: com-
plectebatur in filij corpore suorum viscerum gloriam, & in ipsa ceruicis vulnera frequens
oculum pietas religiosa flegebat. O te merito Mariani, o te beatam & filio tuo matrem
& nomine! (Beata enim ipsa appellabatur.) Quis in ea tanti vocabuli felicitatem credat
erasse, quam hic vteri sui fœtus ornauit? Inæstimabilis verò Dei omnipotentis & Christi
eius in suos misericordia, qui fidentes in suum nomen non solum gratiæ dignatione con-
fortat, sed & sanguinis redemptione viuificat. Nam quis digna ætimatione possit eius
beneficia metiri? qui in hoc paterna indulgentia semper operatur, ut in nos & hoc ipsum,
quo

A quo Dei nostri sanguine rependi credimus, conferatur: cui est gloria & imperium.]

Hactenus suum profecutus est auctor cum præconio de Dei in martyres benignitate
tractatum, & ipse secundum visionem ostensam Æmiliano martyrio propediem coro-
LIII. nandus: ipsum enim post hæc scripta haud putamus diu fuisse superstitem; quod non
tantum, quam diximus, ostensa visio Æmiliano prædocuit, sed vehemens id quoque
coniectura declarat. Nam clades per visum ostensas, & à Mariano generatim expressas,
si auctor superuixisset, eas iam contigisse vidisset: ac proinde quid portendisset illa can-
didatorum acies equitum visa & audita à sanctis martyribus, facile expressisset: nempe
immensam illam cladem, quæ hoc ipso anno non post multum temporis à nece marty-
rum est subsecuta, cum Romanus exercitus à Persis est profligatus; cum & miserando
modo ac planè infelicissimo (quod numquam antea accidit, nec per multa post sæcula
euenisse reperitur) Valerianus Imperator captiuus ductus est à Persis, vile mancipium
B factus: nec tacuisset ciuiles illas ingruentes vndique turbas, neque triginta tyrannos tam
immaniter, tamque ferociter, diuersis in locis ex improviso sub Gallieni Imperio emer-
gentes, atque Republicanis pessumdantes, vel barbarorum eruptiones, terræmotus,
hiatus terræ, maris effusionem, pestilentiam, aliosque infelicissimos casus, qui sequenti
anno Romanum Imperium dirissimè exagitare cœperunt: de quibus singulis inferius suis
locis dicturi sumus. Hæc, inquam, omnia, si auctor fuisset superstes, intellexisset, & ex
euentis, quæ erant prænuntiata, vera esse significasset.

Quamobrem satis apparet, ipsum, dum seruaretur in carcere cum aliis martyribus, hæc
scriptis, ac sic fideliter memoriæ commendata Fidelibus tradidisse; atque demum opera-
tam diu, & ad quam tantopere inhiabat, coronam martyrij, fuso sanguine, percepisse.
LIV. **C** Quem fuisse Episcopum, nec leuis eruditionis virum, diuinoque plane affatum Spiritu,
atque martyrij cupidissimum, eadem ipsius scriptio, sanguine propemodum exarata, fi-
dem apertissimam facit. Quod verò ad dictos martyres spectat, licet diuersis diebus mar-
tyrij certamen obierint, Ecclesia tamen omnes simul vna commemoratione coniungens,
tertio Kal. Maij natalitium eorum diem martyrij consecrauit.

Quod autem spectat ad martyres Romæ passos: quod nonnulli sub Gallieno Impera-
tore martyrium subiisse dicuntur; non id accidit, ut, cessante Valeriano, ij martyrio fue-
LVI. rint coronati: quandoquidem (ut dicemus) Gallienus, capto ab hostibus Valeriano pa-
rente, mox persecutionem cessare iussit, datis pro Christianis edictis. Sed quod solus Gal-
lienus Romæ imperaret, Valeriano agente cum exercitu in Oriente, idcirco plerique
martyres siue Romæ, siue alibi sub Gallieno passi dicuntur, & inter alios clarissima femi-
LVI. **D** na Eugenia virgo, filia Philippi Præfecti Augustalis in Ægypto: de qua hæc in Ecclesiasti-
cis monumentis: Romæ in cœmeterio Aproniani, S. Eugenix virginis, quæ tempore
Gallieni Imperatoris, post plurima virtutum insignia, post sacros virginum choros Chri-
sto aggregatos, sub Nicetio Urbis Præfecto diu agonizans, nouissimè gladio iugulata est.
Sed hæc pluribus in Actis eius, quæ à maioribus cognita, & inter alios ab Alcimo Auito
Episcopo Viennensi, alibi pluribus diximus.

In eisdem quoque mentio habetur de Basilla virgine, de qua sic etiam in veteribus
monumentis Ecclesiasticis: Romæ via Salaria, natalis sanctæ Basillæ virginis, quæ cum
esset ex regio genere, & illustrissimum sponsum haberet, illumque dimisisset; accusata
ab eo quod esset Christiana, decretum est à Gallieno Augusto, ut aut sponsum reciperet,
aut gladio interiret: quæ de hoc rogata, cum respondisset, se Regem regum habere
LVI. **E** sponsum, gladio transfuerberata est.] Porrò Romæ, eadem via Salaria veteri, cœmeterium
est sanctæ Basillæ, vbi etiam qui tunc ibidem passi sunt Protus & Hyacinthus, sanctæ Eu-
geniæ (cuius meminimus) eunuchi, sepulti sunt: quorum natalis dies Indicibus Ecclesia-
sticis tertio Idus Septembris adscriptus habetur.

Sub eodem persecutionis furore passæ aliæ quoque virgines Romæ reperiuntur, nem-
LVI. pe Digna & Emerita, quarum leguntur Acta, sed mendosa. Ibidem etiam Flora & Lu-
cilla virgines, Eugenius, Antoninus, Theodorus atque socij decem & octo occisi sunt,
Gallieno iubente, ut memoriæ proditum est in Romano Martyrologio natali ipsorum
die, quarto Kal. Augusti. Cyriaca vidua, cum se suaque omnia in sanctorum ministerium
exhibuisset, eadem persecutione pro Christo martyrium subiens, vitam quoque ipsam
libenter impendit duodecimo Kalend. Septembris. Agrippina virgo eodem item tempo-
re martyrij corona donata est, cuius natalis dies agitur nono Kalendas Junij. Sed & Ana-
stasia

VISIO DE
CLADE RO-
MANI REX
CITVS.SCRIPTOR
ACTORVM
ET IPSE
MARTYR.MARTYRES
PASSI RO-
MÆ.Martyrol.
Roman. die
25. Decemb.LVI.
Martyr. Ro-
die 10. Maij.
BASILLÆ
MARTY-
RIVM.LVI.
Marty. Rom.
die 21. Sept.
ROMÆ PAS-
SI ALII
MARTYRES.

stasia senior atque Cyrillus idem obeuntes certamen, pariter coronati sunt quinto Kal. A Nouembris. Præter hos omnes passi item Romæ habentur, eodem Gallieno Imp. iubente, quadraginta martyres via Laucana, quorum natalis dies Idibus Ianuarij memoratur. Sed & decimo octauo Kal. eiusdem, Irenæi, Antonij, Theodori, Saturnini, Victoris & aliorum decem & septem Romanorum martyrum, qui eadem virgente persecutione passi sunt, anniuersaria dies natalis agitur. Iouini itidem ac Basilei, qui eodem tempore passi sunt, sexto Nonas Martij, anni cuiuslibet circulo recurrente, memoria celebratur.

LVI II. MARTYRES PASSI IN GALLIA.

Greg. Tur. Hist. Franc. lib. I. cap. 34.

Porro alij complures eadem insigniti sunt à Domino corona martyrij, sed in aliis quoque Occidentalis Orbis prouincijs penè innumeri, quorum nomina exciderunt. Illustrior verò eorum, qui hac eadem persecutione grassante martyrium subièrunt, habetur Priuatus Episcopus Galabitanus; licet ab Alemannis Gallias inuadentibus necatum fuisse, eius Acta tradant, & Gregorius a Turonensis, qui Cassium & Victorinum, Liminium quoque & Ancolianum illi coniungit. Passus item in Gallia reperitur Florentius Episcopus Viennensis in exilium relegatus, vbi & martyrium consummauit tertio Nonas Ianuarij. Eadem itidem persecutione sublatus est Pontius, de quo agitur pridie Idus Maij. sed de eo plura superius.

LIX. MARTYRES PASSI IN HISPANIA.

August. de diu. ser. 101 cap. 2.

Hispaniam verò martyrio illustrarunt Fructuosus Episcopus Tarraconensis, Augurius & Eulogius eiusdem Ecclesiæ diaconi: qui ibidem, iisdem quoque Imperatoribus Valeriano & Gallieno Christianos persequentibus, primò in carcerem trusi, deinde flammis iniecti, exusti vinculis, manibus in modum crucis expansis, orantes martyrium compleuerunt (vt habent tabulæ Ecclesiasticæ) duodecimo Kal. Februarij. Extant ipsorum Acta, quæ die anniuersaria ipsorum natalis in Ecclesia legi consueuiffe, S. Augustinus b testatur, qui & ex eis quasdam sententias recitans, ait: Audistis persequentium interrogationes, audistis consentientium responsiones, cum sanctorum passio legeretur. Inter cetera quale erat illud beati Fructuosi Episcopi: cum ei diceret quidam & peteret, vt cum in mente haberet, & oraret pro illo; respondit: Me orare necesse est pro Ecclesia Catholica ab Oriente vsque ad Occidentem diffusa. Quis enim oret pro singulis? Sed neminem singulorum præterit, qui orat pro vniuersis: ab eo nullum membrum prætermittitur, cuius oratio pro toto corpore funditur.] & paulò post: Quale est etiam illud sancti diaconi, qui cum Episcopo suo passus & coronatus est? Ait illi Iudex: Numquid & tu Fructuosum colis? Et ille: Ego non colo Fructuosum; sed eum colo, quem colit & Fructuosus.] subdit Augustinus ad hæc: Quo modo nos admonuit vt martyres honoremus, & cum martyribus Deum colamus, &c.] docet enim pluribus Christianos non hominibus (vt Gentilibus) erigere templa, & offerre sacrificia, sed Deo, in honorem tamen ac memoriam martyrum. At de his tomo primo Annalium fusiùs.

LX. ACTA FRUCTUOSI EPISCOPI TARRACONENSIS.

Tertul. de fuga c. 13. Nouell. 13. ibid. Cuiac.

Quod verò (vt Augustino auctore cognouimus) dictorum martyrum Acta in Ecclesia publicè, coram populo legerentur; idque non in Hispania tantum, sed in Africa etiam, ac proinde in alijs quoque Occidentalis Orbis Ecclesijs ageretur: cum eadem ipsa integerrima extant, digna videntur quæ ad verbum hic atroxantur; cum præsertim plura antiquitatis egregia monumenta contineant. Ita se habent: Die Dominico comprehensus est Fructuosus Episcopus, Augurius & Eulogius diacones. Reposito autem Fructuoso Episcopo in cubiculo suo, direxerunt Beneficiarij in domum eius, id est, Aurelius, Festucius, Velius, Polleneus, Donatus, & Maximus.] Beneficiarij, quorum hic habetur mentio, apud Tertullianum d dicuntur qui vestigalia exigebant; sed interdum sumi pro exploratoribus, constitutio e Nouella demonstrat. sic dicti, quòd talibus officiis mancipati, immunes essent à plebis muneribus. Voces obscuras interdum declarare, ratio instituti, cui nos obligauimus, exigit; quod haud putamus ingratum esse lectori. Quonam pacto, quæso, rerum gestarum narratio innotescet, nisi voces quædam exoticæ & exoletæ in ea positæ explicentur? Sed Acta martyrum profequamur: Cum sensisset Fructuosus pedibulum ipsorum, confestim surrexit, & prodit ad eos, vbi sedebant in solijs. Cui milites dixerunt: Veni, Præses te accerit cū diaconibus tuis. Quibus Fructuosus Episcopus dixit: Eamus quòd vultis, calceo me. Cui milites dixerunt: Calcea te ad animum tuum. Qui mox vt venerunt, recepti sunt in carcerem.] Quod hic de pedibulo audito Acta habent, locus est perdifficilis, quid per pedibulum significetur; & quid sit, quòd audito pedibulo, sanctus Episcopus prodit ad eos qui sedebant in solijs.

LXI.

Ad hæc autem elucidanda, illud primùm intelligendum est, consueuiffe lictores, ad domos

A domos aliorum accedentes, fores virga percutere. restatur id Liuius a, cum ait: Licitor Sulpitij, cum de foro se domum reciperet, fores (vt mos est) virga percussit: cum ad id moris eius insueta expauisset minor Fabia.] Sed & Plinius hæc b: Gn. Pompeius, confecto Mithridatico bello, intraturus Possidonij sapientiæ professione clari domum; fores percute de more à licitore veuit, & fascies licitorios ianux submisit is, cui se Oriens Occidensque submiserat.] Quòd igitur eiusmodi Beneficiarij licitorum munere fungerentur: Fructuosi Episcopi fores, ipsum vocaturi, virga percusserunt; percussisque foribus, ipsi iterea confederunt in solijs, nempe in sedilibus, quæ præ foribus esse solerent. At cur virgam illam, pedibulum dicit? Puto dictum pedibulum à pedo: pedum enim, pastorum est baculum, vt auctor est Festus c. Quòd igitur eiusmodi licitorum virga in modum pedi in summitate esse soleret incurua, sed longè illo breuior: diminutiue pedibulum eam esse nominatam apparet. Sed quid Acta post hæc?

PEDIBULUM QUID. a Liuius Decad. I. lib. 6. b Plin. lib. 7. cap. 30.

Fest. in verb. Pedum.

B esse nominatam apparet. Sed quid Acta post hæc? Fructuosus autem certus & gaudens de corona Domini, ad quam vocatus erat, orabat sine cessatione: erat autem & fraternitas cum ipso refrigerans, vt illos in mente haberet. Alia die baptizauit in carcere fratrem nostrum Rogatianum. Et fecerunt in carcere dies sex: & producti sunt duodecimo Kal. Februarij, feria sexta, & auditi sunt. Amilianus itaque dixit: Fructuosum Episcopum, Augurium, & Eulogium meis conspectibus præsentate. Ex officio dictum est: Adstant. Amilianus Fructuoso Episcopo dixit: Audisti quid Imperatores præceperunt? Fructuosus Episcopus dixit: Nescio quid præceperunt: ego Christianus sum. Amilianus dixit: Præceperunt deos coli. Fructuosus Episcopus dixit: Ego vnum Deum colo, qui fecit caelum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Amilianus dixit: Scis esse deos? Fructuosus Episcopus dixit: Nescio. Amilianus dixit: C Scies postea. Fructuosus Episcopus respexit ad Dominum, & orare cœpit intra se. Amilianus dixit: Qui audiuntur, qui timentur, qui adorantur, si dii non coluntur, nec Imperatorum vultus adorantur? Amilianus Augurio diacono dixit: Noli verba Fructuosi imitari. Augurius diaconus dixit: Ego Deum omnipotentem colo. Amilianus Eulogio diacono dixit: Numquid & tu Fructuosum colis? Eulogius diaconus dixit: Ego Fructuosum nõ colo; sed ipsum colo, quem & Fructuosus. Amilianus Fructuoso Episcopo dixit: Episcopus es? Fructuosus Episcopus dixit: Sum. Amilianus dixit: Fuiisti. Et iussit eos viuos ardere.

LXII. QUÆSTIO HABITA DE FRUCTUOSO, AVGVRIO, ET EYLOGIO

Et cum duceretur Fructuosus Episcopus cum diaconibus suis ad amphitheatrum, populus Fructuosum Episcopum dolere cœpit, quia magno eum amore prosequerentur non tantum fratres, sed etiam Ethnici. Talis enim erat, qualem Spiritus sanctus per beatum Paulum Apostolum vas electionis & doctorem Gentium debere esse declarauit d: 1. Tim. 3. T. II. 1. propter quod etiam fratres, qui sciebant illum ad tantam gloriam pergere, gaudebant potius, quam dolebant. Cumque multi ex fraterna charitate eis offerrent condimentum, vti permixtum poculum sumeret, ait: Nondum est hora soluendi ieiunij, agebatur enim hora diei quarta: siquidem in carcere quarta feria stationem solemniter celebrauerunt. Igitur sexta feria lætus atque securus festinabat, vti cum martyribus & Prophetis in paradiso, quem Dominus præparauit amantibus se, persolueret stationem.]

LXIII. DVCVNTVR MARTYRES. d. 1. Tim. 3. T. II. 1.

Sed hæc ex Actis narrata, obseruatione atque elucidatione sunt digna. Videas ex his veterem vbique tam in Oriente, quam in Occidente vigentem consuetudinem: vt miferationis ergò ad supplicia damnatis poculum non qualecumque propinaretur, sed aromatibus conditum; quale fuisse diximus vinum illud, Myrrhatum dictum, crucem mox passuro Domino tunc oblatum; habes enim nostram ea de re sententiam suo loco e pluribus assertam atque probatam, & eiusmodi exemplo egregiè quoque testatam.

LXIV. POCVLA DAMNATORVM.

e Annal. 10. 1. ann. D. 34.

Quòd insuper tradunt Acta, Fructuosum cum suis feria quarta stationem solemniter celebrasse, soluturum eandem sexta feria in paradiso: per stationem antiquitus intelligi consueuiffe ieiunium, sententia Tertulliani, Cassiani, & aliorum, primo Annalium tomo est pluribus demonstratum; ac pariter declaratum, consueuiffe maiores quarta & sexta feria singulis hebdomadibus ieiunare. Stationibus, nempe ieiunijs dicatam esse ex Ecclesiæ consuetudine quartam & sextam sabbati, ait Tertullianus f. Sed quòd hic habent Acta, à martyribus in carcere detentis feria quarta solemniter celebratam stationem: aliud vltra vitarum morem additum fuisse significant, nempe productum fuisse ieiunium continuum vsque ad feriam sextam, qua (vt habent inferius) soluendum erat: quòd scilicet illud non esset consuetum ceterarum hebdomadarum ieiunium, sed quòd vltra præscriptum morem arctius & diuturnius; quod (vt ait Tertullianus g) tempore imminenti-

LXV. STATIO PRO IEIUNIO.

f Tertull. de ieiun. cap. 14.

g Idem c. 13. tium

tium tentationum ab Episcopis pro arbitrio Ecclesiis indici solet. Sed iam ad Acta, vnde digressa est oratio, reuertamur.

LXVI.

Cumque ad amphitheatrum peruenissent, statim ad eum accessit Augustalis nomine, lector eiusdem, flens, & deprecans vt eum discalcearet. Cui beatus martyr respondit: Missum fac, fili: ego me discalceo fortis & gaudens, & certus de Dominica promissione. Qui cum se discalceasset, accessit ad eum commilito frater noster nomine Felix, & apprehendit dexteram eius, rogans vt sui meminisset. Cui Fructuosus Episcopus, cunctis audientibus, clara voce respondit: In mente me habere necesse est Ecclesiam Catholicam ab Oriente vsque in Occidentem. Igitur in porta amphitheatri constitutus, cum iam propere esset vt ingrederetur ad coronam immarcescibilem potius quam ad poenam, obseruantibus licet ex Officio Beneficiariis, quorum nomina supra memorata sunt, ita vt ipsi audirent fratres nostri, monente pariter ac loquente Spiritu sancto, Fructuosus martyr ait: Non deerit vobis pastor, nec deficere poterit charitas & repositio Domini, tam hic, quam in futurum. Hoc enim quod videtis, vnius horae videtur infirmitas. Consolatus igitur fraternitatem, ingressus est ad salutem.

LXVII.

FRUCTUOSUS ET SOCIUM CONSUMMANT MARTYRIUM.

Digni ipsi martyrio, testes qui sanctarum Scripturarum fructus ex promissione senserunt, similes Ananiam, Azariam, & Misaeli: steteruntque vt etiam in illis tribus diuina miracula cernerentur: sic quidem in igne iam constituti, vt Pater non deesset, & Filius subueniret, & Spiritus sanctus in medio ignis ambularet. Cumque existeret fasciola, quibus manus eorum fuerunt colligatae: Fructuosus Episcopus, orationis diuinæ & solitæ consuetudinis memor, gaudens, positus genibus, orabat de resurrectione securus; in signoque trophæi constitutus, Dominum precabatur. Hic solita Domini non desuere magnalia, apertumque est cælum, videntibus Babylonio & Mygdonio fratribus. Ex familia autem Emilianam Praxidis filia eius dominæ suæ carnali ostendebat Fructuosum Episcopum cum diaconibus, adhuc stipitibus quibus ligati fuerant, permanentibus, in cælum ascendentes coronatos. Cumque Emilianum vocarent, dicentes: Veni, & vide quos hodie damnasti, quemadmodum cælo & spei suæ restituti sunt: Emilianus veniens, videre eos non fuit dignus.] hæc ibi. Sed & de visione sic Prudentius:

* Prudent. hymn. 6. Periseph.

Vidit Praxidis ex domo sarelles

Cælum martyribus patere apertum,

Insignesq; viros per astra ferri.

Quin & filiola monens herili

Ostendit sceleris notam paterni,

Cælo viuere, quos forum peremit.

Hæc tum virginias palam videre

Per suam meruit, patente cælo,

Vt crimen domini domus timeret.] Sed quid post hæc?

LXVIII.

FRUCTUOSUS APPARET.

Tunc igitur, veluti relictis sine pastore, tristes fratres solitudinem sustinebant: non quod dolerent Fructuosum, sed potius desiderarent. Porro fidei & agonis memores gaudentesque, superueniente nocte, ad amphitheatrum cum vino festinarunt, vt semiuita corpora extinguerent. Quo facto, cineres eorum collecti sunt, &, prout quisque potuit, sibi vendicauit. Sed nec in hoc Domini & Saluatoris nostri desuere magnalia, vt credentibus fides augetur, & paruulis ostenderetur exemplum. Oportebat enim Fructuosum martyrem, quod per misericordiam Dei docendo præmiserat in Domino & Saluatore nostro, in sua postea passione & resurrectione carnis comprobare. Igitur post passionem apparuit fratribus, & monuit, vt, quod vnusquisque per charitatem de cineribus vsurpauerat, restituerent sine mora, vnoque in loco simul condendos curarent.

LXIX.

EMILIANO OSTENDIT PER VISUM MARTYRES.

Emiliano etiam, qui eos damnauerat, Fructuosus pariter cum diaconibus suis ostendit se in stolis repromissionis, increpans pariter & insultans, nihil illi profuisse, quod frustra exustos corpore in terram crederet redactum iri, quos cerneret gloriosos. O beatos martyres, qui igne probati sunt vt aurum pretiosum, vestiti lorica fidei, & galea salutis: qui coronati sunt diademate & corona immarcescibili, eod quod diaboli caput calcauerunt! O beatos martyres, qui meruerunt dignam habitationem in cælis, ad dexteram stantes Christi, benedicentes Deum Patrem, & Iesum Christum Filium eius! Suscepit autem Dominus martyres suos in pace per bonam confessionem: cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.] hucusque Acta: quæ (vt dictum est) sanctum Augustinum ea citantem habent ad stipulatorem, atque Prudentium: qui omnia iisdem Actis expressa, vt posita sunt, ad verbum propemodum sacro hymno cecinit, præter citata loca de pedibulo & statione, quæ fortè non affectus, nec potuit expressisse. Quo modo autem in vltionem effusi innocentium sanguinis Tarraco haud diu post à barbaris capta fuerit, inferius enarrabimus.

Rursus verò hoc anno octauo Valeriani Imperatoris, sexto verò ab obitu Galli & Volusiani, Demetrianus Episcopus Antiochenus ex hac vita decessit: in cuius locum substitutus est Paulus Samolatenus, de quo plura suo loco dicturi sumus. sed an martyrio obierit Demetrianus, non constat.

* Prudentius Periseph. hymn. 6.

LXXX.
PAVLVS SAMOSATEN. EPISCOPVS ANTIOCH.

Hoc eodem anno, iisdem Consulibus Gallieno quartum & Valeriano, cum Valerianus Imperator aduersus Persas duceret exercitum, prodicione Macriani Ducis deditur Persis: quod quidem hoc anno sexto Valeriani Imperatoris ab obitu Galli numerando, vel octauo secundum positam à nobis supputationem, contigisse, tum ex iis quæ superius ex Dionysio dicta sunt, tum etiam auctore Trebellio Pollione, liquidò constat: qui non solum in Salonio Gallieno infra manifestè testatur, Valerianum anno sexto sui Imperij captum esse (quod Eusebius quoque tradit in Chronico) sed & cum agit de Gallieno, ipsius narrationis exordio, affirmat dictis Consulibus Gallieno & Volusiano seu Valeriano, capto Valeriano, Macrianum atque Balistam de subrogando in locum eius Imperatore tractare cœpisse. Hæc autem passum esse Valerianum ob persecutionem in Christianos illatam, Dionysius Alexandrinus eo argumento demonstrat: Quippe cum eis bene vsus esset, in omnibus semper floruit eius Imperium, quod eorum precibus videbatur esse suffultum: sed in eos illo sæuiente, inuersa mox fuit summæ felicitatis alea.

LXXXI.

Hæc cum ille pluribus scribat, quo modo demum dolo Macriani traditus sit Persis, sic scribit in epistola ad Hermammionem: Valerianus autem Macriani prodicione in hanc miseriam delapsus, contumeliis & probis hostium barbarorum obiectus fuit, secundum Isaia vocem: Hi vias sibi deligerunt, & abominationes ipsis, quas eorum anima volebat: & ego ludibria eorum deligam, & peccata retribuam illis. Ille dum gerebat Imperium, præter eius dignitatem, furore in Christianos exagrabatur: post cum regium illud decus, vieto & debilitato corpore, sustinere non posset, duos filios, quos paterna scelera infinite infecerant, Imperij gubernaculis præfecit. Ac prædictio illa, quam Deus olim ediderat: Ego sum, qui vltior peccata patrum in filios vsque ad tertiam & quartam generationem, iis qui me oderunt, in istis perspicuè declarata fuit: nam nefarias cupiditates, quarum explendarum spe ipse excidisset, in filiorum capita coniecit; & cum improbam eius nequitiam, tum odium erga Deum in illorum animos effudit. De Valeriano quidem totidem à Dionysio accepimus.] hucusque Eusebius.

* Trebell. Pol. in Gallieno. VALERIANVS IMP. A PERSIS CAPTVS.

* Apud Euseb. lib. 7. cap. 9.

LXXXII.
* al. Macriani d. ffata 66. MACRIANVS PRODITOR VALERIANI

Valerianus igitur proditus à Macriano, à Sapore Persarum Rege captus, & in Persidem abductus, apud hostes ad obitum vsque permansit; nec vllis valuit complurium ad eum Regum fœderatorum supplicibus litteris, quas recitat Trebellius, à captiuitate dimitti: quin ob insignem ignominiam (testantur Aurelius Victor, Eutropius, atque alij) quamdiu ipse Valerianus vixit, Sapores, ipso incuruato, pede calcans eius ceruicem, quasi suppedaneo vsus subfello, equum conscendere consuevit: vltione hac severissima profecto dignus, vt, qui Christianam religionem pedibus toties proculcarat, ipse barbari hominis pedibus calcaretur.

LXXXIII.

Sed non hic infelicitatis illius finis. Audi quid Constantinus Magnus Augustus de eo pro concione, grauissima vsus apostrophe, locutus sit: Quia tu Valeriane (inquit) eandem crudelitatem in Dei famulos ostendens, iustum sanctumque Dei iudicium quasi ante oculos omnium statuisti: dum captiuus prehensus eras, & vinctus ducebaris purpura & reliquo apparatu regio indutus; tandem à Sapore Rege Persarum iussu excoriaris, saleque conditus sempiternum tui infortunij trophæum ante oculos omnium statuisti.] hæc Constantinus: qui & ad alium Persarum Regem Saporem item dictum scribens, in eo gloriam Christi predicat, quod eo modo in Valerianum Christianorum persecutorem vltus sit sanguinem iustum.

LXXXIV.
* Const. orat. ad SS. Cæsar. cap. 24. VALERIANVS EXCORIATVS.

Hunc in modum sublato Valeriano, dolo (vt demonstratum est) Macriani; ipse sibi dictis Consulibus Gallieno atque Valeriano, collecto, cui cum Balista præerat, exercitum, ab eo acclamatur atque decernitur Imperator.] hæc Trebellius pluribus: cum in

* Euseb. in vita Const. lib. 4. cap. 11.

LXXXV.
* Trebell. in Gallien. & in Macriano.

MULTI TYRANNI IN- VADUNT IMPERIUM. a Trebell. in Odenato.

tereà (vt idem auctor a affirmat) Aureolus, qui regebat exercitum in Illyrico, & ipse A oblatum à militibus sumpsit Imperium. Quin & Valens in Achaia Proconsul sibi Im- perium arrogauit, in Thessalia verò Piso: in Ægypto Æmilianus Augustalis Præfectus à suis ad eam dignitatem prouehitur: in Galliis verò Imperator creatus est Posthumus. At ne in his diutius immoremur, aliosque ex his ortos referre, & mutuas inter ipsos confi- cationes, perplexasque discordias enarrare, cum non sit instituti à nobis suscepti: qui hec cupit, consulat Trebellium Pollionem. Tot igitur de summa Imperij contestantibus, aliis insuper cladibus à barbaris in diuersa loca progressis, exagitatum est vehementer Romanum Imperium sub eodem Gallieno: de quibus omnibus anno sequenti, suo lo- co, opportunius dicturi sumus.

LXXVI. GALLIENS TERRITVS FACEM REDDIT ECCLESIAE.

b Dionysius apud Euseb. lib. 7. cap. 18. c Trebell. de 30. Tyrann. in Ingen. 8. d Idem in Gallieno.

Gallienus igitur quantumlibet natura sœuissimus atque impurissimus esset, nec pa- tre inferior in Christianis persequendis, aut remissior extitisset; tamen aded veluti pro- digio de clade patris ea de causa percepta commonitus, ac planè perterritus, veritus ne & in se tam dira vltionis iacula cælitus vibrarentur, è vestigio furem adhuc in Chri- stianos persecutionem compressit; nouisque pro illis promulgatis edictis, contra illos iam edita penitus antiquauit. Quamobrem eum hoc nomine Dionysius b laudat, cum alioqui ab Ethnicis scriptoris summæ crudelitatis arguatur, & impuritatis obsecnissi- mæ infametur. Nam quod ad sœuitiam pertinet c, Trebellius narrat, dum recitat scri- ptas ab eo litteras ad Celerem Verianum: idemque d alibi tradit, ipsum iussisse scurras viuos exuri, & militum (vt ait) terna millia & quaterna singulis diebus occidi. Non er- go clementiæ ac commiserationis causa Christianorum rebus Gallienus consuluit: sed paternæ afflictionis exemplo correctus, pro Christiana religione rescripsit, quod & Oro- sius e æquè confirmat, dum de cladibus agit à Deo in Romanum orbem immisis in vl- tionem Christiani sanguinis. C

LXXVII. Euseb. lib. 7. cap. 14.

Dè pace autem à Gallieno Ecclesiæ reddita, hæc scribit Eusebius f: Non diu post, cum Valerianus apud barbaros seruitutem subiisset, filius eius solus Imperio potitus, clemen- tius se gessit & moderatius in Imperio gubernando, & edictis vulgaris persecutionem re- misit, relaxauitque: atque aded illos qui verbo Dei præerant, quod ipsi in more positum fuisset, liberè exequi, per litteras mandauit. quæ quidem sic se habent:

LITTERAE GALLIENS PRO PACE ECCLESIAE.

Imperator Cæsar Publius Licinius Gallienus Pius Fortunatus Augustus, Dionysio, & Pinnæ, & Demetrio, & ceteris Episcopis salutem. Meæ munificentiae beneficium per vniuersum Orbem diuulgari præcepi, Vt qui loca religiosa, quæ spectant ad Christianos, possident, ab illis statim discedant. Et propterea vos litterarum mearum exempla- ri vti poteritis, quod nemo deinceps vobis quidquam facescat molestiæ. Atque istud qui- dem vt nunc liberè & pro arbitratu à vobis expleri queat, iam pridem à me erat concess- sum. His de causis Aurelius Cyrenius, qui summam rerum secundum me administrat, litterarum etiam exemplar conseruabit. J hucusque rescriptum ad Episcopos. Subdit hæc Eusebius: Aliud porrò decretum illius esse dicitur, quod ad alios Episcopos dedit, per quod loca illa, quæ cœmeteria nominabantur, integram adeundi occupandique fecit potestatem. J Valerianum enim edicto à talibus locis atque conuentibus prohibuisse Christianos, suo loco superius dictum est.

LXXVIII.

Sed quid his primis eius administrationis temporibus, cum nondum fortasse in om- nia loca pro Christianis scripta atque promulgata essent edicta, Cæsareæ Palæstinæ con- tingerit, idem Eusebius his narrat verbis: Iisdem temporibus, cum pax in Ecclesia vbique vigeret, Marinus, vnus ex his qui in exercitu Romano magnum decus & honorem fuif- sent consecuti, vir & genere illustris, & diuitiis locuples, propter testimonium Christi, Cæsareæ Palæstine tali de causa capite damnatus fuit. Est quidam honos apud Romanos, quod κλημσ appellatur: quem qui adipiscuntur, eos Centuriones fieri aiunt. J Eusebius honorem militarem κλημσ vocari ait; quia κλημσ, Græcis vitem significat, seu sarmen- tum. Vitis autem insigne erat Centurionum, vt notum est ex Luciano, qui de Scæua Cæ- saris Centurione agens, sic eius gradum designat:

VITIS INST- GNE CEN- TYRIONVM. h Anno Christi. f. 278. 8. Quod verò hic.

Sanguine multo Promotus, Latiam longo gerit ordine vitem. Vnde & pro Centurionatu ipso sumebatur, ita vt vitem dare, idem esset ac Centurionem facere. Quo sensu Spartianus in Hadriano Imperatore scribit, ipsum nulli vitem nisi robusto & bonæ famæ dare solitum, id est, nulli Centurionatum conferre. Sed plura de vite & Centurionatu notata inferius h inuenies, cum agitur de glorioso agone Marcelli Centu-

A Centurionis martyris, qui ne militaret cum impietate: Ecce, inquit, proiicio vitem & cingulum. J manifesti autem erroris arguuntur, qui hæc duo distinguenda putant. Sed scœptam historiam prosequamur.

Cum locus vacaret, ordo postulabat, vt Marinus eo dignitatis gradu potiretur. Mari- num igitur in hunc honorem elatum, alius protribunali comparens, in crimen vocat, tum quod erat Christianus, tum quod Imperatoribus non immolasset (non enim Gal- lienus solus, sed & Valerianus, eius germanus, siue filius, regebat Imperium,) Ac propter- eà, inquit, ex veterum legum institutis, illi non licet eum gradum dignitatis apud Roma- nos adipisci; sed illud, quidquid est muneris, mihi iure impertiri debet. Vnde Iudex com- motus (Achiuus hic erat genere) primò sciscitatus est cuiusnam sententiæ & religionis esset Marinus. Quem vt animaduertit constanter se Christianum esse confitentem, trium horarum spatium ei ad deliberandum dat.

Hunc è iudicio egressum, Theodectenus, qui illic erat Episcopus, ad se colloquendi cau- sa inuitat; & apprehensa manu, rectà deducit in Ecclesiam. Quem cum interius ad ipsum sanctuarium collocauisset, læua paululum in alteram partem dimota, gladium, quo cin- gebatur, ostendit: simulque diuinorum Euangeliorum librum afferens, ex aduerso propo- nit; præcepitque vt ex illis duobus, quod magis esset ex animi sententia, deligeret. Vbi verò absque cunctatione, porrecta manu dextera, sacrum librum accepit, Theodectenus sic illum affatur: Tene, & adhæresce Deo: sic enim ab illo roboratus, quod in optatis est, pro certo assequere. Abi in pace. Illud statim inde redeuntem præco pro tribunali aduo- cat: iam enim tempus illi præstitutum ad deliberandum erat completum. Sistet se pro tri- bunal. Qui cum maiorem iam quàm antea fidei ardorem ac studium declarasset, actu- tum inde, vt erat, ad mortem rectà abductus, martyrio excessit è vita.

Asterius autem vir è Senatorum numero, cum Imperatoribus in primis charus, tum omnibus & nobilitatis & facultatum gratia conspicuus, in eadem ciuitate propter diui- nam animi propensionem, quam tum liberè erga veram pietatem declarasset, omnium sermone celebrabatur: qui cum martyri, ipso mortis articulo, præstò esset, simularq; vita migrarat, cadauer tollit, splendida & pretiosa obtegit veste, atque humeris impositum in- de deportat: quod cum magnifico & sumptuoso linteo obuoluisset, decenti sepulchro condidit. J hucusque de martyrio & sepultura Marini Eusebius eiusdem ciuitatis Episcopus, cuius tunc Antistes erat, cuius meminit, Theodectenus, quem paulò superius a dixe- rat successisse Theotisto; Ecclesiasticasque litteras in schola Origenus didicisse. Sed quid insuper addat de Asterio Senatore, hic describamus.

Huius viri familiares, qui hucusque vitam prodixerunt, cum alia infinita eius facta præclara memorant, tum illud in primis quod sequitur, quodque plenum est admiratio- nis. Cæsareæ Philippi, quam Phœnices Paneada vocant, ferrur victimam quamdam in fontes qui illic ex radicibus montis Panei prorumpunt (ex quibus Iordanis profluere di- citur) in quadam diei festi Gentilium celebritate mactatam coniici, atque eam dæmo- nis vi ac potestate mirandum in modum ab eorum conspectu euanescere, miraculumque videri præsentibus valdè memorabile. Quibus, dum gerebantur, Asterium quodam tem- pore fortè interfuisse: ac cum videret tam multos illius rei admiratione obstupescatos, eorum erroris admodum miserum esse. Deinde sublati in cælum oculis, Deum om- nium rerum moderatorem per Christum supplicem precatum, vt dæmonium illud, quod populam tanto errore cæcauisset, comprimeret: ipsumque à fraude ac fallaciis, quas hominibus solet intendere, coerceret. Hoc modo cum Deum orasset, repentinò victimam fontibus supernataffe, atque ita rem illam, quam tantopere mirari consue- uerant, in nihilum interiisse; vsque aded vt nullum in posterum eo in loco ex ea omnino ederetur miraculum. J hucusque de his Eusebius. quæ autem subdit, statuam Saluatoris ab Hæmorrhoiâ conuari iussam, atq; ibidem positam, suo loco primo tomo Annalium sunt recensita. Locum illum, vbi ea prodigia à Gentilibus exercebantur, à rotunditate lacus semper eadem mensura constantis, Phialam esse appellatum, Iosephus b affirmat.

E

LXXIX. MARINI CONFESSIO.

LXXX.

LXXXI. ASTERII PIETAS.

a Euseb. eodè lib. cap. 14.

LXXXII.

SVPERSTI- TIO IN IOR- DANIS PON- TIBVS ABO- LETVR.

b Ii. seph. de bello Iudæic. lib. 3. cap. 18.

IESV CHRISTI DIONYSII PAP. GALLIENI IMP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 263. 3. 9.

I. FASTI BENE DISPOSITI.

^a Apud Pa-
nini in Fast.
comment. Ep.
Adolph. de
numis. Rom.
sup.

Sequenti Christi anno ducentesimo sexagesimo tertio Fastis Consularibus adscribuntur à Cassiodoro Consules Gallienus quintum & Victorinus, vel (ut alij Fasti habent) Faustinus. Et his consonant numerorum antiquæ inscriptiones, quibus annus nonus Imperij Gallieni eiusdem Consulatu quinto coniungitur, secundum repetitum numerum Tribunitiæ potestatis. Est hæc vna ex eis:

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. P. P. P. F. AVG. GERM. P. M. TRIB. P. IX. COS. V. P. P. Quid verò idem annus Gallieni nonus in alia inscriptione reperitur adnotatus eius Consulatu quarto, ut in ea quæ sic habet:

IMP. GALLIENVS. P. P. AVG. P. M. TR. P. IX. COS. IIII. P. P. hoc inde accidit, quòd non cum Consulatu Kalendis Ianuariis eius auspicaretur annus Imperij, sed alio anni die: quamobrem sub vno Imperij anno necesse esset duos Consulatus ex parte censeret.

II.

ALEXANDRINORVM RIXÆ.
^b Euseb. li. 7. cap. 16.

Hoc itaque anno Alexandria bello civili oborto, Dionysius eius vrbis Episcopus nuper postliminiò reuersus, inde rursus egredi spontè delegit. Quo anno, sedato iam bello ciuili Alexandrino, quo Dionysius post persecutionem reuersus Alexandriam, inde iterum egredi coactus fuerat, iterum Alexandriam rediit. Quàm autè in primis (ne id dicere prætermittamus) sæua fuerint inter Alexandrinos obortæ rixæ, ipse in epistola ad Hieracem scripta testatur, quam Eusebius ^b recitans, hæc præmittit: Vbi iam pax, sedata propè persecutione, constituta fuit, Dionysius rediit Alexandriam. In qua vire tam grauis seditio & bellum intestinum de integro ciebatur; ut fratres in ciuitate, propterea quòd omnes in alterutram seditionis partem diuisi erant, Dionysius nullo modo posset inuisere. Vnde in ipso Paschatis festo ab ipsa Alexandria, velut exul ab extera regione, per litteras cum illis colloqui coactus fuit. Quinetiam aliam postea epistolam ad Hieracem Ecclesiarum Ægypti Episcopum de festorum celebratione conscripsit: in qua seditionis, quæ eodem tempore fuit Alexandria concitata, his verbis mentionem facit:

III.

CIVILES DISSENSIONES.

Quid mirum, si tam arduum & difficile mihi sit apud eos, qui longinquiore locorum intercapedine distant, per epistolas, tamquam coram, sermones conferre: cum & mihi ipsi mecum colloqui, & proprio animo in varias partes distracto, consilium dare, anceps & periculosum videatur? Nam ad viscera mea, meos charissimos fratres, contubernales, vno animi consensu mecum concordēs, Ecclesiæ eiusdem ciues, cogor equidem necessariò litteras scriptas dare: eas tamen ad illos mittere videor mihi nullo modo posse. Facilius enim, non dicam in exteras regiones, sed ab Oriente ad Occasum vsque iter facere quicquam poterit, quàm ab vna Alexandria parte ad alteram pergere. Media namque ciuitatis platea plus habet periculi, plusque difficultatis ad transeundum, quàm solitudo illa deserta, longa, ac nullis hominum vestigiis trita, quam Israëlita vix duabus hœminum ætatibus peragrarunt; & quàm ipsum etiam mare Rubrum, quod quidem in duas partes disruptum, & instar duplicis muri vtrimque erectum, præterredientibus Israëlitis transitum dedit perfacilem. Isti porrò placidi & tranquilli vrbis portus, fluctuum eorum, quibus Ægyptij erant in traiectione submersi, veram effigiem gerunt: qui sæpenumero propter hominum cædes in illis factitatas, & effusum cruorem, similes etiam mari Rubro apparent.

IMMENSÆ CAEDES HOMINVM.

IV.

Fluuius item qui in urbem illabitur, interdum aridior & magis squallidus exiccatusque videtur, quàm solitudo illa aque expers, quam Israëlita peragrantes tanta siti opprimebantur, ut eò vsque contra Moysen contumeliosè vociferarentur, quoad potentia Dei (qui solus edit miracula) aqua, quam biberent, ex dura & prærupta petra copiosè efflueret: interdum tantopere inundat, ut per omnia loca finitima, vias & agros perlatur, terroremque incolarum animis iniiciat, ne diluuium, quod temporibus Noë totam terram perluebat, rursus irrupens omnes penitus obruat. Et sicut olim à Moysè ob Pharaonis contumaciam erat in cruorè mutatus, & foetidum post odorem fundebat: ita etiam sanguine, cæde, & hominibus in eum demersis contaminatus semper defluit. Quænam alia aqua, que (cum aqua sit quæ sordes cuiusque rei abluat) vsquã reperiri poterit, quæ aquam huius fluminis penitus purgare valeat? Aut quo modo immensus & penè interminatus

Occa-

CHRISTI DIONYS. PAP. GALLIENI IMP.
 263. 3 9.

A Oceanus, licet totus in eum esset infusus, sordes huius acerbi & amari pelagi omnino eluere queat? Aut qua ratione ingens flumen ex Edem egrediens, etiam si quatuor illa capita, in quæ diuiditur, in vnum caput, nempe alucem Gehonis, qui est vnus ex illis quatuor, deriuarentur, istam tabem & colluuiem expurgare possit?

Aur quando aer aded corruptorum vbique halituum contagione infectus turbaturque purus & salubris est futurus? Etenim tam letales è terra vapores in sublime tolluntur, tam pestiferi è mari cientur venti, tam tabidæ ex fluminibus adspirationes efflantur, tam insalubres ex portubus nebulæ erumpunt; uti ros qui vndique diffunditur, nihil aliud sit, quàm sanies cadauerum sub dio putrescentium: quæ quidem elementa, ex quibus fuerunt generata, tetro odore inficiunt: & tamen mirantur admodum, secumque quærunt, vnde aded continuæ pestes, vnde aded graues morbi, vnde aded variæ cuiusque modi corruptelæ, vnde aded multiplex & diuersus hominum interitus oritur. Quærunt etiam, quamobrem ciuitas ista maxima non amplius tantam habitatorum multitudinem ferat, si à terrimis pueris incipias numerare, & ad senes ætate prouectissimos progrediaris, quantam senum, quos vocant *ἀπογεροντες*, id est, senes quibus iam primum obrepit senectus, antea nutrire consueuisset: nam ex illis quorum erat ætas inter quadragesimum & septuagesimum annum interiecta, id temporis aded multi fuerunt, ut numerus eorum qui inter decimum quartum & octogesimum iam sunt interpositi, quorum nomina in tabulas publicas pro diuisione frumenti factitatas relata sunt, eorum numerum omnino non possit exæquare: & qui iam sunt aspectu adolecentes maxime, tamquam æquales sunt eorum, qui olim senes erant maxime. Et quamuis iam animaduertunt hominum genus in terra magis magisque in dies in hunc modum attenuatum absumptumque: nullo tamen timore horrescunt; quin neque, cum illorum omnium omnino interitus creseat, & latius quotidie manet, & fundatur, vlla ex parte reformidant.] hæc ad Hieracem Dionysius, quæ ab Eusebio descripta nolimus prætermisisse. subinfert post hæc Eusebius ^a ea de peste post bellum exorta, de quæ Christianorum officiis tunc erga fratres exhibitis.

V. PESTIS EX PVTRIFICATIONE CA-DAVERVM.

Quodnam autem eiusmodi bellum fuerit, quo (ut inferius ^b ait) non modò ciuitas intus factione diuisa est, sed ab exercitu foris obsessa, ex iis quæ scribit ^c Trebellius, facile possumus intelligere. In Gallieno enim hæc ait, cum de tyrannis in Imperium Romanum obortis agit: Per idem tempus Æmilianus apud Ægyptum sumpsit Imperium: occupatis horreis, multa oppida malo famis pressit. sed hunc Dux Gallieni Theodorus, conflictu habito, cepit, atque Imperatori Gallieno viuum transmisit.] hæc ibi; & in commentario de triginta Tyrannis, cum de eodem agit Æmiliano, de causa eiusmodi obortæ interciues Alexandrinos discordiæ meminit, dicens ^d: Et hoc familiare est populo Ægyptiorum, ut vel furiosi ac dementes de leuibus quibusque ad summa Reipublicæ pericula perducantur: sæpè illi ob neglectas salutationes, locum in balneis non concessum, carnem & olera sequestrata, calceamenta seruilia, & cetera talia, vsque ad summum Reipublicæ periculum seditionis, ita ut armarentur contra eos exercitus, peruenerunt.

^a Euseb. lib. 7. cap. 17.

VI. ^b Idem lib. 7. cap. 26. ^c Trebell. Pol. in Gallieno. ^d ÆMILIANVS TYRANNVS.

Familiari ergo sibi furore cum quadam die cuiusdam seruus Curatoris, qui Alexandriam tunc regebat, militaris ob hoc casus esset, quòd crepidas suas meliores esse quàm militis diceret: collecta multitudo in domum Æmiliani Ducis anceps venit, atque eum omni seditionum instrumento & furore profecuta est: ictus est lapidibus, petitus est ferro, nec desit vllum seditionis telum. Quare coactus Æmilianus, sumpsit Imperium, cum sciret sibi vnde cumque pereundum. consenserunt ei Ægyptiacus exercitus, maxime in Gallieni odium: nec eius ad regendam Rempublicam vigor defuit. Nam Thebaidem, totamque Ægyptum peragravit, & quatenus potuit, barbarorum gentes forti auctoritate submouit. Denique Alexander, vel Alexandrinus (nam incertum id quoque habetur) virtutum merito vocatus est. Et cum contra Indos pararet expeditionem, missò Theodoto Duce, Gallieno iubente dedit pœnas: siquidem strangulatus in carcere captiuorum, veterum more, perhibetur.] hæc Trebellius.

^e Idem de 30. Tyrannis in Æmiliano.

Porrò ut Theodotus id ex animi sententia perfecit, illud adiuuit, quòd diuisa in duas factiones ciuitate, quarum altera pro Gallieno, pro Æmiliano altera pugnaret; obsidenti interim Alexandriam Theodoto, aditus tandem vrbi per suos patuit. Hæcque illa sunt tempora à Dionysio ad Hieracem scripta, ac superius recitata: quibus cum (ut dictum est à Trebellio) Æmilianus sibi horrea publica vindicasset, famesque vehementis-

VII.

^f ÆMILIANVS IMPERATOR.

VIII.

CHRISTI
263.DIONYS. PAP.
3.GALLIENI IMP.
9.EUSEBIUS
ET ANATO-
LIUS.^a Euseb. lib. 7.
cap. 16.

IX.

PENVRIAE
ALEXAN-
DRINORVM
CONSULTVM.

suma oborta esset; quid tunc egerint Eusebius & Anatolius Alexandrini, quorum prior A in Romano exercitu agebat cum Theodoto Duce, posterior verò intra civitatem Alexandrinam cum civium parte, quæ à Romanis dissentiebat: quid, inquam, pro salute obfessorum egerint, ambo Christiani, amboque postea Laodicensis Ecclesiæ creati Episcopi, Eusebius ita narrat^a.

At tametsi in obsidione Alexandriæ, cum ibi magna esset frumenti inopia, alias præclarè ab Anatolio res gestas penè infinitas commemorant; utpote qui singularis dignitatis prærogatiuam præ ceteris magistratibus ab omnibus civibus adeptus fuisset: tamen exempli causa hanc vnam solum hoc loco citabo. Fertur, cum frumentum illis diu obfessis deesset; ita ut fames, quæ in vrbe grassabatur, multo magis intolerabilis, quàm hostium impetus, qui iam extrinsecus premebat, existeret; hunc quem dico, cum huic interesset calamitati, tale quoddam remedium illis proinde inuenisse. Cum altera pars civitatis cum exercitu Romano societatem belli gerendi coiunxisset, & propterea obsidione non vexaretur; Eusebium fortè inter eos, qui minimè erant obfessi, versantem (adhuc enim ibi habitabat, inque Syriam minimè demigraverat) & magnum decus nomenque celebre etiam à Duce Romani exercitus consecutum, de his qui fame illius obsidionis tempore interierunt, per internuntium Anatolius certiore facit. Eusebium autem, cum hoc intelligeret, à Duce maximi beneficij loco postulasse, uti illis, qui vellent se ab hostibus ex vrbe ad eum sua sponte recipere, vitam ac salutem daret: quem quidem, petitione, ut voluit, impetrata, Anatolio significasse.

X.

Hoc autem nuntio ab Eusebio accepto, Senatam Alexandrinorum cõgisse, ac primò poposcisse ab illis, ut cum Romanis amicitiam iungerent. Quo quidem sermone ubi illos grauitè commotos videbat, dixisse: At huic, quod iam dicam, vos neutiquam refragaturos arbitror: illis qui in hac dimicatione videntur minimè esse necessarij, minimeque vobis vtilis, ut anus, infantes, & senes, liberam è portis egrediendi potestatem, quò velint, faciatis, consilium est. Quid enim istos iam iam propè mortuos apud nos ipsos continemus? quid modò mancos & corporibus mutilatos, peneque exhaustos, fame opprimimus? Viros solos & iuuenes viribus valentes alere oportet, & frumentum, quod necessarium est eis qui ad civitatis propugnationem accommodati sunt, congerere. Quibus rationibus cum Senatam in suam sententiam adduxisset; ipsum primum assurgentem suffragium tulisse, ut omnis multitudo, siue virorum, siue mulierum, quæ ad rem militarem parum esset idonea, à civitate liberè excederet; quoniam si remanerent, ibique cum magno civitatis morarentur incommodo; nullam salutis spem illis (quippe fame viderentur perituri) esse omnino relictam.

PRVDENS
FACTVM.

XI.

CHRISTIA-
NI LIBE-
RATI.

Cui sententiæ cum à ceteris omnibus, qui aderant in Senatu, esset assensum; parum aberat, quia omnes, qui obsidione cingebantur, seruasset incolumes. Atque in primis ut qui erant Christiani, deinde ut alij cuiusque ætatis, qui civitatem incolebant, salui aufererent, diligenter prouidit. Vnde non ij solum quibus Senatus decreto potestas facta erat ex vrbe exeundi, verum etiam sub eorum nomine alij ferè infiniti, vestitu muliebri clanculum induti, noctu illius prouisione, è portis egressi sunt, & ad Romanorum exercitum confugerunt: ubi illos omnes Eusebius benignè excipiens more patris aut medici, longa obsidione debilitatos, omni prouidentia & curatione in integrum restituit. Duobus eiusmodi pastoribus Ecclesiæ Laodicensis (quorum alter alteri deinceps ordine proximo successit) diuina prouidentia potita est: qui post bellum à nobis iam demonstratum, ab vrbe Alexandrina eò demigrarunt.] hucusque de his quæ eo bello gesta sunt pro civium salute ab Eusebio & Anatolio, Eusebius narrat.

XII.

Ex iis omnibus planè intelligas, Christianos homines esse quibuscumque & vbique proficuos, atque diuino fermè consilio deploratissimis rebus esse subsidio: quod cum quamplurimis frequenter exemplis, tum præsertim ex iis, quæ ab Anatolio & Eusebio facta didicimus, perspicuè declaratur; cum rebus Alexandrinis in extremo periculo collocatis adeò inopinatè suppetias tulerint, & periclitanti populo ex insperato opportunè noua arte subuenerint. Sed quam vidimus tempore ciuilitum cladum & funestissimi belli Christianam virtutem summo opere declaratam; eandem quoque temporibus immanissimæ pestilentiæ egregiè vbique testatam, quæ sequitur historia insigniter demonstrabit.

XIII.
^b Euseb. lib. 7.
cap. 17.

De immani enim peste, quæ post bellum secuta est, deque pio Christianorum erga fratres officio, idem Eusebius^b ex Dionysij Episcopi Alexandrini litteris: eiusmodi intexit histo-

CHRISTI
263.DIONYS. PAP.
3.GALLIENI IMP.
9.

A historiam: Porro autem cum pestifer & letalis morbus bellum continuò insequeretur, cumque festi Paschatis celebratio modò appropinquaret, deinceps rursus fratribus scripsit Dionysius, & graues calamitatis perturbationes illis significauit his fere verbis: In hac miserarum turba aliis fortasse neque hoc tempus, neque aliud, immò neque illud ipsum tempus quod homines putarent omnium esse lætissimum, nedum alia tempora, ad festum celebrandum satis idoneum videretur. Etenim iam lamentationum plena sunt omnia, iam lugent omnes, iam mœores, iam querelæ vniuersam vrbe[m] propter multitudinem cum illorum qui modò mortui sunt, tum horum qui quotidie moriuntur, occupant. Nam sicut de primogenitis Ægyptiorum scriptum est^a; sic & nunc ingens clamor editur: non enim est domus, in qua non sit mortuus; idque planè meritò. Multa namque & grauius incommoda perditio eorum conatu Christianis etiam ante hoc tempus cum importata fuissent.

PESTIS VR-
GET ALEX-
ANDRINOS.

Exod. II.

B Primum omnium nos ex vrbe expulerant: quo quidem tempore nos soli, cum ab omnibus persecutione exagitati essemus, & morte multati, festum lætis animis celebrauimus: & singula loca, ad singula afflictionum genera nobis præstituta, ut ager siluestris, solitudo deserta, nauis fluctibus iactata, diuersorium publicum, & horridus carcer, opportuna videbantur, in quibus celebres conuentus maximo cum studio ageremus; quia beati martyres, qui è vita cesserant, & à Deo in cælum ad epulas erant inuitati, festum omnium certè splendidissimum peregerunt.] Vides ne, lector, ardentissimum Christianorum studium in celebrandis festis diebus, ut nec exules, quauis occasione intercedente, id facere prætermitterent? Sed vide quæ inter Christianos in celebrandis festis diebus introducta fuerit laudabilis consuetudo, nempe ut benè precando festos dies se inuicem Christiani salutarent, non præsentem tantum, sed & absentem per litteras, quas festiuas nominare solebant. est inuenire plures huiusmodi litteras apud Theodoretum, datas in diuersis festiuitatibus in Ecclesiæ celebrari solitis: in quarum vna ad Hermogenem Assessorum conscripta, quæ in Græco codice epistolarum eius, quem bibliotheca Vaticana custodit, est septuagesimafecunda, plura prælocutus ipse de festis Ecclesiæ, ista subdit: Quæcumque ciuitas, quiuus vicus, & agri, & remotissimæ regiones diuina repletæ sunt gratia, & in omnibus locis loca sacra & templa sunt dicata omnium Deo. Hac igitur de causa per ciuitates diuisi festos dies celebramus, & tamen inuicem communicamus inter nos festiuitates: eundem enim Deum & Dominum hymnis celebramus, & mystica Deo sacrificia offerimus. hac itaque de causa litteris ad inuicem eos qui propè sunt, salutamus, festiuitatis læticiam significantes. Hoc ipsum & ego nunc facio, & festiuam salutationem magnificentiæ tuæ offero: tu verò eandem nobis redde, & ita legem festiuitatis obseruabis & honorabis.] hæc Theodoretus: Sed ad institutam redeamus orationem. Quæ de martyribus Dionysius memorat, nuper in persecutione sub Valeriano acciderunt: in quorum vltionem Deus inter alia plagam pestis, belli, & famis in Ægyptios Gentiles infixit. nam subdit: His de rebus deinceps bellam & famem eos de improuiso oppressere: quæ quamquam nos vnà cum Gentilibus perferebamus; soli tamen inter omnes, quæcumque virgebant, æquo animo sustinimus: & tametsi illarum rerum, quas illi cum consueuerant ipsi inter se, tum præterea perpeffi essent, eramus ex æquo participes: pace tamen Christi, quam nobis solum clemens largitus est, rursus mirè nos ipsos oblectauimus.] his planè consentientia sunt, quæ superius ex Cypriano recitauimus.

XIV.
PESTOS DIES
VBIQUE CE-
LEBRANT
FIDELLES.

C salutarent, non præsentem tantum, sed & absentem per litteras, quas festiuas nominare solebant. est inuenire plures huiusmodi litteras apud Theodoretum, datas in diuersis festiuitatibus in Ecclesiæ celebrari solitis: in quarum vna ad Hermogenem Assessorum conscripta, quæ in Græco codice epistolarum eius, quem bibliotheca Vaticana custodit, est septuagesimafecunda, plura prælocutus ipse de festis Ecclesiæ, ista subdit: Quæcumque ciuitas, quiuus vicus, & agri, & remotissimæ regiones diuina repletæ sunt gratia, & in omnibus locis loca sacra & templa sunt dicata omnium Deo. Hac igitur de causa per ciuitates diuisi festos dies celebramus, & tamen inuicem communicamus inter nos festiuitates: eundem enim Deum & Dominum hymnis celebramus, & mystica Deo sacrificia offerimus. hac itaque de causa litteris ad inuicem eos qui propè sunt, salutamus, festiuitatis læticiam significantes. Hoc ipsum & ego nunc facio, & festiuam salutationem magnificentiæ tuæ offero: tu verò eandem nobis redde, & ita legem festiuitatis obseruabis & honorabis.] hæc Theodoretus: Sed ad institutam redeamus orationem. Quæ de martyribus Dionysius memorat, nuper in persecutione sub Valeriano acciderunt: in quorum vltionem Deus inter alia plagam pestis, belli, & famis in Ægyptios Gentiles infixit. nam subdit: His de rebus deinceps bellam & famem eos de improuiso oppressere: quæ quamquam nos vnà cum Gentilibus perferebamus; soli tamen inter omnes, quæcumque virgebant, æquo animo sustinimus: & tametsi illarum rerum, quas illi cum consueuerant ipsi inter se, tum præterea perpeffi essent, eramus ex æquo participes: pace tamen Christi, quam nobis solum clemens largitus est, rursus mirè nos ipsos oblectauimus.] his planè consentientia sunt, quæ superius ex Cypriano recitauimus.

D Ceterum vix tum nos, tum illi breuissima ad respirandum sumus intercapedine potiti: cum pestis ista subito grassari cœpit, res planè illis ad terrendum omni metu formidolosior, ad excruciantum quauis calamitate miserior acerbiorque, & (ut proprius illorum scriptor memorat) ad cogitandum solum omnium opinione maior. Verum nobis non eius generis putabatur; sed à Deo tum ad fidem nostram exercendam, tum ad tolerantiam animi probandam, nihilo minùs quàm alia rerum incommodarum genera, quæ aliquando obtigissent, cælitus inflictam. Et sicut alicubi à nobis minimè abstulit: sic in Gentiles longe lateque obrerant.] paulò post subdit: Quamplurimi è fratribus nostris adeò immenso quodam charitatis & fraternæ beneuolentiæ ardore erant inflammati, ut minimè sue parentes vitæ, sed ipsi firmè inter se ad hærescentes, eos qui morbo opprimebantur, nulla sui cura aut cautione adhibita, sedulo inuiserent, illis insernirent assidue, pro viribus ob Christi amorem curarent, vnà cum illis decederent è vita: lubentissimè aliorum contagione infecti, etiam morbum à proximis quodammodo ad se attraherent, suaque sponte

XV.
CHRISTIA-
NAE PIETA-
TIS STVDIA
TEMPORE
PESTIS.

aliorum mœrores beneuolè mitigarent. Multi item dum aliis ægrotantibus curam adhibent, illisquæ vires restituunt, ipsi aliorum mortem in se deriuantes, vitam amittunt: & verbum illud quod vulgò semper dicitur, quodquæ verè beneuolentiæ solùm videtur conuenire, nimirum vt singuli pro amicis abeant è vita, seq̃ue eorum causa (vt ita dicam) reiectamentum efficiant, re ipsa expleuerunt.

XVI. Ex fratribus igitur, qui virtute facillè erant præstantissimi, ad hunc modum mortem optinuerunt: quorum nonnulli erant presbyteri, alij diaconi, quidam è populo virtutis ergò multùm laudati: aded vt istud mortis genus, quod propter incredibilem pietatem & robustam fidem suscipiebatur, nihil à martyrij splendore abesse videretur. Quin etiam sanctorum corpora manibus erectis supinisque excipere, gremio suo reponere, occludere oculos, ora obturare, gestare humeris cadauera, decenter ornare, illis adhaerescere, amicè complecti, lauare accuratè, & linteo funebri inuoluere non grauari sunt: ipsique qui supererant, paulò post similia officia in se collata propterea adepti, quòd eandem mortis viam instarent, quàm qui præiuerant institissent.

PIA OFFICIA ERGA MORTVOS.

XVII. GENTILIVM IN SVOS SAEVITIA.

XVIII. TOTVS ORBIS PESTE VASTATVS.

Trebell. in Gallieno.

XIX. IMMENSÆ CLADES ROM. IMP. SROENT.

XX. DIANAÆ EPHESIÆ TEMPLVM EXVITVR.

XVII. Gentiles autem his omnia fecere contraria: eos enim qui ægrotare incipiebant, ab ædibus extrudere, deserere amicissimos, in plateas semiuuos proicere, cadauera inssepulta canibus exponere dilanianda, mortis participationem & quasi communionem auertere, quam planè, vel in finita diuerticula quærentes, nullo modo poterant euitare.] hucusque Dionysius de peste post bellum Alexandrinum. Porro aded remansit illustis illorum memoria qui fraternæ charitatis causa mortem lubentissimè appetière, vt eorum omnium anniuersaria celebritate recolenda tabulis Ecclesiasticis adscripta sit pridie Kal. Martij.

At non tantùm Ægyptum huiusmodi aded immani clade contigit exagitari, verùm & aliæ Orbis regiones aliis diuersis atque atrocioribus affectæ sunt malis. Sed haud dubium in sanguinis Christiani effusi sub Valeriano vindictam à Deo vindice ea fuerunt immissa. Hæc quidem à sanctis martyribus Lambesæ in Numidia passis prænuntiata fuisse peruidimus, cum eorum solùm auditu, omnium animos consternatos fuisse diximus: aded vt præmori omnes optarent, mortem pro lucro ducentes, eamque felicem esse, venturarum nempe cladum redemptionem existimantes. Quarum cum aliæ à nobis sint superius recensitæ: quæ verò hoc anno sunt subsecutæ, auctore Trebellio Pollione narremus; qui ait: Accesserat præterea his malis, quòd Scythæ Bithyniam inuaserant, ciuitatesque deleuerant. Denique Astacum, quæ postea Nicomedia dicta est, incensam grauius vastauerunt. Denique quasi coniuratione totius mundi, concussis Orbis partibus, etiam in Sicilia quasi quoddam feruile bellum exitit, latronibus euagantibus, qui vix oppressi sunt.] & paulò post hæc addit:

D Gallieno & Faustino Consulibus (hoc videlicet anno) inter tot bellicas clades etiam terræ motus fuit, & tenebræ per multos dies: auditum præterea tonitruum, terra mugiente, non Ioue tonante: quo motu multæ fabricæ deuoratæ sunt cum habitatoribus, multi terrore mortui: quod quidem malum tristius in Asiæ vrbibus fuit. Mota est & Roma, mota & Libya: hiatus terræ pluribus in locis fuerunt, cum aqua salsa in fossis appareret. Maria etiam multas vrbes occuparunt. Pax igitur deùm quæsitæ, inspectis Sibyllæ libris, factumque Ioui salutare, vt præceptum fuerat, sacrificium. Nam & pestilentia tanta extiterat vel Rome, vel in Achaicis vrbibus, vt vno die quinque millia hominum pari morbo perirent. Seuiente fortuna, cum hinc terremotus, inde hiatus soli ex diuersis partibus pestilentia Orbem Romanum vastaret; capto Valeriano, Gallis parte maxima obsessis, cum bellum Odenatus inferret, cum Aureolus perurgeret Illyricum, cum Æmilianus Ægyptum occupasset; Gothi & Clodius, de quo dictum est superius, occupatis Thraciis, Macedonia vastarunt, Thessalonicam obsederunt: neque vsquam quies mediocriter salutem ostentare visa est: quæ omnia contemptu (vt sepius diximus) Galliensi fiebant, hominis luxuriosissimi, & si esset securus, ad omne dedecus paratissimi.] & paulò post:

E Scythæ autem, hoc est pars Gothorum, Asiam vastabant. Tunc etiam templum Dianæ Ephesiæ despoliatum & incensum est: cuius opes fama in populos satis nota.] hucusque Trebellius. Hunc tandem exitum accepit augustissimum illud, eximium Orbis miraculum, Ephesiæ Dianæ templum, quod vniuersa Gentilitas admiranda spectabat. Tam ingenti ac planè maxima omnium clade tunc affecta est superstitio Gentilitia, cum ipsa in Christianos est immaniter debacchata. Cecidit planè atque contractum est Dagon, cum Dei Arca videretur Gentilium persecutione teneri captiua: ipsaque sua victoria victi

scatue-

A scaturerunt vlceribus Philisthæi. Cum enim Gentiles visi sibi essent Christianam religionem penitus expugnasse; tunc omnium nobilissimi ex insperato iactura templi iure plectuntur. Cecidit, cecidit Babylon illa Magna: Magna, inquam, illa, sic ore Gentilium omnium conclamata, Magna Diana Ephesiorum: quæ tot sæculis calice aureo potauit Orbem impietate, ipsa ebria Sanctorum sanguine, eius causa necatis in primis ipsorum Episcopo Timotheo Pauli discipulo, & aliis compluribus sanctis martyribus. Hic rursùm considera (quod obseruatione dignissimum est) hæc antea, ipso totius Romani Imperij statu florente, fuisse à sanctis martyribus (vt dictum est) prænuntiata, atque à Deo immitienda fore in vltionem effusi innocentissimi sanguinis Christiani, pariter declarata.

B Hæc examinans, atque æqua lance perpendens Orosius, sic ait post enarratam Valeriani captiuitatem: Sed non (inquit) compensat iniuriæ vltionisque mensuram vnus impij, quamuis perpetua & supra modum abominanda, captiuitas contra tot millia ex-cruciatæ sanctorum iustorumque sanguis ad Deum clamans, in eadem sese terra, vbi fufus est, vindicari rogat. Non enim de solo constitutore præcepti iusto supplicium iudicio flagi abatur, sed etiam executores, delatores, accusatores, spectatores ac iudices, postremo omnes qui iniustissimæ crudelitati vel tacita voluntate adientiebantur, quia Deus se-cretorum cognitor est, & quorum maxima per omnes prouincias pars hominum versabatur, eadem vltionis plaga corripit iustum erat. Soluuntur repente vndique, permisso Dei, ad hoc circumpositæ relictæque gentes, laxatisque habenis in omnes Romanos fines inuehuntur: Germani Alpibus, Rhetia, totaque Italia penetrata, Rauennam vsque perueniunt: Alimanni Gallias peruagantes, etiam in Italiam transeunt: Græcia, Macedonia, Pontus, Asia Gothorum inundatione deletur. Nam Dacia trans Danubium in perpetuum aufertur. Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulantur, Germani vltiores abrafa potiuntur Hispania, Parthi Mesopotamiam auferunt, Syriam cotradunt. Extant adhuc per diuersas prouincias in magnarum vrbium ruinis paræ & pauperes ardes, signa miseriarum & nominum indicia seruantes: ex quibus nos quoque in Hispania Tarrac-nem nostram ad consolationem miseræ recentis ostendimus.]

C Hæc de Tarracenis ruina cum scribat Orosius, meminisse debemus de clarissimis martyribus illic recenter passis, nempe Fructuoso eiusdem ciuitatis Episcopo, Augurio, Eulogioque diaconis illic viuus igne combustis. Ad has quidem aliasque eiusdem temporis clades immensas respiciens S. Augustinus, ad Hesychium scribens, hæc ait: Sub Imperatore Gallieno cum Romanas prouincias barbaries vsquequaq; peruaderet: quàm multos fratres nostros, qui tunc erant in carne, putamus propinquum finem (mundi nempe) credere potuisse?] hæc ipse, cum de mundi exitio pluribus agit.

D Has autem omnes barbarorum in Romanum Imperium irruptiones atque depopulationes, quibus Gentiles mirum in modum afflictati sunt, ad Christianæ fidei propagationem magnopere contulisse, Sozomenus testatur his verbis: Causa autem, cur omnes ferè barbari Christianam religionem amplecti cœperint, fuere bella variis temporibus, utpote regnante Gallieno, & Imperatoribus, à quibus ei successum est, à Romanis & exteris hominibus administrata. Nam cum infinita ferè & promiscua multitudo Gentium ex Thracia in Asiam traiecisset, eamque incursionibus factis occupasset; alique barbari in aliis locis Romanis sibi finitimis idem præstitissent: multi sacerdotes Christi pariter captiui à barbaris abducebantur. Qui quidem cum homines in illis locis morbis afflictatos sanarent, & dæmonibus occupatos, solo nomine Christi Filij Dei inuocato, liberarent; E & sincerum præterea ac pium vitæ genus colere, & virtutum præstantia obtrectatorum ora penitus obrurare viderentur: barbari eos cum vitæ tum factorum mirabilium causa magnopere admirati, & eos valdè prudentes esse; & se, si tam præstabiles hominum mores imitarentur, numenque diuinum ad eorum exemplum colerent, Deum sibi propitium habituros. Itaque ab illis, quid sibi agendum sit, doceri constituunt: discunt fidei nostræ præcepta, Baptismum recipiunt, & conuentus more Christianorum celebrant.] hucusque Sozomenus, eademque Nicephorus.

E Hoc ipso tempore, quo (vt dictum est) Gothi inter alias Asiæ prouincias Pontum quoque incurfabant, Magnus ille Gregorius Neocæsareæ eius prouinciæ primariæ ciuitatis Episcopus, cognomento Thaumaturgus, de quo multa superius, ad emendationem complurium delictorum, quæ tunc illius barbaricæ incursionis occasione perpetrata fuissent, eam epistolam scripsit, quam Græci Canonicam vocant, & in canone ad Sextam Syno-

1. Reg. 5.

Apo. 14.

XXI.

Or. f. lib. 7. cap. 22.

VLTIQ; DI-VINA IN GENTES.

XXII.

VLTIQ; IN TARRACONENSES.

Aug. ep. 80.

XXIII.

CHRISTI ECCLESIAE PROPAGATIO.

Sozom. li. 2. cap. 5.

Niceph. li. 3. cap. 17.

XXIV.

GREGORII EPISTOLA CANONICA.

Synodum appositio inter alias canonicas epistolas annumeratur. eam verò hîc ob multarum rerum ad historiam quoque spectantium notitiam describere, operæpretium existimamus. Ad quem autem scripta fuerit, non liquet: ad aliquem tamen sanctum Episcopum, qui ipsum de nonnullis consulisset, datam fuisse, ipso eius exordio declaratur. est ergo huiusmodi a:

Apud Theod. Bals. & ca. Bibl. sancta. XXV.

1. Cor. 6.

DE FEMINIS VIM PASSIS

Nunt. 15.

Deut. 22.

XXVI. AVARITIA CHRISTIANA. NOR. QVORVM DAM.

Prov. 21.

Ephes. 5.

XXVII.

Ios. 7.

COERCITVR AVARITIA.

Deut. 22.

Exod. 23.

XXVIII.

Non cibi nos grauant, sancte Papa, si captiui ea comederint, quæ qui in eos dominium obtinent, eis apposuerunt: maximè quando vna de omnibus fama est, barbaros qui in nostras regiones incurfiones fecerunt, idolis non sacrificasse. dicit autè b Apostolus: Escæ ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & has destruet. Sed Saluator quoque omnes cibos mundans: Non quod intrat (inquit) coinquinat hominem, sed quod egreditur. Et hoc quoque quoddam captiue mulieres corruptæ fuerunt, barbaris earum corporibus insolenter abutentibus: sed si prius quoque damnata vita fuerat, in res varias abeuntibus oculis fornicatoribus, vt c scriptum est, fornicariæ habitæ sunt etiam tempore captiuitatis: & non oportet facillè orationibus cum eiusmodi communicare. Sed si quidem aliqua quæ in summa continentia vixerit, & puram ab omniq; suspicione alienam priorem vitam ostenderit, nunc vi & necessitate in probum contumeliâmve lapsa sit: habebimus exemplum d quod est in Deuteronomio de adolescentula, quam homo in agro inuenit, & ea vi compressa, cum ipsa dormit: Adolescentulæ (inquit) nihil facietis, non erit adolescentulæ peccatum mortis: quia quemadmodum si quis homo aduersus fratrem suum infurrexerit, & ipsius animam morte affecerit, sic hanc rem: adolescentula proclamauit, & non erat qui ei opem ferret. Hæc quidem certa ita se habent.

Grauis res est auaritia & plura habendi cupiditas; nec possunt vna epistola proponi Scripturæ, in quibus non solum prædari, fugiendum horrendumq; prædicatur, sed plura etiam concupiscere, & aliena propter turpe lucrum attingere: & quicumque est huiusmodi, is est ab Ecclesia abdicatus. In tempore autem incurfionis, in tanto luctu tantisque fletibus ausos esse aliquos tempus, quod omnibus exitium afferebat, existimare esse sibi lucri tempus, hominum est impiorum & Deo inuisorum, & quorum improbitati nihil potest adiacere. Vnde eis omnibus eiusmodi interdicerè visum est, eosq; abdicare, ne forte ad totum populum ira veniat, & in eos primùm qui præsumunt, & non inquirunt. Vereor enim ne (vt ait Scriptura e) impius iustum vnâ secum perdat. Fornicatio enim (inquit f) & auaritia, per quæ venit ira Dei in filios inobedientiæ. Ne sitis ergo participes eorum: fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate, probantes quid sit Deo acceptum: & ne communicetis infructuosos operibus tenebrarum, sed potius etiam redarguite: quæ enim ab ipsis sunt clanculum, turpe est & dicere: omnia autem à luce conuicta manifestantur. hæc quidem Apostolus.

Si autem qui propter priorem plura habendi cupiditatem, quæ in pace fuit, pœnam dant: in ipso iræ tempore rursus ad auaritiam conuertuntur, lucrum facientes ex sanguine & pernicie euersorum hominum captiuorum, interfectorum: quid aliud expectandum est, quàm vt auaritia decertantes, iram sibi & vniuerso populo accumulent? Nam ecce Achan Zaræ s filius, in eo quod Deo dedicatum erat, peccauit: & in omnem Israël synagogam ira peruenit. Nobis autem, quidquid non est nostrum, sed alienum est ab hoc tempore lucrum, Deo dicatum esse, existimandum est. Nam & ille quidem Achan ex præda accepit: & ipsi nunc ex præda accipiunt. Ac ille quidem ea quæ erant hostium: qui verò nunc sunt, ea quæ sunt fratrum, lucro pernicioso lucrifacientes. Nemo se ipsum seducat, tamquam inuenerit: neque enim fas est ei qui inuenit, lucrifacere. Ait Deuteronomium h: Viso frarris tui vitulo, & oue errante in via; ea ne despexeris, sed ea restitutione restitues fratri tuo. Sin autem frater tuus ad te non approximet, neque ipsum noueris; coges ipsum, & erit tecum, donec ea frater tuus quæsierit, & reddes ea: & sic facies de eius alino, ac facies de eius veste; sic facies post omnem perditionem fratris, quæcumque ipsi perierint, & tu inueneris. hæc Deuteronomium. In Exodo i autem non solum si quis res fratris, sed etiam inimici inuenerit, restitutione (inquit) restitues ipsa domino ipsorum. Si autem ab eo qui in pace & in otio delicatè vitam transigit, vel etiam ab inimico non licet lucrari: quanto minùs ab eo qui rebus aduersis premitur, & fugit, & necessitate coactus, propria derelinquit?

Alij autem se ipsos seducunt, pro suis propriis quæ perierunt, aliena quæ inuenerunt detri-

A derinentes: vt, quoniam Boradi & Gothi eis hostilia fecerunt, ipsi sint alijs Boradi & Gothi. Propterea ergo fratrem & consenem nostrum Euphrosinum ad vos misimus, vt secundum formam quæ hîc est, etiam ibi det similiter; & quorum accusationes admittere oporteat, & quos à precibus abdicare, istic similiter disponat. Denuntiatum autem est nobis, quippiam factum esse in nostra regione incredibile, vel vtrique infidelibus & impijs, & qui ne nomen quidem Domini nouere: quod nonnulli eò inhumanitatis, crudelitatisq; processere, vt captiuos aliquos, qui fugerunt, vi retineant. Mitrite aliquos in regionem, ne vel fulmina in eos cadant qui hæc agunt. Eos igitur qui inter barbaros enumerati sunt, & cum eis in captiuitate inuaserunt, obiti se esse Ponticos & Christianos, effertati autem, barbari que redditi, vt eos qui sunt huius generis, vel ligno, vel suffocatione interficiant, vias autem nescientibus barbaris ostendant; etiam ab auditione B arcere oportet, donec de his, congregatis sanctis, aliquid communiter visum fuerit, & ante eos sancto Spiritui.

QVORVM DAM SAKVITIA.

Eos autem qui alienas domos inuadere ausi fuerint; si accusati quidem conuicti fuerint, nec auditione dignos existimare: sin autem se ipsos enuntiarint, & reddiderint; in eorum qui conuertuntur, ordinem subterni. Eos autem qui in campo aliquid inuenerunt, vel in suis arduibus à barbaris relictum; si accusati quidem conuicti fuerint, sint similiter in ijs qui subternuntur: sin autem se ipsos enuntiauerint, & reddiderint, etiam precibus digni habeantur. Eos autem qui seruant mandata, absque turpi omni lucro seruare oportet, nec indicationis, vel custodiæ, vel inuentionis pretium, vel quocumque nomine appellent, exigentes. Fletus, seu luctus, est extra portam oratorij, vbi peccatorem stantem oportet Fideles ingredienti orare, vt pro se precantur. Auditio est intra portam, in loco, quem κερθηρα vocant, in ferula, vbi oportet eum, qui peccauit, stare post catechumenos, vique ad catechumenos, etiam illinc egredi. Audiens enim post Scripturas & doctrinam, eiiciatur, & precatione indignus censetur. Subiectio autem, seu substratio est, vt intra templi portam stans, cum catechumenis ingrediatur. Congregatio, seu consistentia est, vt cum Fidelibus consistat, & cum catechumenis non ingrediatur. Postremò est participatio sacramentorum.] hucusque Gregorij epistola, qua pœnitentium classes in Ecclesia & loca distincta pulchre referantur. Sed ad rerum gestarum seriem reuertamur.

XXIX. IN EOS QVI BONA RETINENT ALIO RVM.

LOCA DEVERSA PœNITENTIVM.

Dum adhuc autem ob Emilianum tyrannidem in Agypto, ac superingruentem luem Dionysius Alexandrinus Episcopus vexaretur; alijs insuper afflictionibus agitur. Quænam hæc fuerint, & qua occasione commotæ, iam enarrare aggrediamur. Oborta autem ac validius propagata ab auctore Sabellio, quam diximus, hæresi Sabelliana, quæ in sanctissima Trinitate personarum distinctionem ac proprietatem penitus auferebat, sicut vnâ tantum substantiam, ita pariter & personam in ea prædicans; Dionysius, quem diximus, Episcopus Alexandrinus, cuius præcipuè videbatur id esse muneris, vt sibi subditi hominis, nempe Libys errores reselleret, ac penitus confutaret, eruditas mox edidit in Sabellium lucubrations. Cuius quidem hæresin cum valentiùs oppugnare contenderet, & vehementiùs in eam obiteretur: dum personas accuratiùs distinguere, ac suis proprietatibus ab inuicem exactiùs discriminare curaret, in contrariam insecti visus est partem, nimirum diuinas personas non tantum ab inuicem distinctisse, suis proprietatibus singulis attributis, sed etiam diuississe ab inuicem.

XXX. DIONYSIVS LABORAT CONTRA SABELLIVM.

Pentapolitani autem quidam eum tamquam de fide non rectè sentientem detulerunt (vt æquum videbatur) ad primarium Antistitum omnium Iudicem Romanum Episcopum, eodem quoque nomine Dionysium appellatum. Hic coëgit Romæ ea de causa Episcoporum Concilium. Magni planè ponderis videbatur esse negotium, nõ tantum natura sui, quod de sublimi illa inperceptibili ac ineffabili agendum esset diuina substantia in personarum trinitate distincta, sed quod primi omnium, post ipsum Romanum Episcopum, Antistitis in Ecclesia Catholica esset causa tractanda. Conuentu igitur Romæ habito, cogitataque à maioribus tradita sincera fide ac stabilita; ipsum Dionysium Alexandrinum, quid de ea re ipse sentiret, vt litteris declararet, Dionysius Papa, pariterque Synodus vniuersa commonuit: cui & paruit, vt ex his, quæ dicturi sumus, apparet.

XXXI. CONCILIVM ROMAE HABITVM IN CAUSA DIONYSII EPISCOPI ALEXANDRINI.

Hæc autem sic se habere, sanctus Athanasius eiusdem Ecclesiæ Alexandrinæ postea Episcopus, in commentario, quem de Sententia Dionysij aduersus Arianos conscripsit, rem ab exordio repetens, sic testatur: In Pentapoli superioris Libyæ quidam Episcoporum sententias Sabellij amplectebantur: tantumq; earum commenta inualuerant, vt vix vlt-

XXXII.

DIONYSIUS
CAUSA
AGITAVIT
ROM. PONT.

ulterius Filius Dei in Ecclesiis predicaretur. Re cognita Dionysius, ad cuius curam eae A
Ecclesiae pertinebant, legatos misit, qui auctores harum rerum ab illis pravis opinionibus
retraherent. Illis autem nihil de stultitia sua remittentibus, impudentiusque in impietate
pergentibus, coactus est ad illorum improbitatem retundendam istiusmodi epistolam
scribere, & humanitatem Christi ex Euangeliis monstrare, ut illis audacius Filium
Dei abnegantibus, & humana eius Patri imputantibus, monstrata rei veritate, non
Patrem, sed Filium pro nobis hominem esse genitum, rudibus illis & incitis hominibus
Patrem non esse Filium persuaderet; & paulatim ad veram Filij deitatem credendam,
& Patris cognitionem evehere posset. Hic nimirum scopus est eius epistolae, quae ad re-
tundendam eorum perniciam, qui veritatem Filij mutare volebant, scripta est.] &
post multa: Idem igitur Dionysius ab Apostolis edoctus fecit, coactus ob Sabellij hære-
sin, quae iam irrepserat, istiusmodi epistolam scribere, verbaque illis quae humanitas & B
humiliter de Salvatore sonant, obicere; ut rebus humanitatis eius intersperantur, quod
minus Filium Patrem esse dicerent: faciliorem illis viam ad credendam Filij divinitatem
strueret in illis epistolis.] haec & alia plura Athanasius de epistola tunc à Dionysio scri-
pta ad Euphanorem atque Ammonium.

XXXIII.
DIONYSIUS
IN CRIMEN
ADDUCTUS
ARIANAE
HAERESIS.

Quo modo autem à quibusdam Pentapolitanis eius sententia in deteriore partem
accepta fuerit, perinde atque id de Filio Dei sensisset Dionysius, quod postea Arius sen-
sit: ob eamque causam ipsum Dionysium suum ipsorum Episcopum reum impietatis
constituerint apud Dionysium Romanæ Ecclesiae Episcopum; idem sanctus Athanasius
in commentario, quem de Synodis scripsit, testatur his verbis: Duo enim Dionysij diu
ante eos septuaginta fuere, qui Samosatensem sustulere, quorum alter Romæ, alter Alex-
andriæ Praeful erat. Ibi cum quidam Alexandrinum Episcopum apud Romanum accu-
sarent, quasi qui Filium, opus, & non consubstantialem Patri diceret: & Synodus Ro-
mæ coacta indignè tulit, & Romanus ad cognominem sibi Episcopum omnium senten-
tiam perscripsit: & iam inde ille se ad defensionem parans, libello suo titulum Refuta-
tionis & Apologiae indidit, & in haec verba ad Romanum scripsit.] cum iam antea idem
Dionysius Alexandrinus, aliis ad Romanum Pontificem datis litteris, se excusasset, sicut
ipse declarat his litteris inter alia:

XXXIV.

Ego & in alia epistola scripsi, vbi ostendo crimen, quod deferunt contra me, falsum
esse: quasi qui dicerem, Christum non consubstantialem esse Deo. Nam tamen dico me
id non reperisse, nec legisse alicubi in Sacris litteris: rationes tamen nostrae, quas retine-
runt, non abluunt ab hac sententia. Nam & humanum partum pro exemplo adduxi
haud dubiè congenerem; idque in verbis meis, addens, omnino parentes eò solùm alios D
esse à liberis, quod illi ipsi sui liberi non sint: alioqui necessarium fore, ut nec parentes, nec
liberi sint. Epistolam (ut dixi) ob casum temporum proferre non possum. Si autem tibi
verba mitto, multo libentiùs totum exemplar misissem, quod vbi nactus fuero, non omit-
tam. Scio & memor sum, me plurimas congenerum similitudines adhibuisse: nam &
plantam dixi e semine aut radice pullulantem, aliud esse ab eo vnde progerminatur, &
tamen cum eo prorsus esse eiusdem naturae: & fluuium e fonte promanantem, aliam for-
mam nomenque accipere; neque enim fontem fluuium, neque fluuium fontem appel-
lari; & tamen ambos existere, & fontem instar Patris esse, fluuiumque quasi Filium esse,
qui ex fonte gignatur.] hucusque ex Dionysij Alexandrini epistola Athanasius.

XXXV.
TEMPVS
DATAE EPI-
STOLAE.

Quod igitur ob casum temporum, sibi tomì à se conscripti mittendi non esse facultatem
dicat: planè se illa scripsisse tempore ingruentis belli Alexandrini, vel pestis obortae quam E
diximus, significare videtur; utpote quod sibi Alexandria absentem, librum illic positum ac-
cipere atque mittere non licet. Citat eandem Dionysij epistolam idem Athanasius alibi
quoque agens contra Arianos: additque ex eadem non tantùm quae dicta sunt ea epistola,
quam tunc ad Dionysium Pontificem scripsit, Dionysium Alexandrinum professum esse:
sed neque opus aliquod esse, neque creaturam Verbum Dei, sed proprium paternae sub-
stantiae germen, idque indiuisibile, ut sancta Nicæna Synodus postea declarauit.

XXXVI.
DIONYSIUS
PLENE PVR
GATVS.
Athanasij
de sententia
Dionysij.

Quo modo autem non tantùm his litteris, aliisque antè vel post datis, idem Diony-
sius Alexandrinus apud Dionysium Papam suam causam egerit, sed pleniori de ea re
scripta Apologia eidem in omnibus satisfecerit; idem qui supra sanctus Athanasius affir-
mat, rem ab exordio auspiciatus his verbis: Cum igitur Dionysius Episcopus certior fa-
ctus de Pentapolitanis, zelo religionis hanc epistolam (quemadmodum dixi) contra he-
reticam

A resin Sabellij ad Ammonium & Euphranorem scripsisset: quidam ex Ecclesia rectè qui-
dem sentientes, sed tamen ignari eius causae cur ita ab eo scriptum esset, Romam ascen-
derunt, ibique cum apud Dionysium eiusdem nominis Romanum Praefulem accusa-
runt. Re comperta, Alexandrinus simul & contra Sabellij sectatores & Arij dogmata,
propter quae ab Ecclesia eiectus fuit, volumen composuit: vbi aequales, sed tamen con-
trarias hæreases esse docet in Sabellij dogmatibus, & blasphemis eorum, qui dicunt, Dei
Verbum, opus vel creaturam esse: potulauitque à Romano Praefule, ut obiecta sibi in-
dicarent. Quibus acceptis, opus edidit sub nomine Elenchi & Apologiae: vbi sceleratam
officinam Christi rebellium redarguit, & quo pacto hanc infamiam contra ipsum exci-
tarint, demonstrat.] & paulò post:

Quod autem ad Praefulem Alexandrinum Dionysium attinet: ex Apologia eius satis
B apparet, eum non illius sententiae, cuius isti dicunt, fuisse, aut quidquam prauarum
opinionum Arij accepisse: immò potius scripta illius efficaciter demonstrant, calum-
nias esse, quibus vulgò impetitus sit: non enim rixandi animo, sed sui purgandi, Apo-
logiam scripsit. Certè qui suam innocentiam purgat, quid aliud facit, quam quòd cri-
men diluit, & Arianos sycophantas ostendit? Ceterum ut ea ipsa innocentissimi viri
Apologia grauius confundantur, appareatque ipsos malitiosos, Dionysium verò ab
eorum erroribus liberum: dabo operam ut ipsius verba in medium proponantur. Princi-
pio epistolae suae, &c.] prosequitur Athanasius ab ipso epistolae Apologetice titulo ipsam
integram demonstrare Catholicam, ac declarare ipsum Dionysium omni ex parte cum
Orthodoxis de fide sensisse.

Qui igitur vnam illam priorem ad Ammonium & Euphranorem Dionysij legebant
C epistolam, ex ea fortasse aliquid suspicandi de Dionysio potuissent occasionem
qualemcumque arripere: quamobrem lectores omnes idem sanctus Athanasius iure prouo-
cat ad reliquas eo argumento ab ipso scriptas epistolas perlegendas; ex quibus, quænam
qualisve eius de diuinitate Filij Dei esset sententia, perspicue & absque ambiguitate ali-
qua posset intelligi. Nam superius hæc ait: Ceterum quia occasionem calumniandi
Episcopi ex quibusdam particulis eius epistolae sese habere arbitrantur, age particulas il-
las inspiciamus, ut inde eorum vanitas appareat, & definant vel serò tandem inter se bla-
sphemare Dominum; & confiteantur Iesum vel cum militibus, conspecto rei naturae te-
stimonio, verè esse Filium Dei, & nequaquam creaturam. Dicunt igitur (Arianos videli-
cet) in epistola beati Dionysij scriptum haberi, Filium Dei, opus & quiddam factitium
eius, neque Patri naturaliter suum & proprium, sed alienum ab illius substantia, qualis
D est vitis à natura agricolae, aut nauis fabri; eundemque, quia opus est quoddam condi-
tum, non fuisse antequam fieret.

Scriptis Dionysium istius generis epistolam agnoscimus: verum non hanc solam, sed
plurimas ab eo postmodum scriptas esse dicimus; quas ab istis quoque legi oportuit, ut ex
omnibus simul, non ex vnica dumtaxat iudicium de eius fide constitui posset: non enim
fabri peritia solertiaque, qui multas triremes aedificauit, ex vnica naui, sed ex omnibus si-
mul diiudicari debet. Si igitur simpliciter, tamquam qui fidem suam edere profiteretur,
hanc epistolam scripsit: esto, accusent eum ut velint, non enim crimine caruerit istiusmo-
di sententia. Quòd si temporis & personae ratio eum ad talia scribenda traxit, aliasque
postmodum epistolas subdidit, quibus se de suspitione purgat: non oportuit, ommissis cau-
tis cur ita scribendum fuerat, homini temerè odium conciliare.]

Hæc & alia plurima de eo Athanasius: qui aduersarios sæpè prouocat ad ea quae
idem Dionysius Alexandrinus in suae defensione causae scripserat ad Dionysium Roma-
num Pontificem. nam inter alia quae scriptis prodidit Alexandrinus, hæc alibi idem Atha-
nasius: Sunt autem ea quae in primo volumine Elenchi & Apologiae post cetera scripta
reperias: Numquam fuit, quando Deus non erat Pater. Et in sequentibus agnoscit
Christum Verbum & Sapientiam & Virtutem fuisse: nihil enim horum, cum Deus
existeret, factum esse; neque posterius Filium genuisse, Filiumque non ex se, sed ex Pa-
tre essentiam nactum esse. Et paulò post ita de eodem dicit: Iam quia splendor est æter-
nae lucis, omnibus modis ipse quoque aeternus est. Luce enim semper existente, certum
est & splendorem semper existere: eò enim lucem esse, quòd splendet, intelligitur: non
enim fieri potest ut lux non luceat.]

Hæc autem in Apologia Dionysij Alexandrini scripta ad Dionysium Papam ex multis
Annal. Eccl. Tom. 2. D d d atti

NONNVLII DECEPTI DE DIONYSIO.

attigisse nos oportuit: quod sciamus nonnullos, ad quos nonnisi prima illa epistola ad Euphranorem & Ammonium scripta peruenisse videatur, neque legisse citata Athanasij pro Dionysio scripta, paulo liberius (venia ipsorum dixerimus) quam par erat, de Dionysio esse locutos: quod & in Notationibus nostris ad Romanum Martyrologium tractasse meminimus; hic verò, quod ratio suscepta postulat, sumus fusiùs profecuti. Gennadius igitur Massiliensis cum longioris spatij interuallo ab Ægypto, quam Græci, distaret, atque Dionysij Alexandrini lucubrationes omnes minùs perfectas haberet; ed faciliùs de eodem Dionysio decipi potuit, cum inconsultè nimis hoc de eo in commentario * illo de Ecclesiasticis dogmatibus, qui interdum sancti Augustini nomine perperam inuenitur esse citatus, scriptum reliquit: Nihil creatum, aut seruiens in Trinitate credamus, vt vult Dionysius fons Arij.]

XLII. DECEPTUS EST IN EO & RUFFINUS Aquileiensis, dum existimauit, Dionysij Alexandrini qui videntur errores, non fuisse ab eo conscriptos, sed ab Arianis additos: nam nequidquam huiusmodi Athanasius, pro eo scribens Apologiam, causatur: sed illa vt ab eo sunt scripta, integra atque sincera perseuerasse indicat; quibus ipsum rectè sensisse, perspicuè innotesceret. Certè si legisset sancti Athanasij pro Dionysio defensionem superius recitatas; apertè nouisset, non (vt putat) Athanasium expoistulare, quod ab Ariamis aliquid fuerit additum ad Dionysium, sed potiùs ex scriptis illius minùs plenè accurate consideratis, illum renitentem coëgisse suis ipsorum erroribus adstipulari. Sed & magis miramur, sanctum Hieronymum c, ea omnia à Ruffino conscripta disquirentem, ac confutantem, eum huius erroris arguere prætermisisse.

c Hier. Apolog. aduersus Ruffin. lib. 2.

XLIII. CONSULTUS AUTEM SANCTUS BASILIUS à Maximo philosopho, quid de Dionysio sentiret, suam ad eum rescribens sententiam his propemodum verbis significauit: Quæ de rebus Dionysij sciscitatis: venerunt quidem ad nos admodum eius multa: libri verò nondum adsunt; atque idè nihil dum misimus. Est autem hæc nostra de eo sententia: Non omnia viri huius laudamus; sunt quæ prorsus etiam damnamus. Ipse propemodum (quantum nobis liquet) primus hominibus istius impietatis Anomianæ, quæ iam passim obstrept, seminaria præbuit. Causam verò huius non puto animi malitiam esse; sed quod vehementer cupit oblectari Sabellio. Soleo itaque illum similem estimare plantatori cuiquam, qui recentis plantæ correcturus auersionem, ita immoderatè illam retorquet, vt à medio aberrèt, & ad contrarium latus ramulum abducat. Tale quid & ab hoc viro factum deprehendimus. Hic nempe dum impietati Libyanæ se opponit acriore impetu, minùs prudenter sibi prospiciens, in malum huic oppositum præceps abiit, & quidem nimio contendendi studio. Satis enim, huic fuisset, si argumentis doceret Patrem & Filium non idem esse in subiecto personali, vt palmarium præsumptæ victoriae ex hoste blasphemio, nimirum Sabellio, reportaret. Atqui is Dionysius, quod vnum expetebat, perspicuè admodum obtinuit, sed ex superfluo. Nam non solum diuersitatem τῶν ὑποστάσεων, hoc est, personarum, sed & τῆς οὐσίας, hoc est, essentię differentiam constituit: potentiam Filij imminuit, & ipsius gloriam immutat ac maiestatem. Hinc adèd contigit, vt malum permutauerit malo, atque aberrarit à scopo rectissimæ ac sincerioris doctrinæ: quo factum est, vt varius sit deprehensus & inconstans in conscriptionibus suis: & quidem tollit nunc τὸ ὁμοῖον, coëssentiale per ea, quibus in recta constitutione τῶν ὑποστάσεων, personarum scilicet, minùs rectè vsus est: nunc contrà admittit, dum responderet eiusdem nominis Dionysio. Nec his contentus, & de Spiritu sancto voces edidit, quæ nulla prorsus sui parte competunt sancto Spiritui: diuinam illi atque adorandam adimens maiestatem, & eundem ad hæc inferiora deuexum creatæ annumerat ac seruii naturæ. Vir igitur hic talis est.] hucusque Basilius de Dionysio.

XLIV. VERUM LICET MULTA à Dionysio scripta sibi innotuisse dicat, litterasque ab eo ad Dionysium Romanum datas legisse; tamen quatuor Apologeticos libros ab eodem ad ipsum Romanum Pontificem pro sui defensione conscriptos minime visus est habuisse compertos. quod ipse, suæ ipsius sententiæ exordio sic præfatus, affirmare videtur, cum ait: Venerunt quidem ad nos admodum multa, libri verò nondum adsunt.] per libros autem intelligi Apologeticos commentarios ad Dionysium Pontificem datos, Eusebius c & sanctus Hieronymus f satis apertè declarant his verbis: Præter epistolas (inquit Eusebius) Dionysij supra memoratas, aliæ complures eius extant epistolæ: vt illæ quæ sunt contra Sabellium ad Ammonem Ecclesię Bernicenis Episcopum missæ, & ea quæ ad

DE APOLOGETICIS LIBRIS DIONYSII. c Euseb. li. 7. cap. 22. f Hieron. de Script. Eccl. in Dionys. Alex.

I clef-

A Telesphorum, & quæ ad Euphranorem data fuit: alia item ad Ammonem & Euphorum. quatuor item libros de eodem argumento, nempe contra Sabellij hæresin composuit, quos gentili suo Dionysio, qui Romanus erat Episcopus, dedicauit.] hæc Eusebius, eadem Hieronymus. Hos itaque quatuor libros ad Dionysium Romanum scriptos, continuisse suam defensionem de iis quæ antea minùs accurate à se conscripta, aliis eum accusandi apud Romanum Pontificem dederant occasionem, sanctus Athanasius in locis citatis sæpè testatur.

Cum igitur patens sit, nec sanctum Basilium omnia ab eo scripta eo argumento tunc habuisse comperta; nec insuper Apologeticum librum, pro eodem ab Athanasio editum, eidem innotuisse: haud mirum, si de Dionysio, licet excuset, paulo tamen liberius videatur esse locutus. Præterisse planè sanctum Basilium (vt diximus) quæ pro Dionysio ab Athanasio scripta erant; euidens illud est argumentum, quod cum ipsum Athanasium, & quæ ab eo scripta fuissent, summopere consueuerit obseruare atque colere, de Dionysio quid sentiendum, suam dicturus sententiam, nullam prorsus (quod argumenti ratio exigebat, vel leuiter saltem per occasionem Athanasij meminisse) habuerit mentionem, nec quidquam etiam de eius ventilato Romæ iudicio attigerit, quod ex S. Athanasij citatis scriptis facile perdiscere potuisset.

Illis demum acceptis atque inspectis, tantum abest vt eum (quod antea fecerat) de Spiritu sancto malè locutum, & amplius accusauerit; quin potiùs quæ ab illo scripta essent eo argumento, in sui defensionem adduxerit. nam de Spiritu sancto ad Amphiloichium a scribens, ipsum Dionysium, hoc præmissis præconio, locietari sanctorum coniunctum adducit in medium, dicens: Ceterum cum apud me reputo, si quis veterum ac beatorum virosum his quibus nunc reclamatur vocibus vsus sit: multos reperio, quibus antiquitas fidem conciliat; qui iuxta exactam eruditionem, non iuxta horum temporum homines, quorum alij præpositione, alij coniunctione in glorificatione sermonem copulant, statuerunt nihil referre sanè quod ad rectam attinet pietatis intelligentiam. Irenæus ille, & Clemens Romanus, & Alexandrinus Dionysius (id quod etiam auditu mirum est) in secunda ad sui cognominem epistola de accusatione ac defensione, hunc in modum finit sermonem (transcribam autem vobis ipsa verba.) His (inquit) congruenter, & nos etiam, forma regulæque à senioribus qui ante nos vixerunt accepta, concordibus vocibus cum illis gratias agere, ac nunc etiam vobis scribere desinemus. Deo autem Patri, & Filio Domino nostro Iesu Christo, cum sancto Spiritu, gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.] hæc ex eo.

Potèrò cum idem Basilius impugnaretur ab æmulis, perperam sentire de Spiritu sancto: haud sibi citandus fuisset Dionysius, si æquè, vt ipse, eiusdem criminis in suspicionem potuisset adduci: cum potiùs conuenienter cum Dionysio accusari potuisset, quam eius testimonij auctoritate defendi, quam ergo nuper citauit secundam Dionysij Alexandrini ad Romanum Dionysium scriptam epistolam, alia prorsus diuersa erat ab illa, quam ad eum primò respondens conscripsit, cuius meminit in superius citata ad Maximum data. Sed (vt existimo) hæc ad Amphiloichium allegata secunda ad Dionysium scripta epistola, liber erat vnus ex illis quatuor; quem, quia inscriptus adinstar epistolæ ad Dionysium Papam esset, appellat secundam epistolam: nam & Eusebius b testatur, libros Dionysij, pluribus verbis compositos, præ se tulisse epistolarum formam.

Sed quid iam de Dionysio sentiendum sit, haud dignum est, vt re iudicata in pleno Episcoporum conuentu, eidemque Dionysio adiudicata, in controuersiam iterum deducatur. Fixum ergo stabileque permaneat, quod in ea causa Romæ hoc tempore definitum esse cognoscitur; quodque oppugnantibus eum accusatoribus, & ipso, iterum atque iterum missis Romanæ defensionibus, se purgante atque defendente, est maturo consilio declaratum. Absolutum namque eo iudicio fuisse Dionysium Alexandrinum, S. Athanasius c eo euidenti planè significat argumento, quo ait: Magni certè argumenti est, nihil eos (nempe Arianos) veri dicere, & calumniis virum premere; quod ille numquam ab aliis Episcopis de impietate conuictus est: neque hæresin propugnando, ab Ecclesia secessit; sed in ea cum pietate obdormiuit: quodque eius memoria hætenus cum Patribus hucusque celebrata est, & in catalogum relata. Qui si cum istis eiusdem opinionis fuisset, aut si scriptorum suorum rationem non reddidisset: minime dubium, quin eadem, quæ illi, passurus fuisset.] nempe quod sede priuatus, ab Ecclesia excidisset. Rursum post multa,

Annal. Eccl. Tom. 2.

D d d 2

hæc

XLV. EXCVSATOR S. BASILII.

LXVI.

a Basil. ad Amphiloich. cap. 29.

BASILII DE DIONYSIO MUTATA SENTENTIA

XLVII. NOTIOR FACTA BASILIO SCRIPTA DIONYSII.

b Euseb. lib. 7. cap. 21.

XLVIII. DIONYSIUS ABSOLVTVS.

c Athanas. de sent. Dionysij contra Ariam. PROCVL A SENTENTIA ARII DIONYSIUS.

hæc ibi de eodem quoque Dionysio: Quid igitur simile habuit Arii hæresis, & Dionysij A sententia? Aut quid est, cur Dionysius vt Arianus nominari debeat in tanto inter vtrumque discrimine: cum hic sit Catholicæ Ecclesiæ magister, ille autem nouæ hærescos inuentor? Sanè quidem Dionysium ipsum vsu esse voce Consubstantialis, tum etiam legitur in eius epistola contra errores Pauli Samosatani, idque ex maiorum traditione, cum ait: Desertum dicis eum qui erat natura Dominus, & Verbum Patris, per quem omnia Pater fecit, & quem sancti Patres ὁμοούσιον Patri vocauerunt.] hæc ipse.

XLIX. LAVDDES DIONYSII EX EIVS HOSTE.

Sed ad Dionysij laudes vt tandem coronidem imponamus, eamque ex testificatione quoque hostium comparatam: Paulus Samosatenus, hæresiarca omnium scelestissimus, & ipsi Dionysio infensissimus, vtpote qui à nullo magis quam ab ipso fuerat scriptis exagitarus atque depressus: hic, inquam, in exordio decem quæstionum, quas ad eumdem Dionysium scribit, sic ad eum præfatus est: Honoro vos, tamquam honore dignos propter multam ætatem, & quia stigmata Christi fertis in corpore vestro. etenim vt cetera omnia omitam, admiror sapientiam & prudentiam. Contumelias verò in me vestras nihil curo. Quòd me anguem serpentem vocas, &c.] Sed de Dionysij causa hæc tenentur.

L. PRAECIPVVM TRIBVNAL ECCLÆSIÆ.

Ex his igitur quæ in Dionysij Alexandrini causa, testimonio sancti Athanasij, Romæ apud Dionysium Papam iudiciali examine aditata noscuntur, accusantibus apud eum Episcopis Pentapolicanis Alexandrinum crimine hæresis, eodemque causam dicere iusso, seque ipsum per litteras atque libros Apologeticos defendente: non est qui non videat (nisi qui spontanea affecti cæcitate, ne tam perspicua videant, claudunt oculos) toto cælo patere, in Ecclesia Romana primum erectum stare tribunal, ad quod principaliores causæ è remotioribus etiam Orbis partibus deferri solerent: audireque ipsum Romanum Episcopum prærogatiua Apostolicæ sedis de fide sententias, cognoscere causas Episcoporum; hisque auditis ac cognitis, cum fratribus communicato consilio, causas maximas auctoritate Pontificia dehnire: prout, S. Athanasio teste, in causa eiusdem Dionysij factum esse conspicitur.

LI. DIONYSII PAP. SCRIPTA. Athanasius contra hæresin Arian. doct.

At ne quouis prætextu Pentapolicani fouerent (quod hæcenus fecissent) dogma Sabellij, idem Dionysius Pontifex Romanus, non satis sibi visus damnasse cum dogmate suo impium hæresiarcham, etiam contra illius sectatores hæreticos Sabellianos edidit commentarium, quem idem qui supra sanctus Athanasius, a, citat, cum ait: En tibi rursum (inquit) alterum Dionysium Romanum Episcopum, ita in scriptis suis contra Sabellianos, eosque qui talia dicunt, expostulantem, &c.] Rursum verò ne occasione vitandæ hæresis Sabellianæ in contrariam quis præceps ferretur sententiam, qua non persona tantum, sed & natura distingueret à Patre Filium (quod fecerunt postea Arriani) aduersus eiusmodi oppositam illi impietatem commentarium elucubrauit, cuius his verbis idem sanctus Athanasius meminit b: Porro ex Dionysij Romani Episcopi voluminibus, contra eos qui Filium Dei, opus aut creaturam asseuerant, scriptis clarè ostenditur, hæresin Christo rebellium Arianorum non tunc iam primum, sed olim ab omnibus damnatam fuisse.] hæc Athanasius. Ex quibus planè videas, ipsum Dionysium Romanum Pontificem, vt quisque declinaret extrema, mediam ac planè regiam strauisse viam: atque, perinde ac optimus in exercitu Imperator, sic cornui dextro periclitanti tulisse suppetias, vt tamen incolumitati sinistri consultum in omnibus esse voluerit, atque ita in hunc modum sinceræ fidei veritati omni ex parte esse prospectum. At de Sabellianis, atque controuersis quæ occasione hæresis Sabellianæ obortæ sunt, modò satis: in posterum autem E pro temporis ratione de iisdem sæpius sermo erit.

LII. FESTORVM DIERVVM CELEBRATIO.

Ceterum quod ad statum reliquum Ecclesiæ Alexandrinæ pertinet: de sedatis iam ciuilibus dissensionibus Dionysius Alexandrinus scribens hoc anno ad Hermammonem & alios Ægypti Episcopos, firmiter asseuerans, in ea epistola post multa hæc habet in fine: Octauo Imperij anno præterlapso, iam nonum annum Gallienus agit, in quo nos festa lætis animis celebremus.] quibus planè significat, tumultus illos iam anno præterito inchoatos esse, hocque anno sopitos, ipsumque Dionysium Alexandriam reuersum. De reliquis autem turbis in Ægypto excitatis occasione Nepotis, dicemus anno sequenti.

Christi Domini nostri annus ducentessimus sexagesimusquartus, Consulibus Albino & Maximo, à Cassiodoro & aliis adscribitur Fastis.

Quo quidem licet ab hostili tumultu tunc temporis Ægyptus quieuerit; tamen nouis emergentibus quorundam occasione tumultibus, Ecclesia in ea posita nonnihil fuit exagitata. Nepos enim Episcopus in Ægypto, professor religionis Catholicæ, sententiam illam de Millenario à Papiæ olim, Irenæo, Iustino martyre, Tertulliano, atque aliis quoque assertam, necdum ab Ecclesia omnino proscriptam, adeò vehementer, scriptis ea de re voluminibus, propugnare conatus est, vt complures sibi adsciuerit sectatores: qui, ipso quoque ex hac vita sublato, nihilominus eius dogma adeò pugnaciter stabilire conati sunt, vt à recto tramite veritatis tuendæ deflexerint: quorum ea de re sententiam iam in hæresin erumpentem Dionysius Episcopus Alexandrinus tum scriptis, tum etiam viuæ vocis oratione compressit, & penitus confutauit. Quo modo autem hæc se habuerint, Eusebius a ex scriptis ipsius collectam orationem instituens, sic narrat:

I. NEPOS EPISCOPVS ASSERTOR MILLENARIÏ.

Præter ista omnia Dionysij opera, alij duo libri de Promissis erant ab eo elaborati. Causa cur hos scripserit, erat Episcopus Ægypti, nomine Nepos: qui promissa in sacris Scripturis sanctis viris factitata, in hoc sæculo (sicut Iudæi somniant) præstanda fore docuit; hominibusque persuadere laborauit, eos certo quodam millenario annorum numero in deliciis corporeis & voluptate in terra victuros. Qui cum putaret se ex Ioannis

a Euseb. li. 7. cap. 19.

II. DIONYSIVS LABORAT CONTRA MILLENARIOS.

Apocalypsi suam opinionem posse obtinere, librum quem ἐλεγχον ἀλλυγοειδῶν, id est, reprehensionem eorum qui allegorias componunt, inscribat, de hoc argumento edidit. Cui Dionysius, in duobus illis libris quos de Promissis contexit, acriter contradicit. In priore suam ipsius sententiam de eo dogmate exponit: in posteriore autem de Ioannis disputat Apocalypsi. In cuius initio de Nepote mentionem faciens, ita scribit: Quoniam librum quemdam Nepotis pro se asserunt, quo quidem perinde ac si in illo certis indubitatisque argumentis Christi regnum in terra futurum probatum esset, magnopere niti & confidere videntur: dicam equidem quod sentio.

Quamquam non modò pro multis aliis rebus Nepotem amplector & diligo, vt pro fide, pro studio in doctrina posito, pro assidua in Scripturis exercitatione, pro nonnullis quoque ac variis psalmis hymnisque ab eo compositis, quibus hucusque nonnulli fratres libenter vtuntur, verum etiam propterea quòd ex hac vita migravit, hominem multò magis reuereor: Veritas tamen multò amicissima est, & omnibus rebus meritò anteponi debet. Ac si quid restè dicatur, laudandum illud quidem sine inuidia: sin quidquam parum sincerè & integrè sit scriptis mandatum, hoc cum diligentia & exquirendum, & cogruendum contra aduersarium, qui coram adest, & verbis solùm ac sermone opinionem suam tueri laborat. colloquium absque scripto, quod partim interrogando, partim respondendo iis qui nobiscum ex aduerso pugnant, persuadere, eosque in nostram sententiam pertrahere solet, satis profectò momenti habebit & ponderis.

III. HYMNI SACRI A NEPOTE COMSCRIPTI.

Verum cum opus scriptum nobis obiectum sit, illudque (vt quibusdam placet) ad persuadendum valentissimum: cumque doctores eius sectæ, Legem & Prophetas pro nihilo putent, Euangelia sequi negligant, Apostolorum epistolas deprauent: huius tamen operis, quod, dixi, doctrinam, tamquam magnum aliquod & abstrusum mysterium complectentem, asseuerent: cumque fratres nostros aliquanto simpliciores & magis imperitos, de sublimi & admirando opere, vel gloriosi vereque diuini Domini nostri aduentus, vel nostræ à mortuis resurrectionis, vel cum Domino coniunctionis, consociationisque, & ad eius immortalem naturam assimilationis non aliquando cogitare sinant; sed illis persuadere conentur, in regno Dei abiecta & mortalia præmia, qualia ab hominibus in hac vita expectare solemus, tandem futura: nobis certè necessarium arbitror, aduersus istum fratrem, quem dico, Nepotem, perinde ac si præstò adesset, acuta ratione disceptare. Deinde quibusdam adiectis, sic loquitur:

IV. MILLENARIORVM FRAVDES.

Cum essem in loco quodam qui Arsenoites dicitur, vbi (vti nostis) iam pridem hoc dogma prodiit in lucem, sic vt non modò schismata nascerentur, sed integræ Ecclesiæ à fide deficerent: presbyteros eius sectæ, qui fratribus in singulis pagis vndique prædicabant

v.

DIONYSIVS bant verbum Dei, conuocauit, eosque magnopere cohortatus sum, vt palam, presentibus fratribus, audiretque cupientibus, illorum doctrina exquisitè discuteretur. Atque cum librum, qui illis erat tamquam quoddam propugnaculum & murus inexpugnabilis, ad me attulissent: confidens vno loco cum illis, toto triduo à primo mane vsque ad vesperam, quæ in eo scripta erant, studiosè refutare conabar. Ibi tum quidem certè fratrum constantiam, studium veritatis, facile obsequium & prudentiam ad eò supra modum admirabar, quòd tam præclaro ordine & tanta cum modestia rogabant, disceptabant, nobisque assentiebantur, atque etiam tam diligenter præcauebant, ne illis quæ fuerant antè ab ipsis decreta, si quidquam in eis veritati repugnare videretur, mordicus adhererent: quin etiam contrarias rationes minimè omitebant nobis opponere; sed quoad eorum fieri poterat, ea quæ erant ab ipsis proposita, munire & defendere tentabant: & contra vbi poscebat ratio, sententiam mutare, & nostro assentire iudicio, eos ne utiquam omnino pudebat. Denique conscientia integra, sincera cogitatione, & puris erga Deum ac simplicibus animis, ea quæ erant firmis rationibus & testimoniis à sacris litteris depromptis confirmata, admodum approbabant.

VI. Ad extremum huius doctrinæ princeps & dux Coracion, omnibus fratribus, qui aderant, audientibus, palam confessus est, nobisque attestatus, neque se velle deinceps (quandoquidem aduersariis rationibus se putabat satis abundè esse conuictum) illi dogmati animum adhibere, neque de eo differere, neque mentionem facere, neque aliquando illud vsquam docere. Vnde alij fratres, qui aderant, pro ista disceptatione in publico Ecclesiæ conuentu habita, proque omnium conciliatione & concordia, maximam lætitiã animis conceperunt.] hucusque de Millenariis Dionysius, quæ sunt ab Eusebio recitata. Quæ verò ex eiusdem auctoris libro idem ^a exscripsit atque contexit de controuersia olim excitata, & à Dionysio fustis disputata de libro Apocalypsis, sancti Ioannis Euangelistæ ne sit, vel alterius Ioannis, quoniam ea de re superius actum est copiosè, hic repetere prætermitimus: nec de Millenariis longius se extendet oratio, quæ alibi prolixiorum de ea re est profecuta narrationem. Quo modo autem ea sententia sæpè compressa reuixerit, suo loco dicturi sumus, nempe cum agemus de Apollinari Laodiceno, qui duos illos à Dionysio conscriptos de Promissionibus libros, contrariis scriptis editis, ausus est impugnare, quod testatur ^b S. Hieronymus: qui & ait, ab eodem Dionysio scriptum fuisse commentarium aduersus S. Irenæum, eiusdem quoque sententiæ assertorem.

C Quod verò spectat ad sacros hymnos à Nepote conscriptos: imitatus eum quoque fuit idem Apollinaris, qui quamplurimos scripsit hymnos Ecclesiasticos. Sed & quem Bardesanis Syri fuisse filium Harmonium superius diximus, itidem hymnos elaborasse, affirmant Theodoretus ^c atque Sozomenus ^d. Cum verò iidem essent heretici, atque in hunc modum aureo calice Babylonis malæ doctrinæ venena Fidelibus propinarent: excitauit Deus spiritum sanctorum suorum, vt ad pietatem homines instituentes, longè præstantiores conscriberent sacros hymnos. nam (vt iidem testantur) ad explendos illos impietate refertos hymnos Harmonij, S. Ephræm contrarios illis scribens, Syris canendos tradidit. Sed & Gregorius Nazianzenus cygnæo planè cantu Apollinarium impium stridentem silere fecit. Nec his caruit Occidentalis Ecclesia: complures enim habuit grauissimos viros, qui, diuino afflati Spiritu, cecinere in Ecclesia sacros hymnos, vt Damasus Papa, Ambrosius, Paulinus, Prudentius, Marius Victorinus, Prosper Aquitanus, Alcimus Auitus, Sidonius Apollinaris, Venantius Fortunatus, & alij prope innumeri vsque in præsens sæculum, quod præ ceteris eius facultatis eruditus viris abundasse videtur. inter eos autem mira claritudine effulgere R. D. Læuinum Torrentium, Episcopum Antuerpiæ, edita ab eo summa tum pietate tum venustate poemata satis docent: hic illi honestissimus ludus, cum ab ingruentibus pastoralibus curis, quibus inuigilat, animum interdum auocare conceditur. Effet sanè plures adnumerare huius facultatis viros cum maximè pios, tum etiam egregiè eruditos: sed aliud tendit oratio: ad hæc enim occasione Nepotis hymnorum digressi sumus propemodum nescientes. Porro scriptum à Nepote librum, quo sententiæ Millenarij visus est nimis ardens assertor, Gelasius inter quilibet apocryphorum coniecit.

D In hunc modum se habentibus rebus Ecclesiasticis, nouis rursus tyrannis exagitur Romanum Imperium, Trebelliano ab Isauris Imperatore creato; & in Africa auctore Vibio Passieno Proconsule, quem putamus successisse Galerio, & Fabio Pomponiano duce

E limitibus Libyci, appellatus est Imperator Celsus: sed ambo hi quam primum sublati sunt; illo à Gallieni duce Causisoleo, hoc verò à Siccensibus populis Gallieno addictis, septimo die occisis. Sed & Saturninus, fortissimus dux, & ipse à suis Imperator acclamatus, post aliquot menses ab iidem necatus est. idem quoque & de aliis Trebellius narrat. Res planè maiori consideratione digna, quoniam pacto accidisse potuit, vt sub triginta tyrannis valeret Imperium Gallieni subsistere, hominis alioqui ignauissimi, atque penitus effeminati: cum vel vnus tyrannus (quod de aliis accidit) plus satis sufficere potuisset, vt inter popinas atque lenones agentem Principem è medio tolleret: cum præsertim Trebellio auctore constet, omnes duces exercitus, qui aduersus Gallienum rebellauerunt, fuisse fortitudine & consilio præstantissimos, quos ad barbaros debellandos Valerianus summa prudentia atque iudicio delegisset. quod admirans Trebellius, ait: Mirabile hoc fuit in Valeriano Principe, quòd omnes quoscumque duces fecit, postea militum testimonio ad Imperium peruenerunt: vt appareat senem Imperatorem in deligendis Reipublicæ ducibus talem fuisse, qualem Romana felicitas, si continuari fataliter potuisset, sub bono Principe requirebat. Et vtinam vel illi, qui arripuerant imperia, regnare potuissent, vel eius filius Gallienus in Imperio diutiùs non fuisset, vt liberè se in suo statu Respublica nostra tenuisset. Sed nimis sibi fortuna indulgendum putauit, quæ cum Valeriano & bonos principes tulit; & Gallienum diutiùs quàm oportebat, Reipublicæ reseruauit.] hucusque Trebellius Ethnicus homo, Deum ignorans, nec nisi fortunæ sciens adscribere, quæ summa moderatione diuinæ statær in homines iudicia occulta iuste penduntur.

VI. Verùm tanti prodigij causam (sic illud dixerim, quòd excedat omnem humanum capum) non aliunde puto esse petendam, quàm ab illo causarum omnium fonte primario, ipso Deo optimo maximo, de quo illud diuinis litteris prædicatur: Qui baltheum Regum dissoluit, & præcingit fune renes Regum.] & ^b contra: Per me Reges regnant.] Sed vnde hæc Gallieno, vt tot tyrannos ad eò formidabiles, ac propemodum insuperabiles, è medio tolleret, atque regnaret, Senatu & exercitu semper inuito? à Deo promeruit? Certè quidem ex Dionysij Alexandrini scriptis rimari causam licet. Nimirum quòd sicut Valerianus tamdiu florentissimum est moderatus Imperium, quamdiu Ecclesiæ pacem concedens, & de Christianis benemeritis, piorum omnium in se deuinxit officia, quibus illi pro Romani Imperij incolumitate, Imperatorisque salute apud Deum quàm sedulo precibus agerent: sed in contrarium mutatus, in Christianos insurgens, Dei à se pariter sustulit patrociniũ, ac ea de causa & ipse captus, in vltimum discrimen induxit Romanum Imperium, quantumlibet militia potens, & in rebus agendis solertissimus ac prudentissimus haberetur. Econtra Gallienus ignauus & socors, collapsum penitus nactus Imperium, quòd pacem mox concesserit Christianis horum precibus suffultus, tot velut draconibus vallatus tyrannis, lænæis planè capitibus resurgentibus, totq; barbaris vndique erumpentibus circumseptus, tenuit ipsum nihilominus tot annis, aduersantibus ac reclamantibus omnibus aduersariis: quod & tanto tempore regere permissum est, quanto Ecclesia Dei ex præterita afflictatione Valeriani persecutione illata respirans, complura quæ essent collapsa componeret, & ad venturas vexationes fortiter subeundas se pacis tempore prepararet.

VII. Denique ad huius anni finem adiciamus, hoc ipso anno decimo Gallieni, infensissimum Christianæ religionis hostem Porphyrium philosophum secta Platonice Romam venisse. Id quidem ipse testatur in Vita Plotini, vbi & de se ipso agens complura prodit: Decimo autem (inquit) Gallieni Imperatoris anno, ego Porphyrius è Græcia cum Aufonio Rhodio Romam veniens, Æmilium reperi.] & paulò post: Proinde Plotinus, decimo Gallieni Imperatoris anno, fermè iam nouem & quinquaginta annos agebat: ego verò Porphyrius, cum primùm huic adhæsi, triginta tunc annos impleueram.]

VIII. Quid verò Plotinus agere cum Gallieno tentauerit, idem Porphyrius declarat, sic dicens: Gallienus Imperator, vxorquæ eius Salonia, Plotinum honorabant, maximeque colebant. Hic igitur eorum beneuolentia fretus, vt ditam quamdam olim in Campania ciuitatem, philosophis aptam, instaurarent, regionemque circumfusam cultæ ciuitati donarent, concederentque ciuitatis habitaturis Platonis legibus gubernari, atque ipsam Platonopolim appellari; pollicebatur se illuc habitatum vnà cum amicis omnibus profecturum. Quod faciliè philosophus ad votum impetrauisset, nisi quidam Imperatoris

A limitibus Libyci, appellatus est Imperator Celsus: sed ambo hi quam primum sublati sunt; illo à Gallieni duce Causisoleo, hoc verò à Siccensibus populis Gallieno addictis, septimo die occisis. Sed & Saturninus, fortissimus dux, & ipse à suis Imperator acclamatus, post aliquot menses ab iidem necatus est. idem quoque & de aliis Trebellius narrat.

B Res planè maiori consideratione digna, quoniam pacto accidisse potuit, vt sub triginta tyrannis valeret Imperium Gallieni subsistere, hominis alioqui ignauissimi, atque penitus effeminati: cum vel vnus tyrannus (quod de aliis accidit) plus satis sufficere potuisset, vt inter popinas atque lenones agentem Principem è medio tolleret: cum præsertim Trebellio auctore constet, omnes duces exercitus, qui aduersus Gallienum rebellauerunt, fuisse fortitudine & consilio præstantissimos, quos ad barbaros debellandos Valerianus summa prudentia atque iudicio delegisset. quod admirans Trebellius, ait: Mirabile hoc fuit in Valeriano Principe, quòd omnes quoscumque duces fecit, postea militum testimonio ad Imperium peruenerunt: vt appareat senem Imperatorem in deligendis Reipublicæ ducibus talem fuisse, qualem Romana felicitas, si continuari fataliter potuisset, sub bono Principe requirebat. Et vtinam vel illi, qui arripuerant imperia, regnare potuissent, vel eius filius Gallienus in Imperio diutiùs non fuisset, vt liberè se in suo statu Respublica nostra tenuisset. Sed nimis sibi fortuna indulgendum putauit, quæ cum Valeriano & bonos principes tulit; & Gallienum diutiùs quàm oportebat, Reipublicæ reseruauit.] hucusque Trebellius Ethnicus homo, Deum ignorans, nec nisi fortunæ sciens adscribere, quæ summa moderatione diuinæ statær in homines iudicia occulta iuste penduntur.

C Verùm tanti prodigij causam (sic illud dixerim, quòd excedat omnem humanum capum) non aliunde puto esse petendam, quàm ab illo causarum omnium fonte primario, ipso Deo optimo maximo, de quo illud diuinis litteris prædicatur: Qui baltheum Regum dissoluit, & præcingit fune renes Regum.] & ^b contra: Per me Reges regnant.] Sed vnde hæc Gallieno, vt tot tyrannos ad eò formidabiles, ac propemodum insuperabiles, è medio tolleret, atque regnaret, Senatu & exercitu semper inuito? à Deo promeruit? Certè quidem ex Dionysij Alexandrini scriptis rimari causam licet. Nimirum quòd sicut Valerianus tamdiu florentissimum est moderatus Imperium, quamdiu Ecclesiæ pacem concedens, & de Christianis benemeritis, piorum omnium in se deuinxit officia, quibus illi pro Romani Imperij incolumitate, Imperatorisque salute apud Deum quàm sedulo precibus agerent: sed in contrarium mutatus, in Christianos insurgens, Dei à se pariter sustulit patrociniũ, ac ea de causa & ipse captus, in vltimum discrimen induxit Romanum Imperium, quantumlibet militia potens, & in rebus agendis solertissimus ac prudentissimus haberetur. Econtra Gallienus ignauus & socors, collapsum penitus nactus Imperium, quòd pacem mox concesserit Christianis horum precibus suffultus, tot velut draconibus vallatus tyrannis, lænæis planè capitibus resurgentibus, totq; barbaris vndique erumpentibus circumseptus, tenuit ipsum nihilominus tot annis, aduersantibus ac reclamantibus omnibus aduersariis: quod & tanto tempore regere permissum est, quanto Ecclesia Dei ex præterita afflictatione Valeriani persecutione illata respirans, complura quæ essent collapsa componeret, & ad venturas vexationes fortiter subeundas se pacis tempore prepararet.

D Denique ad huius anni finem adiciamus, hoc ipso anno decimo Gallieni, infensissimum Christianæ religionis hostem Porphyrium philosophum secta Platonice Romam venisse. Id quidem ipse testatur in Vita Plotini, vbi & de se ipso agens complura prodit: Decimo autem (inquit) Gallieni Imperatoris anno, ego Porphyrius è Græcia cum Aufonio Rhodio Romam veniens, Æmilium reperi.] & paulò post: Proinde Plotinus, decimo Gallieni Imperatoris anno, fermè iam nouem & quinquaginta annos agebat: ego verò Porphyrius, cum primùm huic adhæsi, triginta tunc annos impleueram.]

E Quid verò Plotinus agere cum Gallieno tentauerit, idem Porphyrius declarat, sic dicens: Gallienus Imperator, vxorquæ eius Salonia, Plotinum honorabant, maximeque colebant. Hic igitur eorum beneuolentia fretus, vt ditam quamdam olim in Campania ciuitatem, philosophis aptam, instaurarent, regionemque circumfusam cultæ ciuitati donarent, concederentque ciuitatis habitaturis Platonis legibus gubernari, atque ipsam Platonopolim appellari; pollicebatur se illuc habitatum vnà cum amicis omnibus profecturum. Quod faciliè philosophus ad votum impetrauisset, nisi quidam Imperatoris

DEFLORATA CONDITIO PHILOSOPH. GEN- TILIVM.

familiares inuidia, vel indignatione, vel alia iniqua de causa acriter obstitissent.] hæc ipse. A Quàm planè inops est, & diuino destituta consilio pariter & auxilio philosophorum conditio! Post tot sæcula, ubique gentium promulgata, quæ sanctiora videbantur Platonica dogmata, nec id efficere potuerunt, vt in toto Orbe vel ciuitas vna, vel vicus penitus additus esset Platonis sententiæ, & ex præscripto legum ipsius viueret: cum econtrà Christiana religio, piscatorum ore vulgata, ciuitates, prouincias, ac planè totum replevit Orbem, Gentesque omnes vi quadam diuinitus insita coegerit auitas superstitiones, patrias leges, & inolitos mores omnino relinquare, aduersariasque propriis concupiscentiis leges amplecti, easque vitæ quoque dispendio profiteri. vt ex iis plane dignosci liceat, quæ humana, quæve diuina sint opera, quæ inquam humanis nitantur viribus, quæve diuinis corroborentur auxiliis. Sed iam ad res gestas sequentis anni orationem conuertamus.

I.

Annus Christi ducentesimus sexagesimus quintus Consulatu Gallieni sexto & Saturnini adscribitur Fastis, ac iure quidem: nam & in antiquis nummorum inscriptionibus sextus Consulatus Gallieni Tribunitiæ potestati vndecies repetitæ coniungitur, qua annus pariter eiusdem Imperatoris Gallieni vndecimus consignatur. Vetus enim inscriptio sic se habet a: IMP. C. P. LIC. GALLIENVS P. F. AVG. P. M. TR. P. XI. COS. VI. P. P.] Meminit horum Consulatum Trebellius in primis, cum ait b: Gallieno & Saturnino Consulibus, Odenatus Rex Palmyrenorum obtinuit totius Orientis Imperium: idcirco præcipuè, quòd se fortibus factis dignum tantæ maiestatis insulis declarauit, Gallieno aut nullas, aut luxuriosas, aut ineptas & ridiculas res agente. Denique statim bellum Persis in vindictam Valeriani, quam eius filius negligebat, indixit: Nisibin & Carras statim occupat, tradentibus se Nisibenis atque Carrenis, & increpantibus Gallienum. Non defuit tamen reuerentia Odenati circa Gallienum. Nam captos Satrapas, insultandi prope gratia, & ostentandi sui, ad eum misit: qui cum Romam deducti essent, vincente Odenato, triumphauit Gallienus, nulla mentione patris facta: quem nec inter deos quidem, nisi coactus, retulit, cum mortuum audisset, sed adhuc viuentem: nam de illius morte falsò compererat.] hucusque Trebellius, qui res gestas ab Odenato in Persas profèquitur enarrare. sed hæc de his satis ad institutum.

a Theof. An- nig. Hubert. in Gallieno. Odenatus IMPERAT IN ORIEN- TE. b Trebell. in Gallieno, de 30. Tyrann. 28.

II.

c Athan. ep. ad Solt. ZENOBIA IVDAEA INSIGNIS FEMINA. d Vopisc. in Aureliano. e Porphyrr. in Vita Florin. f Philast. de hæres. c. 65.

Erat Odenato coniux insignis pudicitiae atque prudentiæ in rebis agendis femina, quam idem Trebellius mirificè laudat. Hanc fuisse Iudæam, sanctus Athanasius e testari videtur, cum ait in Arianos: Zenobia Iudæa erat, & protectrix Pauli Samosatensis; & tamen Iudæis in synagogas ecclesias non tradidit.] Hæc quippe scientiis erudita, vsa est in Græcis litteris Longino præceptore; quod tradit Vopiscus d; quem & Porphyrius e laudibus celebrat. Sed & cupida Christianarum litterarum, malè consultata, adsciuit sibi magistrum Paulum Samosatenum, Episcopum Antiochenum, hæreticum, de Christo abiectè nimis & humiliter sentientem, ac penitus Iudaizantem. de quo Philastrius f: Hic Verbum Dei, id est, Christum Deum Dei Filium substantiuum, ac personalem, & sempiternum esse cum Patre denegabat: prolatiuum autem, id est, quasi aërem quemdam dicebat, non tamen personam viuam Filij sempiternam cum sempiterno Patre credendam esse docebat. Hic Christum hominem iustum, non Deum verum prædicabat, Iudaizans potius, qui & circumcisionem docebat, vnde & Zenobiam quamdam Reginam in Oriente tunc temporis ipse docuit Iudaizare.] Hæc cum scribat adeò antiquus auctor, miror quid de eo hæc Nicephorus dicat g: Paulus porrò iste curare eam in religione Iudaizantem volens, plurimumque operæ & curæ in ea rectè instituenda atque conuertenda ponens, in Artemonis hæresin inpegit.] De Zenobia verò, cum, occiso viro, Orientale cepisset Imperium, suo loco dicturi sumus: postulat modò temporis ratio, vt de Paulo, cuius facta est mentio, instituiamus orationem.

g Niceph. lib. 7. cap. 27.

III.

DE PAULO SAMOSAT. EPISCOPO ANTIOCH.

Quod primum ad rationem temporis spectat: cum à Dionysio Romano Episcopo, & alio Dionysio Alexandrinæ Ecclesiæ Præsule, constet Paulum Samosatenum fuisse damnatum, vt paulò post Athanasij testimonio demonstrabimus: haud constare potest, quod sanctus

A sanctus Epiphanius a tradit, ipsum tempore Aureliani & Probi Imperatorum creatum fuisse sedis Antiochenæ Episcopum, cum certum sit, neminem duorum Dionysiorum, qui Paulum damnarunt, ad illa tempora peruenisse. Ex his pariter refellitur, quod Euthymius, & si qui alij Græcorum affirmant, eundem Paulum Manichæa matre genitum, cum ipse hæresis auctor Manes nonnisi Aureliani Imp. temporibus innotuerit.

a Epiph. hæres. 5.

Quod verò ad eius impia improbataque ab omnibus dogmata pertinet: videtur aliqua ex parte à Sabellio Paulus mutuatus esse venenum, dum nullam admittens in diuinitatis substantia personarum distinctionem, sed sicut vnum Deum, ita pariter vnam personam in diuinis Itatuens, totum sanctæ Ecclesiæ traditum cultum atque doctrinam sanctissimæ Trinitatis penitus auferebat. sapiebat hæc namque Paulus cum Sabellio atque Iudæis, sed à Sabellio discrepabat in eo, quòd ille cum vnam tantum affirmaret diuinam esse personam, hæc assumpta propositione mendacij, illud falsissimum sequeretur, Patrem simul & Spiritum sanctum cum Filio carnem humanam sumpsisse, ac etiam crucifixos esse: Paulus verò omnem prorsus auferens diuinæ naturæ cum humana coniunctionem, Christum hominem tantum, sed iustitia præditum fuisse, impudentissimè diceret.

IV.

PAVLI SAMOSATENI HAERESIS.

Sed quid de Paulo Patres scripserint, ac in primis Epiphanius, audiamus: Hic elatus mente, excidit à veritate, & renouauit hæresin Artemonis, qui quidem erat à principio ante multos annos, & extinctus est. Afferit autem hic, Deum Patrem & Filium & Spiritum sanctum vnum Deum esse: in Deo autem semper esse ipse Verbum & Spiritum ipsius, quemadmodum in hominis corde est proprium verbum; non autem esse Filium Dei in substantia, sed in ipso Deo; quemadmodum etiam Sabellius, Nouatus *, & Noëtus, & alij.] hæc ipse. Sed quod habet de Nouato, puto irrepsisse in textum aliunde. Nam

V.

QVIB DE PAVLO SAMOSATENI HAERESIS.

C Nouatum & Nouatianos rectè sensisse de Trinitate, probauit sacrosancta Nicæna Synodus, vt suo loco dicemus. Sed de Verbo Dei addit Epiphanius, ipsum dixisse in Christum venisse, & solum operatum esse, & ad Patrem, qui illud spirauerat, rediisse. Sed & ex litteris Dionysij Alexandrini planè detegitur Paulus Samosatenus duas constituisse personas inter se disiunctas, Filium Dei Verbum, & Christum, quem aiebat non fuisse ante Mariam, ipsumque accepisse nomen Filij Dei ex bona operatione ipsius: quas blasphemias ipse redarguit. Certè quidem Nestorius accusatus fuit hæresis Samosatensis, cum in duas personas Christum diuideret. Rursus etiam ex iisdem principiis de Christi humanitate perperam constitutis, aliam nefariam prauamque sententiam Paulus impiè deducebat, vt diceret in sacramento Eucharistiæ esse Christi sanguinem corruptibilem. id quidem apparet ex epistola Dionysij Alexandrini aduersus eundem Paulum, conscripta tempore prioris Concilij Antiocheni contra eundem collecti: in ea enim cum multa disputat ad oppugnandum impudentem hæresin archam, cumque refellit blasphemiam de corruptibili Christi sanguine, quod & Paulus probare nitabatur, propterea quòd Dominus Iuis dixisset; Accipite, & diuidite inter vos.] sic in eum Dionysius b:

* al. Nauatus.

Hæc cum dicit Paulus Samosatenus, ignorat quod Apostolus dicit in Epistola ad Hebræos c: Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Conculcauit eum Iudas, & nunc Paulus Samosatenus, vt placeret satanæ, qui eum delegit. In sanguinem viuificum & in Spiritum sanctum insurrexit, eum conculcans. Etenim si sanguis Christi est corruptibilis, quia diuiditur & funditur, reperitur quoque Spiritus sanctus corruptibilis, vt sanguis vitæ: siquidem scribit Lucas in Actis E Apostolorum d: Cum complerentur dies Pentecostes, &c. paulò post subiungit: Et apparuerunt illis linguæ dispertitæ tamquam ignis. & reliqua.] Manifesta itaque ratione Dionysius monstrat exemplo pariter & auctoritate, non corrumpi Christi sanguinem Testamenti in Eucharistia, quòd diuidatur & effundatur; sicut nec Spiritus sanctus, ex eo quòd dicatur diuisus & effusus, potuit vllò modo corrumpi.

b Transulit eam epistolâ Dionysij. Turrianus, citat. que lib. de sacram. Eucharistia, cap. 10. c. 11.

V I.

c Heb. 10: REFELLITVR A DIONYSIO PAV- LVIS SAMOSATENVS.

Rursus verò eandem Pauli de sanguine Eucharistiæ sententiam destruens, hæc eleganter habet de Filij Dei facta in Eucharistia exinanitione: Ait Apostolus de Christo, quòd, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo: id est, non sic quemadmodum per stadium virtutis ac laboris ac certaminis regnum Dei capiunt, sicut scriptum est e: Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud, non sic, inquam, Christum laboribus & studiis virtutum comparauit vt esset æqualis Deo: quin potius, Operuit f cælos virtus eius, & laudis eius plena est terra, splendor eius vt lux

VII.

TOLLITVR IMPIA PAVLI SENTENTIA.

e Luca 11.

f Habac. 3.

crit:

CHRISTI
265.DIONYS. PAP.
5.GALLIENI IMP.
II.

^a Joan. 8. erit: vt testatur ipse qui verè semper est in Patre, inquit ^a, Ego sum lux mundi: id est, Dominus mundi, habens in se ipso Patrem, & viuificum & Dominum Spiritum sanctum: & tamen se ipsum exinaniuit: vnde Sacramentum inenarrabile ab eo sic appellatur, nouum Testamentum: dans se ipsum in mystica cœna, non sicut secundum legem sacerdotij Aaronici carnes pecudum aræ olim imponebant: scribit enim Moyses, inquit ^b, Carnes sanctæ imponentur altari, & comedet populus: & quicumque immundus eas tetigerit, peribit. Nunc autem non sic: quin potius ipse Dominus ^c dicit: Qui manducat me, ipse viuet propter me. Deus ergo est qui habitat in nobis, secundum testamentum quod disposuit, dicens nobis: Accipite hoc, & diuidite inter vos: nouum Testamentum est: hoc facite. Hæc est Dei ad nos exinanitio, vt admittamur ad capiendum eum. Hoc enim tremendum Sacramentum dicit Apostolus ^d, cum ait, quod se ipsum exinaniuit, non relinquens Patrem, vt capiatur à nobis: absit, immò ipsius verba proferam: Ego, inquit ^e, & Pater ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.] hæc Dionysius de veritate sacratissimæ Eucharistiæ. Deinde subiungit:

Videte quàm limatè agit mystagogus veritatis Vas electionis, dicens paulò ^f post: Formam serui accipiens, & in similitudinem hominum factus. Vt antea dixi, exinanitionem dicit factam ad nos ad capiendum Sacramentum vitæ per puras & incorruptibiles ipsius manus, vt possimus fideles eius capere ipsum, ac fieri mansio Dei; accipiens eum totum.] ac paulò post, cum plura de agno Paschali, Eucharistiæ typo, dixisset, hæc addit: At verò qui seipsum exinaniuit Christus Iesus, habens in se caput Patrem (caput enim Christi Deus) fecit ^g potentiam in brachio suo, & exaltauit humiles: vt ab eis capi possit Altissimus, & habitare in nobis per exinanitionem. Spiritus sanctus effusus super omnem carnem manet plenus; & sanguis idem sanctus ac viuificus ex profundo diuini lateris effusus, manet plenus; & Christus idem qui se exinaniuit, & sanguinem suum incorruptibilem, & viuum, ac viuificum nobis ostendit.] hucusque Dionysius aduersus Pauli hæresin de corruptibili Eucharistia.

Observatione quidem dignum est, adeò perspicuum fuisse in Ecclesia Catholica Sacramentum Eucharistiæ, adeoque exploratam in omnibus atque testatam ab omnibus eius assertionem ac fidem, vt impudentissimi etiam hæretici, qui tamen à Christo veritatem carnis non seiuingerent, eiusdem fuerint assertores ac professores: licet, quodæ Catholica Ecclesia deuiassent, ex eis alij non iisdem ritibus, quibus Ecclesia, eiusmodi Sacramentum conficerent; quod superius multis exemplis est demonstratum. Non autem eò dementiæ peruenerunt, vt tantum mylterium Fidelibus diuinitus concessum, quod viderent in Ecclesia Catholica altis firmasque radices fixas habere, conuellerent: vsque adeò, vt & Paulus, de quo est sermo, fæx omnium hæreticorum, licet Christum esse tantum hominem impiè predicaret, tamen veritatem carnis & sanguinis, licet hominis tantum & non Dei, esse in Eucharistia affirmaret: vt ex iis planè prudens lector intelligat, hæreticos nostri temporis omnium infelicissimos imum impietatis penitus attingisse. At de Pauli Samosatani dogmatibus hætenus. Quinam verò essent scelestissimi hominis mores impurissimi: quoniam de his agitur in Synodica ad Dionysium & Maximum scripta, suo loco Annalibus intextenda; hæc dicere prætermittimus. Qui autem Pauli sectari sunt impietatem, nominat eos idem Epiphanius, secundò Iudæos; quod sicut Iudæi de Deo saperent, à quibus in eo discrepant, quod (vt ait, sed contra Philastrij sententiam) re vera neque circumcissionem habeant, neque sabbatum seruent, & alia omnia, quemadmodum Iudæi.]

Cum autem Pauli detestanda impietas innotuisset Ecclesiæ, nihil antiquius apud sanctos Episcopos fuit, quàm vt in vnum coeuntes, collatis suffragiis, introductas ab eo hæreses condemnarent, & impudentem hæreticum à sede Episcopali deponerent. Quinam autem fuerit huius operis præcipuus architectus, ex Athanasio possumus intelligere; nimirum extitisse Dionysium Romanum Pontificem, ad quem (vt paulò superius factum vidimus in causa ipsius Dionysij Episcopi Alexandrini) obortæ recenter hæreses, & qui eas promulgarent auctores, deferri solerent. Meritò igitur ^h sanctus Athanasius priori loco ponit Dionysium Romanum Episcopum, cui coniungit Dionysium Alexandrinum; sed hic (vt dicemus) ad Synodum postea est vocatus. sunt hæc Athanasij verba: Duo enim Dionysij diu ante eos septuaginta fuere; qui Samosatensem sustulere, quorum alter Romæ, alter Alexandria Præsul erat.

Sed

CHRISTI
265.DIONYS. PAP.
5.GALLIENI IMP.
II.

A Sed quo modo hæc sint intelligenda, est exquirendum: ac illud primùm admonendum, non semel, sed iterùm conuenisse Catholicæ Ecclesiæ Episcopos Antiochiæ aduersus Paulum Samosatenum, primùm quidem tempore Gallieni, cum adhuc in humanis esset Dionysius Episcopus Alexandrinus: quem post, sequenti anno, nempe duodecimo eiusdem Gallieni Imperatoris, ex hac vita migrasse, constat testimonio Eusebij atque Hieronymi, vt suo loco dicturi sumus. Rursus verò temporibus Aureliani Imperatoris, reuiuifcente eadem impietate, denuò rediére Episcopi Antiochiam, atque Paulum iterùm lapsum erroris conuictum atque damnatum throno Episcopali depoluere, inque eius locum Dominum Episcopum suffecere; quod in priori Synodo facere non licuit, in qua Paulus fidem Catholicam visus est profiteri. hæc omnia habet Synodica ^a in posteriori conuentu Episcoporum ad Dionysium Papam & Maximum Alexandriæ Episcopum data, à nobis suo loco inferiùs contextenda.

B Quod igitur sanctus Athanasius ait, à duobus Dionysijs Romano & Alexandrino Paulum Samosatenum esse sublatum; sic accipiendum est, vt hi primùm impium hæreticum oppugnant, editisque scriptis illius hæresin condemnauerint. Quis dubitat hoc præstitisse ipsum Dionysium Romanum Episcopum, quem constat emergentem quoque Sabellij hæresin editis commentariis profligasse? De Alexandrino certum est, aduersus Paulum ad dictum Antiochenum Concilium epistolam conscripsisse: cuius tempore etsi damnata fuerit impietas Pauli, ipse tamen edita professione Catholica, quasi mutata sententia, elusit Episcopos. Sic ergo quod Athanasius ait, à duobus Dionysijs Samosatenum esse sublatum: de eius hæresi ab iis primùm omnium scriptis vulgatis condemnata, esse intelligendum, existimamus.

C Sed quo tempore hæc prior Synodus aduersus eum fuerit celebrata: certè haud post duodecimum annum Gallieni, quo Dionysius Alexandrinus obiit, eam fuisse celebratam oportuit; nam idem Dionysius per litteras illi interfuit. Mendax ergo omnino Eusebij Chronicon reperitur, in quo ponitur anno decimotertio Gallieni, Pauli Samosatani damnatio, atque Domini suffectio: quod ex dicta Synodica sub Aureliano Imperatore factum constat. Nec est quod de priori Synodo possit intelligi, quod nequidquam huiusmodi in illa sit actum: quam ante Dionysij Alexandrini obitum oportuit esse habitam. Rursus verò ex Eusebij ^b historia emendandum est ipsius Chronicon: cum in ea habeatur, anno duodecimo Gallieni Dionysium mortuum esse; hæc autem anno decimo eiusdem Imperatoris legatur positus eius obitus: nam & aduersatur S. Hieronymus, testatus & ipse, anno duodecimo eius Imperij Dionysium ex hac vita esse sublatum.

D Quoniam verò anno potissimum ea Synodus sit celebrata? Dicimus habitam esse ipso anno duodecimo Gallieni Imperatoris, quo & ipse Dionysius Alexandrinus Episcopus obiit. Sed & cum certum exploratumque habeatur, eidem Synodo interfuisse Hymenæum ^c Ierosolymorum Episcopum, ipsumque idem Eusebius dicat sedere cœpisse anno duodecimo eiusdem: affirmare cogimur, nec ante dictum annum esse Synodum celebratam. Sicque cum ex Dionysij obitus tempore, tum ex Hymenæi electione eodem anno facta, eam Synodum ipso quoque anno Gallieni duodecimo Antiochiæ conuenisse, opus est dicere. Atque hæc ad elucidationem chronice veritatis, cui tamquam firmæ basi historia inniti debet, iam satis. Quæ verò, cum agemus de ea Synodo, anno sequenti dicenda erunt, hæc de tempore dilucidius declarabunt.

E Clauditur hoc anno periodus decennalis pestis, quæ anno Domini (vt dictum est) ducentesimo quinquagesimo quinto exorta, vniuersum penè depasta Orbem, nullo valuit remedio propulsari. Hinc illa querela Porphyrij aduersus Christianos scribentis: Nunc autem (inquit) mirantur per tot iam annos ciuitatem morbo correptam teneri, cum neque Æsculapij, neque aliorum deorum sit amplius ad eam accessus. Ex quo enim Iesus coli cœptus est, nullus sanè mortalium publicam deorum vtilitatem perlesit. Hæc autem (subdit Theodoretus ^d) Porphyrius scribit, homo Christianis maximè inimicus: at manifestè tamen confessus Christum suo aduentu deos Gentium potestate cassos reddidisse. Itaque post salutiferæ Crucis mysteria, Christoque irrogata supplicia, nec Æsculapius generi humano imposturas molitus est, nec eorum quisquam qui falsò dij nuncupantur. Omnem siquidem illorum cœtum non secus ac nocturnam cateruam Sol oriens in tenebras ire compulsi.] hæc Theodoretus.

X I.
DE DVOBVS
CONCILIIS
ADVERSVS
PAVLEVM
SAMOSAT.^a Apud Euseb.
lib. 7. cap. 24.

X II.

X III.

^b Euseb. lib. 7.
cap. 22. in fin.

X I V.

DE SYNODI
TEMPORE.
^c Euseb. lib. 7.
cap. 22.

X V.

FINIS DE
CENNALIS
PESTIS.^d Theodoret.
Evang. ver.
lib. 12. in
fina.

IESV CHRISTI ANNVS 266. DIONYSII PAP. ANNVS 6. GALLIENI IMP. ANNVS 12. A

I. ^aEuseb. in Chronico. Trebell. in Gallieno.

VALERIANVS FILIVS GALLIENI.

^bPannin. comment. in Fast. & lib. Rem. Princ. & Theaur. rei Antiquar. in Gallieno.

II.

^cEuseb. li. 7. cap. 21. ANTIQCH. CONCILIVM CONTRA PAVLV M SAMOSATE NV M.

III.

QVI INTER- VERVNT SYNODO.

IV.

FIDEI PRO- FESSIO AD PAVLV M MISSA.

Christi anno ducentesimo sexagesimo sexto, Valeriani & Lucilli Consulatus à Casiodoro adscribitur Fastis. Hunc Valerianum existimavit Trebellius a fuisse Gallieni fratrem. nam ait: Iam capto Valeriano, scriptum inuenimus in Fastis, Valeriano Imperatore Consule. quis igitur alius potuit esse Valerianus, nisi Gallieni frater? constat de genere, non tamen satis constat de dignitate, vel (vt cœperunt alij loqui) de maiestate. Sed mea sententia, Trebellius hallucinatur, cum putat nullum alium fuisse reperiiri Valerianum, nisi Gallieni fratrem: cum liquidò pateat, præter illum fuisse Salonium Valerianum, filium Gallieni, cuius nominis complures leguntur veteres in nummis inscriptiones b. Trebellius verò nullum alium ponit filium Gallieni, nisi Salonium Gallienum. porrò hunc diuersum fuisse à Salonio Valeriano, vetera monumenta declarant; quorum etiam testimonio, qui præfenti anno ponitur Valerianus Consul, non frater, sed filius fuit Gallieni, Imperator à patre Augustus declaratus, atque hoc anno Consul secundum dictus.

Hoc eodem anno duodecimo Gallieni Imperatoris celebratum est Antiochiæ Concilium aduersus Paulum Samosatenum, eiusdem ciuitatis Episcopum; de quo hæc habet Eusebius c: Quoniam Paulus iste abiectam & humilem nimis de Christo, contra doctrinam Ecclesiæ, habebat opinionem, nempe quòd solùm communi natura erat cum homine præditus; Dionysius Alexandrinus rogatus est vt veniret ad Synodum: qui quamquam senectutem simul & imbecillitatem corporis causando, præfco esse renuit; per epistolam tamen illos, quam habebat de controuersia sententiam, fecit certiores. (Extat eadem epistola ab insignis eruditionis viro Francisco Turriano in Latinum translata, sed nondum ab eo, morte præuento, typis excusa: ex qua nonnulla de veritate & mysterio sacratissimæ Eucharistiæ sunt paulò superius recitata. Hæc illa sanè epistola, quam sanctus Hieronymus laudans, cum de eiusdem Dionysij scriptis agit, ista habet in fine: Sed aduersus Paulum Samosatenum ante paucos dies, quam moreretur, insignis eius fertur epistola.) Ceteri autem Ecclesiarum pastores, alius aliunde contra istum Paulum, tamquam pestem & perniciem gregis Christi, itinere cum celeritate confecto, omnes Antiochiæ in vnum conuenerunt.

Inter hos maximè præfate videbantur Firmilianus Cæsareæ Cappadocum Episcopus, Gregorius & Athenodorus fratres, pastores Ecclesiarum quæ sunt in Ponto, Helenus prætereà qui Tarsi rexit Ecclesiam, & Nicomas qui Iconij Ecclesiæ ministerio functus est. Huic accedit Hymenæus Ecclesiæ Ierosolymitanæ Episcopus, & Theotecnus, qui Cæsareæ Palæstinæ Ierosolymis finitimæ administrationem obtinuit. Adde his Maximum, qui fratribus Bostræ decorè & insigniter præfuit. Ac tamen alios penè infinitos Episcopos vnà cum presbyteris & diaconis, qui eius rei gratia in vrbe suprâ demonstrata id temporis coacti erant, vix aut ne vix quidem aliquis poterit enumerare: inter eos tamen hi, quos dixi, facile primas tenuerunt. Omnibus igitur variis temporibus (vt tulit occasio) & persapè in vnum conuenientibus; in vnoquoque congressu orationes habitæ sunt, & quæstiones positæ, cum à Paulo Samosateno, qui peregrinam suam & alienam ab Ecclesiâ doctrinam adhuc occultare & obtegere moliebarur, tum ab illis qui eius errorem & in Christum blasphemiam patefacere & in apertum proferre omni studio elaborabant.] hucusque de Synodo Antiochiæ hoc anno celebrata Eusebius.

Ceterum qui in vnum Antiochiam Episcopi conuenerunt, ipso primo confesso ante omnia Catholicam fidem de Filio Dei, quam à maioribus accepissent, & ipsi ab Apostolis traditam conseruassent in omnibus illibatam & incorruptam, scripto editam declararunt, eamque ad ipsum Paulum Samosatenum ex Synodo miserunt. Extat eiusmodi gloriosa Patrum confessio, præclarissimum antiquitatis Catholicæ fidei monumentum: quam idem qui suprâ Franciscus Turriano, è latebris vindicatam, Latinitate donauit, eamque integram nos hic volumus descripsisse:

HYMENÆVS, THEOPHILVS, THEOTECNVS, MAXIMVS, PROCLVS, BOLANVS, PAVLO IN CHRISTO SAL.

V. Iam quidem in congressum & colloquium inter nos venimus, ac fidem nostram ostendimus.

CHRISTI 266. DIONYS. PAP. 6. GALLIENI IMP. 12.

A dimus. Vt verò manifestius fiat quid quisque sentiat, & ea, quæ in quæstionem ac dubitationem vocantur, certiores exitum accipiant; decreuimus fidem scripto edere & exponere, quam à principio accepimus, & habemus traditam & seruatam in Catholica & sancta Ecclesia vsque in hodiernum diem, à beatis Apostolis a, qui viderunt ipsi, & ministri fuerunt verbi, prædicatam ex Lege & Prophetis, ac nouo Testamento: Esse vnum Deum ingenitum, sine principio, inuisibilem, immutabilem, quem b nullus hominum vidit, neque videre potest; cuius gloriam vel amplitudinem intelligere, aut enarrare prodignitate, vt in re & veritate est, humana natura non potest: notionem verò eius, vt cumque mediocrem, si habemus (reuelante Filio eius, sicut ait c: Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui Filius reuelauerit) contenti esse debemus. Hunc autem Filium genitum, vnigenitum, d imaginem Dei inuisibilis, primogenitum omnis creaturæ, e Sapientiam, d Coloss. 1. & Verbum, ac Virtutem Dei ante sæcula, non præcognitione, sed substantia & hypostasi e 1. Cor. 1. Deum, Dei Filium, eum in veteri & nouo Testamento cognouerimus, confitemur & prædicamus. Qui autem contra dicit, Filium Dei non esse ante constitutionem mundi, dicitque credere & confiteri esse Deum, non esse aliud quàm duos deos prædicare, qui Filium Dei non esse Deum prædicat; hunc alienum esse ab Ecclesiastica regula arbitramur, & omnes Ecclesiæ Catholicæ nobiscum consentiunt. De hoc enim scriptum est f: Thronus tuus Deus in sæculu sæculi, virga rectitudinis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, g & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ participibus tuis. Et rursus Isaias h: Deus noster iudiciu retribuit, & retribuet: ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc saliet sicut ceruus, claudus; & expedita erit lingua mutorum. Et rursus i: In te adorabunt: quoniam in te est Deus; & non est alius præter te. tu enim es Deus, & nesciuimus; Deus Israël saluator. Erapud Apostolum k: Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia, Deus benedictus in sæcula, Amen. In quibus illud, Qui est super omnia; & illud, Præter te; in omnibus creaturis intelligendum est. & in Osea l. Quoniam Deus ego sum, & non homo in te sanctus; & non ingrediar in ciuitatem: post Dominum ambulabo. Et omnes Scripturæ diuinæ Deum Filium Dei declarant: quas singulatim proponere, in aliud tempus differimus.

Hunc Filium, qui semper cum Patre est, credimus impleuisse voluntatem paternam in creatione vniuersi l. Ipse enim dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Qui autem mandat, alteri mandat. quem non alium esse persuasum habemus, quàm vnigenitum Filium Dei Deum, cui dixit m: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et vt in summa dictum sit secundum Euangelium n: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et secundum Apostolum o: In ipso condita sunt omnia quæ in cælis & quæ in terra, siue visibilia, siue inuisibilia, siue throni, siue principatus, siue dominationes, siue potestates; omnia per ipsum & in ipso creata sunt; quippe qui verè est & operatur, vt pote Verbum simul & Deus, per quem omnia fecit Pater, non tamquam per instrumentum, neque tamquam per scientiam, non per se existentem. Generauit quidem Filium Pater tamquam factum viuentem, & per se existentem, omnia in omnibus operantem: non autem solùm vidit Filius, neque solùm præfens fuit Filius, sed etiam (sicut scriptum est) operatus est ad creationem vniuersi, nobis congruentem. Hunc dicit Scriptura p descendisse, & apparuisse Abraham ad quercum Mambræ, vnum ex tribus: cum quo Patriarcha, tamquam cum Domino & iudice colloquebatur, vt qui omne iudiciu à Patre accepisset; de quo scriptum est q: Dominus pluit super Sodoma & Gomorrha ignem & sulphur à Domino de cælo. Qui implens voluntatem paternam, Patriarchis apparet, & cum eis loquitur in eisdem clausulis, & eisdem capitibus, aliquando quidem tamquam Angelus, quandoque verò tamquam Dominus, quandoque autem Deus esse affirmatur. Deum enim vniuersi impium est existimare vocari Angelum: Filius verò Angelus Patris est, qui est ipse Dominus & Deus. Scriptum enim est r, Angelus magni consilij. Sicut & aliàs in Abraham s: Et vocauit eum Angelus Domini de cælo; & quæ deinceps sequuntur: Nunc enim cognoui quòd times Deum, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Et vocauit nomen loci, Dominus vidit: vt dicant vsque in hodiernum diem, In monte Dominus apparuit. Et in Iacob t: Dixit, inquit, mihi Angelus Dei per somnium, Iacob. Ego dixi, Quid est? Et dixit, Respice oculis tuis, & quæ sequuntur: Ego sum Deus, qui apparui tibi in loco Dei, vbi vnixisti mihi illic titulum, &

CATHOLICA FIDES CONTRA PAVLV M SCRIPTAS a Luc. 1.

b 1. Tim. 6.

c Matt. 11.

d Coloss. 1.

e 1. Cor. 1.

f Hebr. 1.

g ex Psal. 44.

h Isaias 35.

i Isaias 45.

k Rom. 9.

l Osea 11.

vi.

l Psal. 148.

m Gen. 1.

n Ioan. 1.

o Coloss. 1.

p Gen. 18.

q Ioan. 5.

r Gen. 19.

s Isai. 9.

t Gen. 22.

v Gen. 31.

† καὶ ταῦτα

ἀποφάντων
ἀποφάντων
ἀποφάντων

Gen. 32.

V I I.

* Τὸν δὲ ἄπο-

γενετισμὸν

ὡς ἔστιν ἰσθμὸς

τοῦ θεοῦ.

Galat. 3.

1. Tim. 2.

Exod. 3.

Ibid.

Exod. 4.

Dent. 33.

Exod. 33.

Exod. 34.

Joan. 6.

Joan. 5.

Joan. 1.

1. Tim. 1.

V I I I.

Coloss. 2.

Philip. 2.

Rom. 1.

Heb. 4.

Jerem. 4.

2. Cor. 3.

1. Cor. 10.

Heb. 11.

1. Pet. 1.

2. Cor. 1.

I X.

Apud Euseb. lib. 7. cap. 24.

PAVLVS

DOLOSE

POENITENTIAM

SI-

MVLAT.

vouisti mihi illic votum. Et post luctam, † eamque hominis præfigurati, subiungitur: Et appellavit Iacob nomen loci illius, Facies Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.

Hominem autem præfiguratum dicimus esse Filium Dei, quem ipsa Scriptura Deum esse declaravit. Quin etiam Legem similiter datam esse Moyfi dicimus, ministrante Filio Dei, sicut Apostolus docet, cum ait: Quid igitur Lex? propter transgressiones posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per Angelos in manu Mediatoris. Mediatorem autem alium Dei & hominum nescimus præter hunc. Hæc etiam docet nos Moyses, cui apparuit Angelus in flamma ignis ex rubo, & quæ sequuntur: Postquam autem vidit Dominus quod pergat ad videndum, vocavit eum ex rubo. Et rursus: Ingrediens congrega senatum filiorum Israel, & dices eis: Dominus Deus patrum nostrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. & quæ sequuntur: Si igitur non crediderint mihi, nec audierint vocem meam (dicent enim quod non apparuit

mihi Dominus Deus) quid eis dicam? Et in benedictionibus: Et quæ fuerint accepta ei qui apparuit in rubo, veniant super caput Ioseph. Et aliàs: Et dixit Dominus ad Moysen: Et hunc sermonem, quem dixisti, faciam tibi. Et dixit: Ostende mihi gloriam tuam. Et dixit: Ego transibo prius te in gloria mea, & vocabo in nomine Domini coram te, & miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor. Quod quidem sic perficitur: Et descendit Dominus in nube, & stetit coram eo illic, & vocavit in nomine Domini. Et trāsivit Dominus ante faciem eius, & vocavit Dominus Deus. Qui enim supra promiserat se transiturum Filius Dei Dominus, & vocavit in nomine Domini, qui est Pater, hic est qui verè ait: Non quia Patrem vidit quisquam, nisi qui est à Deo, hic vidit Patrem. Et in eodem Euangelio: Neque vocem eius unquam audistis, neque speciem eius vidistis. Et: Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et Apostolus in alio loco: Regi autem sæculorum immortalis, inuisibili, soli sapienti Deo. Filium verò qui est apud Patrem, Deum quidem & Dominum omnium creaturarum dicit, à Patre autem missum de cælis, & carne assumpta factum esse hominem. Quamobrem corpus eius ex Virgine sumptum, in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitavit, diuinitati immutabiliter unitum & deificatum est. Quæ de causa idem Deus & homo Iesus Christus prophetabatur in Lege & Prophetis, & ab omnibus in Ecclesia quæ sub cælo est, creditus est Deus quidem, qui se ipsum exinanivit, cum esset æqualis Deo, homo vero ex femine Dauid secundum carnem. Signa quidem & prodigia quæ in Euangelis descripta sunt, Deus operabatur: participatione verò carnis & sanguinis tentatus est per omnia pro similitudine absque peccato. Sic & Christus ante incarnationem in diuinis Scripturis tamquam vnus nominatus est: in Ieremia quidem, Spiritus ante faciem nostram Christus. Dominus autem Spiritus est, secundum Apostolum. Et secundum eundem Apostolum: Bibebant autem ex spiritali petra: petra autem erat Christus. Et rursus: Neque tentemus Dominum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Et de Moyse: Maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum imperium Christi. Et Petrus: De qua salute exquisierant Prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi. Si autem Christus Dei virtus, & Dei sapientia ante sæcula est; sic & quatenus Christus vnus & idem est substantia, quamuis multis notionibus cogitetur. Hæc ex plurimis pauca notauimus. Scire volumus, an eadem nobiscum sentias & doceas: & nobis significes, an iis, quæ superius scripsimus, assentiaris, an non.] hætenus fides Patrum.

Quid tum præter hæc actum sit in eadem causa Pauli, litteræ Episcoporum, qui tempore Aureliani posteriori conuentui eadem causa Antiochiæ itidem celebrato interfuerunt, his paucis declarant, dum de Firmiliano Episcopo Cæsariensi meminere: Cum Paulus sententiam se mutaturum fuisset pollicitus, iste fidem illi adhibens, & spem animo concipiens, causam controuersiamque sine vlla verborum contumelia commodè fore compositam, eam ad tempus distulit, & ita ab illo, qui & Deum suum negasset & Dominum, & fidem, quam antea habuerat, minimè conseruasset, dolo deceptus fuit.] Ex his igitur litteris Episcoporum, qui posteriori Antiocheno conuentui interfuerunt, illud actum fuisse in hac Synodo in primis apparet: nimirum detecta atque damnata Pauli impietate, pollicente illo se mutaturum esse sententiam; ac proinde professâ fide Catholica, ad tempus ipse sedere permittus est: sicque ille magnis pollicitationibus eludens

facrum

A sacrum illum Episcoporum conuentum, non (vt par erat) sede fuit depositus, sed illius Ecclesiæ præfecturam (vt prius) continuauit. Addunt alij, Paulum se iuramento purgasse: verum errorem confessum, & emendationem esse pollicitum, dictæ litteræ è Synodo postea datæ declarant. Si quod igitur iuramentum ab eo prælitum est, illud sanè accessit pollicitationi de custodienda fide Catholica factæ. Equidem arbitror (si coniecturâ interdum agere licet) mitius actum cum hæretico scelestissimo, vt, recantata palinodia, nullum sedis dispendium passus sit: quod illi faueret Zenobia eius discipula, quæ cum viro suo Odenato (vt dictum est) his temporibus Orientale Imperium possidebat. Hunc itaque finem habuit conuentus Antiochenus.

Eodem quoque anno Dionysius Episcopus Alexandrinus feliciter ex hac vita migravit. Nam ait Eusebius: Interea temporis Dionysius, cum iam decem & septem annis Episcopatu Alexandriæ administrasset, duodecimo anno Imperij Gallieni moritur.] Eadem de tẽpore obitus S. Hieronymus quoque affirmat, qui & relegens ab eo scriptas epistolas, hæc habet in fine: Sed & aduersus Paulum Samosatenum, ante paucos dies quam moreretur, insignis eius fertur epistola. Moritur duodecimo Gallieni anno.] Hæc Hieronymus: quibus & apertius declaratur, hoc ipso anno dictam Synodum esse Antiochiæ celebratam. nam tempore coactæ Synodi eam scripsisse Dionysium aduersus errores Pauli, superius demonstratum est. Inter alias quoque recensitas tum ab Eusebio, tum à S. Hieronymo Dionysij epistolas, hæc de his quæ ad Basiliidem scripta sunt: Ad Basiliidem quoque multæ epistolæ, in quarum vna se afferit etiam in Ecclesiasten cepisse scribere commentarios.]

Est & illa celebris ad eundem Basiliidem scripta epistola, quam Græci inter Canonicas receperunt: cum tamen Dionysius non eo consilio eam scripserit, vt Ecclesiæ Dei eos seruandos ab omnibus canones voluerit præscripsisse. nam in fine ait: Ego autem non vt doctor, sed vt cum omni simplicitate conuenit inter nos differere, meam sententiã in commune ederem: quam cum tu examinaueris, fili mi, sapissimè, quod tibi iustum meliusque apparuerit, vel an sic etiam de his habere existimes, rescribes.] Hæc nos idcirco recensuimus, vt, quæ in ea habentur inter aliã, ne mulier sanguinis menstrui tempore ad sacram Eucharistiam percipiendam accederet, quod & Græcorum plurimi mordicus, quasi Apostolico sancto canone, retinuerunt, non sic ab eo esse decreta quis putet, vt contrarium sentientes damnaſſe voluerit: quæ alieno potius arbitrio examinanda atque iudicanda reliquerit. Hæc, inquam, ob Theodorum attigisse volumus: qui menstruatam feminam non tantum ab Eucharistia percipiendam, sed ab ecclesiã, quinetiam ab ipsis vestibulis ecclesiarum procul abesse vult: planè immemor, non obiurgatam, sed laudatam à Domino mulierem, quæ fluxum sanguinis patiens, ipsum tetigisset: nec considerans, superinducta Christi lege, abdicatis iam legalibus, non dari amplius crimini, non lotis manibus manducare; munditiamque animæ satis esse ad percipiendum animæ cibum.

Quanto ergo consultius S. Gregorius Papa rogatus de his rescripsit ad Augustinum: nempe non tantum eiusmodi feminam non debere vetari in ecclesiam intrare, atque sacris assistere; sed (quod inquit) sanctæ Communionis mysterium in iisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumit, latuanda est; sed si percipiat, non iudicanda.] hæc Gregorius, qui & multa eodem argumento differuit. De reliquis autem Dionysij scriptis superius, vt occasio postulabat, diuersis locis mentio facta est. Tanti Antistitis natalis dies tam in Orientali, quam etiam Occidentali Ecclesia, decimoquinto Kalendas Decembris tabulis Ecclesiasticis anniuersaria memoria celebranda fuit adscripta, atque hætenus perseuerat. Suffectus est Alexandriæ in locum ipsius Maximus, quem interdum Maximianum inuenimus appellatum.

Hoc eodem anno (vt tradit Eusebius) mortuo Mazabane Ierosolymorum Episcopo, suffectus est in locum eius Hymenæus: qui (vt dictum est) interfuit Concilio Antiocheno aduersus Paulum Samosatenum.

Quod autem post hæc nulla amplius mentio habeatur de Magno illo Gregorio Thaumaturgo, qui eidem Synodo interfuit, sicut de aliis collegis, qui aduersus eundem Paulum egregiam nauarunt operam; existimare nos admonet, ipsum quoque haud diu post ex hac vita migrasse. Quid autem postquam Antiochiã è Synodo rediit, iam proximè moriturus egerit, Gregorius Nyſſenus sic scribit: Postquam cognouit suum inlatare obitum, totam circumcirca regionem & ciuitatem est perſcrutatus, cupiens scire an essent aliqui reliqui extra fidem. Vbi autem cognouit, omnes qui permanferant in antiquo errore,

Niceph. li. 6. cap. 27.

X.

Euseb. li. 7. ca. 22. in fine.

DIONYS.

ALEX. MO-

RITVR.

Hieron. de

Eccles. in

Dionys.

XI.

CONFVTA-

TVR THEO-

DORI SEN-

TENTIA.

Theod. in

epist. Dionys.

cap. 2.

XII.

Apud Greg.

lib. 12. Aug.

interrog. 16.

SENTENTIA

GREGORII

ÆQVIOR.

XIII.

Eusebius in

Chronico.

XIV.

GREGORII

THAVMA-

TVRGI

OBITVS.

Greg. Nyſſ.

in Vit. Greg.

Thaumaturgi.

rore, non esse amplius quam septemdecim; dicit, hoc quidem esse dolendum (ad Deum respiciens) quod aliquid desit ad plenitudinem eorum qui saluantur; verumtamen iure magnas esse agendas gratias, quod suo in Ecclesia successori tot relinquit simulacrorum cultores, quot ipse accepit Christianos. Cum iam precatus esset, ut & qui iam crediderant, crescerent in perfectionem, & infideles conuerterentur: ita ab humana vita migravit ad Deum; mandans suis necessariis, ut nullum proprium locum ei comparent ad sepulturam: Si enim vivus non sustinui vocari alicuius loci dominus, sed inquilinus vix in alienis; neque post mortem pudebit esse inquilinum. Sed hoc (inquit) narretur posteris, quod Gregorius neque vnus alicuius loci possessor est nominatus; & post mortem fuit inquilinus alienorum sepulchrorum, se ipsum seiungens ab omni in terra possessione, aded ut nec in proprio quidem loco voluerit sepeliri. Solam enim eam possessionem iudicauit pretiosam, quae in se auaritia non suscipit vestigium.] hucusque Gregorius. Porro natalis dies eius, eodem die, nempe quintodecimo Kalendas Decembris, quo & Dionysij Alexandrini (ut nuper dictum est) agitur, Ecclesiae tabulis scriptus conseruatur, celeberrime anniuersaria consecratur.

Quod verò ad sepulchrum pertinet; etsi commune ceteris illud optauit, tamen corpus eius theca priuata repositum fuit, atque magno honore habitum, quod miraculis coruscaret. At quo modo ecclesia, in qua sacrum illius corpus asseruabatur, diuino miraculo illaesa seruata est, Theodorus^a Lector his verbis declarat: Cum Neocæsarea terræ motus aliquando futurus esset; miles quidam ciuitatem ingressus, duos milites in illa abeuntes, & alium quemdam post terga istorum clamantem vidit, ac dicentem: Seruate domum in qua theca est Gregorij. Et terræ motus factus est, ac maxima portio ciuitatis prolapsa: domus verò Gregorij mirabilium operatoris seruata.] hæc Theodorus, & alij. Sed hæc sub Anastasio^b Imperatore.

Verum quid acciderit de terræ motu tempore ipsius Gregorij Nysseni, idem ipse testatur his verbis: Nostris temporibus, cum grauissimus aliquando terræ motus ciuitatem labefactasset, & omnia propemodum funditus periissent, & publica & priuata ædificia omnia corruissent; solum illud templum mansit intactum & inconcussum.] hæc Gregorius. Commentum autem illud Suidæ^c, quod superuixerit vsque ad tempora Iuliani, ab omnibus exploditur: sed Iulianus ibi fortasse pro Gallieno, errore positus legitur. At nec probatur quod ait Nicephorus^d, peruenisse vsque ad tempora Diocletiani: cum nulla de eo sit mentio in posteriori Synodo Antiochena, ut in priori. Sed illud perperam impingitur Nicephoro, ut existimaret eundem esse Gregorium Thaumaturgum cum Gregorio Armeno, ut ex alijs locis^e eiusdem Nicephori perspicue potest intelligi, licet id alibi inconsulte transferimus.

Sed quo laudum præconio gloriam tanti viri sanctus Basilius^f dignissimo planè elogio, tamquam nobili epitaphio sepulchrali, testatam reliquerit, audiamus ipsum hæc scribentem ad Amphilochoium; cum in testimonium suæ sinceræ fidei, quæ ille de Spiritu sancto scripserat, adducit in medium: Ceterum (inquit) Gregorium Magnum & illius voces quo loco ponam? an non cum Apostolis & Prophetis, virum qui eodem spiritu, quo illi, versatus sit, qui quæ sanctorum vestigijs per omnem vitam inhaerit, qui quæ Euangelicæ conuersationis vigorem, quamdiu vixit, præstiterit? Equidem illud dixerim: profectò iniuria affecerimus veritatem, si non animam illam annumeremus: iis qui Deo iuncti sunt: qui velut insignis magnaque lucerna in Ecclesia Dei resplenduit: qui è Spiritu ope terrorem habuit aduersum dæmonum potestatem: nam tantam acceperat gratiam ad obedientiam fidei inter Gentes, ut, assumptis non plus septemdecim Christianis, vniuersum populum & vrbicum & rusticum per agnitionem adiunxerit Deo. Ille & fluminum cursus in diuersum vertit, præcipiens illis in magno nomine Christi; & paludem exsiccauit belli causam præbentem fratribus auaris. Ceterum prædictiones de futuris eiusmodi sunt, ut nihilo sit inferior ceteris Prophetis.

Sed omnino perlongum fuerit viri percerere miracula: qui propter donorum excellentiam, quæ in ipso operabatur Spiritus in omni virtute, signis & prodigijs, ab ipsis etiam veritatis hostibus alter Moyse appellatus fuit. In tantum in illo in omnibus tum dictis, tum factis eorum quæ per gratiam peragebantur, veluti lumen refulsit, supercaelestis virtutis indicium, quæ ex occulto affectabantur illum, cuius & in hodiernum quoque diem magna est apud eius regionis homines admiratio, recentique ac semper vicens memoria

XV. SEPTUAGINTA
CHRISTIANI
GREGORII
ILLAESEM
SERVATUM.
^aTheo. Lect.
collect. lib. 2.
^bCedren. in
Compend. an.
12. Anastas.

XVI. Suid. in
hystor.
^dNiceph. li. 6.
cap. 17.
^eNiceph. li. 8.
cap. 36. ibi
schol. Langi.
cap. 11.
cap. 19.

XVII. Basil. de
Spiritu sancto.
cap. 29.
ELOGIUM
SANCTI
BASILII DE
GREGORIO

XVIII. FIDELIS
CVSTODIS
ANTIQVI-
TATIS.

sic

A sic infixæ est Ecclesiis, ut nullo tempore obsolescat. Itaque non factum aliquod, non dictum, non figuram vllam mysticam, vltra quam illis reliquit, Ecclesiae adiecerunt. Immo hæc multa in iis quæ apud illos aguntur, in ritibus videntur imperfecta, propter institutionis antiquitatem. Neque enim sustinebant qui in Ecclesiae administrationem successerant, addita, quæ post illum adiuuenta sunt, recipere.] hucusque Basilius; qui & ad Neocæsarienses^a scribens, hæc de eiusdem Gregorij successoribus habet: Qui à tempore magni præsidis Ecclesiae vestrae Gregorij vsque ad beatum istum, alium post alium semper quasi ex quadam pretiosorum lapidum serie depromptos adiciens & adaptans, admirabilem Ecclesiae vestrae pulchritudinem largitus est: itaque neque deinceps de futuris desperandum est.] Vsque ad Musonium namque, qui tempore Basilij eam regebat Ecclesiam, inuolata esse ab illis custodita, quæ à Gregorio tradita essent, ad eos iterum^b scribens affirmat.

Fuisse quoque se heredem impollutæ fidei à Gregorio traditæ, pariter gloriatur; quippe qui sæpè profiteatur, se illam retinere fidem, quæ puerulus à sancta Macrina auia sua imbutus esset, quam suam in fide nutricem appellat: ipsa enim eiusdem Magni Gregorij Ecclesiae alumna fuerat, & ibidem Neocæsarea ipsam Basilium educauerat: quod ad Neocæsarienses scribens testatur, cum ait: Ego tum propter loci huius consuetudinem, qua illi à puero assueui (hæc enim à nutrice mea educatus sum) tum propterea quod postea quoque sæpenumerò in hoc loco versatus sum, &c.] sed quam suam nutricem dicat, alia epistola^c ad eosdem scripta declarat, cum ait: Fidei verò nostræ quæ potuerit euidencior esse probatio, quam quod à nutrice beata femina, quæ ex gremio vestro progressa est (Macrinam dico illustrem illam) educati sumus, in qua & beatissimi Gregorij verba, quæ memoriae beneficio ad illius vsque ætatem seruata ipsa retinuit, edocti sumus; quibus illa nos adhuc infantes tamquam pietatis dogmatibus finxit atque formauit.] Fuisse autem hanc sanctorum Basilij & Gregorij Nysseni auiam, ipse Gregorius Nyssenus^d affirmat, cum sororis eodem nomine dictæ Actæ contextuit.

Quæ autem præstantissimi ingenij sui vir sanctissimus reliquerit monumenta, sanctus Hieronymus^e hæc recenser: nempe, *πεντηκοντα εὐχαριστίας* scripsit Origeni, & conuocata grandi frequentia, ipso quoque Origene præsentem recitauit, qui vsque hodie extat. scripsit & *μετὰ δόξα* in Ecclesiasten, breuem quidem, sed valde vilem. & aliæ huius vulgò feruntur epistolæ, & de Fide: sed præcipue signa atque miracula, quæ iam Episcopus cum multa Ecclesiarum gloria perpetrauit, extant.] hæc Hieronymus. Fuit præterea ab eodem scripta, sed diuinitus accepta, de sanctissima Trinitate fides Catholica, quam superius recitauimus, quæ & posita habetur ipso exordio Quintæ Synodi, hoc titulo: Expositio fidei, secundum reuelationem Gregorij Episcopi Neocæsariensis.] Hanc Hieronymus de Fide nominat scriptionem, & magis proprio quidem titulo: nam liber eius de Expositione fidei diuersus ab ea erat. Et ne quis putet eandem esse schedulam illam breuem de Fide scriptam, cum libro de Expositione fidei; sanctum Basilium habet quem consulat: qui ad Neocæsarienses^f scribens, cum librum illum citet, & ex eo verba recitet; certum est ea non haberi in breui illo compendio fidei. ait enim: Quod Gregorius in Expositione fidei dixerit, Patrem & Filium iuxta mentis quidem considerationem duos esse, hypostasi verò vnum: hoc autem non dogmaticè, sed contentiosè in disputatione aduersus Ælianum dictum esse, intelligere nequiverunt, &c.] hæc quidem non legi in dicta fidei assertionem, certum est. Existimo autem Gregorium eidem fidei symbolo diuinitus tradito interpretationem addidisse; sicque totum illum, in quo vnà cum fidei confessione reuelata, interpretatio eiusdem inesset, Fidei expositionem esse nominatum.

Arguitur erroris quoque Leontius^g Scholasticus, dum ait, dubitatum à Patribus, an Expositio fidei verè fuerit ab ipso Gregorio scripta. Nam (ut vidimus) Basilius, qui omnia Gregorij accuratè perspecta habuit, ut Gregorij opus citat, & ab eo editum fuisse non dubitat: licet idem ibi de subsistentiis aliquid minus propriè videretur esse locutus, sicut & accidere potuit ex eodem textu malè ab hæreticis interpretato. Sed reddamus verba Leontij: Proferunt (inquit) nobis & aliam quamdam auctoritatem sancti Gregorij, quem Prodigijs effectorem nominamus, ex illius Confessione fidei seorsum exposita: Non duas personas, inquit, non duas naturas; quia non adoranda sunt quatuor. & alia quæ sequuntur. Ad hoc quoque respondemus: Primum de hac itidem dubitatum apud antiquos, an sit Gregorij. Deinde Gregorius Nyssenus orationem de illo

XIX. s. MACRINA AVIA S. BASILII.

c Basil. epist. 75. & 79.

d Greg. Nyss. in Vita s. Macrinae.

XX. Hier. de Scriptor. Eccles. in Theodor.

GREGORII SCRIPTA.

GREGORII DE EXPOSITIONE FIDEI LIBER.

f Basil. ep. 64.

XXI. g Leontius de sect. ait. 8. ARGVITVR LEONTIVS.

CHRISTI 266.

DIONYS. PAP. 6.

GALLIENI IMP. 12.

Prodigiorum effectore funebrem scribens, nullum ait opus ipsius in manibus esse, praeter solam fidem quam in visione perspexit] hæc Leontius.

XXII. Sed pace sua dixerim, Gregorius Nyssenus, quem citat, licet tantum descripta ab eo fide diuinitus reuelata mentionem faciat; non tamen ait nullum aliud præterea ab eo scriptum esse volumen. Rectius itaque locutus videtur Euagrius a, cum ait, ab Eutychianis hæreticis inter alia multa aliorum antiquorum Patrum deprauatum fuisse librum à Gregorio Thaumaturgo conscriptum. Extabant sanè Hieronymi tempore ab eo editæ lucubrationes, vt ipse testatur scribens ad Magnum b. Laudatur ab omnibus eiusdem Hieronymi c illa aduersus Ruffinum scripta sententia de erroribus qui in compluribus antiquorum Patrum scriptis legi solent, cum sic respondet Ruffino percontanti: Et quomodo, inquit, in libris eorum vitiosa nonnulla sunt? Si me causas vitiorum nescire respondero, non statim illos hæreticos iudicabo. Fieri enim potest, vt vel simpliciter errauerint, vel alio sensu scripserint, vel à librariis imperitis eorum paulatim scripta corrupta sint, vel certè, antequam in Alexandria quasi dæmonium meridianum Arius nascetur, innocenter quædam & minus cautè locuti sint, & quæ non possint peruersorum hominum calumniam declinare.] hæc Hieronymus, & in eandem sententiam multa alij.

a Euagr. li. 8. cap. 37.

b Hier. ep. 84.

c Hier. Apolog. lib. 2.

DE ERRO- RIEVS ANTIQVORVM QV AE RATIO HABENDA.

XXIII. Nec est quod in crimen vertatur tanto viro (ne id relinquamus intactum) si ab Origene recessurus, habuerit coram eo, quam diximus, orationem encomiasticam pro gratiarum actione. fuit sanè illud grati animi monumentum, quo (vt par erat) cui plurimum debebat, quod ille ipsum vnà cum fratre non tantum imbuisset (vt tradit S. Hieronymus d, philosophicis facultatibus, sed instillasset in eos pariter fidem Christi, & ex Ethnicis reddidisset etiam Christianos, gratias ageret. Quid ni laudasset virum, à quo tam imensum fuissent ambo beneficium consecuti? tunc præsertim, cum Origene adhuc inter Catholicos profiteretur; & si qua in eum fuissent obiecta, ipse se defensione purgaret. Auctor est Nicephorus e, eam orationem laudatoriam à Pamphilo martyre intertam fuisse in Apologia, quæ ab eo scripta dicebatur pro Origene, dum ait: Meminit huius Gregorij Pamphilus martyr in suis quos in Origenem elaborauit commentariis, in quibus oratio laudatoria Gregorij ad Origenem inserta inuenitur.] hæc ipse. Sed mirati sumus, eam in dicta Pamphili nomine vulgata, sed ab Eusebio scripta Apologia pro Origene non inueniri, nec eius Ruffinum aliquando meminisse. At nec est quod dici possit, alium ab Apologia fuisse illum Pamphili in Origenem commentarium: S. Hieronymus f enim auctor est, nihil aliud ab eo in Origenem, vel pro Origene esse elaboratum, præter librum Apologeticum.

DE GREGORII ORATIONE PRO ORIGENE.

d Hier. de Scriptor. Eccl. in Theodor.

e Nicephor. lib. 11. ca. 12.

f Hieron. de Scriptor. Eccl. in Pamphilo.

XXIV. Ceterum de Gregorio illud constat: quantumlibet in fide Christiana Origenem habuerit catechistam atque doctorem; tamen adeo omni penitus impuritate detæctam ab eo cognoscitur hausisse doctrinam, vt nullus vniquam nec aduersariorum quidem fuerit, qui vel leui suspicione cum Origene conniuentiæ eum in crimen adduxerit. Quod verò in ipsum aliquando fuerit inelamatum, suis scriptis fuisse Sabellio: procul hæc abhorrebant ab Origenis sententia. Sed quo sensu accipienda essent verba Gregorij, S. Basilij pluribus docuit g, nosque de his superius fusiùs egimus. At de Gregorio hæc tenent, quem in tot Ecclesiæ persecutionibus ad hæc tempora Deus incolumem visus est conseruasse vnà cum Dionysio Alexandrino, & aliis nobilissimis confessoribus: vt tanti viri quoque suffragio Pauli impietas contra diuinitatem Dei Filij damnaretur; & vt Christi diuinitatis fides, sicut ab Apostolis tradita & in Ecclesia illibata semper fuerat conseruata, stabilior firmaretur, aduersusque Arii concussionem venturas solidior ac prorsus immota consisteret. At post hæc cusa, collecta & edita sunt antiqua monumenta scriptorum eiusdem Gregorij Thaumaturgi à Gerardo Vossio viro præstantissimo, & inter alia ipsa de qua egimus eius oratio in laudem Origenis, à me diu frustra quæsitæ, Græcè scripta, atque in Latinum translata.

Gregorius Pater Origenis Auctoris.

g Basil. ep. 64.

IESV CHRISTI	DIONYSII PAP.	GALLIENI IMP.
ANNVS	ANNVS	ANNVS
267.	7.	13.

Annus ducentesimus sexagesimus septimus; Consulibus Gallieno Augusto septimum & Sabini adscribitur Consulibus Fastis: pariterque in numerum inscriptionum

CHRISTI 267.

DIONYS. PAP. 7.

GALLIENI IMP. 13.

A scriptionibus vnà cum Consulatu Gallieni septimo (secundum numerum annorum Imperatoris) decimatertia Tribunitia potestas notatur his verbis a: IMP. GALLIENVS P. F. AVG. P. M. TR. P. XIII. COS. VII. P. P.] Quo anno Valerianus Cæsar, Gallieni frater, Augustus appellatus, Tribunitiam potestatem accepit, vt ex Trebellio Pollione b colligitur. Verum præterisse Trebellium Valerianum filium Gallieni, ipsumque auctum Imperio, superius dictum est. Hoc eodem quoque anno Posthumij occisis in Galliis, Lollianus, & post eum Ælianus, ac subinde Victorinus Augusti sunt appellati: quibus etiam sublatis, Victoria Victorini coniux, vt Tetricus Senator Galliarum Præses, eius affinis, Augustus ab exercitu diceretur, effecit. hæc ex Trebellio, Victore, & aliis. At non hoc anno omnia sunt consummata, sed sequentibus vsque ad necem Gallieni, vt etiam Eusebius notat in Chronico.

In Theodoret. rei Antiquar. VALERIA NVS F. GALLIENI AVGVSTVS. Trebell. Pollio in Gallieno.

IESV CHRISTI	DIONYSII PAP.	GALLIENI IMP.
ANNVS	ANNVS	ANNVS
268.	8.	14.

Sequens annus Domini ducentesimus sexagesimus octauus adnotatur à Cassiodoro Consulibus Paterno & Arcesilao: quo Claudius dux exercitus in Dacia, vir insignis domi militiaeque spectatus, pertaxus socordiam Gallieni, qua in Romano Imperio noui quotidie tyranni excitarentur, de vindicando sibi illud, consilium iniit. Quanti verò hunc fecerit Gallienus, eius litteræ scriptæ ad Venustum, quas recitat Trebellius c, aperte significant.

CLAVDIVS DVX EXERCITVS IN DACIA. Trebellius in Claud. in fin.

Cum nuntiatum (inquit) esset per Frumentarios Claudium irasci, quod mollius videret; hæc tunc ipse ad Venustum: Nihil me grauius accepit, quam quod Notoria tua intimasti, Claudium parentem amicumque nostrum, insinuat sibi falsis plerisque, grauius irasci. Quæro igitur, mi Venuste, si mihi fidem exhibes, vt eum facias à Grato & Herenniano placari, nescientibus hoc militibus Dacianis *, qui iam sæuiunt, ne grauius ferant. Ipe ad eum dona misi: quæ vt libenter accipiat, tu facias. Curandum præterea est, ne me hoc scire intelligat, ac sibi succensere iudicet, & pro necessitate vltimum consilium capiat. Misi ad eum pateras gemmatas trilibres duas, scyphos aureos gemmatis trilibres duos, discum corymbiatum argenteum librarum viginti, lancem argenteam pampinatam librarum triginta, pateram argenteam hederatam librarum viginti & trium, voleta halieuticum argenteum librarum viginti, vrceos duos auro inclusos argenteos librarum sex, & in vasis minoribus argenti libras viginti quinque, calices Ægyptios operisque diuersi decem, chlamydes veri luminis limbatas duas, vestes diuersas sexdecim, albam subsericam peragaudem triuncem vnã, zanchas de nostris Parthicis paria tria, singiliones Dalmatenses decem, chlamydem Dardanicam mantulem vnã, penulam Illyricianam vnã, bardocucullum vnum, cucutia villosa duo, oraria sarabadena quatuor, aureos Valerianos centum quinquaginta, rientes Saloninianos trecentos.] hucusque ex epistola Trebellius recitat: quæ recensuisse non piguit, vt, qui esset in vasis ac vestibus horum temporum vsus, innotesceret; profutura hæc non nihil interdum ad antiquas quoque voces Ecclesiasticas declarandas. Quo modo autem nec his placari potuit Claudius, sed in Gallienum conspirans, anno sequenti arripuit sibi Imperium, mox dicemus.

II. * al. Dacianis, GALLIENI MVNERA AD CLAVDIVM.

IESV CHRISTI	DIONYSII PAP.	GALLIENI IMP.
ANNVS	ANNVS	ANNVS
269.	9.	15.

Christi anno ducentesimo sexagesimo nono, Paterno secundum & Macriano Coss. duodecimo Kalendas Aprilis, Gallienus Imperator vnà cum fratre Valeriano & filiis apud Mediolanum dolo Claudij occisus est.

I. GALLIENVS OCCISVS.

Quod in primis ad tempus spectat, Trebellius dicit, diuersas de annis Gallieni sententias à diuersis scriptis esse mandatas. Sed & ab Epiphanio d non nisi anni duodecim tribuuntur Imperio Gallieni. Veriorem tamen esse illam existimo, qua traditur ipse ad annum

d Epiph. lib. de mens.

CHRISTI
269.DIONYS. PAP.
9.CLAVDII IMP.
15.

^aIn Theophrast. ^bve An- ^cquar. ^dEuseb. li. 7. cap. 23.

num decimum quintum Imperij peruenisse, quod verus inscriptio^a nummi his verbis A significat: IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. P. F. AVG. P. M. TR. P. XV. COS. VII. P. P.] Eusebius^b quoque annos quindecim eiusdem Imperio tribuit, sed integros; quindecim etiam Victor, & alij.

II. Conspirasse simul in Gallienum Claudium Martianum & Cecropium duces exercitus, tradit Trebellius^c; eosdemque dolis abduxisse, extra urbem ipsum cum suis, quasi Aurelio obuiaturum: cum eum Mediolanum iuxta progressum vnà cum fratre & filiis milites, duce Cecropio, confecerunt, annum ætatis agentem quinquagesimum. hæc ex Trebellio atque Victore. Gallieno igitur vnà cum fratre & filiis in hunc modum sublati, tumultuantes milites in electione futuri Imperatoris, in eandem tamen sententiam coeuntes, Flauium Claudium elegerunt, cuius laudes vberius prosecutus est Trebellius, in gratiam Constantij Cæsaris, qui pater fuit Constantini Augusti, volumen scribens, quo proficitur, ex Claudij stemmate ipsum Claudium esse progenitum. Nuntiata Romæ electione Claudij nono Kalendas Aprilis, quàm adgatus sit Senatus, & quibus faustis acclamationibus eum omnes fuerint prosecuti, ex Actis ipsius Senatus Trebellius^d recitat: qui & de eius genere tractans, ex Dalmatis ait mansisse eius originem, licet ab Ilio alij affirmarent; tresque simul fratres extitisse, Claudium, Quintillum, & Crispum; ex eis Claudium absque liberis decessisse, ex Crispo autem genitam filiam Claudiam nomine, ex ea viroque Eutropio Dardano natum esse Constantium, Constantini Magni parentem; Claudium ipsum sub Valeriano Tribunatum gessisse Martiæ legionis quintæ in Illyrico, ab eodemque Valeriano creatum ducem totius Illyrici, qui haberet in potestate Thracas, Mœsos, Dalmatas, Pannonios, & Dacos exercitus. Sed hæc omnia pluribus, ex litteris Valeriani, Trebellius.

III. Qualem verò inuenit Claudius Romani Imperij statum, quantæve, audito obitu Gallieni, barbarorum gentes se effuderint in Romanum Imperium, litteris eiusdem Claudij ad Senatum scriptis Trebellius docet, his verbis: S. P. Q. R. Claudius Princeps. P. C. Militantes audire quod verum est: Trecenta viginti millia barbarorum in Romanum solum armati venerunt. Hæc si vicero, vos vicem reddite meritis: si non vicero, scitote me post Gallienum velle pugnare. Fatigata est tota Respublica, pugnabimus post Valerianum, post Ingenuum, post Regillianum, post Lollianum, post Posthumum, post Celsum, post mille alios, qui contempnu Gallieni Principis à Republica defecerunt: non scuta, non spathæ, non pila iam supersunt. Gallias & Hispanias, vires Reipublicæ, Terricus tenet: & omnes sagittarios (quod pudet dicere) Zenobia possidet: quidquid fecerimus, satis grande est.] hæc Claudius. Quod ad Zenobiam pertinet: ipsa post Odenati viri sui obitum Orientale suscepit Imperium: quod & magnis spiritibus sexum supergressa femina administrabat.

IV. At planè consilium Dei fuit, vt tot hostibus Claudius refertum inueniret Imperium: quippe in Christianos infensissimus, his detentus difficillimis occupationibus, haud illi liberum fuit, liberas fu roris habenas, sicut animo conceperat, relaxare: cum alioqui non destiterit, in Vrbe præfertim, eiusdem negotium facessere, Valeriani imitatus exemplum sed non perterritus vlione, quam & ipse haud serò expertus est, ex humanis citò sublati.

V. Cum igitur Claudius creatus Imperator Romam se contulisset, audissetque longa pace res Christianorum inualuisse, nobilissimosque viros ac clarissimas feminas Christianam religionem profiteri, succensuit. nam inter eas Decij coniugem seu concubinam Tryphoniam, eiusque filiam Cyrillam, opera Iustini presbyteri Christo nomen dedisse, milites etiam complures ex castris impietatis ad Christianos defecisse audiens; vehementi furore percitus, eos in custodiam recipi, & Cyrillam (nam mater eius iam spiritum Deo reddiderat) sibi præsentari faciens, virginem sic compellat^f: Sic tibi visum est præcepta & morem clarissimorum parentum, regiamque educationem negligere? Cyrilla respondit: Ego Christiana sum, ancilla Christi, respuoque dæmonia, quæ vos perducunt ad supplicia æterna, cum illis pariter perituros. Claudius dixit: Assentire nobis, & sacrificia diis; nubasque viro, qui respondeat natalibus tuis. Cyrilla respondit: Ego iam nupsi viro, qui me veram docuit sapientiam, nempe Domino Iesu Christo, cui semel tradita sum. Claudius ira feruescens, præcepit vt iugularetur. Cumque necata esset gladio, voluit corpus eius in platea canibus relinquere: collegit autem illud beatus Iustinus presbyter,

^aApud Trebell. in Claudio. ROMANI IMPERII STATVS IN FELIX.

CLAVDIVS HOSTIS CHRISTIANORVM.

CLAVDIVS ROMAM REDIENS QUID IN CHRISTIANOS.

EX Actis sancti Laurentij in sin. CYRILLAE MARTYRVM.

CHRISTI
269.DIONYS. PAP.
9.GALLIENI IMP.
15.

A ter, & sepeliuit cum matre eius, vbi iam antè posuerat corpus beati Laurentij, quinto Kalendas Nouembris.] hæctenus Acta de Cyrilla, sed pergunt hæc de alijs dicere:

Eodem tempore iussit Claudius exercitum armatum in Palatio Sallustij includi, militesque baptizatos sibi præsentari. Præcepitque exercitui, vt educerent eos extra muros portæ Salarie ad Figlinam, vt illic capite plecterentur. Ita decollati sunt omnes quadraginta sex pro Christi nomine cum vxoribus suis (erant enim ex Prætorianis Romæ semper agentes) corpora illorum Iustinus presbyter & Ioannes nocte collegerunt, & sepelierunt in crypta, multis præsentibus Christianis, via Salaria, in Cliuo Cucumeris, octavo Kalendas Nouembris, vbi florent orationes eorum vsque in hodiernum diem, cum alijs centum viginti martyribus, inter quos fuerunt quatuor milites, Theodosius, Lucius, Marcus, & Petrus: qui, vt viderunt armatos ad se venire milites, rogabant vt ipsi primi ante omnes decollarentur, ea feruentes intentione, vt mallent læti mori pro Christo, quàm malè viuere.] hucusque Acta ex diuersis exemplaribus emendata. De reliquis autem qui item Romæ sub Claudio passi sunt, dicemus anno sequenti. Porro horum natales dies, tot insignibus illustrati martyrijs, inter Ecclesiastica monumenta relati, anniversaria celebritate religiosè coluntur.

IESV CHRISTI DIONYSII PAP. CLAVDII IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
270. 10. 2.

D Vcentesimo septuagesimo Christi anno, Claudius secundum & Paternus creati sunt Consules: prior verò Claudij Consulatus suffectus fuit, & tempore Valeriani contigit: quod litteræ^a eiusdem Imperatoris significare videntur. Huius anni principio ab eodem Claudio in Christianos acrius sæuitum est: nam promulgauit edictum, vt qui in carcere tenerentur Christiani, vel foris in vulgo inuenti essent, absque interrogatione punirentur. Quæ autem tunc Romæ contigerint martyria, Acta ipsorum, & quidem legitima, docent. contulimusque in antiquis Ecclesiasticis scriptis codicibus leguntur, cum iis quæ typis habentur excusa^b, mendisque aliquibus eidem in hærentibus expurgauimus; quæ hic describere ex instituto dignum existimamus, huicque ipsi anno, quo ea omnia contigisse videntur, attexere sunt huiusmodi.

Imperabat Claudius, quando quidam è Perside Christiani Romam venerunt ad orationem Apostolorum, Marius, & Martha eius coniux, cum filijs Audiface & Abachum.] Quod ad Marij nomen spectat, quod Romanum sit, puto equidem ipsum Maras, seu Maris dictum (quod Pericum nomen est) sed Latina inflexione ex Maras deductum Marium; & ex Marthas, Martham pariter dictam. Hi cum peruenissent Romam, studuerunt sollicitè inquirere corpora sanctorum quæ erant in cœmeterijs, & Christianos inuisere qui detinebantur in carcere. Et cum venissent in carcerem Transiberini positum, conspiciunt hominem fidelem, Quirinum nomine, qui pro Christi nomine multa verbera perpeffus fuerat, & suis facultatibus spoliatus. Ad quem venientes, miserunt se ad pedes eius, obsecrantes vt pro eis oraret. Ibi que manserunt diebus octo, ministrantes beato Quirino, & alijs qui ibidem erant, lauantes pedes eorum qui vinculis tenebantur constricti, & ipsam aquam super capita sua ac filiorum suorum spargebant.

E Eo tempore iussit Claudius, vt Christiani, qui inuenti fuissent in vulgo, aut in carceribus, sine interrogatione punirentur. Ipso autè edicto promulgato, tenuit ducentos sexaginta duos Christianos, qui damnati antè fuerant ad fodiendam arenam via Salaria pro nomine Christi: quos ductos Romam, & in Amphitheatrum inclusos, milites sagittantes interfecerunt. Marius & Martha hæc scientes, contristati sunt vehementer, & vnà cum filijs & beato Ioanne presbytero venerunt ad corpora sanctorum martyrum, quæ ex igne sublata subtraxerunt, & in linteaminibus inuoluta sepelierunt in crypta, via Salaria, in Cliuo Cucumeris: simul etiam sepelierunt Tribunalum Claudij nomine Blastum: quo in loco permanentes, vigilas & ieiunia & orationes multis diebus cum Ioanne celebrarunt.

Audiens hæc Claudius, curiosè iussit perquiri Marium & vxorem eius: & non inueniunt, quòd occultè istic agerent. Venientes verò Romam ad carcerem, requirebant beatum Quirinum: quem non inuenientes, contristati sunt: sed inueniunt presbyterum

VI. CHRISTIANI MILITES TRUCIDANTUR.

^aApud Trebell. in Claudio. INGRAVASCENS PERSEGVITIO. ^bEdidit Sur. tom. 1. die 14. Februarij.

I I. PERSARVM CHRISTIANORVM FIDES.

III. NECANTVR ALII MARTYRES.

IV. DE QUIRINO MARTYRE.

CHRISTI
270.DIONYS. PAR
10.CLAVDII IMP.
2.

rum nomine Pastorem, qui enarrauit eis, quo modo noctu beatus Quirinus gladio fuerat interfectus, & iactatus in Tiberim. Corpus eius remanserat in insula quadam. Quo audito, perrexerunt noctu cum familia sua & Pastore presbytero, & collegerunt corpus eius, & sepelierunt in cœmeterio Pontiani in crypta, octauo Kalendas Aprilis. Post hæc verò Marius & Martha cum filijs adeunt locum in quo Transiberim in cœnaculo Christianorum multitudo psallerent & lætarentur. Pulsant ianuam. Illi timentes, noluerunt aperire.

V.
DE CALLISTO
EPI-
SCOPO.

Eodem in loco erat Episcopus, nomine Callistus: qui cum audisset pulsantes, dixit ad Sanctos: Confortamini, & nolite timere: Christus pulsat ostium nostrum: aperiamus ergo os nostrum, & confortari laudemus Dominum qui nos vocat. Et confestim ipse perrexit, & aperuit ostium. Quem videntes illi, miserunt se ad pedes eius. & cum se inuicem cognouissent, gauisi sunt, se inuicem osculantes. Tunc beatus Callistus hanc dedit orationem: Domine Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, qui dispersa congregas, & congregata conseruas, auge fidem & fiduciam seruis tuis, per Christum Dominum nostrum, qui uiuit cum te Deo Patre omnipotente, & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Et responderunt omnes: Amen.] has enim conijcio dici solitas preces in aduentu fratrum.

VI.
DE VALENTINO.

Cum in eodem loco mansissent absconditi duobus mensibus; interim Claudius apprehendi iussit Valentinum presbyterum, quem vinxit catenis & compedibus, inde post biduum audiuit eum, atque tradidit Calpurnio: qui egit per Asterium, vt Valentinum ad cultum idolorum reuocaret. Huius cum filia cæca ab eo fuisset illuminata, credidit ipse, atque vxor ipsius, atque familia: qui die sancto Dominico ab Episcopo sunt baptizati. Qui omnes à militibus tenti sunt: inde ad Ostia Tiberina ducti, ibi pro Christi nomine occisi. Valentinus verò presbyter post longum carcerem ductus, decollatus est via Flaminia, sequenti anno, decimosexto Kalendas Martias.

VII.
CERTAMEN
MARI ET
MARTHÆ.

Tenti sunt etiam eodem tempore Marius & Martha cum suis; & Musciano Vicario traditi: ab eodem fustibus cædi iussi sunt pater & filij, spectante matre. Cum caderentur, sub voce præconis dicebant cadentes: Præcepta Principis contempnere nolite. Martha autem gaudens dicebat: Filij mei, constantes estote. Marius verò laudabat Dominum, dicens: Gloria tibi Domine Iesu Christe, Muscianus Vicarius iussit eos leuari è terra, & suspendi equuleos. Qui dum attraherentur funibus canabinis, clamabat alta voce Audifax filius maior: Gloria tibi Domine Iesu Christe, qui dignatus es annumerare nos cum seruis tuis. Iratus verò Muscianus, iussit ad latera eorum ignem apponi, & vngulis ferreis radi. Illi autem dicebant tantum, Gratias tibi agimus Domine. Addidit Muscianus, vt iuberet præcidi illorum manus: quas colligens Martha, & sanguinem qui fluēbat, lineabat caput suum cum gaudio. Præcepit & Muscianus eos circumagi, & clamari voce præconis ad populum: Deos blasphemare nolite. Illi verò econtra clamabant: Non sunt dii, sed dæmones, qui vos perdunt cum Principe vestro: Lecta est ex tabella sententia eodem die, vt qui blasphemassent deos, capite punirentur.

VIII.
*al. Aurelia
MARTY-
RIVM MAR-
THÆ ET
SOCIORVM.

Ducti sunt via Cornelia* milliario duodecimo ad Nymphas Catabassi, & ibi sunt decollati, & corpora eorum combusta: Martha verò in puteum proiecta est. Matrōna verò, Felicitas nomine, sustulit corpora semiusta, & sepeliuit in prædio suo; & Martham leuauit de puteo, & iunxit cum sanctis die decimaquarta Kalendarum Februariarum, vbi præstantur beneficia Domini nostri Iesu Christi vsque in hodiernum diem.] hucusque horum martyrum Acta: quæ ex multis vt fideliora delegimus: quæ enim prolixiora habentur typis* excusa, minus legitima in pluribus visa sunt: multa enim addita videntur ab aliquo, qui ex prolixitate dignitatem historiarum, & non ex sincera veritate pensauit.

IX.
TRANSLATIO
SANCTORVM
MARTY-
RVM.

Corpora verò dictorum sanctorum martyrum Marij & Marthæ Romam postea translata, in nobilissima Diaconia sancti Hadriani, vnà cum alijs præclaris sanctis martyribus, condita sunt. Et hoc ipso anno, quo hæc nostra cudimus, inuenta vnà cum sancto Hadriano, Flauia Domitilla, Nereo & Archileo, Tribus pueris, Papiæ & Mauro martyribus (quorum omnium plumbeæ & lapideæ tabulæ scriptæ indices erant) ab Illustrissimo ac Reuerendissimo D. Augustino Cusano, eius Ecclesiæ Diacono Cardinali, spectatæ pietatis ac honestissimæ vitæ viro, in Confessione egregie restituta, more maiorum, sup̄ honorificentissimè collocata: quæ frequenti populi Romani concursu videntur, atq; religiosè coluntur. His autem admonemur, vt corrigamus, seu potius declaremus, quæ in nostris Notationibus ad Romanum Martyrologium in primis diximus, corpora sancto-

rum

CHRISTI
270.DIONYS. PAR
10.CLAVDII IMP.
2.

A rum martyrum Marij & Marthæ condita esse in Insula Tiberina, in ecclesia sancti Ioannis Chalybitæ, prout præ se fert inscriptio super Confessionem affixa, qua tum eorum, tum etiam filiorum ibi inesse corpora significatur. Equidem factum esse videtur, vt, quò dictorum martyrum filiorum ibi sita sint corpora, parentum pariter inesse fuerit existimatum: cum tamen & horum etiam reliquiarum partem aliquam sitam ibi esse, nemo iure negarit. Id quidem sic se habere, manifestè sanè potest intelligi ex iis quæ apertè testatur publica ac fidelis inscriptio marmoreæ insculpta tabulæ, in eiusdem Diaconia sancti Hadriani ad se posita, qua declaratur, A. D. M. CC. XXVII. Gregorij Papæ Noni Pontificatus anno primo, inuenta esse in eiusdem ecclesiæ Confessione inter alia superius recensita etiam corpora sanctorum martyrum Marij & Marthæ; eorumdemque maiori parte ibi relicta, reliquam ab ipso Gregorio Papa in eadem ecclesia paulò post à se dicata sub primario altari repositam.

Idemque planè accidit de sanctorum Papiæ & Mauri Romanorum militum venerandis corporibus, quæ diximus in iisdem Notationibus posita esse in Titulo Equitij, quòd, quæ postea facta sunt, nobis essent penitus incomperata: re vera autem ibidem (vt dictum est) inuenta, & ab ipso etiam Gregorio Pontifice Maximo seorsum ab alijs in lapidea capsula fuerunt sub eadem Confessione recondita, translata ex eodem Titulo Equitij, vbi sub Sergio Papa Iuniorè vnà cum alijs sanctis martyribus fuerant collocata. verumtamen aliquam partem dictorum martyrum ibi esse relictam, satis ex eo potest intelligi, quòd inuenta modò eadem corpora, non sunt prorsus integra; licet maxima ipsorum pars dici possit, existentibus ibi eorumdem quoque capitibus, prout res ipsa cunctis patens perspicuo docuit experimento. Sed præter alia antiquitatis monumenta, in dicto martyrum loculo tabella lapidea, laterculi instar, inuenta est, hac inscriptione notata:

IN HOC LOCO REQUIESCUNT CORPORA SANCTORVM MARTYRVM PAPIÆ ET MAVRI. Quæ eodem in loco posita, vnà cum reliquijs asseruantur.

Placuit autem Sanctissimo D. N. SIXTO QVINTO Pont. Max. id agente singularioris studio, quo res nostras semper est prosecutus, ipso Illustrissimo ac Reuerendissimo D. Augustino Cusano, eiusdem Ecclesiæ Diacono Cardinali, de nostra Congregatione iugiter benemerente, vt eorumdem sanctorum martyrum Papiæ & Mauri sacra corpora ex Diaconia S. Hadriani in nostram ecclesiam S. Mariæ & S. Gregorij in Vallicella dictam, & in regione Parionis positam, transferrentur. Quod religioso officio & munificentia eiusdem Illustrissimi ac Reuerendissimi curatum est, cuncta, quæ ad rem tantam opus essent, liberaliter exhibentis.

Accidit propè diuino miraculo, vt eum multis annis summa impensa ædificaretur & iam perduceretur ad finem quæ in honorem Dei Genitricis & S. Gregorij Papæ eadem inchoata esset ecclesia, inter alia insignia illustraretur, more maiorum, martyrum quoque sepulchro; iidemque martyres his ipsis diebus opportunè, Dei planè consilio, denuò apparerent, vt in ampliori ecclesia collocatos, maiori illos Vrbs (vt par est) prosequeretur honore; ipsi verò auctiora præstarent beneficia supplicantibus. Vidimus ea, pariterque retigimus, ac licet indigni, iterum atque iterum exosculati sumus, eorumdemque sacro feretro vnà cum collegis fratribus in eorum translatione læti subiecimus, tertio Idus Februarij, anno D. M. D. XC. Dulce admodum atque iucundum fuit, post recensita tot certamina martyrum, vltima hac ipsa die à tam insignibus Romanis martyribus visitari. Suscepimus hilarè tantos hospites apud nos perpetuò permanfuros, eosdemque patronos nostros ampliori cultu veneraturi, maioribusque in dies obsequijs, studiis, & officiis, diuina gratia adiuuante, sedulo frequentaturi.

Qui autem allata celebri pompa sanctorum martyrum corpora religiosissimo obsequio exceperant, ad infimos vsque ecclesiæ gradus obuiam prodeuntes, fuerunt Illustrissimi ac Reuerendissimi S. R. E. Cardinales.

Alphonfus Gesualdus Neapolitanus Cardinalis Episcopus Portuensis.

Gabriel Palaortus Bononiensis Cardinalis Episcopus Albanensis.

Nicolaus Sfondratus Mediolanensis TT. S. Ceciliae Presbyter Cardinalis Cremonensis.

Dominicus Genuens TT. S. Laurentij in Pane & perna Presbyter Card. Pinellus.

Hippolytus TT. S. Pancratij Presbyter Card. Aldobrandinus Maior Pœnitentiarius.

Hieronymus Taurinensis TT. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. de Ruuere.

Scipio Manuanus TT. S. Mariae de Populo Presbyter Cardinalis Gonzaga.

Marianus

X.
DE TRANS-
LATIONE
SANCTO-
RVM PA-
PIÆ ET
MAVRI.XI.
NOVISSI-
MAEORVM
DEM TRANS-
LATIO.

XII.

XIII.
QVI IN-
TERFVERE
TRANSLA-
TIONI.

CHRISTI 270. DIONYS. PAP. IO. CLAVDII IMP. 2.

Marianus Perbenedictus IT. SS. Marcellini & Petri Presbyter Card. Camerinenfis. A
Federicus Mediolanensis S. Agatha Diaconus Cardinalis Borromaeus.
Augustinus Mediolanensis S. Hadriani Diaconus Cardinalis Cusanus, qui corpora San-
ctorum iussu Sanctissimi conceptis verbis tradidit R.D. Philippo Nerio Florentino,
Praeposito Congregationis Oratorij.
Guido Bononiensis SS. Cosma & Damiani Diaconus Cardinalis Pepulus.

At de translatione haecenus : ipsorum autem martyrum res gestas, suo loco, seruato ordi-
ne temporum, recensere videmus. Sed iam tandem redeamus ad Acta martyrum, vnde neces-
sitate compulsa oratio, aliò euocata, deflexit.

XIV. Quod verò ad Callisti Episcopi recitatum superius nomen spectat: idem legitur in aliis
cunctis quae vidimus exemplaribus. Sed cum constet, his temporibus Claudij sedisse Rom-
mae Episcopum Dionysium; existimamus alium à Romano quempiam esse intelligen-
dum Antistitem, & fortasse proximum Portuensem, sub cuius dioecesi Transiberina re-
gio censeretur. Si verò ad Callistum Papam haec quis referre maluerit, non sub Claudio
Imperatore, sed sub Alexandro sunt collocanda: quod & fecissem libentius, nisi Marty-
rologia cuncta dictos martyres sub Claudio ponerent. nam & Asterius presbyter, de quo
nuper dictum est, sub Alexandro passus habetur, vt superius est enarratum. Locus verò
ad Nymphas dictus, inter viam Corneliam & Portuensem situs est, qui corrupto nomi-
ne vulgò hodie dicitur, Sancta Nymphia, vbi adhuc antiquae ecclesiae inuisunt vestigia:
insunt & nobilissimi subterranei aquaeductus, vt conici possit, ex aquarum abundantia
consecutum esse nomen locum illum, vt diceretur, ad Nymphas; quem nos vidimus: nam
opportune his contigit ferme diebus, vt Ecclesiasticarum antiquitatum cupidissimus Illu-
strissimus ac Reuerendissimus D. Gabriel Palazzottus, S.R.E. Cardinalis Episcopus Alba-
nensis, optimi Praefulis dignum exemplar, vna cum germano suo clarissimo viro D. Ca-
millo, Oratore Bononiensi apud Sanctissimum D. N. SIXTVM QVINTVM, ad celebrata
illa scriptorum monumentis in Portu Romano loca, & sacras praesertim sanctorum me-
morias inuisendas, vna me secum adiungeret.

XV. Sed planè accidit, desertum videre locum, littusque relictum: quo sanè factum est, vt
ingemisceremus recordatione florentissimae olim Portuensis Ecclesiae, iam penitus solo
aequatae: necnon amplissimarum sacrarum aedium S. Hippolyti Portuensis Episcopi (cu-
ius gloria tum ex martyrio, tum etiam ex praecclarissimis lucubrationibus comparata, toto
illuxit orbi terrarum) vix esse reliquam altissimam sacram turrim, antiquae gloriae tristem
indicem, ac iuxta eam celebrem illum puteum, olim eius martyrio illustratum, iam mo-
dò vsque ad summum terra repletum. Sed & frustra sunt perquisita aliorum Portu-
ensium martyrum monumenta: nulla enim ibi penitus vestigia Eutropij, Zosimae, atque
Bonosae, nec illorum gloriosorum quinquaginta militum, qui in S. Bonosae certamine ad
fidem conuersi, martyrium subière: quos omnes sanctus Felix Papa sacro Baptismate
abluit, & ad pugnam pro Christo reddidit fortiores, Ecclesiasticis chartis tantum no-
tos. Sed nec sanctorum martyrum Martialis, Saturnini, Epicteti, Maprilis, Felicis ac So-
ciorum, quorum in Actis eiusdem Hippolyti est clara mentio, memoriae aliquid residui
erat: sicut nec Pauli, Heraclij, Secundillae & Ianuariae, neque Vincentij, quos in eodem
Portu Romano esse passos, tabulae Ecclesiasticae docent. Sed & frustra quaesita sunt
vestigia nobilissimi xenodochij, quod sanctus Pammachius, cuius immensae charitati an-
gustior visa Vrbs, & tardior aduentus pauperum, extendens vsque ad mare propagines
misericordiae suae, in eodem Portu Romano constituit: vt è nauì pauperibus descendenti-
bus, ipse eos parato suscepturus hospitio, primus occurreret. Verum vna haec erat commu-
nis consolatio, quòd egregij operis structura apud sanctum Hieronymum viuere eius-
modi immortalitatis elogio: Audio te xenodochium in Portu fecisse Romano, & virgam
de arbore Abraham in Ausonio plantasse littore. Quasi Aeneas noua castra metatis: &
super vndam Tiberis, vbi ille, cogente quondam penuria, crucis fatalibus & quadris pa-
tulis non pepercit; tu viculum nostrum, id est, domum panis aedificas, & diurnam fa-
mem repentina saturitate compensas.] horum inquam saltem meminisse iuuabat, &
praeteritorum laeta memoria calamitatem nostrorum temporum solabatur.

XVI. Sed & ipse Romanus portus à Claudio structus, à Traiano auctus (clarissima monu-
menta Regum) penitus demolitus, atque à mari relictus, rerum humanarum incon-
stantiae testis, in memoriam reuocabat eundem sanctum Hieronymum, cum illic iam nauium

DE LOCO AD NYMPHAS.

a Martyrolog. Roman. 8. Julij 15. eiusdem item 22. Augusti. b Martyrolog. Roman. die 2. Martij.

Hier. ep. 26. Gen. 18.

CHRISTI 270. DIONYS. PAP. IO. CLAVDII IMP. 2.

A consensurus, ad sanctam virginem Afellam a, de iis quas immeritò ab aduersariis passus
esset Romae calumniis, scripsit epistolam. videre videbatur sanctissimum virtum iusta
indignatione commotum, secundum praecipitum Domini, illic de pedibus excutere pulue-
rem in testimonium contra eos, quos miseros postea Dei irae vindex depastus est Gortius.
Huic proximum nostrae mentis obtutibus magnum illud Christianae pietatis exemplum,
exhibitumque ibi spectaculum succedebat: cum duae illae feminae Consulares, Paula &
Enstochium b ibidem relictis lugentibus filiis, fratribus, reliquisque cognatis, ipsae tantum
laetae, terram promissionis, nouo exemplo, nauigio quaesiturae, ex eodem Portu Roma-
no soluerunt. Sed de memoriis Portuensibus haecenus, in quas occasione loci ad Nym-
phas, paulò fortasse licentius laxatis habenis, peruagata videatur oratio: at non puro lesto-
ris aedio, cui ob oculos tot posita sunt rediuiua velut in theatro spectacula. Sed iam ipsa
B freno coercita, quae se in alias ibi positas, & in Ostientes quoque memorias, quas inui-
simus, cursu rapido cupiebat effundere, ad coeptum iter reuocetur inuira.

Iisdem Consulibus, quinto Idus Septembris data reperitur Dionysij Papae epistola
ad Seuerum Episcopum Cordubensem, de parochiarum diuisione, sicut & libro de Ro-
manis Pontificibus scriptum habetur: Hic presbyteris diuisit Ecclesias & coemeteria,
parochiasque & dioeceses constituit.] Sed considerandum est, non à Dionysio Papa. pri-
mum, verum ab aliis antecessoribus Romanis Pontificibus, suis limitibus distinctas fuisse
parochias, presbyterisque diuisas. At quòd in persecutione Valeriani (vt dictum est) ab
ecclesiis essent auulsi presbyteri, & in coemeteria Christiani omnes etiam conuenire ve-
titi: illo sublato de medio, & à Gallieno restituta Ecclesiae pace, & coemeteria ad eundem
ab eodem libera facultate concessa, illarum ecclesiarum presbyteris compluribus marty-
rio vita sanctis, eisdem iterum diuidere, ac pro ratione distribuere, coemeteriaque singu-
lis consignare, Dionysij opus fuit.

IESV CHRISTI ANNVS 271. DIONYSII PAP. ANNVS II. CLAVDII IMP. ANNVS 3.

Christi annus ducentessimus septuagesimus primus adscribitur Fastis, Antiochiano
(aliter Actatiano) & Orfito Consulibus. Meminit horum Consulum Trebellius
Pollio c, quibus ait finitum esse, bellum formidolosum susceptum aduersus barbaros:
cum, increbescente lue, ab eadem Claudius Imperator tactus occubuit: moxque ger-
manus eius Quintillus à militibus Imperator creatus est: sed quòd se grauem atque seue-
rum ostenderet erga milites ab iisdem decimas septima die post adeptum Imperium occi-
sus est. haec omnia pluribus Pollio. Quod verò ad tempus mortis eius spectat; ab iis ipse
dissentire videtur, qui dicunt defunctum esse Nonis Februarij: nam de vita eius hoc versu
recitat pronuntiatum oraculum:

Tertium Latio regnantem viderit aetas.]

Sed & ex eo etiam arguuntur erroris qui tribuunt Imperio Claudij annum vnum tantum,
ac menses decem, & dies quindecim: nam Porphyrius philosophus Platonius, qui his
temporibus viuebat, in Vita Plotini affirmat haec de ipso: Agebat (inquit) Plotinus annos
(vt retulit Eustochius) sex & sexaginta, secundo Claudij Imperatoris anno iam peracto.] &
paulò post: Iam verò si computemus à secundo Claudij Imperatoris anno exacto iam annos
sex & sexaginta, natiuitatis illius tempus cum tertio decimo Seueri Imperatoris anno
concurrat.] haec Porphyrius, quibus institutam à nobis chronologiam certum est veritati
in omnibus respondere. Quod spectat ad Imperium, & mortem Quintilli, & assumptio-
nem Aureliani, haec habet Vopiscus d: Multi ferunt Quintillum fratrem, cum in praedio
Italico esset, audita morte Claudij, sumpsisse Imperium: verum postea vbi Aurelianum
comperit imperare, à toto exercitu derelictum; cumque contra eum concionaretur, nec
à militibus audiretur, incisis sibi met venis, die vigesimo sui Imperij petiisse.] haec ipse.

Sublatis igitur Claudio Augusto atque Quintillo, Domitius Valerius Aurelianus ob-
scuris parentibus siue in Dacia, siue in Maesia, vel in Pannonia Syrmij natus (diuersas enim
de eare fuisse maiorum sententias testatur Vopiscus e) fauore militum oblatum solus tenuit
Imperium. Fuisse autem hominem aequi amantissimum, eius epistola, quam ad Vi-
carium

Annal. Eccl. Tom. 2.

FFF carium

a Hier. epist. 101. b Mart. Victor in 12. c Hier. ep. 27. ALIAE MEMORIAE PORTUENSIS.

xvii. DE PAROCHIA RVM DIVISIONE.

1. Tertull. in Claud. OBITUUS CLAVDII ET QVINTILLI.

Propis in Aureliano. QVINTILLVS MORTVVS.

II. AVRELIANVS IMP. VOPISC. in Aureliano.

AEQUAELEGES PRAESCRIPTAE MILITIBVS.

LIII. 3.

III.

Vopisc. in Aureliano. AVRELIANI SEVERITAS.

IV. c Porphy. in Vita Plotin. in princip. PLOTINI OBITVS.

V. Jul. Firm. lib. 1. c. 3. q. 9.

carium suum scripsit, testatur his verbis: Si vis tribunus esse, immo si vis viuere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat, vnam nullus auferat, segetem nemo detrahat, oleum, sal, lignum nemo exigat; annona sua contentus sit. De praeda hostis, non de lacrymis prouincialium habeat: arma tersa sint, ferramenta famiata, calciamenta fortia: vestis noua vestem veterem excludat: stipendium in baltheo, non in popina habeat: torquem brachialem & anulum apponat: equum saginarium suum defricet: captum animal non vendat: mulum centuriatum comiter curet: alter alteri quasi seruus obsequatur: a medicis gratis curentur: aruspicius nihil dent: in hospitibus caste se agant: qui litem fecerit, vapulet.] hucusque ex epistola Aureliani recitat Vopiscus: quae hic intexere non praetermisisse volumus, quod eamdem ferme legem suis militibus Aurelianus praescripsit, quam S. Ioannes Baptista iisdem salutis viam addiscere cupientibus olim proposuit; nimirum cum dixit: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris.]

Ceterum haec non verbis tantum agi, sed re ipsa ab ipsis praestari voluisse Aurelianus, dura nimis ac saeva in militem animaduersio exhibita declarauit, quam idem Vopiscus supra narrat his verbis: Solus denique omnium, militem, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, easdemque subito dimitteret, vt scissus ille vtrumque penderet.] haec ibi. ac rursus de inuiolabili obseruatione iustitiae: Seruos & ministros peccantes coram se caedi iubebat, vt plerique dicunt, causa tenendae seueritatis; vt alij, studio crudelitatis, ancillam suam, quae cum seruo adulterium fecerat, capite puniuit. Multos (inquit) seruos e familia propria, qui peccauerant legibus, audiendos iudicij publicis dedit.] Sed & litteris Valeriani satis perspectam fuisse Aureliani seueritatem, apparet, quas idem auctor Vopiscus recitat. Quomodo autem seueritas ex iustitia comparata, in crudelitatem mutata, contra ius falsaque Christianam religionem inceserit, suo loco dicemus.

Hoc eodem anno, ingruente lue, ex qua subductus est Claudius Imperator, Plotinus quoque (vt auctor est Porphyrius) tactus angina, accedentibusque manuum ac pedum vlcibus; cum migrasset in Campaniam in agrum Zethi familiaris inter Minturnas atque Puteolos collocatum, interijt, praesente Eustochio amico, cuius aduentu quid Plotinus affatus sit, idem auctor docet his verbis: Cum iam morti Plotinus appropinquaret, quemadmodum nobis Eustochius retulit, qui Puteolis habitabat, ac ferme tardius ad eum accesserat: Adhuc te (inquit) expecto; atque equidem iam aditor, quod in nobis diuinum est, ad diuinum quod viget in vniuerso, redigere. spiritumque his verbis emisit. Interea draco sub lecto, in quo iacebat ille, pererrans, mox in parietis foramen se prorsus occuluit.] haec Porphyrius. At quidnam draco iste, qui, decedente Plotino, recessit? familiarem daemone eidem assidue inhaesisse, & quidem ex diuinorum ordine daemone, idem Porphyrius inferius pluribus docet: sed ex forma ipsa, cuiusnam generis fuerit daemon ille, quis non intelligat? Vides quem princeps philosophorum, qui ceteris omnibus absque aliqua controuersia praestaret philosophis morum sanctitate atque doctrina, nactus sit vel adsciuerit potius sibi familiarem daemone, quocum vixerit, atque ex hac vita recesserit. haec quidem haud alicuius ex hostibus, aemulisve Plotini, sed discipuli amantissimi praceptoris obseruantissimi, Porphyrij inquam testificatione explorata in medium afferuntur.

Ceterum quod ad morbum spectat, quo solutus interijt: angina cum eum percussum, exulceratumque manibus atque pedibus, Porphyrius tradat, remque paucis absoluat; Iulius Firmianus Maternus & ipse Ethnicus, qui temporibus Constantij Imperatoris scripsit, eius morbum & obitum ita descripsit: Primum naembra eius frigida sanguinis tortore riguerunt, & oculorum acies splendorem attenuati luminis perdidit: postea per totam eius cutem magnis humoribus nutrita pestis erupit, vt putre corpus, deficientibus membris, corrupti sanguinis morte tabesceret. Per omnes dies horisque serpente morbo minutae partes viscerum defluant: & quidquid paulo ante integrum videras, statim confecti corporis exulceratio deformabat. sic corrupta ac dissipata facie, tota ab illo figura corporis discedebat; & in mortuo (vt ita dicam) corpore solus superstes retinebatur animus; vt ista grauis morbi continuatione confectus, & tormentis propriis coactus, ac verae rationis auctoritate conuictus, vim fati potestatemque sentiret; & vt confecti corporis laceratione quassatus, sententiam Fortunae pronuntiantis exciperet.] Ista quidem

A quidem Iulius fati omnia moderantis assertor, affirmans haec illum contemptorem fati a fato viciscente perpeffum, quod contra fatum accurare ipse Plotinus scripserit. cuius rei gratia (si dii essent) maxima ab eis beneficia consequi debuisset, vindicatis per ipsum in libertatem potestatemque eidem diuinitus inhaerentem, quae fati vnus assertione contemnitur.

Sed aliunde prorsus infelicis Plotini exitus causa a prudentioribus petenda est. quod enim auditor Christiani philosophi Ammonij omnium celeberrimi, quodque Platonice philosophiae antistite familiarissimum vsus Origene, inter Christianos versatus, fieri tamen Christianus abhorruit; nec quidem suorum discipulorum exemplo, qui ex schola Platonis transferunt ad Christum, nonnihil admonitus, acquieuit profiteri discipulum piscatorum: sed his omnibus praeferebat familiaris daemone cultum, merito numine viciscente, eiusmodi memorabiles dedisse poenas, quisque sapiens iure censebit.

Quoniam autem timore mentis elatus sui patrocinio daemone esset, vt deos ceteros quoque contemneret: accipe quid ipse Porphyrius tradat, vbi multa de familiari eius daemone locutus, mox adiecit: Cum Amelius sacrorum obseruator esset, atque per Kalendarum sacra faceret, & quandoque rogaret Plotinum illuc secum accedere: Illos (inquit Plotinus) decet ad me, non me ad illos accedere. Qua vero mente tam excelsa de se loqueretur, neque intelligere potuimus, neque ausi sumus interrogare.] haec quidem ipse Porphyrius. Dicit fortasse potest, sapientem philosophum sic contempnisse deos, quod nihil eos esse perspicue intellexerit. sed quod in daemone familiaris inuocatione, colloquio, vsuque fuerit totus intentus, ex intima societate numinis sibi peculiariter inhaerentis eam sumpsisse fiduciam; ex iisdem Porphyrij verbis facile possumus intelligere. En quos ex daemone illo superbiae atque arrogantiae spiritus hausit; vt quibus aliam immolaret, deos quosque contemneret: vt non mirum sit, si tanto mens saltu turgida, Christianam religionem vt humilem exufflauerit. Sed habuit post exitum comitem eundem, quem viuens daemone coluit, forma draconis quinam qualisve esset, perspicuum manifestumque omnibus redditum. Tantae vero apud suos aestimationis post obitum fuit Plotinus, vt diuini illi honores fuerint impertiti: vnde Eunapius de eo cum agit, haec inter alia: Plotini ara etiamnum calent.] sed habeat ipse sibi Plotinum suum.

IESV CHRISTI ANNVS 272.

DIONYS PAP. ANNVS 12.

AVRELIANI IMP. ANNVS 2.

Dvcentessimus ac septuagesimus secundus voluebatur Christi annus, Aureliano Augusto & Basilio Coel. cum Paulus Samosatenus Antiochenus Episcopus abdicaram semel haeresin, atque priori Antiocheno Concilio proscripam, restituere conatus est: quam ob causam iterum illic conuenientibus Episcopis, omnium sententia condemnatur, atque a sede deicitur. Rem gestam in haec verba Eusebius narrat: Aureliani temporibus, Paulus dux & auctor erroris qui Antiochia grassabatur, in postremo Concilio Episcoporum numero propere infinitorum contra eum conuocato, sui erroris & peregrinae opinionis perspicue conuictus, & omnium iam consensu palam condemnatus, ab vniuersa & Catholica Ecclesia, quae sub caelo est, penitus exturbatus fuit. Ex quibus Malchion in primis scholae humanioris litteraturae, quae erat Antiochia, magister, vir cum in alijs disciplinis disertus, tum in sapientiae studio eximius, ac propter singularem fidei in Christum ingenuitatem, presbyterij munere in illa Ecclesia donatus, eum velut integumentis dissimulationis euoluens, acriter coarguit. Iste enim disputationem contra illum instituens, quam id temporis a scribis celeri manu exceptam & hucusque conseruaram scimus, hominem animo veteratioris praeditum & fraude plenum solus praeter ceteris detegendi vim habuit, & tamquam omnium oculis subiiciendi.

Omnes igitur Episcopi & pastores, qui in Concilio supra commemorato erant conuocati, vnam communi consensu epistolam ad Dionysium Episcopum Romanum, & ad Maximum Alexandriae Ecclesiam procurantem, nominatim conscripserunt: cuius exemplaria ad omnes prouincias miserunt. In qua quidem epistola & suum studium, ac diligentiam in ea re positam omnibus declararunt; & perniciosam Pauli haeresin, arguenda

menta in ea refutanda, quæstiones quas ei proponēbant, omnem præterea hominis vitam & mores dilucidè exposuerunt. Eorum igitur voces ex ea epistola petitas in præsentia memoriæ & posteritatis causa persequi, præclarum fortasse & commodum videbitur.] hæc præfatus Eusebius, Synodicam ab Episcopis scriptam cum inscriptione aliquot Episcoporum subiicit in hunc modum:

III. SYNODICA AD ROM. PONT. ET ALIOS EPISCOPOS.

Dionysio, Maximo, & omnibus vbiicumque in orbe terrarum collegis Episcopis, presbyteris, diaconis, & vniuersæ ac Catholicæ sub cælo Ecclesiæ, Helenus, & Hymenæus, & Theophilus, Theotecnus, & Maximus, Proclus, Nicomas, & Ælianus, Paulus, Bolanus, & Protogenes, Hierax, & Eutychnus, Theodorus, Malchion, & Lucius, & reliqui omnes Episcopi & presbyteri & diaconi, qui ciuitates & regiones finitimas apud nos incolunt, & Ecclesiæ Dei quæ apud nos sunt, dilectis fratribus in Domino salutem. Istitis paulò post hæc subiungit:

Scriptimus epistolas ad Episcopos, qui longiore locorum interuallo à nobis distabant, eosque obsecrauimus, vt ad hanc letalem & perniciosam doctrinam curandam accederent: vtpote ad Dionysium Episcopum Alexandriæ, & Firmilianum Episcopum Cappadociæ, homines beatos & felices commemorationis. Quorum alter Dionysius scilicet, quamquam neque ad erroris ducem separatim scribere, neque eum omnino salutare dignatus est; ad vniuersam tamen Ecclesiam Antiochiæ epistolam misit, cuius exemplar huic nostræ epistolæ subiunximus. Alter autem, nempe Firmilianus, bis huc accessit; & ea quæ à Paulo innouata erant, & excogitata peruersè (quemadmodum cum nos, qui aderamus, & scimus & testificamur, tum alij plures, qui eiusdem rei nobiscum consij sunt) coram eruditè certè refutauit. Vnde cum Paulus sententiam se mutaturum fuisset pollicitus; iste fidem illi adhibens, & spem animo concipiens, causam controuersiamque sine vlla verborum contumelia commodè fore compositam, eam ad tempus distulit: & ita ab illo, qui & Deum suum negasset & Dominum, & fidem, quam antè habuerat, minime conseruasset, dolo deceptus fuit.

IV. DE OBITU FIRMILIANI.

Firmilianus ergo, vtpote qui iam de impia eius prauitate, qua Christum Deum pernegauerat, satis fecisset periculi, cum esset rursus Antiochiam peruenturus, & ad Tarfos vsque perrexisset: interea loci dum nos conueniremus, dum illum accerferemus, dum eius expectaremus aduentum, extremum vitæ diem obiit. Postea in eadem epistola, Pauli vitam, quo modo nimirum instituta fuerit, & quo transacta, his verbis describunt:

V. PAVLI HABESIA RECHAE SCENERA.

Quoniam Paulus, relicto Ecclesiæ canone, ad adulterinam, deprauatamque doctrinam se transulit: eius res gestas, cum sit extra Ecclesiæ fines eiectus, nihil attinet disquirere. Neque quod antea indigentia & mendicitate oppressus, neque quod à parentibus opù aut facultatis nihil omnino nactus, neque quod arte aut instituto aliquo quidquam adeptus, iam ad maximam diuitiarum affluentiam peruenerit, idque ex nefariis sceleribus, sacrilegijs, & muneribus, quæ à fratribus iniuria affectis, quos se adiutorum pollicitus, callidè ludificatus est, cum flagitando, tum eorum animos ad aliquid sibi largiendum impellendo, per fraudem extorserat: & ita dum quæstum pietatem ducebat, eorum liberalitate, qui litibus implicati tenebantur, quique quo ab aduersariorum calumnijs liberarentur, ad dandum valde erant propensi, nequiter abusus est. Neque commemorare opus est quo pacto se insolenter extulerit, & sæcularium honorum gradus sibi assumpserit, seque arroganter in iisdem gesserit, & Ducenarius potius quam Episcopus nuncupari voluerit, & per forum volutarit, & modò epistolas legendo, modò quid illis responsi daretur præscribendo, magna satellitum turba partim eum antecedentium, partim subsequendum stipatus, superbo gradu palàm inceserit: adeo vt propter intolerandum eius fastidium, & nimiam animi elationem, fides nostra grauem inuidiæ notam odiumque permagnum subierit.

VI. SUPERBIA PAVLI.

Neque necessum est dicendo persequi illius præstigijs in Concilijs Ecclesiasticis vsurpatas, quas falsæ gloriæ vmbra consuetando, & varias ineptiarum species occupando, & imperitorum mentes eo pacto in sui admirationem traducendo, callidè excogitauit: neque qua ratione sedem & thronum sublimem sibi pararit, eumque non vt Christi discipulum decet, sed vt mundi Principes solent, secretum & separatim habuerit, nomine suo appellari, femur in eo sedens, manu percussit, calcibus aliquando ipsum pulsarit, & qui cum eum audirent concionantem, non laudibus extollerent, non (vt in theatris fieri solet) se agitationibus, quod illi applaudebat, in orbem versarent, non more gladiatorum & muliercularum, quos apud se habebat, inconcinnè ei acclamarēt, & quasi tripudijs gestirent, sed

sed (vt in domo Dei par est) modestè moderateque auscultarent: eos grauitè increparit, & verbis contumeliosis exceperit. Neque quo modo in verbi Dei interpretes, qui e vita excessissent, dum in hominum frequentia palàm prædicaret, petulanter & importunè debacchatus fuerit, & non tamquam Episcopus, sed tamquam sophista & præstigiator de se ipso magnifica verba iactarit.

Porro quid vobis in memoriam reuocemus, quemadmodum psalmos & cantus, qui ad Domini nostri Iesu Christi honorem decantari solent, tamquam recentiores, & à viris recentioris memoriæ editos exploserit; & in media ecclesia solemnè Paschatis die, mulieres, quæ inanes cantilenas (quas si quispiam audiret, planè exhorresceret) in ipsius laudem funderet, pararit? Aut quid vobis exponamus ea blasphemiarum genera, quæ Episcopos & presbyteros, qui agros & ciuitates finitimas incolebant, quod illi blandirentur, in concionibus suis ad populum habitis, loqui permiserit? Nam nullo modo confiteri voluit, Filium Dei è cælo descendisse (vt aliquid iam antè obiter inferamus, quod post dicitur apertius) neque id nostris verbis solum confirmabitur, sed multis & variis locis commentariorum ipsius, quos ad vos misimus, & maximè vbi afferit Christum terrenum esse, & humi natum, perspicuè ostendetur. Sed qui in istum Paulum impium ipsorum magistrum cantus recitabant, & palàm apud populum laudibus efferebant, eum Angelum dixerunt è cælo demissum. Atque ista fieri non prohibuit: sed cum in ipsum impudenter dicebantur, insolens & fastidio tumidus affuit.

VII. IMPIETAS PAVLI IN CANTY ECCLIES.

Præterea quid est cur litteris prodamus ad scititias illius mulieres (quas *ἀνεπιστάτους* Antiocheni appellant) & mulieres etiam presbyterorum & diaconorum suorum, quorum non hoc peccatum solum, sed alia propè insanabilia, cum eorumdem cōscijs esset, exporateque cognita haberet, callidè occultauit: quo illi ita ipsi obarati adstrictique dum sibi ipsis metuebant malè, scelerum, quæ ille vel verbo vel factis consciuisset, reum agere non aliquando auderent, quin etiam ipsos magnopere locupietauit, & propterea apud illos, qui talium rerum cupiditate incendebantur, in magna gratia & admiratione fuit. Atque vt hoc pro certo habemus cognitum, fratres in Christo dilecti, non Episcopum modò, sed sacerdotium etiam vniuersum populo omnium bonorum operum & rectè factorum exemplar esse debere; sic illud minimè ignoramus, permultos ab ista mulierum in suam societatem adsciscendarum ratione & modo, pietate penitus excidisse, alios autem venisse in suspicionem flagitij. Quare licet aliquis hoc daret, eum nihil lasciuia & petulantia in illas admisisse; suspicio tamen, quæ ex huiusmodi re oriri solet, sedulo cauenda fuit; ne fortasse alicui esset offensionis, alios autem ad se imitandum impellere potuisset.

VIII. PAVLI TYRPIVDO MORVM.

Quo pacto enim alium reprehendere poterat, aut admonere, vti deinceps hic à mulieris consuetudine abstineret, diligenterque cauere, ne eius illecebris (sicut scriptum est) laboretur in turpitudinem; qui vna repudiata, duas atate florentes & aspectu periberales ac venustas secum habuit? quas, si quopiam fortè iret, circumduxit vnà: idque delicias consuetando, quibus cæcæ animi libidinem extra modum explere laborauit. Quibus de causis, tametsi omnes intra se grauitè lamentati & conquesti sunt, eius tamen potentiam & quasi tyrannidem ita extimuerunt, vt eum accusare omnino non auderent. Sed ista vitia (vt diximus) in homine sensu recto & fide Catholica imbuto, & vnà nobiscum in numero Fidelium habito, possent corrigi. sed ab illo, qui nefario errore Artemonis (quid ni enim patrem eius, vnde heresim suam hausit, vobis significemus?) abductus; mysterium fidei ac religionis nostræ prodiderit, nefariisque conuitijs affecterit, non necessum arbitramur illarum rerum rationem reposcere.] Tandem in ipso calce epistolæ hæc addunt:

IX. PAVLVS CONCVRNARIVS.

Istum igitur tam Deo aduersarium, tamque contumacem eramus coacti Ecclesiæ & congregatione Fidelium indicare excludereque; & alium Episcopum, qui huic Ecclesiæ præflet, in eius locum substituere. Vnde Domnum diuina certè (vt putamus) prouidentia designauimus, Demetriani, hominis felices commemorationis (quippe qui hanc Ecclesiam ante hunc præclarè rexisset) filium, omni genere virtutum, quæ Episcopum decent, exornatum. At vos de eius lectione per epistolam certiores fecimus, vt illi scribatis, & ab illo litteras accipiatis cōmunionis. Paulus autem ad Artemonem litteras scribit; & si qui Artemonis partibus faueant, cum eo deinceps communicent.] hucusque ex Synodica epistola Eusebius, qui addit: Vbi Paulus igitur simul cum Orthodoxa fide Episcopatum amississet, Domnus (vt dictum est) ministerium Ecclesiæ apud Antiochiam suscipit.] Hanc autem epistolam ex Synodo ad Dionysium Papam & Maximum datam, scriptam fuisse

X. DAMNATVR ET TICITVR PAVLVS

DOMNVS EPISCOPVS ANTIOCHENSIS.

CHRISTI
272.DIONYS. PAP.
12.AVRELIANI IMP.
2.^a Hieron. de
Scryp. Ecclief.
in Malch.XI.
VERITATIS
CERTVM
ARGVMENTVM.

fuisse à Malchione presbytero Antiocheno, tradit S. Hieronymus^a: meminitque de eius aduersus Paulum habita disputatione, quæ suo tempore adhuc extabat.

Certè quidem his ex sanctorum Episcoporum scriptis de Paulo acceptis, etsi non aliunde veritas dogmatis de Filij Dei diuinitate probari, confirmari, ac penitus stabiliri liceret, vel ex hoc vno certam fidem de veritate & falsitate perfacile quis posset addiscere: facta nimirum collatione propugnatorum ac defensorum vtriusque sententiæ. Ac primum (quod spectat ad numerum) vno ex aduerso opposito, musca mortua, Paulo Samosateno, cane vomitus Artemonis resorbente, vniuersa Orientalis & Occidentalis Ecclesia Filij Dei diuinitatem, tum ex Sacris litteris, tum etiam è maiorum traditione perceptam, liberè, confidenter, & absque aliquo ambiguitatis scrupulo proficitur. Sed sicut aduersaria pars longè numero inferior, ita & meritis impar adeò esse cognoscitur, vt nulla propemodum ex valdè sibi contrariis possit fieri comparatio.

XII.
EGREGIA
COMPARA-
TIONE VE-
RITAS AB
ERRORE
COGNOSCI-
TUR.

Statue, si libet, altera ex parte negatorem Christi diuinitatis turpissimum Paulum Samosatenum: altera verò (vt taceamus de ceteris, qui eidem Synodo interfuerunt, viris doctrina & sanctitate clarissimis) vnum constitue Gregorium Neocæsareæ in Ponto Episcopum cognomento Thaumaturgum, qui in priori (vt vidimus) Antiochena Synodo eiusdem Pauli execrandum dogma confutauit: A cuiusnam alterutrius parte sententia omnium, atque etiam Ethnicorum testimonio, veritatem stare desines? Sed quæ conuentio lucis ad tenebras, & quæ collatio Dei cum satana vel fingi potest? Talem deceat, qui ex patre diabolo esset, habere mendacij defensorem: talem verò ex Deo natum, Deique amicum, & cum Deo iugiter versatum, virtutibusque omnibus imbutum, ac cælestibus donis refertum, mirabiliumque effectorem operum esse oportuit veritatis propugnatorum, & diuinitatis Filij Dei assertorem Gregorium.

XIII.
^b Athanas.
lib. de Synod.
FILII DEI
DIUINITAS
CONFIR-
MATA.

Meminit eiusdem Concilij contra Paulum Antiochiæ congregati S. Athanasius^b, cum agit aduersus Arianos, qui carpebant Nicænam Synodum de verbo Consubstantiali, à conuentu Antiocheno aliter accepto: sic demonstrans vtrumque Concilium idem de Filij diuinitate sensisse. Si igitur (inquit) aliquis carpit Nicæneses, quòd non dixerint omnia quæ ipsorum antecessoribus placuerunt, idem quoque meritò carpsit septuaginta Episcopos, Pauli Samosateni condemnatores, quòd ea, quæ antecessorum erant, non obseruauerint: antecessores autem eorum fuerunt duo isti Dionysij, ceterique qui Romæ tunc congregati fuere. Verum neque hos neque illos fas est culpate, Omnes enim Christi curam gessere, studiaque sua contra hæreticos intenderunt, & hi quidem Samosatenam, illi verò Arianam hæresin condemnarunt: benè verò & hi & illi pro subiecta materia scribunt.] & paulò inferius:

XIV.
CONSVB-
STANTIALE
VERBUM DI
VERSIMODE
VSVRPA-
TVM.

Etsi amoborum Conciliorum Patres diuersimodè de Consubstantiali mentionem fecere; non tamen ea de causa ab illis dissidere debemus, sed illorum mentes scrutari, quòd si fecerimus, omnino inueniemus ambas Synodos inter se consentire. Qui enim Samosatenum sustulerunt, hanc vocem, Consubstantialis, corporaliter accepere; cum Paulus sophisticari vellet, & diceret: Si Christus non ex homine Deus factus est: igitur consubstantialis est Patri, & necessariò sequitur tres esse substantias; vnam quidem quæ prior sit, vt princeps; reliquas verò duas ex ea oriundas. Ideoque meritò vitantes illud sophisma Pauli, dixere Christum non esse consubstantialem: non enim ita se habet Filius ad Patrem, vt ille cogitabat.] & paulò post: Nam vtraque Synodus iustam habet & rationabilem causam, cur illa ad illum, ista verò ad istum modum verba sua temperauerit. Quandoquidem enim & Samosatenus sentiebat, Filium ante Mariam non fuisse, sed ab ea initium suæ essentia accepisse: idè Episcopi tunc congregati hominem hæreseos condemnatum abdicarunt; & de Filij diuinitate simplicius scribentes, non exquisitam diligentiam in tractatu huius vocis Consubstantialis adhibuerunt; sed vt acceperant de Consubstantiali, ita locuti sunt. In eo enim omnem curam habebant, vt quod Samosatenus excogitauerat, tollerent, & docerent omnia fuisse Filium, eumque non ex homine Deum esse factum; sed cum Deus esset, induisse serui speciem; & cum Verbum esset, carnem esse factum, quemadmodum locutus est Ioannes. atque ita aduersus Pauli blasphemias actum fuit.] hucusque de Synodo aduersus Paulum Athanasius: quibus planè declaratur, longè diuersè à Paulo vsurpatum nomen Consubstantialis: quod meritò iidem sanctissimi Patres sunt auersati, vt diuersum ab eo quod in sacrosancto Concilio Nicæno Orthodoxi pari omnes confessione professi sunt; Ariani autem, omnem captan-

tes

CHRISTI
272.DIONYS. PAP.
12.AVRELIANI IMP.
2.

tes occasionem, ex tanto Concilio ipsorum sententiam condemnante, auctoritatem calumniosè aucupari conati sunt: sed quonam modo sincerè & sanè iidem sanctissimi Patres acceperint verbum Consubstantialis, eorum professio ibi posita declarat.

Sed antè nec illud dicere prætermittimus: Nouatianum auctorem schismatis his videri temporibus scripsisse commentarium illum de Trinitate, quem perperam Tertuliano, vel Cypriano alij adscriperunt: nam multus est auctor vt Samosateni destruat hæresin, licet cum non nominet, fortiterque impugnet huic hæresi de Christi diuinitate aduersarium dogma Sabellij; ostenditque ex vno fonte contraria inter se fluxisse dogmata. nam ait^a: Tam illi qui Iesum Christum ipsum Deum Patrem dicunt, quàm etiam illi qui hominem illum tantum esse voluerunt, erroris sui & peruersitatis origines & causas inde rapuerunt: quia cum animaduertent scriptum esse, quòd vnus sit Deus; non aliter putauerunt se istam tenere posse sententiam, nisi aut hominem tantum Christum, aut certè Deum Patrem putarent esse credendum.] Sed hinc tandem ponenda est sanctorum Patrum in eodem Concilio Antiocheno professio edita, quæ apud Synodum Ephesinam^b habetur intexta his verbis:

Confitemur Dominum nostrum Iesum Christum, ante sæcula quidem ex Patre, per Spiritum sanctum nouissimis verò temporibus ex Virgine secundum carnem natum: vna dumtaxat persona, ex cælesti diuinitate & humana carne conflata, subsistentem. Totum Deum, & totum hominem. Totum Deum etiam cum corpore, sed non secundum corpus Deum. Totum hominem etiam cum diuinitate, sed non secundum diuinitatem hominem. Totum rursus adorabilem etiam cum corpore, sed non secundum corpus adorabilem. Totum adorantem etiam cum diuinitate, sed non secundum diuinitatem adorantem. Totum increatum etiam cum corpore, sed non secundum corpus increatum. Totum formatum etiam cum diuinitate, sed non secundum diuinitatem formatum. Totum Deo homouision consubstantialem etiam cum corpore, sed non secundum corpus consubstantialem. Quemadmodum neque secundum diuinitatem quoque hominibus coessentialis est: est autem nobis secundum carnem consubstantialis, etiam in diuinitate existens. Etenim cum illum secundum spiritum Deo consubstantialem dicimus; non dicimus hominibus secundum spiritum coessentialem. Contra autem cum illum secundum carnem hominibus consubstantialem prædicamus; non prædicamus illi secundum carnem Deo coessentialem. Vt enim secundum spiritum nobis consubstantialis non est (nam secundum hunc Deo consubstantialis est) ita vicissim Deo secundum carnem coessentialis non est; secundum hanc autem nobis consubstantialis est. Quemadmodum autem hæc distincta & inter se discreta pronuntiamus non ad inducendam vnus indiuisæ personæ diuisionem, sed ad denotandam naturarum & proprietatum Verbi, & carnis distinctionem & inconfusibilitatem: ita illa quæ ad indiuisæ vnionis compositionem rationem faciunt, vnita prædicamus, & veneramur.] hæc tenus professio fidei, seu declaratio sanctissimorum Patrum, qui Antiochiæ hoc anno aduersus Paulum collecti sunt.

Videas planè eos (vt decebat) non studuisse tantum ea scripture Paulum, sed etiam Sabellium condemnare aliqua ex parte (vt diximus) pugnantem inter se hæreses inducentes: manifesta que elucidatione vtriusque errores in apertum adducere, ac confutare. Ex his etiam ea, quæ dum friuolæ obiectionis Ariatorum Athanasius meminit atque refellit, videri poterant subobscura, dilucidius demonstrantur. Sed & ex his detegitur conuenticia Eusebij historici cum Arianis: quippe qui hanc retexens historiam, atque Synodicam à sancta Synodo ad Dionysium Papam scriptam recensens, quæ in ea de fide Catholica tractatio scripta erat, subducens, obuolutamque silentio relinquens, ex parte tantum epistolam recitauit, quòd nimis Arianos illa perstringeret, dum Christi natura diuina Patri consubstantialis asseritur ac prædicatur. At de his hæc tenus:

Sed quid molitus sit Paulus, postquam ab Episcopis damnatus, ac sede depositus est; sic idem scribit Eusebius^c: Verum cum Paulus ex Episcopi domo, eius Ecclesiæ propria, exire nolleret; Imperator Aurelianus de ea re rogatus sententiã, sanctissimè, quid esset agendum decreuit. Præcepit enim, vt domus Ecclesiæ illis tribueretur, quibus Christiani Italiae & vrbs Romæ Episcopi per litteras tribuendam præscriberent. Sic demum Paulus, de quo docuimus, cum summo dedecore, sæcularis Imperij ac potestatis auctoritate ab Ecclesia penitus extruditur. Quo quidem tempore talem ac tam benignè erga nos animatum se Aurelianus declarauit.] hucusque de his Eusebius. At quid opus fuit Aureliano,

F ff 4

his

XV.
NOVAT. COM-
MENTARIUS
DE TRINI-
TATE.^a Nouatian.
de Trin. c. 30^b C. c. Ephes.
edit. P. l. 6.
c. 1. in fine.XVI.
PROFESSIO
ANTIOCHE-
NA CONTRA
PAVLVM.[†] Patrem

XVII.

EUSEBIJ
DOLVS.XVIII.
^c Euseb. lib. 7.
c. 24. in fine.

CHRISTI
272.DIONYS. PAP.
12.AVRELIANI IMP.
2.ROMANAE
ECCLESIAE
PRIMATVM
IMP. AVRE
LIANVS
COGNOSCIT

his temporibus, omnium testificatione, iustissimo Principi, domum Episcopalem adiu-
dicare illi, cui Italiae Christiani, & urbis Romanae Episcopi dandam praescriberent; cum
id iam antea in illa Synodo, cui tribuenda esset, praedictum fuisset? Vtique aded enim
innotuerat Romani Pontificis toto Orbe potestas, ut & Ethnicos non lateret, aliorum
Episcoporum sententias eas esse ratas, quas auctoritas Romani Pontificis confirmasset.
At quoniam sciebat Imperator, ab eodem Pontifice in eandem causam fuisse congre-
gatos Italiae Episcopos Romae ad Synodum (quod nuper Athanasij testimonio est de-
monstratum) ad tanti ponderis causam examinandam: idcirco dixit in suo decreto, Id
esse debere ratum, quod una cum Romano Episcopo Italiae Christiani decernerent. Haec
quidem his decernebat temporibus iustitiae aequa lance Aurelianus, non aliqua erga Ita-
liae Episcopos vel Romanum Pontificem affectione permotus: quippe licet nondum
Christianos persequeretur, tamen quod patrio cultui idolorum addictissimus esset, omnes
Christianos aequo odio prosequeretur, quos diis esse sciebat infensos.

XIX.
AVRELI-
ANVS SVPER-
STITIONI
DEDITVS.
a Vopif. in
Aureliano.

Totus quippe erat Aurelianus, hoc praesertim tempore, quo aduersus Marcomannos
in Italiam irrumperentes expeditionem pararet, in consulendis libris fatidicis Sibyllinis, de
quibus inspiciendis cunctantem Senatam litteris sic admonuit: Miror vos Patres sancti,
tam diu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris: perinde quasi in Christianorum Eccle-
sia, non in templo deorum omnium, tractaretis. Agite igitur, & castimonia Pontificum,
caerimonisque solemnibus iuuate Principem necessitate publica laborantem. Inspiciantur
libri: quae facienda fuerint, celebrentur. quemlibet sumptum, cuiuslibet gentis capti-
uos, quaelibet animalia regia non abnuo, sed libens offero: neque enim indecorum est, diis
iuuantibus vincere: sic apud maiores nostros multa finita sunt bella, sic coepta. Si quid
est sumptuum, datis ad Praefectum Aetrij litteris, decerni iussi: est praeterea vestrae aucto-
ritatis arca publica, quam magis refertam esse reperio, quam cupio.] hucusque ad Sena-
tum litterae Aureliani, quas Flavius Vopiscus^b recitat. Idemque inferius de eiusdem erga
deorum cultum propenso animo haec ait: Illic templa fundavit (nempe in Oriente) dona-
riis ingentibus positis, & Romae Soli templum posuit maiori honorificentia consecra-
tum.] & post multa: Sacerdotia composuit, & Pontifices roborauit.] ac rursus: Illius
donis, quae a barbaris gentibus meruit, refertum est Capitolium: quindecim milia libra-
rum auri ex eius liberalitate vnum tenet templum: omnia in Urbe fana eius micant do-
nis.] haec & alia plura de eius superstitione Vopiscus.

b Flau. Vopif.
in Aureliano.XX.
PONTIFICES
ETHNICI
IRATI IN
CHRISTIA-
NOS.

Quod si in re dubia coniectari liberè licet, equidem puto Pontifices Gentilitiae supersti-
tionis, in Christianos praeter ceteris hominibus infensissimos, religionis simulato praetextu,
ex Sibyllinis oraculis elicuisse persecutionem in Christianos: cum penes illos (ut pluribus
docet in Apologetico Tertullianus) in confesso prope modum esset, omnes clades, quibus
Romanum virgeretur Imperium, Christianorum causa à diis iratis immitti. Quid autem
aduersus Christianos edixerit, dicemus anno sequenti.

XXI.
DIONYSII
PAPAE OB-
ITVS.

Hoc eodem anno, iisdem Consulibus, vigesima sexta mensis Decembris, Dionysius
Romanus Episcopus, pro Ecclesia Dei aduersus hereticos & persecutores plurimis labori-
bus exantlatis, feliciter migravit ad Dominum, cum sedisset annos undecim, menses tres,
& dies quatuordecim. Ad hunc quippe annum Aureliani ipsum peruenisse, epistola ex
Synodo Antiochena hoc anno eiusdem Imperatoris celebrata, ad ipsum scripta, affirmare
nos cogit: ex qua quidem arguatur erroris omnes qui sub aliis Consulibus ante Aure-
lianum positus eius obitum referunt, nempe sub Consulatu Claudij atque Paterni.

XXII.
RESGESTAE
DIONYSII
PAPAE.

De eodem haec reliqua habentur in libro de Romanis Pontificibus: Hic fecit ordi-
nationes duas per mensem Decembrem, presbyteros duodecim, diaconos sex, Episcopos
per diuersa loca numero septem. Inter Episcopos à Dionysio Papa ordinatos, & ad diuer-
sorum Ecclesiarum regimen institutos, certum est ordinasse quoque Zamam Episco-
pum, eumdemque Bononiensi Ecclesiae praefecisse: qui in Indice Episcoporum Bononiensi-
um primus ordine numeratur. Sed mea sententia, quod incendio Diocletiani combu-
sta sint antiqua Ecclesiastica monumenta, nullius alterius Bononiensis Episcopi mentio
habetur qui Zamam praecesserit, sed ipse primus, cuius certa testataque memoria est,
ordine collocatur: cum nequaquam mihi persuaderi possit, nobilissimam Italiae ciuita-
tem ingenti semper populo refertam, tribus ferme saeculis à Christi aduentu dilapsis, ca-
ruisse Ecclesiam, & qui ei praeficeretur, Episcopo, cum constet, nonnullas alias Italiae ciui-
tates, dignitate & frequentia populi longè impares, iam pridem fuisse Episcopalibus
sedibus

CHRISTI
273.FELICIS PAP.
1.AVRELIANI IMP.
3.

A sedibus illustratas. At de iis modò satis. In eodem libro de Romanis Pontificibus, post
illa quae nuper recitata, haec in fine de Dionysio habentur: Qui sepultus est in eccle-
sterio Callisti, via Appia, sexto Kalendas Ianuarij. Cessauit Episcopatus eius dies quin-
que.] Sicque ultimo huius anni die Felix natione Romanus ex parte Constantio subro-
gatus est. quantum autem temporis sederit, demonstrabimus in eius obitu.

FELIX PA-
PA.IESV CHRISTI
ANNVS
273.FELICIS PAP.
ANNVS
1.AVRELIANI IMP.
ANNVS
3.

B Adueniente Christi anno ducentesimo septuagesimo tertio, Coss. Quieto & Valdu-
miano, Aurelianus Imperator (inquit Vopiscus) ut erat natura ferocior, plenus ira-
rum Romam peti vindictae cupidus; quam seditionum asperitas suggererat: inciuilius
denique vsus Imperio, vir aliis optimus, seditionum auctoribus interemptis, cruentius ea,
quae mollius fuerant curanda, compescuit. Interfecti sunt enim nonnulli etiam nobiles
Senatores, cum his leue quiddam, & quod contemni à mitiore Principe potuisset, vel
vnus, vel leuis, vel vilis testis obiiceret. Quid multa? magnum illud, & quod iam fuerat,
& quod non frustra speratum est, infamiae cristianis: ictu contaminauit Imperium.] haec
Vopiscus de Aureliani in Romanos seuitia. Quod si in suos in hunc modum est feraciter
debauchatus, quid in alienae ac penitus aduersariae religionis homines fecerit, nempe Chri-
stianos, quisque poterit exilium. Nisi aequius quis putet dicendum, illos Senatores, qui
de inspiciendis libris Sibyllinis ceteris obniti sunt, Christianos extitisse: nam repletum
fuisse Senatam, Forum, atque Palatium Christianis, Tertullianus^a testatur. Quod igitur
ne inspicerentur libri fatidici, restitissent, & contentiosè egissent, succendi visus est
Imperator in eos. Etenim nullam aliam causam praecessisse contentionis, Vopiscus affir-
mat: de qua & Imperator ex postulat fuisse videtur suis litteris, quod in templo (ut di-
ctum est) cunctati liberos inspiciere Sibyllinos, perinde ac si in Ecclesia Christianorum
essent, rem segrius egerint.

AVRELI-
ANVS IN SE-
NATORES
VLCISCI-
TVR.a Tertull. in
Apol. cap. 37.

Quod verò, qui ab Aureliano sunt interfecti, dicantur^b à Vopisco seditionis aucto-
res: eius criminis, nempe seditionis, his planè temporibus infamari solitos Christianos,
Actae Symphoriani, quae habentur germana, significant, quibus dicitur: Adfuit & Sym-
phorianus, & cum nollet statuam Berecynthiae, quae carpento vehebatur agminibus sti-
pata populorum, per contemptum adorare, publicae seditionis praetexta comprehensus
tenetur, & Heracho Consulari offertur.] Addictissimum planè fuisse auitae superstitioni,
ex eo quoque facile potest intelligi, quod cum neminem voluerit habere collegam Im-
perij, Herculem tantum dixit suum esse consortem, quem & nominauit Augustum.
quod docet vetus inscriptio his scilicet verbis^d:

II.
b Vopiscus in
Aureliano.
c Apud Socr. 22
Aug. tom. 4.HERCVLES
CONSORI
AVRELIANI.d Extat Pi-
sauri in Vin-
bria in Pala-
tio Ducis Vr-
bini.

HERCVLI

AVG.

CONSORTI

D. N.

AVRELIANI

INVICTI.

AVG.

RESPVB. PIS.

CVRA AGENTE.

E

C. IVLIO PRISCIANO V. C. DVC. CVR. R. P. ET FAN. PIN.

Aurelianus verò, licet iam sic in Christianos permotus esset; nequaquam tamen,
quod vehementer optaret, cum primum voluit persecutionem lege statuere, sibi licuit:
diuinitus enim, quo minus id faceret, est impeditus, prout Eusebius^e narrat, sic dicens: Ve-
rum Aurelianus tempore sui Imperij progrediente, aliena opinione & propè contraria de
nobis concepta, quibusdam iam consiliis impulsus fuit, ut persecutionem contra nos
cieret. Creber de hac re apud omnes sermo ferebatur. Sed tamè iam iam propè dixerim,
Aurelianus, cum litteras contra nos compositas manu subscriberet, diuina vitio subito
occupauit: quae cum, brachiorum commissuris eneruatis, illum ab instituto repressit;
tum

III.
AVRELI-
ANVS VETA-
TVR PER-
SECVI CHRI-
STIANOS.
e Euseb. lib. 7.
c. 24. in fin.

tum omnium oculis clarè & manifestò spectandum subiecit, quo modo mundi Principibus ne minima quidem data sit facultas aliquid contra Christi Ecclesias molendi, nisi præpotens Dei manus diuino suo & cælesti iudicio, temporibus quibus Ecclesiam probare decreuit, istud disciplinæ & castigationis causa perfici & expleri permiserit.] hucusque de persecutione indicenda potius, quàm indicta, Eusebius.

IV. Verùm ipsum persecutum esse Fideles, & ob eam causam cælesti vindicta esse sublatum, alibi affirmat. Sed fefellit Orosium, cum putauit, nullam sub eo persecutionem vexasse Fideles; sed eo tempore quo Aurelianus in Christianos persecutionem decerneret, esse, Deo viciscente, necatum: ac proinde persecutionem fuisse tantummodò intentatam. Quod si verum est, vnde tot martyres in persecutione Aureliani passi inueniuntur? Vnde, inquam, est, quòd nona hæc persecutio tum à S. Augustino, tum ab aliis numeratur, & à sancto Leonè nominatur octaua, sicut & alij eandem cum eo ineuntes numeri rationem? Ipse enim S. Leo dum Consulatum meminit Probi atque Paulini, quorum Consulatus (vt dicemus) contigit anno vltimo Aureliani, sic ait: Cum octaua iam in Christianos ebulliret persecutio, & innumera martyrum millia ipsius suis victorijs probauisset, &c.] sed & in eundem quoque errorem lapsus videtur esse Seuerus, qui hanc neque inter persecutiones recensuit.

V. Verùm quod ait Eusebius, ipsum id aliquando tentantem, absteritum numine quiescisse, intelligendum quidem est, vel de aliquo edicto ab ipso scribendo in Christianos Ecclesiæ Palæstinæ, vbi ipse agebat Eusebius, quos Deus tunc non permisit persecutione vexari, vel si generale ab eo conceptum edictum fuisse dixerimus, necesse erit affirmare, ipsum tunc impeditum, atque eo modo detentum, sic quiescisse, non tamen vt penitus ab incepto desisterit, sed quod in Christianos semel aggressus est scelus, iterùm postea fuerit persecutus, ac Deo permittente perfecit. Id quidem affirmare nos cogunt rum complures martyres, qui sub Aureliano Imperatore passi dicuntur, tum auctoritas tantorum Patrum persecutionem Aureliani inter alias numerantium, tum denique testificationes certorum Actorum martyrum, quibus habetur inextum ipsum ab Aureliano rescriptum contra Christianos ad prouinciarum Præfides datum: quod quidem in Actis sanè probatis S. Symphoriani martyris nuper à nobis citatis his verbis conscriptum habetur; vbi hæc præmittuntur, de eius coram Heraclio Consulari egregia Christiani nominis confessione:

VI. Heraclius pro tribunali sedens ait ad eum: Nomen tuum, conditionemque edicito. Ille respondit: Symphorianus dicor: Christianus sum. Iudex dicit: Christianus es? Nos igitur (vt video) latuisti. Symphorianus respondit: Paulò antè iam dixi: Christianus sum: Deum viuum adoro, qui est in cælis: simulacrum verò dæmonis non solùm non adoro, verùm etiam, si permittis mihi, malleis illud mea auctoritate comminam. Iudex ait: Iste non solùm sacrilegus, sed etiam rebellis conatur existere: An non huius loci ciuis sit, dicat Officium. Dicitur est ab Officio: Hinc est, & quidem ex nobili familia. Iudex ait: Applaudis tibi Symphoriane gloriosa indole; & hæc fama cæpit tibi sub ambiguo mendacium persuadere. Forsitan ignoras quid Principum nostrorum decreta sanxerint: Ea ergo ab Officio recitentur. Lectum est ab Officio:

VII. Aurelianus Imperator administris Reçtoribus prouinciarum: Comperimus, ab his, qui se nostris temporibus Christianos dicunt, legum præcepta violari. Hos ergo comprehensos, nisi diis nostris sacrificauerint, diuersis poenis subdite: Vt habeat & ditriccio prolata iustitiam, & in rescandis criminibus vltio terminata iam finem.] hucusque rescriptum: quod Aureliani planè spiritus reddit, quippe qui se iam omnibus præferret feruerrimum legum vindicem. Cum enim (quòd sæpè dictum est superius) Christiani à Gentilibus nefandis quibusdam calumniosè impeterentur criminibus; perfacile fuit eorum pretextu suadere Aureliano, in eosdem legibus vlticibus agere. Quamobrem quod diximus in nostris Notis, nonnisi vltimo anno eius Imperij Aurelianum in Christianos sauiisse, alios nimis facillè confectati; ex his ducimus corrigendum.

VIII. Quod verò ad Symphorianum spectat, post liberam & Christiano homine dignam confessionem, post virgas & carcerem, quæ iisdem Actis continentur, demum huiusmodi Heraclius Consularis in eum sententiam tulit: Symphorianus, publici criminis reus, qui diis nostris sacrificare detrectans, sacrilegio se obstrinxit, sacris etiã aris, nefariis vocibus iniuriam irrogauit, gladio vltore feriat: vt dū crimina funesta coërcetur, deorum pariter & legum vindicetur iniuria.] & post hæc Acta: Ea

IX. Ea prolata sententia, cum vir beatus duceretur ad mortem, Christi victima futurus, venerabilis mater eius de muro sedula illum voce & oratione ita exhortabatur: Nate, nate Symphoriane, memento Dei viui. Concipe fili, concipe animi constantiam. Timere non possumus mortem, quæ citra dubium perducit ad vitam. Sursum, fili, corde erecto, aspice illum, qui regnat in cælis. Hodie tibi, nate, vita non tollitur, sed mutatur in melius. Et quamuis angustus callis & iter durum & scopulosum ærumnas & afflictiones afferat: attamen hæc via est, in qua percussorem tuum prostratus interficis. Faceffat igitur metus tormentorum, quando breuissimo vitæ curriculo propinqua meta finem imponit. Si hodie perduraueris, fili, ad cælestem gloriam & supernam nobilitatem felicissima consummatione migrabis. Ita ergo S. Symphorianus, extra muros eductus, à carnifice cæsus est.] hæc Acta, atque alia de sepultura eius, apud fontem extra agrum publicum in cellula parua composita: dies verò eius natalis vndecimo Kalend. Septembris est perpetuæ memoriæ consecratus.

X. Sed & eodem quoque in loco passi sunt; eadem persecutione Aureliani vrgente, ciuitatis eiusdem Episcopus Reuerianus, & Paulus presbyter, cum aliis decem, quorum natalis dies Kalendis Iunij adscriptus habetur in Ecclesiasticis tabulis: quos ex passionis conicimus ante Symphorianum potius esse passos, quàm in alium annum esse dilatos. Sed de aliis martyribus sub Aureliano, dicemus inferius. Iam ad Felicem Pontificem redeamus.

XI. Cum Felix in locum Dionysij subrogatus fuisset; insistens prædecessoris vestigijs, nihil antiquius habuit, quàm hæreses insurgentes in Ecclesiam profligare: quamobrem cum recens esset vulnus à Paulo Samosateno infictum Catholicæ veritati, necdum obducta cicatrix de errore Sabellij, ipse de Filij Dei diuinitate, ac pariter humanitate, naturisque duabus in vna persona distinctis, ad Maximum Episcopum Alexandrinum, Dionysij successorem, scripsit epistolam; qua, veluti ancipiti gladio, vtramque hæresim vno ictu confoderet; vt dum in Christo naturam monstraret diuinam indiuisè humanitati coniunctam, Pauli hæresim condemnaret: dum verò humanam in eodem prædicaret à diuina esse naturæ proprietate distinctam, & diuinæ substantiæ in tribus personis substantiam demonstraret, Sabellinum confutaret.

XII. Excidit ipsa, sicut alia plurimæ aliorum Romanorum Pontificum aduersus hæreticos epistolæ scriptæ: sed eius reliquum tantum est breue fragmentum, recitatum in Concilio Chalcedonensi his verbis: Ex epistola Felicis Episcopi Romani & martyris ad Maximianum Episcopum & clericos Alexandria. De incarnatione verò Verbi & fide creditus in Dominum nostrum Iesum Christum ex Maria virgine natum: quoniam ipse est æternus Dei Filius: nec enim hominem assumpsit Dei Filius, vt esset alter præter ipsum. Sed Deus existens perfectus, factus est simul & homo perfectus incarnatus ex virgine.] hæc ibi. Recitat hæc ipse Cyrillus in sua defensione duodecim capitibus scripta.

XIII. Sed illud planè decepit multos, quòd cum tam in Synodo Chalcedonensi, quàm apud Cyrillum post epistolam Iulij Papæ, attextitur illud fragmentum epistolæ Felicis Pontificis; existimarint eam non fuisse prioris Felicis, sed posterioris, qui vixit sub Constantio Imperatore; idque nonnulli licet insigniter eruditi viri, dum de Felice secundo, qui sedit sub Imperatore Constantio, Romæ sub Gregorio XIII. Romano Pont. controuersia agitaretur: quibus vix tandem (non puto tamen omnibus) persuadere potui perspicuam ad eò veritatem, epistolam illam Felicis Papæ & martyris, esse primi Felicis, qui eodem anno (vt dictum est) quo Maximus siue Maximianus successit Dionysio Alexandrino, subrogatus est in locum Dionysij Romani Pontificis: cum iisdem cceptum bellum ab eis, qui antegressi erant, Episcopis aduersus Sabellium ac Paulum Samosatenum, ardentibus animis sunt persecuti, cuius rei gratia idem Felix (vt diximus) ad Maximum Alexandrinum eius argumenti citatam scripsit epistolam. Id quidem affirmare cogit ratio temporis: nam Maximus Alexandrinus hoc tempore sedit Episcopus, ad quem ea epistola scripta legitur: & licet nomen non exprimat Episcopatus; tamen quòd (vt præ se fert titulus) simul ad eiuſdem Ecclesiæ clericos data habeatur, omnis de ea re dubitatio cessat, an fuerit Episcopus Alexandrinus, & hoc tempore; cum præsertim nullus eius nominis Felicis secundi temporis sederit Alexandria Episcopus, sed hoc tempore Felicis primi eam rexerit Maximus (vt dictum est) in Dionysij locum susceptus. Quod probè intelligens Vincentius Lirinensis, priori loco nominat Felicem, mox Iulium, habita tem-

porum

A Ea prolata sententia, cum vir beatus duceretur ad mortem, Christi victima futurus, venerabilis mater eius de muro sedula illum voce & oratione ita exhortabatur: Nate, nate Symphoriane, memento Dei viui. Concipe fili, concipe animi constantiam. Timere non possumus mortem, quæ citra dubium perducit ad vitam. Sursum, fili, corde erecto, aspice illum, qui regnat in cælis. Hodie tibi, nate, vita non tollitur, sed mutatur in melius. Et quamuis angustus callis & iter durum & scopulosum ærumnas & afflictiones afferat: attamen hæc via est, in qua percussorem tuum prostratus interficis. Faceffat igitur metus tormentorum, quando breuissimo vitæ curriculo propinqua meta finem imponit. Si hodie perduraueris, fili, ad cælestem gloriam & supernam nobilitatem felicissima consummatione migrabis. Ita ergo S. Symphorianus, extra muros eductus, à carnifice cæsus est.] hæc Acta, atque alia de sepultura eius, apud fontem extra agrum publicum in cellula parua composita: dies verò eius natalis vndecimo Kalend. Septembris est perpetuæ memoriæ consecratus.

B Sed & eodem quoque in loco passi sunt; eadem persecutione Aureliani vrgente, ciuitatis eiusdem Episcopus Reuerianus, & Paulus presbyter, cum aliis decem, quorum natalis dies Kalendis Iunij adscriptus habetur in Ecclesiasticis tabulis: quos ex passionis conicimus ante Symphorianum potius esse passos, quàm in alium annum esse dilatos. Sed de aliis martyribus sub Aureliano, dicemus inferius. Iam ad Felicem Pontificem redeamus.

C Cum Felix in locum Dionysij subrogatus fuisset; insistens prædecessoris vestigijs, nihil antiquius habuit, quàm hæreses insurgentes in Ecclesiam profligare: quamobrem cum recens esset vulnus à Paulo Samosateno infictum Catholicæ veritati, necdum obducta cicatrix de errore Sabellij, ipse de Filij Dei diuinitate, ac pariter humanitate, naturisque duabus in vna persona distinctis, ad Maximum Episcopum Alexandrinum, Dionysij successorem, scripsit epistolam; qua, veluti ancipiti gladio, vtramque hæresim vno ictu confoderet; vt dum in Christo naturam monstraret diuinam indiuisè humanitati coniunctam, Pauli hæresim condemnaret: dum verò humanam in eodem prædicaret à diuina esse naturæ proprietate distinctam, & diuinæ substantiæ in tribus personis substantiam demonstraret, Sabellinum confutaret.

D Excidit ipsa, sicut alia plurimæ aliorum Romanorum Pontificum aduersus hæreticos epistolæ scriptæ: sed eius reliquum tantum est breue fragmentum, recitatum in Concilio Chalcedonensi his verbis: Ex epistola Felicis Episcopi Romani & martyris ad Maximianum Episcopum & clericos Alexandria. De incarnatione verò Verbi & fide creditus in Dominum nostrum Iesum Christum ex Maria virgine natum: quoniam ipse est æternus Dei Filius: nec enim hominem assumpsit Dei Filius, vt esset alter præter ipsum. Sed Deus existens perfectus, factus est simul & homo perfectus incarnatus ex virgine.] hæc ibi. Recitat hæc ipse Cyrillus in sua defensione duodecim capitibus scripta.

E Sed illud planè decepit multos, quòd cum tam in Synodo Chalcedonensi, quàm apud Cyrillum post epistolam Iulij Papæ, attextitur illud fragmentum epistolæ Felicis Pontificis; existimarint eam non fuisse prioris Felicis, sed posterioris, qui vixit sub Constantio Imperatore; idque nonnulli licet insigniter eruditi viri, dum de Felice secundo, qui sedit sub Imperatore Constantio, Romæ sub Gregorio XIII. Romano Pont. controuersia agitaretur: quibus vix tandem (non puto tamen omnibus) persuadere potui perspicuam ad eò veritatem, epistolam illam Felicis Papæ & martyris, esse primi Felicis, qui eodem anno (vt dictum est) quo Maximus siue Maximianus successit Dionysio Alexandrino, subrogatus est in locum Dionysij Romani Pontificis: cum iisdem cceptum bellum ab eis, qui antegressi erant, Episcopis aduersus Sabellium ac Paulum Samosatenum, ardentibus animis sunt persecuti, cuius rei gratia idem Felix (vt diximus) ad Maximum Alexandrinum eius argumenti citatam scripsit epistolam. Id quidem affirmare cogit ratio temporis: nam Maximus Alexandrinus hoc tempore sedit Episcopus, ad quem ea epistola scripta legitur: & licet nomen non exprimat Episcopatus; tamen quòd (vt præ se fert titulus) simul ad eiuſdem Ecclesiæ clericos data habeatur, omnis de ea re dubitatio cessat, an fuerit Episcopus Alexandrinus, & hoc tempore; cum præsertim nullus eius nominis Felicis secundi temporis sederit Alexandria Episcopus, sed hoc tempore Felicis primi eam rexerit Maximus (vt dictum est) in Dionysij locum susceptus. Quod probè intelligens Vincentius Lirinensis, priori loco nominat Felicem, mox Iulium, habita tem-

porum

IX. SYMPHO-RIANI MAR-TYRIUM.

X. ALII MARTYRES. a Martyrol. Rom. die 1. Iunij.

XI. FELIX PAPA DE FIDE CA-THOLICA AD MAXI-MVM.

XII. FRAGMENTVM FELICIS PAPAE EPISTOLAE. b Conc. Chalced. Act. 1. *Maximum

XIII. ERROR DE FELICIS PAPAE EPISTOLA.

d Vincens. Lirinens. aduor. hæres. c. 42.

a Eusebium in Chronico. b Oros. lib. 7. cap. 23. AVRELIANVS PERSECVTVS EST CHRIST. c Aug. de Ciuit. Dei. l. 18. cap. 32. d S. Leo de Pædagog. ser. 2. e Seuer. hist. lib. 2.

AVRELIANVS HAVD CESSAVIT OMNINO PERSEQVI FIDELES.

E Apud S. 22. Aug. tom. 4.

VI. EX ACTIS SYMPHO-RIANI.

VII. RESCRIPTVM AVRELIANI.

VIII. SENTENTIA IN SYMPHO-RIANVM.

CHRISTI FELICIS PAP. AVRELIANI IMP. 274. 2. 4.

porum ratione, quæ (quod ad rem non pertineret) in locis citatis prætermiffa fuisse videtur. Testatur namque idem Vincentius, in Concilio Ephesino inter alia testimonia Patrum, lectam fuisse quoque epistolam Felicis Papæ & martyris.

IESV CHRISTI FELICIS PAP. AVRELIANI IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 274. 2. 4.

I. a Vopisco in Aurel. AVRELIANVS DE VICTA ZENOBIA TRIUMPHAT.

b Trebel. Pol. de triginta Tyrann. in Zenobia. in fin.

II. c Eutrop. li. 9. ZENOBIA CREDITUR CHRISTIANA.

d Trebel. Pol. de triginta Tyrann. in Zenobia. in fin. e Idem in Galieno & Oronato aliquo Zenobia.

III. f Apud eundem in Zenobia. ZENOBIA QUALIS.

Sequens annus Christi ducentessimus septuagesimusquartus Consulatu Taciti & Placidiani adnotatur in Fastis: quo (quantum ex Vopisco colligi licet, & ex Eusebij Chronico affirmari) gestum est ab Aureliano bellum aduersum Zenobiam Palmyrenorum Reginam, quæ post Odenati viri sui obitum, quod ille inuaserat, filiorum nomine possidebat Romanum Imperium Orientis: quam Aurelianus obtinuit, duxitque in triumphum captiuam; Longinum verò Philosophum, de quo superius facta est mentio, necari iussit, quod scriptor eit creditus insolentium litterarum Zenobiæ ad Aurelianus, sed hæc omnia pluribus Vopiscus. Ad hæc addimus quæ de eadem tradit Trebellius: nempe post triumphum dimissam liberam, concessamque ei possessionem in agro Tiburtino, non longè ab Hadriani palatio, in loco cui nomen est, Conchæ, ibique tum vixisse vnà cum filiis more Romanæ matronæ.

Sed hæc insuper de ea in Eusebij Chronico: Zenobia in Vrbe summo honore consecuit, à qua hodie quoque Romæ Zenobia familia nuncupatur. tradit hoc ipsum Eutropius. Fortasse ex ea nomé & originem accepit Zenobius insignis ille Florentinus Episcopus æqualis Ambrosij. Quæ enim ex Hebræis venerat, & exulta erat (vt dictum est) litteris Christianis, damnato iam eius magistro ac doctore impietatis Paulo Samosateno, & ex Imperij fastu depositam, redditam putamus sapientiore, atque probè Christianam Romanæ Ecclesiæ fidem esse sectatam. Hæc nos opinari de ea, vehementes illæ admonet coniecturæ, nempe quod ex Iudæis, quod instituta inter Christianos, quodque vitam duxerit, adhuc viuentem viro, Christiana femina sanè dignam, quippe quæ (vt Trebellius tradit) admirandæ fuerit castitatis, vt ne virum suum quidem sciret nisi tentatis conceptionibus, ac prægnantem factam, ab eo temperasse. talem quippe esse solitam Christianorum continentiam, ex Tertulliano iam diximus. Fuerunt ei reliqui duo filij Timolaus & Herennianus, Herode natu maiore vnà cum parente Odenato iam antè necato.

Cum autem à detractoribus Aureliano obiiceretur, vile fuisse, Romanum Imperatorem de femina triumphasse, hæc ab eo de illis ad Senatam rescripta affirmat Trebellius: Audio P. C. mihi obiici, quod non virile munus impleuerim, Zenobiam triumphando. Næ illi, qui me reprehendunt, satis laudarent, si scirent qualis ista est mulier, quam prudens in consiliis, quam constans in dispositionibus, quam erga milites grauis, quam larga, cum necessitas postulet; quam tristis, cum seueritas poscat. Possum dicere, illius esse, quod Odenatus Persas vicit, ac, fugato Sapore, Ctesiphontem vsque peruenit. Possum afferere, tanto apud Orientales & Ægyptiorum populos timori mulierem fuisse, vt se non Arabes, non Saraceni, non Armenij commouerent. Nec ego illi vitam conseruasssem, nisi eam scissem multum Romanæ Reipublicæ profuisse, cum sibi vel liberis suis Orientis seruaret Imperium, &c.] hæc de femina olim studiosissima Christianitatis, & (vt putato) plenè fide Catholica imbuta, postea Christiana.

IESV CHRISTI FELICIS PAP. AVRELIANI IMP. ANNVS ANNVS ANNVS 275. 3. 5.

I. Anus Domini ducentessimus septuagesimus quintus à Consulatu Aureliani Augusti secundo, & Iulij Capitolini, nomen accepit: quo ea quæ sunt reliqua persecutionis in Christianos antè concitata persequi, ratio temporis exposcit. Hoc enim anno, iisdemque Consulibus, Felix Papa tertio Kalendas Iunij martyrio coronatur. De consulibus testatur liber de Romanis Pontificibus. Ex quibus planè certa ratione

FELICIS PAPAE MARTYRIUM.

CHRISTI FELICIS PAP. AVRELIANI IMP. 277. 3. 5.

A ratione erroris arguuntur, qui sedi Felicis annos quinque vel quatuor tribuerunt; cum constet ex tempore successionis eius & obitu, sedisse tantum annos duos, & menses quinque, vno minus die: quem etiam consummasse martyrium, certum est: nam & præter ea quæ dicta sunt, epistola scripta ad Ecclesiam Alexandrinam, martyrij titulo nomen eius inscribit.

De eo hæc insuper scripta habetur in eodem libro de Romanis Pontificibus: Hic constituit, supra sepulchra aut Memorias martyrum Missas celebrari.] Verum eiusmodi institutionem longè ante Felicis Papæ tempora Ecclesia sibi vindicat, idque testimonio etiam diuinæ Scripturæ. Nam quod habet liber Apocalypsis: Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant, &c.] demonstratur altaria fuisse sepulchra martyrum: qui quidem mos perseverauit semper in Ecclesia, in idque tam Græci quam Latini interpretes æquè consentiunt, pariter affirmantes, sepulchrum martyrum fuisse altare, ac super illud offerri consueuisse sacrificia. Felicis ergo decretum stabiliuisse videtur, quod absque scripto canone traditione tantum simpliciter seruaretur.

Rursus de eodem hæc ibi: Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros nouem, diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca quinque. Sepultus est in cœmeterio suo, vbi & basilicam fecit, via Aurelia, milliario ab Vrbe Roma secundo, tertio Kalendas Iunias. Et cessauit Episcopatus eius dies quinque.] hæc ibi. Sic igitur pridie Nonas Iunij suffectus est in locum ipsius Eutyrianus Tuscus, patria Lunensis, Marino genitus patre. Sed auctor libri de Romanis Pontificibus (quisquis ille fuerit, certe non Damasus) ipse viderit, quoniam pacto quem tradit hoc anno vita functum, & diebus tantum quinque vacasse sedem, in Eutyriano autem ipsum sedere cœpisse sub Consulatu tertio Aureliani, nempe anno sequenti, affirmet, vt ea ratione dicendum sit, annum vnum sedem vacasse, cuius planè rei testimonium nullum est: quam obrem priori ab eo positæ sententiæ magis assentimur, vt magis consentaneæ veritati.

Passus tunc est & Synesius lector, qui olim à Sixto Papa ordinatus, cum multos ad Christi fidem traduxisset, apud Aurelianus Imperatorem accusatus, gladio percussus, coronam martyrij accepit: cuius memoria non tantum Latinis, sed & Græcis celebris est pridie Idus Decembris. Passi item Romæ habentur, sexto Idus Iulij, Basilides, Tripos, Mandalis, & alij viginti: licet quædam Acta eos passos sub Valeriano habeant. Insuper constat & sexagintaquinque milites de Christianitate delatos, extra portam Salariam duci iussos, ibique martyrij coronam consecutos quarto Idus Augusti. Rursum verò in Romano Portu illustre martyrium obiit Eutropius, Zosimus, atque Bonosa fratres, hortante tunc eos sancto Felice Papa: quorum natalis dies Idibus Iulij est perpetuæ memoriæ consecrata. Ibidem quoque milites quinquaginta hoc ipsum pro Christo certamen subire, & coronam sunt pariter consecuti, quos à sancto Felice Papa fuisse baptizatos, eadem Acta significant, estque celebris eorum natalis dies octauo Idus Iulij.

Sed sub eodem quoque Imperatore, Soræ passa est clarissima virgo Restituta, vnà cum sociis, sub Agathio Proconsule; cuius nobile certamen multis miraculis illustratum, Ecclesiasticis monumentis meruit inferi, atque anniuersaria commemoratione dicari. Sed & egregium spectaculum Christianæ infractæ virtutis Agapitus, quindecim annos natus puer, Præneste edidit: qui exquisitis cruciatibus tormentis, quindecimo Kalendas Septembris gloriosum de persecutoris perfidia triumphum egit: quo exemplo commotus Anastasius Cornicularius, ad Christum conuersus, sub eodem Imperatore duodecimo Kalendas Septembris auctus est corona martyrij. Tunc itidem Clusij in Etruria consummarunt quoque martyrium Irenæus diaconus, ac Mustiola nobilis matrona, & alij complures, tertio Nonas Iulij; sed ante eos apud Sutrium nobile certamen exegit Felix presbyter, meruitque martyrio coronari: quorum omnium Acta simul iuncta habentur. Verum complures alios in Italia passos, sed memoria hominum excidisse, certum est. At non est nostri muneris martyres omnes in vnaquaque persecutione passos recensere: sed satis ad institutum, ex compluribus martyribus, quorum in Ecclesiasticis tabulis memoria vigeret, persecutiones Ecclesiæ demonstrare.

In Galliis verò, inter alios plures martyres, sub eodem Aureliano Imperatore passi habentur Trevis duodecimo Kal. Augusti, Claudius, Iustus, Iocundinus, & quinque socij: ibidem alia rursus die, nempe duodecimo Kalend. Februarij, S. Patroclus. In Gallias enim

II. ALTARIA ESSE SEPULCHRA MARTYRIUM. 2 Apoc. 6.

III. SEPULCHRA FELICIS PAPAE. EUTYRIANVS PAPA.

IV. b Martyrol. Rom. ea die. MARTYRES PASSI SVB AVRELIANO.

V. RESTITUTA MARTYR, ET SOCIJ.

c Apud Sut. Tom. 4. die 3. Iunij.

VI. MARTYRES IN GALLIA SVB AVRELIANO.

^aFla. Vopisc.
in Aureliano.

^bGreg. Tur.
de Glor. mar.
cap. 64.

VII.
MARTYRES
ORIENT.
ECCLIESIAE.

^cFla. Vopisc.
in Aurel.

VIII.
MARTYRES
IN CAPPA-
DOCIA.

^dBasil. hom.
26.

IX.
ATHENO-
DORVS
MARTYR.

MARTYRES
ISAVRII.

^eEx Metaph.
apud Lipom.
10. 6. die 28.
Septemb. 4.
Suv. tom. 4.
die 37. Au-
gusti.

X.
MARTYRES
ASIAE.

XI.

enim hoc anno profectum esse Aurelianum, vt barbaros irruentes reprimeret, Augu-
stamque Vindelicorum ab eis obsessam liberaret, Flavius Vopiscus ^a tradit: quod & res
gestæ aduersus Patroclum significant. extant enim eius passionis Acta, de quibus hæc
Gregorius Turonensis ^b: Huius Acta martyris ex Italia petita, collata fuisse cum his quæ
in Galliis apud clericum quemdam habebantur, eademque fidelia esse inuenta.] Seno-
nis item nobile certamen exegit Columba virgo: quæ ad prostibulum damnata, sed
Dei ope defensa, supplicium capitis subiit prid. Kal. Ianuarij. Passus etiam reperitur in
territorio Tricafino Sabinianus martyr, cuius natalis dies martyrum catalogo adscribitur
quarto Kal. Februarij. Tornaci S. Priscus, eadem vrgente persecutione, passus est: cuius
abscessum caput Christianus quidam pietatis ergo subripiens aufugisset, apud Anti-
fiodorum captus, ibidem & ipse martyrium subiit: vbi & alij plures eadem martyrij
corona decorati sunt, quorum memoria illustratur natali die in antiquis Martyrologiis
septimo Kal. Iunij. Sed & Hispaniarum, aliasque Occidui oris Ecclesias hac persecutione
fuisse sanguine cruentas, nullus poterit dubitare: rerum verò gestarum memoriam per-
tuisse, omnes iure deplorant.

At sicut Occidentalis Ecclesia Aureliani persecutione vexata est, ita & Orientalis eius-
dem furore fuit exagitata. Quid ni ibi idem sæuiret, vbi Christianis aduersarium præ ce-
teris numen, quod diuinum dicebat, summis honoribus profectus, amplexusque est
cultum ipsius? Nam in obsidione Tyanæ Superioris Cappadociæ ciuitatis ex quibusdam
præstigijs sibi visis suscepit cultum Apollonij Tyanæ, olim Christianis omnium infen-
sissimi: cui (vt testatur Vopiscus ^c) & imaginem, & statuam, & templum promisit. Qui
igitur maximum omnium impostorem vt deum colere cœpit, reliquum fuit, vt Christum
verum Deum tamquam seductorem despiceret, & supplicijs illum colentes afficeret.

Tunc quæ erant in Cappadocia vexauit Ecclesias; ac potissimum eam quæ totius
prouinciæ metropolis erat, Cæsarea scilicet: vbi inter alios tunc temporis ille multo-
rum certaminum coronis auctus Mamas illustre martyrium consummauit; cuius ful-
gore triumphii non tantum Oriens, sed Occidens illustratur. Etenim natalis dies passio-
nis eius, quolibet anni circulo euoluto, clariore splendore corona martyris elucescit. In
quo quidem pro concione Basilius ^d hæc ad adstantem populum: Memores estote mar-
tyris, quotquot illo per somnia potiti estis: quotquot in hoc loco constituti adiutorem
ipsum ad precandum habuistis; quibuscumque ex nomine aduocatus ipsis affuit operi-
bus: quotquot aberrantes ad vitam eduxit: quoscumque sanitati restituit: quibuscumque
pueros iam mortuos ad vitam reductos reddidit; quotquot vitæ terminos prorogauit.
Collectis in vnum his omnibus ex communi symbolo, martyri encomium construite.]
D hæc & alia id genus plura Basilius.

Sed & in proxima regione Ponto, eodem Christianos persequente Imperatore, Magni
illius Gregorij Thaumaturgi germanus Athenodorus Episcopus, in hoc illo maior, in
ultima senectute, post exantlatos immensos tum aduersus Gentiles, tum hæreticos iuges
labores, gloriosi martyrij palmam quinto Kalendas Nouembris est consecutus. Sed &
in Isauria Iconij Conon, & filius eius annorum duodecim, præclarissimum obiire certa-
men, dum candentis craticulæ & superfusi olei pœnam, equuleique distractionem, mal-
leoque factam ossium fracturam perpeffi summa constantia, de tyranni sæuitia trium-
pharunt: hoc quippe digno elogio dies natales in sanctorum martyrum catalogo habentur
adscripti decimotertio Kalend. Iunij. Sed & ibidem Charitonis effulsit gloria confes-
sionis: qui verbo reque se dignum exhibens conciujs suæ imitatore, illius inquam
alumnæ Pauli, protomartyris Theclæ, supplicia acerbissima pertulit. Sed Dei vindicta
sublato Aureliano, & reddita Ecclesiæ pace, ipse pariter liberatus, perinde ac Paulus &
Antonius, in eremum concessit: ibique sublime vitæ genus arripiens, alios ad idem insti-
tutum vitæ studium capeffendū prouocauit exemplo. Extant eius ^e Acta fideliter scripta.

Sed inter alios martyres in Asia passos, est illustris memoria Heliodori: quippe non
tantum ipse est insignitus corona martyrij, sed & carnifices, à quibus tortus est, eadem
vt coronarentur, effecit. agitur horum natalis dies vndecimo Kal. Decembris. Experta
est & Galatia persecutionis huius sæuitiam: nam Ancyræ Philomenus tertio Kal. De-
cembris igne probatus ac consummatus, dum ad palum manibus pedibusque ac capite
demum clauis affixus est.

Grassata in Palæstinam quoque est eadem persecutio: nam inter alios constat Pro-
lemaide

A lemaide passos esse Paulum eiusque sororem Iulianam. quibus hi pœnis fuerint cruciati, <sup>MARTYRES
PALÆSTI-</sup>
de eorum martyrio res gestæ conscriptæ significant, quæ habent inter alia, Stratonicum
carnificem commotum diuino miraculo, ad Christum conuersum, capitis supplicium
subiisse. Ex his igitur, quos recensimus martyres diuersis temporibus, Aureliani persecu-
tione vrgente, passos, coniecturam facere licet de ceteris in prouincijs alijs supplicio affe-
ctis: vt planè appareat, non (vt multi putant) tentasse tantum Aurelianum Christianos
persequi, sed diuinitus reuocatum, vel (vt alij addunt) nouissimo eius Imperij tempore
aggressum persequi Christianos, & continuè vlciscente numine ex hac vita sublato: nam
eam persecutionem diutius perdurasse, ex his quæ sunt dicta, satis apparet.

Porro hoc quarto anno eius Imperij, auctor est Eusebius ^a, ab Aureliano erectum tem-
plum Solis, primumque Solis agonem ab eodem institutum fuisse. Sed de Solis templo, ^{XII.}
cultuque numinis ab eodem tum Romæ, tum in Oriente aucto, plura Vopiscus ^b. Quod ^a Eusebius in
verò idem Eusebius hoc anno firmioribus muris ab eodem Aureliano vallatam Vrbem ^b Chronico.
dicit, nec munitam tantum, sed auctam; hoc ipsum idem qui supra Vopiscus tradit his ^c Vopisc. in
verbis: Templum Solis magnificentissimum constituit: muros Vrbs sic ampliavit, vt ^d Aurel.
quinquaginta propè millia, murorum eius ambitus teneant.] & post multa: Forum ^e AEDIFICIA
nominis sui in Ostiensis ad mare fundare cœpit, in quo postea prætorium publicum con- ^f AVRELIA-
stitutum est.] hæc ipse, & alia plura de alijs ab eo erectis ædificijs & sancitis legibus. ^{NI.}

Sed enim quod ad exactum temporum ordinem spectat: his addendum, hoc an- ^{XIII.}
no designatum fuisse tertio Consulem ipsum Aurelianum, vt docet vetus ^a inscriptio ^c Apud Pan-
his verbis: ^d in Fast.
sub Aurel.
Imp.

IMP. CÆS. L. DOMITIO. AVRELIANO. PIO. FELICI. GOTHICO. AVG. <sup>MARTYRES
AVRELI-
ANVS CONS.
III. DESI-
GNATVS.</sup>
PONTIF. MAXIMO. GOTHICO. MAX. GERMANICO. MAX. TRIB. POT. <sup>AVRELI-
ANVS CONS.
III. DESI-
GNATVS.</sup>
V. COS. DESIG. III. IMP. IMP. III. PP. PROCONS. RESTITVTORI. <sup>AVRELI-
ANVS CONS.
III. DESI-
GNATVS.</sup>
ORBIS. INVICTISSIMO. ET VICTORIOSISSIMO. PRINCIPI. FVRIVS. <sup>AVRELI-
ANVS CONS.
III. DESI-
GNATVS.</sup>
ORFIVS. V. C. PRÆF. VRB. DEVOTVS. NVMINI. MAIESTATI. QVE. <sup>AVRELI-
ANVS CONS.
III. DESI-
GNATVS.</sup>
EIVS.] DEDIC. KALEN. FEB. AVRELIANO. AVG. III. ET MARCELLI-
NO. COSS.] Facta enim dedicatio contigit sequenti anno, cum iam Consul tertium
creatus esset, cuius Consulatus hoc anno fuerat designatus. Quod verò hic ponatur
quinta potestas Tribunitia, cum tertium Consul est designatus; rursumque etiam se-
quenti anno, cum iam adiit tertium Consulatum, Tribunitia potestas itidem quinta re-
periatur inscripta veteribus monumentis inferius recitandis: id accidit, quod Tribunitia
potestas vnà cum Imperij natalibus hoc anno tempore autumnali cœpta, in sequentem
annum ad illud vsque tempus est pariter propagata; quæ non secundum Consulatus ani-
currentis exordium, sed secundum initium Imperij numerari solet, vt apparet ex his
quæ dicemus anno sequenti.

Sed quod hoc pariter anno ex eadem inscriptione exploratum habeatur, Præfectu-
ram Vrbis gessisse Furium Orfitum: videas pariter haud in omnibus constare illam
Præfectorem Vrbis successionem, quam ex antiquioribus monumentis Cuspinianus
edidit in suo ad Cassiodori Consulatus commentario, vbi hoc anno quinto Aureliani po-
nitur Præfectus Vrbis Quinius Pacatianus: Furius verò Orfitus anno secundo eiusdem,
& sub Consulatu Taciti & Placidiani. quæ profectò ex recitata superius inscriptione
erroris arguuntur.

E IESV CHRISTI EVTYCHIANI PAP. AVRELIANI IMP.
ANNVS ANNVS ANNVS
276. 2. 6.

DVcentesimus septuagesimus sextus Christi annus, tertio Consulatu Aureliani Im- ^{I.}
peratoris & Marcellini in Fastis ^d notatus, & in antiquis monumentis adscriptus ^e Panin. in
legitur. Sed perperam ab aliquo ^e ponitur sub dictis Consulibus quarto Kal. Februarij ^f ff.
obitus ipsius Aureliani, non absoluto anno quinto Imperij: cui veteres auctores tum ^g Apud Pan-
Christiani, tum Ethnici contradicunt, & veteres inscriptiones ab ipso editæ. Siquidem ^h in Fast.
in primis exploratum illud est apud maiores, ipsum imperasse saltem annos quinque & ⁱ in Theoph.
sex menses, Eusebio, Eutropio, Cassiodoro, Epiphanio, & alijs id testantibus. Immo Fla- ^k rei Antig.
uius ^l TEMPORIS
IMP. AV-
REL. RATIO.

CHRISTI
276.

EVTYCH. PAP.
2.

AVRELIANI IMP.
6.

uius Vopiscus affirmat, ipsum regnasse sex annis, paucis minus diebus. Sed describamus hic antiquam inscriptionem: qua cum huius sui Consulatus tertij mentio habeatur, simul etiam quot ipse annos tunc ageret in Imperio, perspicue ex numero auctæ Tribunitiæ potestatis cognosci potest:

^aPannin. in Fastis.

MAGNO^a. AVGVSTO. PRINCIPI. MAX.
IMP. FORTISSIMO. CONSERVATORI. ORBIS
L. DOMITIO. AVRELIANO. P. F. PONT. MAX.
TRIB. POT. V. P. P. COS. IIII.
GOTH. MAX. PALMYR. MAX. GER. MAX.
ORDO BRIXIANORVM.

II.

^bApud Adol. in lib. Nativitat. in Aureliano.

Ex hac igitur citata inscriptione satis colligitur, Aurelianum hoc anno egisse vna cum Tribunitia potestate annum quintum, auspiciatum vero sextum circa tempus autumni. Sed & cum eiusdem Imperatoris reperiat quoe in antiqua inscriptione potestas Tribunitia septimum iterata: septimum quoque pertigisse viuendo Imperij annum, affirmari necesse videtur. extat enim eiusmodi vetus inscriptio in nummo:

RESTITVT. ORBIS. C. P.] P. M. TR. P. VII. COS. III. P. P.] Ex qua Cassiodori Chronicon & vetus Græcus index fidelia esse probantur, in quibus post Consulatum tertium Aureliani, duo alij Consulatus ponuntur, in quorum vltimo contigitur legitur obitus Aureliani, vt dicemus. Quod si in hac inscriptione Consulatum tertium repetitum vides, id ex eo accidit, quod nullum alium post tertium inuit Consulatum. Qui enim vltimus reperitur Consulatus, singulis annis sequentibus cum Tribunitia potestate anni currentis repeti consuevit, donec alium contingeret adiri Consulatum: quod in reliquis obseruandum est.

III.

RATIO TEMPORVM NECESSARIA.

Ne tædeat, quæso, lector, si cum auidè cupias cunctas res gestas, si posses, vno intuitu perlustrare; sæpè contingat, in iis, quæ ad exactam temporis rationem spectant, diutius distineri. Si quidem sapias, aliter senties; nec indigno animo feres, si, quem in itinere ducem sequeris, antiquas rectas ac regias planè vias intelligis sedulo explorare. Nam si à vero certoque temporis tramite contingat semel errare: per abrupta mendaciorum ferri pariter compelleris. Lætus sanè ac securus viator incedit, si, quocumque perrexerit, vbi que viarum certos indices, inscriptos prominentes lapides miliarios intuetur. Sed ad res gestas sequentis anni progrediamur.

IESV CHRISTI EVTYCHIANI PAP. AVRELIANI IMP.
ANNVS 277. ANNVS 3. ANNVS 7.

I.

^cPannin. in Fastis.

DVcentesimus septuagesimus septimus Christi annus in Cassiodori Chronico & Græco indice notatur Consulibus Probo atque Paulino, quos miramur ab aliquo prætermisissos: qui enim Aurelianum anno superiori tradidit defunctum, hos Consules superuacaneos esse putauit. Sed hoc anno Aurelianum vixisse, & absoluto iam sexto Imperij sui anno septimum auspiciatum esse, Tribunitia potestas in recitata nuper inscriptione septimum repetita demonstrat.

II.

^dS. Leo de P. rec. ser. 72. MANES HÆRESIARCHA COGNOSCITVR.

Hoc igitur anno, iisdemque Consulibus Probo atque Paulino, cum adhuc in Christianos vigeret persecutio Aureliani, hæresis Manichæorum innotuit, vt sanctus Leo testatur, cuius hæc sunt verba: Manichæus ergo (sic Manetem appellat) magister falsitatis diabolicæ, & conditor superstitionis obscoenæ, eo tempore damnandus innotuit, quo post resurrectionem Domini ducentesimus & sexagesimus annus impletus est, Probo Imperatore, Paulinoque Conf.] Sed quod dicit, Probo Imperatore, fefellit Cassiodorum, qui putauit sub Probo Imperatore, eodemque quinto Consule cum Victorino, hanc esse exortam hæresin. Verum cum sanctus Leo addat Probo collegam Paulinum, de huius anni Probi Consulatu certum est intellexisse: sed sic Probum nominat Imperatorem, quod postea creatus fuerit Imperator, non quod tunc esset: cum enim subiciat, tempore horum Consulatum viguisse persecutionem, constat S. Leonem de temporibus Aureliani esse locutum, post quem vsque ad Diocletianum nulla persecutio vexauit Ecclesiam. Probo igitur Paulinoque Consulibus (subdit sanctus Leo) cum octaua iam in

CHRISTI
277.

EVTYCH. PAP.
3.

AVRELIANI IMP.
7.

A Christianos ebulliret persecutio, & innumera martyrum millia ipsius suis victoriis probauissent, impletum esse quod Dominus promiserat, dicens: Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, &c.] hæc sanctus Leo, inuectus in Manetem, qui se esse Paracletum à Christo promissum, impudentissimè affirmabat.

Verum enim verò quod apud eum in chronologia annorum Christi numerantur à resurrectione Domini vsque ad præsentem Consulatum Probi atque Paulini, anni ducenti & sexaginta; errorem planè in notam numeri, librorum incuria, irrepsisse arguit nimia discrepantia: cum à resurrectione Domini in hanc vsque diem anni tantum ducenti quadragintatres veniant numerandi, auspiciando numerum à Christi anno (vt dictum est) quo passus & resurrexit, trigesimoquarto. Sed ex chronologia horum temporum à Patribus constituta, restituendus quoque est Epiphanius locus, nam cum impugnat Manetis hæresim, ait: In summa verò, ab assumptione Christi vsque Manetem & Aurelianum ac Probum Reges anni sunt ducenti septuaginta sex, secundum alios chronographos; iuxta alios, ducenti quadraginta sex.] restituendus est, inquam, locus, vt prior annorum numerus non ab ascensione Domini, sed à natiuitate ducatur. Sicque ille à natali die Domini vsque ad Aureliani tempora, quibus hæresis Manetis diuulgari cepit, tot numeret annos: nos verò vnum amplius eo numero, quod certum annum Aureliani ex Consulibus consignemus. Posterior verò chronologia temporibus Probi probè respondet, dum à resurrectione Domini vsque ad eius Imperium expletos annos numerat ducentos quadraginta sex: qui annorum numerus egregiè nostræ chronographiæ consentit, dum nos à natiuitate Domini vsque ad Imperium Probi annos numeramus ducentos septuagintanovem.

C At huius ortum hæresis sanctus Epiphanius ad Gallieni refert tempora, dum breui compendio toram nebulonis tragediam summatim perstringens, hæc ait: Regnarunt Valerianus & Gallienus ad annos duodecim. In nono igitur horum Imperij anno ascendit Manes, siue Manichæus, è Perfide: quando etiam ad Archelaum Episcopum Cascharorum Mesopotamiæ disputationis gratia venit: & superatus, latenter aufugit, & delatus ad Diodoridem vicum in vicinia Cascharorum; vbi cum disputationem aduersus sanctum presbyterum Tryphonem instituisset, perfectè ab ipso confusus est. Quare & populus lapidibus eum obruisset, nisi ab Archelao Episcopo liberatus fuisset. Itaque in Perfidem reflexit, & iussu Regis arundine excoriatus est, atque sic vitam finiuit.] hæc Epiphanius. Verum alibi idem auctor ait exortam Manetis hæresim circa annum quartum Aureliani, de quo agimus, Imperatoris; alij rursum sub Tacito; sub Caro alij Manetem ponunt; Eusebius autem anno secundo Probi.

D Cyrillus Episcopus Ierosolymitanus, qui vixit sub Constantio, eum sub Probo Imperatore emeruisse tradit, hancque de eo historiam in omnibus veritati consentaneam scribit, quam nos auctam ex aliorum Patrum scriptis hic inferere operæpretium ducimus. Instituens igitur catechumenos, his eos imbuit de prauis vitandis dogmatibus disciplinis: Omnes quidem (inquit) oderis hæreticos; maximè autem illum qui à mania seu infania nomen habet: Manetem dico, qui primùm tempore Probi cepit: nam ante annos septuaginta hic error viguit; & non desunt qui auctorem illius suis oculis conspexerunt. Non idèd tamen quod paulo antè fuerit, illum oderis: sed vt malitiæ fabricatorem, & totius fœditatis receptaculum, & omnes hæreseos sordes suscipientem. Ambiens enim malis excellere, omnia congerens pessima, vnam hæresim blasphemias & sceleribus refertam conflauit. Vastat Ecclesiam, vel potius eos qui errant in Ecclesia, tamquam leo obambulans. Tu igitur non attendas huius suauiloquentiæ, neque simulatæ humilitati: serpens enim est, & germen viperarum. Et Iudas dixerat, Salue Rabbi; & tamen prodidit magistrum. Non aduertas osculis, sed serua venenum.

E At ne falsa videamur opinari de illo, obiter considerabimus qui fuerit iste Manes: quin etiam aliqua ex parte, quid docuerit, attingemus. Memineris autem hæc apud te ipsum, & teneas memoria in auxilium opportunum, quæ antè dicta sunt, & nunc quoque dicentur: vt ignorantibus discant, & scientes recordentur. Non est ex Christianis Manes. Absit. Neque, sicut Simon, eiectus ex Ecclesia, nec ipse, nec illi priores eius erroris magistri. Ille enim fur est alienorum malorum, vindicans sibi mala. Quo modo autem & qua ratione, audite. Scythianus quidam erat in Ægypto, genere Saracenus, nihil cum Christianismo habens commune. Hic Alexandria habitans, & Aristotelicam vitam

imitatus, quatuor libros composuit: unum quem appellavit Euangelium; non quod actiones eius contineret, sed solam appellationem: alterum vocavit Capitulum: tertium Mysteriorum: quartum, verò, quem nunc circumferunt, Thesaurorum. Discipulus autem eius erat Terebinthus. Cum verò Scythianus ex proposito venisset in Iudæam, ut pestilenti contagione afficeret illam regionem: morbo extincto illo, Dominus sedavit pestilentiam.] Hæc cum scribat de Scythiano Cyrillus, perspicue docet, errare Suidam & alios, qui cum Manete confundunt Scythianum, eumque genere Brachmanum dicunt.

VII. SCYTHIANVS VNDE. Epiphanius hæres. 66.

Verum Epiphanius de Scythiano prolixiorum contextit historiam, eumque ait Saracenum genere; in Arabia nutritum, philosophicis Græcorum litteris imbutum, & mercatura intercedente cum Indis, prædiuitem factum esse: quem & in Ægyptum descendentem tradit adscivisse sibi ex lupanari mulierculam, ibique de duobus Principiis hæresin ex Pythagoræis hausitam promulgasse: Ierosolymamque profectum, quod omnes sibi aduersantes nactus esset, se totum magiæ studio mancipasse.] Sed cum ait, Scythianum circa tempora Apostolorum vixisse; haud facile quis poterit assentiri, qui considerat huic proximè in schola impietatis successisse Terebinthum eius discipulum, & huic mox Manetem esse successorem.

VIII. TEREBINTHVS DISCIPVLVS SCYTHIANI.

De Terebintho autem hæc subdit Cyrillus: Sed Terebinthus improbitatis illius discipulus, auri & librorum & hæresis factus heres, cum adesset in Palæstina, & in Iudæa notus esset, & exclusus, statuit in Persidem transire. Deinde, ne ex nomine illic cognosceretur, Buddam se ipsum vocavit. Verum habuit hæc aduersarios sacerdotes Solis, & multis sermonibus concertationibusque commotis redarguebatur. Ad extremum cum esset comprehendendus, profugit ad quamdam viduam. Deinde supra domum ascendens, & aduocans aëreos dæmones, quos Manichæi in abominandis suis sacris ad hunc usque diem inuocare solent; diuinitus percussus, & de domo prostratus, extinctus est.

IX. MANETIS ORIGO.

Atque sic excisa est altera bestia: sed relicta sunt monumenta impietatis illius libri, quorum illa vidua heres erat, simulque pecuniarum. Quæ cum neque cognatum neque amicum haberet vllum, constituit pro illis pecuniis seruum emere aliquem, Curbicum nomine, quem postea adoptauit, & Persidis disciplinis erudiendum curauit. Exacuit autem secundum humanitatis malum telum: Curbicus ille malus seruus in semiphilosophum euasit; & mortua vidua, & pecunia & libri hereditate illi cesserunt. Deinde, ne seruitutis nomen illi contumeliosum esset, pro Curbico Manem se ipsum appellauit, quod lingua Persarum, homilium significat: cum enim dialecticus quibusdam esse videretur, Manem se ipsum nominauit, tamquam optimum disputatorem.

NOMEN MANES VNDE.

X.

At ille quidem bonam existimationem ex lingua Persica hoc nomine parabat: sed diuina administratione factum est, ut nolens ex eo se ipsum argueret, ut in Perside existimans se ipsum honorare, apud Græcos infanix nomine sese appellaret. Innam quod penes Græcos *μανια*, id est quod apud nos infania: Ideo illius discipuli (inquit Augustinus) vitantes nomen infanix, quasi doctiores, & eo ipso mendaciores, geminata, n, littera, Mannichæum, quasi manna fundentem, pro Manichæo, id est, infano, appellauerunt. Et si vocis huius à Latinis sumas interpretationem, idem est mania (ut tradit Festus) quod turpis larua, planè Maneti congrua. Sed Epiphanius illud nomen aucupatum Curbicum ait, ut Manes dici voluerit, quod iuxta Babylonicam linguam, Manes, vas significet: æmulatus nimirum Apostolum, qui à Christo Vas electionis est appellatus. At quod ad nomen spectat, nec illud dicere prætermittamus, Manichæos illa item sibi nomina indidisse, ut Catharistæ dici vellent, atque Macarij, nempe Mundatores, & Beati, itemque electi, sed de nominibus modò satis. Redeamus ad Cyrillum, qui subdit:

Aug. de hæres. cap. 46.

Epiph. hæres. 66.

Aug. de hæres. cap. 46.

XI. HORRENDAMANETISBLASPHEMIA.

Audebat dicere se ipsum esse Paraclerum. est enim scriptum: Qui blasphemauerit Spiritum sanctum, non remittetur ei. Hic autem cum se Spiritum sanctum esse diceret, blasphemabat illum. Qui ergo cum illis communicat, videat cum quibus versatur. Commouit seruus vniuersam terram: quandoquidem per tria contremisit terra, & quartum non potest ferre, si seruus regnet.] Addit Epiphanius, hoc tempore Manetem misisse tres ex suis discipulis Ierosolymam, emprum sacros libros, quod Christianorum res caleret; ut inde etiam, si posset, de duobus Principiis dogma firmaret. Quo modo autem post hæc in carcerem ductus sit, rem gestam idem Cyrillus sic narrat:

Proh. 30.

XII. MANES IMPOSTORCAPITVR.

Prodiens porrò in medium, supra vires humanas sese iactabat. Cum enim ægrotasset Regis Persarum filius, & medicorum turba illi adesset: Manes promittebat per orationem,

tionem, tamquam pius, se illum curaturum. Recesserunt medici; recessit & vita à filio Regis; virique illius impietas redarguta est: & vincus erat in custodia philosophus: non quod Regem veritate offendisset, hæc passus; neque quod idola dissoluerat; sed quod seruare promisit ei, mentitus est; immò (ut verius dicam) propter homicidium. Qui enim per medicorum curam potuisset sanari; iste, medicos remouens, illum occidit, enecans negligentia. Cum enim plurima mihi de illo dicenda sint mala; meminervis prius illius blasphemix, deinde seruitutis (non quod turpis sit seruitus, sed quod, cum seruus esset, libertatem effinxerit malam) tertium falsitatem promissionis: quartum filij Regis cædem: quintum turpitudinem carceris: tum verò ex carcere fugam. Qui enim dicebat se esse Paraclerum, & veritatis propugnatores, fugit; non erat successor vel imitator Christi, qui alacriter veniebat ad crucem; sed fugiendo contrarius illi fuerat.

Deinde Rex Persarum necari iussit custodes carceris. Causa mortis Regis pueri Manes per suam superbiam fuerat: causa quoque mortis custodum erat per fugam. Qui ergo mortis est causa, iste ne adorari debet? Nónne oportuit Iesum imitari, qui dicebat: Si me quæritis, finite hos abire? Nónne oportebat cum Iona dicere: Tollite me, & proicite in mare: propter me enim tempestas ista?

Fugit Manes de carcere, & venit in Mesopotamiam: sed occurrit illi scutum iustitiæ Archelaus Episcopus.] Quo modo autè in eum inciderit Archelaus, Epiphanius narrat, dicens, studuisse Manetem, siue dixerimus Manichæum, adsciscere sibi insignem pietate virum Marcellum in Cascharam Mesopotamiæ habitantem, ad eumque scripsisse epistolam, quam idem auctor suæ narrationi contextit: eam verò nos ponemus inferius. Contigit autem opportunè illic adesse Archelaum Episcopum, cum Marcellus eam accepit à Manete epistolam: initoque consilio, factum ut Marcellus ad eum rescribens, ipsum Cascharam ad se vocaret, velut suarum litterarum interpretem. Cum autem Manes venisset, & quid ille impiè sentiret, Archelaus audisset: ad publicam disputationem eum vocat. Constitutiq; sunt ex communi consensu iudices hi, Marisus externæ doctrinæ philosophus, Claudius medicus atque sophista, Ægialcus grammaticus, & Cleobulus sophista.]

Auctor est sanctus Hieronymus, in eam cum Manete disputationem ab ipso Archelao fuisse Syro sermone conscriptam, eamque in Græcam postea linguam conuersam haberi præ manibus. Recitat ex ea disputatione perpauca quædam Cyrillus; que hæc describere iniucunda non erunt; cum præsertim liber ille ab Archelao conscriptus, iniuria temporis periisse videatur, ait enim: Græcum auditorium constituens, etiam philosophis iudicibus eum redarguit: ne, si Christiani iudicarent, ad gratiam aliquid iudicasse viderentur. Dixit ergo Archelaus ad Manetem: Quod prædicas, narra. Ille verò os habes tamquam sepulchrum apertum à blasphemia, à Creatore primum incipit, dicens, Quod veteris Testamenti Deus, malorum sit inuentor, dicens de se ipso, Ego, ignis consumens. Sapiens autem Archelaus dissoluit blasphemiam, dicens: Si veteris Testamenti Deus ignem se ipsum dicit: cuius erit Filius ille qui dicit, Ignem volo mittere in terram? Si oderis eum qui dicit, Dominus mortificat, & viuificat: quare honoras Petrum, qui Tabbitham quidem suscitauit, Saphiram autem mortificauit? Si oderis eum, eò quod etiam mortem parauerit: quare non oderis eum qui dicit, Ite in ignem æternum? Si odisti dicentem, Ego Deus faciens pacem, & creans mala: perquire quid dicat Iesus, Non veni mittere pacem super terram, sed gladium. Amborum sunt æqualia dicta: ergo è duobus alterum sit, necesse est: Aut vterque bonus per eandem locutionem: Aut si irreprehensibilis Iesus hæc dicens, quare vituperas eum qui in Lege veteri familia dicebat? Postea Manes: Et qualis Deus qui obcæcat? Paulus enim dicit: In quibus Deus sæculi huius obcæcavit mentes infidelium, ut non splendeat illis nomen Euangelij.

Archelaus verò optimè refellens, Lege, inquit, quod præcedit paululum: Si verò est obscurum Euangelium nostrum, in perditis est obscurum. Vides quod in perditis obscuratur. Non sunt enim sancta danda canibus. Numquid autem solus veteris Testamenti Deus obcæcavit cogitationes infidelium? Iesus autem ipse nónne dixit: Propterea in parabolis loquor, ut videntes non videant? Non quod odisset illos, volebat ne viderent: sed propter indignitatem, quod oculos suos ipsi obstruxissent. Vbi enim spontanea prauitas, ibi & impedimentum gratiæ. Habenti enim dabitur: & qui non habet, & hoc quod videtur habere, auferetur ab eo. Quinetiam, ut quidam interpretantur, & hoc dicere non fuerit ineptum; quod dicitur Deus ex cæcasse infidelium cogitationes,

2. Cor. 4.

De obcæcatione in impios a deo immissa. Luc. 16.

XIII. Epiphanius hæres. 66. Archelays Episcopus aduersatur Maneti.

XIV. Hieron. de Script. Eccl. in Archel. Disputa. Ca. cym Manete. Cyrill. Catech. 6. Deut. 4. Hebr. 12. Luc. 12. 1. Reg. 2. 1. Act. 9. Isai. 45. Mat. 10.

XV. De obcæcatione in impios a deo immissa. Luc. 16.

in malo excæcavit, vt sancta respicerent: non enim dixit, Obcæcavit ipsorum animam, sed, cogitationes infidelium. Hoc autem est, perinde ac si diceret: Obcæca scortatoris libidinosas cogitationes, & servabitur homo: Excæca furis rapacitatem, & saluabitur homo. Sed si non vis hoc ita sentire, est alia interpretatio: Obcæcat & Sol lippos, & oculis laborantes malè affectos, propter vim luminis: non quòd Sol habeat vim excæcandi; sed quòd corrupta videntium natura videre per se non possit. sic & infideles ægrotantes in corde, non possunt videre diuinitatis radios. Et non dixit, Excæcavit cogitationes, vt non audirent Euangelium: sed, vt non intuerentur splendorem Euangelij Domini nostri Iesu Christi. Audire enim Euangelium omnibus licet: gloria autem Euangelij solis Christi germanis definitur & aperitur. Loquebatur Christus his qui audire non poterant, in parabolis: discipulis autem seorsum dissoluebat parabolas, splendor gloriæ illuminatis, excæcatio autem infidelibus. Hæc mysteria, quæ nunc Ecclesia enarrat tibi catechumeno, non est mos Ethnicis enarrare: nec enim Ethnicis mysteria de Patre, Filio, & Spiritu sancto declaramus: quin & catechumenis non adedè apertè dicimus mysteria, sed sæpè obscuriùs dicimus, vt scientes Fideles intelligant, & qui nesciunt, non corrumpant.

XVI.
FUGA MANETIS.

^a Epiph. hæref. 66.

^b Epiph. hæref. 66.

XVII.
MANES ITERUM A REGE PERSARVM CAPTURUS ET NUNC CATVR.

^c Aug. contra Faust. lib. 5. cap. 4.

XVIII.
MANETIS DISCIPVLI.

His & aliis eiusmodi pluribus prosternebatur draco, talibusque concertationibus Archelaus superavit Manetem: ita vt rursus inde fugeret, perinde atque antea ex carcere. Vitans autem aduersarium, venit in vicum quemdam vilissimum: quemadmodum serpens in paradiso, relicto Adam, ad Euam accessit.] Erat vicus ille dictus Didorides, sub diocesi Cascharorum, cui præerat presbyter quidam mansuetissimus, nomine Tryphon: qui cum non tanta esset dicendi facultate imbutus, vt Manetis sua iactanti resistere potuisset, de ea re (inquit Epiphanius^a) Archelaum reddidit certiorum. Subdit Cyrillus: Sed Archelaus, pastor bonus, ouibus prospiciens, fuga illius audita, citò accurrit, & lupum perquisiuit. Manes verò, videns apertè aduersarium, excessit, & fugit: dedit autem hanc postremam fugam.] Iterum in eo pago disputasse Archelaum cum Manete, iterumque conuictum, & à populo adstante interficiendum, illi denuò præstò fuisse Archelaum, Epiphanius^e tradit, additque ipsum fugisse, vnde venerat, in castellum Arabionis, idque Regi Persarum innotuisse, suosque misisse qui eum caperent. Quæ autem postea contigerunt, Cyrillus sic narrat:

Regis enim Persarum satellites vbique perquirentes fugituum illum, comprehenderunt: & quam ab Archelao habere debebat sententiam, hanc regij ministri in illum tulerunt. Comprehenditur Manes, quem adorant eius discipuli, & adducitur ad Regem. Cui Rex exprobrauit mendacium & fugam, irrisit seruitutem eius, accusauit filij cædem, damnauit propter eum factam custodum necem. Itaque excoriari Manetem lege Persica mandauit: & corpus quidem reliquum bestiis deuorandum tradidit: cutem verò, quæ tanta illius improbitas continebatur, tamquam vtrem ante portas suspendi curauit. Qui se ipsum Paracletum esse dicebat, & futura se scire ostentabat, fugam suam & comprehensionem nesciebat?] hæc Cyrillus. Quòd igitur Manes arundine excoriatus fuit, inde sumpsisse Manichæos, vt super arundines accubarent, S. Augustinus^c affirmat. Vnde quòd super mattas iacerent sic compositas, nomen quoque profluxit, vt Mattarij iudem fuerint appellati. Prosequitur Cyrillus hæc de eius discipulis:

Huius Manetis discipuli tres fuerunt, Thomas, Buddas, & Hermas. Nemo legit secundum Thomam Euangelium: non enim est vnus ex duodecim Apostolis, sed vnus ex his tribus Manetis discipulis. Nemo corrumpatur ab animarum corruptoribus Manichæis, qui tristibus aquis mæstitiam ieiunij sibi inducunt. Qui factorem quidem ciborum calumniantur; cibos autem optimos quosque vorant. Qui docent, quòd qui herbam euellit, in illam mutabitur. Agricola & olitorum pueri in quot transformantur herbas & gramina? Tot annis olitor falce secabat herbas, vt sæpè videmus: in quam ergo ex illis mutabitur? ridicula verè dogmata, & turpitudine vituperationeque plena. Idem quandoque homo cum esset pastor ouium, & ouem sacrificauit, & lupum occidit: in verum igitur mutabitur? Multi homines pisces capiebant, & aues aucupabantur: in quid igitur mutabuntur antiquitatis nepotes Manichæi, qui non operantes, ea quæ sunt operantium deuorant? qui eos qui afferunt illis cibos, hilari facie recipientes, pro benedictionibus maledictis insectantur? Cum enim ignorans aliquis illis afferret panem: Paululum (inquit) extrà subsiste, & benedicam tibi. Deinde in manus recipientes panem (quemadmodum illi qui ex illis pœnitentiam agentes confessi sunt) Ego te

(dicit

A dicit Manichæus pani) non feci, & execrans proicit in altum, & maledicit ei qui fecit illum, atque sic factum comedit. Si oderis cibos, cur hilari facie intrueris illos afferentem? Si danti habes gratiam, cur factorem & opificem omnium blasphemias? Et rursus: Ego te (inquit) non seminavi: seminetur seminans te. Ego te non messi falcibus: metatur merens te. Ego te igne non coxi: coquatur qui coxit te. Pulchra sanè gratiarum actio.

Magna quidem hæc mala, sed parua respectu aliorum. Lauacrum illorum coram viris & muliebris enarrare non audeo. Vereor dicere in quo sicum intingentes, dant miseris, quod per Sisyum traditum, manifestatum est. Viri enim in somniis hæc imaginarentur, & mulieres in puerperis: pollueremus certè os nostrum hæc dicentes. Neque enim Græci his impiores, neque Samaritæ magis athei, neque Iudæi magis impij, neque scortatores istis sunt impiores. Scortator enim ad vnam horam per concupiscentiam finit operationem; condemnans autem se sceleris tamquam pollutum, scit se lauacro egere, & agnoscit fœditatem facinoris: Manichæus autem in medio altaris ponit ista, atque simul os & linguam polluit. Ab eiusmodi ore, ô homo, capies doctrinam? Hoc semper obuium osculo salutabis? Numquid præter aliam impietatem, hanc solam non fugies fœditatem, scelerisque potiores, omnique prostituta detestabiliores? Annuntiat Ecclesia & docet, attingitque sordes istas, vt tu non polluaris: dicit vulnera, vt tu non vulnereris. Sufficit autem hæc solùm scire tibi; sed experientia illa discere caue.

Tonat Deus, & nos omnes tremimus: illi autem blasphemant. Fulgurat Deus, & omnes ad terram inclinamur: illi verò nefandas in cælum mouent linguas. Iesus dicit de Patre^a: Qui Solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. At illi dicunt, quòd pluuia ex quadam amatoria infania sunt. Et audent dicere, quòd sic quadam virgo in cælo pulchra cum iuvene pulchro, & more camelorum aut luporum illos quoque turpis concupiscentiæ tempus habere: & cum fiunt tempestates, furendo illum iustare virgini, ac illam quidem fugere, hunc autem insequi: atque tum currendo sudare, & ex illius sudore pluuiam esse. Hæc scripta in Manichæorum libris: hæc nos legimus, non credentes dicentibus: propter veltram enim securitatem etiam perditionem curiosè scrutabamur.] hæc S. Cyrillus, suos alloquens catechumenos. optimè sanè hæc ipse calluit, qui eodem propè sæculo vixit, & in Oriente, vbi illud monstrum primum innotuit: sed & cum ex Manetis inspectione librorum, tum etiam ex eius discipulis, cum execrantes eius turpitudines atque blasphemias, ad Ecclesiæ puritatem ac sanctitatem confugerent, hæc plenissimè assecutus est.

Videns autem hostis humani generis refraxisse, & propè penitus exoleuisse, ob sceleris immanitatem, quas per Gnosticos docuerat, turpitudines; & iam deficere etiam quem in Montano nouum effinxerat Paracletum, & ab eo superinducta ieiunia habita esse neglectui: conatus est, sed diuersam à priori iniens rationem, ex duobus vnum conflare monstrum. simul enim in vnum coniungens Gnosticorum deformitates, & Montani blasphemias, aliisque impietatibus superinductis, his ornamentis phaleratam belluam introduxit, immò horrendum visu spectrum eduxit ex inferis, flammam ignis spirans, quibus vniuersum propemodum depastum est Orbem, vsque adedè, vt vix aliquis repertus locus fuerit, qui non eius incendio conflagrarit, vel non eius fuligine saltem obductus. Et, quod superat omnem captum, non vulgares tantum, sed qui scientia videbantur esse sublimes, non solùm ad se nefarium dogma pellexit, sed & sui constituit defensores: de quibus suo loco dicturi sumus. Sic namque ad decipiendum comparatus ille versutus, cum (quod scriptum est in Apocalypsi^b) foris præferret speciem agni, loquebatur tamen vt draco.

Sed vt hæc apertius cognoscantur: libuit hæc attexere perbreuem eius epistolam^c ad Marcellum pientissimum virum conscriptam, qua pariter prima suæ hæresis rudimenta propinans hæc ait:

Manes Apostolus Iesu Christi, & qui mecum sunt sancti, ac virgines, Marcello filio dilecto gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo: & dextera lucis conseruet te ab instante sæculo malo, & accidentibus ipsius, & laqueis diaboli. Amen.

Cum dilectionem tuam maximam esse perceperim, valdè gauisus sum: fidem autem non esse iuxta rectam rationem indignè tuli. Vnde ad humani generis correptionem missus, parcentique his qui fraudi & errori se ipsos exposuerunt, has ad te litteras mittere

XIX.
TURPITVDINES MANICHÆORVM.

XX.
STVLTITIA MANICHÆORVM.
^a Mat. 5.

XXI.
CONSILIUM DIABOLI.

^b Apoc. 13.

XXII.
^c Apud Epiph. hæref. 66.

MANETIS EPISTOLA.

mittere necessarium duxi : primùm quidem ad salutem animæ tuæ, deinde etiam eorum A
 qui tecum sunt, ad hoc vt ne indiscretam habeas cogitationem ; veluti simpliciorum du-
 ces docent, dicentes, bonum & malum ab eodem ferri : & vnum principium introducen-
 tes, non discernentes neque dirimentes à luce tenebras, & bonum à malo ac prauo, & ex-
 ternum hominem ab interno, velut antea diximus, sed alterum cum altero confundere
 & permiscere non cessant. Tu verò, ô fili, non similiter, vt multi homines, citra rationem,
 ac simpliciter vtraque prout contigerit, vnias ; neque Deo bonitatis attribuas. Princi-
 pium enim & finem, & horum malorum patrem ad Deum referunt, quorum finis male-
 dictioni propinquus est. Neque enim dictis à Domino ac Salvatore nostro Iesu Christo
 Euangelis credunt, quòd non potest arbor bona malos fructus ferre, neque arbor mala
 bonos fructus facere. Et subit animum meum admiratio, quo modo Deum satanæ &
 malorum ipsius operum creatorem & opificem dicere audent. Atque vtinam hucusque B
 saltem inanis labor ipsorum processisset, & non vnigenitum qui à sinu Patris descendit,
 Christum Mariæ mulieris cuiusdam filium esse dixissent, & ex sanguine & carne & reliqua
 feminarum graueolentia natum esse. Et vt ne multa per hanc epistolam scribens, mäsue-
 tudinem tuam in longum tempus suspendam ; cum naturalem eloquentiam non habeam,
 his contentus ero. Totum verò cognosces præsentem me apud te ; si quidem salutis tuæ ad-
 huc curam geris. Neque enim laqueum cuiquam iniicio, veluti plerique imprudentio-
 res faciunt. Considera quæ dico, fili venerandissime.] hucusque epistola.

XXIII.
 FRAS HÆ-
 RETICO-
 RVM.

^a Ezec. 13.

XXIV.
 FRAS DAM-
 NATA MA-
 NETIS HÆ-
 RESIS.
^b 1. Ioan. 4.

^c Ignat. Ep. 5.
 6. 10.

XXV.
^a Aug. contra
 epist. Mani-
 chæi. cap. 4.
 CONFUTATA
 HÆRESIS
 MANETIS.

Reddunt profectò idem dicendi genus, eundemque in omnibus expriment chara-
 cterem quæ à Nouantibus hæreticis nostri temporis scriptæ, deforis mellitæ circumfer-
 rantur epistolæ: eodem quippe cum illo afflato spiritu, easdem videas eructare senten-
 tias, concinnare fallacias, ac planè aureo calice propinare blasphemias, dum Manetis in-
 star, non nisi charitatem, pietatem, Dei laudes, & Christi præconia spirare in omnibus vi-
 deantur, errantes, & in errorem inducentes, secundùm illud Ezechielis ^a: Consuunt pul-
 uillos subter omne cubitum ad decipiendas animas.] Sed ad Manetis dogmata disqui-
 renda redeamus.

Has autem, quas ad Marcellum scripta virulenta Manetis epistola protulit horrendas
 blasphemias, iam longè antea ipsi viuentes Apostoli damnauerunt. Ioannes enim cum
 principium vnum tantum esse affirmet, eos pariter qui veram Christi negarēt humanita-
 tem, quales habendi essent, perpetuæ sententiæ iudicio definiuit, dicens ^b: Omnis spiritus
 qui confitetur Christum in carne venisse, ex Deo est : & omnis qui soluit Iesum (*nempe à*
carne disungit) ex Deo non est, & hic Antichristus est.] Sed & Ignatius, qui vixit Apolto-
 rorum temporibus, illorumq; ipse discipulus, quàm sedulus, quàm fortis, quàm vehemens D
 oppugnator fuerit huius hæresis à Basilide primùm excogitata; in diuersis ^c epistolis, ac ea
 præsertim quam scripsit ad Trallianos, post multa, rem adeo certè atque perspicuè testa-
 tam reliquit, dicens: Verè genuit Maria corpus habens in se Deum habitantem, & re-
 vera datus est Deus Verbum ex Virgine vestitus corpore obnoxio iisdem passionibus no-
 bis cum: verè natus ex vulua, qui omnes homines in vulua finxit, & corpus sibi fabricauit
 ex sanguinibus virginis ; hoc solum excepto, quòd nulla viri consuetudo intercesserit : in
 vtero gestatus, sicut & nos, certis mensum circulis ; & verè natus est, sicut & nos, & verè
 lacte pascus est, & cibo potuque communi vsus est, sicut & nos, &c.] Sed de his superius
 pluribus. At hæc voluimus breuiter attigisse, tamquam aduersus Manetis virus antidotum
 præsentaneum, quod veluti in capsula medica semper illibatum S. Ecclesia custodiuit.

S. Ecclesiæ enim auctoritati S. Augustinus innitens, vno vsus argumento, omnes Mani-
 chæorum arte compositas molitiones disiecit, cum ait ^f: Vt ergo hanc omitam sapientiam,
 quæ in Ecclesia esse Catholica non creditis, multa sunt alia quæ in eius gremio me iustissi-
 mè teneant. Tenet consensus populorū atq; gentium: tenet auctoritas miraculis inchoata,
 spe nutrita, charitate auclta, vetustate firmata: tenet ab ipsa sede Petri Apostoli (cui pas-
 cendas oues suas post resurrectionem Dominus commendauit) vsque ad præsentem Episco-
 patum successio Sacerdotū: tenet postremò ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa
 inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cum omnes hæretici se Catho-
 licos dici velint; quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad Catholicam cõueniatur, nullus
 hæreticorum vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere.] hæc & alia Augustinus,
 cum agit contra aliam epistolam Manichæi, dictam ab illis, Fundamenti. Sumus autem
 nos hæc interlocuti exemplo illorum, qui atrectaturi serpentes, antidoto se præmuniunt.
 Sed

A Sed illud hic obiter declarandum est de Manete ; ipsum non sic se vocasse Apосто-
 lum, vt se tantum Petro conferret vel Paulo, aut alij cuiquam ex numero Apostolorum :
 sed quòd profiteretur se esse Paracletum, quem Christus prædixit à Patre mittendum:
 seque sic missum à Patre nominaret Apostolum. id quidem de illo eius affirmabant disci-
 puli, de quibus hæc Augustinus ^e, Promissionem Domini nostri Iesu Christi de Para-
 cletto Spiritu sancto, in suo hæresiarcha Manichæo dicunt esse completam. Vnde se in
 suis litteris Iesu Christi Apostolum dicit, eo quòd Iesus Christus se missurum esse pro-
 miserit, atque in illo miserit Spiritum sanctum.] sed & de instituto ab eo instar Catho-
 licæ Ecclesiæ hierarchico ordine dicemus inferius. Verum quæ reliquæ sunt, ab eo con-
 scriptas blasphemias inspiciamus.

Diffamauit eas non scriptis tantum à se epistolis ad Marcellum, & alia quam dixi-
 mus ad incertum auctorem, titulo Fundamenti : sed aliis à se editis commentariis, nem-
 pe eo quem inscripsit, Mysteria ; & cui indidit nomen, Thesaurus, additoque illo quo
 sub titulo atrologiæ docuit magicas incantationes, & aliis, quorum omnium memi-
 nit Epiphanius ^b. His, inquam, à se editis libris, alios portentosos addidit ; prioribusque
 adiunxit nouas hæreses, quarum alia ex iisdem ortæ principiis, veluti riui è cœnoso fonte
 dimanarunt ; & alia ex aliis deductæ causis, pro arbitrio insani hominis, prodierunt.
 Prioris nempe generis erant, quibus diceret, totum hominem è duobus creatum esse
 Principiis, ex bono animam, corpus verò fabricatum à malo.

Quòd igitur à mali Principio carnem iisdem Manichæi dicerent provenire, negabant
 Christum humanam suscepisse naturam: eademque ratione carnem, vt malum ex mali
 Principio germen, odio prosequentes, perpetuum contra eam, sed irrationabile planè
 bellum sic constarunt, vt eam probrosis etiam afficerent contumeliis & immunditiis,
 eoq; insano prætextu in immensum gurgitem turpitudinū mersi, omni pariter immunditi-
 arum ac libidinum genere se polluerent, quòd dicerent eo modo iniuria carnem affici:
 idque eò ardentius ipsi præstare solerent, quòd voluptuosius id fieri intelligerent ; eoque li-
 centius, quòd præferret pariter cum obscœnitate iustitiam, atque eò instantius perpetrarent,
 quòd ad hæc tam nefanda atque turpia religio videretur impellere: ita enim iactabant
 multis his purgari malum: quibus adderent illud obscœnum & auditu tantum maximè
 execrandum, vt conspersa farina humano semine, instar Gnosticorum, quæ offerebant
 libamina inde conficerent. Quod licet ipsi negarent, tamen rei nefariæ conuictos esse,
 S. Augustinus testatur ^e de his quæ suo tẽpore acciderunt, de quibus suo loco dicturi sumus.

Eadem quoque ex causa quòd carnem ex materia, & materiã à mali Principio fluxisse
 dicant, omnem generationem auertunt, impediunt, & execrantur, quòd ex ea augeatur
 materia, ac proinde mali Principij causam agi : quæ in eos idem Augustinus ^d scribens,
 pluribus monstrat ac confutat. Eadem quoque causa, quòd dicerent nullum materiæ
 dandum esse adminiculum, eò dementia perueniunt, vt execrarentur eos qui pauperi-
 bus elemosinam darent, quòd eo actu fauerent mali Principio. quod Theodoretus ^e te-
 statur, & ante eum S. Athanasius ^f, qui ait : Pro re hostili habetur apud Manichæos pau-
 perum commiseratio.] Eadem quoque ratione quòd carnem odio haberent (quod est illis
 commune cum Marcionitis) negabant etiam carnis resurrectionem.

In odium quoque carnis execrari eos, ait sanctus Augustinus, Sanctorum reliquias,
 maximeque inuehi in Christianos, qui martyres colunt, eorumque celebrant festos dies ;
 perinde ac si ipsi colerent, vt deos, homines. Sed refellit eam sæpè calumniam Augusti-
 nus, demonstrans nos non colere vt Deum homines, sed venerari vt Dei amicos, disputa-
 tique de his pluribus agens contra Faustum ^g. Probè vides, lector, quem habeant Pa-
 triarcham, qui Sanctorum cultum, venerationemque sacrarum reliquiarum detestantur:
 tali ipsi sanè, tantoque gloriantur auctore ; & Ecclesiæ cõlumen Augustinum, Sanctorum
 cultum probantem ac defendentem (vt vt libet) condemnent : atque sic Manetis Para-
 cletto se gloriantur afflatos. Porrò Manichæi (ne id prætermittamus) eadem quoque ra-
 tione, quòd carnem tamquam ex mali Principio deductam execrarentur, matrimonium
 etiam damnabant. de quorum stultitia pluribus idem S. Augustinus ^h agit.

Quòd verò ad animam spectat, non vnã instam cuilibet homini Manes tradit, sed
 duas, easdemque diuersas, atque è contrariis planè principiis dimanantes ; nempe malam
 alteram, à mali Principio generatam ; alterã verò bonam, insusam à boni Principio, eam-
 demque esse diuinæ substantiæ. Aduersus hæc excogitata ab homine insano commenta,
 idem

XXXVI.
 QUOMODO
 MANES
 APOSTOLVS.
^a Aug. de hæ-
 resib. cap. 46.

XXVII.
 SCRIPTA
 MANETIS.

^b Epiphani-
 hares. 66.

XXVIII.
 MANI-
 CHÆORVM
 OBSCœNA.

^c Aug. de hæ-
 res. cap. 46.

XXXIX.
 STVLTATA
 CRVDELITAS
 MANI-
 CHÆORVM.
^d Aug. contra
 Faust. lib. 19.
^e Theod. hæ-
 res. fab. lib. 1.
^f Athn. epist.
 ad solitar.

XXX.
 MANICHÆI
 RELIQUIAS
 SPERNVNT.

^g Aug. contra
 Faust. lib. 20.
 c. 21. & lib. 32
 cap. 11. 12.

^h Aug. contra
 Faust. lib. 15.
 cap. 5. 6. 7.

XXXI.
 QVOD DE
 ANIMAS EN-
 SERINT MA-
 NICHÆI.

idem sanctus Augustinus pluribus disputat, scripto de Duabus animabus contra Manichæos commentatio. Purgationem etiam quamdam fatuam animarum Manes itidem introduxit atque punitionem, docens transanimationem Pythagoræam; vt Epiphanius & Cyrillus affirmant: animas verò Manichæorū ab eiusmodi punitione liberat esse, sed eas per elementa purgari, ac in Lunam transmitti, & ex ea tamquam per scapham quamdam ad Solem perducere, & ad Deum bonum, è cuius substantia essent, adduci: reliquas verò animas, quæ ab eo prædicatam veritatem audire contempserunt, gehennæ ignibus tradi demonibus cruciandas, sicque per ratione delicti unitas, ad corpora iterum transmitti, vt erudiantur: quod si neglexerint, ad magnum ignem tandem demitti. hæc planè fuerunt Manetis de animabus insomnia.

a Epiphanius hæres. 60. b Aug. de hæres. cap. 46.

XXXII.

c Hilarij de Trin. lib. 6.

d Theod. hæres. fab. lib. 1. e Aug. contra Faust. lib. 14. cap. 11. 12. f Aug. contra Faust. lib. 20. cap. 6. 7.

XXXIII. DE NAVI MANETIS.

De Christo autem, non tantum (quod dictum est) sentiunt, eum minimè humana indutum carne, ac proinde nec natum, nec passum: sed & testatur sanctus Hilarius, Manetem negasse vnam eandem Christi esse cum Patre substantiam, sed partem ex ipsa: verum ed vsque productum est eius mentis delirium, vt illum dixerit fuisse serpentem, qui Adæ atque Eux per esum pomi infuderit scientiam boni & mali, & ad hæc prospicienda illorum oculos aperuerit. Rursus verò eum præterea esse Solem hunc Orbis, Manichæos tradere, Theodoretus & alij affirmant. Illos quidem adorare solitos Solem & Lunam, Augustinus testatur. Sed quid illi dixerint de Sole & Luna, & de excogitata à Manete Trinitate, audiamus Augustinum hæc eorum insomnia recensentem, repellentemque:

Primò Solem nauem quamdam dicitis: ita non tantum (vt dicitur) toto cælo erratis, sed & nutatis. Deinde cum omnium oculis rotundus effulgeat, eaque illi figura pro sui ordinis positione perfecta sit; vos eum triangulum perhibetis, id est, quamdam trianguli cæli fenestram, lucem istam mundo terrisque radiare. Ita fit, vt ad istum quidem Solem dorsum verticemque curuetis, non autem ipsum tam clara rotunditate conspicuum, sed nescio quam nauim per foramen triangulum micantem atque lucentem, quam confictam cogitatis, adoretis: quam profectò faber ille non faceret, si quemadmodum emuntur ligna quibus nauigiorum tabulæ compinguntur, sic emerentur & verba quibus hæreticorum fabulæ confinguntur. Verum hæc tolerabilius vel ridetur vel sientur in vobis.

XXXIV. DE LIRAMENTA MANICHÆORVM.

g Epiphanius hæres. 66.

XXXV. QVINQUE ELEMENTA MANICHÆORVM.

h Augustinus de hæres. c. 46.

i Aug. ibid.

Illud est intolerabiliter sceleratum, quòd de ipsa naui puellas pulchras & pueros proponi dicitis, quorum formosissimis corporibus inardescunt principes tenebrarum, ad feminas masculi, & ad masculos feminæ: vt in ipsa flagranti libidine, & hianti concupiscentia de membris eorum, tamquam de tetrifordidisque compedibus Dei vestri membra soluantur: & his obscenissimis pannis vestris conamini asserere ineffabilem Trinitatem; dicentes Patrem in secreto quodam lumine habitare, Filium autem in Sole virtutem, in Luna Sapientiam, Spiritum sanctum in aère.] hæc Augustinus, qui commentum inane, sua sponte corruens, quod Faustus eloquentia videretur esse suffultum, nullo negotio, in eum disputans, disicit & demolitur. Sic videas, Manichæos non propriè Solem, Christum dixisse, sed in Sole Christum esse, sicut in Luna Sapientiam, & in aère Spiritum sanctum: quibus dicerent animas (vt tradit Epiphanius) deprædari, esseque Solem & Lunam ex diuina substantia.

Quinque insuper elementa idem hæresiarcha constituit, quæ genuerint Principes proprios, dominantes genti tenebrarum, quibus nominibus nuncupat fumum, tenebras, ignem, aquam, ventum: in fumo nata animalia bipedia, vnde homines quoque ducant originem: in tenebris serpentes: in igne quadrupedia: in aqua pisces: in vento volatilia. Ad hæc quinque malorum elementa debellanda (ait ex eo Augustinus) alia quinque elementa de regno & substantia Dei missa esse, & in illa pugna fuisse permixta; fumo aëra, tenebris lucem, igni malo ignem bonum, aquæ malæ aquam bonam, vento malo ventum bonum: naues autem illas, id est duo cæli luminaria, ita distinguere, vt Lunam factam dicant ex bona aqua, Solem autem ex igne bono. Esse in nauibus sanctas virtutes, quæ se in masculos transfigurent, vt illiciant feminas gentis aduersæ, & per hanc illecebram commota eorum concupiscentia, fugiat de illis lumen, quod membris suis permixtum tenebant, & purgandum suscipiatur ab Angelis lucis, purgatumque illis nauibus imponatur ad regna propria reportandum.] hæc S. Augustinus: additque his locatis principiis, eos veluti necessitate quadam cogi ad nefarias libidines perpetrandas, de quibus iam est dictum superius.

Quod

A Quod ad mundi creationem spectat: non ex nihilo esse creatum dicit, sed ex præ-existente materia, vt de eo scribit S. Hieronymus. Addit Augustinus, confiteri Manichæos, mundum à natura boni, hoc est à natura Dei factum, sed de permixtione boni & mali, quam factam dicunt cum inter se vtraque natura pugnavit: id porro agi per Christum & Dei substantiam in creaturis infusam, vt aduersam partem superando, fieret omnium exacta purgatio.] hæc ex Augustino. Addit Epiphanius: Manetem de mundo dixisse, Principem boni spoliatum fuisse à mali Principe mundi dominio: sed restitutionem procurari per Christum.

XXXVI. DE MVNDI CREATIONE. Hieron. in epist. ad Ephes. c. 6. b Augustinus de hæres. c. 46.

Iam piget vterius prosequi deliria hominis penitus insanientis, & somnia febricitantis recitare, digna potius quæ sibilis explodantur, quam nedum Christiano, sed nec Ethnico stylo scribantur. Verum ex quo de his ex instituti ratione semel dicere cœpimus; agendum, quæ sunt reliqua impietatum omnium venena prodamus. Reiciebat Manes Prophetas, quos dicebat spiritu erroris afflatos: qui enim cum Moyse atque Prophetis locutus esset, affirmabat fuisse Principem tenebrarum. Addit Augustinus, contempisse eum præcepta Decalogi, quippe qui non vnum Deum coleret, sed deorum agmina. Nam idem hæc narrat, quæ ex Manete scripserat in Amatorio cantico Faustus: Se vidisse maximum regnantium Regem, sceptrigerum, perennem, floribus cinctum, & facie rutilantem, duodecim magnis diis circumdatum, ternis per quatuor tractus, quibus adderet alia deorum agmina.] in quem iure his verbis idem inuehitur Augustinus: O lasciuia immunda! sine fronte adhuc ista garris? adhuc pascis ventos? adhuc amplecteris idola cordis tui? Ita ne tu facie ad faciem vidisti regnantem Regem sceptrigerum, floreis coronis cinctum, & deorum agmina, & splendentem agnum sex vultus & ora ferentem, micantemque lumine; & alterum Regem honoris, angelorum exercitibus circumdatum; & alterum adamantem heroem belligerum, dextera hastam tenentem, & sinistra clypeum; & alterum gloriosum Regem tres rotas impellentem, ignis, aquæ, & venti, & maximum Atlantem mundum ferentem humeris, & cum genu fixo brachiis vtrimque secus fulcientem? hæc & alia mille portenta tu facie ad faciem vidisti? an hæc tibi doctrina dæmoniorum mendaciloquiorum cantat, & nescis? &c.

XXXVII. DEOS MVLTOS COLERE MANICHÆOS. Epiph. hæres. 66. d Aug. contra Faust. lib. 15. cap. 7. e Aug. ibidem c. 5. 6. DE VISIONE MANETIS.

Totum insuper politicum dominium Manes sustulit, dum derogaret publicis magistratibus, & bella ex causa iusta suscepta damnaret: humano generi insuper suppeditantem victum agrorum culturam proscriptit, tamquam plurimum cædium ream, quòd in qualibet herba vel planta inesse diceret, vt homini, insitam animam: quæ tamen peccata illis condonari ait, qui suis sectariis parant cibum, quos vocabat Electos: is enim qui primæ classis erant, quos dicebat Auditores, omnia, quæ ceteris, permixta esse voluit. Vnde fiebat, vt cum Manichæi paupertatem voluntariam affectarent, in Auditoribus suis essent ditissimi; & qui ab aliis abstinentes videri volebant, essent voluptatibus maximè dediti. Introduxit insuper superstitiosum ciborum delectum, nempe abstinentiam à carnibus, vino, ouis, caseis, quòd diceret, non inesse illis diuinam substantiam, sed à mali Principio generata. Fatum insuper introduxisse, testatur Socrates. Negasseque futurum iudicium, affirmat Philastrius.

XXXVIII. Edug. contra Faust. lib. 22. MANES DESTRVXIT POLITICVM DOMINIVM. g Aug. contra Faust. lib. 20. cap. 11. h Aug. contra Faust. lib. 7. cap. 5. i Isaacar. l. 1. c. 22. k Philastrius de hæres.

At licet multa de Manetis erroribus sint à nobis ex antiquis Patribus hinc inde collecta, non adhuc tamen egestam omnium turpitudinum intelligimus: sed iam pertractati in his diutius detineri, sententia vna S. Leonis Papæ profundi scelerum putei os obstruere consultius existimamus, quòd desperemus eum penitus exhaurire. ait enim: Cum diabolus in cunctis peruersitatibus multiformem teneat principatum; arcem tamen sibi in Manichæorum struxit insania; & latissimam in eis aulam, in qua se exultantius iactaret, inuenit, vbi non vnus prauitatis speciem, sed omnium simul errorum impietatumque mixturam generaliter possideret. Quod enim in Paganis profanum, quod in Iudæis carnalibus cæcum, quòd in secretis magiæ artis illicitum, quod denique in omnibus hæresibus sacrilegum atque blasphemum est, hoc in istos, quasi in sentinam quamdam, cum omnium sordium concreione confluit. Vnde vniuersas eorum impietates & turpitudines enarrare perlongum est: superat enim verborum copiam criminum multitudo.] hæc S. Leo. De his autem quæ Romæ à Manichæis gesta esse diuersis temporibus, cum S. Augustinus, tum ipse S. Leo describit, dicemus suo tempore opportunius.

XXXIX. MANICHÆI SENTINAM OMNIVM SCELERVM. l. 3. Leo ser. 5. de Ierum.

His igitur de Manetis, ac de eius discipulorum dogmatibus dictis, quæ reliqua sunt de instituta ab eo, in similitudinem Christi Ecclesiæ, satanæ synagoga, deque eius discipulis,

XL.

DIABOLI
CONSILIVM
IN MANE-
TE.

scipulis, & propagatione hæresis dicere, necessarium ducimus. Nouam planè artem A
diabolus excogitauit, nouumque aduersus Dei Ecclesiam certamen aggressus est. Quòd enim in omnibus, quas in hanc diem hæreses excitarat, iam eneruatas contractasque suas vires esse sentiret; non iam ex iis qui in Ecclesia fuissent (vt semper fecerat) aduersus Ecclesiam armat ad proelium, sed sumit ex Ethnicis hominem, qui tamen ad expugnandam Ecclesiam armis Ecclesiæ vteretur, eo nimirum consilio, vt dum homo Gentilis tam vehementer Christianam religionem insectaretur, eo nomine sibi Gentiles Christianæ religioni insensos conciliaret: dum verò ex diuina Scriptura noui Testamenti homo Paganus testimonio vteretur, Christianos leues ad se audiendum ea arte pelliceret. Sed & ex omnibus propè sectis aliquid deflorans, omnia etiam hæreticorum studia sibi conciliare conatus est.

XLII. Insuper licet ipse quidem (vt dictum est) non ex Christianis prodierit, neque Christianis adhæserit: tamen cuncta parè quæ in Ecclesia essent salubriter instituta, imitatus est. B
Licet enim (vt Augustinus^a testatur) Christianorum Baptisma execraretur: suos tamen baptizabat, diuersa nempe ab Ecclesiæ forma. Vnde Hieronymus^b crimini dat Hilario schismatico, quòd baptizatos à Manichæis absque alio Baptismate recepisset. Verùm S. Augustinus^c negat Manichæos suos baptizare solere. Eucharistiam quoque ex farina; sed (vt dictum est) probrosè conficere, suos docuit: æmulatus etiam est Ecclesiæ ordines, & à Christo primitus constitutam in ordinibus diuersis Ecclesiam. Nam sicut ipsa vniuersum populum in duas classes, nempe laicos, clericosque distinguit: ita ipse suos inter Auditores, Electosque parit. Rursus Augustinus^d ait: Propter quod etiam ipse Manichæus duodecim discipulos habuit ad instar Apostolici numeri, quem numerum Manichæi hodie custodiunt. Nam ex Electis suis habent duodecim, quos appellant Magistros, & tertium decimum Principem ipsorum: Episcopos autem septuaginta duos, qui ordinantur à Magistris; & presbyteros, qui ordinantur ab Episcopis. habent autem Episcopi diaconos.] hæc Augustinus. Rursum^e, sicut consuevit Ecclesia Catholica, virginitatem quoque excoluisse Manichæi dicuntur; cum tamen quæ sunt in Ecclesia vere virgines condemnarent, quòd diuersam ad virginitatis custodiendæ rationem inirent.

^a August. de hæres. 46.
^b Hieron. aduers. Lucifer.
ECCLESIAM MANES COMPOSUIT.

^c Aug. aduers. hæres. 86.

^d Aug. de hæres. cap. 46.

^e Aug. de moribus saan.

XLIII. Qui autem fuerint primi Manetis discipuli; præter Thomam, Buddam, & Hermam, Epiphanius^f Tyrbonem nominat, necnon Acuam quemdam, à quo, inquit, dicti sunt Manichæi Acuanitæ. Tradit idè auctor Manetem adsciuisse sibi discipulos viginti duos. Admantem quoque fuisse Manetis discipulum, S. Augustinus affirmat, qui scriptum ab eo librum aduersus Legem atque Prophetas, contrariis scriptis impugnat. Sed & Leucium (aliter Seleucum) numerant alij inter Manetis discipulos, de quo idem meminit Augustinus^g, quem ait Actus quosdam confinxisse nomine Apostolorum: sed & Philastrius, cum agit de scriptis apocryphis, à Manetis discipulis addit fuisse conficta Acta nomine Andree, alia Ioannis, alia Petri, aliaque Pauli nomine. A Leucio quoque scriptas fuisse Passiones Apostolorum, & de Natiuitate S. Mariæ libellum, incertus auctor apud S. Hieronymum testatur his verbis^h: Quidam namque Seleucus (vel Leucius) qui Passiones Apostolorum conscripsit, hunc libellum composuit: sed sicut de virtutibus eorum & miraculis per eos factis vera dixit, de doctrina verò eorum plura mentitus est; ita hic multa non verè de corde suo confinxit.] hæc ipse. Verùm Pacianusⁱ, Leucium ante Manetem extitisse, demonstrare videtur, dum ait: Hic pluribus gloriantur auctoribus: nam puto & Græcus^{*}, & Blastus ipsorum est: Theodotus & Praxæas vestros aliquando docuere: ipsi illi Phryges nobiliores, qui se animatos mentiuntur à Leucio, institutos à Proculo gloriantur.] hæc ipse. Porro Proclum seu Proculum (vtrouque nomine dicitur) longè ante Manetem extitisse, quæ de eo dicta sunt, apertè declarant. Sic igitur à Paciano Leucius velut princeps Cataphrygum antiquior Proculo recensitus habetur.

^f Epiph. hæres. 66.
MANETIS DISCIPULI.

^g August. de fide cõtra Manich. 38.

^h Apud S. Hieron. com. 9. de Nat. S. Mariæ.

LEVCIUS NVTE MANETEM.

ⁱ Pacian. ad Sympr. de Cathol. nom.
^{*} al. Florianus

XLIII. Quod verò ad propagationem hæresis spectat: quale consilium inierit, vltimo iam loco videamus. Mirum profectò accidit, quòd aded tenaces struxerit laqueorum nexus, vt, quos semel illis implicuisset, se eximere haud facile quisquam posset. Nam (inquit Theodoretus^k) præligiis quoque vtuntur, scelerata mysteria agentes: ea de causa valdè difficulter elui potest eorum doctrina: & qui execrandis eorum orgiis interfuerit, eorumdemque particeps extiterit, valdè est difficile transiungere à perniciem animis afferentium dæmonum operatione, qui ipsos initiantium incantationibus eorum animas alligant.] Ad propagandam quoque hæresin peculiare illis etiam fuit, suos in diuersas Orbis

PROPAGATIO MANICHÆORVM QVOMODO. ^k Theodoret. hæret. fabul. lib. 1. in fin.

A Orbis partes mittere doctores impietatis, qui ad alliciendos homines magna pollicerentur. Quænam essent ea, quibus ad se audiendos homines pellicere consueverint, S. Augustinus^a, ea ipse quidem expertus, sæpè commemorat, vt cum scribit ad Honoratum de Vtilitate credendi, his verbis: Nosti enim, Honorate, non aliam ob causam nos in tales homines incidisse, nisi quòd se dicebant, terribili auctoritate separata, mira & simplici ratione eos qui se audire vellent, introducturos ad Deum, & errore omni liberaturos. Quid enim me aliud cogebat annos ferè nouem, spreta religione, quæ mihi puerulo à parentibus infra erat, homines illos sequi, ac diligenter audire, nisi quòd nos superstitione teneri, & fidem nobis ante orationem imperari dicerent; se autem nullum premere ad fidem, nisi prius discussa & enodata veritate? Quis non his pollicitationibus illiceretur, præsertim adolescentis animus cupidus veri?] hæc ipse: qui eadem fermè B repetit sæpius, sui que erroris causam refricat dolens.

Porro fuisse Manichæos potentes admodum ad refellendas aliorum sententias, idem affirmat: vulgatos quoque ab eis Manetis libros vim maximam ex blandiloquentia comparata ad persuadendum habentes insitam constar; apparet id enim ex recitata superius epistola ipsius ad Marcellum conscripta: & est videre id ipsum in eiusdem nuper citata epistola Fundamenti; in ea enim, sicut in priori illa, præmissò ad conciliandam sibi fidem insigni titulo, mox eiusmodi dulcore sermonis legentium animos demulcet, cum ait: Hæc sunt salubria verba ex perenni ac viuo fonte: quæ qui audierit, & eisdem primùm crediderit, deinde quæ insinuant custodierit, numquam erit morti obnoxius, verùm etiam æterna & gloriosa vita fruetur: nam profectò beatus est iudicandus, qui hac diuina instructus cognitione fuerit, per quam liberatus, in sempiterna vita permanebit. Pax Dei inuisibilis, & veritatis notitia sit cum fratribus sanctis & charissimis, qui mandatis credunt caelestibus pariter atque deseruiunt: sed & dextera luminis tueatur & eripiat vos ab omni incurfione maligna, atque à laqueis mundi.] Quis hæc audiens, quæso, non continuò ad reliqua quoque cognoscenda accommodaret auditum?

Hæc igitur verborum illecebris, aliisque fallaciis insinuabant obtrudebantque se Manichæi: qui & nullam prætermittebant oblatam occasionem, quam sæpius procurarent curiosa interrogatione, qua sensim quod conabantur efficerent, ac sic propè nescientem hominem irretirent. id quidem eleganti Augustinus exemplo, quod in Africa accidit, perbellè demonstrat, sic dicens^b: Solent enim aucupes ponere in muscipula muscas, vt elurientes aues decipiant: sic & isti ad muscas à diabolo decepti sunt. Nam nescio quis tædium patiebatur à muscis. Inuenit illum Manichæus tædio affectum: & cum diceret, se non posse pati muscas, & odisse vehementer illas: statim ille, Quis fecit has? Et quia tædio affectus erat, & oderat illas, non ausus est dicere: Deus illas fecit. erat enim Catholicus. Ille statim subiecit: Si Deus illas non fecit, quis eas fecit? Planè, ait ille, ego credo quòd diabolus fecit muscas. Et ille statim: Si muscam diabolus fecit, sicut te video confiteri, quia prudenter intelligis: apem quis fecit, quæ paulo amplior est musca? Non ausus est ille dicere: Quia Deus fecit apem, & muscam non fecit. quia res erat proxima. Ab ape duxit ad locustam, à locusta ad lacertam, à lacerta ad auem, ab aue duxit ad pecus, inde ad bouem, inde ad elephantem, postremò ad hominem: & persuasit homini, quia non à Deo factus est homo. Ita ille miser, cum tædium passus est à muscis, musca factus est, quem diabolus possideret.] hæc Augustinus. sic igitur quibuscumque valerent artibus, factum est, vt ea peste Manichæi totum propemodum Orbem infecerint.

E Scripserunt autem aduersus Manetis errores complures antiquorum Patrum, vt in primis, quem diximus, Archelaus Cascharorum in Mesopotamia Episcopus, Titus Bostrensis, Diodorus Cilicus, Serapion Thumuis Episcopus, Athanasius Alexandrinus, Georgius Laodicensis, Eusebius Cæsariensis, Eusebius Emiffenus, Apollinaris Laodicensis, & alij Græcorum complures: numerat hos omnes Epiphanius^c. Quod verò tradit, ab Origene quoque eandem hæresin impugnatam; non inde accedere potuit, quòd Manes vixerit temporibus Origene: sed in Manetis magistris, Alexandria agentibus, ea opinio de Principiis ab Origene fuerit confutata. At nullus locupletius id præstitit atque feliciter, vt Augustinus, qui complures commentarios eo argumento conscripsit. Verùm de Manete & eius origine hæc tenent. In posterum autem, vt de Manichæis sæpè dicamus, rerum gestarum ratio argumentum suppeditabit.

Hoc eodem anno, cum Dominus Episcopus Antiochenus sedisset annos quinque, defunctus

^a Aug. de Vit. lit. cred. c. 1. lib. 3. Conf. c. 6. Ep. 11. lib. 5. cap. 6.

XLIV. DECEPTIO MANICHÆORVM.

XLV.

^b Aug. in Iod. tract. 1. c. 1. ARS MANICHÆORVM.

XLVI. OPPUGNATIONES MANETIS.

^c Epiph. hæres. 66.

XLVII.

TIMAEVS EPISC. ANTIQCH. functus est; cui sufficitur Timæus. Tot enim annis Domnum sedisse, testatur in Chronico Eusebius: sed semel errore lapsus in tempore obitus & ingressus Domini (vt demonstratum est) nec eius sedis finem, nec successoris initium suo posuit loco.

IESV CHRISTI EVTYCHIANI PAP. TACITVS IMP. ANNVS 278. ANNVS 4.

I. Sequens verò annus Domini ducentessimus septuagesimus octauus adscribitur Fastis Probo & Paterno secundum Consulibus à Cassidoro atque Græcis indicibus: apud Vopiscum verò ex actis Senatus ponitur Velius Cornificius Gordianus Consul, sed suffectus, rogans Patrum sententias. Contigit hoc ipso anno, quo auspiciatus est Aurelianus septimam Tribunitiam potestatem, totidem agens annos Imperij, vt à suis occideretur in Thracia. Quo modo autem id acciderit, Flavius Vopiscus a narrat his verbis:

AVRELIANVS OCCIDITVR. Elau. Vopif. in Aureliano.

II. Aurelianus (quod negari non potest) feuerus, truculentus, sanguinarius fuit Princeps. hic cum eousque feueritatem tetendisset, vt & filiam sororis occideret non magna neque fatis idonea causa, iam primum in odium suorum venit. Incidit autem (vt res se fataliter agunt) vt Mnefteum quemdam, quem pro Norari secretorum habuit, liberum (vt quidam dicunt) suum, infensorem sibi minando redderet, quod nescio quid de quodam suspicatus esset. Mnefteus, qui sciret Aurelianus neque frustra minari solere, neque si minaretur, ignoscere; Breue nominum conscripsit, mixtis iis quibus Aurelianus verè irascebatur, cum iis de quibus nihil asperum cogitabat, addito etiam suo nomine, quo magis fidem faceret ingestæ sollicitudinis: ac Breue legit singulis, quorum nomina continebat: addens, disposuisse Aurelianus eos omnes occidere: illos verò debere stræ vitæ, si viri sunt, subuenire. Hi cum exarsissent timore, qui merebantur offensam, dolorem miscentes beneficii atque officii quibus Aurelianus videbatur ingratus, in supradicto loco (inter Byzantium & Heracleam) iter facientem Principem subito adorti, interemerunt.] hucusque Vopiscus de nece Aureliani, in sanguinis Christiani vltionem, ab infenso illi accepta numine. Orosius b autem de ea sic: Fulmen ante eum magno pauore circumstantium ruit, ac non multo post in itinere occisus est.] hæc ipse, ex Eusebij tamen Chronico.

Oros. lib. 7. cap. 23.

III. In Actis quoque S. Patrocli martyris hæc de nece Aureliani Imp. scripta habentur in fine c: Post non multum temporis (à nece martyris) persecutio conquieuit. Nam ipse qui hanc concitauerat Imperator, dum iter faceret, denso stipatus agmine, fulminis ante se vehementissimi terrore sentiens, obstupuit. Deinde præmissis hoc in fausto omine, in eodem itinere à suis interemptus est. Et qui paulò antè putabat se diuini nominis gloriam inter homines extinguere posse; nomen, familiam, vitam, ipsamque salutis spem perdidit, quæ credentes in Christum nec in morte reliquit.] hæc auctor de miserando interitu hostis immanissimi Christianæ religionis. Post Patrocli verò necem, de eius sepultura atque memoria hæc in eisdem Actis habentur de martyrum cultu venerandæ antiquitatis vestigia: Tunc Eusebius ædificauit super corpus sancti viri paruam parua facultate ecclesiam: ibique iuxta corpus sanctum sibi etiam sepulturam poposcerat affuturam; vt confessor Domini vicinus esse mereretur sanctissimo martyri.] hæc ibi post prolixam narrationem agonis ab eodem Patroclo gloriosissime consummati.

Apud Syr. tom. 1. die 21. Ianuarij.

DE NECE AVRELIANI.

CVLTVS MARTYRVM.

IV. Sed ad Aurelianus redeamus: decet enim funus eius ad antè actæ vitæ mores accommodato prosequi epitaphio, eo nimirum, quo Magnus Constantinus Imp. cum in Christianorum persecutores inuehitur, in Aurelianus hæc addit d: Tu etiam, Aureliane, omnium scelerum incentiuum, cum in Thraciam quasi aperto Marte & insanæ mentis impetu ferebaris, in media via cæsus, orbitas in via impressas impio cruore compleuisti.] hæc ipse. De die autem quo eius obitus contigit, cum constet, auctore Vopisco, Tacitum eius successorem creatum esse septimo Kalendas Octobris, vacasseque Imperium sex mensibus; dicendum est, eum occisum esse septimo Kalendas Aprilis, mense Ianuarij, cum dicat Vopiscus milites retulisse in Senatum de Imperatore eligendo; Senatum ea de re primò conuenisse tertio Nonas Februarij. Sicque colligas non sex aut septem menses tantum, vt ipse & Victor asserunt, sed octo menses integros. Occiso feuerissimo

Const. orat. ad S. Cæc. c. 24.

A simo Principe (inquit Vopiscus a) de Imperatore deligendo exercitus retulit ad Senatum: idcirco quòd nullum de iis faciendum putabat, qui tam bonum Principem occiderant. Verum Senatus hanc eandem delectionem in exercitum refudit, sciens non libenter iam milites recipere Imperatores eos quos Senatus elegerit. Denique id tertio factum est: ita vt per sex menses Imperatorem Romanus orbis non habuerit; omnesque iudices ij permanerent, quos aut Senatus, aut Aurelianus elegerat.] demum ex Senatusconsulto Tacitus, qui iam cum Placidiano gesserat Consularum, creatus est Imperator septimo Kalendas Octobris. quod tradit Vopiscus, dum pluribus eius electionem recenset.

Vopiscus in Aureliano.

TACITVS IMP.

IESV CHRISTI EVTYCHIANI PAP. PROBI IMP. ANNVS 279. ANNVS 5. ANNVS 1.

B Christi annus ducentessimus septuagesimus nonus Consulibus Tacito Augusto secundum & Fulvio Amiliano adscribitur Fastis. De Consulatu secundo Taciti est numerus his litteris consignatus b: IMP. C. M. CL. TACITVS P. F. AVG. COS. II. SPES PVBLICA. Verum Cassiodori Chronicon & Græci indices Probum atque Paternum tertio Consules habent; sed & in Actis Senatus apud Vopiscum in Probo Aelius Scorpionianus Consul legitur (vt diximus) sententias Parrum rogans. sed hos puto suffectos. Qui item ab aliis ponuntur anno sequenti Consules Probus & Lupus, nequam inter ordinarios sunt recensendi: nam qui accepit Imperium, Consulatum etiam à Senatu oblatum adiit. Quamobrem iure alij à Cassiodoro ponuntur, vt suo loco dicemus.

I.

Apud Adolphi libro de Numismat.

C Hoc igitur anno, mense Martij, cum Tacitus expleisset Imperij menses sex, moritur. De tempore eius Imperij consentiunt omnes: interierit ne autem morbo, an gladio, diuersas fuisse sententias, tradit Vopiscus c.

II.

OBITVS TACITI. c Vopiscus in Tacito.

D Quod ad res Christianas pertinet: Acta d Charitonis habent, Tacitum, simulac est adeptus Imperium, datis in omnes prouincias rescriptis, persecutionem cessare iussisse. hæc enim ibi scripta habentur: Qui Imperij Aureliani scepra suscepit, eius qui prius imperauerat, exemplo castigatur. Et timens ne fortè eadem faciens aduersus Christianos, fieret etiam obnoxius eisdem supplicii; iussit persecutionem aduersus Christianos cessare per omnes prouincias.] Sequitur ibidem scripta narratio de Charitone, qui multa passus, & iam pro Christo vltima immolandum, ex Taciti edicto, carcere eidem atque aliis martyribus patefacto, coactus est inuitus liber exire: qui post hæc monasticam ducens vitam, sancto fine quieuit.

III.

Apud Lipsio. to. 6. die 28. Septembr. c.

Sur. tom. 5. ead. die.

TACITVS PERSECVTIONEM CESSARE IVBET.

E Mortuo igitur (vt dictum est) Tacito; Florianus eius germanus nullo Senatus arbitrio, sed veluti sibi hereditario iure debitum inuasit Imperium, qui cum vix duobus mensibus imperasset, apud Tarsum à militibus occisus est: cum interea auditum esset, ab Orientalibus militibus electum esse, quem Senatus optarat, & Populus Romanus acclamationibus petierat, M. Aurelium Valerium Probum.

IV.

FLORIANVS IMP.

PROBVS IMP.

Extincto autem Tacito, cuius electione Senatus Populusque Romanus atque adeò vniuersus Orbis exultauerat, quòd videretur Romana Respublica in pristinum restituta: aruspices, vt solarentur incertentes ciues, effinxerunt tale commentum, quod Vopiscus e narrat his verbis: Eo tempore (cum scilicet disiecta à fulmine fuissent statua Taciti & Floriani) responsum est ab aruspices quandoque ex eorum familia Imperatorem Romanum futurum seu per feminam, seu per virum, qui det Iudices Parthis ac Persis, qui Francos & Alemanos sub Romanis legibus habeat, qui per omnem Africam barbarum non relinquit; qui Tabrobanis Præsidem imponat, qui ad Romanam * insulam Proconsulem mittat, qui Sarmatis omnibus iudicet; qui terram omnem, quam Oceanus ambit, captis omnibus gentibus, suam faciat: postea tamen Senatui reddat Imperium, & antiquis legibus viuat ipse victurus annis centum viginti, & sine herede moriturus. Futurum autem eum dixerunt à die fulminis præcipitati, statuisque confractis, post annos mille.] hæc tamen diuinitio.

V.

Vopiscus in Florianis. DIVINATIO ARVSPICVM

* Britannia

VI. Porro hæc idcirco hic descripsisse voluimus, vt quo modo decipere solerent Senatum amplissimum, totamque Orbem eludere suis responsis aruspices, hoc saltem exemplo omnibus innotesceret. de quibus probè scireque Vopiscus & ipse Gentilis: Non

VI. FALLACIÆ ARVSPICVM

CHRISTI
279.280.

EVTYCH. PAP.
5.6.

PROBI IMP.
1.2.

magna hæc vrb̄anitas aruspicum fuit, qui principem talem post mille annos esse dixerunt. Quia si post centum annos prædicerent fore, possent eorum deprehendi mendacia; cum vix remanere talis possit historia.] sic igitur eiusmodi captiosa obuolutaque mille artibus aruspices consueuerunt dare responsa, vt religionis obtentu distinerent homines, spe futurorum bonorum concepta. Quorum itaque erat solempne fingere, mentiri, simulateque cuncta peragere: eorundem quoque studium inuigilabat in eo, vt responsa ambiguitatibus obuoluta, & obscuritatibus velata proponerent. Sed & quid simile eosdem aruspices auguratos successoribus Probi, idem Vopiscus^a deridet. Sunt his similia quæ ex Varrone Cenforinus scribit de Die natali: fuisse in oraculis, Vrbem duraturam annos mille & ducentos. sed hæc omnia nugas fuisse, ipse rei euentus perspicue demonstrat. Sed redeamus ad Probum. Fuit Probus è Pannonia oriundus, ciuitate Sirmiensis, patre Maximo, Tribunatu militiæ claro. Probus autem eam dignitatem imberbis promeruit virtutis ergo, probitateque insigni, tam Valeriani, quam Aureliani & Taciti Imperatorum litteris, quas Vopiscus recitat, commendatus habetur.

^a Vopiscus in Probo.

IESV CHRISTI	EVTYCHIANI PAP.	PROBI IMP.
ANNVS	ANNVS	ANNVS
280.	6.	2.

Christi anno ducentesimo octogesimo, quo Probus Imperij primo absoluto, annum secundum auspiciatur, à Cassiodoro atque Græcis indicibus Messala atque Gratus ponuntur Consules: qui verò ab aliis recensentur Probus & Lupus, præteriti anni Consules suffectos fuisse diximus. Quo anno Gallias à Probo barbaris liberatas esse, Eusebius^b atque Cassiodorus^c pariter ponunt. eam verò historiam memoratu dignam paucis describit Vopiscus^d his verbis: His gestis, cum ingenti exercitu Gallias petiit, quæ omnes occiso Posthumo turbata fuerant interfecto Aureliano, à Germanis possessæ: tanta autem illic prælia feliciter gessit, vt à barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet ciuitates, prædam deinde omnem, qua illi præter diuitias efferebantur ad gloriam: & cum iam in nostra ripa, immò per omnes Gallias securi vagarentur, cæsis propè quadringentis millibus, qui Romanum occupauerant solum, reliquias vltra Nigrum fluuium & Albim remouit.] hæc autem vera certa que esse, litteræ ab eo ad Senatum scriptæ declarant.

^b Eusebius in Chronico.
^c Cassiodor. in Chronico.
^d Vopiscus in Probo.

II.
ECCLESIAE
PAX PROFICUA
IMPERIO.

^e Greg. Turon. hist. Fran. l. 1. cap. 32.

Accidit planè more solito, vt cum ab Imperatoribus pax Ecclesiæ concederetur, à Deo Optimo Maximo aduersus barbaros eisdem victoria quoque impertiretur. Dispositis in hunc modum rebus Gallicis, Ecclesia etiam in illis regionibus posita conqueuit, quæ primùm persecutione Valeriana, & postea Aureliana, deinde verò barbarorum grassatione diutiùs fuerat exagitata. Meminit^e Gregorius Turonensis de eiusmodi cladibus ab Alemannis in Gallos inflctis, duce ipsorum Chroco, qui etiam Christianos afflixit, & inter alios Priuatum Gabalitanum, de quo superiùs facta est mentio. Chroco verò (vt idem subdit) apud Arelatensem Galliarum vrbem comprehensus, diuersis affectus suppliciis, meritis pœnas de cladibus, quas sanctis Dei intulerat, iustè persoluit.

III.
MULTIPLICES
CHRONOLOGIAE.
* ad Lacedæmonios. Ado
Vinn.
f. Ado in Chronico, & alij.

Idem quoque præfens annus, qui est secundus Probi, ab Eusebio diuersarum gentium chronologia consignatur, cum sic ait in Chronico: Secundo anno Probi, iuxta Antiochenos trecentesimus vigesimus quintus annus fuit; iuxta Tyrios quadringentesimus secundus; vel trecentesimus tertius, secundum quosdam; iuxta Laodicenos* trecentesimus vigesimus quartus; iuxta Edeffenos trecentesimus octogesima octauus; iuxta Acalonitas trecentesimus octogesima.] hæc ibi. Sed quod ab aliis^f aliter eadem chronographia describatur; textus sinceritas arguitur deprauata: ob idque prætermittimus de his hic fusiùs disputare, quòd nihil ad Ecclesiasticam ab annis Christi deductam chronologiam pertineant, quæ in diuersis ciuitatibus, diuersis ex causis sunt annorum supputationes à maioribus introductæ.

IESV CHRISTI	EVTYCHIANI PAP.	PROBI IMP.
ANNVS	ANNVS	ANNVS
281.282.	7.8.	3.4.

Ducentesimus octuagesimus primus Christi annus tam in Latinis^a, quam Græcis^b Fastis notatur Consulibus Probo Augusto quarrum & Tiberiano.

His Probi Augusti temporibus licet persecutio ab Aureliano in Christianos indicta quieuisset; tamen Antiochiæ furore Elidiori, Vicariam præfecturam gerentis, in duos Christianos Trophimum atque Sabbatium, noua oblata occasione, ab eo libenter accepta, recruduit. Cum enim vniuersus Gentilis populus totus effusus esset in Apollinis Daphnitici festis agendis; hæc videntes duo illi qui illuc ex regione externa accesserant, illorum superstitionem pertæsi, pro eorum salute, vt ab iis erroribus reuocarentur, coram illis ea omnia audientibus, preces ad Deum fundunt: sed altiori voce Trophimus cum orasset, ambo ab illis tenti, diris ab Attico Præfide subiecti sunt quæstionibus. sed in Christi fidei confessione perstantes, cum Antiochiæ grauiam passi essent, & iam Sabbatius in tormentis spiritum Deo reddidisset; Trophimus ad Perennium Dionysium Phrygiæ salutaris Præfide missus, ab eo diutiùs exagitatur. In carcere verò positus, illic auctus est collega Dorimedonte, homine Senatore, qui vnà cum Trophimo, post immania tormenta constanti animo tolerata, decimo tercio Kalendas Octobris, capitis obtruncatione victores, longo iam exacto martyrio, palmam acceperunt. hæc summam ex prolixioribus Actis^b collecta, descripta sunt. Porro eorum memoria tam apud Græcos quam Latinos est anniuersaria celebritate insignis.

^a Cassiodor. in Chronico.
I.
TROPHI-
MVSET SAB-
BATIVS
MARTYRES.

^b DORME-
DON MAR-
TYR.

^b Metaph. die
19. Septemb.
Lip. 10. 6. Sur.
to. 5. ead. die

C Agebat^c interea Probus in Illyrico, vbi Sarmatas vnà cum aliis barbaris eò progressis debellauit; & quæ diripuerant, abstulit: quibus peractis, ad Gothos & alios barbaros compescendos migravit in Thraciam. Sic res gestas Probi ad exactam temporis rationem ex Flauio Vopisco referimus.

II.
^c Vopiscus in Probo.

IESV CHRISTI	EVTYCHIANI PAP.	PROBI IMP.
ANNVS	ANNVS	ANNVS
282.	8.	4.

Octogesima secundus supra ducentesimum Christi annus, Probo Augusto quintum & Victorino Coll. Fastis adscribitur: quo idem Imperator compressit Gothos, eosque aut in deditioem, aut in amicitiam recepit. Post hæc latrones Itauricos domuit, iunioresque militiæ adscribi voluit: subegit Bleimias: cum Parthis ac Persis pacem composuit, atque in Thracias rediit. Vopiscus hæc pluribus: qui perinde ac si encomium potiùs quam historiam scriberet, lucra posuit, damna verò præterit.

I.
VICTORIAE
PROBI.

Nam constat, his temporibus (in vltionem, vt puto, sanctorum martyrum recens interfectorum) Francos audax facinus meditato, breui temporis spatio totum Romanum Imperium incurfione turbasse, & timore vehementi concussisse: quod Vopiscus, intentus probare Probi res gestas, non sine suspitione inuidiæ prætermisisse videtur. Narrantur hæc breuiter in Panegyrico dicto Maximiano, his verbis: Recursabat quippe in animos illa sub diuo Probo & paucorum ex Francis captiuorum incredibilis audacia & indigna felicitas: qui à Ponto vsque correptis nauibus, Græciam, Asiamque populati, nec impunè plerisque Libyæ littoribus appulsi; ipsas postremò naualibus quondam victoriis nobiles ceperant Syracusas; & immenso itinere peruecti, Oceanum, qua terras rupit, intrauerant; atque ita euentu temeritatis ostenderant, nihil esse clausum piraticæ desperationi, quòd nauigiis pateret accessus.] hæc ibi. egregium planè Francorum antiquæ gloriæ monumentum: quos Christiana religio postea longè clariores atque gloriosiores effecit. Sed de iis inferiùs suis locis sæpè dicendum.

II.
FRANCO-
RVM IN-
GENS FACI-
NVS.

IESV CHRISTI EVTYCHIANI PAP. PROBI IMP.
 ANNVS ANNVS ANNVS A
 283. 9. 5.

I. SEquenti anno Domini ducentesimo octogesimo tertio, Carus & Carinus à Cassiodoro & Græcis indicibus ponuntur Consules. Quo Probus, compressis tyrannis, Romam rediens, de Germanis & Blemis triumphauit. hæc Vopiscus^a: idemque de Saturnino^b, qui Ægyptiorum leuitate perpulsus assumpsit Imperium, agit: moresque Ægyptiorum (vt alij plures, quos superius diximus) suggillans, carpit æquè cum illis ibi degentes Samaritas ac Christianos, cum vitia Ægyptiorum in eos reiciat, dicens:

II. Sunt enim Ægyptij (vt fatis nosti) viri ventosi, furibundi, iactantes, iniuriosi, atque adeò vani, liberi, nouarum rerum vsque ad cantilenas publicas cupientes, versificatores, epigrammatarij, mathematici, aruspices, medici: nam & Christiani, Samaritæ, & quibus præsentia semper tempora cum enormi libertate displiceant.] hæc Vopiscus: ad suamque corroborandam sententiam litteras recitat Hadriani de iisdem expoſtulantis, ac deridentis, quæ suo loco superius in Hadriano sunt positæ. Quibus planè videas hominem Ethnicum in Christianos infensum, nulla habita diligentiori peruestigatione morum, legum, institutorum, diuersarum religionum hominum, eosdem inter se vitæ ratione longè distantes, ac planè contrarios fasce vno perstringere, atque æquè calumniis carpere Christianos cum illis, contumeliisque proſcindere. Sed quales esse solerent Ægyptij Christiani, quàm obsequentes Romanis Principibus, quàm pacifici; ad ea quæ de eis antè dicta sunt ex Origene atque Dionysio, ambobus Ægyptiis, prouocamus lectorem.

III. Porrò autem iisdem Coss. cum quintum Probus in Imperio annum ageret (vt Vopiscus testatur) à militibus occisus est. nam ait: Quibus (que dicta sunt superius) peractis: Probus bellum Persicum parans, cum per Illyricum iter faceret, à militibus suis per insidias interemptus est.] & post multa: Interemerunt anno Imperij sui quinto. Postea tamen ingens ei sepulchrum elatis aggeribus omnes pariter milites fecerunt, cum titulo huiusmodi inciso marmori:

HIC. PROBVS. IMP. ET. VERE. PROBVS. SITVS. EST. VICTOR. OMNIUM. GENTIVM. BARBARARVM. VICTOR ETIAM. TYRANNORVM.] hæc & alia plura de Probo Vopiscus, quæ prætermittimus.

IV. At quoniam de annis quibus Probus imperauit, omnes ferme antiqui scriptores discrepant à Flauio Vopisco, qui eum anno quinto sui Imperij occisum tradit; res est diligentius perquirenda: plurimum enim ad rerum gestarum veritatem explorandam scire interest, quoto Imperij sui anno Probus occisus sit. Qui igitur Vopisco aduersantur, ex nostris est in primis Eusebius, qui in historia eum sex annos imperasse tradit^c, nempe absolutos, vt attigerit septimum, prout ponit in Chronico: adeò vt hac ratione successorem Probi recenseat anno Domini ducentesimo octogesimo quinto. Orosius^d cum dicat Carum imperare cœpisse anno ab Vrbe condita millesimo trigesimo nono, ea ratione dicendum esset, Imperium Cari inchoatum anno Christi ducentesimo octogesimo octauo, quod non recipitur. Cassiodorus id ipsum planè profiteri videtur, dum sub Diocletiani, & Aristobuli Consulatu, qui pariter incidit in dictum Christi annum cclxxxv. Probum occisum ait. hæc ex nostris. His etiam scriptores Ethnici pariter consentire videntur: nam Aurelius Victor annos sex, nempe exactos, Probum imperasse tradit: Eutropius pariter; sed rem exactius explicans, affirmat Probum vixisse Imperatorem annos sex, & menses quatuor: quem & alij plures secuti sunt. Sed & quod maioris videtur esse auctoritatis, Iulianus Apostata in Cæsaribus, cum de Probo agit, eum ait imperasse annos septem, sed nondum expletos. Tot igitur magnæ auctoritatis antiquis testibus de sexennio Imperij Probi expleto affirmantibus, quis non putaret vnum contemnendum esse Vopiscum?

V. At quàm fallantur qui numero testium nituntur potius, quàm ratione, vel aliis certis argumentis ad rerum gestarum peruestigandam veritatem: vtique id, de quo agimus, in exemplum adduci posse videtur. Abiissemus & nos in sententiam plurimorum de annis Probi; nisi vetus inscriptio omnem de his dubitationem auferret; atque necessariò

CHRISTI EVTYCH. PAP. PROBI IMP.
 283. 9. 5.

A cessariò nos fateri compelleret, hoc ipso anno Probum regnandi finem fecisse; aliisque pariter certis testificationibus manifestè constaret, Diocletianum sequenti anno Imperium auspicatum esse: adeò vt nullus sit locus reliquus, quò Probi Imperium vltius extendi possit. Ad hæc autem exploratissimè cognoscenda reuicimus lectorem ad ea quæ dicemus anni sequentis exordio, cum agemus de ratione inchoandi anni primi Imperatoris Diocletiani.

Probo extincto, creatur à militibus Imperator Carus Manlius Aurel. Romæ natus ex parentibus Illyricis: idemque filios Carinum & Numerianum Cæsares dixit. Hoc igitur anno Carum imperare cœpisse, ex eo perspicillè intelligi potest, quòd Consulatus ipsius secundus, qui sequenti anno contigit, inscriptus reperitur cum Tribunitia potestate secunda, qua notatur annus secundus eius Imperij. Est autem ipsa vetus inscriptio huiusmodi^a:

FORTISSIMO. ATQVE
 CLEMENTISSIMO
 IMP. CAES. M. AVRELIO
 CARO. INVICTO. AVG.
 P. M. TR. POT. II. COS. II.
 P. P. R. RO. COS.

Ceterum filios eius Carinum & Numerianum à Caro Cæsares tantum dictos esse, non tamen Augustos, duæ eisdem inscriptiones in eadem tabula incisæ hinc inde positæ à lateribus docent; quarum prior sic descripta à parte dextera posita habetur:

VICTORIOSISSIMO
 PRINCIPI. IVENT.
 M. AVRELIO. CARINO.
 NOBILLIS. CAESARI
 COS. PRO. COS.

A sinistris verò Numeriani habetur inscriptio his verbis:

VICTORIOSISSIMO
 PRINCIPI. IVENTVT.
 M. AVR. NUMERIANO
 NOBILLISS. CAES. PRO. COS.

Hæc descripsisse volumus ad refellendos eos, qui Carum dicunt, mox vt Imperator factus est, adsciuisse sibi collegas Imperij filios, dixisseque eos Augustos. Sed & de cœpro hoc anno Cari Imperio, alia superioris persimilis docet inscriptio in hæc verba^b:

FORTISSIMO ATQVE CLEMENTISSIMO IMP. CAES. M. AVRELIO CARO. INVICTO AVG. P. M. TR. POT. II. COS. II. P. P. PRO. COS. N. M. Q. F.

Ex his igitur perspicuè apparet, hoc anno Probum desisse, Carum verò subrogatum primum annum sui Imperij auspicatum esse; secundo verò Consulatu, sequenti scilicet anno (vt dictum est) annum Imperij secundum Tribunitia potestate secunda declaratum, vnà cum Consulatu pariter secundo ingressum esse. Hæc de his fatis: tot namque oportuit testificationibus in integrum restituere chronologiam tot testibus iisdemque antiquis atque probatis labefactam. At hæc euidentiora monstrabunt, quæ sequenti anno dicturi sumus. Sed iam ad res gestas huius anni redeamus.

Hoc eodem anno, quo quartus Probi Imperatoris absoluitur, & quintus inchoatur, vita functo (inquit Eusebius^c) Timæo Episcopo Antiocheno, substitutus est in locum eius Cyrillus.] Idem de substitutione Cyrilli in historia^d agens, eius occasione de Dorotheo presbytero Antiochenæ Ecclesiæ sermonem adiecit, sic dicens: Huius temporibus Dorotheum dignitate sacerdotali tum Antiochiæ donatum, virum sanè disertum, cognouimus. Hic in sacris litteris exquisitè eruditus fuit: linguæ Hebraicæ diligentem nauauit operam, adeò vt scripturas Hebraicas scienter posset intelligere: erat honestus ac liberalibus parentibus prognatus, humanioris litteraturæ neutiquam expers, eunuchus re vera natus, vt illum Imperator propter incredibilem eius naturam in suam familiam adsciuerit, & Præfectura purpuræ tingendæ, quæ apud Tyrum est, donarit. Itum nos Scripturas in Ecclesiâ non incommodè explicantem audiuius.] hucusque de Dorotheo Eusebius. Qui verò de Dorotheo ab aliquibus sparsim sunt errores, nempe quòd Episco-

VI.
 CARVS IMP.

^a Lib. Inſcrip.
 antiq. Platina
 edit. pag. 136.
 nu. 1. 9. Pa-
 num. in Epiſt.

VII.
 DE CARINO
 ET NUME-
 RIANO.

^b Apud Hab.
 in Theſaur.
 rei Antiq. in
 Caro.

VIII.
 RESTITVTA
 CHRONO-
 LOGIA.

IX.
^c Euseb. in
 Chronico.
^d Euseb. lib. 7.
 cap. 21.
 DOROTHEVS
 PRESBYTER
 ANTIOCHÆ
 NVS.

Not. in Rom. Martyrol. die 5. Iunij d.

X. EUSEBIUS ALEXANDRINVS.

XI. ANATOLIUS VIR INSGNIS.

b Euzap. in Lamblico.

XII. CHRISTIANI PHILOSOPHIAM DOCENTES.

c Euseb. hist. lib. 7. c. 21.

XIII. ANATOLIUS CREATVS EPISCOPVS.

Episcopus Tyri, & auctor fuerit libelli, qui Synopsis inscribitur Dorothei, sunt à nobis in Notationibus a confutati: quas si libet, confules. Erat hoc tempore agens annum suae aetatis Dorotheus vigesimum quintum, qui vsque ad Iulianum Apostatam peruenit, tunc nobilitatus martyrio, implens aetatis annum centesimum quintum, vt Anastasius Bibliothecarius in suo Chronico ex Graecis descripsit.

Post Dorotheum, de aliis viris virtute atque doctrina insignibus, qui his temporibus floruerunt, Eusebius narrationem attexit, nempe de Eusebio Alexandrino, qui aduersus Paulum Samosatenum à Dionysio Antiochiam ad Synodum missus adeo egregiam pro fide Catholica nauauit operam, vt in patriam redire non sit permissus, sed obligatus fuerit Ecclesiae Laodicensi, in locum Socratis suffectus Episcopus: huic verò subrogatum ait Anatolium, & ipsum genere Alexandrinum. Horum namque opera liberatos fuisse Alexandrinorum quamplurimos, tempore quo ad debellandum tyrannum & ciues illi inhærentes ab Imperatore ciuitas est obfessa, suo loco superius dictum est.

Quibus autem litteris Anatolius vir sanctissimus imbutus fuerit (vt sciatur præstantissimos Patres non tantum non esse auersatos Gentilium litteras, sed eas quoque alios docuisse) hic ex eodem Eusebio describere, non incongruum visum est. Hic (inquit) Anatolius cum ob eloquentiam, tum ob doctrinam humaniorem, & cognitionem philosophiae, inter homines nostri temporis, qui præstantissimi, facile principem locum obtinuit: quippe qui in Arithmetica, Geometria, Astronomia, & disserendi facultate, in contemplatione & perspicientia naturae, in oratorum quoque disciplinis versatus ad summum: quarum rerum gratia, fama est, ciues Alexandriae eum in ludo, in quo Aristotelis doctrina docebatur, magistrum præfuisse. Hæc ipse. Quantum autem ex Christianis professoribus in publicis cathedris Graecos philosophos explicantibus Gentilibus auditoribus, ad defendendam aduersus eos Christianam religionem rebus nostris accessio facta sit, iam satis demonstratum est superius, dum de Ammonio Christiano philosopho, Platonis philosophiam Alexandriae publicè profitente, sermonem habuimus. Meminit & Eumapius b Sardinus, qui scripsit Vitas philosophorum, Anatolij, sed quod hostis ipse esset Christianorum, de homine Christiano atque philosopho minus dignam tanto viro pro eius doctrina & eruditione mentionem facit, cum hoc tantum ait: lamblicus cum Anatolio, qui à Porphyrio secundum locum obtinuit, consuetudinem habuit, sed multis eum modis superauit, ad summum philosophiae gradum ascendit. sed hæc domesticus testis suos superferens Christianis.

Videas ex his insignes in Ecclesia viros, in philosophicis facultatibus alios ipsorum Platonem, Aristotelem alios esse in docendo secutos, idque eos fecisse non tantum absque aliquo dispendio Christianae religionis, sed omnia ad profectum Euangelij contulisse, iisdemque Christianam religionem amplius illustrasse, atque etiam latius propagasse. Quae autem ingenij sui post se Anatolius monumenta reliquerit, idem Eusebius recenset c, sic dicens: Quamquam verò non multi libri ab Anatolio erant elaborati, totidem tamen ad nos peruenerunt, vnde cum eius eloquentiam, tum multiplicem cognitionem licet animaduerrere, idque in illis potissimum, in quibus ea quae de Paschate ab aliis antè decreta fuissent, explanauit. recitat ex eo ipse complura, atque statim post subdit: Anatolius porro institutiones in Arithmeticam decem libris explicatas reliquit; alia item extant eius opera quae exempla orij præclare ab eo in Sacris litteris collocati, & multæ in eis exercitationis perspicua argumenta dant.]

Post hæc autem de eodem Anatolio, cum est creatus Episcopus, hæc addit: Hunc Theotecnus, Caesareæ Palaestinarum Episcopus, per manus impositionem primus Episcopum ordinauit, qui eum successorem sibi post mortem ad Ecclesiae suae procuracionem delegendum prouidit, vnaque cum illo ad aliquod temporis spatium Ecclesiae Caesariensi præfuit. Verum Anatolius cum ad Concilium Antiochiae de Paulo Samosateno conuocatum accederet, ad Laodicensium urbem aduentans, ibi Eusebio mortuo, commorari à fratribus coactus est.] Quod verò ait, Eusebium & Anatolium eadem occasione Pauli Samosateni confutandi erroris, abreptos esse ad Ecclesiae Laodicensis regimen: vtrumque factum diuersis temporibus adscribendum est, nimirum vt dicamus electionem Eusebij contigisse tempore prioris Concilij congregati, Anatolij verò, cum posterior conuentus Episcoporum habitus est. Sedisse autem Anatolium vsque ad tempus proximè inchoandae persecutionis Diocletiani, quae idem Eusebius subdit, demonstrant. Celebris

A Celebris perseuerat memoria Anatolij tam apud Graecos, quam Latinos a, anniuersaria commemoratione in Ecclesia iugiter repetita.

Hoc quoque anno, nempe sub eodem Consulatu Cari atque Carini, decessisse Euty-chianum Papam, habet liber de Romanis Pontificibus; licet in eo errore ponatur, Caro secundum Consule. nam collega Carinus, qui illi adiungitur, primum Consulatum Cari demonstrat: secundus enim Cari Imperatoris Consulatus habet collegam Numerianum, qui contigit anno sequenti. Quod verò de annis, quibus sedit Eutychianus, diuersæ admodum ferantur sententiae, nos huic inhærent, vt ad hæc vsque saltem tempora Eutychianus peruenerit, Martyrologium Romanum affirmare nos admonet, in quo sexto Idus Decembris Eutychianus martyrium passus ponitur sub Numeriano, hoc elogio: Romæ beati Eutychiani Papæ, qui per diuersa loca trecentos quadragintaduos martyres manu sua sepeliuit: quibus & ipse sociatus, sub Numeriano Imperatore martyrio coronatus est, & in cœmeterio Callisti sepultus.] hæc ibi. His igitur persuasi, ab Eusebio b penitus dissentimus, qui diuersam ab hac de tempore Eutychiani chronologiam statuit, apud quem perperam legitur, sedisse Eutychianum octo menses, vel decem non ad finem perductos: inhærentes potius illis, qui annos octo & menses aliquot eidem tribuerunt, idque tum ex Ecclesiasticis antiquis tabulis, tum etiam ex Consulibus nominatis.

De eodem Eutychiano hæc in eodem libro leguntur: Hic constituit, fruges, fabas, & vvas super altaria benedici.] hæc fortasse Eutychianus, vt magis obniteretur erroribus Manichæorum, qui quod à mali Principio creaturas exortas dicerent, atque esse execrabiles affirmarent, eisque pariter maladicerent; ipse contra eisdem benediceret, ac verbo sanctificans pro iisdem Deo omnium creatori gratias ageret. Cum enim à Fidelibus super altare offerri c solerent, eadem cum gratiarum actione à sacerdote benedicebantur d, qui quidem vsus antiquitus viguit in Ecclesia, adeo vt non primus sit habendus Euty-chianus qui hæc seruanda statuerit, sed potius suo decreto firmius instituerit.

Rursum verò post illa, quae de sepultura martyrum ibi sunt posita, hæc adduntur: Constituit, vt quicumque Fidelium martyrem sepeliret, sine dalmatica, aut sine colobio purpurato nullatenus sepeliret.] Sed religionis prætextu prætergressus est postea eiusmodi decreti vsus fines suos, vt non tantum sanctorum martyrum corpora dalmatica tegerent, sed sacrorum etiam ministrorum, vt S. Gregorij e Papæ testimonio constat: quod vsque adeo ipse alio edito decreto f prohibuit, vt veterit etiam corpora Romanorum Pontificum cum perferrentur humanda, regi dalmaticis. Porro colobium g tunicam esse sine manicis, quæ penes antiquos vsui erat, in confesso est: sed dalmaticam etiam sine manicis tunicam fuisse olim in vsu, diximus in nostris Notis h.

Ad extremum verò de eodem Eutychiano hæc ibidem leguntur: Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros quatuordecim, diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca nouem; & martyrio coronatur: qui etiam sepultus est in cœmeterio Callisti, octauo Kalendas Augusti.] in Martyrologio verò Romano, cui æquius est assentiri, habetur sexto Idus Decembris. Leguntur Eutychiani nomine duæ epistolæ, quarum prior aduersus venena Pauli Samosateni paratum antidotum habet. Sunt & alia complura i eiusdè Eutychiani Papæ titulo prænotata, quæ simul alibi congesta habes. Ex hac igitur vita sublato Eutychiano (vt ibi ponitur) cessauit Episcopatus eius dies nouem.] Sic itaque decimo Kal. Ianuarij subrogatus est in eius locum Caius natione Dalmata, ex genere Diocletiani Imperatoris, ex patre Caio.] hæc ibi. Sed de Caio inferius. p a.

Ex Eutychiani martyrio, non nihil Dei Ecclesiam sub his Imperatoribus esse vexatam, æquum est sentire. De reliquis autem martyribus his temporibus passis dicemus anno sequenti.

IESV CHRISTI CAII PAP. CARINVS & NVMER. ANNVS ANNVS IMPP. 284. I.

Cum iam adesset Christi annus ducentesimus octogessimus quartus, Carus secundum & Numerianus creati sunt Consules (ita Cassiodorus & Graeci Fasti) non autem Carinus, vt ab aliis perperam ponitur: nam (vt dictum est anno superiori) simul conueniunt Cari annus secundus & Consulatus secundus. Quo idem Carus Imp. dum coepit

Martyrol. Rom. die 3. Iulij. XIV. EVTYCHIANVS PAPA MORITVR.

b Euseb. in Chronico, & hist. l. 7. c. 26.

XV. EVTYCHIANVS BENEDICENDARVM FRVGVM AUCTOR.

d. c. apostol. can. 3. 4. e Clem. C. 8. lib. 8. cap. 46.

XVI. DE SEPELIENDIS MARTYRIB. Greg. Dial. lib. 4. cap. 40. f Greg. in re. g. l. 4. c. 48. h Vide Not. in Cassid. in ver. bo Colobiam. h in Martyrol. Rom. die 30. Maij, h

XVII. RELIQUA EVTYCHIANI.

i Tom. 1. Cons. in Eutycho.

p a. CAIUS P A.

NVMERIA- NYS OCCI- DITVR.

II. DIOCLETIA- NYS IMP.

Roma in Ario adium Tiberij Consi.

III. CHRONO- LOGIA AB IMPERIO DIOCLAT.

IV. Enagr. l. 3. 629. CONFIRMA- TIO PRAE- CEDEN- TIVM. Ammianus Marcell. l. 23

coeptram à Probo in Persas expeditionem prosequitur, agrotans, vel (vt alij dixerunt) A superueniente fulmine, extinguitur. hæc Vopiscus. Capessunt mox Imperium filij eius Cæsares Carinus & Numerianus: hic in Oriente, quòd cum patre in expeditione ageret; Carinus verò in Occidente, vbi tunc erat. Qui igitur dixerunt Carum cum filiis impe- rasse annos duos, inchoatos tantum, non autem absolutos intelligere opus est, licet re ve- ra (vt est demonstratum) Carus solus dicendus sit imperasse, cum filij ab eo nondum dicti essent Augusti, sed tantum Cæsares. Porro Carinus in Occidente imperans, propa- gavit Imperium vsque in sequentem annum Maximo & Aquilino Coss. Numerianus verò mœrore obitus patris agrotans, ab Apro socero paulò post interficitur, vt ipse regna- ret: sed re comperta, ab exercitu acclamatur Imperator Aurelius Valerius Diocletianus: qui sic electus, ipsis Parilibus, nempe vndecimo Kalendas Maij (quod ex Panegyrico ipsi dicto expressum habetur) accepit Imperium; statimque Aprum fatalem, quem putauit, occidit; cum tamen (vt dictum est) in Occidente Carinus Cari filius imperaret. hæc Vo- piscus in Caro atque Numeriano pluribus, apud quem de morte Cari recitantur litteræ Iunij Calpurnij ad Præfectum Vrbis.

Quod verò ad rationem temporis spectat: licet in Fastis de Consulibus positis nulla sit controuersia; tamen, quod ad Diocletiani ingressum pertinet, magna planè est dis- crepantia. Nam apud Cassiodorum & alios eum secutos, post annos tres exordium Diocletiani Imperij ponitur. Porro hoc ipso anno à maioribus numerari coeptum an- num primum eius Imperij, ex multis conitat. Ac primum id declarat vetus inscriptio; qua cum secundus eius Consulatus notatus habeatur secunda Tribunitia potestate, ac proinde signetur secundus annus Imperij; cum idem eius Consulatus sequenti anno ponatur, & cum eo potestas Tribunitia secundò aucta: necesse est affirmare, hoc anno ei fuisse collatum Imperium, & cum eo ex more primam Tribunitiam potestatem. In- scriptio autem sic se habet:

IMP. CAES. G. VALERIO. DIOCLETIANO. PIO. FELICI INVICTO. AVG. PONTIF. MAX. BRITANNIC. MAX. GERM. MAX. TRIB. POTEST. II. COS. II. P. P. PROCOS. HONORATI. ET. DECVRION. ET. NVMERVS. MILITVM CALIGATORVM.

Sed nulla in ea mentio est de Maximiano; quòd nondum adscitus erat collega Im- perij: contigit autem anno sequenti ab hac inscriptione, nempe tertia Tribunitia potesta- te eiusdem Diocletiani (vt suo loco apparebit) Maximianum creari Imperatorem.

Hoc igitur anno Diocletianum Imperium accepisse, sunt alia certa explorataque te- stimonia eorum, qui posteriorum temporum annos ab ipso primo Diocletiani Imperij ingressu numerare consueuerunt. Nam quem ipse Diocletianus instituit vsu, vt à prima die sui Imperij sequentes anni numerarentur, perseverauit idem apud nonnullos vsque ad tempora Iustiniani (vt suo loco dicemus) factumque est, vt & Christiani etiam non honore Principis, sed vsu communi ad tempora perueltiganda, à dicta prima die Imperij Diocletiani annos enumerarent. Constat inter alios id fecisse S. Ambrosium: qui cum in epistola ad Episcopos Æmilie numeret tempus à die (vt ait) Imperij Diocletiani vs- que ad annum octogésimum, & aliàs nonagésimum tertium, quibus incidit decima- quarta Luna, nono Kalendas Aprilis; colligitur ex tabulis astronomicis, cum ab hoc anno & die dictum annorum numerum auspiciatum esse.

Insuper verò quòd Euagrius^b Scholasticus numeret ab eodem primo anno Diocletia- ni vsque ad obitum Zenonis annos ducentos & septem: manifestum est ipsum ab hoc item anno Domini ducentesimo octogésimo quarto deducere numerum vsque ad an- num Domini quadringentesimum nonagesimum primum, quo Zeno ex hac vita sublatus est. Præter hæc etiam, quòd Diocletianum iam Imperatorem factum dicat Ammia- nus^c adsciuisse sibi collegam Aristobulum anno sequenti; liquidò apparet, ipsum Dio- cletianum hoc anno imperare coepisse. Ex tot igitur necessariis planè probationibus, cum constet hoc anno Diocletianum suscepisse regimen Imperij, errasse omnino con- uincuntur quotquot ab hinc post tertium annum exordium Imperij Diocletiani reij- ciunt, vt inter alios Cassiodorus: quod ante eum fecisse videtur Eusebius, dum in Chro- nico ingressum eius ponit anno Domini ducentesimo octogésimo septimo. Stabiliisse itaque in hunc modum Diocletiani annorum chronologiam oportuit: nam cuius futura tempora

A tempora post hæc contigerint numerari ab initio eius Imperij; si quis in eo semel errore labatur, per deuia semper ferri necesse est. Hæc idcirco ingerimus, ne otiosa videatur esse lectori tam exacta ad hæc disquirenda adhibita diligentia.

Antequam autem de Diocletiano agere incipiamus: quæ reliqua sunt Cari, Nume- riani, atque Carini, prosequamur. Extat eiusdem Cari Imperatoris de remissione tributi concessa Thessalonicensi Ecclesiæ rescriptum^a, in hæc verba: Imperator Carus Præsidoro Præfecto Præt. Sacrosancta Thessalonicensis Ecclesia aperte sciat, propriæ tantum- modo capitationis modum beneficio nostri numinis subleuandum; nec extraneorum grauiamine tributorum Rempublicam Ecclesiastici nominis abusione lædendam.] At in Codice Theodosiano hæc legitur in Theodosij sanctione, sub^b titulo De Annona atque tributis. Quòd si tamen Cari esse dixerimus, vt habetur posita in Codice Iustiniano:

B cum idem Carus ex his de Christianis benemeritis videatur; & filius eius Numerianus paulò post patrem interfectus sit: vnde, quæso, quòd nonnulli martyres sub Numeriano passi legantur in cunctis Martyrologiis: haud res est facilis demonstratu: nec est quod dici possit, nisi ipsum, viuentem adhuc patre, cum Cæsarem ageret, in Christianos sæpius rescripsisse. Sed an Carinus idem fecerit, dicemus inferius. Nullum verò sub Caro legi- mus passum, quòd (vt dictum est) ipse faueret potiùs Christianis. Accidisse tamen interdum, vt inuito ipso Imperatore, Christianorum complures necarentur, quæ dicta sunt superius in Seuero, demonstrant.

C Qui autem præter Eutychianum Romæ sub Numeriano sint passi martyres, ipsorum Acta declarant, consignata testificatione antiquorum scriptorum, ac potissimum Romani Martyrologij assertione. Celebriores inter alios habentur Chrysanthus & Daria: quo- rum Acta feruntur esse scripta à Verino & Armenio Stephani Papæ presbyteris, non ta- men (vt habent mædosi codices) iussu Stephani Papæ. Chrysanthus enim Polemij Alex- andrini filius, Romæ cum legendo sanctum Euangelium, tum audiendo Carpophorum, fide Christiana imbutus est, & patris in se odiù concitauit: cuius arte nihil non molitum est, vt eum ad ritus patrios reuocaret, vsusque ad hoc Daria virgine. Sed & ipsa Chrysan- thi persuasione in Christum credidit, amboque simul ea de causa sub Præatore Celere complura sunt experti tormenta. Horum constantiam & diuinum circa eos patrociniùm admiratus Claudius Tribunus, vnà cum vxore & duobus filiis Iasone & Mauro, ceterisque domesticis & septuaginta militibus, facti sunt Christiani, atque, mox confessione, demum- que sunt martyrio illustrati. Chrysanthus verò in Tullianum carcerem derusus est: cum interim Daria ad prostibulum condemnatur; sed diuinitus liberata, vnà cum Chrysan- tho in foueam altam demissa, ocluso aditu (instar Vestalium delinquentium, in Cam- po Scelerato poenas dantium) extra portam Salariam eo modo ambo mori coguntur.

D Accidit autem, vt cum ad propinquum specu natalem diem eorum Christiani celebra- turum frequenti cœtu concurrerent, Gentilium inuidia factum sit, vt obstructo aditu, qui Synaxim intus agebant, sic mori coacti, martyrij coronam fuerint consecuti. Erat cum eis Diodorus presbyter, ac Marianus lector, qui eadem cum illis gloria sunt aucti. hæc ex Actis dictorum martyrum. Quorum cum exemplaria complura legerimus, illa fideliora reperimus, quæ breuiora Latine conscripta habentur; quæ verò Græcè edidit Metaphrastes, compluribus additis, multum abest vt (quod putauit qui edidit auctor) fuerint Græca eloquentia illustrata; sed potiùs corrupta, & in imposturæ suspicionem adducta appareant eruditibus ipsa exactiùs disquirentibus. Porro horum omnium marty- rum, natalibus^c ipsorum diebus adscriptis ex more Ecclesiasticis tabulis, tam apud La- tinos, quam Græcos in Ecclesia Dei memoria celebris est.

E Sub eodem quoque Numeriano, eodemque Iudice Celere, seu Celerino, passus est Maurus, qui ex Africa Romam ad Apostolorum se conferens limina, delatus, atque confessus, martyrium consummauit, cuius natalis dies adscriptus habetur sacris^d tabulis decimo Kalend. Decembris. Porro Acta eius diuersa feruntur. Eodem quoque tempo- re, sed sub Carino, passus ponitur ibidem septimo Kalend. Ianuarij Marinus Senator, multis acerbissimisque tormentis antea excruciatas sub Marciano Vrbis Præfecto. Ve- rum quòd, quæ sunt certiora Acta martyrum, dicant Carinum quosdam ex Christianis habuisse in amicitia, atque persecutionem excitatam magis cessare fecisse; æquius puto Numeriani iussu, quam Carini, martyrio sublatum esse: nam in tabulis superius citatis, non per Carinum, sed sub Carino passus Romæ ponitur.

V. QUID CARVS THESSALO- NICENSIS. al. S. C. de sa- crosanct. Ec- cles.

bl. 28. de An- non. Et trib.

VI. MARTYRES SVB NVMERIANO.

VII. DE DIODO- RO ET MA- RIANO LE- CTORE.

Martyrol. Rom. Et alia die 25. Oct. 1. Decemb. Et 17. Ianuarij.

VIII. MAVRVS ET MARINVS MARTYRES. Martyrol. Rom. die 22. Nouemb.

CHRISTI 284.

CAII PAP. I.

DIACL. IMP. I.

IX. MARTYRES AQUILEIENSIS.

Sub eodem quoque Numeriano passi leguntur Aquileiæ sub Beronio Præfide Hilarus, siue Hilarus Episcopus, Titianus diaconus, Felix, Largus, & Dionysius, decimoseptimo Kal. Aprilis. Tergeftæ verò Seruulus, insignis martyr, passus inuenitur nono Kal. Februarij. Constantiæ autem in Gallia Pelagius, nobilis Christi athleta, quinto Kal. Septembris: quibus memoratis diebus eorumdem anniuersaria memoria celebratur.

X. a Martyrol. Rom ea die, q. Menolog. die 5. MARTYRES AEGYPTII.

Sed & in Ægypto etiã exercuisse videtur Numerianus de Christianis carnificinam: nam quinto Kalend. Martij a ibi passi traduntur Victorinus, Victor, Nicephorus, Claudianus, Dioscorus, Serapion, & Papias: quorum duo primi, post exquisita tormentorum genera constantè tolerata, supplicium capitis subierunt: Nicephorus post craticulas candentes superatas, minutatim concisus est: Claudius & Dioscorus igne succensit: Serapion & Papias gladio cæsi sunt. quæ tam Græci, quàm Latini æquè testantur. Edeffæ quoque in Syria illustre consummarunt martyrium Thalæus, Asterius, Alexander ac socij, tertio decimo Kal. Iunij. Insuper ad Numeriani quoque persecutionem spectare videntur, quæ in exordio Actorum S. Sebastiani martyris conscripta habentur vsque ad Imperium Carini & Diocletiani ibi notatum. Sunt quidem ipsa Acta legitima, conscripta à Norariis S. Romanæ Ecclesiæ, quibus id operis ex officio (vt dictum est) incumbebat.

XI. MARCI ET MARCELLIANI CER-TAMEN.

At quoniam prolixiora admodum esse videntur, & omnibus fermè nota, hic summam ea tantùm describere, quæ vsque ad sequentem annum gesta sunt, recta temporum inita ratio postulat. Inter alios Christianos, qui nominis Christi causa Romæ tenebantur in vinculis, Marcus & Marcellianus fratres, Romani nobiles, apud Nicostratum Primiscriinium asseruabantur. Moris enim fuisse Romæ non vno vel publico tantùm carcere reos includi, sed interdum etiam maximi criminis reos alicui ex Senatoribus, vel alterius ordinis Romanis ciuibus custodiendos tradi, satis diximus in Notationibus ad Romanum Martyrologium scriptis.

XII. TENTATI A PARENTIBVS MARTYRES.

Cùm igitur (vt dictum est) apud Nicostratum iidem germani asseruarentur; Tranquillinus & Martia eorum parentes, obtentis pro illis triginta dierum induciis ad delibendum, vnà cum ipsorum vxoribus atque filiis pueris eos adeunt. Et cùm iam tum communibus omnium lacrymis, tum orationibus ad animos illorum permouendos compositis, constantiam Christiani pectoris emolleferent, eorumque prius mentis robur eneruarent, vt iam propè succumberent: primæ cohortis ductor Sebastianus nomine, Narbone oriundus, Mediolani verò educatus, (vel, vt S. Ambrosius b & alij tradunt, patre Narbonensi, matre Mediolanensi, natus Mediolani) Christianum occultè agens, contraria oratione, vi diuini Spiritus sibi administrata, eosdem pænè deserrores effectos reuocauit ad castra.

XIII. DE NICOSTRATO ET CLAYDIO.

Tunc quoq; accidit, vt cùm perorantem Christi militem Nicostrati vxor Zoë nomine, diuino lumine supernè cerneret illustratum, nutibus prout poterat (quod muta reddita ex morbo iam esset) ab eo exposcerit auxilium: quod cùm obtinisset, & signo crucis restituta esset illi loquela, cùm ipsa, tum Nicostratus crediderunt in Christum: qui & ceteros vincetos, & cum illis Christianos per Claudium Commentariensem ad se perducere iussit; quasi sistendi essent omnes proximæ sessioni Prætoris: ad quos cùm sermonem Sebastianus haberet, qui ex eis Gentiles erant, ad Christum conuertit: quos solutos vinculis S. Polycarpus presbyter (quem latitantem Sebastianus conuenit) inuisit, atque ad futurum Baptismum percipiendum, indicto ieiunio, præparat: cùm interea ex more, iubet dare nomina omnes qui in Christum crederent; quod & præstiterunt: auctusque est numerus illorum accessione Claudij Commentariensis, atque duorum eius filiorum.

XIV. CRENDENTIVM AVCTIVS NUMERVS.

Hæc autem tunc ab illis data; & à Polycarpo presbytero excepta sunt nomina: Tranquillinus pater Marcelliani & Marci; post hunc sex amici eorum, Ariston, Crescentianus, Eurychianus, Vrbanus, Vitalis, & Iustus; & post hos Nicostratus cum fratre suo Castorio, & Claudius Commentariensis; & post hos filij Claudij, Felicissimus & Felix, inde Martia mater Marcelliani & Marci, & Symphorosa vxor Claudij, & Zoë Nicostrati coniux, & vniuersa familia eius, promiscui sexus omnes triginta tres, ex vincetis numero sexdecim; omnes verò sexaginta quatuor, quos à Polycarpo scriptos, atque postea baptizatos suscepit ex aquis Sebastianus, feminas verò Beatrix atque Lucina: baptizatos verò idem Polycarpus, ex more, liniuit chrismate: sanatiq; sunt qui morbis diuturnis erant affecti. hæc Acta pluribus.

XV.

Post hæc autem, cùm, quid egisset Tranquillinus cum filiis, num eos, vt optabat, ad deo-

CHRISTI 284.

CAII PAP. I.

DIACL. IMP. I.

A deorum cultum reuocasset, Agrestius Chromatius scire cuperet, ipsumque ad se vocaret, cùm ei cuncta quæ gesta essent, narrasset, pariterque cultum deorum inanem esse penitus inculcasset; contrà verò Christi fidei veritatem ex signis diuinitus ostensis fortiter demonstrasset; Chromatius seueritatis, quam conceperat animo, nonnihil remisit, & per Commentarienses in carcerem reduci mandat, audiendum proxima sessione. Sed veritatis ipse interea stimulis agitatus, noctu clanculò misit, qui ad se deduceret Tranquillinum: per quem cùm sibi Polycarpus presbyter innotuisset, rogat eum quoque ad se vocari: à quo Christum plenius edoctus, firmiter persuasus, clam nomen dat, & cum catechumenis profiteretur, necnon filius eius Tiburtius: ad quos veniens Sebastianus, eisdem plurimùm profuit, quippe qui cum eis de fide Christiana pluribus egit. Sicque adeo Chromatius est roboratus, vt cunctas deorum imagines, quas eius lararum continebat, euerterit atque confregerit; sed & cubiculum Mathefis vsui consecratum, ab eo pariter fuerit dissipatum, quo factò, quam optabat Chromatius sanitatem de morbo articulari, est diuinitus consecutus: qui & post hæc omnes suos seruos mille quadringentos Christiana similiter fide imbucendos curauit; quos & baptizatos vnà secum à Polycarpo libertate donauit. Hæc omnia summam recensita, clanculò hoc anno sunt gesta: quæ verò post hæc sequenti anno contigerunt, ex iisdem martyrum Actis suo loco dicemus. Quod verò Chromatius Præfectus dicatur Vrbs, alibi que a legatur his Consulibus Ceionius Varus gessisse præfecturam; nullam afferre debet de veritate historica dubitationem: cùm iam testimonio Cypriani superius dictum sit, plures dictos esse vsu loquendi in Vrbe Præfectos, etiam si Vicariam tantùm gererent præfecturam, vel præturam: nam & Chromatius de quo est sermo, in iisdem Actis Prætor interdum nominatus habetur.

CHROMATIVS CREDIT IN CHRISTVM.

Apud Cassiod. in Chron. Cassiod.

C Videas ex his planè, quàm egregiè Christiana fides persecutionibus propagetur; & quanta illi vis sit diuinitus inita, vt ipsos etiam persecutores subiiciat, & eos persecutionem libentiùs ferre, quàm inferre perdoceat: sicque intelligas pariter, magistratus illos & clarissimos viros, qui veritati audiendæ aurem accommodassent, neque penitus obstinate resiliissent, libenti tandem animo Christianam religionem amplexatos esse. His ibi fusiùs enarratis, hæc mox scripta leguntur: Erat id temporis Papa vrbs Romæ Caius nomine, vir magnæ prudentiæ, & eximæ virtutis. Imperantibus autem Carino & Diocletiano, primò remissior fuit in Christianos persecutio, quod Carinus haberet quosdam in amicitia, quos huius confessionis titulus decorabat.] hæc ibi. Quæ autem scripta habentur post necem Carini, sub Coss. Maximo & Aquilino, post sequentem annum dicemus, vt signata ibi tempora admonent.

XVI. RELIGIO PERSECUTIONIBVS AVCTA.

D Quod autem ad Diocletianum hoc anno à militibus electum Imperatorem spectat: obsecutissimo quidem loco natus est Dioclea oppido in Dalmatia, libertusque fuit quondam Anullini Senatoris, de quo scribit Vopiscus, Victor, & alij qui res ab eo gestas sunt persecuti. Porro ipse dictus Aurelius Valerius, vt diceretur Diocletianus, tum à matre sic dicta, nempe Dioclea, tum etiam à natali loco prouenisse, iidem auctores affirmant; licet Victor ante Imperium eum Dioclem nominatum fuisse tradat. Res tum ab eo gestas, tum à Maximiano, quem postea adsciuit sibi collegam Imperij, singulis libris conscriptas fuisse à Claudio Eusthenio, qui Diocletiano ab epistolis fuit, Vopiscus in Carino restatur: sed perierunt, adeo vt res ipsius planè obscuræ remanserint. Verùm eius praua facinora vbi que apparent diuersis scriptis, ac potissimum Actis martyrum egregiè decantata.

XVII. DIOCLETIANI GENVS.

E IESV CHRISTI ANNVS 285.

CAII PAP. ANNVS 2.

DIOCLETIANI IMP. ANNVS 2.

DVcentismus octogesimus quintus Christi annus à Cassiodoro & aliis notatur Consulibus Diocletiano secundum & Aristobulo, quibus etiam (vt dicemus) Acta martyrum sunt consignata. mentio quoque certa est horum Consulum (vt diximus) apud Ammianum Marcellinum b, qui agens de Consulatu Iuliani Augusti, in quo sibi collegam Sallustium allegit, hæc ait: Videbatur nouum, adiunctum esse Augusto priuatum: quod post Diocletianum & Aristobulum nullus meminerat gestum.] hæc ipse: quibus planè significat, Diocletianum, cùm secundum hunc Consulatum acciperet, fuisse

I. ARISTOBVLI CONSVLATVS. b Ammian. li. 23. in prin.

CHRISTI
285.CAI PAP.
2.DIOCLETIANI IMP.
2.

iam creatum Imperatorem, atque Imperatoria potestate allegisse sibi quem voluit collegam Aristobulum, ac proinde superiori anno iam creatum fuisse Imperatorem: sed & hoc secundo Consulatu ipsius, numerandum esse secundum eius Imperij annum, ex his quæ superiori anno sunt dicta, satis est redditum exploratum. hæc inquam ad certam rationem à nobis initam annorum Imperij Diocletiani, qui (vt diximus) voluit sequens tempus à die sui ingressus in Imperium numerari, prætermisisse minis oportuit.

II.
CARINI
MORES.

Quamuis autem Diocletianus post Numeriani obitum, viuentem adhuc Carino, Imperium nactus esset, nondum tamen liberam habenas eius est consecutus, vt ipsum pro arbitrio moderaretur: nam Carinus Occidentalis orbis præerat Imperio. Sed profuit Diocletiano Carini morum turpitude, ac arrogantia & mentis tumor, quibus malè præditus, Senatus ac militum in se odium concitauit. Sed hæc pluribus, res ab eo gestas retexens, Vopiscus narrat, quò lectorem reuicimus; pariter admonentes, perperam pontum à Cassiodoro, tum ab aliis eum secutus, vno eodemque anno Numerianum atque Carinum extinctos. Nam præter alia quæ dicta sunt superius, auctor est Victor, Carinum, antequam cum Diocletiano armis decertaret, aduersus Sabinum Italiam inuadentem bellum suscepisse post parentis ac germani obitum: quo victo & occiso, in Diocletianum arma mouisse, & cum eo sæpius conflixisse. Quamobrem Acta sanctorum martyrum, de quibus mox dicemus, testè Carini obitum in annum sequentem reiciunt sub Consulatum Maximi & Aquilini.

III.
ACTA PRO-
CONSULARIA
MARTYRVM.

Hoc igitur anno, iisdem Consulibus Diocletiano secundum & Aristobulo, extant Acta martyrum ex publicis monumentis descripta, quæ Proconsularia à maioribus dici consueuerunt, ea nimirum (vt diximus) ex causa, quòd coram Proconsule publicè à Notariis excepta essent: quæ ceteris omnibus fideliora esse consueuerunt. Porro ea hinc attere, periuicundum fore arbitramur rerum antiquarum studiosis. Hos autem à nouerca delatos passos esse, ipso eorum die natali Martyrologia antiqua testantur. Nacti sumus eorum duo exemplaria, parum inter se discrepantia, vt pote à diuersis (vt videtur) ex Græcis translata; ex quorum collatione, ea quæ sunt edita^b, esse mendosa, vel diminuta non nihil, apparet. est huiusmodi ipsorum exordium:

^aMartyrol.
Ro. 13. Aug.^bSup. tom 4.
dis 23. Aug.IV.
CERTAMEN
CLAVDII,
ASTERII, ET
SOCIORVM.

Delati sunt ad Iudicem à nouerca Claudius, Asterius, & Neon, quòd essent Christiani, deos iniuria afficientes; atque etiam Donuina & Theonilla eiusdem criminis reæ sunt constitutæ: omnesque uincti in carcerem trusi sunt vsque ad aduentum Proconsulis Lyfias. Cùm autem Proconsul circumiret prouinciam, factum est vt perueniret Ægeam, vbi sedens pro tribunali dixit: Adducantur examini meo Christiani, qui huius vrbs magistratui traditi sunt ab Officio. Eulalius Commentariensis dixit: Iuxta præceptum tuum, dominae, quos huius vrbs magistratus comprehendere potuit Christianos, offert tres pueros fratres, & duas feminas, atque infantulum. Ex iis vnus astat in conspectu claritatis tuæ. Quid de eo præcipit nobilitas tua? Lyfias Præses dixit: Quis diceris? Respondit ille: Claudius vocor. Lyfias Præses dixit: Noli florem iuuentutis tuæ per amertiam perdere: sed accede, & sacrificia diis, quemadmodum iussere Augusti domini nostri: vt possis parata tibi tormenta vitare. Claudius ait: Deus meus his sacrificiis opus non habet; eleëmofynis potius & vitæ sanctimonia delectatur: dii autem vestri impuri dæmones sunt, & latantur eiusmodi sacrificiis, qui ea facientibus æternum supplicium parant: numquam ergo poteris persuadere, vt eos colam. Lyfias dixit: Ad virgas iste aptetur, non enim alia via poterit eius stultitia superari. Claudius ait: Si etiam grauiora his quæ astant, tormenta admoueas, me quidem nihil lædes, tibi verò æternum supplicium præparas. Lyfias Præses dixit: Domini nostri Imperatores iusserunt, vt Christiani diis sacrificent: si qui id nolunt, eos puniri volunt; pollicentur autem facientibus honores. Claudius dixit: Dona illorum ad modicum tempus durant, Christiana verò confessio æternam gloriam parat.

V.
CLAVDII
TORMENTA.

Tunc Proconsul mandat eum suspendi in equuleo, & eius pedibus flammam admo- ueri, particulas quoque ex eius calcaneis præcidi, atque illi offerri. Claudius ait: Qui Deum timent, nec ignibus, nec aliis tormentis possunt superari, quæ sciunt sibi proficere ad vitam sempiternam. Lyfias Præses dixit: Vngulas admouete. Claudius dixit: Mihi hoc propositum est, vt doceam te dæmonum causam agere, mihi que hæc prodesse, tibi verò exitium æternum asferre. Dixit Proconsul: Testulis eum scindite, & faces ardentes adicite. Claudius ait: Ignis tuus & tormenta mihi conferunt ad salutem: talis est conditio nostra,

CHRISTI
285.CAI PAP.
2.DIOCL. IMP.
2.

A nostra, vt sic patientes vitam æternam consequamur. Lyfias dixit: Deponite, & in carcerem ducite, & alium adhibete.

Eulalius Commentariensis dixit: Quemadmodum præcepit potestas tua, Asterius astat frater secundus. Lyfias Proconsul dixit: Tu me audi; sacrificia diis: scis quæ supplicia impios maneat. Asterius dixit: Non faciam, quia colo vnum Deum, qui fecit cælum & terram, qui iudicaturus est viuos & mortuos: vt hunc colerem, & non deos, docuerunt me parentes mei. Lyfias dixit: Parate equuleum, & vexantes vngulis latera eius, dicite: Vel nunc crede; sacrificia diis. Asterius ait: Frater sum illius qui paulò antè tortus est: eadem est communis mihi cum illo Christi confessio: fac quod potes: in manu habes corpus meum, animam autem non similiter. Lyfias dixit: Sumite vngulas, ligate pedes, extendite, cruciate. Asterius dixit: Stultè agis: non mihi, sed tibi paras tormenta. Lyfias ait: Sternite pedibus carbones ardentes, virgis verberate & neruis. Asterius dixit. Agite, agite, nullam sit membrum absque martyrio. Lyfias dixit: Deponite, custodite cum ceteris: adducite tertium.

VI.
ASTERII
CRUCIATVS.

Adducitur Neon. Dixit Lyfias: Fili obtempera, sacrificia diis, vt hæc non patiaris. Neon respondit: Dij non sunt, nec aliqua est illis potestas: tu colis qui nullam vim habent; ego verò Deum cæli adoro. Lyfias dixit: Frangite ceruicem eius, & dicite vocè præconis; Noli blasphemare deos. Neon ait: Non blasphemat qui loquitur vera. Lyfias dixit: Extendite in equuleo, carbones adicite, & verberate, conscindite. Id cùm factum esset, Neon ait: Quod mihi vile est, scio: quod animæ meæ prodest, id faciam: nec possum ab hac sententia remoueri.

VII.
PASSIONES
NEONIS.

Lyfias introgressus, obduxit velum: & post exiens, ex tabella recitauit sententiam, dicens: Claudius, Asterius, Neon fratres Christiani, deos blasphemantes, & sacrificare renuentes, ante atrium cruci affigantur; & corpora eorum auibis laceranda relinquuntur. Et subiicit: Curent hæc Claudius Commentariensis, & Archelaus spiculator: Antequam autem ducerentur, recepti sunt in custodiam.]

VIII.
SENTENTIA
IN MARTY-
RES LATA.

Quod autem hinc habent Acta de obductis velis à Iudice, antequam sententiam ex tabella recitaret, S. Basilius^a ad Eustachium scribens, hæc similia his: Qui rerum in hoc mundo poruntur, quando facinorosum aliquem morti sunt adiudicaturi, cortinas obducunt, & expertissimos quosque ad causæ tractationem aduocant, multumque temporis infumunt, nunc legis rigorem contuentes, nunc naturæ communionem suspicientes, multumque ingemiscentes, ac iudicandi necessitatem deplorantes; nemini non manifestum faciunt, quòd non ex propria libidine, sed ex necessario legis ministerio condemnationis inferant sententiam.] hucusque Basilius. Porro quòd illi ex more, vel lege scripta, ad præferendam atque ostentandam animi iudicantis tranquillitatem, facere solerent; nequaquam in iudicis aduersus Christianos, quantumlibet ira atque furor in eos conciti impellerentur, prætermisisse visi sunt, vt hinc vidimus de velis obductis, & de Iudice Assessorum consilium capeffente, & studio composito vultu tristitiam illam præferente. nam hæc in Actis passionis Cypriani superius recitatis: Galerius Maximus collocutus cum Concilio sententiam vix ægrè dixit huiusmodi: Diu, &c.] & paulò post: Decretum ex tabella recitauit.]

IX.
^aBasili. ep. 79
MOS VETVS
PRONVN-
TIANDAE
SENTEN-
TIAR.

Quòd autem in eiusmodi quæstionibus martyrum, vt in iis quæ de Lyfia Proconsule sunt recitata, præcones astare solerent: per eos interloqui solitos iudices, iam aliàs superius diximus. Rursum verò tunc etiam præconis voce iudici silentium, accusatoris nomen reo astante clamari, reumque eiusdem præconis voce respondere iuberi, non tantum Acta martyrum sæpè significant, sed & Apuleius^b in ficto iudicio, ex vero autem deducto, demonstrat. Idemque & in Floridis^c hæc de præcone astante Præfidi: Præco cum Proconsule & ipse tribunal ascendit, & ipse togatus illic videtur, & quidem perdit stat, aut ambulat, aut plerumque attentissimè clamat. Enimverò ipse Proconsul moderata voce rarenter & sedens loquitur, & plerumque de tabella legit. Quippe præconis vox garula ministerium est, Proconsulis autem tabella sententia est: quæ semel lecta, nequie augeri littera vna, neque autem minui potest; sed vtrumque recitata est, ita prouinciae instrumento refertur.] hucusque Apuleius. Sed & Seneca^d terribilem eiusmodi iudicij faciem præsentat his verbis: Ascendit Prætor tribunal, inspectante prouincia; noxiæ post terga ligantur manus; stat intento ac tristi omnium vultu. fit à præcone silentium; adhibentur deinde legitima verba; canitur altera ex parte classicum. Numquid vobis

X.
PRÆCONIS
OFFICIVM.^bApul. in A-
pulei. lib. 2.
^cApul. in Flo-
ridis. l. 1. in fin.^dSeneca Con-
tron. 2. 4. li. 5.

CHRISTI
285.CAI I P A P.
2.DIOCL. IMP.
2.

videor describere conuiuiales iocos? &c.] hæc Seneca. At de his hæcenus: multa quidem ex iis elucidantur, quæ passim in antiquis Actis sanctorum martyrum scripta inueniuntur. Iam verò quæ sunt reliqua Actorum Proconsularium prosequamur, nempe Donuinae martyrium, quod his verbis descriptum habetur:

XI.
DONUINAE
MARTY-
RIUM.

Perducta est à Commenariensi Donuina, dixitque Eulalius Commenariensis: Astat Donuina. Lysias ait: Vide mulier, qui ignes & quæ tormenta parentur tibi: si ergo vis illæsa abire, offer diis libamina. Donuina respondit: Non faciam, ne in ignem æternum & tormenta perpetua incidam: Deum colo & Christum eius, qui fecit cælum & terram, & quæ in eis sunt. Dij vestri ex lapide & ligno ab hominibus fabricati. Lysias dixit: Vestibus nudatam extendite, & omnia eius membra virgis lacerate. Cùm verberaretur, Archelaus spiculator ait: Per sublimitatem tuam, Donuina iam extincta est. Lysias dixit: Iactetur corpus eius in profundum fluminis.

XII.
THEONIL-
LAE CERTA-
MEN EGREGI-
UM.

Eulalius Commenariensis ait: Theonilla adest. Lysias dixit: Vidisti mulier, quæ supplicia & quæ flammæ affligerint eos qui non paruerunt: quamobrem da honorem diis, & sacrificia, vt possis ab his pœnis liberari. Theonilla respondit: Ego illum timeo, qui potestatem habet animam & corpus mittere in gehennam ignis, qui crematurus est eos qui deficiunt à Deo, & colunt dæmones. Lysias dixit: Contundite alapis faciem eius, prosternite, ligate pedes, & fortiter excruciate. Theonilla dixit: Bonum ne tibi & æquum videtur, mulierem ingenuam his afficere tormentis? tu scis, non latet Deum quod agis. Lysias dixit: Suspensam capillis cædite & in faciem. Theonilla exuta vestibus dixit: Non te pudet me denudasse, cùm in me etiam matrem tuam & vxorem eiusdem sexus afficias dedecore? Lysias dixit: Habes virum, an vidua es? Theonilla dixit: Vidua sum iam ab annis viginti tribus; & propter Deum meum sic permansi, ieiuniis, vigiliis & orationibus vacans propter Deum, quem cognoui postquam immunditiis renuntiaui. Lysias dixit: Radite caput eius nouaculis, vt amplius erubescat: cingite rubo siluestri, extendite ad quatuor palos, & corpus rotum verberate, sed & carbones super ventrem imponite, atque ita consumatur. Quod cùm fecissent Eulalius Commenariensis & Archelaus spiculator, dixerunt: Domine iam mortua est. Lysias ait: Corpus eius insuite culeo, & proicite in aquas. Eulalius Commenariensis & Archelaus spiculator dixerunt: Ita fiet, & factum est. Passi sunt sancti martyres apud Ægæam sub Lysia Proconsule, decimo Kalendas Septembris, Diocletiano & Aristobulo Consulibus, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.] hucusque Acta.

XIII.
a Apud Me-
taphrast. die
30. Octobr.
LYSIAE
PRAEFE-
CTVRA.

Porro eorumdem sanctorum martyrum à Lysia Proconsule occisorum mentio habetur in Actis Zenobij^a in eadem provincia Episcopi & Zenobiae martyrum, qui ab eodem Lysia hac eadem persecutione sub Diocletiano necati sunt. ibidem & de Lysiae Praefectura his verbis: Diocletianus statim vt factus est Imperator, Lysiam praefecit Ciliciae; qui & ad excruciantum erat violentissimus, & ad alliciendum blanditiis maxima vi praeditus. Ille autem cùm venisset ad Mopsi urbem, excitat persecutionem aduersus Christianos, eamque grauissimam & maxime horribilem. Tres autem numero adolescentes, Claudius, Asterius, & Neon, fuerunt etiam excruciatum in illa persecutione: quos tulit quidem Isauria, Larandus autem exercuit. Ij enim à Lysia vehementibus & multis subiecti cruciatibus; in crucem acti extra muros, subierunt mortem maleficorum; corpora autem eorum proiecta sunt deuoranda volucris.] Hæc de his ibi, licet de loco passionis leuis quadam esse discrepantia videatur, dum ibi ante atrium, hic autem extra muros cruci affixi dicuntur. Post hæc autem Zenobij Episcopi, eiusque sororis Zenobiae martyrium pluribus descriptum habetur, quod sub eodem Lysia pertulerunt, nempe ferream stratum ignitum, & lebetes aqua feruenti ebullientes, ac demum gladium tertio Kal. Nouembris, quo memoria eius recolitur consueta.

XIV.
COSMAS ET
DAMIANS
MARTYRES.

Perseueravit Lysias in eodẽ magistratu annis pluribus: spectatẽ enim crudelitatis homo; ex carnificina Christianorũ ingentem apud suos gloriam comparauit, dignisque est habitus qui eodem magistratu diutius fungeretur. Porro sunt complures insignes martyres, qui sub eodem Proconsule Lysia eodem imperante Diocletiano, martyrio coronati sunt in eadem provincia Ciliciae: quorum omnium habiti sunt clarissimi Cosmas & Damianus, vnã cum fratribus Antimo, Leontio, & Euprepio: quorũ memoria breui descriptione notata, longioris certaminis index, veluti triumphali titulo his verbis in Ecclesiasticis tabulis reperitur adscripta quinto Kalendas Octobris: Ægææ natalis sanctorum martyrum

CHRISTI
285.CAI I P A P.
2.DIOCL. IMP.
2.

A rum Cosmæ & Damiani fratrum, qui in persecutione Diocletiani, post multa tormenta, vincula & carceres, post mare & ignes, cruces, lapidationes & sagittas diuinitus superatas, capite plectuntur: cum quibus etiam referuntur passi tres eorum fratres, Antimus, Leontius, & Euprepus.] ita ibi. sed de eorum passionis Actis quæ spuria, quæve germana sint, ibidem notauimus. At in eadem quoque ciuitate, sub eodem etiam Proconsule Lysia, passus legitur Marinus senex, qui flagris cæsus, ligno appensus, & laniatus, feris tandem obiectus, de perfidia triumphauit, sexto Idus Augusti: ea quippe die inter alios martyres habetur conscriptus. Diuersus hic Marinus ab eo qui post Callistratum Romæ passus est in eadem persecutione Diocletiani: quod scriptum est in Passione Callistrati: de quo inferius.

Hoc eodem quoque anno Domini ducentesimo octogesimo quinto, defuncto Maximo Episcopo Alexandrino, in locum eius (vt testatur Eusebius^a) est subrogatus Theonas, de quo idem auctor^b hæc scribit: Postquam Maximus decem & octo annos Episcopatu Alexandriæ post mortem Dionysij fuerat perfunctus; Theonas eius potitur loco. Quo tempore Alexandriæ Achillas presbyterio vnã cum Pierio donatus, cœpit hominum fama celebrari: qui scholæ sacratæ Christi fidei instituendæ praefectus, in singulari ac planè rarissimo pietatis munere exequendo nemini secundus fuit, & vitæ institutionisque Euangelicæ modum ac rationem ingenuè excoluit.] hæc de Achilla presbytero Alexandrino Eusebius: qui & de Pierio eius collega, atque de Meletio Episcopo in Ponto fama celebri, eiusmodi instituit orationem:

Inter homines vitæ nostræ ætatis rarissimos quidem & singularis cuiusdam virtutis, ex presbyteris Alexandrinis Pierium, ex Praesidibus autem Ecclesiarum Ponti Meletium Episcopum cognouimus. At Pierius cùm ob inopem admodum ac egentem vitæ rationem, quam sua sponte susceperat, tum ob philosophorum disciplinas, quibus erat imbutus, satis spectatus & illustris fuit: in litterarum quoque diuinarum tum cognitione, tum explicatione, in disceptationibus præterea, concionibusque publicè in Ecclesia faciendis, supra modum exercitatus.] hæc ipse. Itemque S. Hieronymus^c de Pierio agens, dum quæ extarent eius lucubrationes recenseret, hæc ait: Pierius Alexandriæ Ecclesiae presbyter sub Caro & Diocletiano Principibus, eo tempore quo eandem Ecclesiam Theonas Episcopus regebat, florentissimè docuit populos; & in tantam sermonis, diuersorumque tractatum, qui vsque hodie extant, venit elegantiam, vt. Origenes Iunior vocaretur. Constat hunc miræ doctissimæ, & appetitorem voluntariæ paupertatis, scientissimumque Dialecticæ & Rhetoricæ artis, & post persecutionem omne vitæ tempus Romæ fuisse versatum. Huius est longissimus tractatus de Propheta Osée, quem in periglium Paschæ habitum, ipse sermo demonstrat.] hucusque Hieronymus de Pierio. De Meletio verò hæc idem Eusebius.

Meletius autem, quem homines eruditi *μελιτιος Ἀττικῆς*, id est, mel Atticum ex nominis sui notatione nuncupabant, talis certe fuit, qualem propter summam in omnibus rebus notitiam & cognitionem merito perfectissimum dixeris. Ac propter singularem eius dicendi vim & virtutem, nemo illum satis abundè admirari ac suspicere poterit. At hoc fortasse illi natura quodammodò insitum aliquis dixerit: verum eius in multiplici aliarum rerum experientia, in varia cuiusque generis doctrina facultatem quis valeat aliquando superare? Quod miræ acumen scientiis, quæ ad acumen rationis & differendi subtilitatem spectant, cùm artificiosè expositus, tum disertè eloquens fuerit; si quis vel semel de eo fecerit periculum, facile credo concesserit. Virtutes porro, quæ magno cum splendore in vita eius elucebant, non illis rebus erant vlla ex parte inferiores. Ite persecutionis tempore in fines Palaestinae confugit, vbi eum ad septem annos integros plenè cognouimus.] hæc Eusebius de Meletio Pontico, longè diuerso ab Ægyptio, de quo plura suo loco dicturi sumus. Meminit eiusdem quoque Meletij S. Basilius^d ad Amphilochem, eumque fidelem testem diuinitatis Spiritus sancti adhibet; dicens: Insuper & Meletium illum admirandum in eadem sententia fuisse narrant, qui cum illo vixerunt.] hæc ipse. Porro tam Meletius, quàm Theonas, necnon Pierius, quod egregia sanctitate praediti fuerint, inter sanctos recenseri quoque meruerunt, adscriptis natalitiis eorum diebus in tabulis Ecclesiasticis. Meminit S. Epiphanius ecclesiarum existentium Alexandriæ, quæ dictæ erant nomine Theonæ, atque Pierij: cùm enim recenseret Alexandriæ positas Ecclesias, Sunt, inquit, aliarum plures (vt dixi) ecclesiae Dionysij appellatae, & Theonæ, & Pierij, & Serapionis, &c.]

XV.
a Eusebius in
Chronico.
b Euseb. li. 7.
cap. vii.
THEONAS
EPISCOP.
ALEXAND.

XVI.
PIERIUS
PRESBYTER

c Hieron. de
Script. Eccles.
in Pierio.

XVII.
MELETIUS
EPISCOPUS.

d Basil. ad
Amphilog. de
Spiritu sancto.
cap. 29.

A

I. CARINVS OCCISVS.

a Vlt. in Car. & Eutro. l. 9. b Vopisc. in Carin.

II. MAXIMIANVS IMPERATOR.

c Apud A. de lib. de Num.

III. A. A. A. sanctorum martir. Sebastiani & sociorum.

MARTYRES ROMAE PASSI.

IV. CHROMATIUS TIBURTIVS ERGA CHRISTIANOS.

V. CAIUS PAPA ALLOQVITVR HIBERIS.

Christi Redemptoris anno ducenresimo octogesimo sexto, Maximo & Aquilino Consulibus, Carinus Imperator cum de summa Imperij apud Murgum, inter Viminatum atque Aureum montem, aduersus Diocletianum pugnaret; a suis proditus & derelictus, vnus ex suis Tribunis gladio necatur, cuius dicebatur coniugem polluisse. hanc Victor, Eutropius, & alij. Sed nihil de prodicione Vopiscus, qui ait: Carino non defuit ad vindicandum sibi Imperium vigor mentis: nam contra Diocletianum multis proeliis conflixit, sed vltima pugna apud Murtium commissa (alij Murgum dicunt) victus occubuit.]

Post extinctum Carinum, Maximianum vna cum Diocletiano liberum Imperium administrasse, idem Vopiscus affirmat. Hoc enim anno Diocletianus, Carino sublato, Maximianum collegam allegit Imperij, & anni sequentis Consullem pariter designauit: quod & ex antiquis nummis constat, dum Consulatus eius cum tribunitia potestate secundò aucta describitur, his videlicet verbis:

IMP. MAXIMIANVS PIVS AVG. P. M. TR. P. II. COS. PP. S. C.] Ut planè appareat, Tribunitiam potestatem primam, quæ cum Imperio conferri consuevit, ipsum consecutum fuisse anno ante primum Consulatum ipsius, hoc ipso scilicet. Porro hæc fuerunt huius prænomen & cognomen: M. Valerius Maximianus Herculeus, Diocletianus verò, Iouius dictus est. In Panegyrico ipsi dicto sæpius reperitur Maximianus Diocletiani frater nuncupatus: quem tradunt Sirmio in Panponia oriundum. At de Maximiani exordio satis.

Quo statu essent res Christianorum, & quid hoc anno aduersus eos sit Romæ gestum, ipsa sanctorum martyrum Acta exactè declarant: sunt quidem legitima, ac digna quæ Annalibus atrextantur, cum præsertim complures res gestas à Caio Papa contineant. sunt enim huiusmodi:

Occiso Carino ad Murgum, Consulibus Maximo & Aquilino, tam immanis exorta est persecutio, vt nulli quidquam vel vendere vel emere liceret, nisi paruis quibusdam statuis, positis eo in loco vbi emendi gratia conuentum esset, thura incenderet. Tum etiam circa insulas, vicos, & aquas positi erant compulsores, qui neque molendi, neque aquas hauriendi potestatem facerent, nisi qui idolis libassent.

Itaque ex sancti Caij Pontificis consilio Chromatius, vir illustrissimus, Christianos illos omnes (qui scilicet nuper crediderant) in domum suam recepit; cunctosque ita fouit, vt nullus omnino sacrificandi necessitati succumberet. Verùm quia tanta persecutionis extitit vis, vt opinio Christianæ religionis ab eo susceptæ celari iam non posset: meruit ex sancto rescripto Chromatius, vt medelæ gratia in Campano littore, vbi lati cespitis erat dominus, demoraretur. Fecitque copiam Christianis omnibus cum ipso ire volentibus, eò commigrandi, ad persecutionis rabiem declinandam: Tum verò exorta est pia contentio inter sanctos Polycarpum & Sebastianum, quis in Vrbe remaneret, & quis iret cum Chromatio, qui tam multos ad se receperat Christianos. Quibus ita altercantibus, venerabilis Papa Caius dixit: Dum ambo coronam passionis appetitis, populum Domini solatio destituitis. Vnde mihi videtur, vt tu frater Polycarpe, qui & sacerdotij rectum tramitem tenes, & scientiæ Dei repletus es donis, proficiscaris simul ad confortandas recenter credentium mentes, & animos dubios confirmandos. Quibus ille auditis, acquieuit, & blandum Papæ imperium æquanimiter tulit.

Venit itaque dies Dominica, in qua Caius Pontifex agens quæ Dei sunt, intra domum Chromatij omnibus aggregatis, cunctos hac voce alloquitur: Dominus noster Iesus Christus, præsciis fragilitatis humanæ, duos credentium in se gradus constituit, confessionis scilicet, & martyrij: vt qui martyrij pondus se non posse ferre viderentur, confessionis gratiam teneant; & concedentes laudem bellaturis Christi militibus, & pro eius nomine pugnaturis, illorum sollicitè curam gerant. Pergant itaque qui volunt vna cum filiis nostris Chromatio & Tiburtio: & mecum in hac Vrbe, qui voluerint, remaneant. Non enim nos terrarum spatia diuidunt, quos Christi gratia necit: neque absentiam vestram sentiunt oculi nostri, quia interioris hominis vos intuemur aspectu.]

Hæc

A Hæc à Caio dicta de confessorum & martyrum differentia, vtique consentanea sunt iis quæ S. Cyprianus antè scripserat: nimirum non tantum confessorum nomine dignum esse qui coram Præside se Christianum esse confiteretur, sed & qui, ne caperetur, relictis bonis, cognatis, & patria, quos amabat, sibi timens ne vi tormentorum deficeret, Christumque negaret, extorris fieret, in aliasque regiones transfugeret: vt ipse quod Christi fidem his omnibus prætulisset, Christum opere videretur esse confessus, ac proinde dignus nomine Confessoris; quod alibi pluribus diximus. Sed hæc rursum Acta:

Hæc & his similia dicente Papa Caio, exclamauit Tiburtius (filius hic erat Chromatij, nuper cum patre factus Christianus) voce magna dicens: Obsecro te Pater & Episcoporum Episcopo, ne me patiaris terga persequentibus dare. Mihi enim valde iucundum est & optabile, pro Deo vero milles, si possim, occidi: tantum vt illius vitæ dignitatem apprehendam, quam nullus mihi successor eripiat, & cui nulla tempora finem imponant.] hæc Tiburtius. In quibus planè consuetum agnoscis titulum Urbis Papæ impertiri solitum, nempe vt diceretur Episcopus Episcoporum: quod & ex Tertulliano superius, atque etiam ex Cypriano demonstratum est.

Tunc sanctus Caius congaudens fidei eius, lacrymas fundebat, orabatque, vt omnes qui cum ipso remansissent, certaminis victores existerent, triumphum martyrij affecti. Remanserunt autè cum venerabili Papa Marcellianus & Marcus, & pater eorum vir clarissimus Tranquillinus, itemque beatus Sebastianus, & iuuenis corpore pulcherrimus, sed pulchrior mente, S. Tiburtius. Tum quoque Nicostrotus Protoscriniarius cum fratre suo Castorio & coniuge Zoë, & Claudius etià cum fratre suo Victorino, & filio Symphoriano, qui fuerat ab hydropisis morboliberatus. Hi soli, reliquis omnibus cum Chromatio proficiscentibus, in Vrbe cum Caio Pontifice remanserunt: qui Marcum & Marcellianum diaconij honore sanctificauit, Tranquillinum verò patrem eorum fecit presbyterum, & beatum Sebastianum, qui ad multorum profectum sub specie militiæ latebat, Ecclesiæ Defensorem constituit, ceteros verò subdiaconos fecit.] Hæc cum in dictis legantur Actis, intelligere satis potes, non omnia, vt vbi scripta sunt, continud esse facta, sed æquo temporis interstitio: neque cuncta quæ sub dictis Consulibus inchoata ponuntur Acta, sub iisdem esse pariter consummata, sed sequentibus annis, eadem urgente persecutione in Christianos. Hic prima mentio de Ecclesiæ Defensore: munus est hoc, & non Ecclesiasticus ordo, porro idem magistratus in posterum in Ecclesia perseuerasse videtur, cuius cum multis in locis, tum præsertim in epistolis Gregorij Papæ frequens est mentio, ex quibus colligi potest, quodnam esset eius magistratus officium. Sed prosequamur Acta:

Sed quia tutus nullus inueniri poterat locus ad latebram confugiendum, morabantur omnes apud Castulum quemdam Christianum, Zetarium palatij, qui altissimo loco eiusdem palatij commanebat.] Zetarij dicebantur qui præfecti erant Zetis: erat quippe Zeta (vt tradit Plinius) locus capax vnus lecti cum duabus sellis, qui velis obductis & reductis modò adiciebatur cubiculo, modò auferebatur, ac proinde portatile quoddam cubiculum. De Elagabalo tradit Lampridius, odoribus Indicis sine carbonibus vti solitum ad Zetas euaporandas. sed de habitatione Castuli Zetarij rursum Acta:

Ea verò mansio idonea visa est, quod & Castulus ipse cum omnibus suis Christianissimus esset: & lex de sacrificiis lata, cum vbique suo feruore sæuiret, in illos qui palatio adhærebant, quia nec suspicio de illis esse poterat, minimè executioni dabatur. Morabantur ergo hi omnes (vt diximus) cum S. Papa Caio apud Castulum: & diu nocturne gemitibus, fletibus, ieiuniis, & orationibus occupati, orabant Dominum vt digni haberentur tolerantia confessionis eius, & in numerum sanctorum martyrum admitti mererentur. Adscendebant autem ad eos occultè religiosi viri & feminae, quippe qui à sanctis diuersas sanitarum gratias impetrarent: nam & cæcorum oculi illuminabantur eorum precibus, & salus reddebatur ægrotis, & de obsessis corporibus dæmones pellebantur.

Interea dum hæc ab eis agerentur, transiens beatus Tiburtius, occurrit homini qui de alto lapsus fuerat, & caput membraque omnia ita quassauerat, vt parentes eius non nisi de sepultura illius cogitarent. Quibus ille fletibus dixit: Permittite me verbo vno illum alloqui, forsitan recuperabit sanitatem. Cumque omnes dedissent spatium, accessit iuxta eum: & dicta tractim oratione Dominica, & Symbolo super vulnera eius, adeò solidata sunt ossa eius, caputque & viscera omnia, adeoque factus est incolumis, quasi nihil mali passus esset. Hoc factò cœpit abire Tiburtius. Tenebant autem eum parentes eius,

VI. CONFESSORES QUI DICTI.

VII. TIBURTII ANIMI FORTITUDO.

a Tert. de Prædicat. cap. 1.

VIII. QUI REMANERUNT ROMAE.

DEFENSOR ECCLESIAE.

IX. * al. conuocandam, ZETA ET ZETARIUS. b Plin. lib. 6. cap. 5.

X.

MIRACULA PER CHRISTIANOS FIERI SOLITA.

XI. TIBURTII INSIGNE MIRACVLVM.

eius, dicentes: Veni & habe eum seruum, & omnia bona tibi trademus cum eo: quandoquidem cum esset nobis vnicus, tu eum nobis ex mortuo viuum reddidisti. Quibus beatus Tiburtius respondit: Si ea, quæ vobis dixero, feceritis, magni pendam mercedem fanitatis huius. Dicunt ei illi: Et nos ipsos si seruos habere voles, contradicere non valebimus: immò verò optamus etiam, si ipse dignum iudicaueris. Tunc apprehensa illorum manu, duxit eos seorsum à turba, & indicauit eis virtutem nominis Christi: vidensque animos eorum firmos in timore Dei, perduxit eos ad Caium Pontificem, dicens ei: Venerabilis Papa ac diuinæ legis Antistes, ecce quos per me hodie Christus lucratus est, in quibus fides mea, velut arbutula nouella, primum prorupit in fructum. Tunc S. Caius Papa baptizauit iuuenem cum parentibus eius gratias Deo referentem.]

XII.

NATALIS DIES APOSTOLORVM CELEBRARI SOLITVS.

Plurimum quidem temporis, & plures alias actiones esse postea consecutas, quæ his apponuntur verba, significant in hunc modum: Verum quia prolixi nimis operis est, persequi ea omnia quæ per illos Christus fecit, iis omisissis, quo modo singuli ad palmam martyrij peruenerint, explicemus. Itaque beatissima Zoë, cum in Apostolorum natali ad Confessionem S. Petri Apostoli oraret, ab insidiantibus Gentilibus arctata, ducitur ad Patronum regionis Naumachia:] hæc ibi. ex quibus planè conspicitur, quauis urgente persecutione, Christianos non prætermittere solitos festorum dierum celebrationem: quod & ex Dionysio Alexandrino superius didicimus.

XIII.

REGIO NAMACHIAE.

Quod verò spectat ad eam, quæ hic dicitur regio Naumachia: nulla reperitur sic dicta regio; sed Naumachia erant in regione decimaquarta trans Tiberim. Illud autem quod hic habetur de Patrono Naumachia:, noua indicat munera tunc certis locis, certis hominibus ad inquirendos Christianos distincta: sicque, vt vni Vrbi regionis plures essent præfecti Patroni, qui singuli in parte sibi concredita Christianos inquirerent. Sed quid factum sit, Acta sic narrant:

ZOES SCITTE DICTVM.

Compellitur Zoë Martis parua: statuæ, quæ illic erat, thura incendere. Cui illa respondit: Mulierem Marti sacrificare compellis, vt ostendas, Martem vestrum feminis delectari. At si ille potuit impudicissimæ Veneri pudorem eripere, mihi certè trophæum fidei in fronte gestanti non poterit præualere: non enim ego contra eum luctor meis viribus, sed Domini mei Iesu Christi freta virtute, & vos & illum pariter contemno. Tunc Patronus regionis misit eam in custodiam obscurissimam, fecitque, vt diebus quinque nec lumen videret, nec cibum potumque caperet: intentabat quoque illi moras famis & cæcitatatis, nisi diis litaturam se promitteret. At qui eam clausam tenebant, vocem illius audiebant, Deum interim laudantis & benedictis. Cumque sex transissent dies, suggererunt de ea præfecto scitenti: qui iussit eam à collo & capillis in arbore excelsa suspendi, & sub ea fumum è sterquilinio excitari. Statim ergo vt suspensa est, in confessione Domini emisit spiritum. Illi autem tollentes corpus eius, grandi alligatum saxo in Tiberim demerserunt, dicentes: Ne Christiani corpus eius tollant, & faciant eam sibi deam.]

XIV.

CADAVERA IN TIBERIM PROIICI SOLITA.

Ex iis quidem apparet non latuisse Ethnicos, solitos esse Christianos religioso cultu prosequi sanctorum memorias. Gentiles autem consueuisse, demergere in Tiberim cadavera illorum, quos sepultura priuandos esse ducebant, innumera sunt exempla: vt quod modò suppetit ex Lampridio hæc de Eliogabalo dicente: Tractus deinde per publicum, additaque iniuria cadaueri est, vt id in cloaculam milites mitterent: sed cum non cepisset cloaca fortuito, per pontem Æmilium, annexo pondere ne fluitaret, in Tiberim abiectum est, ne vnumquam sepeliri posset.] At Christiani nihilominus celebrare martyris gloriosum triumphum haud prætermisere; nam Acta hæc mox subdunt:

XV.

OCTAVA APOSTOLORVM CELEBRARI SOLITA.

Eius igitur celebrato martyrio, apparuit illa in somnis beato Sebastiano, indicans ei suum pro Christo susceptum martyrium. Quod cum Sebastianus aliis narraffet, in has Tranquillinus voces prorupit: Femina nos ad coronam præcedunt: vt quid viuimus? Et octaua Apostolorum die ad beati Pauli Confessionem accedens, sensit etiam ipsi Gentilium insidias; & à populo lapidibus obrutus, mortuus est, & corpus eius in Tiberim iactatum est. Nicolstratus quoque vnà cum Claudio, & Victorino, & Symphoriano, dum corpora sanctorum per ripas Tiberis quærunt, tenti sunt, & ad Vrbi præfectum Fabianum * perducti: qui eos hortabatur vt sacrificarent; diebusque decem minis atque blanditijs cum illis agens, nihil prorsus mouere eos potuit. Suggestit igitur de illis Imperatoribus, qui iusserunt eos tertio torqueri. Cumque nulla ratione tormentis cederent, lata sententia est, vt in medium mare præcipientes mitterentur. Immensis itaque

* Fabium

constricti

A constricti ponderibus, pelagi fluctibus dati sunt, vt in loco mundo inter aquas coronam martyrij reportarent. Atque ita infideles Fidelibus insidiabantur, & iniquo furore eos prosequabantur, adeò vt nec videre eos æquo possent animo, nec eorum ferre nomen.] hæc ibi. Fabius, siue Fabianus hic ponitur Vrbi Præfectus: at in tabulis Præfectorum superius citatis, sub dictis Consulibus recensetur Præfectus Vrbi Iunius Maximus. puto autem corrigendum textum, vt loco Iunius Maximus, Fabius Maximus, sit ponendum, vel vtrumque, Iunius Fabius Maximus: sed id nostra coniectura: cum alioqui non deesset alij in Vrbe magistratus diuersarum præfecturarum (vt dictum est) qui scirent in Christianos. Sed prosequamur Acta:

Interea Caio sancto Episcopo Torquatus quidam se simulata fide sociauit, dicens se esse Christianum. Erat autem apostata & homo fraudulentus in omni sermone, & callidus in omni commisso. Quid multa? cum à beato Tiburtio, viro nobili, erudito & sancto, frequenter argueretur, quòd capillos super apicem frontis tonforis arte componeret, quòd assidue comessaretur, & ludendo pranderet, quòd seminarum aspectu delectaretur, quòd à ieiunijs & orationibus se subduceret, quòd somno deditus non interesset peruigil hymnos Deo noctu dicentibus: cum propter hæc, inquam à beato Tiburtio acrius obiurgaretur, se eius monita simulat libenter accipere; egitque arte, vt orantem sanctum Tiburtium infideles comprehenderent, in qua comprehensione se quoque fecit teneri, & simul perducì ad Secretarium Iudicis scitantis.

XVI. TORQVATE APOSTATAE FALLACIA.

Quò cum perducti fuere, Fabianus Præfectus dixit ad eum qui se arte tradiderat: Quis diceris? At ille respondit: Torquatus. Fabianus dixit: Quid profiteris? Torquatus dixit: Christianus sum. Fabianus ait: An ignoras iussisse inunctissimos Principes, vt, qui sacrificare dijs nolint, diuersis supplicijs macerentur? Torquatus ait: Hic magister meus est, & ipse me semper docuit: quod eum videro facere, me quoque facere necesse est. Fabianus conuersus ad Tiburtium dixit: Audisti quid Torquatus asserat: quid ad hæc respondes? Tiburtius ait: Diu est quòd Torquatus se Christianum esse mentitur.

C Virtus enim ipsa sancti nominis grauius fert & molestè, suum nomen à non suis amatoribus usurpari. Re vera enim, vir illustrissime, hoc Christianum nomen diuinæ virtutis est, sectatorum scilicet Christi, qui verè philosophati sunt, qui ad obterendas libidines fortiter dimicauerunt. Credis ne, vir illustrissime, hunc esse Christianum, qui in sui lenocinio moliendo, capitis fimbrias admittit, qui tonsorem diligit, qui scapulis molliter gestit, qui fluxum gressum improbo nixu distendit, qui neglectis viris, feminas curiosius intuetur? Numquam tales peltes Christus dignatus est habere seruos suos. Verum quando hic se imitaturum me asseruit, iam tu ipse coram, eum probabis esse mentitum: nam qualis semper fuerit, nunc euidenter ostendit.] hæc ibi.

DETEGITVR TORQVATE.

D Ex eiusmodi sanè corporis habitudine, solutiisque moribus, de vero Christiano coniecturam facere, sanctissimi quoque viri consueuere: habes de hac re exemplum apud Gregorium Nazianzenum, qui insignem illum huic similem apostatam Iulianum, ex eiusmodi quæ foris apparebant signis, probè notum perspectumque habuit, vt cum ait de illo: Neque enim mihi boni quidquam significare atque ominari videbantur ceruix non stata, humeri subsultantes, & ad æquilibrium subinde agitati, oculus insolens & vagus furiosè, que intuens, pedes instabiles & titubantes, nasus contumeliam & contemptum spirans, vultus lineamenta ridicula item significantia, risus petulantes & effrenati, nutus & renutus temerarij, sermo hærens spirituque concisus, interrogationes stultæ & præcipientes, responsiones nihilo his meliores, alia in alias insultantes, nec graues & constantes, nec eruditionis ordine progredientes.] hæc Nazianzenus de Iuliano, dum se adhuc Christianum falso profiteretur, & sub pallio philosophico se occultare cupiebat. Hisce etiam exterioris corporis cultus signis de duobus clericis S. Ambrosius æquè vera vaticinatus est, sed & S. Hieronymus ad Eustochium pseudoclericos prænotauit, sic dicens: Omnis his cura de vestibus, si bene oleant, si pes laxa pelle non folleat, crines calamistri vestigio rotantur, digiti de annulis radiant, & ne plantas humidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia, tales cum videris, sponfos magis existimato, quam clericos.]

XVII. EX CORPORIS HABITUDINE ANIMVM COGNOSCI. Greg. Nazian. orat. 2. in Iulian.

E Sed age iam Acta prosequamur. Fabianus dixit: Consultius feceris, si saluti tuæ prospiciens, Principum decreta non spernas. Tiburtius ait: Ego verò saluti meæ melius non consulto, quam vt deos deasque contemnens, vnum Dominum Iesum Christum Deum meum esse confitear. Torquatus dixit: Non solum ipse Christianus crudelis est, sed decipit

XVIII. Amb. Offic. lib. I. cap. 18. Hier. ep. 22.

XIX. QVÆSTIO DE TIBVRTIO.

pit alios, persuadens & docens deos deasque esse demones: ipse enim cum sociis suis, cum quibus artes magicas exercebat, diu noctuque incantationibus occupatur. Tiburtius dixit: Falsus a testis non erit impunitus. Hic quem vides, vir illustissime, malitiae suae curis exaestuans, nullam aliam ob causam Christianis se adiunxit, nisi ut nobis Christianum se fingeret, & aliis fidelissimum mentiretur. At ego reprehendebam in eo Cyclopeam edacitatem, emergentem e vino putorem, & sepultam diuini nominis sanctitatem: ebrius patiebatur sitim, & esuriam vomens: nec ut Christianus, sed ut Antonianus quondam ille conuiuator, edebat, potabat, vomebat.]

XX. Ad Marcum Antonium alluisse Tiburtius videtur, quod ille crapula confarcinatus, ut cuncta voraret, vomitu stomachi farcinam exonerabat, ut Tullius in Philippicis aduersus eum vehementer exprobrat. Sed pergit Tiburtius: Et nunc Christianos arguit, Christianosque accusat, & in eos mitem Iudicem incitans, gladium nolenti porrigit; utque ceruices demonibus inclinemus, hortatur. Videmus votum tuum, videmus cruenta consilia, & scelerata arte verborum conflata tui pectoris venena intuemur. Accingere ergo crudelissime, & vtere carnificis officio. Vindica tibi ipse Iudicis vocem, applica equuleos, suspende Christianos, damna, percutere, incende, vniuersa denique supplicia adhibe. Si exilium minaris, hoc philosophantibus totus est mundus: si mortis supplicium, euidimus mundi carcerem: si ignes, maiora his incendia in cupiditatibus vincimus: decerne quidquid liber. Omnis nobis vilis est poena, vbi pura comes est conscientia.

XXI. Fabianus dixit: Restitue te generi tuo, & hoc esto, quod natura distulit: nobiliter enim natus ad eam deuolutus es faciem, ut possis & supplicium & infamiam & mortem perperi. Tiburtius dixit: O prudentissimum virum, & Romanis Iudicem constitutum! Quia meretricem Venerem, incestum Iouem, Mercurium fallacem, & Saturnum filiorum occisorem colere nolo, generi meo dedecori sum, & infamiae mihi notam inuro? Et quia vnum verum Deum, qui in caelis regnat, adoro & veneror, supplicii me mace- randum minaris? Nos abnuimus, non renitimur, non negamus, Christum Filium Dei ad hoc descendisse de caelo ad terras, ut a terris homo ad caelos possit ascendere, &c. Tunc Fabianus iussit ante pedes eius carbonem ardentes effundi, & ait ad eum: Elige tibi vnum ex duobus: aut thura his carbonibus impone, aut pedibus super eos nudus incede. Tiburtius itaque faciens Crucis Christi signum, constanter super eis nudis ingressus est plantis; dixitque Praefecto: Depone infidelitatem, & discere quia hic solus est Deus, quem confitemur creaturis omnibus dominari. Tu vero, si potes, mitte manum in aquam calidam in nomine Iouis tui, & si potest Iupiter Deus tuus, faciat te non sentire ardorem: nam mihi quidem in nomine Domini mei Iesu Christi videtur quod super flores roseos gradiar; quia creatura ipsa creatoris sui famulatur imperio. Fabianus dixit: Quis ignorat arrem magicam vos docuisse Christum vestrum? haec ibi.]

XXII. Inualuisse quidem apud Gentiles eam opinionem, quod Christus magus fuerit, tradit Arnobius^b: libros quoque ea de facultate conscriptos ab illis dici eum suis tradidisse, S. Augustinus^c restatur, qui ipsos apertissimi mendacii redarguit. At sicut Christus Dominus noster, cum calumniam pateretur^d quod in Beelzebub eieceret demonia, non tulit: ita nec Tiburtius, qui his auditis ait: Obmutescite infelix, & noli auribus meis has irrogare iniurias, ut audiam te rabido ore latrantem, vel nominare sanctum & mellifluum nomen. Tunc iratus Fabianus, hanc in eum distulit sententiam: Blasphemator deorum, & reus atrocium iniuriarum, gladio animaduertatur.] haec sententia in eum, qui, quod nobilis esset, nullis seruilibus contra leges ab eo, licet irato, subiicitur poenis. E ductus est igitur in viam Lauicanam, tertio ab Vrbe milliario: & effundens orationem ad Dominum, vno gladii ictu caesus decessit; & in eodem loco apparente quodam Christiano, sepultus est. Quo in loco plurima semper beneficia praestat Christus ad laudem nominis sui vsque ad praesentem diem.

XXIII. Post haec Torquatus egit, ut Castulus Palatii Zetarius, sanctorum hospes apprehenderetur: qui tertio apprehensus, & tertio auditus, cum in Domini confessione perseueraret, missus est in foueam: demissaque super eum massa arenaria, etiam ipse cum palma martyrii migravit ad Christum. Tenentur deinde Marcellianus & Marcus, & ambobus in stipitem ligatis, in pedes eorum clauis acuti infixi sunt. Dixitque ad eos Fabianus Iudex: Tam diu ita confixis stabitis plantis, donec diis debitum reddatis officium. At illi ad vnum confixi lignum psallebant, dicentes: Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare

^a 7^{ron}. 19.

XX. INSVLTAT TORQUATO TIBURTIVS.

XXI. QUID IN DEOS TIBURTIVS.

XXII. DE CHRISTO GENTILIVM OPINIO. ^b Arnob. li. 1. ^c Aug. de ciuitate Dei. ^d Luc. 11.

XXIII. MARTYRIUM CASTVLLI.

^e Psal. 132.

A habitare fratres in vnum. Ad quos Fabianus, Deponite, inquit, amentiam, infelices & miseri, & liberate vos a tormentis imminentibus. Cui ambo responderunt: Numquam tam bene epulati sumus; quia modò coepimus esse fixi in amore Christi. vtinam nos sic esse permittas quam diu huius corporis tegimur indumento. Cumque transisset vnus dies & nox, & illi in psalmis & hymnis perseuerarent; iussit ambos, vbi stabant, lanceis per latera verberari. Atque ita etiam ipsi cum martyrii gloria ad siderea regna migrarunt. Sepulchraque sunt via Appia*, milliario secundo ab Vrbe, in loco qui vocatur, Ad arenas, quia cryptae arenarum illic erant, ex quibus Vrbs moenia struebantur.] Haec cum ibi de moeniis Vrbs dicantur; ab Aureliano ceptum opus immensum, quod scribit Vopiscus, ut muri Vrbs quinquaginta milliariorum ambitu struerentur, nondum ad haec tempora penitus consummatum fuisse videtur. Sed prosequamur reliqua.

B His igitur expletis, beatus Sebastianus conuentus est: & quia (ut diximus) videbatur sub chlamyde latere, cum Christi esset dignissimus miles; suggestit de eo Praefectus Diocletiano Imperatori. Eum itaque ad se vocans Diocletianus, ait illi: Ego te inter primos in Palatio semper habui (inter Praetorianos enim Sebastianus ducebat ordines) & tu contra salutem meam in deorum iniuriam haecenus lauisti? Sebastianus dixit: Pro salute tua semper Christum colui, & pro statu Orbis Romani illum, qui in caelis est, semper adoravi: considerans a lapidibus auxilium petere, infani esse & vani capitis. Tunc iratus Diocletianus iussit eum duci in medium campum, & ligatum ibi, perinde ut signum, sagittis peti a sagittariis. Posuerunt eum ergo milites in medio campo, & hinc inde iaculis adeo repleuerunt, ut instar erici ex sagittarum densitate hirsutus videretur. Existimantes illum mortuum, abierunt. Tunc relicta martyris Castuli Zetarii, nomine Irene, abiit noctu, ut corpus tolleretur, & sepeliret: & inueniens eum viuentem, per scalam excelsum adduxit eum in domum suam, vbi manebat in Palatium: vbi intra paucos dies membrorum omnium integerrimam recuperavit sanitatem. Cumque Christiani ad eum conuenirent, omnes hortabantur eum abscedere. Ille autem oratione facta, descendit, & stans super Gradus Elagabali, venientibus Imperatoribus dixit: Iniquis surreptionibus animos Imperij vestri templorum Pontifices obfidet, suggerentes de Christianis falsa commenta, tamquam illi sint Reipublicae aduersarij, cum illorum orationibus Respublica in melius proficiat & crescat: non enim cessant pro Imperio vestro & pro salute Romani exercitus exorare.]

C Ex hac quidem Sebastiani apologia liquidò constar (ut aliàs saepe accidit) quod dictum est superius ex Apologetico Tertulliani potissimum, Pontifices Gentilitiae superstitionis iustis qui videbantur praetextibus, nimirum quod Christiani Romae aliquid contra Imperium molebantur, Imperatorum animos in eos vehementius inflammasse. Quod verò pertinet ad locum, in quo constitit Sebastianus, super Gradus (ut aiunt Acta) Elagabali: qui in summitate Palatii agebat in mansione Zetarii, inde descendens apertè constitisse dicitur in Gradibus Elagabali. De Elagabalo deo, quem colebat Antoninus (ita enim eum appellabat) de quo eius templo agens Lampridius, ait: Elagabalum in Palatino mote iuxta aedes Imperatorias consecrauit, ei que templum fecit.] Sic igitur ibi consistens Sebastianus, ad suas aedes redeuntes Imperatores expectauit. Sed quid post haec Acta? Cumque haec & id genus alia diceret, Diocletianus ait: Tu ne es Sebastianus, quem nos dudum sagittis iusseramus interfici? Sebastianus dixit: Ad hoc Dominus meus Iesus Christus reseruare dignatus est, ut conueniam & contester vos coram omni populo, in iusto iudicio persecutionem vestram in Christi famulos ebullire. Tunc iussit eum in Hippodromum Palatii duci, & tam diu sustibus caedi, donec exhalaret spiritum.

D Tulerunt ergo corpus eius noctu, & in cloacam Maximam miserunt, dicentes: Ne forte Christiani eum sibi martyrem faciant. Porro beatus Sebastianus apparuit in somnis matronae religiosae, Lucinae nomine, dicens ei: In cloaca illa, quae est iuxta Circum, quare, & ibi inuenies corpus meum pendens in vnco.] vnco namque solita protrahi corpora damnatorum, illud Lampridij declarat in Commodio, cum tradit a Senatu acclamatum: Carnifex vnco trahatur more maiorum, cadauer vnco trahatur, dictum est pluries.] & Seneca^a: Cadavera quoque vnco trahens.] sunt de his exempla quamplurima, non quae alibi haec fusiis. Et quod ad cloacam pertinet: in eas protrahi infamissimorum cadauera, satis demonstrat Lampridius de Elagabalo, cum ait: Per plateas tractus fordidissime, per cloacas ductus, & in Tiberim submissus est.] aliorum quoque plurimum martyrum

Annal. Eccl. Tom. 2.

K k k

cadauera

MARCVS ET MARCEL- LIANVS MARTYRIO CORONAN- TVR. * Al. Ardea- tina.

XXIV. SEBASTIANI MARTYRIUM.

XXV.

GRADVS ELAGABALI.

* resuscitare

XXVI.

IN CLOACAM PRO- IECTVS SE- BASTIANVS. ^a Seneca de Ira lib. 3. ^b Not. in Roman. Marty- rolog. die 19. Ianuarij, s.

cadavera in cloacam fuisse proiecta, in Actis ipforum legimus. Sed quid præterea Sebastianus ad Lucinam?

XXVII. VESTIGIA APOSTOLORUM.

Quodd cum leuaueris (inquit) perduces ad Catacumbas, & sepelies me in initio crypræ iuxta vestigia Apostolorum.] Extat adhuc ibi in Memoria S. Sebastiani nomine excitata lapis duo continens impressa vestigia, quæ tamen feruntur esse Domini apparentis Petro: sed huius loci permotus auctoritate, & aliorum martyrum Actis, quorum alibi facta est mentio, potius Apostoli Petri, vel Pauli esse putauit. verum certum quid de his definire, haud tutum existimo: cum per vestigia quoque Apostolorum vetus illa Memoria possit intelligi, in qua olim ad tempus recondita fuerunt corpora Apostolorum; quæ adhuc eodem in loco viger: nam corporibus vacuum monumentum, vestigia quædam representat veteris illius sepulchri, in quo collocata fuerant Apostolorum corpora.

XXVIII. LVCINAE RVM OPVS.

At Lucina (inquiunt Acta) cum seruis suis media nocte abiit, & eleuans corpus eius posuit in pilento suo: perductumque ad locum, vbi ille imperauerat, cum omni diligentia sepeliuit: perque dies triginta à sancto loco illo non recessit. Post aliquot autem annos, pace Ecclesiæ reddita, domum suam mutauit in ecclesiam, omnesque opes suas pro Christianorum consolatione illi derelinquens, & Ecclesiam earum heredem instituens, quieuit in Christo: qui viuit & regnat per omnia sæcula sæculorum.] hucusque Acta.

XXX. DVAE LVCI-NAR.

Diuerfa est hæc ab illa Lucina Apostolorum discipula, cuius est celebris memoria pridie Kalendas Iulij. Huius autem, de qua agimus, præclara mentio quoque est in Actis S. Marcelli Papæ & martyris. Ceterum omnium dictorum martyrum natales dies perpetuis monumentis adscripti habentur dignis præconiis, ex iisdem Actis acceptis, quorum Romæ passis hoc anno sub dictis Consulibus inchoata, quoniam anno Imperij Diocletiani necatis martyribus ad finem perducta sint, certum quid affirmare non possumus: nam deperditis Diocletiani & Maximiani rerum gestarum editis commentariis; quo potissimum anno eorum Imperij iisdem Romam concesserint, incertum penitus habetur. Quodd verò de Caio Papa, cuius in dictis Actis frequens est mentio, nulla, vt de aliis, habita sit quæstio: ab aliis Christianis eum subductum putamus, ad aliudque tempus dilatum fuisse martyrium eius: de quo suo loco dicturi sumus.

XXX. VNDE PERSECVTIO.

Vt igitur quàm acerbissimè ipso exordio horum imperij in Christianos Romæ persecutio grassaretur, eandem illam præcessisse causam, quam modò retulimus, martyrum Acta significant: nempe quodd omnes qui aderant Romæ Pontifices sacrorum Gentilium, Christianos Romæ agentes plurimis calumniis circumuenerant, eosque ad Imperatores detulerant in Rempublicam machinari: sicque ab eis composita techna est, vt apud eos fidem meruerint.

XXXI. EDICTA CONTRA CHRISTIANOS.

Quamobrem promulgatum ab iisdem in Christianos Romæ agentes edictum, nequaquam toto Romano orbe commune fuit; quin potius, si Eusebium auscultamus, in aliis regionibus ipsi de Christianis benemeriti fuisse traduntur, nec nisi ad vltima Imperij tempora in eos per Orbem persecutionis edicta dedisse. Quando & inter alia (plura enim tradit Eusebius ab iisdem Imperatoribus fuisse promulgata) hoc ipsum quod diximus, Romæ tunc editum est: ne cui illis vendere, neque alia naturæ vsui necessaria impartiri liceret. quod tum in Oriente, tum in Occidente ab iisdem Augustis fuisse scriptum, certa ac fidelia Acta martyrum declarant. nam de Galliis testatur Beda*, qui versu scripsit Acta Iustini martyris, in quibus hæc inter alia:

Et ne quisquam potuisset
Contutari latebris,
Vbique componebantur
Hoc modo insidia,
Qua euntes compulissent
In ius idololatriæ.
Nec illis emendi quidquam
Aut vendendi copia,
Nec ipsam haurire aquam
Dabatur licentia,
Antequam thurificarent
Detestandis idolis.] hæc Beda.

Sed

A Sed & Arethas^a Episcopus Cæsariensis de Oriente testis est ea oratione, quam scribit de sanctis martyribus Curia atque Samona, dum ait, non licuisse iis, qui Christiani essent, contrahere, nec quæ humanæ consuetudinis essent commercia exercere. Sed hæc & alia edicta in illis regionibus postea (vt dictum est) lata sunt; cum Eusebius^b asserat, Diocletiani primordia, & alia quæ ad vltimos vsque annos eius Imperij secuta sunt tempora, Christianis fuisse felicia. Verum ante illa tempora, quibus refert ea promulgata edicta fuisse, quædam ingruentis grauioris procellæ præcessisse tonitrua, nonnullosque sanctos martyres in diuersis prouinciis passos esse; ipsa germana martyrum Acta, de quibus dicemus suo loco, testantur.

IESV CHRISTI

CAII PAP.

DIOCL. & MAX. IMPP.

B ANNVS 287.

ANNVS 4.

ANNVS 4.

A No Redemptoris ducentesimo octogesimo septimo, Diocletianus tertium & Maximianus secundum adierunt Consulatum. Inualescente his temporibus Manichæorum hæresi, quæ Africæ quoque prouincias penetrauit; iidem Imperatores ad eos comperendos ac penitus submouendos, eiusmodi dedere rescriptum: quod ex antiquo Codice^c Gregoriano, titulo De maleficis & Manichæis, libro septimo exscriptum est, sed deprauate admodum.

M. Diocletianus & Maximianus nobilissimi Augusti Iuliano Proconsuli Africæ.

C Otia maxima interdum homines in communionem* conditionis naturæ hominum modum excedere hortantur: & quædam genera immanissima* ac turpissima doctrinæ superstitionis inducere suadent, vt sui erroris arbitrio, pertrahere & alios multos videantur, Iuliane charissimè. Sed dii immortales prouidentia sua ornare* & disponere dignati sunt, quæ bona & vera sunt, & multorum & bonorum & egregiorum virorum & sapientissimorum consilio & tractatu inlibata probarentur, & statuerentur: quibus nec obuiam ire, nec resistere fas est, neque reprehendi à noua vetus religio deberet*. Maximi enim criminis est, retractare, quæ semel antiquitus tractata & definita sunt, & statum & cursum tenent & possident. Vnde & pertinaciam præuæ mentis nequissimorum hominum punire, inde ingens nobis studium est. Hi enim qui nouellas & inauditas sectas deterioribus religionibus opponunt, vt pro arbitrio præuam* excludant, quæ diuinitus concessa sunt.

D Quoniam nobis, de quibus solertia tua serenitati nostræ retulit, Manichæos audiimus eos nuperrimè, veluti noua, inopinata prodigia in hunc mundum de Persica aduersaria nobis gente progressa, vel orta esse, & multa facinora ibi committere: populos namque quietos perturbare, nec non ciuitatibus maxima detrimenta inferere: & verendum est, ne forte vt fieri assolet, accidenti tempore contentur execrandas consuetudines, & istas has leges Persarum innocentioris naturæ homines, Romanam gentem modestam, atque tranquillam, & vniuersam Orbem nostrum, veluti venenis de suis maleuolis inficere. Et quia omnia quæ pandit prudentia tua, in relationem religionis illorum, genera maleficiorum statutis euentissimorum exquisita, & adinuenta commenta: adeo eorum minas atque poenas debitas & condignas illis statuimus.

E Iubemus namque, auctores quidem ac principes, vnà cum abominandis scripturis eorum, feueriori poenæ subici, ita vt flammeis ignibus exurantur: consecratos verò & vsque adeo contentiosos capite puniri præcipimus, & eorum bona fisco nostro vindicari sancimus. Si qui sanè etiam honorati, aut cuiuslibet dignitatis, vel maioris personæ, ad hanc inauditam & turpem, atque per omnia infamem sectam, vel ad doctrinam Persarum se transtulerunt, eorum patrimonia fisco nostro associari facies, ipsosque forensibus* vel Proconesibus metallis dari. Vt igitur stirpitus amputari malis*, & nequitia de sæculo beatissimo nostro possint, deuotio tua iussis ac statutis tranquillitatis nostræ maturius obsecundare. Dat. prid. Kalend. April. Alexandria.] hucusque editum. Fixisse sanè altas radices in Africa, ad cuius prouinciæ Proconsulem Diocletianus scribit, Manichæorum hæresin, labores S. Augustini ad eam extirpandam insumpti facile demonstrant. Sed quæ noua post hanc, Diocletiani temporibus, exorta est hæresis in Ægypto, dicemus anno sequenti.

Annal. Eccl. Tom. 2.

Kkk 2

IESV,

IESV CHRISTI CAII PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 288. 5. 5.

I.
 HIERACI-
 TAE HÆ-
 RETICI.

Ducentesimus octogesimus octauus Christi annus Consulatu Maximi secundo & Ianuarij adscribitur Fastis: sub quibus nihil est præterea quod inuenimus accidisse, nisi quoddam progressa est his Diocletiani temporibus (certus tamen annus à nemine descriptus habetur) in Ægypto Hieracitarum hæresis, auctore Hierace, quem & Hieracam multi dicunt: quam quidem sectam merito omnes ponunt post hæresin Manichæorum, cuius etiam fuisse participem tradunt. Hieracitas namque Philastrius ait fuisse particulam Gnosticorum ac Manichæorum. Quoddam deestarentur coniugia, & inducerent supersticiosam escarum abstinenciam; cum hæc cuncta à diabolo facta diceret, B Manichæorum videbantur esse Hieracitæ propagines. Accidit namque hoc hæreticis omnibus, vt à veritate semel aberrantes, ab aliis adiuuentis mendaciis non facile acquiescant, nisi ipsi ex animi sententia aliquid addentes vel detrahentes, nouum commentum effingant compingantque concinnent; vt sic incautos nouitatis semper cupidos facile capiant. At de hæresis huius auctore Hierace hæc S. Epiphanius^a tradit:

^aEpiph. he-
 ref. 67.

II.
 HIERAX EX
 APOSTATA
 FIT HÆRE-
 TICVS.

Post flagitiosam hanc, & venenum supra omnem hæresin eiaculantem, barbaricam Manetis illius reptiliformis doctrinæ emissionem, surrexit quidam Hierax nomine, à quo appellati sunt Hieracitæ. Hic in Leonto Ægypti vixit non exigua eruditionis, & Græcæ totius doctrinæ studiis exercitatus, & in Medicina, sophistica, aliisque omnium Ægyptiorum & Græcorum disciplinis exactè versatus; denique & Astronomiam & magiam attigerat: expertissimus enim fuit multarum doctrinarum in exponendo ac C narrando, velut indicant ipsius orationes: egregiè verò nouit Ægyptiam linguam, erat enim vir Ægyptius; & in Græca non modicè clarus erat, omnibusque modis acutus. Et fuit sanè Christianus, verum non permansit in politia Christi: impegit enim, & lapsus excidit: nam, vt clarè dicam, à veteri ac nouo Testamento discedens, & in ipso expositiones faciens, docuit à seipso, à propria vanitate, quod ipsi visum est, & quod ipsi in mentem venit.] hæc Epiphanius.

III.
 HIERACES
 HÆRESSES.

Idem quoque tradita ab eo dogmata numerat: nimirum quoddam negaret carnis resurrectionem, animæ tantum eam esse asserens, calibumque solum diceret esse vitam æternam; quoddam Paulus de castitate loquens, & sanctificationem appellans, dicat: Sine qua nemo videbit Deum.] Rursum verò, pueros ante perfectam cognitionem morientes à salute reiciit, ex eo quoddam idem dicat Apostolus^b; Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.] Non credere paradysum esse sensibilem, idem auctor tradit. Melchisedech esse Spiritum sanctum, illumque ipsum de quo ab Apostolo^c scriptum est: Ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.] Et ad hæc confirmanda commentarium edidisse, excogitasseque Assessorium Isaiaæ ciborum quoque abstinenciam ac vini præsertim docuisse suos, multaque ex erroribus Origenis mutuarum, eosdem alios docuisse. ac demum hæc de eo: At verò hic senex mortuus est: scripsit autem Græcè & Ægyptiacè expositiones opificij sex dierum, fabulis quibusdam confictis, & fastuosis allegoriis. Id quoque in alijs scripturis fecit, quæ à scripturis composuit: psalmos etiam multos recentibus confinxit.] Addit his idem quoque auctor, multos pietatis exercitatores statim ab ipso fuisse seductos, cum alioqui ipse in suam conuersationem non reciperet nisi virgines, aut solitariam vitam agentes, continentes, ac viduas.

^b 2. Tim. 2.

^c Rom. 8.

IV.
 d Hilarij de
 Trinit. lib. 6.
 HIERACIS
 BLASPHE-
 MIA.

At quid Hierax (qui & Hieracas) de diuinitate Filij Dei senserit, hæc habet S. Hilarius^d: Sed nec sicut Hieracas, lucernam de lucerna, vel lampadem in duas partes: qui nec fuit antè, postmodum natum, vel supercreatum in Filio. Hieracas nesciens Vnigeniti natiuitatem, nec Euangelicorum sacramentorum virtutem adeptus, vnus lucernæ duo lumina prædicauit, vt lyncnorum bipartita diuisio substantiam Patris & Filij æmularetur, quæ ex vnus vasculi vngvine accenderetur in lumen, tamquam esset substantia exterior, vt oleum in lucerna continens luminis vtriusque naturam; vel certè, vt lampas papyro eidem intexta, vtroque capite luceret, essetque media materies, lumen ex se vtrumque protendens. Hæc stultitiæ humanæ error inuexit, dum quod sapiunt, ex se potius quam ex Deo sapiunt.] hæc Hilarius, dum quo modo intelligatur illud quod pronitur Ecclesia, Lumen de lumine, cum de Filij diuina substantia loquitur, exactè sincereque declarat. Hæc.

CHRISTI CAII PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.
 288. 5. 5.

A Hæcenus de Hierace & Hieracitis, qui sunt dicti alio nomine Abstinentes; sic enim Philastrius^a eos appellat; quos suo tempore fuisse & in Galliis & Hispaniis tradit.

^aPhilast. c. 85

De conflictatione autem Macarij Ægyptij cum hæretico Hieracita Euagrius^b perelegantem historiam his verbis breui narratione contexit. Aiebant (inquit) præterea venisse ad eum, nempe Macarium monachum, hæreticum quemdam Hieracitam, quod genus hæreseos inuenitur apud Ægyptum. Hic cum per multam loquendi artem plurimos fratrum, qui habitabant in eremo, conturbare ausus esset, & iam coram ipso fidei suæ asserere prauitatem, ei que resisteret Senior, & contradiceret, ille verba simplicia argumentis callidis eludebat. Sed cum videret Sanctus fidem fratrum periclitari; Quid opus est, inquit, nos verbis contendere ad subuersionem audientium? Excemus ad sepulchra fratrum qui nos præcesserunt in Domino: & cui nostrum concesserit Dominus suscitare mortuum de sepulchro, sciant omnes, quia illius fides probatur à Deo. Sermo hic omnibus, qui aderant, fratribus placuit. Processerunt ad sepulchra. Hortatur Macarius Hieracitam, vt euocaret mortuum in nomine Domini. At ille: Tu, inquit, qui proposuisti, prior reuoca. Et Macarius prosternens se in oratione ante Dominum, vbi sufficienter orauit, eleuatis sursum oculis ad Deum: Tu, inquit, Domine, quis ex duobus nobis rectam fidem teneat, ostende, eleuato mortuo hoc. Et cum hæc dixisset, fratris cuiusdam nomen, qui nuper fuerat sepultus, euocauit: cui ille cum de tumulo respondisset, accedentes fratres continuo, que superposita erant, auferunt: & eductum eum de sepulchro, resolutis fasciis quibus constructus erat, exhibuerunt viuentem. Hieracita verò vbi hæc vidit, obstupefactus, in fugam vertitur: quem fratres quoque omnes insequentes, extra terminos terræ illius exturbarunt.] hucusque de his Euagrius.

^b Euagr. in Vit. Patr.

MACARIVS
 MIRACVLO
 SVPERAT
 HIERACI-
 TAM.

IESV CHRISTI CAII PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 289. 6. 6.

Sequens annus ducentesimus octogesimus nonus Consulibus Basso & Quintiano notatur: quo nihil certi memoria dignum factum inuenimus, quod hic in Annalibus conscribatur.

IESV CHRISTI CAII PAP. DIOCLET. & MAXIM. IMPP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 290. 7. 7.

Christi annus ducentesimus nonagesimus adscribitur Fastis, Diocletiano quartum & Maximiano tertium Augustis Consulibus, quibus inscripta habentur Proconsularia Gesta publicè à Notariis excepta, dum de sanctis martyribus Tarfi in Cilicia pallis ex more quæstio haberetur. Extant alia eorundem martyrum Acta quæ recitat Metaphrastes; sed periphrasibus circumducta, à pristino illo candore sunt admodum aliena. Quamobrem cum ea quæ habemus in nostra bibliotheca, in omnibus pura sinceraque esse notantur, necdum à quopiam sciamus esse typis excusa: hic eadem describere Acta Proconsularia, operæpretium existimamus. Cum enim illa ipsa verba à sanctis martyribus dicta, certò sciamus, non hominum, sed Spiritus sancti esse sermonem, testante id Domino Iesu Christo, atque dicente^c: Cum autem tradent vos, nolite cogitare quo modo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.] periuicundum planè erit, illa ipsa diuini Spiritus afflatu concepta verba, & martyris ore deprompta, auditu percipere. In quibus etiam nos interdum ad elucidationem quorundam locorum interloqui, haud otiosum ingratumve lectori fore putamus. Sunt ergo huiusmodi tribus Interrogationibus distincta, nempe cum tertio auditi à Præfide, subiecti sunt tertio quæstionibus. Est illorum hic titulus:

ACTA PRO-
 CONSULARIA.

^c Mat. 10.

Acta Proconsularia beatissimorum martyrum Tharaci, Probi, & Andronici publicè excepta, cognoscete Maximo Præfide in ciuitate Tarso Ciliciæ.

II.

Consulibus Diocletiano quartum & Maximiano tertium, octauo Kalendas Aprilis, Annal. Eccl. Tom. 2. Kkk 3 Deme-

ACTA SAN- CTORVM MARTY- RVM THA- RACI ET SO- CIORVM.

Demetrius Centurio dixit: Qui oblati sunt nobilitati tuae, domine, in Pompeiopolis ciuitate ab Eutelmio Palladio spiculate, qui sunt pessimi & impij Christiani, qui non consentiunt praecipis dominorum nostrorum, praesentamus ante tribunal nobilitatis tuae. Maximus Praeses dixit Tharaco: Qui vocaris? te enim oportet interrogare primum, quoniam & aetate senior es.

a l. verum. ff. de quaest. b Vip. l. 1. §. 1. ff. de quaest. QVAESTIO DE THARACO.

A A seniore enim ut debiliore auspicatur quaestionem Praeses, quasi a timidiore, secundum Pauli a Iurisconsulti sententiam, vel, ut Vlpianus b de officio Proconsulis scripserat, a suspectissimo inchoandam esse quaestionem. Respondit Tharacus: Christianus sum. Maximus Praeses dixit: Tace de hac impia professione. dic qui vocaris? Tharacus dixit: Christianus sum. Maximus Praeses dixit: Frangite ei maxillas, dicentes: Illud noli respondere. Tharacus dixit: Quod est nomen meum, hoc dico: si autem quod est impositum a parentibus, dicor Tharacus: & cum militarem, nominatus sum Victor.]

III. c l. 1. C. de mut. nom. MUTARE NOMEN LI- GERE.

B Licuisse absque fraude mutare nomen, ipse Diocletianus ad Iulianum in hac verba rescriptit c: Sicut in initio nominis, cognominis, praenominis impositio libera est: ita eorum mutatio innocentibus periculosa non est. Mutare itaque nomen, vel praenomen, siue cognomen sine aliqua fraude licito iure, si liber es, secundum ea quae saepe statuta sunt, minimè prohiberis, nullo ex hoc prauidicio futuro.] sed prosequamur Acta:

IV.

Praeses dixit: Ex quo genere es Tharace? Tharacus dixit: Militari & Romano, natus autem Claudionopoli ciuitate Syriae: & propterea quod Christianus sum, renuntiaui militiae. Praeses dixit: Non enim dignus eras militare: tamen quo modo recessisti a militia? Tharacus dixit: Deprecatus sum Publionem Principem, & dimisit me.]

DE HONESTA MISSIO- NE MILI- TIAE.

d Tacit. Ann. lib. 1. c. 14. de veteran. Cod. Theod. c. 1. §. 5. igno- minia. ff. de his qui not. infam.

C Honesta ne haec, vel causaria missio fuerit, ignoratur. Erat enim honesta missio, cum miles consueta stipendia meruisset, quae erant in Praetorianis cohortibus annorum sexdecim, in aliis viginti, ut docent Tacitus d & rescripta Principum. Causaria verò illa dicebatur, quae ob malam valetudinem, & impares vires ad subeunda onera militaria concedebatur. Sed (ut Vlpianus e docet) tertium quoque genus missionis erat ob delictum, ex qua irrogabatur infamia, ob idque eadem Ignominiosa dicta est a maioribus. Quod verò Tharacus iam senex esset, honesta missione vacationem meruisse putamus. Sed quid post haec Praeses, audiamus:

V.

Praeses dixit: Ergo prospice senectuti tuae: quoniam & ego volo ut sis vnus ex consentientibus praecipis dominorum nostrorum, & a me honorem magnum accipias. Ergo accede, & sacrificia diis nostris: quoniam & ipsi Principes super omnem Orbem colunt eos. Tharacus dixit: Errant multo errore satanae. Praeses dixit: Frangite maxillas, propterea quod dixit errasse Imperatores. Tharacus dixit: Ego dixi, & dico, quoniam errant quasi homines. Praeses dixit: Sacrificia diis nostris, & relinque stultitiam tuam. Tharacus dixit: Ego Deo meo seruo, & sacrificio non in sanguine, sed in corde mundo: non enim sunt necessaria talia sacrificia. Praeses dixit adhuc. . . t tuae ex parte, & senectutis, prudentiae tuae miserebor. Admoneo ut omnem vanitatem dimittas, & diis sacrifices. Tharacus dixit: Ego a lege Domini non recedo. Praeses dixit: Ergo recede, & sacrificia. Tharacus dixit: Impietatem ego non operor, quoniam Dei legem honorifico. Praeses dixit: Alia est ergo lex praeter istam? O malum caput! Tharacus dixit: Est lex vestra, qua vos impij lapides & ligna & opera manuum hominum adoratis. Praeses dixit: Super ceruicem caedite eum, dicentes: Noli vanus esse.]

THARACI LIBERTAS IN DICENDO.

f deorat ali- quid in exem- plari vetu- stiore versio.

E Plumbatis namque super ceruices caedi reos solitos esse, rescripta Principum tradunt. Rursum Acta: Cum caederetur Tharacus, dixit: Ego de ista professione non recedo, quae me saluum facit. Praeses dixit: Ego te recedere faciam ab ista vanitate, & prudentem te faciam.]

g Tertull. ad Scapul. c. 30. & in Apol. cap. 2. §. 4. PRAESIDIUM PERTINACIA.

F Planè in hoc Praeside illud expressum habetur, quod scribit Tertullianus f ad Scapulam: aliquos Praesides, cum potuissent continuò necare Christianos confitentis; tamen distulisse, & summa pertinacia contendisse, ut ad negationem, repetitis saepius quaestionibus, illos adigerent. Sed quid ad haec ille?

VI.

Tharacus dixit: Fac quod vis: potestatem habes in corpore meo. Maximus Praeses dixit: Tollite vestimenta eius, & virgis illum caedite. Tharacus, cum verberaretur, dixit: Nunc verè prudentem me fecisti, plagis confortans, me magis ac magis confidere in nomine Dei & Christi eius. Praeses dixit: Iniuste & maledicte, quo modo duobus diis seruis? Ecce nunc confiteris deos, & eos negas quos colimus? Tharacus dixit: Ego confiteor eum qui

A qui est manifestus Dominus. Praeses dixit: Nonne confiteris Christum & Dominum? Tharacus dixit: Ipse est enim Filius Dei, spes omnium Christianorum, propter quem patimur, & sanamur. Maximus Praeses dixit: Relinque verbositatem istam. Accede, sacrificia, Tharacus dixit: Non verbosus sum, sed veritatem dico: iam enim sexagintaquinque annorum sum, & sic credidi, & a veritate non recedo. Demetrius Centurio dixit: O homo, parce tibi, & immola: audi me. Tharacus dixit: Recede a me cum consilio tuo minister satanae. Maximus Praeses dixit: Iste magnis ferreis vinculis in carcerem recipiatur. Adducere alium sequentem.] Esse solebant diuersa pro atrocitate criminum pondera vinculorum, ut ex Vlpiano a colligitur.

a l. damnum. §. inter eos. ff. de pennis.

B Demetrius Centurio dixit: Praesid est, domine. Praeses dixit: Qui vocaris, primò responde. Probus dixit: In primo, quod nobile est, Christianus; secundò apud homines vocor Probus. Maximus Praeses dixit: Ex quo genere es, Probe? Probus dixit: Patrem habui a Thracia, natus autem in Perge Pamphiliae plebeius: sed Christianus sum. Maximus Praeses dixit: Nec lucrum facies de isto nomine. Audi me: sacrificia diis, ut a Principibus honoreris, & amicus noster eris. Probus dixit: Neque honorem Principum volo; neque amicitiam tuam cupio: non enim parua erat substantia diuitiarum mearum, quam reliqui, ut Deo viuo seruiaui. Praeses dixit: Spoliare eum, tollite illi pallium, extendite eum, & neruis crudis caedite.

VII. PROBI CERTAMEN.

C Cum verberaretur, Demetrius Centurio dixit: O homo, vide sanguinem tuum in terram effundi. Probus dixit: Corpus meum inter vos est, mihi autem tormenta vnguentum sunt. Cum verberatus esset, Praeses dixit: Requiescis a vanitate tua, aut permanes in duritia tua miser? Probus dixit: Non sum vanus, cordatior sum vobis in Domino. Praeses dixit: Versate illum, & super ventrem caedite eum. Probus dixit: Auxiliare seruo tuo, Domino. Maximus Praeses dixit: Caedentes eum, dicite illi: Vbi est auxiliator tuus? Probus cum verberaretur, dixit: Auxiliatur, & auxiliabitur. Sic enim pro nihilo habeo tormenta tua, ut non acquiescam tibi. Praeses dixit: Attende ad corpus tuum miser, quoniam sanguine tuo impleta est terra. Probus dixit: Hoc scias, quoniam cum in me patitur corpus propter Christum, multò magis sanatur anima, & viuificatur. Cum verberatus esset, Praeses dixit: Vincite ferro manus ac pedes illius: nec dimittatis aliquem curam ei apponere.]

VIII.

PROBUS DI- VERSIS MO- DIS TOR- QUETVR.

Studuiffe Christianos vincit pro Christi nomine omne exhibere officium, pluribus exemplis superius est demonstratum: quòd autem hic Praesidem visus est contempnisse, arctiori custodia mancipatur.

D Addidit Praeses: Adducite alium in medio tribunali. Demetrius Centurio dixit: Praesid est domine. Praeses dixit: Qui vocaris? Andronicus dixit: Manifestè scire vis quia Christianus sum? Praeses dixit: Illi qui ante te fuerunt, non sunt consecuti de nomine isto nihil, & te oportet respondere. Andronicus dixit: Commune nomen meum apud homines, Andronicus. Maximus Praeses dixit: Quo genere es, Andronice? Andronicus dixit: De nobili genere, & primi ordinis Ephesiorum filius. Maximus Praeses dixit: Tibi parce, & audi me sicut patrem. nam qui antea voluerunt stulta loqui, nihil lucrati sunt: tu autem honorifica principes & patres, diis nostris consentiens. Andronicus dixit: Benè illos patres nominasti, quoniam vos ipsi patrem habetis satanam: filij illius diaboli facti, opera eius perficitis. Maximus Praeses dixit: Adolescentia tua adhuc me contemnit? Scias enim iam tibi magna tormenta parari. Andronicus dixit: Putas me stultum esse, ut minor antecessoribus meis inueniar? paratus sum tibi ad omnia tormenta. Praeses dixit: E Expoliare eum, cingite, & suspendite.

IX. ANDRONICI CERTAMEN.

E Demetrius Centurio dixit: Antequam exterminetur corpus tuum, miser audi me. Andronicus dixit: Melius est ut corpus meum pereat, ut non faciatis animae meae quod vultis. Maximus Praeses dixit: Consenti & sacrificia, antequam extermineris. Andronicus dixit: Ego numquam sacrificauit, nec ab infantia mea: & nunc non sacrifico eis, quibus me cogis sacrificare. Maximus Praeses dixit: Tangite corpus eius. Anaxius Cornicularius dixit: Consenti Praesidi: pater tuus sum in annis: consulo te. Andronicus dixit: Quoniam senior es, & sensum non habes, tale mihi consilium das, ut lapidibus & demonibus sacrificem.]

X.

Quòd autem hic Cornicularius esse dicatur: diuersi ordinis fuisse Cornicularios, in nostris Notis ad Romanum Martyrologium diximus. qui verò in Palatina militia apud prouinciarum Praesides apparebant Cornicularij, fuisse praefectos exequendis sententiis

CORNICULARIUS PALATINAE MILITIAE.

damnatorum, ex Materno diximus, addidimusque sub quolibet maiori magistratu in A

XI.

Cum torqueretur, Præses dixit: Non sentis tormenta miser, vt misceraris tui, & recedas à vanitate ista, quæ te non potest saluare? Andronicus dixit: Quam dicis esse vanitatem, professio mea valde in omnibus bona est, spem habens in Domino: sapientia autem tua temporalis sempiterna morte morietur. Præses dixit: Quis te docuit stultitiam istam?

ANDRONICVS TORQVETVR.

Andronicus dixit: Sermo qui & viuificat, in quo & viuificamur, habentes in cælis Dominum spem resurrectionis nostræ. Maximus Præses dixit: Recede à stultitia tua, antequam incipiamus te strictius tormentis affligere. Andronicus dixit: Corpus meum ante te est positum: habes potestatem, quod vis, fac. Præses dixit: Torquete os eius fortiter. Andronicus dixit: Aspiciat Dominus, quoniam me sicut homicidam pœnis subiicisti. Præses dixit: Contemnis præcepta Principum? & tribunal meum nihil tibi videtur esse?

Andronicus dixit: In Dei misericordia & veritate confido, inde hoc patior. Maximus Præses dixit: Ergo deliquere Principes, o Biothanate. Andronicus dixit: Deliquere, sicut intelligo: nam si vis, recto sensu intelliges, quoniam delictum est, dæmonis sacrificare.

XII. ATROXTOR MENTI GE NYS.

Dum torqueretur, Maximus Præses dixit: Conuertite eum, & latera eius pungite. Andronicus dixit: Ante te sum: quo modo vis, corpus meum subiice pœnis. Præses dixit: Tollite testam, & plagam refricite. Hoc cum factum esset, Andronicus dixit: Confortasti nunc corpus meum in plagis. Maximus Præses dixit: *Κατὰ* modicum te exterminabo, te exterminabo. Andronicus dixit: Non timeo comminationes tuas: sensus meus melior est cogitationibus malitiæ tuæ: propterea contemno omnia præcepta tua. Præses dixit: Ligatè ei collum & pedes ferro, & sub custodia habeatur.]

Boias dicta fuisse vincula ferrea, quibus reorum colla ligabantur, alibi diximus: huc C usque prima Audientia, seu (vt Acta vocant) prima Interrogatio: vox visitata apud illos, vt prima Quæstio, prima Interrogatio diceretur, & sic de aliis. Sed prosequamur cetera.

XIII. * deerat in explorari dies iam vetustate obliuiscitur SECYNDI MARTYRYM QVAESTIO.

Secunda Interrogatio facta est die Sedente Numero Maximo Præsede, &c. Maximus Præses dixit: Voca impiissimos Christianos, legi in alæ feruientes. Demetrius Centurio dixit: Præstò sum, domine. Et cum perductus esset Tharacus, Præses dixit: Meministi quoddam senectus honoratur in multis, propterea quoddam est ipsius cogitatio & sensus, proinde cogitasti apud te, ne iterum in prioribus illis cogitationibus & hodie velis permanere. Sed magis accede, & sacrificia diis pro salute Principum, vt honorem consequaris. Tharacus dixit: Honorem istum si intelligerent & ipsi Principes, & alij qui communicant sensibus vestris; ab omni cæcitate cogitationum vanitatis suæ se separarent, & in meliorem & fortiorem sedem à Deo verissimo viuificarentur. Præses dixit: Lapidibus D os eius frangite, & dicite: Recede à stultitia tua. Tharacus dixit: Si non essem accuratus, similis tibi essem insensatus. Præses dixit: Ecce dentes tuos comminutos: miserere iam tibi miser. Tharacus dixit: Non tibi persuadeas in nihilo. Nam si omnia membra mea collidas, in isto fortis in eo qui me fortem facit. Præses dixit: Crede quia melius est tibi vt sacrifices. Tharacus dixit: Si scirem quia melius esset, hoc non expectarem à te.

XIV. DIRIS PROBATOR MENTIS.

Et cum non amplius Tharacus loqueretur, Præses dixit: Cædite eum in os, clamantes ei, Responde. Tharacus dixit: Maxilla meæ fractæ sunt; quo modo respondeam? Maximus Præses dixit: In omnibus his non consentis insensate? Accede, adora, immola diis. Tharacus dixit: Si vocem clamoris mei subtraxisti, verum sensui animæ meæ non nocebis, sed magis intra vnâ horam me ædificasti. Præses dixit: Ego duritiam tuam expellam, maledicte. Tharacus dixit: Omnibus cogitationibus tuis adsum; sed vinco in eo qui me fortem fecit, id est, nomine Domini. Præses dixit: Afferte ignem, & expandite manus eius, & ponite in eis. Tharacus dixit: Ignem tuum temporalem non timebo: timeo autem si forte consentiam tibi, ne ignis æternus dominetur mei. Et cum positus esset ignis super manus eius, Præses dixit: Ecce nunc manus tuæ extérminatæ sunt ab igne, requiesce à vanitate tua insensate, & immola diis. Tharacus dixit: Sic mecum loqueris, quasi iam voluntati tuæ consenserim ex tua crudelitate: per voluntatem Domini fortissimus sum in omnibus quæ aduersum me parantur.

XV.

Præses dixit: Ligatè eum pedibus, & in altum suspendite, & fumum atrum supponite subtus faciem eius. Tharacus dixit: Ignem tuum contemno, fumum tuum timere non habeo. Maximus Præses, cum suspensus ille esset, dixit ad eum: Sic pedes, vsque dum consentias, & sacrifices. Tharacus dixit: Sacrificia Præses, sicut & consuetudinem habes sacrificare

A care hominibus: mihi autem non licet hoc facere. Maximus Præses dixit: Afferte acetum cum sale, & in naribus eius perfundite *deerat in codice pagina, qua continebantur reliqua tormentorum Tharaci, & Probi tota secunda Interrogatio excidit; sed & Andronici, nisi tantum hæc pauca sequenti pagina habentur conscripta:*

Præses dixit: Hi sermones stultitiæ tuæ nihil tibi proderunt; sed accede, sacrificia diis, ne mala, scelestè, perdant te. Andronicus dixit: Et primò & secundò, quæ audistis, vnum est: non enim puer sum, vt seducar sermonibus, & conculcer. Præses dixit: Non me vinctes, aut contemnes tribunal meum. Andronicus dixit: Non vos vincimus, sed est qui nos confortat Dominus noster Iesus Christus: nam ex parte sentis & recognoscis, quoniam non timeus te, neque tormenta tua. Præses dixit: Præsententur mihi alia genera tormentorum proxima Sessione. Hic autem vinculis ferreis recipiatur in custodia, & à nemine videatur vsque in manè.] Secunda Interrogatio explicat.

XVI. INTERROGATIO ANDRONICI.

Incipit tertia Interrogatio. Præses dixit: Voca iniquissimos Christianos. Demetrius Centurio dixit: Præstò sum, domine. Adducto Tharaco, Præses dixit: Adhuc plagarum & pœnarum & custodiarum vincula contemnis? Audi me Tharace, & recede à confessione ista, vnde lucrum non habes: sed sacrificia diis, quoniam per ipsos omnia stant. Tharacus dixit: Numquam benè sit illis, vt per illos mundus gubernetur, quibus paratus est ignis & tormenta æterna, non solum illis, sed & omnibus qui faciunt voluntatem ipsorum. Præses dixit: Non quiescis iniquissime blasphemans? Aut putas tu, quia per impudentiam sermonum tuorum caput tibi abscindam, & recedas? Tharacus dixit: Sic erat vt compendio moriens non magnum agonem haberem: nunc autem fac, vt mihi in Domino crescat agonizatio fidei meæ. Præses dixit: Talia patiuntur & patientur tui, qui sunt in vinculis, ac legibus morientur. Tharacus dixit: Hoc quod dicis, stultitia mentis tuæ est: quoniam qui operantur mala, meritò moriuntur: nos autem qui malum nescimus, sed pro Domino patimur, mercedem speramus accipere cælestem à Domino. Præses dixit: Maledicte & inique, quam mercedem expectatis, malè & scelestè consummantes? Tharacus dixit: Non tibi licet hoc interrogare, neque scire quam præparauit nobis Dominus positam mercedem in cælis: propterea sustinemus iram sensus tui.

XVII. TERTIA QVAESTIO.

Præses dixit: Sic me alloqueris, maledicte, quasi confors meus sis? Tharacus dixit: XVIII. Ego confors tuus non sum; sed habeo potestatem loquendi, & nemo potest me compescere, propter eum qui me confortat, hoc est Dominus. Præses dixit: Ego potestatem istam, quam habes, eradicabo à te, nequissime. Tharacus dixit: Nemo potest auferre à me potestatem istam, neque tu, neque Principes tui, neque pater vester Satanas. Præses dixit: Verum quid loquor tecum in allecstatione? Tharacus dixit: Allecstatione tua tecum sit. Ego, sicut & Dominus nouit, cui seruiò, quoniam vultus tuus mihi horret, vt loquar tecum. Præses dixit: Ligatè eum, quoniam stultus est. Tharacus dixit: Stultus, si essem similis tui, & voluntati tuæ acquiescerem. Præses dixit: Quoniam suspensus es, sacrificia, antequam secundum meritum tuum pœnas tibi adhiberi faciam.

XVIII. THARACVS TERTIO TORQVETVR.

Tharacus dixit: Licet tibi? At non licet tibi vniuersas pœnas mihi adhibere, quoniam XIX. militaris fui. Sed ne existimes quoniam acquiescam iniquitati tuæ, omnes excogitationes pœnarum in me comple.] hæc ibi.

At quid est, quoddam miles fuerit, Iudicem arguit, non licuisse illi in ipsum experiri ea pœnarum genera, quæ ex legis præscripto non essent? nisi quoddam ab eodem Diocletiano Imperatore nuper ad Sallustium Præsidentem sic rescriptum fuisset: Milites neque tormentis, neque plebciorum pœnis in causis criminum subici concedimus; etiam si non emeritis stipendiis suis videantur esse dimissi: exceptis iis sci- licet qui ignominiosè sunt soluti. quod & in filiis militum veteranorum seruabitur.] hæc rescriptum Imperatoris.

XIX. RESCRIPTVM IMP. ad. milit. C. de questionibus.

Ad hoc igitur iurè Præsidentem prouocat Tharacus miles emeritus. Id enim & ex eo perspicè intelligitur, quoddam idem Præses aduersus eum obiiciat ex eiusdem rescripti auctoritate: dum calumniatur, ipsum nequaquam, honesta missione solutum à militia, vt Tharacus eo pro sui incolumitate priuilegio vti posset. nam hæc subdunt Acta:

XX. CALVMNIAM PATITVR THARACVS.

Præses dixit: Milites semper pro salute Principum diis sacrificant, vt promereantur dignitatem suam: tu autem, cunctis pessimus, & quoddam fugisti militiam, propterea parantur tibi maiora tormenta.] hæc Præses, quoddam fugituo eo vti priuilegio non liceret, quippe qui exercitum deserens, reus maiestatis (vt Vlpianus b disputat) esset effectus: licet hæc ille

bl. 2. ff. ad leg. iul. maiest.

ille calumniosè in Tharacum obiecerit, qui non nisi honesta (vt dictum est) fuit missione A dimissus. Sed prosequamur cetera.

XXI. Tharacus dixit: Quid commoueris frater? Tibi dico, fac quod vis, impie. Præses dixit: Noli putare te semel damnari, sed particulatim te exterminabo, & reliquias tuas bestias dabo. Tharacus dixit: Fac quod facturus es citius, noli sermonibus promittere. Præses dixit: Putas quia mulierculæ aliquæ corpus tuum habent aromatibus vel vnguentis condire, iniquissime? nam de hoc est cogitatio, vt reliquias tuas perdam.]

Hæc planè Præses, quod optimè sciret Christianorum consuetudinem in sepeliendis sanctorum martyrum reliquiis, quas solerent (vt testatur Tertullianus^a & alij) magna impensa pretiosis vnguentis pollinctorum arte studiose condire ac venerari.

XXII. Tharacus dixit: Et nunc quæ vis corpori meo adhibe, & post mortem fac quod vis. Præses dixit: Sacrifica prius. Tharacus dixit: Stulte, quod neque diis tuis, neque ignominii vestris sacrificem, sæpius dixi. Maximus dixit: Frangite eius faciem, & concidite labia. Cùm factum esset, Tharacus dixit: Faciem meam exterminasti, sed animam meam viuificasti. Præses dixit: Miser, abesto à vanis cogitationibus tuis: sacrifica, vt de angustiis istis possis euadere. Tharacus dixit: Putas me stultum & insensatum, & quod in Domino confidens non viam in cælo? tu ad horam temporalem vitam corporis auferis: animam tuam perdis in sæcula sæculorum. Præses dixit: Obeliscos incendite, & ad eius maxillas* ponite. Ea patiens Tharacus dixit: Et maiora quàm ista si feceris, non conuerter seruum Dei, vt adoret ignominiam & dæmonia.

DIRA PARATA TORMENTA.
* al. axillas

XXIII. Præses dixit: Afferte nouaculam, & abscindatur cutis eius: caput autem eius radite, & prunas superimponite. Tharacus dixit: Et si totum corpus meum excoriari iubeas, non recedo à Deo meo, qui me fortem facit, vt sustineam arma militiæ tuæ. His omnibus factis, Præses dixit: Colligite obeliscos, & incendite nimis, & sub alis eius ponite. Tharacus patiens dixit: Respiciat Dominus de cælo, & iudicet. Præses dixit: Quem Dominum vocas, maledicte? Tharacus dixit: Quem tu nescis, qui reddit unicuique secundum opera sua. Præses dixit: Nōne sic te perdam, & sicut antea prædixi, & reliquias tuas? ne mulierculæ in linreamine corpus tuum inuoluant, & vnguentis & odoribus adornent. Sed sceleste, iubebo te comburi, & cineres tuos in vêtum dispergam. Tharacus dixit: Et antea dixi, & nunc dico, fac quod vis: habes potestatem in hoc sæculo. Præses dixit: Recipiat in custodiam, & seruetur proximo muneris ad bestias. Alium afferte ante tribunal.

QVID IN MARTYREM PRÆSES.

XXIV. Demetrius Centurio dixit: Præstò est, domine, Probus. Præses dixit: Consule tibi, ne in præteritas pœnas irruas, Probe: nam ante te qui voluerunt permanere in duritia sua, postea pœnituit eos. Et tu nunc sacrifica, vt à nobis honoreris, & à diis: accede, sacrifica. D Probus dixit: Sensus noster vnus est, vnicordes Deo seruimus: noli putare à nobis aliud audire: nam audisti, & vidisti, quia non vales conuertere nos: præstò sum tibi hodie contemnens comminationem tuam: ergo quid expectas? Præses dixit: Consuluisi inuicem in malis vestris Deum negare. Cingite eum, & pedes sursum suspendite. Probus dixit: Non quiescis pro dæmoniis agonizare. Maximus Præses dixit: Crede mihi antequam patiaris, consule corpori tuo: vides enim quæ tibi parentur mala. Probus dixit: Omnia quæ mihi facta fuerint, in consolationem animæ erunt: ideo fac quod vis. Præses dixit: Ignite obeliscos, & in lateribus ponite, vt stultus non sit. Probus dixit: Quod magis tibi stultus videor, eò sapientior ero in lege Domini. Post hæc addidit Præses: Ignitos obeliscos in dorsum eius insigite. Cùm pateretur Probus, dixit: Subiectum est tibi corpus meum. videat Dominus de cælo humilitatem & sustentiam meam.

XXV. Post hæc præcepit Præses afferri carnes immolatas, & vinum sacrificij, & ait: Infundite illi vinum, & carnes de ara mittite in os eius. Cùm hæc agerent, dixit Probus: Videat Dominus, & aspiciat de altissimis sedibus suis vim, & iudicet iudicium meum. Præses dixit: Multa sustinuisi miser, & ecce iam sacrificium accepisti. Probus dixit: Nihil magnum fecisti, vim faciens: Dominus scit voluntatem meam. Præses dixit: Et manducaisti, & bibisti. Probus dixit: Scit Dominus, & vidit vim quam patior. Præses dixit: Ignitos obeliscos furis imponite. Probus dixit: Neque ignis, neque tormenta, neq; pater tuus Satanus potest auertere seruum Dei à confessione sua. Præses dixit: Clauos acutos vstulate, & in manibus eius ponite. Probus dixit: Gratias tibi ago Domine, quoniam & manus meas dignatus es cruciari in nomine tuo. Præses dixit: Multa tormenta vanum te fecerunt. Probus dixit: Multa potestas te non solum fatuum, sed & cæcum fecit: quod enim facis, nescis.

XXV. VIM PATI- TVR PROBVS.

A nescis. Præses dixit: Debilis toto corpore audis talia in me dicere, quoniam adhuc oculos tuos sanos reliqui: pungite oculos eius, vt non videns, minutatim à lumine isto discedat. Cùm hoc factum esset, Probus dixit: Ecce & oculos corporis mei abstulisti; sed numquam tibi dabitur vt oculos fidei viuos possis tollere. Præses dixit: Post ista tormenta viuere te speras? aut putas quod sinaris lætus mori? Probus dixit: In hoc pugnans agonizor, vt confessionem bonam & integram perficiam, vt à te occidar sine misericordia. Præses dixit: Tollite, & ligate, & seruate eum in custodia, & nemo de sodalibus eius accedat, & magnificet eos ex eo quod impiè permanferunt. Proximo muneri tradetur.

Post hæc Præses dixit: Afferatur mihi Andronicus. Demetrius Centurio dixit: Præstò est, domine. Præses dixit: Vel nunc ætati tuæ consule, si prudenti sensu cogitasti, vt pius sis in deos: assentire, sacrifica diis, vt soluaris. Andronicus dixit: Numquam id tibi detur tyranne, vt extra legem Dei faciam; non solues confessionem meam, quam habeo in Domino: assisto duritiæ tuæ. Præses dixit: Videris furere, & dæmonem habere. Andronicus dixit: Si dæmonium haberem, consentirem tibi: nunc autem quia Dominum confiteor, dæmoni non acquiesco: tu autem dæmon, & cæcus, quæ dæmonis sunt operarij. Præses dixit: Si non sic gesserò sicut impius, deponam omnem virtutem tuam. Andronicus dixit: Non timeo te, neque iram tuam, assistens tibi in nomine Domini mei Iesu Christi. Præses dixit: Ex papyro manipulos facite, & apponite ignem ventri eius. Quod cùm fieret, Andronicus dixit: Etsi totus arderem, adhuc in me est spiritus. non me vinces, peruerse. Præstò est qui me confortat Dominus, cui seruiò. Præses dixit: Quousque non acquiescis, insensate? quære, vt vel in lecto moriaris. Andronicus dixit: Quousque viuo, vinco malitiam tuam. Præses dixit: Incendite obeliscos, & ponite inter digitos eius. Andronicus dixit: Insensate Dei contemptor, omni cogitatione Satanæ plenus es totus: vides corpus meum consumptum à pœnis tuis: putas quod iam timeam artes tuas? habeo Christum Dei filium in me, & contemno te. Præses dixit: Inique, non scis quem inuocas Christum hominem quemdam factum, sub custodia Pontij Pilati punitum, cuius extant Acta passionis? Andronicus dixit: Obmutescere: non enim licet tibi de hoc inique loqui. Præses dixit: Quod lucrum facis, immanissime, fidei & spei huius hominis, quem dicis Christum? Andronicus dixit: Lucrum magnum habeo & mercedem; propterea hæc omnia sustineo.

XXVI. ANDRONICUS SVPREMA CONFESSTO.

Præses dixit: Aperite os eius, & mittite carnes de ara, & vinum infundite. Dum hæc agerentur, Andronicus dixit: Domine, Domine, vide vim quam patior. Præses dixit: Viquequod sustines positus in pœnis? ecce gustasti de sacrificio. Andronicus dixit: Perant omnes qui colunt idola, tu & Principes tui. Præses dixit: Maledicis Principes, & malum caput, qui diurnam & altam pacem præstitere? Andronicus dixit: Ego execratus sum pestem, & sanguibulos qui euertunt mundum: quos Dominus brachio suo potenti confundat & perdat. Præses dixit: Mittite ferrum in os eius, & excutite eius dentes & molas: & blasphemam linguam abscindite, vt discat blasphemare Principes: dentes autem eius tollite, & linguam comburite: cinerem facite, & vbique spargite; ne de confortibus huius impij, aut ex mulierculis aliqua colligat, & seruet veluti pretiosum aliquod, aut sanctum: ipsum autem tollite, & custodite in custodia, vt cum suis confortibus proximo muneri offeratur. Tertia interrogatio absoluta est.] hucusque Acta Proconsularia. Quæ autem sequuntur de eorum consummatione, cùm in amphitheatrum ducti, & bestiis traditi sunt; addiderunt Macarius, Felix, & Verus, Christiani homines, qui interfuerunt spectaculo, & de rebus post hæc gestis epistolam conscripserunt: cuius cùm in codice deesset exordium, narratio tantum inerat his verbis conscripta:

XXVII. DIRA PATITVR ANDRONICVS.

E Numerius Maximus Proconsul Ciliciæ, aduocans Teretianum Sacerdotalem Ciliciæ, XXVIII. iussit ei sequenti die munera edenda curare. Manè autem diei sequentis, viri ac mulieres exierunt in amphitheatrum, quod mille passus longè aberat à ciuitate. Cùmque repletum esset theatrum, aduenit Maximus videre spectaculum. Et in prima muneris editione cùm multæ feræ immixtæ essent, multorum corpora deuorata sunt. Nos cùm essemus in abdito, expectantes eramus cum omni metu: cùm subito Maximus militibus mandat introduci Christianos martyres, Tharacum, Probum, & Andronicum. Milites autem angariauerunt homines, qui in humeris portarent martyres; non enim poterant ambulare laceratione pœnarum, quos vidimus in theatrum ferri. Hæc nos videntes, conuerterentes capita, lacrymati fumus. Proiecti sunt in medium amphitheatri, factusque est timor omnium & murmur in Maximum, qui sic iudicasset. Et multi ex illis spectaculū dimisere, oblo-

XXVIII. MARTYRES DANTVR BESTIIS.

XXIX.
BESTIAE
BLANDIVN-
TYR MAR-
TYRIBVS.

obloquentes in Maximum, eiusque feralem sauitiam. Quod videns Maximus, iussit adstantibus sibi militibus, eos qui discessissent notare, ut postmodum illos audiret.

Iussit interea feras dimitti in corpora martyrum: quae cum illos non tetigissent, iussit Munerarios caedi: & minans mandat, ut, quam ferocissimam haberent bestiam in cauea, mitterent. Dimissus est versus, qui tres homines ea die occidisset: & cum ad Andronicum accessisset, sedens quieuit lingens eius vulnera. Andronicus illum vellicans irritabat, ut cibus illius fieret: sed ille pepercit, mansuetus in omnibus redditus. Iratus Praeses mandat lanciantis versus occidi. Curat Terentianus, timens iram Praesidis, dimitti in martyres leaenam, quae missa fuerat Antiochia ab Herode. Missa in amphitheatrum leaena incussit timorem adstantibus: eo quod hinc inde discurrens fugam captaret: sed perueniens tandem ad corpora martyrum, accubat genuflexa ante Tharacum, eum clunium demissione venerata: manu sua ille eam attrahebat, ut sic irritata ab ea voraretur.] B haec ibi & alia quae dicemus.

XXX.

Innouantur plane antiqua illa Ignatij verbis de bestiis parcentibus Christianis scriptis mandata miracula, & spiritus item Ignatij in ipsis martyribus incalescens ostenditur. etenim ille ad Romanos scribens ait: Fruar bestiis mihi paratis: quas opto truculentiores mihi inueniri: quas & blanditiis demulcebo, ut crudelius me deuorent, non ut quosdam metuentes non attigerunt, & illae si sponte nolint, ego illas ve adigam. Ignoscite mihi: quid mihi vile sit, ego noui.] Sed post haec Acta rursus de bestia:

Leaena autem ut ovis mansueta Tharaco inharebat. Excitantur clamores in theatro ob ingentem admirationem. quo Praeses confusus, & ira excandescens, mandat suis, leaenam prouocari: quae magno rugitu posticum aggreditur. Clamat populus timens magna voce: Leaena aperiat: posticumque destructum est. Maximus indignas vocat ad se Terentianum, iubetque edi gladiatorum munus, quibus mandaretur in primis Christianos martyres gladiis confodi: quod factum est quinto Idus Octobris. Cum vero Maximus se domum ex amphitheatro recepisset, reliquit decem milites, quibus mandauit, ut corpora martyrum admiscerent cum corporibus extinctorum gladiatorum, ut cognosci non possent.

CHRISTIANA
GLADIATORI-
BUS OCCISI.

XXXI.
INVENIUNTUR
ET SEPE
PULVNTUR
MARTYRES.

Haec cum vidissemus facere milites; non appropinquantes, Dominum rogauimus ut nobis nota fierent corpora martyrum. Et post haec proximè appropinquantes, vidimus custodes conantes, & focum propè habentes propter vigilas noctis: & iterum fiximus genua, & orauimus Dominum & Christum eius, ut desiderium nostrum impleret, & de caelo auxilium mitteret, & sanctorum corpora nobis ostenderet: & subito terramotus factus est, & tonitrua, & fulgura, & magna tempestas imbrium: & nos iterum orauimus, & ad corpora appropinquauimus, & inuenimus focum extinctum, & nullum militem, qui ob tempestatem aufugerant: & ad caelum manus leuauimus, ut dignaretur Dominus reliquias sanctorum martyrum nobis certo signo patefacere.

XXXII.
SIGNO CAE-
LESTI MAR-
TYRES IN-
DICANTUR.

Et mox tres facellae veluti stellae apparuerunt supra ipsorum corpora: quae furtim subtraximus, & abiuimus, praecedentibus nos caelestibus illis lucernis: quas nos sequentes duxerunt in aduersam partem montis, & sic recesserunt: ibi ea in caua petra illic reperta posuimus, & aditum magna diligentia clausimus, ne ab inquirente Maximo inuenirentur. Postea redeuntes ad ciuitatem cognoscere quid actum esset, inuenimus custodes esse necatos a Maximo. Nos autem gratias egimus Domino nostro Iesu Christo, qui uiuit in saecula saeculorum. Ego Macarius, Felix, & Verus hic reliquum vitae nostrae tempus facere cupimus, ut hic cum illis quiescere digna sint nostra corpora, & cum illis in caelo perfrui digna. Quos autem cum his ad vos mittimus, suscipite in timore Domini: sunt enim operarij Domini nostri Iesu Christi. Habetote nos in mente. Gratia Dei. Amen.] hucusque horum epistola.

XXXIII.

Haec autem ipsa Acta Metaphrastes, quod prolixiora fortasse sint visa, redacta in compendium edidit magno praedicio Ecclesiasticae antiquitatis, nec sine aliquo dispendio veritatis. At licet fusiora videantur, iucundum tamen illa ipsa audire martyrum verba a Notariis tunc fideliter scripta, quae postea a fidelibus, pacis tempore, magna redempta pretio sunt & exscripta: gratiora quidem haec ac clariora aliis quibusuis licet veris, pigmentis tamen eloquentiae circumlitis. Etenim omne quod fucatum est, suspectum redditur; & verum non semper creditur, quod magna artis industria concinnatur: contenta namque nitore suo veritatis pura simplicitas, eo pulchrior, quo incultior, recte sentientibus esse solet. Sic igitur ex omnibus memoriae commendatis Actis martyrum, illa fideliora atque in omni-

PUBLICA
ACTA MAR-
TYRVM FI-
DELISSIMA.

A omnibus magis integra (quod saepe dicere solemus) esse noscuntur, quae a fidei hostibus scripta, & in publica relata sunt Proconsulum monumenta. Adeo namque execrandum erat, in publicis tabulis falsum quid scribere, vel ex eis aliter ac scripta essent recitare, ut hoc ipsum crimen primo capite legis Maiestatis, (ut Vlpianus tradit) includeretur.

Ac proinde quae sic scripta ab illis, & exscripta a nostris veneranda prodit antiquitas post tot naufragia scripturarum, facie pura, sincera & decora, sunt eadem cupide & veritatis cultoribus amplectenda, atque auidius osculanda. Etenim haud pepercit Actis sanctorum martyrum, malis perpetrandis semper inuigilans astutia Sathan, quae per prauorum hominum mentes ea labefactare curauit. Nam impietas, omnium malorum auctrix, quod veris Actis martyrum, a Christianis exscriptis, Christianae fidei certitudo & Christi gloria effulgerent, Gentiliumque deorum falsitas, colentiumque ipsos stultitia, & haereticorum nugacitas perspicue haberentur expressa atque conuicta: interdum sanctorum martyrum vera Acta corrumpit, ac falsa edidit, suppressis veris, vel igni traditis.

Id quidem caeca malitia de Actis Pilati primum, quae de Christi Domini nostri mortis sententia (ut dictum est superius) fuere conscripta, temerario conatu praesumpsit, quod ipsum quoque factitatum est de quibusdam Actis martyrum. Ad haec spectat iusta illa querela Arnobij, qui eiusdem Diocletiani temporibus vixit, qua ait in Gentiles, haec de Christianis scriptoribus garrientes: Sed conscriptores nostri mendaciter ista promiserunt (de Christo scilicet atque eorum praconibus) extulere in immensum exigua gesta, & angustas res satis ambitioso dilatauere praconio. Atqui utinam cuncta referri in scripta potuissent, vel quae ab ipso gesta sunt, vel quae ab eius praconibus pari iure & potentia terminata: magis vos incredulos faceret vis tanta virtutum: aut apprehendere locum fortasse possetis, quo videretur esse simillimum veri; & incrementa rebus apposita, & inditas scriptis & commentariis falsitates. Sed neque omnia conscribi aut in aures omnium peruenire potuerunt gesta, gentibus in ignotis, & vsu nescientibus litterarum: aut si qua sunt litteris conscriptionibusque mandata, maleuolentia daemonum, quorum cura & studium est hanc interciperere veritatem, & consimilium his hominum interpolata quadam & addita, partim mutata atque detracta, verbis, syllabis, litteris, ut & credentium tardarent fidem, & gestorum corrumpere auctoritatem.] haec Arnobius. Praestiterunt haec Gentiles pariter & haeretici.

Indeque illa prudens Gelasij Papae animaduersio dimanauit, qua in Romano Concilio, vbi scriptorum Christianorum salubris est facta cribratio: Gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant: quis ista Catholicorum dubitet & maiora eos in agonibus fuisse perpeffos, nec suis vinibus, sed gratia Dei & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in S. Romana Ecclesia non leguntur, quia & eorum, qui conscribere, nomina penitus ignorantur; & ab infidelibus idiotis superflua, aut minus apta quam rei ordo fieret, scripta esse putantur: sicut cuiusdam Quiriaci & Iulitae, sicut Georgij aliorumque huiusmodi passiones, quae ab haereticis perhibentur compositae. Propter quod (ut dictum est) ne vel leuis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur.] haec ipse. Sed habito delectu postea, complura fidelia inuenta sunt Acta martyrum, quae in eadem Ecclesia, sicut in ceteris, publice recitantur. Vides, lector, & in his consilium nostrum, ut ex multiplicibus Actis sanctorum martyrum, illa ferme solum hic describamus Proconsularia, quae omnium fidelissima esse noscatur: non quod reliqua improbemus, sed ut ex iis quae ex publicis accepta tabulis, sincera ac pura, omnique fide dignissima esse sciantur; reliquorum omnium martyrum res gestas quae perierunt, vel corruptae atque aliter deprauatae sunt, in horum imagine contempleris.

Indeque illa prudens Gelasij Papae animaduersio dimanauit, qua in Romano Concilio, vbi scriptorum Christianorum salubris est facta cribratio: Gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant: quis ista Catholicorum dubitet & maiora eos in agonibus fuisse perpeffos, nec suis vinibus, sed gratia Dei & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in S. Romana Ecclesia non leguntur, quia & eorum, qui conscribere, nomina penitus ignorantur; & ab infidelibus idiotis superflua, aut minus apta quam rei ordo fieret, scripta esse putantur: sicut cuiusdam Quiriaci & Iulitae, sicut Georgij aliorumque huiusmodi passiones, quae ab haereticis perhibentur compositae. Propter quod (ut dictum est) ne vel leuis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur.] haec ipse. Sed habito delectu postea, complura fidelia inuenta sunt Acta martyrum, quae in eadem Ecclesia, sicut in ceteris, publice recitantur. Vides, lector, & in his consilium nostrum, ut ex multiplicibus Actis sanctorum martyrum, illa ferme solum hic describamus Proconsularia, quae omnium fidelissima esse noscatur: non quod reliqua improbemus, sed ut ex iis quae ex publicis accepta tabulis, sincera ac pura, omnique fide dignissima esse sciantur; reliquorum omnium martyrum res gestas quae perierunt, vel corruptae atque aliter deprauatae sunt, in horum imagine contempleris.

quod reliqua improbemus, sed ut ex iis quae ex publicis accepta tabulis, sincera ac pura, omnique fide dignissima esse sciantur; reliquorum omnium martyrum res gestas quae perierunt, vel corruptae atque aliter deprauatae sunt, in horum imagine contempleris.

IESV CHRISTI CAII PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.
ANNVS ANNVS ANNVS
291. 8. 8.

Dvcentimus nonagesimus primus Christi annus, Iunio Tiberiano & Cassio Diocletiano Coss. adscribitur Fastis; rerum tamen Ecclesiasticarum, ob inopiam scriptorum, ieiunus.

a L. 2. ad leg. Jul. maiest.

XXXIV.

MARTY-
RVM ACTA
SAEPE COR-
RUMPTA.
b Arnob. li. 1.
aduers. Gent.

XXXV.
ACTA MAR-
TYRVM
CORRUMPTA.

IESV CHRISTI CAII PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 292. 9. 9.

I. Sequens verò annus ducentessimus nonagesimus secundus Annibalianum & Asclepi-
 dorum Coss. habuit: quo ipso Christi anno assumptos esse in regnum ob tyrannos
 emergentes Flauium Constantium Chlorum & Maximianum Galerium cognomento
 Armentarium. Eusebius testatur his verbis ^a: Ægyptum Achilleas obtinuit, ob quæ
 Constantius & Galerius Maximianus Cæsares assumuntur in regnum: quorum Con-
 stantius Claudij Imperatoris ex filia nepos fuit: Galerius in Dacia haud longè à Geroica
 natus. atque vt eos Diocletianus etiam affinitate coniungeret, Constantius priuignam
 Herculei Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit. Ga-
 lerius filiam Diocletiani Valeriam duxit: ambo vxores, quas habuerant, repudiare com-
 pulsi.] hæc Eusebius hoc ipso Christi anno, licet in annorum Diocletiani Imperij nu-
 mero (vt dictum est) errore labatur. Scimus ab alio ^b horum Cæsarum creationem poni
 anno superiori: sed errare certum est. Nam cum in inscriptione ^c edicti eiusdem Galerij
 pro Christianis aduersus Gentiles editi, simul iungatur eius Consulatus octauus cum Tri-
 bunitia potestate vices repetita, incidisseque habeatur in annum Domini trecentessimum
 vndecimum: numerando eius annos ex Tribunitia potestate vices repetita; necesse est
 ab hoc anno ducere eius regni principium numeri. Sed de illa edicti inscriptione illud
 monendum, irrepsisse errorem in nomen Constantini: siquidem error patens est, nec oc-
 cultari potest; cum constet quinque annos ante Consulatum illum Galerij Constantium
 ex hac vita sublatum esse, atque Constantinum regnare cœpisse. Sed hæc suo loco.

II. Quod verò adsciti dicantur hi Cæsares ad propulsandos tyrannorum vel barbarorum
 insultus: Panegyricus Maximiano inscriptus, cum de eorundem Cæsarum creatione
 meminit, contrarium potius videtur adstruere: nempe pacato Imperio Romano, quæsi-
 se Diocletianum & Maximianum, qui parua tuerentur, ac nouis accessionibus propaga-
 rent: quod auctor narrat, his scilicet verbis agens de ortu Cæsarum: O Kalendæ Martiæ,
 sicuti olim annorum voluentium, ita nunc æternorum auspices Imperatorum! Quanta
 enim, inuictissimi Principes, & vobis & Reipublicæ propagatio, orbis vestri participando
 tutelam. Cuius licet, omni hoste perdomito, certa securitas, nimios tamen in diuersa
 discursus vel reuisenda poscebat. Partho quidam vltra Tigrim redacto, Dacia restituta,
 porrectis vsque ad Danubij caput, Germaniæ, Rhetiæque limitibus, destinata Barauæ
 Britannæque vindicta, gubernacula maiora quærebat, aucta atque augenda Republica.]
 hæc & alia ibi; sed ista satis ad institutum.

IESV CHRISTI CAII PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 293. 10. 10.

I. Annus ducentessimus nonagesimustertius, Diocletiano quintum & Maximiano
 quartum Consulibus adnotatur, idemque annus secundus Imperij Galerij Maxi-
 miani: quo pariter consignata habentur exordia Actorum SS. martyrum Nicomediensium:
 quæ quidem omni ex parte examinata, inuenimus, paucis, quibusdam emen-
 datis, fidelissima, ac planè digna quæ in Annalibus vnà cum ceteris Actis martyrum,
 suis quibusque locis, vt temporis ratio postulat (quod ab instituto non discrepet) descri-
 bantur. Præerat tunc Nicomediensi Ecclesiæ Cyrillus Episcopus, qui sedulo pastorali
 studio eam mirifice illustrabat. Quem Domna virgo Gentilis, sacerdotum maxima, cum
 incidisset in Acta Apostolorum, & ex eis pietatem prægustasset, cupiens plenius ad Chri-
 stianam fidem institui, noctu conuenit: à quo religionem edocta, signoque Crucis ex mo-
 re, dato nomine, consignata, effectaque catechumena, Agapium diaconum ab eodem
 catechistam accepit, rei tantum conscio Inde barbaro homine, regio eunucho, paribus
 votis Christianum fieri experente: quocum etiam statuto tempore Baptismum suscepit:
 & quod in iisdem Actis ^e Apostolorum legerat, quæcumque habuit, ad Cyilli pedes in
 pauperes eroganda portauit.

Cum

^a Euseb. in Chron. CONSTANTIVS ET GALERIVS CÆSARES.

^b Panuin. in Fast. ^c Apud Euseb. lib. 8. cap. 29.

^d Exiit apud Metaphr. die 26. Ianuarij. ACTA MARTYRVM NICOMEDIENSIVM.

^e Act. 4.

CHRISTI CAII PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.
 293. 10. 10.

A. Cum verò ex hac vita S. Cyrillus Nicomediensis Episcopus excessisset, in locum ipsius
 Antimus subrogatur: cuius sedis tempore, à Persa quodam eunucho Indes collega, ac
 pariter Domna, quod Christianam fidem excolerent, Præfecto domus regiæ deferuntur:
 qui rem accuratius exploraturus, suasionem delatoris, cubiculum eorum ingreditur. Qua-
 nam verò in eo inuenerit, & quæ solerent esse Christianorum suppellectilia, auctoris ver-
 bis, ea sic describentis, referimus: Audiuit (inquit) Præfectus: & cum libenter eam ad-
 misisset probationem, aufert ab eis clauas: & cum aperuisset, inuenit protinus, sed non
 vt ipse sperabat, sed ea quæ verè erant veneranda, nempe diuinæ Crucis figuram, & li-
 brum sacrosanctum, nimirum Apostolorum Deo gratas Actiones, & præterea possessio-
 num vacuitatem eorum quæ in cælis magnum thesaurum recondebant: cuius præclaræ
 opes erant duæ storeæ in nudo solo stratæ, generosorum & beatorum Domnæ & Indes
 B. supellex; fictile præterea thuribulum & lucerna, & lignea arcula, in qua repositæ sa-
 cram oblationem, cuius siebant participes.] hæc ibi.

Porro pristinæ huius consuetudinis tam Occidentalis, quam etiam Orientalis Eccle-
 siæ, ab Ecclesia sumptam sacratissimam Eucharistiam domum ferre, & in arca colloca-
 tam asseruare, eademque diebus singulis participare; quæ superius ex Tertulliano,
 Cypriano, Gregorio Nazianzeno, Basilio, & aliis scripta primo Annalium tomo habentur,
 aperte significant. Sed & signum sanctæ Crucis aliqua materia expressum habere
 apud se consueuisse pios Christianos, quæ tradit Gregorius Nyssænus in sancta sorore
 Macrina, & alia innumera planè exempla declarant.

Ceterum sic detecti Domna atque Indes Christiani, detruduntur in carcerem, ac fa-
 me diutius cruciantur: diuinitus autem impertitis alimentis pellunt in ediam. Sed blan-
 ditis eos demulcerè Præfectus studuit: cum illa, ne certamini huiuscemodi magis pericu-
 loso succumberet, non sine diuini Spiritus instinctu, instar David Saulem fugientis, simu-
 lauit insaniam, arreptæ à dæmone speciem præferens: sicque diu omnium molestia per-
 seuerans, tandem Christianorum Episcopo Antimo curanda committitur. Consueuisse
 planè Gentiles ad liberandos arreptos à dæmone, quibus abundare solerent, Christiano-
 rum auxilium frequentissimè implorare, quæ sunt ex Tertulliano, Cypriano, & aliis su-
 perius dicta, manifestè declarant. Hæc autem hoc anno (vt diximus) cœpra, producta sunt
 vsque ad Galerij Maximiani reditum Nicomediæ, cum iam Parthos ac Persas prælio
 superasset. Quæ autem post hæc contigerint, suo loco dicturi sumus.

IESV CHRISTI CAII PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.
 ANNVS ANNVS ANNVS
 294. 11. 11.

Qui sequitur annus Christi ducentessimus nonagesimus quartus, novos Cæsares
 Constantium Chlorum & Galerium Maximianum Consules habuit. His Consulibus
 tertio Idus Augusti, Susanna Gabinij filia, Caij Papæ neptis, cum nuptias Maximiani
 renuisset à Diocletiano affine tentatas, quod Christiana esset inuenta, iussu eiusdem Im-
 peratoris in paternis ædibus capite truncata, martyrij palmam est consecuta. Hæc autem
 quo modo contigerint, eius martyrij Acta declarant: quæ quidem in Ecclesiis legi con-
 sueuerunt, quibus & vetera quæque Martyrologia fidem adiciunt.

II. Ad ea autem elucidanda, quæ videri possunt ambigua, illud in primis est intelligen-
 dum: Diocletiani filiam, quæ coniugio iuncta fuit (vt dictum est) Galerio Maximiano
 Cæsari, haud diu post nuptias fuisse superstitem: nulla enim penitus extat eius memoria
 in antiquioribus monumentis; sed nec ex ea proles aliqua legitur esse suscepta: pater
 autem vt filiæ defunctæ memoriam consecraret æternitati, Pannoniæ partem (sicut
 inquit Ammianus ^a) eius nomine institui atque cognominari voluit. Sed & eiusdem
 Valeriæ nomine nuncupavit ciuitatem sitam ad ripam Danubij, vt Ennodius ^b tradit;
 frequentior tamen est prouinciæ Valeriæ mentio, quam ciuitatis: eius enim post Am-
 mianum Zosimus ^c, & ex nostris S. Ambrosius ^d meminerunt. Dicta est autem Valeria
 Pannoniæ, ad distinguendam eam à Valeria prouincia in Italia, de qua alibi ^e à nobis
 fufius dictum est.

Diocletianus igitur, qui (vt demonstratum est) omnem adhibuit diligentiam, vt
 Annal. Eccl. Tom. 2. LII 2 Gale- III.

II. ANTIMVS SVCCEDIT CYRILLO.

III. EVOCHARISTIA DOMINVM PORTARI SOLITA.

IV.

ARREPTITII TRADIT SOLITI CHRISTIANIS.

I. SVSANNAE CERTAMEN.

II. ^a Ammianus Marcell. li. 19. ^b Ennod. in Act. S. Ant. ^c Zosim. hist. lib. 2. ^d Ambros. li. 2. cap. 4. in fine. ^e Not. in Martyrol. Rom. die 23. Ianuarij. k.

SUSANNA
QUÆRITUR
VXOR GA-
LERIO.IV.
DIOCLE-
TIANI FI-
LIVS ADOP-
TIVVS.V.
SUSANNAE
STEMMA.VI.
SUSANNA
RENVI-
CONIV-
GIVM.VII.
CLAVDIVS
CVM VXORE
FACTVS
CHRISTIA-
NVS.VIII.
CLAVDIVS
VXOR ET FI-
LII BAPTI-
ZANTVR.

Galerium, quem creasset Cæsarem, affinitatis vinculis obligaret; & ob id coëgisset eum, quam duxerat, repudiare coniugem, atque filiam suam Valeriam sumere in vxorem: illius morte resoluta iam vinculo, quam in sua cognatione haberet gradu propinquo-rem virginem, eam illi fœdere nuptiarum coniungere festinauit. Fuit hæc Susanna, filia Gabinij germani Caij Papæ; qui ambo Diocletiano sanguine coniuncti erant, consobrini nempe, iidemque ex Dalmatia oriundi.

Quod verò eiusdem Susannæ Acta habeant, quæ fuisse Diocletianum vxorem Maxi- miano; vel, vt alij codices habent, Maximino (sed nihil refert, nam vtroque nomine dictus habetur) filio suo adoptiuo: sanè quidem peculiare Principibus erat, vt, quem cupe- rent Imperij successorem, eundem in filium adoptarent. nam sicut ipse Galerium Maxi- mianum, ita & Maximianus Herculeus collega adoptauit Constantium Cæsarem: quod Panegyricus ipsi dictus testatur. Sanè quidem & in alio Panegyrico idem Galerius Cæsar filius nominatur Diocletiani Imperatoris: quod non nisi per adoptionem legitimè fieri potuit, cum nulla penitus Diocletiano proles mascula esset. Huic igitur, defuncta Vale- ria, Diocletianus (vt dictum est) statuit Susannam matrimonio iungere. Quæ autem post hæc secuta sint, eiusdem martyrij Susannæ Acta declarant, quorum quatuor exemplaria nacti sumus, ex iisdemque alia prolixiora, alia verò breuiora legimus, parum ab inuicem discrepantia. Nos verò, quòd diuersis planè verbis eadem propè inuenerimus esse narra- ta, ex iisdem hæc summam desumpta describimus.

Susannæ in primis stemma in eis sic deductum inuenimus: Maximum, seu Maxi- mum Diocletiani fuisse germanum, eumque vita functum duos reliquisse liberos suos Caium atque Gabinium, quos Christianæ religionis professio ab eiusdem Diocletiani consuetudine segregauit. Duxit vxorem Gabinij, ex qua Susanna est orta: idemque postea, vxore defuncta, sacris Ordinibus initiatus, presbyteratu dignus est habitus: Caius verò, quòd duxisset vitam cælibem, summo quoque sacerdoti auctus, & creatus est Vrbs Episcopus, totiusque simul Christianæ religionis Antistes. Porro legimus in iisdem Actis, Gabinium egregia eruditione præditum, aduersus Gentiles scripsisse pro religione Christiana defensionem.

Valeria igitur (vt dictum est) ex hac vita sublata, agit per Claudium propinquum Dio- cletianus, vt Susannam Galerio Maximiano iungat vxorem. Quod cum per illum Gabi- nio significatum esset, mox ipse, præsentè Caio Papa, Susannæ animum explorauit: & licet sibi satis cognitus ex eius vitæ instituto videri posset, tamen, vt Claudij & Imperatoris vi- taret inuidiam, noluit petitionem honestissimam (vt videbatur) reicere, sed exploraturus se puellæ animum dixit: sicque dimisso Claudio, Susannam allocutus est vnà cum Caio Papa, eiq; Diocletiani consilium de nuptiis significauit. Illa verò vehementiori spiritu detestata cultoris dæmonis nuptias, nihil antiquius sibi fuisse addidit, quàm exultam casti- tate vitam Christo Domino consecrare, licet sciret id sibi corporis dispendio redimen- dum, atque martyrio comparandum. Laudata est à parente responsio: ac tum eius, tum Caij Papæ exhortatione corroboratur ad pugnam, vtque semel arrepto altissimæ vitæ proposito, in eodem firmis insistens vestigijs, constans perstaret aduersus imminentes ex Principis ira fragores, eorumdem admonitionibus confirmatur.

Rediit post triduum Claudius, vt, quid cum Susanna esset actum, cognosceret: aduo- catur illa, iubeturque palàm ac liberè mentis suæ consilium aperire. Illa autem suæ con- fessionis auspiciura principium, diuino quo flagrabat afflata spiritu, primò cur ipsum Claudium licet patrum non admisisset more Romano ad osculum, reddidit rationem; nimirum quòd dæmonum sacrificijs os pollutum haberet. Quid plura? Tanta vi, diuini- tus sibi impartita loquendi libertate, hominem redarguit impietatis, eoque adegit, vt & deos relinquere, Christianamque religionem ex animo consecrari eidem persuaderit, qui antè Christianos fuerat persecutus: quem Caius Papa, explorata in omnibus eius sincera fide, nomen ipsius recipiens, inter catechumenos voluit more solito profiteri.

Rediens verò Claudius domum, cum hæc omnia Præpeditæ vxori nuntiasset: illa cum diu antè de fide Christiana sectanda consilium iniisset, sed viri impietate perter- rita destitisset, audita viri tanta à Deo facta mutatione, repente ad Caium Papam se con- tulit, ad pedesque procidens, eosque ex more (vt acta habent) exosculata, eoque se ad fidem recipi postulauit. aderat cum eo & Susanna, quæ eam amanter suscepit. Sed & sequenti nocte reuersus est Claudius domum Gabinij, secum ducens duos quos habebat filios,

eosque

A eosque pariter fide Christiana initiari rogauit: quos Gabinus Christianam fidè edocuit, ipsumque Claudium baptizauit, quem Caius Papa sacro chrismate ex more perunxit: idemque filios eius Alexandrum & Curiam, necnon eorum matrem Præpeditam pari- ter sacro Baptismate abluit.

Post hæc obtulit (inquiunt Acta) pro illis sacrificium in eadem domo, & consecra- uit corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & lac & mel & fontem, participa- uitque cum omnibus mysterium Dei.] Reddidimus hæc ipsa verba ex Actis ipsis, quo illius Ecclesiasticæ consuetudinis vsus, cuius meminit Tertullianus^a, eiusmodi relin- quatur testatus exemplo. Ille quidem recensens antiquas in Ecclesia Catholica præscri- ptas consuetudines, cum de Baptismatis ritibus locutus est, addidit: Inde suscepti lac- tis & mellis concordiam prægustamus, &c.] typum quidem hæc gerebant, quod per Baptismi gratiam, qui antea erant filij iræ, habitantes (vt ait Psalmus^b) in terra deserta, loco horro- ris, & vastæ solitudinis, per Baptismum terram illam promissionis videren- tur ingressi, quam lacte & melle manantem, præ sui excellentia, diuina Scriptura no- minare consuevit.

Sed prosequamur res gestas. Claudius, postquam Baptismum est consecutus, suas facultates cœpit in Christianos pauperes erogare, sed in eos potissimum qui tenerentur in vinculis, vel abdita loca quæsissent; supplex petens ab eis, vt eorum precibus Deum, quem Christianos persequendo ad eodè offendisset, mereretur habere propitium; addiditque ad expiationem sceleris, licet Baptismate esset sanctificatus, dorso cilicium. Sed cum diu in assiduis precibus perseuerasset, inuenitur eo habitu & statu corporis à germano suo Maxi- mo, Rei priuatæ Comite, misso à Diocletiano, vt de Susannæ nuptiis quid esset actum, cognosceret: qui ab eo perductus est in domum Gabinij, quæ erat ad Arcus (vt habent Acta) portæ Salarie, iuxta ædes Sallustij. Occurrens illis Gabinus, & introducens do- mum, ex more eiusmodi dedit orationem, sic exordiens: Oremus. Illisque humi prostra- tis, sic orauit: Domine Deus, qui dispersa congregas, & congregata conseruas, respice in opus manuum tuarum, & illumina omnes in te credentes, quia tu es lumen verum in sæ- cula sæculorum. Amen, responderunt omnes: surgentesque de terra mutuo se comple- ctuntur & osculantur. Claudius verò cum gaudio osculabatur pedes Gabinij sacerdotis.] hæc ibi. Eiusmodi laude dignam Christianorum, Romæ præsertim agentium, consuetu- dinem, vt sacerdotes excipientes ad se venientes, sic primum eos ad preces, ac post inde ad pacis osculum inuitarent, meminimus notasse quoque superius.

Aduocata quoque est Susanna, & de aduectu Maximi nuntiatum est Caio Papæ, cuius domus quoque erat & ecclesia prope ædes Sallustij: qui se illuc contulit. Ad cuius aduentum, qui erant congregati in domo Gabinij, in terram prostrauerunt se omnes ex more. quibus ille: In nomine Domini constantes estote. danisque orationem, dixit: Oremus. Domine Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, qui omnibus ad salutem & vitam æternam misisti Dominum nostrum Iesum Christum, vt nos è mundi tenebris erueret; da nobis seruis tuis constantiam fidei, quia tu regnas in sæcula sæculorum. Responderunt omnes: Amen.] Consuetæ hæc videntur esse preces, cum Romanus Epi- scopus alios inuiferet, ac pariter hortaretur.

Sermonem quoque Caius post hæc ad eos habuit, audiente quoque Maximo: qui exosculatis Caij pedibus, de Susanna aperuit Diocletiani consilium. Sed instituto virgi- nis eidem patefacto, cum Caij, tum Claudij verbis admonitus Maximus, de fide Chri- stiana capeßenda cogitare, ac auidius querere cœpit: dimissusque domum, penitus per- suasus; æstuans calore fidei, sua mox cœpit in pauperes erogare. Elapsis verò diebus quinque, ad Caium rediens, ad pedes accidens, Baptismum enixius postulauit: quem de fide plenius eruditum, idem Caius baptizauit, atque ex more sacro chrismate inunxit, obtulitque sacrificium, ex eoque illum impertiuit. Cum autem per Thraßonem, Chri- stianum occultum, Maximus sua bona in egentes erogaret; re peruulgata, delatus est Maximus per Arsitium collegam Principi. Quid autem de eo iusserit Diocletianus, di- cemus anno sequenti, quo ea facta esse noscuntur.

MARTY-
RIVM CLAV-
DII, MAXI-
MI, ET SO-
CIVM.

Martyrol.
Rom. Bede,
Vitar. Adon.
Et alij die
16. Augusti.

III.
SERENA
AVGVSTA.

Martyrol.
Rom. Bede,
Vitar. Adon.
Et alij die
16. Augusti.

IV.
RESPONDE-
TUR FACI-
TAE OBIE-
CTIONI.

V.
ABOLERI
IVSSA NO-
MINA PLY-
RIVM.

Christi annus ducentessimus nonagesimus quintus Tusco & Anullino Consulibus consignatur: quo Diocletianus Imperator relatione Arsitij cum comperisset Maximum, necnon Claudium eiusque coniugem Præpedignam, Alexandrum & Cutiam affines suos recenter factos esse Christianos: eos omnes ab Vrbe abducos ad Ostia Tiberina incendio tradi, eorumque cineres in fluenta iactari mandat. Iulius ab Officio homo severissimus, mandato Principis eosdem ducens, dicto in loco, duodecimo Kalend. Martij incendio concremavit. relatus est horum martyrij dies in tabulas Ecclesiasticas, atque anniuersaria memoria consecratus. Hæc ex Actis S. Susannæ, quæ distincta temporum ordine, quæ priori, quæve posteriori anno sunt gesta, referimus. Cum enim (vt eadem Acta habent) mensis vnus & dierum sexdecim spatium intercessisset, ex quo de Susanna Diocletianus illud Claudio dedit in mandatis, & postea Maximo eius germano curandum negotium tradidit; cumque in iisdem Actis primum quinque, inde quindecim habeantur elapsi certi dies, antequam Maximus ad Diocletianum delatus esset, absque aliis diebus excursis, quorum nulla sit mentio; rursusque dicta Februarij die hos martyrium consummasse constat: affirmare necesse est, hoc anno, non autem præterito, quo de nuptiis Susannæ coeptum est agi, hos esse martyrio coronatos.

Dum autem Diocletianus de Susanna nepte sua Maximiano Cæsari matrimonio coniungenda initum semel consilium (quod dictum est anno superiori) implere satageret: & iam compertum habuisset, Susannam refragantem, esse Christianæ religioni addictam: eandem vnâ cum patre, Gabinio voluit custodiæ detineri, vt sic tam parentis, quam filiarum animum emolliret. Sed postquam quinquaginta & quinque dies ambo sic detenti fuissent; agit idem Princeps cum Augusta coniuge, vt Susannam ad se perduceret, eiusque animi consilium exploraret, & à suscepta noua religione reuocare studeret.] hæc modò ibi.

Sed antequam quæ Actorum sunt reliqua prosequamur, de Augusta Diocletiani coniuge, de qua incidit mentio, differendum. Ipsam enim dictam esse Serenam, non tantum quæ præ manibus sunt Acta Susannæ testantur; sed & res gestæ Marcelli Papæ, in super & Romanam ac reliqua omnia Martyrologia antiquitus scripta eidem veritati adstipulantur. Siquidem quòd Christiana esset de Christianis optimè mèrita, ac sancto sine quieuerit, Occidentalis Ecclesiæ tabulæ omnes eius memoriam antiquitus scriptam conseruant: nam decimo septimo Kalend. Septembris natalis eius dies adscriptus habetur.

Deridebunt hæc fortasse litteraruli, qui, Gentilium instar, candidam Christianam simplicitatem ex more suggillant, quòd apud scriptores Ethnicos, vel in antiquis inscriptionibus nulla penitus de Serena Augusta Diocletiani vxore, mentio habeatur. Sed dicant, quoniam alio nomine Diocletiani coniux Augusta ab antiquioribus dicta inueniatur? Quòd si alio nomine eam quis appellatam posset inuenire, non tamen propterea Serenæ nomen explodendum esset: quid enim absurdi est, vt Imperator, qui tot annis vixit, plures diuersis temporibus vxores habuerit? vel illa ipsa etiam Serena fuerit cognominata? At cum nulla sit mentio apud scriptores Ethnicos, nec in antiquarum inscriptionum monumentis vestigium vllum extet de eius coniugis nomine: quo iure quis negare poterit, eam non eo nomine esse dictam, quo in Actis sanctorum martyrum reperitur adscripta, & in tabulis Ecclesiasticis appellata? Prodant aliud nomen, quibus displicet nomen Serenæ Augustæ: sed cum non inueniant, nihil est vt faciant de nomine controuersiam.

Fortasse accidit (haud enim inanis est coniectura) quòd cum absque exemplo inter tot coniuges diuersorum Imperatorum solius inueniatur vxoris Diocletiani nomen excidisse, id in odium Christianæ religionis factum esse decreto Principis, vel ex Senatusconsulto (quod alias sæpè accidisse scimus Imperatoribus) vt nomen eius abolitum atque abrasum penitus fuerit: quod in chartis Christianorum tantum modò integrum manserit. Deperditis enim semel commentariis Claudij Eusthenij de rebus Diocletiani tum, nomen Augustæ ex libris Gentilium excidit, tum alia multa sunt penitus obliuione deleta. Sed iam cetera prosequamur.

Serena

A Serena igitur iussu Imperatoris Susannam accersens, tantum abest, vt eam conatâ sit à suscepta religione, quam & ipsa Augusta clam coleret, dimouere; vt eam in ipsius confessione vehementer corroborarit, & fortiter atque constanter agere hortata sit. Nam ipsam apud se diebus plurimis detinens, vnâ simul cum ea ex Christianorum instituto diu noctuque quæ erant Christianæ religionis officia frequentabat. Cum verò innotuisset Imperatori, Susannam perstare in sententia de Christiana fide sectanda, ac coniugio resutando; eandem in Gabinij patris domum reduci mandat. Ad quam Maximianus Cæsar, cui eam Diocletianus sponderat, veniens, vim virgini illaturus; resiliit correptus numine, cuius fulgore eam ambiri atque custodiri cognouit: sed totum magiæ tribuitur, cum Diocletiano, quod acciderat, aperitur.

Quamobrem Imperator, misso ad eam Macedonio, iubet eam occultè subijci quæstioni, & in refragantem animaduerti. Abiit ille, conuenit eam: admouet tripodem: iubet vt thura offerat Iouis, quod statuerat, simulacro: sed detestata illa facinus, flexis genibus Deum est deprecata, vt abominabilem impietatem euerteret: quamobrem diuinitus factum est, vt Iouis statua ob eorum oculis euanesceret, & alibi sit inuenta in terra prostrata. Quæ cum à Macedonio renuntiarentur Diocletiano, iussit eam intra domesticos parietes gladio necari: quo percussa spiritum Deo reddidit, sicque gloriosam martyrij coronam laureæ virginitatis adiecit.

Quæ autem post hæc secuta sint, ipsa Acta habent his verbis: Vbi comperit Serenam Augusta Susannam martyrium suum forti animo consummasse; gaudens, noctu in ædes illius aduenit, corpusque eius propriis manibus curauit, linteo inuoluit, & aromatibus condiuit opere polinctorio, sepeluitque in Arenario, in crypta apud sanctum Alexandrum, tertio Idus Augusti: velum autem, quo sanguinem eius absterfit; apud se in theca argentea retinuit, & diu noctuque erat furtiuus precibus ibi orans.

A die quo Susanna percussa est, beatus Caius Papa in domo Susannæ, in loco vbi percussa est, iugiter obtulit sacrificium pro eius commemoratione. erat coniuncta Caij domus cum ædibus S. Susannæ & Gabinij patris eius. Atque inde factum est postea, vt statio Christianorum in duabus illis ædibus fuerit instituta. facta sunt hæc in sexta Regione; apud Vicum Mamuri, ante forum Sallustij.] hucusque ibi. Mentio est de Vico Mamuri, seu Mamurei, in Regione sexta, apud Sextum Rufum & P. Victorem. At de statua Mamurij plumbea, quæ loco nomen dedit, celebris est apud antiquos scriptores memoria. claruit Mamurius statuarius temporibus Numæ. Forum quoque Sallustij ibidem positum fuisse, iudem tradunt auctores. Celebris atque frequens est mentio apud Gentiles auctores de ædibus hortisque Sallustij, in eadem Regione positis.

Perseuerat hæctenus nobilis Memoria S. Susannæ eodem in loco: sed quæ erat Caij illi propinqua, iam est vetustate collapsa. Mentio crebrò fit in tabulis Ecclesiasticis Tituli S. Susannæ: qui locus nostra ætate auctus est nobili monasterio sacrarum Virginum institutionis S. Bernardi. Quomodo verò eadem ex causa, tum pater Susannæ Gabinus, tum etiam Caius Papa subire, eodem Diocletiano iubente, martyrium; dicemus anno sequenti, quo vetera monumenta contigisse testantur.

Saluatoris Domini nostri anno ducentesimo nonagesimo sexto, Consulibus Diocletiano Augusto sextum & Constantio Cæsare, vigesima secunda Aprilis, Caius Papa martyrio coronatur, cum sedisset annos duodecim, menses quatuor, & dies quinque. De his autem quæ passus est sub Diocletiano, hæc in libro de Romanis Pontificibus scripta habentur: Hic fugiens persecutionem Diocletiani, in cryptis habitans, confessor quieuit: martyrio coronatus post annos octo.] hæc ibi. Porro eiusmodi latebræ contigisse videntur post martyrium S. Sebastiani & aliorum, quos idem Caius ad fidem instituit & baptizauit. Causam autem suscepti ab eo martyrij paulò post addit auctor, sic dicens: Qui post annos XII. cum Gabinio fratre suo, propter filiam Gabinij, nomine Susannam, martyrio coronatur: sepultus in cœmeterio Callisti, via Appia, decimo Kalendas Maij.] hæc ibi de Caij atque Gabinij eius germani martyrio.

L II 4

Quod

II. CAII PAPAE INSTITVTA.

Quod verò ab eodem Caio hæc instituta dicantur: Hic constituit, vt omnes ordines in Ecclesia sic ascenderent: si quis Episcopus fieri mereretur, vt esset ostiarius, lector, exorcista, acoluthus, subdiaconus, diaconus, presbyter, & exinde Episcopus ordinaretur: nequaquam sic sunt intelligenda, vt ipse primus instituerit, vt ad summum ordinem ascensus, per inferiorum ordinum gradus conscenderet sublime fastigium sacerdotij: nam eiusmodi hierarchicum in Ecclesia ordinem iam temporibus Apostolorum stabilitum fuisse, atque vsu receptum, superius pluribus est enarratum: Sed Caij de hac re decretum illud fuisse videtur, vt non prouideretur ad thronum Episcopalem, nisi qui in singulis inferioribus ordinibus consueto tempore ministrasset. Rursus ibi de eodem: Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros viginti quinque, diaconos octo, Episcopos per diuersa loca quinque. Fertur eius nomine epistola hoc anno, iisdemque Consulibus ad Felicem Episcopum data.

III. GABINIUS DIVERSO DIE PASSVS.

Quod autem spectat ad Gabiniij martyrium: nequaquam, quod hic simul cum Caio ponitur, eodem quo Caius ipse passus est die, nam in tabulis Ecclesiasticis natalis dies eius, qua martyrium consummauit, vndecimo Kalend. Martij habetur adscripta hoc elogio: Romæ natalis S. Gabiniij presbyteri & martyris, fratris beati Caij Papæ: qui à Diocletiano diu in custodia vinculis afflictus, pretiosa morte cæli gaudia comparauit.]

IV. MARCELLINI PAPAE.

Post Caij Papæ martyrium cessasse Episcopatum eius dies vndecim, in superius citato de Romanis Pontificibus cõmentario traditur: qua ratione dicendum est, Marcellinum successorem sedere cœpisse quinto Nonas Maij: quem fuisse Romanum, natum patre Proiecto, quæ ab eodem auctore sunt scripta, fidem faciunt. Quantum autem temporis hic sederit, in sine ex more dicemus. Hic autem admonuisse oportet, errare Eusebium, atque alios eum secutos; dum post Caium Papam sic successorem posuerunt Marcellinum, vt, Marcellum omnino prætereuntes, ex ambobus vnum constarint; existimantes nimirum similitudine nominis vnum eundemque esse cum Marcellino Marcellum. Verùm tabulæ Ecclesiasticæ, in quibus series Romanorum Pontificibus, Tabulæ Cresconianæ, ac denique Latini omnes, qui texuerunt catalogum Romanæ Urbis Episcoporum; & inter alios ex antiquioribus Opratus^a Mileuitanus, & S. Augustinus^b, omnes pari consensione vtrumque ponunt, nempe Marcellum & Marcellinum: quos ipsa sua ipsorum Acta diuersa (si ceteræ deessent testificationes) plus satis distinguunt ab inuicem.

^aOptat. cõtra Parm. lib. 2. ^bAugust. epist. 165

V. DE MARCELLINI EPISTOLA.

Extat eiusdem Marcellini nomine inscripta epistola, hoc anno, octauo Idus Septembris data ad Salomonem Episcopum, qui ipsum consuluerat de hæreticis nuper emergentibus, & ex Pauli Samosatani, paulò antè Antiochiæ damnati, schola progressis, qui Christi negarent diuinitatem, & æqualem cum Patre honorem & cultum. Cetera autem de Marcellino suis locis sæpè inferius dicturi sumus.

VI. EPISC. IEROSOLYM. SVCCESIO. ^cEuseb. lib. 7. cap. vlt.

Hoc eodem anno decimotertio Imperatoris Diocletiani, post Hymenæum ponitur ab Eusebio in Chronico Zambdas Episcopus Ierosolymorum, de quo hæc in Historia^a: Ierosolymorum Ecclesiæ ministerium post Hymenæum Episcopum, quem paulò antè demonstrauius, Zambdas cepit: paulò post isto mortuo, Hermon, profremus eorum qui ante persecutionem nostra memoria ibi concitatam fuerunt Episcopi. Hec ibi. sed de Hermone inferius. quantum autem quisque eorum temporis sederit, haud est certum.

I. LEGIO THEBAICORVM ROMAM VOCATA.

Christi anno ducentesimo nonagesimo septimo, creati sunt Consules Maximianus Augustus quintum, & Galerius Maximianus Cæsar secundum, cum Marcellinus Papa iam secundum sedis suæ annum auspicaretur: quo legio Christianorum militum Thebæorum ab Oriente Romam euocatur aduersus novos emergentes tyrannos Amandum & Ælianum. Qui omnes Christi milites ab eodem Marcellino Papa exhortatione firmantur, vt à fide Christiana numquam deficiant, paratiq; potius sint milles, si opus esset, profundere vitam, quàm fidei in Christum leue saltem dispendium pati: cuius oratione, fidei constantia roborati, cum militarent in Galliis, omnes gloriosè pro fide certantes, consecuti sunt apud Agaunum coronam martyrij.

At

At tam nobile militum Christianorum certamen planè dignum est, quod ex certis probatissimè auctoribus hic Annalibus intextatur. S. Eucherius Episcopus Lugdunensis ex antiquioribus monumentis eorum martyrij Acta iam propè iniuria temporis antiquata, recentiori memoria restituta, posteris legenda tradidit. Fuissent hæc collocanda superius, cum (vt eorum habent Acta) Maximianus creatus est Cæsar: sed quod eadem contineant, hæc agi cœpisse, cum iam Marcellinus Papa Ecclesiæ Romanæ præfesset, hic meritò, vbi eiusdem Pontificis absoluitur annus primus, atque secundus incipit numerari, ea recensenda putamus. Eucherius igitur cum egregiam nauarit operam, vt eorumdem martyrum Acta quàm diligentissime peruestigaret, eademque perquisita describeret, ad Syluium Episcopum de iis perbreuem scripsit epistolam his verbis:

II. MARTYRVM THEBAICORVM CERTAMEN.

Domino sancto ac beatissimo in Christo Syluio Episcopo, Eucherius Episcopus. Misi ad beatitudinem tuam scriptam nostrorum martyrum passionem. Verebar namque ne per incuriam tam gloriosi Gestæ martyrij ab hominum memoria tempus aboleret. Porrò ab idoneis auctoribus rei ipsius veritatem quæsiui: ab iis vtique, qui affirmabât se ab Episcopo Geneuensi S. Isaac huic, quem protulit, passionis ordinem cognouisse: qui credo hæc à viro temporis antepioris acceperit. Atque cum alij ex diuersis locis atque prouincijs in honorem officiumque sanctorum, auri atque argenti, diuersarumque rerum munera offerant: nos scripta (si vobis suffragantibus dignantur) offerimus, vtique exposcentes pro eis intercessionem omnium delictorum, atque in posterum iuge prælidium patronorum semper meorum. Mementote vos quoque nostri in conspectu Domini, sanctorum semper officijs inhaerentes, domine sancte, & meritò beatissime frater. Hæc Eucherius. Periisset hæc etiam cum alijs epistolis eiusdem Eucherij (nam liber epistolarum, quem ab eo fuisse conscriptum ferunt, penitus excidit) nisi iisdem martyrum Actis præfationis loco apposita esset. Præmissa post hæc breui præfatione, narrationem rerum gestarum sic exorditur:

III. S. EUCHERII EPISTOLA.

Diocletianus Romanæ Reipublicæ Princeps cum ad Imperium totius Orbis fuisset electus, omnesque prouincias turbati quorundam præsumptione perspiceret: ad consortium Imperij vel laboris olim sibi commilitonem Herculium Maximianum Cæsarem fecit: eumque contra Amandum & Ælianum, qui in Bagaudarum nomèn præsumptione seruiliarma commouerant, & ad Gallias delinavit. Eadem planè de tumultibus Gallicanis Eutropius^a quoque his verbis: Ita rerum Romanorum potitus Diocletianus, cum tumultum rusticani in Gallia concitasset, & factioni suæ Bagaudarum nomen imponeret; duces autem haberent Amandum & Ælianum: ad subigendos eos Maximianum Herculium Cæsarem misit, qui leuibus prælijs agrestes domuit, & partem Galliarum reformauit. Hæc Eutropius; eadem quoque Orofius^b.

IV. TYRANNI AMANDVS ET ÆLIANVS.

Electo igitur Maximiano, qui ad hos compescendos tumultus in Gallias secesserat; ei ad supplementum exercitus (inquit Eucherius^c) legionem Thebæam ex Orientalibus militibus ire præcepit: quæ legio sex millia sexcentos sexaginta sex viros validos animis, & instructos armis, antiquorum Romanorum habebat exemplo. Hi igitur milites Christianæ religionis ritum Orientali traditione à Ierosolymitanæ urbis Episcopo susceperant. Hoc idcirco accidit, vt Thebæi milites à Zambda Episcopo Ierosolymitano Christiana fide imbuerentur: quod eadem legio in hibernis esse solet in Palæstina, vbi ad Parthorum atque Persarum tumultus comprimendos cum alijs legionibus in Syria agentibus præstò esset. Sed addit:

^aEutrop. li. 9.

^bOrof. lib. 7. cap. 25.

V. MAXIMIANVS CONTRA TYRANNOS. ^cApud Sur. tom. 5. die 22. Septemb.

Hi (inquit) fidem sacram virtuti & armis omnibus præponebant. Ad Urbem quippe Romam itinere attingentes, eandem Christianitatis fidem, quam acceperant, apud beatum Marcellinum prædictæ Romanæ Urbis Pontificem confirmauerunt; vt antè gladio interirent, quàm sacram fidem Christi, quam acceperant, violarent. Recepti igitur à Diocletiano Cæsare, iubentur vt post Maximianum collegam iter, quod cœperant, ad Gallias tenderent. Hæc ipse. quæ autem post hæc secuta sunt, ab auctore prolixius enarrata, nos breuiori compendio perstringemus. Alpibus ab exercitu superatis, iam Ostodorum cum ventum esset, & Maximianus hostes obuios aggressurus esset, ex more, Iustrandi exercitus consilium inuit. Ad hæc agenda præparauit consueta sacrificia, quibus milites expiati, super aras iurarent, aduersus imminentes hostes se pari fortitudine pugnatos: id enim sapius solitum factitari, cum præsertim periculum aliquod immineret, multa apud Gentiles historicos sunt exempla. Cum ergo legio Thebæorum hæc parari

VI.

LIVSTRATIONE EXERCITVS DETECTI MARTYRVS.

parari viderent; quod scirent se eiusmodi sacrificiis non tantum non lustrari, sed iniquari: communicato consilio, secessionem potius facere, & maiestatis criminis argui, quam sacrificiis nefandis fidem Christianam vel minimum quidem pollueret, & apud Deum impios reperiri, obfirmatis animis omnes vna decernunt.

VII. Noua hæc quidem in milites Christianos ab Imperatore exercetur impietas: nam cum aliis sæpius in castris Christiani consueuerint militare (vt superius fusi dictum est) numquam tamen in procinctu ad sacrificium compulsi sunt, nec sacramento militiæ ad aliud quippiam, quam quod propria religio admoneret, numen iurandum. Quodnam autem esse soleret eiusmodi iuramentum à Christianis militibus præstari solitum, quibusve esset verbis expressum, Vegetius^a docet, cum ait: Iurant per Deum, Christum, & sanctum Spiritum, & per maiestatem Imperatoris, quæ secundum Deum generi humano diligenda est & colenda.] & paulò post: Iurant autem milites, omnia se strenuè B facturos, quæ præceperit Imperator, numquam deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Romana Republica.] hæc Vegetius. Ad eiusmodi planè sacramentum Christianorum visus est alluisse Tertullianus^b, dum ait: Credimus humanum sacramentum diuino superinduci licere, & in alium Dominum respondere post Christum] quod scilicet per Imperatoris maiestatem Christiani post Christum iurent: sic enim locus ille mihi explicandus videtur.

^aVeget. de Re milit. lib. 2. IVRAMENTVM MILITARE CHRISTIANORVM. ^bTert. de coron. mil. c. 11.

VIII. Certè quidem Tertullianus^c, licitè Christianos per salutem Cæsaris iurare solitos, tradit, magnamque docet esse differentiam inter Gentiles, qui iurant per Genium Cæsaris, & Christianos iurantes per salutem ipsius. nam ait: Sed & iuramus, sicut non per Genios Cæsaris, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus Geniis.] sed & rationem reddit, dicens: Nescitis Genios dæmones dici, & inde diminutiua voce dæmonia? C Nos iudicium Dei suscipimus in Imperatoribus, qui gentibus illos præfecit. Id in eis scimus esse, quod Deus voluit: ideoque & saluum esse volumus, quod Deus voluit, & pro magno id iuramento habemus. Ceterum dæmones, id est, Genios adiurare consueuimus, vt illos de hominibus exigamus, non deierare, vt illis honorem diuinitatis conferamus.] hæc Tertullianus de Christianis militibus post Christum per vitam Imperatorum iurantibus. Viguit adhuc apud nonnullos idem vsus, & adhuc viger, vt sic homines iurent: sed temerarium atque periculosum visum est Francorum Regibus, eiusmodi à quocumque passim fieri solita salutis Regis per iuramentum oppignatio numini^d: quam obrem lege scripta cauerunt, ne quis præsumeret per vitam Regis ac filiorum eius iurare.

^cTert. in Apolog. cap. 31. PER SALUTEM CAES. NON PER GENIUM IURANT FILII DÆMONES.

^dNot. Pamel. apud Tertul. Apolog. c. 31. not. 50.

IX. Constat quidem Romanos exercitus fuisse refertos Christianis militibus; id enim Tertullianus^e affirmat: quos etiam pietatem cum militia cõiunxisse, certum est. tantum enim aberat à Christianis militibus, vt inter Gentiles in Romano exercitu militantes, quid vel saltem leue in religionem peccarent; vt, possent ne lauream ferre cum donatiuum acciperent, magna controuersia fuerit Seueri tempore (vt vidimus) in Ecclesia disputatum, contestante Tertulliano^f potissimum, id faciendum non esse. Sic igitur videas, contra ius falsque absque aliquo maiorum exemplo, immò contra priorum Imperatorum consuetudinem, Maximianum immenso odio, quo in Christianam religionem flagrabat, Christianos milites ad sacrificiorum contagionem compellere impiè studuisse.

^eTert. Apolog. cap. 37. CHRISTIAN MILITVM COPIA.

^fTertull. de Coron. milit.

X. Ne igitur Christiana legio, lustrationis ac iuramenti prætextu, eadem cum Gentilibus inuolueretur impietate, secessit ad octo millia passuum longius, ad locum dictum Aganum. Maximianus verò, ad eorum explorandam voluntatem, nuntium misit, qui eos pariter hortaretur reuerti ad castra; & quod commilitones facerent, idem ipsi præstare non detrectarent. Cum Mauritius Tribunus legionis, Exuperius Vexillarius, & Candidus ordinis Senatorij vir, nomine omnium responsum prudens quidem (vt par erat) dedere, paratos scilicet esse milites Imperatori in omnibus esse subiectos, & ad castra reuerti, atque aduersus barbaros (quod aliàs sæpè fecerant) strenuè pugnatos: verum quod Christianam religionem colerent, se numquam fore immolatos; ob idque nolle redire.

MAVRITIVS AD MARTYRIVM MILITES ARMAT.

XI. His auditis, ira succensus Maximianus, decernit in eos publicum militare supplicium; nimirum, vt decimum quemque eorum gladius feriret, quem fors funesta monstraret. Vetus est genus supplicij in delinquentem exercitum ab Imperatore solitum exerceri: de quo plura à nobis in Notis^g sunt dicta. Cum autem legioni innotuisset ferale decretum Principis, lætissimè id accepit, rata nimirum sibi decerni triumphum, quo milites cælum conscenderent martyrio laureati post Christum, cum eo perpetuò regnaturi.

DECIMATIO EXERCITVS.

^gNot. in Martyrol. Rom. die 22. Sept. b.

Porro

A Porro incensos omnium martyrij amore animos, Mauritius ad eos habita concione, qua omnes corroboraret in fide, reddidit subeundi pro Christo mortem desiderio flagrantissimos. Quid plura? Decimantur milites; reliqui verò vt redeant Octodorum, Principis mandato iubentur. Reuertes illi, iterum decimantur: sed nec sic qui remanserunt, illi parent vt ad exercitum redeant, expectantes singuli eadem cum Christianis commilitonibus subire optatissimam sibi sortem: quorum desiderium magis magisque incensum est alia proximè habita ad eos ab Exuperio concione.

Cum autem illorum immotum animum Imperator, iterum facto periculo, satis comperit exploratumque habuisset, desperans omnino quemquam illorum à Christiana fide posse deduci: omnem tandem in eisdem immittit exercitum, à quo singuli trucidantur. Ferocissimum impetum sustinent illi protecti scuto fidei, gladio spiritus, & galea salutis armati; ac proinde nouo pugnandi genere victores effecti, de prostrata impietate ac fide saluata, gloriosissimis martyrij coronis aucti, æternam in cælo beatitudinem sunt feliciter consecuti. Hic finis Thebææ legionis Christianæ certaminum, quorum coronas, palmas, trophæa, atque triumphos Dei Ecclesia ab eo tempore in hodiernum anniuersaria celebratæ commemorare non desinit.

Sed quid post hæc, eadem die, Victori Christiano militi veterano illuc casu aduenienti contigerit, ipsum Eucherium id his verbis narrantem audiamus: Interea veteranus quidam vltimæ ætatis senio fatigatus, nomine Victor, ad contaminatum cadibus locum itineris necessitate deductus est. Dum ad epulas pro ætatis veneratione ab omnibus rogaretur, requirere cœpit, quænam esset causa lætitiæ, quod inter tot corpora interemptorum, gaudentes exultantesque possent milites epulari? Dicitum à quodam est, quod cum legio Christianæ studio legis cærimonias Romanas, cultumque deorum pariter cum Imperatoriis iussionibus contemnere voluisset, datam eam necesse esse, vt disciplinæ militaris traditus ordo seuerius teneretur. Tunc Victor altè gemitum trahens, grauiterque suspirans, detestatus conuiuas, detestatusque conuiuium, exclamat: Heu me, qui per tot annorum militiam ad hanc ætatem veni, & in hac legione militare non merui. Quàm benè inter tales gloriosæ mortis honore donatos finem vitæ inuenire potuissem! Saltem si commilitare indignus eram, vel me ante has duas horas viandi necessitas derulisset, vt senilis pectoris cruor tantorum virorum victimis misceretur. Obruleram corpus hoc neci, dum modò tantæ laudis consortio non carerem.

Talià dicentem profanorum statim turba vallauit: quæ, vtrum Christianus esset, respondere minaciter iubet. At ille paululum oculos ad cælum erigens, tali percontantibus sermone respondit: Longus me viuendi vsus ad hanc quam videtis perduxit ætatem. Quæcumque in hoc mundo aguntur, aut studium reperit, aut rerum volubilitas agit, aut varius semper casus infestat: quodcumque volumus, optamus, scimus, aut cupimus; totus mundus caligine submersus, tenebris circumfluentibus, latet, nisi nobis aut viam Christus ostenderit, aut lumen Christi affulserit. Quod ego fideli mente perpendens, vltimam vltimo contestor affectu: quod si me ad tempus paulò antè trucidatæ legionis itineris necessitas derulisset, conuiuiis, & epulis vestris horum funerum consortium prætulisset. Sed iam nunc præstabit Christus, vt Christianum me, vel ob professionem meam, transire vltius per beata funera non sinatis.

Hæc cum loquentem subita percussoris obruncat infania. Ita vir sanctus consortium sanctorum celeri confessione promeruit, ceterisque martyribus in eo loco sicut morte, ita est honore coniunctus.] hucusque Eucherius de Victori præclaro martyrio. Addeque duos alios eiusdem legionis milites absentes, Vrsum, atque Victorem alium Solodori passos esse pridie Kalendas Octobris. Quo modo autem eorumdem corpora sunt inuenta, idem auctor inferius narrat historiam. Tu verò consule alia multa, quæ ad dictorum martyrum memoriam spectantia notauimus in Romano^a Martyrologio. Quæ autem idem Eucherius subdit de diuina vltione in Maximianum Imperatorem, suo loco dicemus.

Hos omnes ad martyrium præcessisse visi sunt, antequam Alpes superasset Romanus exercitus, duo insignes eiusdem legionis milites, nimirum Secundus & Alexander, qui passi dicuntur septimo Kalendas Septembris, qua die eorum memoria eiusmodi celebratur encomio^b: Apud Albentimelium Liguriæ ciuitatem, sancti Secundi martyris, viri spectabilis, & ducis ex legione Thebæorum.] ac rursum: Bergomi in Gallia Cisalpinæ, sancti Alexandri martyris: qui & ipse vnus ex eadem legione, cum nomen Domini nostri

XII. RELIQUIORVM TRUCIDATIO MILITVM.

XIII. VICTORIS MARTYRIVM.

XIV. VICTORIS CONFESSIO.

XV.

VRSVS ATQUE VICTOR MARTYRES.

^aDie 22. Septemb. a b. ep. 30. eiusdem.

XVI. ALEXANDRI ET ALIORVM MARTYRIVM. ^bMartyrol. Rom. Beda, & alij.

nostri Iesu Christi constantissimè fateretur, martyrium capitis abscissione compleuit.] A Sed & Taurini quoque eiusdem legionis nobilissimi milites Octavius, Solor, & Aduentor glorioso martyrio erexere trophæa victoriæ, quorum celebritati dicata est dies duodecima Kalendarum Decembrium.

XVII. Verùm alij quoque eiusdem legionis milites sunt postea martyrio coronati : qui antequam ab Imperatore fides illorum exploraretur, ab eodem aduersus Carausium fuerant amandati, eo fortasse consilio, vt cohortibus ab ea legione diuulsis, debilis remaneret, nec quid noui tentandi, diuisis viribus, locus relictus esset. Cecinit de iisdem martyribus Venantius Fortunatus carmen elegiacum. Sed & alij quoque plures, qui eadem expeditione in Romano exercitu inuenti sunt Christiani, pariter coronam martyrij sunt consecuti.

Sic namque posthac creuit Maximiani odium in milites Christianos, vt iis, quos aduersarios diceret esse deorum, exercitum omnino purgandum esse statuerit : tunc enim B sibi Herculem, quem præcipuè colebat, à quo & cognomen deduxerat vt Herculi diceretur, existimabat sibi fore propitium, si milites numen illius spernentes pœna mulceteret. Sed & felices rerum euentus eundem magis magisque in sententia stabilierunt : nam eius aduentu in Gallias tyrannos Amanum & Ælium absque aliquo vel leui tantum exercitus damno compressit, & Carausium prouinciam ad Oceanum positam ministrantem, ac in Romanum Imperium rebellantem, in Britanniam fugere compulit.

XVIII. At quiaam fuerint illi martyres, qui in ea expeditione eiusdem Maximiani iussu, Christianæ religionis obtentu, necati sunt? Helinandus^a audiamus, qui eadem omnia ex antiquioribus monumentis accepta breui sermone contexuit : celebris suorum temporum scriptor eiusmodi oratione rem gestam profequitur enarrare : Maximianus Augustus, coadunato exercitu, permixto tamen Fidelium & infidelium cœtu, festinus Alpium iuga transgrediens, Gallias appropinquabat, soloque aduentu suo Amando & Æliano ducibus tumultus perterritis, seditionis illius tempestatem faciliè sine sui exercitus damno sedabat. Comperto verò quòd Carausius quidam nobilis insidias contra Romani regni fines moliretur, qui tamen Procurator constitutus erat prouinciæ quæ est iuxta Oceanum, vbi Franci iam secundò à suis sedibus expulsi iuxta Gallorum & Saxonum confinia confederat : misit illuc per Rheni fluminis aluèam partem sui exercitus, cuius militari virtute nefarius castaretur inceptus. In quo itinere præcipuos belli Domini ducibus, Gereonem, Victorem, Cassium, & Florentium, felices turme Christianorum militum sequebantur.]

XIX. Paulò post verò, narratis quæ ab eodem Maximiano apud Agaunum in legionem Thebæam sunt impie perpetrata, ad dictos milites aduersus Carausium missos stylum conuertens, sic ait : Hæc primùm apud Agaunum oppidum, vbi maxima multitudo sancti resedit exercitus, agebantur : inde præcedentium secuti vestigia, repererunt primarios milites Cassium & Florentium, cum septem aliis similis constantiæ viris, iuxta Veronam ciuitatem in ripa Rheni fluminis confidentes, aliosque cum eis quamplurimos eiusdem agminis, sed non eiusdem intentionis satellites. Hos dum agnouissent de orientali fuisse præsidio, sæuientes contra eos, de professione sciscitati sunt. Cumque illi nec voluntate cordis, nec sententia responsionis à superioribus discreparent, submissis capitibus, in eodem loco pro Christi nomine perempti sunt.

XX. Mox ergo ad beatum Gereonem eiusque socios trecentos decem & octo cum illo pariter fide veritatis armatos persecutor nescio velocius an fama peruenerit. Progressi tamen paululùm ante subsequentes carnifices, in campis Agrippinæ magnæ ciuitatis martyrij gloriam, sese inuicem cohortantes, prætolati sunt. Quibus continuò superuenientes hi qui missi erant à Iudice, nullam in eis defendendi, vel à proposito deficiendi voluntatem, sed constantissimam nominis Christi inuenerunt confessionem. Ibi beatus Gereon dux & martyr egregius cum illis Regis æterni vernaculis, edomitis omnibus quæ ad huius vitæ delectationem possent allicere, semetipsum spontaneus obtulit hostiam viuam Deo. Infanti verò tortores sanctorum ibidem corpora cruentantes, per campi illius planitiem traxerunt, & in puteum quemdam maximum proiecerunt. Monstratur autem vsque hodie in loco, vbi sanctus Gereon trucidatus est, sanguinis ipsius spectaculum, & ipse locus, A D M A R T Y R E S, ab incolis acceptum feruat vocabulum.

XXI. Hæc itaque dum agerentur, cohors illa, quæ beatum Victorem comitabatur, ad locum cui destinata est properans, peruenit ad oppidum Francorum, quod ex maiorum suorum sedibus Troiana nuncupabant, ibique cum Duce suo castra in pratis virentibus posuit.

MAXIMIANI
ODIUM
IN MILITIBUS
CHRISTIANOS.

XVIII.
^a Apud Sur.
209. s. III
20. Octobr.
GEREONIS
ET SOCIO-
RVM CER-
TAMEN.

CASSII ET
FLORENTII
ET SOCIO-
RVM MAR-
TYRIUM.

GEREONIS
ET SOCIO-
RVM MAR-
TYRIUM.

XXI.
VICTORIS
ET SOCIO-
RVM MAR-
TYRIUM.

A posuit. Nec minùs audaces illi cruentique milites adfuerunt : peremptoque illic fortissimo Christi milite Victore, cum trecentis triginta martyribus, sancta eorum corpora in locis palustribus submerferunt. Tandem optatis locupletati spoliis cum exercitu reliquo, quia Carausius ille fugiens, sese in Britanniam transtulit, per viam, qua venerant, læti pro scelere redierunt.] hæc Acta.

At de Carausio hæc Eutropius^a : Post hæc tempora etiam Carausius, qui vilissimè natus in serenæ militiæ ordine famam egregiam fuerat consecutus, cum apud Bononiam per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepisset, quod Franci & Saxones infestabant ; multis barbaris sæpè captis, nec prædaintegra aut prouincialibus reddita, aut Imperatoribus missa : cum suspicio esse cœpisset, consultò ab eo admitti barbaros, vt transeuntes cum præda exciperet, atque hac se occasione ditaret, à Maximiano iussus occidi, purpuram sumpsit, & Britannias occupauit.] hæc ipse. Sed res tunc gestas aduersus milites Christianos, idem qui supra auctor enarrare pergens, hæc subdit :

Eodem verò tempore de Mauritania, quæ est pars Africæ, finitimisque regionibus milites ab Imperatore propter frequentes Gallorum tumultus euocati, in Galliam nauigio venerunt : quorum trecenti quinquaginta pro fide Catholica trucidati, cum beato Gereone eiusque sociis, beatorum corporum quietem & venerationem perpetuam delegerunt.] hucusque de militum coronis Helinandus, qui post hæc narrationem instituit de eorumdem sanctorum reliquiis dignè memoriis illustratis. Porrò horum omnium natales dies tabulis Ecclesiasticis habentur adscripti, quibus eorumdem celebritas quolibet anno vertere recolitur. Hæc autem temporibus Marcellini Papæ esse gesta, non tantum qui supra Eucherius fidem facit, sed & qui horum martyrum res gestas eadem est profecutus oratione ; licet sciamus hæc de Carausio ad exordia Imperij Maximiani referri.

C Tunc quoque accidisse putamus, vt Laureaci in Norico Ripensi quadraginta milites, Christianitatis quoque causa, grauissima passi sint : quos martyrij cupidissimus adiens commilito Florianus, oblatu Præsidi Aquilino, iisdem vestigiis confessionis insistentem, iterum atque iterum fustibus cæsus, & scapulis acutis clauis confossus, suspenso ad column lapide in Anisum fluuium præcipitatur quarto Nonas Maij^b, qua die anniuersaria illius celebritas recurrit. de eius corporis inuentione, & miraculis ibi fieri solitis, eiusdem Acta in fine habent.

Hæc & alia complura id genus in Christianos milites meditatus est Maximianus, homo (vt ait Victor) natura ferox, ardens libidine, consilio stolidus, ortu agresti, Pannonioque, & (vt addit Eutropius) inciuilis ingenij, asperitatem suam & vultus horrore significans. Sed & Iulianus Apostata in Cæsariibus eundem egregijs ignominie notis suggillat, quòd acerbus & intemperatus esset, rerum nouarum cupidus, & perfidie plenus, ob idque à bonorum Principum consortio à Sileno fingit exclusum.

D Porrò non tantum his temporibus in Occidente, sed & in Oriente quoque vexatos esse milites Christianos, testatur Eusebius in Chronico ; qui hoc ipso anno Diocletiani Imperatoris decimoquarto hæc ait : Veturius Magister militiæ Christianos milites persequitur : paulatim, ex illo iam tempore, persecutione aduersus nos incipiente.] hæc ibi. Verùm tam in Oriente, quam in Occidente, ac præsertim Romæ, non nunc primùm, sed ipso propè exordio eius Imperij (vt dictum est) quibusdam præludiis, agentibus Gentilitiæ superstitionis Pontificibus, & Proconsulibus in prouinciis, nonnullos martyres esse passos, certa eorumdem martyrum Acta superius recensita exploratissimam fidem faciunt : quæ martyria licet frequentia fuerint & immania ; habito tamen respectu ad ingruentem postea tempestatem, nullius propè momenti, ac planè leuia videri Eusebio vel aliis potuerunt, quem de iis quæ agerentur in Palæstina, vbi degebat, putamus intellexisse, cum alioqui non neget, sed æquè confirmet, persecutionem in Christianos pedetentim à nece Christianorum militum inchoatam.

E Qui enim penitus conuellere Christianam religionem decreuerant, sic eius primùm vires infringere aggressi sunt, Christianos milites tollendo, ne, cum in reliquos omnes publica eorum per Orbem edicta sæuirent, ipsaque furens persecutio grassaretur, essent qui obisterent armati milites Christiani. Digna planè atque rationabilis hæc illis visa est causa in milites sæuendi : ne quando iidem, cum viderent Imperatorum consilium de extirpanda penitus religione Christiana, turbas cierent, & tumultuantes secessionem facerent ac rebellarent. Vel quòd cum infame penitus haberetur Christianorum hominum genus,

XXI.
^a Eutrop. li. 9.
CARAVSIVS
TYRANNVS.

XXII.
MAVRITANIA
MARTYRES.

XXIV.
FLORIANI
ET SOCIO-
RVM MAR-
TYRIUM.
^b Martyrologium Rom. es.
die. Sur. tom.
3. ea die.

XXV.
MAXIMIANVS
QVA-
LIS.

XXVI.
MILITES
CHRISTIANI
IN ORIENTE
VEXATI.

XXVII.
CONSILIUM
DIOCLETIANI.

qui militia nobiles graui notati essent infamia ex nomine Christiano, acerba animaduersione digni haberentur: nam secundum quod Macer scripsit de Re militari: Quaedam delicta pagano aut nullam aut leuiorem poenam irrogant; militi vero grauiorem: ita tamen, vt si miles artem ludicram fecerit, &c.] Sane quidem qui desertores deorum essent, vti Christiani, praeter ceteris poena digni ab Imperatoribus habebantur.

De eiusmodi persecutione a militibus coepta, haec habet Eusebius: Pauld ante illud tempus, cum qui Imperij dominatum & potentiam occupabat, esset tamquam e graui & temulento sopore excitatus, atque adeo tempore inter Diocletianum & Galerium interiecto, clam & ex occulto primum in Ecclesia Dei inuaderet, non quasi aceruatim bellum contra nos suscipiendo; sed eos solos qui in exercitu Romano militiam exercebant, pedetentim adortendo (nam si prius cum illis concertans, superior forte discederet, reliquos ea ratione facile posse capi putabat) permultos eorum qui in militia versabantur, cernere potuisses, qui subeundibus animis vitam tenuem & abiectam amplexari maluerunt, quam pietatem & cultum erga Deum vniuersarum rerum opificem aliquando negare.

Vbi autem Dux, quisquis tamen ille fuerit, iam tum primum contra eos, qui ex nostris in exercitu Romano militabant, persecutionem excitauerat, & illos ab aliis militibus, in quorum numerum relati erant, segregauerat, seiuixeratque, & liberam optionem dederat vel honoris perfruendi, si edicto obsequerentur; vel eiusdem amittendi, si resisterent: multi admodum qui veri regni Christi milites erant, nulla mora interposita, fidei in eum confessionem, falsae & adumbratae gloriae, qua in mundo fruerentur, sine vlla dubitatione praetulerunt. Inter quos iam, licet numerus perexiguus, quandoquidem Dux lentius & moderatius adhuc in nos tendebat insidias, & paucorum admodum sanguinem fundere aggrediebatur: propterea quod multitudo Christianorum illum (vt erat verisimile) deterruit; & animum eius, ne bellum contra omnes simul concitaret, retardauit: licet inquam numerus perexiguus, vnus tamen & alter non modo dignitatem amittere, sed mortem etiam pro verae pietatis defensione oppetere voluerunt. At postquam apertius rem erat aggressus; nulla oratione aut dicendi vi explicari potest, quot & quam insignes Christi martyres his qui ciuitates quaeque & regiones incoluerunt, oculis cernere licuisset.]

Hucusque Eusebius de persecutione in milites primum omnium inchoata: ipse vero ab eo tempore quo generale edictum est promulgatum in omnes vbique Christianos agentes, narrationem exorditur: cum tamen plurima Christianorum militum certamina obuoluta penitus silentio praetermiserit. nam si ex iis qui in Occidente passi sunt Christiani milites, rationem ducere, & coniecturam facere licet de iis qui agebant in Oriente militibus; quorum, ob apparatus Persici belli, Aegyptiosque tumultus, ingentes fuisse copias, certum exploratumque videri debet: de iis qui inter eos militabant Christianis, quibus legiones fuisse refertas iam diximus, magnam eadem esse patratam quis neget? At quae, scriptorum inopia, egregia Christianorum militum pro fide certamina obscura remanserant, illorum saltem, qui in Occidente commilitones sunt passi, illustrantur exemplo; licet nec horum omnium fuerint praecleara facinora scriptorum memoriae commendata, nec nostri sit instituti omnium martyrum hic Acta conscribere, sed nonnullorum quae certis probatisque auctoribus egregie testata omni ex parte redduntur: ex quibus etiam de reliquis, quorum nulla extant scriptorum monumenta, quae quantave passi sint, probe liceat facere coniecturam.

IESV CHRISTI MARCELLINI PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.

ANNVS 298. ANNVS 2. ANNVS 15.

I. Dvcentesimus nonagesimus octauus Christi annus Fausto & Gallo Consulibus adscribitur Fastis: quo persecutio in Christianos milites saepe grassari coepta, longè lateque diffusa, totum Christianum orbem Imperio Romano subiectum inuasit. Sed inter alios egregios milites, qui Christi nominis causa afflictati sunt, magnopere martyrium Marcelli Centurionis elucet, qui Tingi in Mauritania passus est. Extant eius Acta, & quidem fidelissima, eademque perbreuia. Quae apud nos habentur, eadem panè sunt cum

XXVIII. Euseb. lib. 8. cap. 4. Decium & Gallium PERSECUTIO COEPTA IN MILITIBUS CHRISTIANIS.

XXIX. SEGREGANTUR MILITES CHRISTIANI.

INGENS MILITUM NUMERVS PASSVS.

MARCELLI CENTURIONIS ACTA.

A cum illis quae habentur edita. Citantur alia consignata huius anni Consulibus Fausto & Gallo. Nos vero, quae habemus praemanibus, hic describimus. sic enim se habent: In ciuitate Tingitana, procurante Fortunato Praefide, aduenit natalis dies Imperatoris. Ibi cum omnes in conuiuio epularentur, atque sacrificarent; Marcellus quidam ex Centurionibus legionis Traianae, profana reputans illa conuiuia, reiecto etiam cingulo militari coram signis legionis, quae tunc aderant, clara voce testatus est, dicens: Iesu Christo Regi aeterno milito. Abiecit quoque vitem & arma; & addidit: Ex hoc militare Imperatoribus vestris desisto, & deos vestros ligneos & lapideos adorare contempno, quae sunt idola furda & muta. Si talis est conditio militantium, vt diis & Imperatoribus sacra facere compellantur: ecce proicio vitem & cingulum; renuntio signis, & militare recuso.] haec Acta.

B Quod vero hic dicitur Marcellus Centurio vitem proiecisse & cingulum: erat vitis insigne Centurionum, quam manu gestarent, eaque in delinquentes milites animaduertent. vnde apud Iuuenalem de Mario gregario olim milite sub Centurione:

Nodosam post haec frangebat vertice vitem, Si lentus pigra muniret castra dolabra.]

Sed & Plinius, Centurionum (inquit) in manu vitis & opimo praemio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis poenam ipsam honorat.] nempe quod nobili ligno iidem delinquentes verberarent. Sed est & illud Taciti in animaduersione militum per Centuriones exhiberi solita ligno vitis, haec dicentis de Lucillo Centurione saeuissimo: Centurio Lucillus interficitur: cui militaribus facetiis, Cedo alteram; indiderat: quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, & rursus aliam poscebat.]

C Porro Centurioni vite verberanti reluctari minimè sine poena licebat. nam sic Macer in libro de Re militari, de milite irreuerente: Si vitem tenuit, militiam mutat] nempe in gradum inferioris ordinis redigatur. rursus: Si ex industria fregit, vel manum Centurioni intulit, capite punitur.] haec ipse ex praescripto veteris disciplinae. Iudicare subditos sibi milites Centurionem, est illud quoque Iuuenalis:

insissima Centurionum Cognitio est igitur de milite, &c.]

Sed post haec Acta: Stupefacti sunt autem milites ista audientes: tenuerunt eum, & nuntiauerunt Anastasio Fortunato Praefidi legionis: qui iussit eum conici in carcerem. Finitis autem epulis, residens in Consistorio praecipit introduci Marcellum Centurionem. Introductoque Anastasius Fortunatus Praefes ei dixit: Quid tibi visum est, vt contra disciplinam militarem te discingeres, & baltheum ac vitem proiiceres?] haec ibi modo. In desertores quosque militaria iura saeuisse, multo magis autem si desertioni miles aliud quoque crimen adiungeret, scripsit Arrius Menander de re militari, quamobrem grauissima visa est causa Marcelli, qui desertioni addidisse videretur impietatem, atque crimen, ob contemptos Principes, Maiestatis; cum alioqui omnis contumacia aduersus Ducem & Praefidem capite puniri solet. Sed quid ad haec Marcellus? Acta narrant his verbis:

Marcellus respondit: Iam die duodecimo Kalendarum Augustarum apud signa legionis istius, quando diem festum Imperatoris celebrastis, publice clara voce respondi, me Christianum esse, sacramento hinc militare non posse nisi Iesu Christo Filio Dei Patris omnipotentis.] Quamnam autem ratio esset, vt, qui haecenus militasset, iam sibi amplius militare non licere contestaretur: ex iis quae superius dicta sunt de aliis militibus Christianis, pietatis causa necatis, illam fuisse liquet, quod Imperatores cogent milites omnes diis sacrificare. Sed Acta rursus: Anastasius Fortunatus Praefes dixit: Temeritatem tuam dissimulare non possum, & ideo perferam Imperatoribus, & Caesari ipsi. Sanus transmitteris ad dominum meum Aurelianum Agricolaum, agentem vicem Praefectorum praetorio. Mittitur sub custodia Marcellus Centurio in Mauritania Tingitanam, ad Aurelianum Agricolaum.]

Cur autem a Praefide legionis ad Praefidem Mauritaniae amandaretur Marcellus Centurio, ea hic causa redditur, quod Aurelius Agricolaus, prouinciae Praefes, vicem ageret Praefecti praetorio: cuius in milites quoque summum ius erat, utpote qui locum teneret Magistri equitum, qui secundam post Dictatorem, cui focus accedebat, potestatem haberet. iure igitur reus Centurio religionis & militiae violatae, ab Anastasio Fortunato legionis Praefide, ad Agricolaum agentem in Mauritania vicem Praefecti praetorio

Annal. Eccl. Tom. 2.

M m m 2

torio

Aprud Sur. tom. 1. die 30. Octobr. Cuius Vasa. in Chron. ex Bren. Ebo. renf. I I. MARCELLVS ABSTINENT A SACRIFICIIS.

III. VITIS INSIGNIS CENTURIONIS. Inuen. sa. Plin. lib. 14. cap. 1. Tacit. Annal. lib. 1.

Militis agrum. s. is autem vestigiis vitem ff. de re iur. l. i. inuen. sa. 16.

IV. QUAE VITIS HABETUR DE MARCELLO.

Non omnes, qui desertionem ff. de re iur. l. i. inuen. sa. 16. et. omne s. co. tumacta. co. ff. V.

MARCELLVS MITTITVR AD AGRICOLAVM.

VI.

h. l. ff. de off. sic. Praefecti praet. l. i.

LEGITIMVS
IVDEX MI-
LITVM.

al. Desert. ff.
de re milit.

VII.
ACTA CO-
NAM A.A.
GRICOLAO.

VIII.

DIRECTIO
ARMORVM
GRAVE
CRIMEN.
b. Legit. com-
parat. S. ar-
ma. ff. de re
milit.

IX.
SENTENTIA
IN MAR-
CELLVM.

X.
MILITES AD
OPVS THER-
MARVM
DAMNATI.

c. Euseb. in
Chronico.

torio mittitur: cum alioqui ad quemvis praesidem provinciae minus mittendus fuisset, A cum Praesidis legionis esset in suos milites delinquentes, illo absente, legibus agere. de cuius iurisdictione haec Vegetius: Proprius autem Iudex erat Praefectus legionis, habens continne primi ordinis dignitatem: qui absente Legato, tamquam vicarius ipsius, potestatem maximam retinebat.] Quamobrem de provinciarum Praesidibus iure cautum erat, vt delinquentem militem mitterent iudicandum ad suum Ducem. Id enim Modestinus testatur, cum ait: Desertorem auditum ad suum Ducem cum elogio Praefes mittet: praeterquam si quid grauius ille desertor in ea provincia, in qua repertus est, admiserit. ibi enim plecti debere, vbi facinus admissum est, diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.] Hac quoque ratione accidit, vt reperiantur complures milites Christiani a provinciarum Praesidibus poenis affecti, & vltimo supplicio condemnati: quod nimirum ibi Christiani ij esse detecti fuissent, vel agerent vicem Praefecti praetorio, vt hic Agricolaus. Post haec ibi:

Sequuntur Acta Marcelli Tingi in Mauritania coram Aureliano Agricolo die tertio Kalendarum Nouembrium. In ciuitatem Tingitanam introducto Marcello ex Centurionibus, ex Officio dictum est: Anastasius Fortunatus, Praefes legionis, Marcellum ex Centurionibus praesentem ad tuam potestatem transmittit. Praesid est epistola super nomen eius: quam, si praecipis, recito. Agricolaus dixit: Recitetur. Ex Officio dictum est: Miles hic, reiecto cingulo militari, Christianum se esse testatur, coram omni populo in deos & in Caesarem multa blasphema locutus est: ideò eum ad te direximus, vt, quod ex eodem claritas tua sanxerit, iubeas obseruari.

Recensitis itaque litteris, Agricolaus dixit: Locutus es haec apud Acta Praesidialia? Marcellus dixit: Locutus sum. Agricolaus dixit: Quo furore accensus es, vt proiiceres sacramenta, & talia loquereris? Marcellus respondit: Furor nullus est in eis qui timent Dominum. Agricolaus dixit: Singula haec locutus es, quae in Actis Praesidialibus continentur? Marcellus dixit: Locutus sum. Agricolaus dixit: Proiecisti arma? Marcellus respondit: Proieci: non enim oportet Christianum hominem molestiis saecularibus militare, qui Christo militat.] haec ipse. Quod pertinet ad quaestionem de proiectis armis, per graue eiusmodi crimen videri poterat: nam si scutum, galeam, vel gladium alienando, desertionis criminis (vt Paulus b de poenis militum scripsit) miles reus constituebatur: quanto magis si contemptu militiae proiecisset? Quamobrem audita de projectione armorum Agricolaus Marcelli confessione, mox in eum mortis sententiam tulit, vt quae sequuntur Acta declarant. Sed quod Marcellus de armorum projectione eam asserat causam, quod non deceat Christianum hominem saecularibus molestiis militare, D per saeculares quidem molestias intellexisse militiam eius temporis, quam nonnisi dispendio fidei Christianae exercere possent, quod immolare diis milites cogerentur, superius dicta aperte declarant.

Sed quid post haec Praefes? Agricolaus dixit: Ita se habent facta Marcelli, vt haec disciplina debeant vindicari. Atque ita Agricolaus in Marcellum Centurionem dictauit hanc sententiam: In Marcellum, qui Centurio ordinarius militabat, qui abiecto publice sacramento, polluisse se dixit, & insuper apud Acta Tribuni alia verba furore plena deposuit, animaduerti placet. Cum ad supplicium duceretur, dixit Agricolaus: Nec tibi Deus benefaciat. Sic enim decebat martyrem ex hoc mundo discedere. Caesus capite occubuit pro nomine Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in saecula, Amen.] haec tenus Marcelli Acta, hoc anno, dictis Consulibus (vt demonstratum est) consignata. Porro eiusdem E Marcelli triumphus fuerunt quoque participes illius filij, numero duodecim, nimirum Claudius, Lupercus, Victorius, Facundus, Primitius, Hemetherius, Chelidonius, Faustus, Ianuarius, Martialis, Seruandus, & Germanus: qui omnes pro Christi confessione idem subeuntes certamen, eadem quoque sunt corona martyrij insigniti.

Victus autem Maximianus constantia militum Christianorum, non eos amplius gladio demeri, velocique martyrio necari voluit: sed vt eos, more seruorum, diuturno labore fatigaret, ad opus damnauit. Erigere enim aggressus erat ingentes aedificiorum moles, nempe Romae Thermas Diocletianas, Carthagine vero in Africa suo nomine Maximianas, quarum operi milites Christianos adscripsit. Hoc namque anno decimoquinto Imperij Diocletiani (inquit Eusebius c) Thermas Diocletiani Romae factas, & Maximianae Carthagine.] Verum non hoc anno perfectas, sed coepas esse dicendae sunt: quae post

A post annos septem absolutas & ornatas a Constantio & Maximiano Augustis, necnon a Seuero & Maximino Caesaribus sunt dedicatae, & publico vsui mancipatae. de quibus extat eiusmodi vetus a inscriptio: CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS INVICTI AVGG. SEVERVS ET MAXIMINVS CAESS. THERMAS ORNAVER. ET ROMANIS SVIS DEDICAVER.] haec denotasse volumus, quod integro isto septennio, quo tam immensa molis opus, Thermarum Diocletiani Romae aedificatio, perdurauit, Christiani eidem adscripti sunt operi, & tot annorum spatio eodem labore fatigati: erant enim illa (vt Marcellini b verbis vtatur) in modum provinciarum extructae, praecredibili sui amplitudine.

Huicigitur operi construendo Maximianus inter alios milites Christianos, illos adscripsit, de quibus haec in ipso exordio Actorum Marcelli c Papae habentur: Tempore illo, quo Maximianus ex partibus Africae rediit in urbem Romam; volens placere Diocletiano Augusto, vt in nomine eius Thermas aedificaret, coepit ob inuidiam Christianorum omnes milites, siue Romanos, siue alterius gentis, ad afflictionem laboris compellere, & per varia loca alios ad lapides, alios ad arenam fodendam damnare.] In ignominiam plane Christianae religionis, qui militia nobiles essent, iidem ab Imperatoribus persecutoribus contemptibilioribus subiciebantur poenis. Nam nonnisi fordidiores personas ad opus publicum damnari solitas, Paulus d Iurisconsultus declarat, cum ait: Si fordidiores personae erunt, in opus publicum eius temporis dabis.] & hoc contra ipsorum leges, quibus Modestinus e affirmat, non licere militem nec ad metalla damnari, neque torqueri. Sic videas Christianos milites transfugarum loco habitos; quos (vt idem ait Iureconsultus f) liceret torquere, & ad bestias atque furcas quoque damnare: quibus sane supplicis Christianos milites affectos saepe fuisse, complura demonstrant exempla: quamuis nihil horum pati debere milites, esset eorum legibus constitutum.

Rursum vero de aliis quoque tunc ad illud ipsum opus damnatis, mentio habetur in dictis Actis S. Marcelli Papae: in quae tamen mendum irrepisse puto, vt quae ibi primo loco dicuntur facta sub Marcello & a Marcello, contigerint sub Marcellino; sicque pro Marcellino Marcellus, cuius tamen sunt Acta posteriora, errore sit scriptus: nam hoc tempore Maximiani Herculij Romanae Ecclesiae Marcellinum non Marcellum praefuisse, quae sumus inferius dicturi ex notatis Consulibus, satis aperte declarant. Hoc igitur tempore, quo Maximianus ex Africa Romam veniens, Thermas aedificare aggressus est, Marcellino Romae sedente, Christiani milites (inquit Acta g) cum ad opus illud damnati essent, Thraaso, qui Christianus vir potens & facultatibus locuples, & vita fidelis erat; cum vidisset affligi Christianos fatigatione & labore, de sua facultate sanctis martyribus alimoniam & victum ministrabat per viros Christianos Sisinium, Cyriacum, Smaragdum, & Largum. Hoc audiens beatus Marcellinus *, Urbis Romae Episcopus, gaudio repletus est: cumque ab illis ad se accersitis rem omnem didicisset, inito consilio, consecrauit Sisinium & Cyriacum diaconos Ecclesiae Romanae.

Factum est autem, vt vna nocte, dum deferrent humeris suis sanctis martyribus victum, quem Thraaso ministrabat, tenti sunt a militibus Gentilibus, & perducti ad Tribunalum Spurium. Suscipiens autem eos Tribunus, retrusit in custodiam publicam. Post diem vero tertium nuntiauit Maximiano Augusto: qui iussit vt sub custodia foderent arenam, & humeris suis portarent vsque ad locum vbi Thermas aedificabantur. Erat autem vir senex inter eos, nomine Saturninus, qui iam senectute maceratus erat, & coeperunt eum ad E portandum iuuare. Hoc cum fieri viderent custodes, quia Sisinius & Cyriacus diaconi suas & aliorum sarcinas cum adiutorio Christi portarent, mirati sunt, & nuntiauerunt Tribuno Spurio.] Quo modo autem iidem fuerint arctiori custodiae mancipati, & diuina operante virtute complures ad fidem Christi conuerterint, ac tandem cum ipsi, tum alij martyrio coronati sint, eadem Acta declarant, in nonnullis tamen corrigenda.

Inter quamplurimos milites Christianos, quos diximus a Maximiano operi adscriptos esse, praeter alios, quorum memoria excidit, clarissimus ille exitit Christi martyr Maximus, dux Millenarius, qui a puero Christianus, alios quos poterat ad Christi fidem suscipiendam inducebat: & inter alios, centum viginti milites sibi subiectos cum ad fidem conuertisset, Marcello Papae baptizandos tradidit. Haec cum Maximianus Imperator audisset, eosdem militia priuatos, ad seruile Thermarum opus adscripsit, nempe ad fodendam arenam. Sed bene accidit, vt ceteri Maximo olim subiecti milites, quos ipse

a. Apud Pan-
nin. in Pass.
THERMAE
DIOCL. ET
ROMAE.

b. Marcell. lib.
16.

X I.
c. Apud Sur.
tom. 1. die 16.
Ianuary.

VILIORIBVS
POENIS AF-
FECTI MI-
LITES CHR-
STIANI.

d. I. Pedius. S.
non plurium.
ff. de incend.
ruin. c. nau-
frag.
e. l. 3. §. n. m.
ff. de re milit.
f. Ead. leg. §. i.
qui ad ho-
stem.

X I I.
DE HIS QUI
DAMNATI
AD OPVS
MINISTRA-
BANT.

g. Act. S. Mar-
cel. Pap.

* Marcellus.

X I I I.
SISINIUS ET
CYRIACVS
DIACONI
DAMNATI
AD OPVS.

X I V.
MAXIME
DVGISCHER-
TAMEN.

paternis officiis demeruisse, sæpe eum ac ceteros commilitones in arenario laborantes inuiferent: quibus Maximus præmia vitæ æternæ, & supplicia malorum sempiterna inculcabat; quorum gratia, nempe vt assequeretur illa, ista verò caueret, diceret se libentissimè pati dispendium ordinis honestissimi, atque obire opus seruile: quibus illi persuasi, ad Christi fidem amplexandam prompto animo addicti sint.

XV. Quod intelligens Marcus eiusdem legionis Tribunus, abreptum à ceteris Maximum coniecit in carcerem, & supplicio militari citra mortem affecit: fustibus enim eum crudeliter cædi præcepit; verum, vlciscente numine, ipse effectus est cæcus. Hæc autem cum ad Maximianum perlata essent; in Maximum Millenarium ducem atque centum illos & viginti milites gladio animaduerti præcepit; reliquos autem ex millenariis milites in eodem arenario flammis iussit incendi: quorum cineres, ac Maximi, & sociorum corpora, opera Marcellini Papæ & Ioannis presbyteri, illata sunt atque sepulta via Salaria in cœmeterio ad Cluuium Cucumeris, secundo ab Vrbe lapide.

MAXIMI ET SOCIORVM MAR-TYRIVM.

XVI. Delati quoque sunt filij Maximi vnà cum matre ipsorum, quod Christiani essent: quorum mater Secunda, vxor Maximi, coram Iudice in quæstionibus reddidit Deo spiritum; filij verò Calendius, Marcus, atque Seuera, Centumcellas versus abducti, ibi relegati, tandem plumbatis cæstitam diu sunt, donec sub plumbo mortem oppeterent. Perseuerat hæcenus eodem in loco Memoria sanctæ Seueræ. Porro in eorumdem quoque martyrum Actis scriptum habetur, Flauianum Vicariam Præfecturam Romæ agentem, cum de dictis martyribus filiis Maximi quæstionem haberet, viso super capita puerorum cælestis nuntij apparentis splendore, perterritum, à cœpto iudicio destitisse, ac domum reuersum, patria superstitione relicta, Christianam religionem vnà cum suis domesticis confestatum esse: quos ad Centumcellas exilio relegatos subsecutus est gladius; omnes enim ibidem capite truncati sunt. Hæc omnia iisdem Actis continentur, explosis iis, quæ in eadem irrepserunt, erroribus atque mendis: perperam enim ibi Claudij Imperium atque Maximiani coniungitur, & alia quæ à temporis ratione discrepare nescantur.

XVII. Sed describamus summam hinc ad recensita Acta superius appendicem. Eodem tempore contigit, vt Diocletiani & Maximiani consilio omnes vbique positæ legiones lustrarentur; & qui in eisdem reperti Christiani milites essent, exuti militia, ac penitus exarmati, vincti Romam perducti, tamquam serui adscriptitij Thermarum operibus fuerint mancipati. Thermis verò absolutis, qui constantes in confessione nominis Christi, nullis fracti laboribus, perstitissent; ne laborum opere alleuiati (quod ingens esset illorum numerus) aliquid in Imperium molirentur; omnes pariter capitis sententia condemnantur. repertus est omnium numerus decem millium ducentorum trium: qui omnes vnà cum Zenone Tribuno, qui inter eos dignitate excellere videbatur, extra Urbem porta Trigemina ducti sunt, & in concauo vallis, in loco dicto, Gurta iugiter manans, ad Aquas Saluias, ad vnum omnes necati sunt septimo Idus Iulij, quo celebri memoria annuatim eorumdem triumpho dies natalis recolitur.

ZENONIS ET SOCIORVM MAR-TYRIVM.

XVIII. Quod igitur sudoribus Christianorum militum, eorumdemque confessorum ac denique martyrum immensa illa Thermarum extructa sit moles, Dei beneficio factum putamus, vt, cum omnes ab aliis Imperatoribus Thermæ erectæ, collapsæ propemodum sint, atque redditæ planè ignobiles, nullus amplius reliquus fuerit vsus earum, attamen quæ Diocletiani fuerunt Thermæ, quod illæ sanctorum martyrum labore fuerint extructæ, potissima pars earum in vsum Ecclesiæ, memoriamque Dei Genitricis Mariæ & Angelorum religiosè fuerit commutata. Sed de his satis.

XIX. HERMON EPISCOPVS IEROSOLYM.

Hoc eodem anno decimoquinto Diocletiani Imperatoris (vt auctor est Eusebius) defuncto Lambda Episcopo Ierosolymitano, subrogatus est in locum eius Hermon, qui & Thermon dictus reperitur, numeraturque decimusoctauus eius sedis Episcopus: quod verò dicat eum sedisse annos trigintanouem, mendum in notam numeri irrepit: nam Maximum & Macarium intra dictum tempus sedisse, certum est, id etiam eodem auctore testante, quod & inferius suo loco dicemus.

IESV

ANNO sequenti ducentesimo nonagesimonono creati sunt Consules Diocletianus septimum & Maximianus sextum: quo passim in diuersas Orbis regiones persecutione grassante, sicut in Occidentalis orbis partibus, ita etiam in Orientalibus, in quibus fides Christiana calesceret, multiplicari cœperunt germina martyrum; illustriorque reddita est S. Ecclesia, fecundiori horum in dies aucta propagine. Antè enim quàm ab Imperatoribus in vniuersas prouincias generalia promulgarentur edicta; qui prouinciis præerant Præsides truculentiores, odio Christianæ religionis, in quam scirent Principes malè compositos, eam persequendo, quæ pòst lata sunt ipsa præuenerunt edicta.

PRÆSIDES ABSQVE EDICTO PERSECVTOR CHRISTIANOS.

Sub eodem namque Consulatu sexto Maximiani notata habentur Acta sanctorum martyrum Gurie & Samonæ, quorum fidei tum Menologia, tum etiam Martyrologia adscriptantur: eisdem quoque martyres Aretas Casariensis egregia est profectus oratione, qua & complexus est reliqua à Diocletiano aduersus Christianos eadem persecutione decreta. Facta sunt hæc Edeffe in Syria, cum ambo ruri vitam agerent, & alios ad Christianam fidem sectandam, ac eam præsentis vitæ leui dispendio profitendam hortarentur. Ab Antonio Præsidente tenti audiuntur; explorataque eorum constantia, Musonio totius Syriæ Præsidi traduntur: qui cum eos audisset, & à fidei confessione nulla arte dimoueri posse videret, sauisimo tormentorum genere eos affligendos Anuino Commentariensi mandauit: nimirum vt vtriusque altera manu suspensa, adiceret pedibus pondera, quibus nerui distenderentur, & compages corporis dissoluerentur.

II. GURIAE ET SAMONAE MART.

Recitat Menolog. die 15. Noueb. ap. ad Mart. tom. 6. Exiat vsq. ad Espom. tom. 3. & sur. 10. 6.

At cum nec sic eorum constantia minueretur, in custodiam tradi, & fame necari iubentur, ibique detenti ab Augusto mense vsque ad quartum Idus Nouembris, iterum interrogati, iterum auditi, fortioresque proposito mentis inuenti sunt: cum Samonas altero pede genu vinculis inhærente suspendi iussus, altero ponderibus aggrauato, vt disceperetur, crudeliter cruciatus est ad quintam horam, aded vt coxæ coniunctio, magna commiseratione spectantium, solueretur. tandem eo cruciamento solutus, iterum detrudi iubetur in carcerem cum collega martyrij Guria; cui, quod debilis admodum atque consumptus videretur, veritus Præsides ne si sic distenderetur, in tormentis efflaret animam, tunc pepercit: nam sicut tormentis reos torquere est lege permillum; ita tormentis occidere quempiam, iisdem legibus vetitum erat. Auditi itaque iterum decimo septimo Kalendas Decembris: explorataque est rursus eorum constantia, quæ non tantum vel latum vnguem (vt aiunt) cruciatibus imminuta aut attenuata est, sed spiritibus maioribus aucta. Tunc in eos tulit sententiam Præsides, vt extra ciuitatem Edeffe capite plecterentur eadem die, quæ gloria martyrum facta est memorabilis Syris, Græcis, atque Latinis.

III. DIRTISSEMYM TORMENTI GENVS.

1. aut Damnum. 8. nec. et ff. de pec. 20.

Hoc eodem anno decimosexto Diocletiani Imperatoris, vita functo Cyrillo Episcopo Antiocheno, locum eius obtinuit Tyrannus, qui numeratur decimus eius sedis Episcopus. hæc Eusebius in Chronico; qui alibi hæc de eo: Hoc illo officio fungente, bellum ad Ecclesias expugnandas vehementer exarsit. Testatur idem claruisse eiusdem fermè nominis Tyri Episcopum & martyrem Tyrannionem, qui, persecutione urgente, in profundos maris vortices demersus est.

IV. TYRANNVS EPISCOPVS ANTIOCH. Eusebius in Chronico. Idem lib. 7. cap. 26. Idem lib. 8. cap. 25.

Trecentesimus Christi Redemptoris humani generis annus in Consularibus Fastis adscriptus est Constantio & Galerio Cæsaribus tertium Consulibus, cum Diocletianus ageret in Imperio annum decimum septimum: quo, ex hac vita sublato Theona Episcopo Alexandrino, subrogatus est Petrus, de quo S. Athanasius: Petrus, inquit, ante persequ-

I. PETERVS EPISCOPVS ALEXANDRINVS. Apolog. 2.

M m m 4

persecutionem Episcopus, & in persecutione martyr declaratus.] Ante persecutionem A nimirum dicit esse creatum, illam scilicet vehementiorem intelligens, quæ (vt dicemus) decimonono anno eiusdem Diocletiani Imperatoris progressa est omnium immanissima. Porro hoc anno, nempe triennio ante illam, Petrum creatum esse Episcopum Alexandria post Theonam, Eusebius a testatur, sic dicens:

^a Euseb. lib. 7. c. ult. in fin.

II. PETRI SEDIS ANNO RYM RATIO.

Post Theonam, cum decem & nouem annis Ecclesiam administrasset, in Episcopatum Alexandria succedit Petrus. hic duodecim annis continuis in eo officio fungendo cum summa dignitate inter primos floruit. Qui cum triennium propè ante persecutionis tempus in Ecclesia illa gubernanda contriuisset, de reliquo vitam duriore exercitatione & magis seuera traduxit, & (vt omnibus constabat) Ecclesiarum vtilitati omni cura & studio prospexit; ac propterea nono persecutionis anno, capite amputato, est à Deo insigni martyrij corona donatus.] hæc Eusebius. At de rebus ab eo præclare gestis & eius martyrio pluribus suis locis dicturi sumus.

III.

Hoc eodem anno à Galerio Maximiano aduersus Persas ingens expeditio comparata est. Quod enim (vt testatur Eutropius) Galerius Maximianus aduersus Narsem male pugnavit: mox contractis vndique copiis, rursus aduersus Persas profectus est. Misit interea Diocletianus legatum ad Persas Publium virum clarissimum. Erat hic Anastasia nobilissima Romanæ femine maritus, sed quia Gentilis homo erat, & Christianæ religionis infensissimus hostis, cum scisset eam esse Christianam, domestico ipsam diu multumq; carcere afflictavit; & profecturus ad Persas, sub custodia in vinculis dereliquit, de ea supplicium sumpturus post reditum. Sed diuina prouidentia factum est, vt in ipso itinere morbo confectus interierit: cum ipsa Anastasia soluta vinculis, libertatiq; restituta, totam se cum bonis, quæ sibi relicta sunt, Christianorum præcipue confessorum ac martyrum vsui atque obsequio mancipauit. Sed hæc pluribus Acta eius, de quibus inferius. Hic autem modò (quod ratio temporis postulat) recitare datas ab ea epistolas, dum esset in carcere, ad Chryfogonum, & ab eo redditas pariter describere, operæ pretium existimamus, cum sint germanæ, & per multa sæcula in hanc diem integræ conseruata. Recitat eas Nicephorus^b, necnon Suidas^c, quas hic Latinitate donatas exscribemus:

ANASTASIAE CERTAMEN.

^b Niceph. lib. 14. in fine. ^c Suid. in his. Epist. 10.

IV. EPISTOLA ANASTASIAE AD CHRYSOGONUM.

Sancto confessori Christi Chryfogono Anastasia S. Quamuis pater meus idola plurimum veneraretur; tamen mater mea Flauia, cum perpetuo Christiana fuisset, ex quo peperit, Christianam me fecit, veræque Dei cognitionis participem reddidit. Post obitum autem illius, viro nupsi sceleratissimo: cuius gratia diuina coniugium effugi, supplicans Domino nostro Iesu Christo dies noctesque, vt me ab illo impuro idololatra liberaret; quem constat meas facultates omnes cum impuris & idololatri exhaustisse: me verò tamquam veneticam & sacrilegam in grauissimum carcerem coniecit, vt hanc temporariam vitam perderem. Itaque nihil mihi præter vitam reliquum est. Verum precor, vt cum spe diuina moriar. Quamuis autem confessione Christi mei glories, valde tamen doleo, quod facultates, quas optabam in seruos Dei infumere, sceleratus ille homo demonum cultoribus suppeditat; & quas ego in seruos Dei expendere optabam, eas foedis & impiis hominibus largitur. Propterea rogo te, serue Christi, vt diligenter pro me Deum ores; vt, si quidem constituit Deus, maritus meus Publius credat in Christum: sin minus, vt eum suis fraudibus perire sinat, me verò ab eo liberet. Satius enim mori, quam Filium Dei abnegare, & in eum credentibus impedimento esse, ipse omnipotens Christus testatur. Cum libera fuero ab hac fraude, sanctis dabo operam, eorumque curam (vt coepi) perpetuo suscipiam. Vale serue Dei, & memento mei.] Chryfogonus his litteris acceptis, sic rescripsit:

V. CHRYSOGONI AD ANASTASIAM EPISTOLA. ^a Psal. 41.

Chryfogonus Anastasiae S. Tibi iactatæ procellis vitæ huius, Christus, qui in fluctibus ambulauit, opem ferat, vt diaboli potentiam sermone illius irritam reddas. Magno igitur & quasi in medio maris iacens, credas Christo, eum tui rationem habiturum; & ad te ipsam conuersa, exclamato cum Propheta^d, qui dixit: Quare tristis es anima mea, & reliqua. Duplex enim potentia gratiæ diuinæ monstratur: nam & temporaria tibi abunde suppetent, & caelestia adicientur. Deus enim eos, à quibus pro bonis rebus non rogatur, auerfat. Vide ne turberis hoc, quod tibi piè perpetuo erga Christum affectæ aduersa eueniunt: neque enim fallit te Christus, sed explorat, neque firmum est humanum auxilium, vt tu existimas; cum Scriptura dicat: Maledictus homo, qui

A qui confidit in homine: benedictus autem qui in Deum sperat^a. Age strenuè & vige-^a Ierem. 17. gilanter, & profus fuge peccatum. Hoc à Deo solatium expere, eiusque mandata custodi. Iam enim tempus salutis super te veniet, & velut in obscura nocte clarum tibi Dei lumen affulgebit, & post tempestatem hilare tibi atque serenum arridebit tempus: tibi que perinde ac reliquis propter Christum afflictis, præbebit in præsentis patientiam, per quam æternam recipias mercedem. Vale in Domino, & ora pro me.] Rursus Anastasia ad Chryfogonum:

Chryfogono confessori Christi Anastasia S. Cum finis instet corpori meo; ora pro me, vt ille meam animam recipiat, propter quem has afflictiones fero.] hæc illa breuiter, quod se ob ærumnas, quas pateretur, migraturam breui ex hac vita putaret. Sed ad eam sic Chryfogonus:

B Ancillæ Dei Anastasiae Chryfogonus S. Quemadmodum tenebras lucem superare manifestum est; sic & imbecillitatem salus consequitur, & post mortem vita dignis tribuitur. Eundem enim finem rerum humanarum felicitas habet: vt neque submissi despondeant animos, neque magnanimi glorientur. Vnum enim mare est, in quo nauigia nostri corporis decurrunt, & ab vno gubernatore reguntur: quorum igitur naues carinis munitæ sunt, ij incolumes nauigare possunt: infirmæ autem etiam sine fluctibus in tranquillitate periclitantur. Non procul enim ab sunt ab interitu, quæ non ad portum salutis peruenire student. Tu verò, quæ ancilla Christi irreprehensibilis es, crucem in toto animo tuo conseruato, teque ad salutem præparato, vt in numerum martyrum Christi recipiaris. Vale.] hucusque Chryfogoni ad Anastasiam epistola: quæ autem post hæc vtrique acciderint, suo loco dicemus.

C Quod verò hæc à viro suo Publio domi detineretur in carcere: accidisse putamus id ipsum in Anastasia, quod Cornelius Tacitus^b tradit de Pomponia Græcina femina Consulati; quæ & ipsa de externa superstitione rea facta, ex prisco instituto marito traditur iudicanda, qui conuocatis cognatis causam cognosceret.

IESV CHRISTI MARCELLINI PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.

ANNVS ANNVS ANNVS 301. 5. 18.

D Quid sequitur Christi annus trecentessimus primus, Titiano & Nepotiano Consulibus adscribitur: quo agens Diocletianus Imperij annum decimum octauum vnà cum collega Maximiano triumphauit de Persis. Id quidem Eusebius in Chronico, hoc anno, notat his verbis: Diocletianus & Maximianus Augusti insigni pompa Romæ triumpharunt, antecedentibus curram eorum Narsæi fororibus, liberis, & omni præda, qua Parthos^a spoliauerant.] hæc apud Eusebium. Sed malè apud Cassiodorum hæc post sex^a al. Persas annos ponuntur, Consulibus Constantio atque Galerio sextum; cum iam antè vterque se abdicasset Imperio: nam triumphum de Persis ac Parthis, antequam deponerent purpuram, contigisse tradit Eutropius^c, qui victoriam de his gentibus Galerio Maximiano tribuit. Fuit autem Narses, seu Narsæus (vt tradit Eutropius) auus Hormisdæ atque Saporis Iunioris Persarum Regis, ipse verò successit post Hormisdæ & Vararanum Saporis Seniori, qui Valerianum captiuum duxit. Sed de successione Regum Persarum tertio tomo fusiùs agitur.

Porro enituit in bello Persico eximia virtus Andreæ Tribuni militum, hominis Christiani, licet adhuc dumtaxat carechumeni, sub Antiocho totius exercitus duce: dicebatur tamen & ille etiam dux exercitus, qui vel vni tantum ab Imperatore legioni præfectus erat, vt Vlpianus^d declarat. Andreas igitur aduersus Persarum copias in Romani Imperij fines irrupentes missus, cum subiectos sibi milites ad pietatem instituisset, & in eum, qui verus est Deus, fiduciam habere; & ab eo auxilium esse implorandum, docuisset; licet multo inferiores ipsis essent numero, de hostibus tamen sunt magna gloria victoriam consecuti. sed à quibusdam illi subiectis militibus apud Antiochum reus Christianitatis nomine constitutus; cum à mentis proposito nulla arte diuelli potuisset, tum ipse, tum ceteri qui crediterant in Christum eius milites, diris tormentis exagitantur, Antiocho in eos acerbissimè saeuente, qui de eo litteras dedit ad Galerium Maximianum.

Ceterum

VI. ALIA ANASTASIAE EPISTOLA.

VII. CHRYSOGONI ALIA EPISTOLA.

VIII. Tacit. Annal. lib. 13.

IX. TRIVMPHVS DE PERSIS.

^c Eutrop. li. 9.

XI. CHRISTIANI DVXIS VIRTVS. ^d l. 2. §. na. ^e eorum. ff. de his qui not. infam.

III. ANDREAS ET SOCIORVM GER-TAMEN.

Ceterum Galerius cum rem insperatam indignissime accepisset, licet in Christianos acerbissimo flagraret odio, tamen rem tantam dignam existimavit quae maturiori esset expendenda consilio: suadebatur enim haec ratio, quod consideraret, facile accidere potuisse, ut tanti Tribuni, tamque egregiorum commilitonum nece (quos sciret ab omnibus diligi) totus turbaretur exercitus. Rescripsit igitur ad Antiochum, non esse eius temporis opus, ut in Andream ac reliquos milites animaduerneret; sed callide in praesentiarum esse dissimulandum: haecque verba ad finem epistolae a se scriptae addidit: Placet mihi huiusmodi viros a carcere liberari, quasi ante actarum rerum venia ipsis concessa: paulo autem postea, nisi resipuerint, tamquam ob aliud crimen delatos, illos ipsos grauius puniri.] haec tunc ipse.

IV. ANDREAS CVM SVIS BAPTIZATVR.

Dimissus Andreas cum reliquis Christianis militibus, Tarsum se contulit Ciliciae metropolim, percepturus a sanctissimo ciuitatis illius Episcopo Petro Baptismum: nactusque est apud eum & Nonnum Episcopum Berceensem, amborumque consortio dignus habitus, baptizatus est vna cum suis. Verum cum audisset, a Seleuco Vicario, ad quem Antiochus cum de ipsis, tum suorum nece litteras dederat, insidias sibi parari: inde recedens, deque loco in locum fugiens vna cum sociis, in angustias tandem montis Tauri, historicorum fama celebres, se coniecit.

V. SPONTE SE DE DVNT MILITES MARTYRIO.

Cum vero de proximo sibi ac suis martyrio ibidem consummando Dei voluntatem intellexissent: licet loci natura muniti, & pauciores iidemque praestantissimi valuissent Antiochum profligare: tamen exhortatione ab Andrea ad suos habita, omnes vna simul se Deo supplicibus votis pro consequendo martyrio commendarunt: sicque insequentem cum cohortibus expeditis Antiochum expectantes, sese illi interimendos pro Christi nomine sponte dederunt. Necati sunt omnes a furentibus militibus decimoquarto Kal. Septembris, Dominica die, hora secunda: qua itidem ipsa die tum a Graecis, tum etiam a Latinis, perpetua memoria adscripti omnes habentur in Ecclesiasticis monumentis. Porro Andreae ac etiam sociorum corpora collecta sunt a Petro Episcopo Tarfensi, eiusque clericis, & decenti sepulturae pro temporis ratione mandata: cuius quoque opera eius martyrij Acta collecta atque scripta esse putantur; quae quidem & germana noscuntur.

VI. Quid praeterea post acceptam de Parthis Persisque victoriam idem Galerius Maximianus aduersus Nicomediae Christianos omnes aggressus sit, sanctorum martyrum Indes & Domnae Acta declarant, de quorum integra fide inferius dicturi sumus: modò autem, quae ad haec pertinent tempora, hic descripturi sumus iidem quibus ibi narrata verbis habentur: alia vero suis locis pro temporis ratione ponentur. Sunt haec igitur ex iisdem Actis accepta: Iam autem Maximiano tunc erecta erant trophaea aduersus inimicos, Deo ei sapienter viam aperiente ad salutem: ut, cum quaesisset cuiusnam manu haec recte gererentur, cognosceret veritatem. Sed ille in his planè caecutiens, deorum, qui falso dicuntur, auxilio adscribebat victoriam: & tantum aberat ut vero Deo ageret gratias, ut etiam properaret aduersus Deum bellum gerere; & aliis postpositis, acri animo armabatur aduersus Christianos, daemionibus festa peragens & sacrificia: etiam si primò vulpinam pellem induens, donis & honoribus clam se insinuabat in populi beneuolentiam, & suam tectam esse volebat improbitatem.

VII. THEATRUM itaque frequentissimum ab eo fuit congregatum. Non aperte autem ostendebatur hoc certamen comparari aduersus Christianos: sed obscure, dolose, & malitiose instruebatur. Simulacra enim, quae auro quidem honorabantur ab impiis, fossam vero interitus eis vicissim largiebantur; haec, inquam, aurea, & quae rursus facta fuerant ex argento, producens impius, posuit in sede regali, & coronis redimiuit: & tandem eis tauros sacrificans, iussit execrandis sacerdotibus aspergere populum, temporis quoque ea in re vtens auxilio: tunc enim ore hianti attendebant omnes iucunda theatri acroamata. Qui cumque ergo erant quidem in pietate firmi & stabiles, & quorum animos religio Christiana, non solum vsque ad nomina, sed etiam ad cor vsque penetrauerat: ij, cum id quod fiebat deprehendissent, & nec eius quidem conspectum ferre potuissent, a theatro recesserunt, suum potius sanguinem profundere, quam tali sanguine pollui, praclare eligentes. Quibus autem pluris fiebat voluptas & recreatio, iis polluebantur animae & corpora, ex modica (proh dolor!) delectatione sibi grauissima recondentibus supplicia.

VIII. Sed enim Maximianus, qui toto animi impetu ferebatur ad impietatem, non amplius lateenter, sed aperte volens se impiè gerere, hos habuit sermones ad eos qui erant congregati,

CHRISTIANI RECDVNT A THEATRO.

A gati, qui quidem grauissimam redolebant impietatem: Quò abitis, dicens, o homines, licet tenebras praefereutes, & non deos esse putantes, a quibus dependet hoc vniuersum? Non videtis victorias & trophaea? Non videtis bona plurima, quae bonis adiiciuntur: & quemadmodum quae sunt, rectè quidem se habent, & sunt in tuto: alia verò accedunt quotidie, & quorum non eramus prius domini, in ea nunc dominatum obtinemus? non gloriam, quae augetur? non Imperium, quod dilatur? non ciuitates, quae partim quidem sunt tributariae, partim autem sunt futurae? & partim quidem iam captae sunt, partim verò sunt iam iam capiendae? non gentium Reges, qui sunt reputati pro mancipiis? non omnia quae eueniunt nobis ex sententia? Cuiusnam ergo haec contingunt prouidentia? Vobis persuadeant temporum temperationes, moderatae pluuiarum, fructuum fertilitates; immò verò vniuersum tempus fructus producents, & spectantia omnia ad abundantiam.] hucusque verba Galerij Maximiani ad populum in theatro, alludentis nimirum in primis ad insignem de Persis & Parthis obtentam victoriam, qua vltra Ctesiphontem (quod antea Romanorum Imperatorum nemini licuisset) Imperium propagasset, & regias personas pariter (ut dictum est) captiuas duxisset.

Sed quod mox subsequutum est immane prodigium, Imperatoris orationem redarguit falsitatis. Nam haec ibi subduntur in dictorum martyrum Actis: Cum ille copiosa lingua sic loqueretur; & iis qui non sunt, ea quae sunt, falso adscriberet; & alia adhuc vellet con-textere, non permisit ex alto is, cuius sunt iudicia vera iustificata, mendacis amplius gloriari aduersus veritatem; ne aliis quoque, qui erant ad peruertendum faciles, causa esset interitus. Sed interim dum loqueretur, cum esset dies serenus, & Sol regionem vreret meridianam, repente erupit sonus multorum tonitruum, & elisus fuit ignis ex nubibus, & profundae simul tenebrae, & densa grando cum ventis vehementibus: & malum hoc horrendum vocem propemodum emittebat, esse grauem Dei commoti iram.

Nam alij quidem solo tonitru auribus & animo perculsi, ibi in terram cadebant semimortui: alij verò in fugam quidem se coniecerunt, se autem multo grauius affecerunt, ut qui fuerint a se inuicem conculcati, & sic vitae violentum inuenerint exitum. Ipse quoque impius Imperator propemodum periit; periturus fortasse, nisi Deus iudicasset id minus esse supplicium, quam quod ille dignus erat pati. Non vsque autem ad ea quae dicta sunt, stirit Deus terrore: sed fluuij quoque aquarum imperu inundantes, & segetes funditus euellentes, agricolarum labores in mare deportarunt; idque cum esset aestas, & speraretur fore ut longo tempore non plueret. Fuit tamen, quod factum est, admodum leue & paruum ad penetrandum Maximiani animum, & persuadendum ut resipisceret ab impietate.] haec ibi.

Post haec autem, re compta, Domnam sacerdotem Dianae atque Mineruae, ac Inden eunuchum à deorum cultu penitus descivisse, Christianamque religionem consecratos esse, in regia domus Praefectum primò indignationem conuertens, eundem praefectura exutum, Claudiopolim ad camelorum seruitia amandauit: & de indicenda publicis editis in Christianos omnes sauisissima persecutione consilium inuit: in quam ceteri quoque collegae Imperij, nempe Diocletianus & Maximianus Herculius, votis paribus conspirarunt. Cum enim admirabili quadam felicitate iidem haftenus Imperium gubernassent, Reges potentissimos domuissent, rebellantes prouincias compressissent, extinxissentque tyrannos Imperium inuadentes, finesque Romani Imperij longius propagassent, quòd summa concordia quatuor simul Imperatores vnanimis (quod numquam antea factum fuerat) administrarent; haecque diis (ut vidimus) accepta ferrent: ad maiorem eorum gratiam promerendam, maioribus studiis incenduntur. Et quòd putassent, deorum hostibus compluribus Christianis occisis, diuina sibi ad ea impertienda conciliaffe numina; iisdem hostiis ea sibi magis magisque propitia reddere omni conatu laborant.

Sic igitur quiescentibus vndique bellis externis, ac ciuilibus penitus extirpatis, ad expugnandos prorsusque delendos deorum inimicos infensissimos Christianos (quibus videntur collabi atque consumi) omnes comparant vires, cunctasque admouent machinas: in his enim molendis omnia ipsorum versantur consilia, laborat industria, nituntur vires, & studia vigilant, ac denique omnem insumunt operam, & tendunt neruos, ut infestum diis Christianum nomen prorsus extinguant: in eosque iurant quodam modo perpetuum & implacabile bellum, quod religione patria sacrum putant, ipsumque adeò

ORATIO MAXIMIANI.

IX. INTER-PTA PRODI GIIS MAX. ORATIO.

X. TERRORE DISIECTVS MAX. ET ERIGITVS.

XI. DE INDI-CENDA PER SECVTIONE CONSILIVM.

XII. PERSECV-TIONIS DIRISSIMAE APPARATVS.

adeo formidolosum, vt eius primo congressu viderentur quique fortissimi posse proster-

ap sal. 136.

XIII. FACILIS VI SA EXTIN- CTIO CHR I STIANORVM

Tale quippe fuit Diocletiani & collegarum Maximianorum Herculij atque Galerij consilium, vt Christianam religionem toto terrarum pæne orbe diffusam extinguerent:

XIV.

TOTIS PA- RATA VI- RIBVS PER- SECVTIO.

Iam enim haud sibi diutius tolerandum videbatur, huiusmodi inuisum genus homi- num vbique gentium longè lateque feliciter propagari, auitamque religionem ab iisdem haberi ostentui pariter atque contemptui, profcindi blasphemis, exponi ludibriis, tor- que scriptis in eamdem commentariis, ac omni ex parte labefactari; eiusdemque cultor- es, vt vecordes & insanos homines, quod colerent lapides, derideri. Quamobrem ad tot ignominias diis, Imperatoribus, amplissimo Senatui Populoque Romano illatas, vlciscen- das, castra mouent, ipsis Imperatoribus, promulgatis edictis, classicum personantibus;& perinde ac si de summa rerum bello acturi, & pro diis, eorumque templis, ipsaque patria, ac denique libertate essent dimicaturi, magnis se parant animis: quos ardentius impel- lit inuidia, cum ipsorum res auctas viderent & in immensum propemodum excreuisse; suas autem collapsas vndique atque prostratas, derelictis iam vbique templis, neglectis vndique diis atque despectis, deficientibus iam offerri ex consuetudine sacrificiis; & iam iamque timeretur affore, quod ab oraculo à temporibus Hadriani ferebatur esse prædi- ctum (vt testatur Lampridius in Alexandro) nempe omnes homines Christianos futu- ros esse, deorumque templa penitus deserenda, à Christianis vendicanda, Christoque alia omnia erigenda; cum Hadrianus, præsciis futurorum, templa erigens absque deo- rum imaginibus, primus ipsorum se præbuit architectum.

XV.

DIABOLVS IN PRIN- CIPIBVS FVRIT.

b Apoc. 12.

c Exod. 31. NOVA TOR- MENTA EX- COGITAN- TVR.

XVI. TERRIFI- CVS APPA- RATVS.

a Hebr. 11.

Diabolus igitur probè intelligens quæ inuitus, Deo impellente, in simulacris olim præ- dixerat; sciens modicum iam tempus reliquum esse (quod scriptum est in Apocalypsi^b) venit habens iram magnam, & ad Christianam religionem penitus desolandam spontè currentes Imperatores furoris calcariibus vrget; Pontifices & sacerdotes omnes Gentilitiæ superstitionis iam incensos, spiritu vehementiori perfians inflammat: ignobile pariter spontè furens excitat vulgus, allicitque ipsum præda Fidelium. Sed & sicut olim Spiritus sanctus Beselelem^c ad omnia vasa aliaque ornamenta tabernaculi conficienda, vt affa- brè fierent, inspirauit: ita spiritus nequam præstò fuit opificibus impietatis, quibus horri- bilium & terribilium instrumentorum ad cruciandos martyres in ipsorum mentibus im- pressit imagines, ipse immanis cruciamentorum omnium architectus.

Tot tantaque ab inferis deorsum, & ab hominibus desuper terram aduersus Christia- nam religionem inermem vndique comparantur, vt eorum tantum aspectus fortia quæ- que pectora timore concutere, robustos quosque animos prosternere potuisset, ipsoque solùm intuitu omnes facere desertores; adeo vt iam res penitus desperata videri posset, si propriis tantum viribus Christianis obnitendum foret. Sed fide illi subnixi, qua aliàs sæpè sancti vicerunt regna^d, effugauerunt aciem gladij, fortes facti sunt in bello, & castra ver- terunt exterorum; intrepidè expectant expetuntque certamen. In hunc igitur modum re- bus Christianorum se habentibus, hoc ipso anno Galerius Maximianus Nicomediæ (vt dictum est) agens vnà cum Diocletiano, & Maximianus Herculus Romæ, paribus votis in Christianam religionem conspirant, atque pariter de inferenda sæuissima omnium persecutione edicta decernunt atque promulgant.

XVII.

At nec quemquam fallat, quod Eusebius dicat anno decimonono Imperij Diocletia- ni eius-

ni eiusmodi persecutionem cœptam esse, nempe anno sequenti: nam illud planè intelli- gendum est de promulgatis ab Imperatoribus edictis de ecclesiarum demolitione, & conflagratione librorum omnium ad religionem Christianam spectantium: quod qui- dem eodem auctore constat factum sequenti anno, mense Martij, ex quo planè tempore idem Eusebius numerare aggreditur persecutionis annos; cum tamen non neget, ante il- lud tempus in Christianos, præsertim milites, non nihil esse sæuitum. cum alioqui ex his quæ superius dicta sunt, à primo propemodum anno Imperij Diocletiani primus quoque persecutionis annus numerandus iure esset: cum ab eo tempore nullus pænè præterlapsus sit annus, qui exors fuerit sanguinis Christianorum. Ceterum quod respectu eorum quæ sunt postea subsecuta, illa priora sint potius visa præludia quædam quàm certamina; eam Eusebius numerandi persecutionis annos rationem iniisse videri potest. Sed de eius con- silio in ea re disponenda, suo loco anno sequenti iterum pluribus dicturi sumus.

De his igitur acturis, primò quid Romæ hoc anno in Christianos ex Senatusconsulto decretum sit, deinde quæ Nicomediæ aduersus eosdem fuerint à Galerio Maximiano statuta, dicenda nobis sunt. Ex Actis namq; sancti Sabini Episcopi Spoletini, illustri mar- tyris, hæc digna sanè memoria hic describere visum est: quæ quidem sincerissima sunt, ac proinde quæ ad verbum sint meritò recensenda. vtinam sicut fidelia, ita in omnibus in- tegra reperissemus, & eo quo sunt cœpta candore, pariter absoluta. Sic enim exordiu- tur: Cum Maximianus Herculus Romæ esset, & decimoquinto Kal. Maias in Circo Maximo spectaret Circenses ludos: Sexto misso Venete vincente, acclamatum est in Circo: Christiani tollantur. dictum est duodecies. Iteratumque: Auguste, Christiani non sint. clamatum decies. Ex quo factum est, vt Eugenius Hermogenianus Præfectus Præ- torio tetulerit in Senatu de persecutione in Christianos decernenda.] hæc ibi. solitum quippe populum theatralibus acclamationibus ab Imperatoribus quæ vellet efflagitare, qui ipsorum Vitas legendo percurrit, satis intelligit. Rursum verò iisdem in locis peti à Gentilibus solere Christianorum necem; quæ dicta à nobis sunt superius ex Tertulliano & Cypriano, apertè declarat.

Quid autem actum sit in Senatu, eadem Acta his verbis significant: Decernitur in Se- natu persecutio. Rescriptumque dedit Maximianus ad Venustianum Augustalem Tusciæ his verbis: Ex suggestione patris nostri Hermogeniani P. P. apud nos claruisse cogno- sce, &c.] desunt in nostro exemplari cetera quæ sequuntur vsque ad hæc verba: Idem monemus, vt, vbicumque Christiani inuenti fuerint superstitionem colentes; aut sacri- ficare cogantur diis; aut certè pœnis intereant, facultatibusque nudati, eadem Fisco cum tributis publicis socientur. Vale parens charissime. Dat. pridie Kal. Maias.] hucusque ibi. Hic idem ille Hermogenianus, sub quo passus quoque Romæ legitur Restitutus, cuius martyrij Acta habentur.

Quanta autem impietate simul cum iniustitia ac crudelitate Senatus annuerit Genti- libus necem Christianorum clamoribus in teatro poscentibus: quàm insuper iniquissi- mè aduersusque à se legem nuper promulgatam Maximianus in eosdem rescripserit; ipsa ab ipsis Diocletiano & Maximiano edita sanctio testis accedat, quæ his verbis in Codice Iustiniani hætenus conseruatur, tamquam eorumdem iniquitatis testimonium semper loquens de iis quæ iidem ipsi aliàs sunt interlocuti^a:

Decurionum filij non debent bestiis subiici. Cumque à populo acclamatum esset ite- rum; dixerunt: Vanæ voces populi non sunt audiendæ: nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine absolui, aut innocentem condemnari desiderant.] hæc illi. Ceterum quantumlibet iniquissimè & aduersus legem à se editam hæc agerent Imperatores; tamen quod dicerent Christianos perduelles esse Imperij, dum Gentili- tiam superstitionem acceptam à maioribus impugnant; se iure quidem necem illis in- ferre, errore decepti putabant. Quo modo autem Venustianus post hæc Exuperantium atque Marcellum religionis causa tormentis exagitaros morte damnarit; rursumque de Sabino Episcopo quæstionem habens, eius precibus meruerit fieri particeps veritatis & ad Christum conuertri, ac denique tum ipse, tum Sabinus à Lucio Tribuno ad eos misso fue- rint vltimo affecti supplicio, ipsa citata desuper Acta monstrant.

Sed iam ad ea quæ per alterum Maximianum, cognomento Galerium, in Oriente hoc eodem anno Nicomediæ gesta sunt, orationem conuertamus, hic describendo quæ apud citata superius Acta martyrum extant, ea nempe quæ sunt ab Eusebio prætermissa.

Annal. Eccl. Tom. 2. N n n Ipse

TEMPVS ILLATAR PERSECVTIONIS.

XVIII. DE PROM- VLGATA ROMAR PERSECVTIONE.

XIX. RESCRI- PTVM AD- VERSVS CHRISTIA- NOS.

XX. CONTRA SVAS LE- GES NI- TIVR IMP.

a l. Decurio- num. C. de pœnis.

XXI. PERSE- CVTIO IN ORIENTE.

Ipse enim res Nicomedienfes à promulgatis edictis de diruendis ecclesijs enarrare aggressus est: nos verò, quæ hoc anno sunt gesta, exactè seruatò ordine describemus; nimirum quæ ibi acta sunt, cum adhuc ecclesiæ Christianorum absque demolitione integræ permanerent: quæ anno sequenti (vt dictum est) iussæ sunt penitus æquari solo.

XXII.

MONASTERIORVM ANTIQVVS VSVS.

apud Me- raphra- st. di. 26. De- cembri.

XXIII.

DELECTI SAEVISSIMI PRAESIDES.

XXIV.

ANTIMI EPISC. CERTA- MEN.

XXV.

IMP. ORATIO AD CHRISTIANOS.

Reddemus hîc ea quæ in superius citatis sanctorum martyrum Actis fidelissimè scripta esse inueniuntur: quorum fidem exploratam in omnibus esse reperimus. nec (quod diximus superius) quemquâ moueat, si in eis de Asceteriis siue monasteriis mentio habeatur: quòd errore decepti multi putant nonnisi à temporibus Constantini fuisse eiusmodi res, & nomen inuentum. nam præter illa quæ superius dicta sunt, cum de Essenis actum est, & quæ de existentibus temporibus Apostolorum collegiis virginum, restificatione Ignati à nobis etiam paulò post citandi, narrabimus: si de his dubitans Eusebio fidem adhibet, equidem ipse (vt suis locis dicemus) hac eadem persecutione vrgente, nonnullos ex Ascetis passos esse martyrium tradit. planè si Ascetæ erant, oportuit Asceteria quoque fuisse, quibus ij continerentur, vnde & nomen quoque fuerint consecuti. quòd si virorum, multo magis sanè sacrarum virginum erant, quas timor facilis lapsus, & virgineus pudor magis includi debere suadent. Sed de iis alibi pluribus. Nunc quidem res gestas ex iisdem Actis depromptas hîc describamus.

Cum itaque paulatim soluisset quamcumque habebat speciem humanitatis; apertè quidem pugnabat aduersus Christum, sacra templa diruens, & ædes demonibus ædificans (at hâc de ecclesiarum demolitione facta sunt, vt dicemus sequenti anno Paschali tempore) Præfectos autem & in dicendo formidabiles, & in puniendo crudeles mittens per vniuersum orbem terræ: quibus non sufficiebat sua aduersus Christianos crudelitas, sed accedebat etiam immanitas Imperatoris. Iubebat enim vt Christianis non obedientibus nihil cederent; sed sic punirent, tamquam oculi illius vnâ examinarent & spectarent tribunalis austeritatem, & in examinando curiositatem, & in puniendo nouam inuentionem atque vehementiam: dicens, eum illi plurimum gratificaturum, qui pluribus suppliciiis afficeret Christianos. Sic incitatos emittebat Præfectos. Verùm enimuero seipsum quoque eis ostendebat exemplum ad inhumanitatem. Nam ipse quoque erat primus occidens, puniens, de medio tollens, expellens: quid non violentum agens atque tyrannicum: immò verò sæpè quoque non vim meram afferens, sed eam etiam miscens persuasione, & ipsam porrigens tamquam escam: vt sic quoque fieret sauior, & haberet probabiliore puniendi occasiones, quòd nolent pij parere verbis solis.]

Quid autem primum omnium aduersus Antimum, Episcopum Nicomedie, ipso persecutionis grauius instauratæ exordio egerit, eadem Acta sic prosequuntur: Ipse cum sanctissimum Antimum diu quæsitum non inuenisset, ingressus ecclesiam, tamquam fera aliqua varia & dolosa, cum exercituum & satellitum multitudine eam circumdedit, & deinde etiam lenitatis personam subiisset, vt alij quidem formidarent vim & multitudinem, alij autem ad sibi vilem intuentes benignitatem, abducerentur à persuasione: & cum sic tamquam duobus fortibus vinculis, timore & persuasione, pios colligasset, captiuos ducebat ad impietatem.

Cum hæc apud se cogitasset, ad populum talem habuit orationem: Ego etiam aduersus gentes barbaras, quæ meum iugum ferre recusant, & non parent Romanorum legibus, non statim moueo hastam, neque vtor iaculis, neque gladiis eis cædem infero; sed bonos imitor medicos, mollibus primùm verbis & benignis, perinde ac oleo tumorem emolliens: deinde postquam videro eos esse valdè immedicabiles, vlcusque eorum valdè malignum atque profundum, tunc vtor cauterio, & tam aspera & acerba sectione, vt neque ab initio me videatur aliquis humanior, neque post misericordiam & mansuetudinem violentior. Absit autem vt vos me vnquam sentiat conturbatum & iratum. Sed accedentes libate magnis diis, & rogate vt vos benignis intueantur oculis: vt sic à nobis quoque consequamini honores, magistratus, & pecunias, & sitis inter meos primos amicos & familiares. Quemadmodum enim non est absurdum, barbaros quidem, qui sunt alterius linguæ, nostra tam æquo animo ferre; vos verò in Romanorum legibus educatos, & in rebus Græcorum eruditos, & mihi subiectos, non in omnibus seruare obedientiam, sed in rebus præcipuis videri inobedientes, & bellum apertè suscipere aduersus vestrum Imperatorem; vt idèd excidatis ab Imperatoris beneuolentia & larga munificentia? Recedite ergo, recedite ab hac falsa religione. Sin minùs, pœna non procul aberit.

Videte

A Videte hanc ædem, in qua confidistis: eam igni mandans, vos quoque simul perdam; & scietis omnino, quantum sit malum à ratione aliena audacia, & mentis peruiacacia.] hætenus oratio, qua Galerius Maximianus in ecclesia allocutus est Christianos.

BLANDITIS AD- DIT MINAS IMPERATOR

XXVI.

Quæ autem post hæc secuta sint, eadem Acta his verbis significant: Cum dicitur Imperator Maximianus sic immanitati coniunxisset humanitatem, & malorum minis & bonorum promissis variasset orationem: qui instar mellis dulcem habebat linguam sapiens Glycerius, qui erat re vera diuinus sacrificus & sacerdos, & sua verba studebat sacrificare Christo, cui sacrificabat; breuem & opportunam dans responcionem, & linguam vinxit Maximiano, & os eius conturbauit & labefactauit, & simul cum ira animum eius repleuit admiratione. dixit enim:

Neq; tua promissa & dona desideramus, ô Imperator; neq; tuas minas omnino curamus. Illa enim quo modo appeteremus, aut quo modo ea nostrum delinrent animum; qui, quæcumque sunt mundi, habemus pro somniis? Malum autem quid iis miniteris, qui pœnam potiùs existimant, non vel grauius sustinere propter Christum? Quæ verò dicis, & de quibus gloriaris, de trophæis inquam aduersus Gentes erectis, ea magis stabunt à nobis, & meis verbis suffragabuntur. Quando enim tu, qui vicisti plurimos, mox conspectus es victus à feminis & pueris, ab iis, inquam, qui colunt religionem Christianam: quemadmodum non erit mei Christi virtus multo manifestior? Et præterea qui est adeò attonitus & stultus, vt sit oblitus tonitruum & fulminum quæ paulò antè fuerunt, & illius horrende Dei significationis, mortisque violentæ, & eius quæ propè fuit submersionis & fructuum interitus? & quòd hoc tuis diis, non autem vero potiùs Deo ascripseris, qui opportunè, ô Imperator, inferi iram aduersus eos qui illos honorant & colunt: Ne sic ergo bellum contra nos susceperis: sunt nobis arma quoque desuper, quibus sicut hodie tui à te satellites, ita nos a Rege munimur vniuersorum; per quæ & contra te in aciem prodibimus, & adipiscemur victoriam valdè admirabilem: percussis enim interimemus, & cadentes contra te trophæum erigemus.] sic planè magna animi constantia perorauit Christianus sacerdos. At quid ad hæc Imperator? Subdunt Acta:

VIDE OLY- CERVS AD IMP.

Hæc audiit Imperator, & secantibus verbis in medio corde quodammodò fauciatus, animi motum in præsentia celare habens in animo, & nihil ampliùs dicens aut faciens, è templo egreditur. Pius autem ille populus Deo quidem gloriam, sapienti verò Glycerio pro se quisque tales voces edidit: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel oris meo! Non futurum autem erat, vt Maximianus iram diu cohiberet: sed apud se furore percitus, iubet Glycerium euntem ad ecclesiam comprehendi manu militari, & correptum ad se adduci. Qui cum ad illius tribunal esset adductus, nihil interrogatum iussit verberari boum neruis tam vehementer, donec verberantes quidem vires, illum autem qui cædebatur vox deficeret. Præconi quoque ei, dum verberabatur, iussit dicere: Lingua parcius vtire, ô Glyceri: nec iis arrogans, nec seditiosus, nec insolens: in honore habere mores Romanorum, reuerere Imperatores. Sic quidem imperauit Maximianus. Sed neque torquens persuasit, neque hæc cantans, eum affecit pudore: sed cum esset martyr superior & manibus lictorum & vocibus quæ ei incantabantur, quærebat suum Regem, & tota voce & viribus illius inuocabat auxilium: Domine Iesu Christe, dicens, quo modo me, vt pro te dicerem, corroborasti: ita etiam, ô bone, da mihi vires, vt pro te patiar, vt accessione eorum quæ sunt tristia, sit mihi præmiorum maior remuneratio.

XXVII.

PSAL. 118. GLYCERIVS TORQUE- TVR.

Hoc tamquam ignis igni additum, Maximiano maiorem iram incendit: ipse autem, qui percutiebant, eoque vt verberarent, incitauit, donec corpus martyris humi iaceret, nihil differens ab inanimis, sanguine quidem iam exinanito, pelle verò vento tumefacta, & ipsa carne priùs consumpta, & nudis solis ossibus apparentibus. Quod quidem mouit misericordiam non solum piis & humanis animis; sed etiam infidelium; at non Maximianum, cuius animus erat lapide durior. Sed postquam sic affectum Glycerium, & à mortuo nihil prope differentem, solam autem linguam mouentem vehementi spiritu, & dicentem, Sum Christianus, seruus Christi, qui solum verus Deus est: vnus est mihi Dominus, vnus Rex. non ferens ille loquendi libertatem, iubet eum qui dem solui à vinculis, abductum verò extra ciuitatem, igne crematum mortem subire. Ductus ergo generosus ille ad locum constitutum, & stans ad Orientem, partim quidem Christo agit gratias, qui eum à multis liberarat periculis; partim autem pro se vehementer orauit, & pro piis qui erant ybique. Deinde cum Christi signum suo adhibuisset corpori, fuit affixus

XXVIII.

GLYCERII MARTYRIVM.

ligno, sacra victima, aries carens omni vitio, ei qui ligno propter nos fuit affixus. Igne autem subitus accenso, Iesu fuit oblatum holocaustum, & sacrificium acceptabile, & diuina hostia aræ supernæ conueniens.

XXXIX. CANDIDATI SACRIFICANT.

Cicero de Legib. lib. 7. Valer. lib. 1. cap. 1. nu. 15.

XXX. INDES CERTAMEN.

Quid verò? hinc ne intellexit Maximianus pios esse immutabiles? Multum abest: sed cum execrandæ eius hostiæ ducerentur ad templum Duodecim deorum; quod erat intra Regiam; aderant quidem impij candidis & magnificis vestibus celebrantes festum sui interitus: solus autem Indes (erat hic eunuchus & eunuchorum princeps Christianus, de quo superius facta est mentio) atris indutus erat vestibus; & cum hæc celebrarentur, maximo dolore affectus, cum se in valde obscura inclusisset donstuncula, impiorum flebat interitum.] Candidatos quidem consueuisse diis sacrificare Gentiles, ex Platone Cicero docet, Valerius, & alij. Sed quomodo Imperator in eum iussit animaduerti, Acta his verbis significant:

Renuntiantur hæc quoque Imperatori: & is statim ab ipso abripitur, & sistitur ab illo Iudici iudicandus. Cum autem etiam antequam loqueretur, ei renuntiaret vestis, quod; quæ fiebant ab eo, censebantur digna luctu & tristitia: iussit eius manibus & pedibus iniectis catenis, & collo collari, eum seruari inclusum in carcere. Atque Indem quidem habebat custodia; Maximianus verò Domnam quoque quærebat: & furore perinde ac ebrietate læsa ratione, & oblitus eorum quæ de ipsa audierat, dicebat assidue: Vbi est Domna? Vbi est sacerdos Dianæ ac Mineræ? Rursus ergo ei dicunt de integro, quæ videbantur accidisse virgini, & quæ fecerat eunuchus; & vt res se habebant (nempe quod Christiana effecta esset) significant. Ille autem cum multa dixisset de archieunuchis, & valde ægre tulisset quod ei vita fuisset conseruata: iubet ei quidem caput amputari, virginem verò quæri in monasteriis, & diis illius seruari. Hæc cum rescuisset ea quæ monasterio præerat, in quo erat Sancta: in primis virili suscepta cogitatione, virili tonfo & veste ornata virgine, & preces cum lacrymis ei præbens viæ custodes & duces, eam clam emittit ex sacro thalamo.]

XXXI.

Ignatius ad Philip. ep. 8. Quid in sacras virginibus.

Quod audis de monasterio virginum, haud id tibi videatur esse nouum: quandoquidem iam diu antè & S. Ignatius Apostolorum discipulus meminit de collegiis virginum suo tempore existentibus. At de his plura superius. Quonam pacto verò Maximianus post hæc læuierit in sacras Deo dicatas virgines, eadem Acta sic narrant: Sed sceleratus non cessabat quærere: & cum eam non inueniret, furebat communiter in omnia Asceteria. Atque sacra quidem Asceteria omnia crudeliter diruebantur, virgines verò turpiter probris afficiebantur: virgines (proh dolor!) quas ne masculorum quidem oculis videri erat vniquam tolerandum. Atque ita per omnia peruadebat calamitas, quasi capta esset ciuitas ab hostibus. Quibuscumque ergo earum corpora erant valentia, & neque senectus neque morbus aliquis tardabat earum pedes, ipsæ statim fugam spectabant, & ad montes & speluncas & ignotas solitudines celeriter abibant, malentes vitam degere cum feris, quam habitare cum hominibus feris longè immanioribus, & qui corpora virginitatem exercentia probro afficere, inhonestum non esse existimant. Sed in eo quod cogitatas, frustratus es, ò inimice omnium: & per quæ sperasti tyrannidem exercere, per ipsa fracta fuit tibi tyrannis. Non enim neglexit Deus, qui natus est ex virgine, ipsas virgines vel in medio licitorum conseruare: & quo modo fidem, ita & continentiam, ipsas prodere non permittere.]

XXXII.

Deus cy-stodire solitus virginibus.

Hic opportunè admonuisse oportuit, quæ S. Basilii de his scribit in commentario illo, cuius est titulus, De vera virginitate: Cum ferueret (inquit) persecutionis immanitas, electæ virgines propter sponfi fidem ad illudendum impiis hominibus traditæ, corporibus inuiolatæ perdurarunt, eo scilicet, cuius gratia id perferebant, impiorum conatus ab earum carne irritos arguente, & integra earum corpora non sine prodigio & virtute custodiente.] hæc ipse Cappadociæ primæ sedis Episcopus: quæ prouincia cum proxima sit Nicomediæ in Bithynia, vbi hæc agebantur; hæc omnia de sacris virginibus quæ dicta sunt, & quæ dicturi sumus, haud potuit ignorasse: sed ea scribens, his alluisse, omnes facillè possunt intelligere. Porro diuina operante virtute (quod ait) virgines à stupri periculo liberatas esse, exemplum, quod Acta subdunt de Theophila, aperte demonstrat his verbis:

XXXIII.

Inter eas autem, tamquam inter claras & lucidas stellas, vna mirandum in modum resplendebat instar Lunæ, & pulchritudine & genere, & virtute aliis præstans. Ea verò vocabatur Theophila: hoc autem longè melius res ipsa ostendit. Cum enim illa esset

A vultu aded formosa, traheretur autem à licitoribus, & iam ad probri & contumeliæ officinam violenter introduceretur: manus simul & oculos in cælum tollens, & miserabiliter aspiciens, Mi Iesu, dixit, meus amor, mea lux, meus spiritus, meus custos castitatis & vitæ, vide eam quæ est tibi desponsa. Vide, ò sponse, in quem nulla cadit reprehensio, & festina: quoniam non est quidem tempus precandi, ne pactum conuentum fallam, ne prodas me bestiis, ne lupi tuam pecudem lanient. Serua sponse sponfam: meam conserua castitatem, fons castitatis: vt tuum quoque nomen nunc maximè glorificetur, quod intelligentèr glorificatur ab Angelis.

THEOPHILA VIRGO IN PROSTITIBUS VLV M TRAHITVR.

Hæc illa quidem orauit cum lacrymis: effectum autem Deus reddidit. Sed est adhibendus animus narrationi. Introducitur virgo ad prostibulum. Illa verò etiam in tali loco & tempore non est oblita eorum quæ oportuit: sed protinus eiiciens id quod habebat in sinu (id autem erat sacrosanctum Euangelium) aperuit, & dat operam lectioni. Vnus verò ex intemperantibus cæstro insano percitus ad eam ingreditur: qui aliquantisper quidem eam audiuit legentem. Cum autem iam propè esset, à maximo metu inuaditur, & tremore valde agitur, & humi procumbit mortuus; & sic iacebat ad pedes Theophilæ non spirans. Multæ horæ præterierant: & cum aliis visum esset, quoniam non exibat, eum non posse satiari virgine: vbi alius quoque ingreditur, ipse quoque iam propè stans, lucis quidem, quæ verbis exprimi non potest, fulgore illustratur: deinde eum à luce tenebræ excipiunt, & obrutu orbatus, quærebat obiens, non ampliùs virginem, sed quemadmodum citra offensionem exiret extra fores.

XXXIV.

PRODIGIVM DE SALVATA VIRGINE.

Cum autem multi quidem talia passi essent, & nonnulli etiam magis horribilia: nulli fuit ampliùs cordi ingredi. Sed et si quis ingrediebatur, non ingrediebatur captus amore, sed solum volens scire ea quæ facta fuerant. Postquam autem ingressi sunt complures, vident ea quæ ad videndum erant terribilia, & ad dicendum alijs maximè admirabilia: puellam quidem honestè sedentem, & libro incumbentem: adolescentem autem quemdam prope eam stantem luce quidem ineffabili, pulchritudine verò incredibili, veluti quædam tela fulguris emittentem ex oculis. Hæc postquam viderunt, & metu obriguerunt, & vix tandem, Quis est sicut Christianorum Deus? exclamauerunt: & simul, non ferentes spectaculum, rectè secum agi putabant si fugerent: & celeritate maxima domo exibant, omnes quidem oblitis libidinis, nonnulli autem etiam ipsa impietate abiurata.

XXXV.

THEOPHILA DIVINITVS LIBERATA.

Sed neque hæc quidem ignorauit Maximianus. At cum rescuisset, virginem quidem non posse capi ab iis qui ipsam seruabant militibus, quinetiam multos ex suis esse victos, & didicisse Deum pie colere: Dei gratiam adscribit incantationi, dicens, Christianos vti artificijs ad vulgus decipiendum. Sed ille quidem hæc dicens, seipsum potius decipiebat, & quicumque his nugis animum adhibebant. Ille autem plenus lumine qui videbatur virgini assistere, cum eam domo eduxisset, suo lumine præcedens deducebat. Deinde cum etiam adduxisset vsque ad sacram ecclesiam, eam statuit in vestibulo: & cum, Pax tibi, dixisset, recessit. Eam autem inuasit & metus & gaudium: metus quidem, quod ille eam reliquisset; gaudium verò, quod sic libidinosorum manus effugisset, nihil passa indecorum. Accedens ergo pulsat ostium populi iam congregati & nocturna de more Deo canentis. Cum autem ianux strepitum sensisset quidam diaconus; & quænam esset, rescuisset: renuntiauit iis qui erant intra ecclesiam. Omnes itaque ad eam confluunt: nam alioqui erat etiam illustri genere, sicut audiimus, virtute autem multo illustrior. Cum eam ergo vidissent, & quos, quidnam volentes, effugisset, intellexissent; & quænam illa in eos fecisset miracula: quosnam quidem fontes lacrymarum non mouerunt? quænam autem voces in Deum non emiserunt? in principio quidem raptum virginis miserantes: in fine quidem impios miseros ducentes. Illam verò quibusnam non prosequuntur beatitudinibus? Illa autem se ipsam quidem iacit humi, & aræ sacros tangit cancellos. Flet verò tam vehementer, vt eos etiam, qui videbant, ad similem moueret affectionem & fluentem lacrymarum. Fitque communis ad Deum gratiarum actio toto pectore. Sed ita quidem se habebant res virginis.] sic ibi. Post hæc autem adnexum est Actis Dorothei clarissimi viri certamen his verbis:

XXXVI.

THEOPHILA AD SVOS REDIT.

Improbo autem Maximiano oportebat improbos etiam esse ministros, & ex eadem (vt aiunt) fidelia. Quicumque ergo piè Deum colentes latebant Maximianum, ij illos non secus ac venatici canes inuestigantes significabant. Qui quidem etiam aduersus Do-

XXXVII.

A rotheum, qui gloria quidem & civili dignitate erat insignis, ut qui Præpositus vocaretur ab Italis, pietate autem erat insignior: aduersus eum ergo, & Mardonium, & Mygdonium, & qui prius dictus est, Indem, & quosdam alios fide quidem in Christum acerrimos, Imperatoris autem honore claros, immittunt tela calumniæ. **H**ic scilicet, quorum dentes arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus, dicentes: Si seruos, ô Imperator, & eos qui in tua regia habitant & sunt tibi subiecti, non potes subiugare: cur aliis conaris persuadere, inutiliter laborans, & frustra te crucians? Ij enim ægrè potuerint abduci à dogmate, illos videntes nos suauiter irridentes, & tui tribunalis austeritatem nihili facientes. Vide enim quousque procedit eorum contemptus: non solum ipsi contemunt contraria sentientes, sed aliis quoque qui latent, qui eadem quæ ipsi sentiunt, & alimenta suppeditant, & ad certamina parant & instruunt: quin etiam mittunt litteras ad eos qui procul distant, simul & eos confirmantes in sententia, & exhortantes ad constantiam. Et alioqui quidquid aduersus ipsos & quam habent religionem tua excogitauerit potentia, id statim per illos ab ipsis deprehenditur.

XXXVIII. His fuit Maximianus ad iram incensus, & dicto citius iussit sanctos ad se adduci. Et aderant quidem illi nihil timentes, neque vllum formidinis vestigium vultu præferentes. Illi autem toruis ipsos oculis intuens: O pessimè perdedi, inquit, ô omnium hominum ingratisissimi: cur tantam à nobis adepti claritatem, & soli propemodum sceptris præfecti Imperatoris, tam mali deprehensi estis in benefactorem? qui pro multis nostris in vos beneficijs qualem referitis gratiam? Iesum quemdam vobis & aliis Regem adscribere dictitantes, & nouæ huius religionis duces sedulo celantes, & eis omni studio proidentes, eosque fouentes, quos funditus interire & ne nomen quidem eorum remanere, putavi esse pulcherrimum & primym meorum trophæorum? An non hæc sunt vera, & quæ factis magis arguuntur, quam verbis? Illi autem, tamquam latrantem canem, ne tantillum quidem curantes, neque existimantes esse tempus responsonis, steterunt silentes. Maximianus verò, cum silentio magis esset eius irritatus animus, Non per deos immortales, inquit, non vobis parcam: sed cum omne genus supplicij vobis intulero, & carnes consumpsero, & ossa contriuero, & igne combussero, relinquam insepultos, à canibus & auibus comedendos: & vos ipsos puniens pro meritis, & aliis merum incutiens, ne talia aggrediantur.

XXXIX. Nec hæc quidem sanctis timorem inpulerunt: sed statim solutis zonis, & chlamydis exutis, stabant parati ad cursum martyrij, vno ore & animo se esse Christianos & Christi seruos audacter nominantes. Deinde etiam Maximiano, Nobis, ô tyranne, dixerunt, honores tui & vanæ hæc dignitates ne tantillum quidem vumquam curæ fuerunt. Quid enim opus fuerit tali honore, qui à Deo disjungens, est redactus in seruitutem dæmonum? Sunt enim talia vestra impiorum dona: quæ fugientes, tantum abest ut persequentes, non solum iis tibi cedimus, sed etiam ipso corpore & vita. Cum ij ita essent parati, & tales essent eorum spiritus; iussit Maximianus, ut extensis simul manibus & pedibus, crudelibus boum neruis fortiter verberarentur. Et statim sex circumstantes lictores, magna ex parte diei vnumquemque eorum perpetuo verberabant, nulla scelerati commoti communis naturæ misericordia: idque cum viderent terram eorum sanguine effectam purpuream. Martyres quidem hæc ferebant fortiter, ne vocem quidem emittentes, internis verò animi motibus glorificabant eum, propter quem hæc sustinebant. Flagellatos excipiebat carcer, cum essent eorum colla vincita collaribus, manus autem **E** catenis, & pedes compedibus.

XL. Maximianus verò, tamquam torrens qui fertur per segetes, per omnes deinceps pios peruehbat. Et ad hæc quidem iubebantur inferuire Præfides & Præfecti, qui erant impietate eximij. Quicumque autem eius parebant Imperio, qui Christum esse Deum confitebantur, tortoribus simul tradebantur, & variis tormentis laniabantur miserabiliter. Et sic quidem quotidie ei qui seipsum pro nobis sacrificauit, rationalia offerebantur sacrificia, pie martyrio effecta holocausta.] hucusque ibi. quæ quidem facta esse hoc anno, nempe antequam de diruendis ecclesijs fuisset promulgatum edictum; conuentus Christianorum in ecclesia passim fieri soliti, quorum in iisdem Actis mentio habetur, satis manifestè declarant. Porro nouissimus conuentus ille fuit, qui sacrosancta Natalis Domini festiuitate hoc anno celebratus est, natalis pariter dies passionis effectus eorumdem

DOROTHEI
ET SOCIO-
RYM CER-
TAMEN.

Psal. 56.

XXXVIII.

QVID IN
MARTYRES
MAXIMIA-
NVS.

XXXIX.

TORQVEN-
TVR MAR-
TYRES.

XL.

TEMPVS
PASSI
MARTYRII.

A rumdem qui conuenerant Christianorum martyrum: qui his verbis in iisdem Actis describuntur:

Oportebat autem festorum maximum, Christi Natalem, ei qui nascebatur copiosa offerre sacrificia. Nam ortus quidem Christi dies festus agebatur: quidquid autem est pium, congregabatur ad glorificationem. Profani verò Maximiani ministri profani accedentes, Quoniam, inquit, ô Imperator, hodie festorum quæ norunt maximum celebrant Christiani; ut qui hodie Deum suum natum esse fabulentur; & celeberrimo totius populi concursu ad festum conueniunt: age ne ex media sagena præda effugiat: sed militibus quidem præoccupentur templi aditus; steter autem ara ante portas: accedentes verò præcones iubeant quidem omnes è templo egredi, & nihil cunctantes aræ sacrificare. Sin autem non pareant; quid sit deinceps agendum, statuere, tui est imperij & iudicij. Quod **B** si hoc quoque nobis permittis dicere; igne templum circumcirca comprehendentes milites, protinus perdant eos qui non obtemperant. Et sic illos quidem de medio tolles, qui in rebus præcipuis perneciem afferunt tuis populis: te autem liberabis à cura, quæ tuum animum premit non mediocriter, sicut nos non ignoramus.

Nondum finem acceperat oratio: excipiens autem Maximianus, Iuro, inquit, maximos deos, me hæc iamdiu versasse in animo. Nescio verò qui factum sit, ut ea quæ cogitaram, nondum sum executus: sed vobis magnas, ô dii, ago gratias, quod effeceritis, ut his quoque opportunè veniret in mentem quod esset conducibile. Et simul iuber, ut primi ex Protectoribus, cum magna manu militum ecclesiam circumdeditissent, samentis & quacumque alia materia, quæ facile accenditur, in orbem congesta & apposita, ad templi portam aram statuerent. Deinde ut præcones clara voce proclamarent, ut omnes exirent, & ad aram accederent sacrificaturi. Quod si non parerent; portis statim opprimè clausis, & omni alio eius obstructo exitu, ignem accenderent: ut sic omnes vnà cum ipso templo perirent, & ut digni sunt, ab igne consumerentur. Hæc quidem Imperator.

Nuntius autem statim mittitur ad ecclesiam, ut diceret quæ iussus fuerat ab Imperatore. In medium itaque accedens, & magna voce clamans: O homines, Maximianus Orbis terræ dominus, inquit, me ad vos misso, alterius ex duobus dat vobis optionem: Vt aut diis sacrificetis (adest enim ara parata) aut si non pareatis, omnes simul pereatis: præsto est ignis. Quod ergo vultis, quamprimum eligite. Cessauit ille cum hæc dixisset.

Ecclesiæ autem Archidiaconus, cum ei esset cor accensum igne diuinæ gratiæ, stans **D** ad cornu altaris, O vos, inquit, mei fratres, & inter vos inuicem vnanimis: nescitis quemadmodum quæ à tribus pueris facta sunt, paulò antè persequentes, dici non potest, quantum eorum admirabamur virtutem, & eorum in pietate obstupebamus fortitudinem: & quemadmodum non tamquam stantes in medio ignis, sed in molli aliqua herba choros ducentes, ipsi & hymnum canebant, & omnem creatam naturam ad vniuersorum Deum laudandum vocabant? Hos non solum iudicabamus beatos; sed eorum quoque coronarum cupiebamus esse socij. Quoniam ergo & nunc nos vocat tempus, & sunt mores Imperatorum similes (nam etsi nominibus differunt; at crudelitate & impietate maximè conteniunt) efficiamur nos quoque similes iis qui tunc decertarunt. Quo modo enim non esset absurdum, illos quidem, cum essent pueri, & nec plures tribus, & alioqui cum nullum adhuc accepissent exemplum animi magnitudinis in tuenda pietate, tam præclare decertasse: nos verò, qui & multitudine sumus propè innumerabiles & multi, quibus nihil deest ad perfectam ætatem, & quibus est etiam tanta exemplorum copia, videri vitæ cupidos, & ignauo abiectoque esse animo, & non oblatam occasionem tamquam lucrum arripere: & hanc, quæ est ad tempus, vitam despiciere pro Deo qui nos fecit, & suam animam dedit pro nobis ad mortem, testimonium autem firmæ & infractæ nostræ fidei nostram præbere mortem? Hæc autem dico, etiam si nulla esset pro eis remuneratio.

Cum verò sint valde paræ huius temporis passionibus, si conferantur cum iis quæ sunt illic remunerationibus, & vita quidem expers molestiæ & æterna pro hac breui & laboriosa gloria autem numquam cessans pro infida & quæ facile excidit, & diuitiæ quæ subripit nequeunt, & voluptas quæ numquam transit ad molestiam: nos adhuc in presentibus manere concupissemus, & non potius cum ad eam quæ est illic gloriam, pro Christo

Nnn 4 subeundo

XLI.
NATALIS
DOMINI
DIE TRV-
CIDATI
MARTYRES.

XLII.

ECCLESIA
OBSIDE-
TVR A MI-
LITIBVS.XLIII.
OPTIQ DA-
TA.XLIV.
ARCHIDIA-
CONVS
HORTA-
TVR FIDE-
LES AD
MARTY-
RIVM.XLV.
PROMPTVS
ANIMVS
SVBEVNDI
MARTY-
RIVM.

subeundo mortem inuenerimus perueniendi occasione, quamprimùm transibimus? A Et quidnam aliud facientes ab iis qui sapiunt, iudicabimur nisi digni qui lugeamur? Memenote, immò verò aspiciate ad aram. Verus enim noster Dominus fuit pro nobis sacrificatus. Non nos quoque pro eo in loco sancto animas profundemus, & veluti quoddam sacrificium eas illi igni offeremus in holocaustum?] hæc Archidiaconus est concionatus ad populum, quòd (vt vidimus) Episcopus Antimus, qui quærebat ad necem, iam secessisset, atque latebras quæsiisset. Ceterùm nulla prope ex causa etiam persecutionis tempore prætermittere solitos esse Christianos celebrare dies festos, satis superius ex Dionysij Episcopi Alexandrini epistola est demonstratum. Sed rursùm Acta :

XLVI. DIGNA CHRISTIANORVM RESPONSO.

Cùm sic dixisset, omnes incitauit, & effecit vt moriendi vehementi tenerentur desiderio. Simul itaque cum illo beatam illam vocem exclamauerunt : Christiani sumus, Christiani, & deos tuos, ô Imperator, non colemus. Hæc Maximiano quidem annuntiabantur. Ille autem cùm nec finem quidem expectasset orationis, iussit in eos ignem incendi, & eos vnâ cum templo exuri : vt nullus eorum nec misericordiam consecutus, neque latens posset effugere. Pij verò cùm omnes congregassent simul catechumenos, viros & mulieres & pueros, eosque in quatuor diuisissent, vt pote quòd tempus postularet celeritatem, eos diuino Baptifino perficiunt, & chrismate vngunt, & eos intemeratis impertiunt sacramentis.

XLVII. CHRISTIANI OMNES IN ECCLESIA CONVERNTVR.

Protinus autem aderant ministri quoque Imperatoris, & ignem incendebant, illeque omni ex parte tollebatur in altum : & cùm totam comprehendisset ecclesiam, in vnum ascendebat verticem ; omnia tam quæ erant extra eam, quàm quæ intra, depascens : premens itaque malum ingruerat grauissimum. Illi autem intus magna voce ad Deum clamabant, & canebant canticum puerorum, omnem creatam naturam vocantes ad chorem : neque prius cessarunt glorificare, quàm oblata essent accepta sacrificia, castæ hostiæ Agno qui fuit pro mundo mactatus. Quinque dies transferant, & ignis depascatur materiam. Cùm verò flamma iam cessasset, nullus quidem teter odor sentiebatur nec ex corporibus, nec ex fumo : spirabat autem potiùs quidam suavis & mirè fragrans odor. Apparebat verò quidam radius, auri rutilantis speciem præferens, varium quemdam edens & valdè gratum splendorem, quo modo Sol lucet qui modò apparet in Oriente.] Atque de his ibi hæc tenentur, quoniam ad sequentem annum pertinent, suo loco de eis agemus.

XLVIII. ELOGIUM DE MARTYRIBVS.

Porro tam apud Græcos quàm Latinos illustris memoria horum martyrum est descripta in tabulis Ecclesiasticis, & in Romano Martyrologio, digno eiusmodi epitaphio, octauo Kal. Ianuarij recensetur : Nicomediæ passio multorum millium martyrum : qui cùm in Christi Natali ad Dominicum conuenissent, Diocletianus Imperator (aderat & ipse quoque Nicomediæ, cuius nutu cuncta geri videbantur) ianuas ecclesiæ claudi iussit, & ignem circumcirca parari, tripodemque cum thure pro foribus poni, ac præconem magna voce clamare, vt, qui incendium vellent effugere, foras exirent, & Ioui thus adolerent. Cumque omnes vna voce respondissent, pro Christo se mori libentiùs ; incenso igne consumpti, eo die nasci meruerunt in cælis, quo Christus in terris pro salute mundi nasci dignatus est.] ita ibi. haber eadem quoque Nicephorus^a. Si autem Eusebius hæc intacta reliquerit, haud mirum, quippe qui (vt dictum est) res tantùm gestas ab anno sequenti, quo de diruendis ecclesiis edictum est promulgatum, historia profecutus, cùm hæc, tum alia multa scitu dignissima silentio obuoluta præterierit. At de rebus Nicomediensibus sæpè inferiùs.

^a Nicephor. li. 7. cap. 6.

IESV CHRISTI MARCELLINI PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.

ANNVS ANNVS ANNVS 302. 6. 19.

1. Christi anno trecentesimo secundo, Constantino Chloro & Galerio Maximiano Cæsaribus quartum Consulibus, Diocletiani Imperij decimonono, sæuissimam omnium persecutionem (quam decimam^b vocant) in Christianos, nouis aduersus eos promulgatis edictis, concitatam esse tradit Eusebius; qui à promulgationis eiusmodi edictorum tempore huius persecutionis numerat annos. Quænam fuerint hæc edicta, idem

^b Aug. de Cinitat. Dei lib. 18. ca. 52. & Oras. li. 7. cap. 27.

A idem narrat his verbis^a: Anno decimonono Imperij Diocletiani, mense Dystro (qui à Romanis Martius nominatur) cùm salutaris Passionis Dominicæ festum iam pro foribus esset; omnibus in locis per Imperatoris litteras palàm indictum fuit, vt tum deturbarentur ecclesiæ, soloque æquarentur; tum scripturæ Christianorum absumerentur igni; tum qui honorem fuissent adepti, de gradu turpiter deponerentur; tum priuati, si modò in professione perstarent, libertate penitus priuarentur. Ac primum edictum contra eos editum tale fuit: Non longo post tempore, aliis litteris exeuntibus, mandatum est, vt omnes Ecclesiarum Præsides vbique gentium primum conicerentur in vincula; deinde omnibus machinis adhibitis, idolis victimas immolare cogerentur.] hucusque de edictis hoc anno latis Eusebius.

^a Euseb. li. 8. cap. 9. EDICTA CONTRA CHRISTIANOS LATA.

At verò antequam de his agamus, illud est indagandum (quod & superius quoque attingimus) quidnam est, quòd idem Eusebius tempora Diocletiani & Maximiani Imperatorum, quæ hanc de qua dicere aggredimur persecutionem indictam præcesserunt, fuisse Christianis felicissima multis testetur: cùm diuersis in locis vexatos fuisse Christianos ante hæc tempora veris certisque testificationibus fuerit sapiùs demonstratum? Sed primum antequam hæc disquiramus, quid de statu rerum Christianorum ante præsentem annum idem scribat Eusebius^b, audiamus; qui ait: Quantum splendoris doctrinæ pietatis in Deum omnium rerum gubernatorem mundo per Christum patefacta, apud omnes homines Græcos simul ac barbaros ante istam persecutionis tempestatem, quæ nostra ingruit memoria, obtinuerit, & quàm liberè inter eos prædicata fuerit, maius quiddam est, quàm quod nos nostra in dicendo tenuitate satis pro dignitate explicare possimus. Cuius rei argumento esse poterit singularis Imperatorum humanitas, qua nostros tam benignè exceperunt: quibus quidem tum prouinciarum præfecturas gratuito impertierunt, tum propter incredibilem beneuolentiam, quam ergo nostram religionis professionem habebant, omni afflictione & molestia, quam pro Dei amore homines Christiani solent perpeti, eos penitus liberarunt.

II.

^b Euseb. li. 8. cap. 1. STATVS ECCLÆSIÆ ANTE PERSECUTIONEM.

Quid de his attingit dicere, qui sunt in Imperatorum Palatio magnam dignitatem adepti; deque ipsis Imperatoribus, qui domesticis suis pro sermone diuino propagando, & pia vitæ ratione degenda, ipsi velut inspectantes copiam fecerunt liberè & ingenuè dicendi; atque adeò suis ipsorum vxoribus, liberis, & seruis, quasi palàm de mira fidei libertate gloriandi exultandi que potestatem permiserunt: quos certè cariores habuerunt & magis eximie dilectos, quàm reliquam seruorum turbam: vt Dorotheum illum, qui præter ceteros erga illos & beneuolentiam summam ostendit, & fidem non minorem; ac propterea præ aliis, qui magistratus & præfecturas in Imperio gerebant, amplissimum honoris gradum adeptus est: vt Gorgonium, qui non dissimili fama & celebritate enituit: & alios non paucos, qui propter Dei verbum sunt parem cum illis dignitatem consecuti.

III.

Aut quid memorem, qua humanitate, cultu, & beneuolentia, non illa quidem vulgari & contemnenda, prouinciarum Præfecti & Rectores Ecclesiarum Præsides & Episcopos (vt manifestò cernere licebat) amplexati fuerint? Aut quo modo quisquam conuentus illos infinita hominum turba frequentatos, multitudines in singulis ciuitatibus coactas, illustres hominum in templis concursus poterit oratione explicare? Vnde cùm in antiquis illis ædificiis non satis loci haberent, ampliores ecclesias in vniuersis vr-bibus, fundamentis earum ad maiorem laxitatem dilatatis, erexerunt. Et quamdiu diuina & cælestis Dei manus populum suum, vt pote auxilium eius promerentem, obtexit, suoque muniuit præsidio: tam diu neque vlla hominum inuidia, quò minus istæ res vnâ cum tempore in dies maiores progressiones facerent, incrementoque & magnitudine aufererent, omnino potuit oblitere, neque vesanus ille, & perditus dæmon vel suo ipsius conatu eas in inuidiam rapere, vel hominum insidiis vlla ex parte impedire.] hæc de statu piorum, Diocletiani & Maximiani temporibus, quod ad Christianas res spectat, tradit Eusebius.

IV. FLORENS STATVS ECCLÆSIÆ.

At quantum hæc aduersentur Actis sanctorum martyrum, quæ certis definita temporibus sunt suis locis superius recitata, nemo non videt. Verùm nec ipse Eusebius negat ante hæc tempora multos Christianorum martyrium consummasse: nam tam in Chronico quàm in Historia^c (vt dictum est) tradit iam antea pederentim in Christianos milites persecutionem grassari coepisse, licet ipse totum negotium exercitus Ducibus tribuat,

V.

^c Euseb. li. 8. cap. 4.

EUSEBII DI-CTA ELVCI-DANTVA.

buat, excusans Imperatores. Sed quod spectat ad Imperatores, hac ratione necesse esset A affirmare, præterisse Eusebium quæ ab ipsis tum Romæ, tum in Galliis in Christianos sunt iniquissime perpetrata: & ob id quod vnum, vel duos, sine paucos alios Christianos beneficiis iidem fuerint profecuti, crediderit ita erga omnes eodem quoque modo fuisse Imperatores affectos: vel, quod in hanc diem nullum generale in omnes prouincias ab eis promulgatum sit edictum, putauerit in omnibus prouincijs Christianos tranquilla pace potitos esse: vel, quod Syria Palæstina, vbi (vt dictum est) ipse Eusebius agebat, à Christianorum cæde in hanc diem expertus fuerit, æque alios in alijs regionibus existimari Fideles otio quiescente. At vel vnum exemplum Caij Romani Pontificis, si res Ecclesiasticas diligenti cura lustrasset oculis, ab hac sententia Eusebium dimouere potuisset. Cùm alioqui certo sciamus, sapius contigisse, vt quiescentibus etiam Imperatoribus, immò & de Christianis optimè merentibus, nihilominus vel Prætidum in Christianos accenso odio, vel Pontificum Gentilitiæ superstitionis inuidia, & interdum furore populi Christianos acerrimè fuisse vexatos: Severi enim atque Alexandri tempora superius enarrata certam de his fidem faciunt. Ceterum testimonio quoque Constantini Imperatoris cœptam esse persecutionem ipso exordio Diocletiani Imperij, paulò inferius dicturi sumus, aded vt nullus amplius de ea re dubitandi locus remaneat.

VI. Euseb. li. 8. cap. 1. & 2. SOLVTA DISCIPLINA MVLTORVM, VNDI PER ECVTIO EXORTA.

Sed quæ præceterint causæ, vt Deus Ecclesiam suam aded afflictari permiserit, idem Eusebius a narrat, hæc dicens: Verùm cum nos præ nimia quadam licentia in molliciem delicatam & dissolutam segnitiam eitemus prolapsi; cumque alij alijs inuidere, maledictis insectari, & prope nos ipsi inter nos petulantibus linguis tamquam mutuis armis oppugnare, & casu aliquando verborum contumelias velut hastas vnus in alium intorquere, & Præfides Ecclesiarum alter alterius vires intringere, & populus in populum seditionem concitare inciperent: cumque ficta & adumbrata sanctitatis species, quæ oratione nequit exprimi, & simulatio fronte occultata ad immensam quamdam prauitatem serpsisset: diuina ultio, dum permagna adhuc Christianorum vbique versabatur frequentia, parcius aliquando, remissius, & moderatius, vt solet, primò persecutione ex fratribus qui militiam exercebant inchoata, cœpit in nos animaduertere.

VII. CORRVTI MORES SACERDOTVM.

Sed vbi veluti sensibus orbari & præstriditi mente, nulla cura aut cogitatione incubuimus, vt diuinum numen in nos incensum beneuolum & placatum efficeremus; sed tamquam imperij nostras res à Deo nec curari, nec animaduerti arbitrati, alia vitia alijs acerrimè adiecitimus, & pastores nostri, depulsa repudiataque pietatis regula, dissidio & contentione inter se exarserunt: quinetiam nullas alias res, præterquam discordias, minas, amulationem, inimicitias & odium inter ipsos mutuo adaugere studuerunt, & animis ambitionis aestu incensis, tyrannorum more, principatum obtinere laborarunt: tunc demum iuxta illam Ieremiæ b sententiam: Quo modo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: proiecit de cælo in terram inelytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die tuioris sui? &c.] & paulò post c:

VIII. CAUSA PERSCVTIONIS.

Verùm non est nostrum oratione describere vultes illas calamitates, quæ ad extremum inuectæ fuerunt: quandoquidem neque discordias ante persecutionem inter eos commotas, neque absurdos & importunos conatus, nostrarum partium esse putamus memoriam commendare. Quocirca nihil amplius de illis scriptis prodere decreuimus, quàm vnde iustum Dei iudicium in illos declaratum perspicue probare possemus.] hæc Eusebius, omnem propemodum persecutionis causam reiiciens in Christianos iam turpiter moribus deprauatos; licet iidem iusti, Gentium oraculi testimonio, fuerint comprobati. E Nam cum in Vita Constantini, quam scripsit, edictum d ab eodem pro Christianis editum recitat, hæc verba quoque in eo scripta fuisse testatur: Apollinem autem id temporis ex antro quodam & tenebricoso recessu, non ex sacerdotis ore hoc oraculum edidisse ferunt: Iustos qui in terris versabantur, impedimento ipsi fuisse; quod minus vera loqueretur: & propterea falsa oracula ex tripode edita esse, indeque etiam factum esse, vt comam demitteret. Oraculo igitur hoc modo exagitato, hominum malitia de ea re conqueri cœpit. Sed videamus ista ad quem exitum venerint: Te iam Deum altissimum confessor, me verum dicturum.

IX.

Audiebam, cum iam puer admodum essem, eum qui illo tempore principem locum inter Romanos Imperatores obtineret, miserum, planè miserum errore cæcaturum à satellitibus suis, curiosè inquirentem, rogasse, Quinam essent illi in terris iusti? quemdamque

A damque ex variis suis responsum dedisse, eos esse Christianos. Tyrannum autem responsum illud tamquam mel ore auide arripientem, gladios, qui erant ad iniuriam vltiscendam excogitati, contra sanctos viros, qui erant omni labe & reprehensione carentes, intentasse. Extemplo igitur mandata crudelibus ficiariis, quorum manus erant cæde & sanguine resperse, data esse, iudicesque missos, vt celeres animi motus à natura datos, ad acerbiora suppliciorum genera inuenienda intenderent.] hæc Constantinus in edicto.

Sed & quæ de Episcoporum discordiis idem etiam Eusebius recitat, pariter resutantur. Certè quidè nec leue vestigium discordiarum, quas iactat inter Ecclesiarum Præfides intercessisse, his temporibus, antequam Meletiani in Ægypto schisma conflarent, vel Arius hæresin excogitaret (quæ omnia facta sunt postea) aliquis poterit demonstrare. Sed in eo quoque assertio illa Eusebij confutatur, qua ait, nonnisi hoc anno decimonono sui Imperij à Diocletiano sœuiti cœptum in Christianos: nam si id, (vt ipse Constantinus in edicto testatus est) contigit, cum puer adhuc admodum esset; cum constet eundem hoc anno fuisse suæ ætatis annorum vigintiocto, qui (vt testatur Eusebius a) annos natus trigintaduos imperare cœpit, quod contigit post annos tres, nempe Domini trecentesimo sexto: planè colligitur, ipso initio Imperij Diocletiani, cum Constantinus ipse ageret annum nonum, ac proinde (vt ait) admodum puer Diocletianum Christianos vexare cœpisse, sed edicta illa hoc anno ab eo promulgata fuisse.

At rursus Eusebij narrationem prosequamur, qua suum institutum in hac describenda persecutione declarat his verbis b: Neque propterea aut de illis qui persecutionis tempore animis propè ceciderunt, aut de illis qui omnino salutis suæ fecere naufragium, suaque sponte tamquam in profundum ingentium fluctuum gurgitem proiecti sunt, mentionem facere instituius: sed eas solùm in historiam res gestas generatim complectentem includimus, quæ nobis ipsis primùm, deinde posteritati adiumento esse queant.] hæc de suo in conscribenda persecutionis historia instituto Eusebius, parum explens numeros sui muneris: dum perinde ac si panegyrim scriberet, non historiam; triumphos dumtaxat martyrum atque victorias, non autem lapsus iacturamque Fidelium posteris scripturæ monumentis curaret testata relinquere. At suspectum hoc eius nobis de lapsis silentium redditur, dum ea reticendo, pudori suo potius quàm aliorum consuluisse visus est: quippe qui, si ea fideliter præstitisset, suum ipsius de fide naufragium fuisse litteris commendaturus. Excidisse quidem ipsum à fide, ac, vt liberaretur à paratis sibi tormentis, Gentilibus obtemperasse, in conuentu Tyrio Magnus ille Potamon Heracleæ in Ægypto Episcopus & confessor, in faciem exprobrauit.

Hæc vera esse, his verbis testatur Epiphanius c: Cùm (inquit) zelotes esset pro veritate ac recta fide prædictus beatus Potamon, liberum habens os, & qui nunquam personam alicuius suscepit (oculo enim in persecutione propter veritatem orbatus erat) cùm vidisset Eusebium Episcopum Casareæ sedentem ac iudicantem, & Athanasium stantem: superatus tristitia, & lacrymans ob ea quæ apud veritatis professores fiunt; inuectus est voce magna contra Eusebium, ac dixit: Tu sedes, Eusebi? & Athanasius innocens existens à te iudicatur? Quis tulerit talia? Dic verò mihi tu: Nonne mecum fuisti in carcere tempore persecutionis? & ego quidem oculum amisi pro veritate; tu verò nihil mutilatum in corpore habere videris: neque testimonium pro confessione præbuidisti, sed stetitisti viuens, nulla parte detruncata. Quo modo discessisti à carcere? nisi quod promissisti iis qui necessitatem persecutionis nobis intulerunt, id quod nefarium est, facturum te esse, aut sanè fecisti. Hæc vbi audisset Eusebius, indignatione quidem commouebatur, ac surrexit, & dissoluit iudicium.] hucusque Epiphanius de Eusebio & Potamone, vt eius silentij, quo prætermisit scribere de lapsis, causa innotesceret; & sciretur pariter, quod quem semel diabolus fecit fidei desertorem, eundem quoque adiungens postea Ario, constituerit fidei proditorem, atque perfidiæ defensorem: itidemque intelligeretur, qui hæc tacuit, multa quoque de rebus gestis Arianorum obuoluta silentio reliquisse: ob idque opus sit nobis, eum hucusque intrepidè persecutis, posthac cautiùs eius vestigia affectari: nec inconsulto eidem, præsertim in rebus quæ ad eius dogmatis historiam spectant, fidem præstare, sed ex institutione diuinæ legis Patres nostros, Catholica fide clarissimos, de semitis antiquis interrogare.

At quid idem senserit de ecclesiarum demolitione, & factorum librorum conflagratione,

CONFVTA- TYR EUSE- BIVS EX CONSTAN- TINO.

a Euseb. in Vita Constant. lib. 1. cap. 1. & lib. 4. ca. 53.

XI. Euseb. li. 3. cap. 2. EUSEBII INSTITVTVM.

DE EUSEBII LAPSV.

XII. Epiph. hæref. 68.

XIII.

^a Euseb. li. 8.
cap. 2.
DE MO-
LITIO ECCLIE-
SIARVM.

^b Euseb. libid.
cap. 3.

XIV.
DIRISSI-
MI CRY-
CIATVS.

^c Euseb. li. 8.
cap. 4.

XV.
MARTY-
RVM ALA-
CRITAS.

XVI.
EDICTVM
DE LIBRIS
COMBVS-
RENDIS.
^d Augustin.
de Baptis-
m. lib. 7. cap. 2.

^e Apud Aug.
contra Cresc.
lib. 7. cap. 27.

XVII.
^f Arnob. ad-
uers. Gent.
lib. 4. in fine.

tionem, quæ oculis vidit ac scripsit recenseamus^a: Ista (inquit) omnia mala erant nostris A scilicet expleta temporibus, quando sacras ædes precibus dicatas è sublimi in solum, fundamentis ipsis conuassatis, deiectas: diuinas & sanctas scripturas medio foro in rogam impositas: Ecclesiarum pastores, hos in latebras hic illic se cum ignominia abdentes, illos non sine dedecore prehensos, & ab hostibus ludibrio expositos, oculis nostris aspe-ximus.] & post multa^b: Tunc igitur (cum edicta sunt promulgata) inciderat tempus, cum sicut plurimi, qui Ecclesiis præerant, libentibus animis verberibus grauius casu, in Christi studio luctati sunt, & in grauib certaminibus præclare obeundis præclara sanè spectacula hominum oculis subiecerunt ad contemplandum: sic alij infiniti confestim animis præ formidine perculsi & attoniti, facile eo modo, impetu in illos facto, prorius succubuerunt.

Exceteris autem quisque varia tormentorum genera alternis subiit: hic plagis toto B corpore dilaceratus, ille cruciatus distorsione membrorum, alius acutis & intolerabilibus nouaculis dilaniatus: inter quos nonnulli erant, qui vix satis honestum vitæ exitum consecuti sunt: alij item qui sine fructu certamen decurrerunt. Nam vt vnus infidelium violentia contrusus, & ad sacrificia illa nefaria impuraque deductus, quamuis non immolarat, tamen, perinde ac si immolasset, liberè dimissus est: sic alter, quamquam non omnino appropinquauerat, neque quidquam attigerat impuri, Gentilibus tamen eum sacrificasse affirmantibus, tacitus eorum tulit contumeliam, seque inde proripuit. Alius semiuivus sublatus, velut iam mortuus proicitur. Quidam prostratus humi, inque numerum sacrificantium relatus, longinquo spatio pedibus abstrahitur. Alius vociferatus est, & magna voce contectatus, se hostias penitus repudiare. Alius salutaris Christi appellationis confessione gestiens, se Christianum esse clamauit. Alius C neque immolasse, neque se aliquando immolaturum, asseueranter affirmauit. Attramen isti etiam frequentibus satellitum ad eam rem delectorum manibus in os verberati, & ad silendum compulsi, in vultum quoque & genas percussi, vi è medio extrusi fuerunt. Ita pietatis hostes omnino vel videri effecisse, quod animo intendebant, permagno æstimarunt^c.

Verùm contra sanctos martyres, quorum res gestas nullo dicendi genere satis accurate explicare possumus, isti perditii infidelium conatus nequiquam ex animi sententia eis processerunt. Infinitos enim videre licebat, qui admirabile studium & propensionem animi pro vero Dei omnium fabricatoris cultu & religione declararunt: idque non ex eo tempore solum, quo persecutionis ardor erat contra omnes Christianos incensus; sed longè etiam antè, cum adhuc pax tranquilla in Ecclesia vigeret.] hæc Eusebius de martyribus summatim perstrinxit, cetera persecutorum distincta oratione secundum tempora atque loca, de quibus agemus interius.

Vt autem singillatim de rebus in hac persecutione gestis agamus: quod in primis spectat ad edictum de sacris codicibus concremandis, de eo quod ad certitudinem temporis consignandam pertinet, non tantum Eusebij testimonio exploratum redditur id factum hoc anno decimonono Diocletiani Imperatoris; sed S. Augustini quoque testificatione id firmius stabilitur, qui contra Donatistas^d agens, sic ait: Post passionem quippe eius (nempe beati Cypriani) quadraginta, & quod excurrit, annis peractis, traditio codicum facta est, vnde coeperunt appellari Traditores.] hæc ipse. Cum verò contigerit Cypriani martyrium sub Fulco & Basso Consulibus, anno Domini, secundum rectam à nobis institutam chronologiam, ducentesimo sexagesimo primo: si ab eo anno vsque in præsentem annum numerum supputemus, sicut anni quadraginta & vnus; vel duo, si ambo qui extremi sunt anni, numero includantur. Nec est quòd illud, Et quod excurrit] possit longiori spatio propagari: nam cum constet anno sequenti (vt dicemus) quarto Nonas Martij, Consulibus Diocletiano^e octies & Maximiano septies habitum esse in Numidia Cirrense Concilium in causa eorum qui sacros codices tradidissent; iam certum est, non eo anno, sed potius superiori, eodem mense Martij (vt ex Eusebio dictum est) de comburendis diuinis scriptis fuisse promulgatum edictum.

Meminit quoque Arnobius^f, agens aduersus Gentes, de eiusmodi Gentilium rabie de exurendis Christianorum codicibus & demolitione ecclesiarum, sic dicens: Quòd si haberet vos aliqua vestris pro religionibus indignatio; has potius litteras, hos exurere debuistis olim libros (Gentilium nimirum) istos demoliri: dissoluere theatra hæc potius,

A potius, in quibus infamiae numinum propudiosis quotidie publicantur in fabulis. Nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conuenticula dirui? in quibus summus oratur Deus, pax cunctis & venia postulatur magistratibus, exercitibus, Regibus, &c.] hæc Arnobius, proculdubio alludens ad promulgata de cremandis libris & Ecclesiis demolendis edicta.

Ex his planè manifestum apparet, Arnobium nequaquam ante præsentem annum scribere cœpisse, sed post de comburendis libris editam Imperatoriam iussionem. Quam-obrem cum in eodem commentario numeret annos Vrbs vsque ad tempus quo ea scriberet, mille & quinquaginta, sic dicens^a: Ætatis vrbs Roma cuius esse in Annalibus indicatur? Annos ducit quinquaginta & mille, aut non multum ab his minus.] satis manifestè cognoscitur (nisi in numerum illapsus sit error) ipsum in numerando Vrbs

B annos nequaquam secutum esse supputationem Varronianam, qua anni Vrbs mille & quinquaginta expletur Christi anno ducentesimo nonagesimo octauo, quo perperam putarunt alij^b ab Arnobio commentarium illum esse elucubratum; quem eius testificatione scriptum fuisse constat post edicta de libris concremandis & Ecclesiis demolendis proposita. Numerans verò idem auctor annos à Christo, ex quo nomen deductum est Christianum, sic ait^c: Trecenti sunt anni ferme, minus vel plus aliquid, ex quo cœpimus esse Christiani, & terrarum in orbe censi.] hæc ipse, alludens ad Christi natalem, cum censu Quirini descriptus est.

Quod item spectat ad imperatam Christianorum librorum incensionem: ab eodem Arnobio traditur fuisse nonnullorum Gentilium sententiam, non tantum (quod factum est) vt Christianorum codices igni subicerentur, sed & illos omnes, licet à Gentilibus C scriptos, quibus Gentilitia superstitio videretur posse conuelli, ac præsertim quos Cicero de Natura deorum, vel de Diuinatione conscripsit, esse pariter abolendos. in quos inuenitur idem auctor his verbis^d: Ante omnes Tullius, Romani disertissimus generis, nullam veritus impietatis inuidiam, ingenuè, constanter, & liberè, quid super tali opinione sentiret, pietate cum maiore monstrauit: à quo si res sumere iudicij veritate conscriptas, non verborum luculentias pergeretis, perorata esset hæc causa, nec secundas (vt dicitur) actiones nobis ab infantibus postularer. Sed quin aucupia verborum, splendoremque sermonis peti ab hoc dicam, cum sciam esse non paucos qui auersentur & fugiant libros de hoc eius, nec in aurem velint admittere lectionem opinionum suarum præsumpta vincentem? cumque alios audiam mussitare indignanter, & dicere, oportere statui per Senatum, aboleantur vt hæc scripta, quibus Christiana religio comprobetur, & vetustatis opprimatur auctoritas? Quinimò si fiditis, exploratum vos dicere quidquam de diis vestris: erroris conuincite Ciceronem, temeraria & impia dicta refellitote, redarguite, probate: nam intercipere scripta, & publicatam velle submergere lectionem, non est deos defendere, sed veritatis testificationem timere.] hæc in eos Arnobius, de cuius his temporibus facta ad Christi fidem conuersione dicemus inferius.

Ceterum de abolendis improbatæ religionis libris, ac proinde Christianorum, iam longè antè, nempe temporibus Alexandri Imperatoris, Vlpianus^e Christianorum hostis visus est respondisse. Quòd enim (vt sæpè dictum est) & Arnobius, qui his propè diebus hæc scribebat, testetur, Christum à Gentilibus magum fuisse creditum, & eius sectatores eadem imbutos disciplina magos pariter existimatos: ipsorum quoque libros cremandos pariter fore, illi Iuris prudentissimi responderunt; ac si penitus abolendos, E & vt incendio darentur promulgatum olim illud in magorum libros fuerat edictum: secundum illud planè Paulus^f Iurisconsultus illa conscripsit: Libros magicæ artis apud se neminem habere licet: & si penes quoscumque reperti sint, bonis ademptis, combustisque his publicè, in insulam deportantur: humiliores capite puniuntur. non tantum huius artis professio; sed scientia prohibita est.] hæc ipse, & iure quidem in magia libros, quos etiam ante Pauli tempora publicè igni tradi solitos, ipsa quæ diximus, Apostolorum Acta^g testantur.

Verùm non magia libros tantum, sed quosquos putarent aduersari auito deorum cultui, igni decerni; vetus illud Senatusconsultum fidem facit, quo & tunc inuenta in Ianiculo in arca lapidea Numæ volumina, illis ipsis quæ de diis docuerat aduersantia, incendio sunt addicta. At quod pertinet ad sacros abolendos codices, Antiochus Epiphanes^h in eos primus inuenit immaniter desecuisse: sed illud Cumaniⁱ Iudææ Procuratoris

XVIII.
ARNOBIVS
QUANDO
SCRIP-SIT.
^a Arnob. li. 1.

^b Panin. in
Fast.

^c Arnob. li. 1.

XIX.

GENTILIVM
LIBRI CON-
TRA IPSO-
RVM RELI-
GIONEM.
^d Arnob. li. 3.

XX.
^e L. A. ff. famul.
heretic.
LIBRI LONGE ANTE
VETITI.

^f Paul. lib. 5.
sentent. i. 23.
in fine post
Cod. Theod.
edis. Romil.

^g Act. 9.

XXI.
DE LIBRIS
NUMÆ.

^h Ioseph. Ant.
lib. 20. c. 4.

ris dignum laude prædicatur, dum in militem, qui factos Hebræos codices confcidisset, A iure animaduertit.

XXII. Inquisitio de libris Christianis Norvm. Eiusmodi igitur de libris comburendis promulgato Imperatoris edicto, in omni provincia Præfides, & in singulis ciuitatibus, oppidis, atque vicis officia inuigilabant, vt à Christianis codices traderentur; ad hocque iidem vrgebantur, additisque tormentis crudeliter cogebantur. Qui ergo atrocitate pœnarum perterriti, quos apud se habent codices traderent, Traditores (vt dictum est) eiusmodi vocabantur. horum (vt demonstrabimus) ingens numerus fuit; sed propè infinitus illorum, quorum constantia nulla est concussa formidine tormentorum, qui, ne codices sacros traderent, lubentissimo animo mortem oppetiuerunt. horum omnium coronas, quòd impossibile visum sit singulorum memoriam prosequi, vna die, nempe secunda Ianuarij a, Romana Ecclesia celebrat hoc præconio: Romæ commemoratio plurimorum sanctorum martyrum, qui spreto Diocletiani Imperatoris edicto, quo tradi sacri codices iubebantur, potius corpora carnificibus, quàm sancta dare canibus maluerunt.] ita ibi. Verùm hæc modò hæcenus: sæpius enim de his inferius agendum erit.

XXIII. Ecclesiarum vna die dirytæ. Quod verò pertinet ad edictum de ecclesijs demoliendis ab iisdem Imperatoribus promulgatum: vna die, nempe Passionis Domini, ex composito ecclesias omnes demolitas fuisse, Theodoretus b affirmat, quas tamen post nouem annos, persecutione cessante, fuisse maiori amplitudine restitutas, idem testatur. Eusebius c autem non vna die, sed ipsi diebus Paschalibus eam ecclesijs inflictam cladem affirmat.

XXIV. Acturi verò iam de sanctis martyribus hac persecutione coronatis, primùm quid de eius immensitate ac pariter immanitate sit generatim memoriæ commendatum, mox verò quid per annos singulos gestum sit, hic describere instituiamus. Quod ad primum C pertinet: Constantinus d Imperator in eo quod pro Christianis sanciuic edictum, de furente huius temporis persecutione summam sic narrat: Licuerat tum, licuerat inquam cernere, quanta cum animi alacritate egregij pietatis athletæ, in crudelitate continua, non vulgares, sed nouas in dies singulos afflictationes perulerint. Quippe modestia, quam nullus hostium aliquando læserit, furorem iracundorum & amentium ciuium multo fecit truculentiorum. Quæ incendij flamma fuit, qui cruciatus, quod tormentorum genus, quod non fuerit omnium sanctorum corporibus, nulla ætatis ratione habita, irrogatum? Eo tempore terra re vera lacrymas effudit: mundus res vniuersas suo complexu coërcens, tabido cruore inquinatus fletum dedit: dies etiam ipsa præ lugubri prodigij calamitate obscurata est. Sed quid ista memorem? Barbari inde iam gloriantur: qui quidem eos, qui per idem tempus à nobis aufugerent, in tutelam receperunt; & licet D illos tenuerint vt captiuos, tamen humanissimè tractarunt: nam non solum in ea securitate collocarant, vt salutem, sed etiam vt religionis suæ instituta & ritus retinere possent. Et iam Romani hanc maculam ad longinquum tempus continuatam sustinent, quam Christiani eis imprimebant eo tempore, quo ex eorum ditione eiekti, ad barbaros confugerunt.] hæc in edicto Constantinus.

XXV. De eiusdem etiam persecutionis acerbitate, Christianorumque in perferendis tormentis alacritate, Seuerus e hæc tradit: Hac tempestate omnis ferè sacro martyrum cruore Orbis infectus est: quippe certatim gloriosa in certamina ruebatur: multoque auidius tum martyria gloriosis mortibus quærebantur, quàm nunc Episcopatus prauis ambitionibus appetuntur. Nullis vniquam magis bellis mundus exhaustus est, neque maiore vniquam triumpho vicimus, quàm cum decem annorum stragibus vinci non potuimus. Extant etiam mandatæ litteris præclaræ eius temporis martyrum passiones, quas connectendas non putauim; ne modum operis excederem.] hæc ipse.

XXVI. Ingens Martyrum Numerus. Quod verò spectat ad ingentem Christianorum numerum, qui sunt hac persecutione sublati: si ex iis qui vno mense sunt passi, totius decem annorum temporis licet deducere rationem, in immensum excrecet martyrum numerus. Nam in libro de Romanis Pontificibus traditur in Marcellino, ex quo descriperunt alij, vno dumtaxat mense numeratos esse decem & septem millia martyrum. Sed illud quoque exploratum habetur, tantum abesse, vt persecutio adeo furenti immanitate progressa, post hæc temperatius egerit, vt alijs quoque (vt dicemus) adiectis aucta, in dies ferocior visa fuerit: quandoquidem Diocletianus & Maximianus Galerius & Herculus Imperatores animo firmiter stantissent, Christianam religionem penitus è medio tollere, radicisque conuellerent.

His

a Martyrol. Rom. ea die.

d Apud Euseb. in Vita Const. li. 2. c. 51. & 52. Persecutionis huius immanitas.

e Seuer. lib. 2. Martyrum Desiderium.

ingens Martyrum Numerus.

A His igitur de hac persecutione præmissis, quid in primis Eusebius de rebus in Oriente singulis annis gestis conscribat, hic ordine temporum intexamus. ipse enim narrationem instituens, ab iis quæ Nicomediæ facta sunt, exorditur: nam Imperatoria sedes Nicomedia facta erat; ac proinde ab ea ciuitate, vbi primùm exorta, & vnde emanarunt edicta, æquè est cœpta carnificina, inchoandum videtur. sic enim ait a: Simulataque edictum contra Ecclesias Christi editum in Nicomedia propositum erat; vir quidam non obscurus & ignobilis, sed (vt hominum fert opinio) longè illustrissimus, incredibili amore erga Deum, & ardenti fide incitatus, ocyus prodit in medium; & illud in aperto & publico loco affixum, tamquam profanum & maximè impium, manu auellens, dilacerat; idque cum duo ex Imperatoribus in ciuitate adessent, quorum alter ætate præ ceteris proiecta primum Imperij gradum, alter quartum ab eo obtinuit (erant hi Diocletianus & Galerius Maximianus.) Atque iste primus martyrum, qui tunc occubuerunt, ad hunc modum eximie nobilitatus, taliæque cruciamenta perpeffus, quæ lia erat verisimile, eum, qui fuisset in eiusmodi facinore deprehensus, subitum, tum constanti & virili animo, tum pacato & tranquillo ad extremum vsque spiritum constitit.] his de primo martyre Nicomediæ passo dictis, ad eos qui in aula erant Imperatoris, conuertit orationem b:

Ex omnibus (inquit) qui vniquam vel apud Græcos, vel apud barbaros, propter animi magnitudinem illustres, & hominum sermone celebrati sunt, nullus cum diuinis & extimis nostri temporis martyribus Dorotheo & suis sodalibus, Imperatorum ministris, comparari potest: qui quidem cum summum honorem apud dominos adepti fuissent, & amore essent apud illos liberis propriis & ingenuis non inferiores, probra & afflictationes pro pietate corporibus impositas, noua & multiplicia mortis genera contra ipsos excogitata, splendidiore te vera exultantur diuitias quàm gloriam, quàm delicias, quibus hominum vita soleat diffuere. Mortem igitur vnius ex illorum numero, qualis fuerit, commemorare placet, eamque lectoribus spectandam relinquere; vt inde quæ reliquis etiam eius sodalibus contigerint, animaduerti possint. Quidam illorum in ciuitate supra commemorata coram Imperatoribus, quos diximus, in medium adducitur: qui cum iussus idolis immolare, omnino recusaret; mandarunt nudum in sublime tolli, ac flagellis eoque toto corpore dilaniari, quoad supplicio euictus, etiam animo inuito, quod erat imperatum, prætare. Sed vbi ista perpeffus, constans & immutabilis persisteret; de reliquo ossibus eius iam carne nudatis, acetum sale permixtum in corporis membra cruciatu attenuata, consumpta, & propè contabefacta infuderunt.

D Atque vt istos dolores protruerat, & veluti pedibus conculcarat; inde craticula atque ignis vnà in medium trahuntur, & reliquæ eius corporis, tamquam carnes ad comedendum paratæ, ignis incendio non raptim, vt breui e vita decedens omni dolore libertaretur, sed paulatim absumptæ fuerunt. Neque qui eum imposuerant in rogam, etiam post tot tamque graui cruciamenta ei vllum respirandi locum dare, in animo habebant, nisi prius ipsorum imperata facturum annueret. Sed ille proposito suo mordicus adhaerescens, victor in tormentis animam efflauit. Tale vnius regionum famulorum martyrum extitit, appellatione sua (Petrus enim nominatus fuit) re vera dignum. Ceterorum autem sociorum eius martyria, quæ non inferiora sunt, quòd orationis terminemus modum, missa in præsentia faciemus. Tantùm autem exponemus, quo pacto Dorotheus, & Gorgonius vnà, aliique non pauci ex Imperatoris familia, post varia certaminum genera, laqueo vita deposita, diuinæ victoriæ præmia reportarint.

E Per idem tempus Antimus, quæ tum Ecclesiæ Nicomediensi præfuit, capite propter Christi testimoniū ceruicibus abscisso, moritur.] sed de Antimo ex alijs martyrum Actis rursus inferius dicendum. Pergit verò: Huic ingens & frequens martyrum turba adiuncta fuit: idque quòd iisdem ferè diebus fortè, nescio quo pacto Regia Nicomediensis incendio conflagraret; & ex suspitione quadam rumor esset dissipatus, illud facinus à nostris fuisse admissum. Vnde Imperatoris iussu, ex pijs qui ibi verfabantur, acervatim & tamquam cumulo alij gladio trucidati sunt, alij ardore flammarum corporibus circumiectarum obierunt. Quo tempore, fama est, & viros, & mulieres etiã diuina inexplicabili alacritate sua sponte in rogam insulisse: reliqua autem multitudo vinculis alligata, & à licitoribus in scaphis imposita, in vastum maris gurgitem fluctusque præceps proiecta fuit. Famulos illos egregios post mortem decore & celebri funere terre mandatos, Imperatores,

XXVII. Persecutio Ecclesiarum Nicomediensis. Euseb. lib. 8. cap. 5.

b Euseb. li. 8. cap. 6.

XXVIII. Dorotheus Certamen.

XXIX. Petri Martyrum.

XXX. De Antimo Episcopo et Martyre.

MARTYRES
VETITI SE-
PULCHR.

qui eorum domini putabantur, rursus de integro effodiendos, in mareq; præcipitandos, A
sententiis decreuerunt: ne ut eorum ferebat opinio, quidam eos in sepulchris & monu-
mentis conditos, deos esse reputantes, diuina veneratione prosequerentur.] hæc idcirco
illi agebant, ut patet, quod (ut aliis innumeris quoque exemplis est declaratum) solerent
Fideles reliquias sanctorum martyrum honore prosequi, & debito illas cultu venerari.

XXXI.

al. obnoxios.
C. de relig. &
sumpt. funer.

At hæc contra ius fasque, immo contra suas ab ipsis Imperatoribus sancitas leges,
impiè ac iniuste pariter facta sunt: nam iidem Imperatores Diocletianus & Maximianus
iisdem ipsis Consulibus, illo nempe quartum, isto tertium, octauo Idus Aprilis, hæc ad
Gaudentium diu antè rescripserunt: Obnoxios criminum, digno supplicio subiectos,
sepulturæ tradi non vetamus.] sed subdit Eusebius: Quæ igitur initio persecutionis Ni-
comedie fuere patrata, sic ferè se habent:

XXXII.
EDICTVM IN
EPISCOPIS.

Non longo tempore post, cum alij in Melitina (sic illa regio est appellata) alij rursus B
in Syria Imperio insidias parare molirentur: edictum Imperatorum exiit, ut omnes
Ecclesiarum Præsides, utpote ea de re suspecti, in carceres & vincula conicerentur: aded
ut spectaculum illarum rerum, quæ deinceps ibi gerebantur, omnem explicandi facul-
tatem longè superet. Nam multitudo infinita vbique gentium in custodiam conclusa
fuit, & carceres passim, qui iam olim homicidis & mortuorum sepulchris conditorum
expilatoribus parati fuerant, tunc Episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus, & exorci-
stis penitus referti: aded ut his, qui maleficiis tenebantur obstricti, nihil illic loci esset re-
liquum.] hucusque Eusebius.

XXXIII.
DE NICO-
MED. MAR-
TYRI BYS
RELIGVA.

Sed quod rursus pertinet ad res Nicomedienses, quas ipse visus est leuiter tan-
tum attigisse, compluraque prætermisisse digna memoria, hic nos eas ex Actis marty-
rum describemus, illis inquam, ex quibus res gestas Nicomediæ anno superiori retuli-
mus, cum de incensa vnâ cum Christianis ibi consistentibus ecclesia die Natali Domini C
actû est; quibus hæc mox intextuntur de ipso Imperatore Galerio Maximiano: Maximia-
nus autem existimans se iam omnes vicisse, & relaxatum esse à curis certaminis, theatris
pascibat oculos, & equorum scilicet & hominum curriculis. Illud verò non erat vincere,
sed potius victum esse: idque magis induxit pios, ut liberè loquerentur: ostendunt au-
tem quæ sequuntur.

XXXIV.

ZENONIS
CONFESSIO
ET MARTY-
RIVM.

Ante theatrum quidem erat ædificatum maximum fanum Cereris, quæ erat apud eos
dea maxima. Accedens autem ille cum vniuerso populo & exercitu, execranda perage-
bat sacrificia. Quidam verò ex numero militari, Zeno nomine, zelo plenus aduersus
impios, nec ferens sic pietatem affici contumelia, stans in alto, Erras, inquit, ô Imperator,
insensibilibus sacrificans lapidibus & mutis lignis: hoc enim est quod apparet, id autem D
quod est re vera & intelligitur, est fraus dæmonum, quæ suos cultores abducit ad in-
teritum. Intellige, ô Maximiane, & hoc oculos & internos in cælum tollens quære ex iis,
quæ videntur, Creatorem: qualis sit opifex, disce ex operibus: & disce Deum piè colere;
qui non sanguine & nidore animalium ratione expertum, sed mundis hominum dele-
ctatur animis, & mundo corde.

XXXV.
CRVDELE
SVPPLI-
CIVM.

Hæc cum audisset Maximianus, iubet pondere lapidum eius maxillas confringi: &
simul clamat licitoribus quidem, ut fortiter percuterent; sancto autem per præconem,
ne deos maledictis appeteret. Sic ergo patienti sancto omnes quidem dentes sunt imma-
niter excussi, maxillæ verò sunt contritæ: & iam parum spirantem & mox moriturum
iubet abduci extra ciuitatem; & amputari caput, quod liberè erat locutum. Et sic Zeno
generosissimus, cum magna celeritate peregrisset beatum stadium martyrij, capite trunca-
tur, & rursus fertur ad Christum caput omnium] hucusque de Zenonis martyrio Acta E
martyrum: in quibus de Dorotheo in carcerem anno superiori post verbera sæua detru-
so, de quæ aliis qui post comprehensi sunt, eiusmodi narratio subditur:

XXXVI.

Sacer quoque chorus qui erat circa Dorotheum, qui à tam bono instituebatur magi-
stro, diuino inquam Antimo (erat hic Episcopus Nicomediæ, in latebris adhuc agens, &
litteris frequentibus suos admonens) non sic erat habiturus caput coronæ expert: sed
hæc quoque supernè dispensabantur ac providebantur à diuina gratia. Et à sancto qui-
dem Antimo ad eos mittebantur litteræ; ipso quidem in quodam vico delitescente, illos
autem aperte decertantes, ad suscipienda strenuè certamina, precibus adiuuante.

XXXVII.

Hoc postquam euadit manifestum scelerati Imperatoris satellitibus; & ipsas litteras, &
eum cui erant datæ, adducunt ad Imperatorem. Ille autem cum eum vidisset, & legisset quæ
scripta

A scripta erant; scripta verò erant (ut est verisimile) quæ ille quidem nolebat, pulchra autem
erant & salutaria: ira æstuans, iussit eos quam primum abduci. Illi ergo statim sunt abdu-
cti. Imperator autem, Vana ne, inquit, fuit mea coniectura, cum prædicerem, vos à me
defecisse? Immo verò execrâdi iam etiam aduersus me insurrexistis; ad alium autem, cum
quo nos acre bellum gerimus, transfugistis. Et simul dat eis legendam epistolam. Iussit
verò eum quoque, qui abductus erat, introduci. Quem cum vidissent martyres, valde
lætati sunt animo, eumque etiam procul starent, vultu & nutu salutauerunt.

Maximianus autem factum quemdam & spiritum suscipiens Principis, & immaniter
eum intuens, Dic mihi, inquit, infelix, quis est qui hæc tibi tradidit, & vbinam later ter-
rarum?] qui has enim litteras attulerat, diaconus erat: nefas enim fuisse, dictum est sæpè
aliàs, non nisi per ministros Ecclesiæ Episcopum dare litteras. Diaconus verò (subdunt
B Acta) cum magna voce tacite ad Deum prius clamasset, & petiisset ut conuenienter ve-
rissimæ promissioni daretur sibi oris apertio: Qui litteras, inquit, dedit, cum sit Pastor &
procul absit, gregem hortatur & incitat ad pietatem, & maximè cum senserit incurso-
nem luporum atque ferarum: tunc enim alta & clara voce suo gregi imperat, & quæ sint
facienda significat. Quæ autem dicit, non sunt sua, sed ea accepit à primo Pastore, qui
dicit: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Mat. 10.
atque dixi quidem quismam dederit litteras; vbinam autem sit, non dicam: aperta enim
fuerit infania, Pastoris esse proditorem eum qui ex illo maximam accepit utilitatem: qui
etiam absque nobis mox fiet manifestus: non posse enim abscondi ciuitatem supra mon-
tem positam, vox diuina dixit & veri amatrix.

Cum hæc fortissimè dixisset lingua sancta, non ferens Maximianus dicendi libertatem,
C vt ipsa amputetur, eum condemnat. Deinde sic eum iubet obrui lapidibus. Et ille qui-
dem post sacræ linguæ ablationem, sic obrutus lapidibus, tela quidem nihil curabat, sed
corpore quidem iam partim attrito iaculationibus, partim autem obruto lapidibus adhuc
magis erigebatur, & in cælos attollebatur anima, Christo angulari lapidi coniungenda.

Adhuc vehementer irascebatur Maximianus: quocirca Dorotheum cum suis multi-
plicia exceperet supplicia. Illis verò minimè perpetua defuit constantia Christum inuocan-
tibus, & tormenta ut leuia & imbecilla minimè curantibus, vel potius reputantibus illa
pro deliciis, & tyranno impietate acerbis exprobrantibus. Quamobrem ille iam defessus,
communiter quidem omnes morte condemnat, diuersas autem pronuntiat sententias;
Dorotheo quidem ense caput amputari, Mardonium verò viuū cremari, & Mygdonium
in fossam proiectum obrui, Gorgonium verò, Indem, & Petrum, molaribus lapidibus eo-
rum collis alligatis, in mare proici. Et ita sunt, consummatis victoriis, insignes Christi
D martyres vario mortis genere vna via ingressi ad Dominum.] hæc ibi. At quod ad Pe-
trum spectat: planè diuersa hæc sunt ab iis quæ de eo ab Eusebio scripta superius enar-
rantur, nempe in tormentis efflase animam: eadem quoque, de Petro Nicephorus habet.

Quo modo autem eorumdem sanctorum martyrum corpora, quæ in mare demersa
sunt, Domna virgo illa, de qua multa suo loco superius dicta sunt, à piscatoribus
ad littus rete tracta, sepulturæ mandari, cum adhuc virilem quem semel fugiens sumptè-
rar habitum gestans, vir omnium oculis appareret; & quo pacto insuper delata quod
martyres sepultura donasset, ab eodem Galerio Maximiano occidi iussa, inuentaque
ad sepulturam martyrum orans, capite truncata sit; eadem Acta fusiùs narrat. quibus
velut egregium corollarium de Euthymij martyrio hæc breuiter adnectuntur: Paulò
E post iis adiungitur sapiens quoque Euthymius, qui doctrinis & monitis multos prius
Christo martyres obtulerat: nam propter illius magnum zelum ad pietatem valde
vexatus Maximianus, ira & furore plenus, multis quidem tormentis eum prius co-
natur omnino abducere à confessione. Cum autem ille puniens esset defessus, ense
mortem affert athletæ.]

Ad Euthymij vsque martyrium eadem Acta Nicomediensium martyrum produ-
cunt historiam: quamobrem cum de eorum Episcopo Antimo non nisi (ut dictum est)
latebras, & pastorale munus in scribendis ad suos litteris (ut vidimus quoque facere con-
fessu S. Cyprianum) recenseant, planè significatur, non nisi post hos omnes eum diu-
summa industria perquisitum, tandem inuentum, Nicomediamque perductum, con-
summasse martyrium; nec illud quidem breue atque leue, sed in quem Maximianus præ-
ceteris (ut superius enarratum est) immensum odium concepisset, utpote quem sibi ante
alios

LITTERAS
ANTIMI
EPISCOPI
INTERCE-
PTAS.

XXXVIII.

DIACONY
DICENDI
LIBERTAS.

Mat. 5.

XXXIX.
DIACONI
MARTY-
RIVM.XL.
DOROTHEE
ET SOCIO-
RYM MAR-
TYRIVM.c. Nicoph. li. 7.
cap. 15.XLI.
MARTYRES
SEPULTURA
DONATI.EUTHYMI
MARTY-
RIVM.XLII.
DE ANTIMO
EPISCOPI
MARTYRIO.

alios aduersarium sentiebat (quo superstitie, spe cadere videri posset, vt quod conabatur efficeret, de Christianis vbique delendis) in eum inquam ad se perductum omnia quæ diu fuerat meditatæ supplicia violenter exercuit. Perierunt eius martyrij Acta; nec de eo quidquam Eusebius (vt vidimus) nisi quod abscissis ceruicibus martyrium consummarit. Nicephorus autem (puto ex Actis eius, quæ tunc extabant) summam hæc de admirabili eius agone diutius exantlato collegit, cum ait: Diuinus autem Antimus primùm quidem crudelissimè cæditur, subulis igne candentibus talos perforatur, super fractis testis reponitur, baculis conuerberatur, crepidas æreas ignitas induitur, fideiculis aliisque tormentorum instrumentis excruciat, facibus aduritur, & ad postremum securi percutitur.] hæc de Antimi Episcopi martyrio aded præclaro Nicephorus.

*Nicoph. li. 7
cap. 6.

XLIII.

IMMANI-
TAS IVDI-
CVM.

bLactant.
lib. 5. cap. 11.

At probè quidem (quod dictum est superius) sui exemplo ceteros prouinciarum Præsides Maximianus instituere voluit, quid in Christianos singuli agerent, qui Imperatorem in eos aded immania perpetrare sentirent; vt planè erubescerent ignaui atque segnes in eo obeundo munere inueniri, ob id in exquirendis atrocioribus cruciamentorum generibus pro viribus laborarint, ac penitus dixerim, desudarint: vt eisdem ex interuallo temporis repetitis, fessum tandem martyrem, nec mori valentem, ad negationem adigerent. At de his quæ in eadem prouincia Bithynia, in qua Nicomedia sita est, agebantur; qui tunc aderat & ea peruidebat Lactantius grauissimus testis accedat, qui ait: Vidi ego in Bithynia Præsidem gaudio mirabiliter elatum, tamquam barbarorum gentem aliquando subiecisset, quod vnus, qui per biennium magna virtute restiterat, postremò cedere visus est. Contendunt igitur vt vincant, & exquisitos dolores corporibus immittunt: & nihil aliud euitant, quàm vt ne torti moriantur.] hæc Lactantius de Præsidentum portentosa sæuitia: vt planè ex his apparet, quod non superent humanum captum & fidem, si quæ interdum, immò passim reperiuntur in Actis martyrum exhibita in eos aded horrenda tormenta. Quibusnam parceret, quæso, ingeniosa crudelitas, & quæ non inuenisse praua & inquieta, ad mala inferenda semper aduigilans curiositas? quod intelligis ex Lactantio, quem, de iis quæ viderat, Præsidentum crudelitatis testem adduximus.

XLIV.
LACTAN-
TIUS NICO-
MEDIÆ.
cLactantius
lib. 5. cap. 2.

Quid præterea hoc ipso anno, quo Ecclesiæ omnes iussæ sunt dirui, ibidem Nicomediæ, vbi idem Lactantius Rhetoricam publicè profitebatur, actum sit; ipsum ea spectantem atque narrantem audiamus: Ego (inquit) cum in Bithynia litteras oratorias accitus docerem; contigissetque eodem tempore, vt Dei templum euerteretur: duo extiterunt ibidem, qui iacenti atque abiectæ veritati, nescio vtrum superbius, an importunius, insultarent. Quorum alter antistitem se Philosophiæ profitebatur; verum ita viciosus, vt continentia magister non minùs auaricia, quàm libidinibus arderet; in victu tam sumptuosus, vt in schola virtutis assertor parsimoniam, paupertatisque laudator, in palatio peius cenaret quàm domi: tamen vitia sua capillis & pallio, & quod est maximum velamentum, diuitiis prætegebat: quas vt auerget, ad amicitias Iudicum miro ambitu penetrabat, eosque sibi repenti auctoritate falsi nominis obligabat, non modò vt eorum sententiam venderet, verum etiam vt confines suos, quos ædibus agrisque pellebat, a suo repetendo hac potentia retardaret.

XLV.
PHILOSOPHVS QVID
CONTRA
CHRISTIANAM RELI-
GIONEM.

Hic verò qui quas disputationes moribus destruebat, vel mores suos disputationibus arguebat; ipse aduersus se grauis censor & accusator acerrimus, eodem ipso tempore, quo iustus populus nefariè lacerabatur, tres libros euomit contra religionem, nomenque Christianum: professus ante omnia philosophi officium esse, erroribus hominum subuenire, atque illos ad veram viam reuocare, id est, ad cultus deorum, quorum numine ac maiestate (vt ille dicebat) mundus gubernaretur; nec pati homines imperitis quorundam fraudibus illiciti, ne simplicitas eorum prædæ ac pabulo sit hominibus astutis. Itaque se suscepisse hoc munus philosophia dignum, vt præferret non videntibus lumen sapientia: non modò vt susceptis deorum cultibus resanescant; sed etiam vt pertinaci obstinatione deposita, corporis cruciamenta deuitent, nec læuas membrorum lacerationes frustra perpeti velint.

XLVI.
PHILOSOPHI ADV-
LATIO.

Vt autem appareret cuius rei gratia opus illud elaborasset, effusus est in Principum laudes, quorum pietas & prouidentia (vt quidam ipse dicebat) tum in ceteris rebus humanis, tum præcipuè in defendendis deorum religionibus claruisset. Consultum esse tandem rebus humanis, vt cohibita impia & anili superstitione, vniuersi homines legitimis sacris

vaca-

vacarent, ac propitios sibi deos experirentur. Vbi autem religionis eius, contra quam perorabat, infirmare voluit rationem; ineptus, vanus, ridiculus apparuit: quia grauis ille consultor vtilitatis alienæ non modò quid oppugnaret, sed etiam quid loqueretur, nesciebat. Nam si qui nostrorum affuerunt, quamuis temporis gratia conticescerent, animo tamen deridere; vt pote cum viderent hominem proitentem, se illuminaturum alios, cum ipse cæcus esset; reducturum alios ab errore, cum ipse ignoraret vbi pedes suos poneret; eruditurum alios ad veritatem, cuius ille ne scintillam quidem vnam vidisset aliquid; quippe qui cum sapientiæ professor, profligare sapientiam niteretur. Omnes tamen id arguebant, quod illo potissimum tempore id operis esset aggressus, quo furebat odiosa crudelitas. O philosophum adulatorem, ac temporis seruentem! Verum hic pro sua inanitate contemptus est; qui & gratiam, quam sperauit, non est adeptus, & gloria, quam captauit, in culpam reprehensionemque conuersa est.

Alius eandem materiam mordaciùs scripsit, qui erat tunc è numero Iudicum; & qui auctor in primis faciendæ persecutionis fuit: quo icelere non còtentus, etiam scriptis eos, quos afflixerat, insecutus est. Composuit enim libellos duos, non contra Christianos, ne inimice insectari videretur; sed ad Christianos, vt humanè & benignè consulere putaretur: in quibus ita falsitatem Scripturæ sacræ arguere conatus est, tamquam sibi esset tota contraria: nam quædam capita quæ repugnare sibi videbantur, exiit; aded multa, aded intima enumerans, vt aliquando ex eadem disciplina fuisse videatur. Quod si fuit, quis eum Demosthenes poterit ab impietate defendere? qui religionis cui fuerat assensus; & fidei cuius nomen induerat, & sacramenti quod acceperat, proditor factus est. nisi fortè casu in manus eius diuinæ litteræ inciderunt. Quæ igitur temeritas erit, id audere dissoluere, quod illi nemo interpretatus est? benè, quod aut nihil didicit, aut nihil intellexit. Tantum enim abest à diuinis litteris repugnantia, quantum ille abfuit à veritate & fide.

Præcipuè tamen Paulum Petrumque; lacerauit, ceterosque discipulos, tamquam fallaciae feminatores, quos eisdem tamen rudes & indoctos fuisse testatus est; nam quosdam eorum piscatorio officio questum fecisse: quasi egrè ferret, quod illam rem non Aristophanes aliquis aut Aristarchus commentatus sit. Abfuit ergo ab his fingendi volùtas & astutia, quoniam rudes fuerunt. Aut quis posset indoctus apta inter se & coherentia fingere; cum philosophorum doctissimi Plato, & Aristoteles, & Epicurus, & Zenon ipsi sibi repugnantia & contraria dixerint? Hæc est enim mendaciorum natura, vt coherere non possint. Illorum autem traditio, quia vera est, quadrat vbique, ac tota sibi consentit; & ideo persuadet, quia constanti ratione suffulta est. Non igitur quæstus & commodi gratia religionem istam commentati sunt: quippe qui & præceptis & ipsa re eam vitam secuti sunt, quæ & voluptatibus caret, & omnia quæ nabentur in bonis spernit: & qui non tantum mortem pro fide subierint, sed etiam mortuos esse se & scierint, & prædixerint, & postea vniuersos, qui eorum disciplinam secuti essent, acerba & nefanda passuros.

Ipsam autem Christum affirmavit à Iudæis fugatum, collecta nongentorum hominum manu, latrocinia fecisse. Quis tantæ auctoritati audeat repugnare? Credamus hoc planè: nam fortasse illi hoc in somnis Apollo aliquis nuntiauit. Tot semper latrones perierunt, & quotidie pereunt, vtique multos & ipse damnasti. Quis eorum post crucem suam, non dicam Deum, sed hominem appellatus est? Verum tu fortitan ex eo credidisti, quia vos homicidam Martem consecratis vt Deum: quod tamen non fecissetis, si illum Areopagita in crucem sustulissent. Item cum facta eius mirabilia destrueret, nec tamen negaret; voluit ostendere, Apollonium vel paria, vel etiam maiora fecisse. mirum quod Apuleium prætermisit, cuius solent & multa & mira memorari. Cur igitur, ô delirum caput, nemo Apollonium pro deo colit? nisi fortè tu solus, eo scilicet deo dignus, cum quo te in sempiternum verus Deus puniet.]

Et post multa, hæc de librorum titulo: Cum igitur talia ignorantia suæ deliramenta fudisset, cum veritatem penitus excidere connixus esset: ausus est libros suos nefarios ac Dei hostes, *φιλανθής*, id est, Veritatis amatores, annotare. O cæcum pectus! ô mentem Cimmeriis (vt aiunt) tenebris atriorem! Discipulus hic fortasse Anaxagoræ fuit, cui niues atramentum fuerunt: atque eadem cæcitas est, & vero falsitatis, & mendacio veritatis nomen imponere. Videlicet homo subdolos voluit lupum sub ouis pelle celare, vt fallaci titulo posset irretire lectorem.] hæc & alia aduersus oblatrantem in Christianam religionem hominem Lactantius prodit.

XLVII.
IVRISCON-
SULTVS
ADVERSVS
CHRISTIANAM RELI-
GIONEM
SCRIPSIT.

XLVIII.
IN APOSTO-
LOS PHILO-
SOPHVS IN-
SANIUIT.
cLactant.
lib. 5. cap. 3.

XLIX.
BLASPHE-
MIÆ IN
CHRISTVM.

*al. adstrue-
ret.

L.
DE LIBRI
TITULO.

celebris S. Methodius Episcopus Tyri, vt Tyrij hominis (sic ille dici volebat potius, quam Batanaeus, pertæsus Iudæum genus) infringeret temeritatem, procaciamque retunderet. Hic (inquit Hieronymus) Olympi Lyciæ, & postea Tyri Episcopus, nitidi compositique sermonis aduersum Porphyrium confecit libros, & Symposium decem virginum, de Resurrectione opus egregium contra Origenem, & aduersus eundem de Pythonissa & de ἀντιζουσιον, in Genesim quoque & in Cantica Canticorum commentarios, & multa alia quæ vulgò lectitatur, & ad extremum nouissimæ persecutionis (siue, vt alij affirmant, sub Decio & Valeriano) in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est.] hæc Hieronymus. Porro sententiam illam de eius martyrio temporibus Decij, alibi b plenius refutauius. Methodium alio nomine dictum esse Eubulium, qui eum citat, Epiphanius c tradit. At post Methodium Eusebius d, ac denique extremo loco Apollinaris e contra eundem Porphyrium edidit commentarios: licet sparsim tum S. Hieronymus, tum etiam S. Augustinus, Cyrillus, & alij, quæ idem contra diuina scripta impudenter effutiit, passim cum se offerret occasio, refellere non prætermiserint. Postea verò (vt suo loco dicemus) Imperatoris sanctionibus iidem libri comburi iussi, penitus deserunt.

a Hieron. de Script. Eccles. in Adarhod. cap. 83.

b Not. in Martyrol. Ro. die 18. Sept. n. c Epiph. hæref. 64.

d Hieron. de Script. Eccles. in Eusebio.

e Hieron. de Script. Eccles. in Apollin.

LXIII. EX HOSTIBVS COMPARATVS DEFENSOR.

f Job 39.

LXIV. ARNOBIVS SCRIBIT ADVERSVS GENTES.

g Hieron. in Chro. addit. ad Euseb.

LXV.

h Arnob. li. 1. ARNOBII PRIOR STATVS.

Sed admirandum in eo præsertim diuinum consilium: quòd hoc ipso tempore, quo oblatrantium infidelium studiis in hunc modum oppugnaretur Christiana religio, eorundemque vulgatis scriptis vbique profcinderetur salutare Christi nomen, idem ipse Dominus non è suis quempiam, qui his assueuerit certaminibus, in campum aduersus eos certaturum adduxerit, sed Ethnicum hominem, eumque Christianorum antea acerrimum hostem: quem, vt crederet, diuina luce perfuderit, moxque antequam plenè per Baptismum fieret Christianus, necdum panè in militia tyro, in emeritos illos impietatis omnia stipendia milites veteranos armarit, & in eos debellaturum immiserit. Sic planè ex diuino illud accidisse miraculo videatur, quod tamquam magnam aliquod ostentum Dominus Iob demonstrauerit, dicens f: Numquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? Numquid alligabis rhinoceros ad arandum loro tuos? aut confringet glebas vallium post te?] & quod sequitur: Numquid credes illi, quòd sementem reddat tibi, & aream tuam congreget?]

Talis profectò his temporibus erat Arnobius, qui inter rhetores huius temporis principem sibi locum absque controuersia vendicabat: & eo ipso sanè tẽpore quo in religionem Christianam maior omnium persecutio ingruerat, cum Fidelium alij fugam arripent, latebras quærent alij, rursus alij plures (quod deterius est) tormentorum metu succumberent: hic, inquam, fidem Christianam professurus, dat nomen Ecclesiæ. Sed cum non crederent Episcopi id illi sincerè poscenti, nisi prius oppignoraret fidem suam aliqua scriptione, qua deorum falsitatem, & fidei veritatem omni ex parte professam atque testatam relinqueret: eam aduersus Gentes scribendi commentarium oblatam occasionem libenter arripuit. Id quidem S. Hieronymus b tradit, sic scribens: Arnobius in Africa rhetor clarus habetur: qui cum in ciuitate Siccæ ad declamandum iuuenis erudiret, & adhuc Ethnicus ad credulitatem somniis compelleretur, neque ab Episcopis impetraret fidem quam semper impugnauerat, elucubrauit aduersus pristinam religionem luculentissimos libros, & tandem veluti quibusdam obsidibus pietatis fœdus impetrauit.] hæc Hieronymus.

Scripsisse ipsum eos commentarios hoc tempore post promulgatum de incensione librorum & Ecclesiarum demolitione decretum, iam satis superius ex ipsius scriptis est demonstratum: in quibus in primis hæc h de se ipso: Venerabar (ò cæcitas!) nuper simulacra modò ex fornacibus prompta, in incudibus deos & ex malleis fabricatos, elephantorum ossa, picturas, veteriosis in arboribus tenias. Si quando conspexeram lubricatum lapidem, & ex oliui vnguine ordinatum, tamquam inesset vis præfens, adulabar, affabar, beneficia poscebam, nihil sentiente de trunco: & eos ipsos diuos quos esse mihi persuaseram, afficiebam contumeliis grauibus, cum eos esse credebam ligna, lapides, atque ossa, aut in huiusmodi rerum habitare materia. Nunc doctore tanto in vias veritatis inductus: omnia ista quæ sunt, scio; digna de dignis sentio; contumeliam nomini nullam facio diuino: & quid cuique debeat vel personæ vel capiti, inconfusus gradibus atque auctoritatus tribuo. Ita ergo Christus non habeatur à nobis Deus? nec qui omnium alioquin vel maximus potest excogitari, diuinitatis afficiatur cultu, à quo iam dudum tanta & accepimus dona viuentes, & expectamus, dies cum venerit, ampliora? Sed patibulo affixus interit: quid istud ad causam? &c.] plura prosequitur de gloria Crucis Christi.

Vnde

* Vnde autem scribendi suscepit argumẽtum, ipso ingressu operis declarat, sic dicens a: Quoniam comperi nonnullos, qui se plurimum sapere suis persuasionebus credunt, infanire, bacchari, & velut quiddam promptum ex oraculo dicere, Postquam esse in mundo Christiana gens cœpit, terrarum orbem periisse, multiformibus malis affectum esse genus humanum, ipsos etiam cælestes derelictis curis solemnibus, quibus quondam solebant inuisere res nostras, terrarum ab regionibus exterminatos: statui pro captu & mediocritate sermonis contraire inuidiæ, & calumniosas dissoluere criminationes.] ita ipse. Hanc quidem falsam causam prætexuisse inter alias visi sunt Imperatores, vt qualemcumque honestam viderentur nacti esse Christianos persequendi occasionem, nam & inferius post multa de iisdem, quid dicere solerent, hæc ait: Negliguntur dii, clamitant; atque in templis iam summa raritas est; iacent antiquæ derisui carimonix, & sacrorum quondam veterissimi ritus religionum nouarum superstitionibus occiderunt; & meritò humanum genus tot miseriarum angustis premitur.] quæ omnia ipse validissimè confutat.

Quod verò opus illud, vt inter Fideles admitteretur, quasi fidei suæ vadem festinus absoluit; hinc planè est quòd in eo (vt ait Hieronymus b) fuisse visus est inæqualis & nimius, & absque operis sui partitione confusus. Rursum verò quod nondum plenè esset scientia rerum Christianarum imbutus, vt pote cum non solum non fuerit Baptismate illustratus, sed nec in Ecclesiam inter catechumenos acceptus; venia dignus est, si aliquibus nãuis visus est commentarius ille esse resperfus: qui in eo torus est, vt refellat ab Ethnicis in Christianos illatas calumnias, quæ multæ erant: cum vndiquaque illi occasionem captarent, vt nomen carperent Christianum: vsque aded, vt, quod res nostræ barbarissimis atque solocicmis obsitæ essent, & locutionis vitiorum deformitate pollutæ, obicerent; & quòd nouella esset Christiana religio, & magis esset propagata præstigijs, & alijs similibus: quæ omnia ille quàm validissime confutat.

Sed inter alia breui quodam compendio omnia, quæ præsentis temporis essent, ob oculos ponit; & de ea quæ tunc inualescebat persecutio, meminit, qua minimè religio Christiana flaccesceret, sed cresceret, quæ & vbiq; barbaras quoque gentes humanioribus moribus excoluerit; cù ait d: Nõnne vel hæc saltem fidem vobis faciunt argumenta credendi, quòd iam per omnes terras in tam breui tempore & paruo immensi nominis huius sacramenta diffusa sunt? Quòd nulla iam natio est tam barbari moris, & mansuetudinem nesciens, quæ non eius amore versa molliuerit asperitatem suã, & in placidos sensus assumpta tranquillitate migrauerit? Quòd tam magnis ingenijs præditi oratores, grammatici, rhetores, consulti Iuris, ac medici, philosophix etiam secreta rimantes magisteria hæc expetunt, spretis quibus paulò antè fidebant? Quòd ex dominis esse serui, cruciatibus affici omnibus statuerint, malint solui coniuges matrimonijs, exheredari à parentibus liberi, quàm fidem rumpere Christianam, & salutaris militiæ sacramenta deponere? Quòd, cum genera pœnarum tanta sint à vobis proposita religionis huius sequentibus leges, augetur res magis, & contra omnes minas atque interdita formidinum animosius populo obnitatur, & ad credendi studium prohibitionis ipsius stimulis excitetur?

An nõquid hæc fieri passim, & inaniter creditis tortuicis incurfibus assumi has mentes? Ita ne istud non diuinum & sacrum est, aut sine Deo eorũ tantas animorum fieri conuersiones, vt cum carnificis vnci, aliq; innumeri cruciatus (quemadmodũ diximus) impendeant credituris, velut à quadã dulcedine atque nectare ebrij cuncta contemnant? O ingratum & impium sæculum, &c.] Sed & de supplicijs, quibus Gentiles solerent Christianos afficere, hæc idem consentientia omnibus quæ de martyribus superius dicta sunt, atque dicentur e: Hõccine est, quæso, audax illud facinus & immane, propter quòd maximi cælestes aculeos in nos intendunt irarum atque indignationum suarum? propter quòd vos ipsi cum libido incesserit sæua, exuitis nos bonis, exterminatis patrijs sedibus, irrogatis supplicia capitalia, torquetis, dilaceratis, exuritis, & ad extremum nos feris & belluarum laniatibus obiectatis?] At de his, quæ in Gentiles dicta sunt ab Arnobio, satis.

Iam reliqua prosequamur, quæ de martyribus hoc anno passis ab Eulèbio scripta sunt. Cum autem ea narraffet, quæ Nicomediæ gesta sunt, ad res tum in Palæstina, tum in Ægypto gestas sic stylum conuertit, vt eas potius summatim comprehendat, quàm sigillatim percerseat. Sed ipsum audiamus: Cum (inquit) aliud edictum statim post primum illud insequeretur, in quo præcipiebatur de iis qui tenebantur in carcere, vt, qui immolare vellent, abire in libertatem permitterentur, qui inficias irent, infinitis tormentis diuexa-

LXVI. ARNOBII IN INITIO CALUMNIAR IN CHRISTIANOS.

LXVII. ARNOBII OPVS PRÆCOX. b Hieron. ad Paulin. epistola 13.

LXVIII. RELIGIO PROPAGATA. d Euseb. lib. 1. in fine.

LXIX. GENTILIUM CRUELITAS.

e Arnob. lib. 1.

LXX. Euseb. lib. 8. cap. 7. GARNIFICINAE SANCTORVM DIVERSAR.

diuexarentur: multitudo martyrum, qui denuò in singulis prouinciis occumbebant, **A** nemine dinumerari potest, & eorum maximè qui in Africa, in gente Maurorum, in Thebaide, in Ægypto denique martyrio defuncti sunt. Ex Ægypto autem in alias vrbes & prouincias progressi, martyrij coronis erant insigniter decorati.

LXXI.
MARTYRES
TYRI PASSI.

Quosdam enim ex illis in Palæstina, propter patientem tormentorum *perpeffionem*, claruisse scimus: alios Tyri Phoeniciæ magnam laudem collegisse: quos quidem quis est qui non supra modum miratus fuerit, cum oculis cerneret innumerabiles plagas, & egregiam athletarum re vera admirabilem in his pro pietate & religione concertantium constantiam, & statim post plagas, dimicationem cum bestiis voracibus, inque ea pardorum, visorum immanium, aprorum agrestium, taurorum denique igne & ferro ad rabiem acriter incitatorum impetus, & eximiam generosorum martyrum contra cuiusque bestiarum ictum tolerantiam? Quibus quidem rebus, dum gerebantur, ipsi interfuimus; diuinamque potentiam Saluatoris nostri, ipsiusque Iesu Christi, cui illi in cruciatu præclarum testimonium perhibebant, id temporis præstò martyribus opem tulisse, & euidenter se ipsam eis ostendisse, animaduertimus. **B**

LXXII.
PARCVNT
BESTIAE
MARTYR-
BVS.

Nam belluarum illarum rapaces, longo temporis spatio, neque sanctorum corpora atrectare, neque ad ea propè accedere audebant: sed infideles, qui extra repagula, alius aliunde, incitatione quadam eas in martyres instigarunt, impetu ferebantur. Et quamquam sancti Dei athleteæ nudi consistebant in medio, manibusque eas prouocabant, & in se pertrahere conabantur (hoc enim ut agerent, illis erat imperatum) illos tamen solos non omnino attingerunt; verum interdum, dum in eos iruebant, tamquam diuiniore quadam vi ac virtute fuerunt repulsæ, & retrò denuò quàm mox resiliunt: quod cum diu fieri cerneretur, non exiguam infidelibus spectantibus excitauit admirationem; vsque adeò ut prima bestia frustra incurfante, secundam & tertiam in ynam eundemque martyrem dimitterent. **C**

LXXIII.

ADOLESCEN-
TIS CON-
STANTIA.

Interea non modò virilem intrepidam sanctorum illorum animi tolerantiam, sed firmam etiam atque inflexibilem in teneris corporibus constantiam cum stupore quodam mirari licuerat. Vidisses enim adolescentulum, non viginti annos integros natum, nullis constrictum vinculis firmè consistentem, manibus in crucis modum è transuerso expansis, & robusta & excelsa mente in precibus ad Dei numen fundendis attentissimè defixum, neque omnino se commouentem, neque in hanc vel illam partem de loco in quo steterat deflectentem: idque cum vrsi & pardi furorem & mortem in eum exhalarent, cumque iam eius carnem dentibus lacerare aggredierentur: quorum ora diuina quadam & inexplicabili potentia, nescio quo facto, fuere probè obturata, & iterum ipsi retrò propè recurrerent. Sed de isto hoc modo. **D**

LXXIV.

DIVERSAE
SANCTO-
RVM CAR-
NIFICINAE.

Alios rursum cernere potuisses (omnes enim simul quinque erant) agresti & immani tauro obiectatos, qui nonnullos ex infidelibus propius aduentantes cornibus in aërem coniecit, eosque discerpit miserè, & semiuuos hominum manibus inde auferendos reliquit: verum ad sanctos martyres solos, dum furore & rabie exardescens in eos irrumpere conabatur, ne appropinquare quidem poterat: & tamen pedibus atque cornibus huc illucque vibrantibus insultabat, & cauteriorum incitamenti laceris, contra illos terrorem spirabat; tamen retrogrado cursu, diuina sacri numinis prouidentia repulsus fuit, vsque eò, uti, cum iste illos neutiquam læsisset, alias belluas in eos immitterent: ad extremum post graues & varias illarum etiam incurfiones, ense obruncati fuere, & marinis fluctibus sepulchrorum loco mandati. Talis fuit Ægyptiorum pugna, qui Tyri pro vera pietate præclara certamina obierunt. **E**

LXXV.

Ensch. lib. 8.
cap. 5. & 9.
MARTYRES
ÆGYPTII.

Illos autem qui sunt in ipsa Ægypto patria sua martyrio defuncti, nemo est qui non magnopere admiretur: vbi viri cum vxoribus & liberis numero propè infiniti pro Saluatoris nostri doctrina, vita fragili, & breui temporis momento duratura penitus neglecta, varia mortis genera subierunt. Quorum alij post cuticulam nouaculis laceratam, post membra luxata & distorta, post corpora flagellis acerbissimis laniata, alijque infinitis variis & dictu horrendis tormentis excruciatam, in ignem tandem coniecti fuerunt: alij in altum pelagus præcipitati: alij licetibus sua capita amputanda fidenti animo obiecerunt: alij occubuerunt ipsi cruciamētis oppressi: alij fame confecti interierunt: alij rursum patibulis suffixi, quorum nonnulli tamquam malefici suspensi: alij deteriore modo capite in terram demisso, clavis firmati, & viui vsque eò seruati, quoad ipsi in patibulis fame obtalescerent. **Nullò**

Nullò dicendi generè explicari potest, quænam verbera, quas grummas martyres in Thebaide exantlarint, testis acutis vngularum loco admotis, per totum corpus ad extremum spiritum dilacerati. Mulieres autem vno pede alligatae sublimes in aërem, capite deorsum statuto, quibusdam machinamentis attractæ, nudis omnino & derectis corporibus, spectaculum foedissimum, crudelissimum omnium, & ab omni humanitate alienissimum, intuentium oculis exhibuerunt. Homines rursus arboribus & earum ramis adstricti perierunt: nam cum duos ramos, robustissimos illos quidem machinis quibusdam in vnum attraxissent, ad vtrumque illorum martyrum crura distinentes alligantesque, eos impetu quodam denuò pro natura sua distendi diffundique dimiserunt: sicque illorum membra, in quos ista excogitabant, repentino impetu distracta fore suspicati sunt.

LXXVI.
PRODIGIO-
SA TORMEN-
TORVM GE-
NERA.

Neque hæc certè fuere ad paucos dies, aut ad exiguum tempus, sed diu admodum ad annorum integrorum spatia continuata: in quo quidem spatio erant interdum plures quàm decem, nonnunquam viginti numero, & amplius eo, sæpè non pauciores quàm triginta interfecti, iam propè sexaginta, aliquando rursum centum viri vno die simul cum tenellis admodum liberis & mulieribus morti addicti, & variis suppliciorum generibus vicissitudine quadam admotis trucidati. Ipsi etiam cum fortè in iisdem locis versaremur, complures confestim vno die sumus oculis contemplati, alios ignis incendio perimi, alios securi percuti; vsque adeò, ut cum securis ipsa feriendo obtunderetur, & velut erebriore ictu debilitata infringeretur, tum carnifices ipsi trucidando defatigati, mutuis operis traditis, alter ad alterum subleuandum succederet.

LXXVII.
DITINACT
SARVA CAR-
NIFICINA.

Quo quidem tempore mirandam supra modum alacritatem, vimque re vera diuinam, & singularem animi propensionem eorum qui in Christum Deum crediderunt, intuebamur. Similisque enim sententia contra priores pronuntiata fuit, alij aliunde ad tribunal Iudicis profilire cœperunt; seque Christianos confiteri, acerbitates & multiplicium tormentorum modos pro nihilo putare, absque metu & terrore libere pro religione & cultu Dei omnium rerum moderatis loqui; cum gaudio denique, risu & lætitia postremam mortis sententiam excipere; sic ut psalmos, hymnos & gratiarum actiones in Deum totius mundi conditorem, quoad extremum spiritum edidissent, lætis animis decantarent. **LXXVIII.**

Atque isti martyres admiratione quidem digni fuerunt: sed illi præ ceteris videbantur egregiè admirabiles, qui quamuis diuitiis, nobilitate, gloria, eloquentia, & philosophiæ cognitione illustres essent; hæc omnia tamen pro vera pietate & fide in Saluatorem & Dominum nostrum Iesum Christum pro nihilo ducerent. Talis erat Philo- **LXXIX.**

romus, vir magistratum non illum quidem vulgarem adeptus, sed ad Imperatoris negotia Alexandria procuranda delectus, qui non sine magna gloria & honore (ut Romanorum mos est) à satellitibus stipatus, in dies singulos de controuersis ad se relatis iudicium tulit. Talis Philæas etiam Thmuitensis Ecclesiæ Episcopus, vir planè cum in ciuilibus patriæ institutis & Ecclesiæ ministeriis valde præstabilis; tum philosophiæ disciplinis eximius. Isti duo, cum permulti & cognati & alij amici eos obsecrassent, cum præterea viri primarij, qui cum Imperio erant, orassent, cum ipse Iudex denique hortatus esset, ut sui ipsorum caperent misericordiam, liberorumque & vxorum curam ducerent: nequaquam eiusmodi virorum precibus adduci poterant; ut vitæ cupiditate aliqua ex parte delectarentur, & diuinas leges de confessione & negatione Saluatoris nostri penitus contemnerent; sed virili animo & mente digna philosophis, immò verò pia & digna Deo, contra omnes Iudicis minas, contra contumelias fortiter se opposentes; ambobus capitibus abscissis, abirent è vita. Sed quoniam Philæam propter humanioris literaturæ notitiam crebro hominum sermone prædicatum diximus, ipse sui ipsius in ea re locuples testis accedat; & partim se ipsum, quinam tandem fuerit, ante oculos cuiusque proponat; partim martyria, quæ eius ætate Alexandria contigerint, accuratius multo, quàm in nostra situm est potestate, narret his verbis, quæ quidem ab ipsius litteris ad Thmuitas præscriptis petita sunt:

LXXIX.
Ensch. lib. 8.
cap. 10. & 11.
DE PHILO-
ROMO ET
SOCIO.

Beati martyres, qui apud nos occubuerunt, præclara illa exempla, monita salutaria, & insignes præceptiones in diuinis ac sacris litteris nobis ad imitandum propositas, nulla ex parte contemnentem, oculos animi ad Deum omnium effectorem exquisitè intendebant; & mortem pro pietate oppetere secum statuentes, mordicus suæ vocationi adhererecebant. Ac quoniam isti sancti martyres Christi insignibus decorati, Dominum **LXXX.**

LXXX.
EX PHI-
LÆAE EPI-
SCOPI EPI-
STOLA.

nostrum Iesum Christum pro nobis hominis naturam induisse, pro certo cognouerant, vt omne peccatum radicitus extirparet, viatica nostri itineris ad vitam æternam suscepti nobis suppeditaret: Non enim rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inuentus vt homo: humiliavit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis. Isti, inquam, idcirco meliora dona emulantes, omnem cruciatum, omnia suppliciorum genera quæ poterant excogitari, non semel, sed iterum atque iterum sustinuerunt: atque præ omnibus satellitum terroribus, quos laborabant non verbis solum, sed rebus ipsis obnoxie eis iniicere, non demiserunt animos, neque succubuerunt, propterea quod perfecta in illis charitas timorem foras miserat. Quorum eximiam fortitudinem & excellentiam in singulis tormentis animi magnitudinem quæ tandem oratio poterit explanare?

LXXXI. Et cum libera potestas omnibus permessa esset contumelias & pœnas illis pro arbitrato inferendi: hi fustibus, illi virgis, alij flagellis, nonnulli loris, multi funibus eos percussuerunt. Atque spectaculum nouis vicissim plagarum & supplicij generibus erat variatum, & multum probri habuit & ignominie. Quidam enim primum manibus à tergo colligatis ligno appensi, & machinis quibusdam membra eorum vniuersa distenta distractaque, deinde à tortoribus eum mandato magistratum per totum corpus grauius diuexati, & non quemadmodum cum homicidis agi solet, latera solum, sed venter, tibia, & genæ flagris ferreis cæcæ. Alij pependerunt ad porticum vna manu affixi, & articularum membrorum quæ distensionem, quæ omnem doloris superabat acerbicatem, pertulerunt.

LXXXII. Alij vultu alterius in alterum obuerso ligati, & columnis pedibus non ad terram demissis appensi, sic vt cum funes acrius retraherentur & contentius, corporis grauitate ac pondere acerbius premerentur: neque tantisper solum dum Præses cum illis quaestione disceptabat, illisque examinandis vacabat, sed per totum ferè diem istud supplicij genus sustinuerunt. quando enim ab illis ad alios profectus est, ministros ipsius auctoritati obsequentes reliquit, qui priores accuratè obseruarent, si quisquam tormentis euictus cedere videretur: mandauit quæ vt acerbè & sine remissione vlla funibus distorquerentur, & deinceps cum iam iam esset animam acturi, rursus in terram demissi, passim miserè raprarentur: neque enim de nobis vel minima cura in eorum animis resedit, sed omnia in nos periurè tum excogitare, tum re præstare videbantur, ac si homines non fuissetis.

LXXXIII. Præter alia tormentorum genera istud nouum præterea, quod sequitur, aduersarij nostri inuenerunt. Nonnulli enim post verbera in compedibus ligneis positi erant, & pedes alter ab altero ad quartum foramen distenti districtique, adeo vt necessariò supini iacerent, nec possent propter plagarum vulnera recens toti corpori inflicta se vilo modo commouere. Alij in solum proiecti, præ crebris tormentorum ictibus, quos pertulerant, semineces iacuerunt, & propter varia ac diuersa tormentorum stigmata, quæ in corporibus habebant, miserabilius spectaculum, quàm cum torquebantur, oculis contemplantium subiecerunt. Ex his autem qui ita se habebant, nonnulli in cruciatu mortui sunt, & singulari animi tolerantia aduersarium prorsus confuderunt. Alij semineces in carcerem conclusi, non multis diebus post, dolorum grauitate oppressi, excedunt è vita. Reliqui valeditudine & viribus curatione recuperatis, temporis longinquitate, carcerisque vsu, & velut contritu multo, euadunt fidentiores. Sic igitur cum esset singulis illorum præceptum, libera data optione, vel victimas execrabiles contrectandi, quod liberarentur molestiis, & profana atque execrabilis ab illis libertate potirentur; vel non sacrificandi, & sententiam mortis exciperent: illi absque mora ad mortem libentibus animis gradiuntur. Norunt enim pro certo ea quæ à sacris litteris nobis præscripta sunt: Sacrificans deus eradicabitur.

^b Exod. 22. & Non sunt tibi dij alieni, nec alius præter me.

LXXXIV. Eiusmodi sunt voces Philææ martyris, cum sapientie tum Dei ipsius amore inflammata maximè, quas ante extremam de eorum iudicio latam sententiam, cum adhuc esset in carceris custodia, ad fratres Ecclesie, cui ipse præerat, per litteras misit; partim vti quo loco res illius erant, illis exponeret; partim vti eos hortaretur, vt pietate in Christo post mortem suam, quæ breui ipsum esset occupatura, mordicus adhærerent.] hucusque de Philææ scriptis, eiusque martyrio Eusebius Sed & S. Hieronymus de eodem hæc addit: Elegantissimum librum de Martyrum laude composuit; & disputatione Actorum habita aduersus Iudicem, qui eum sacrificare cogebat, pro Christo capite truncatur, eodem in Ægypto persecutionis auctore, quo Lucianus Nicomedie.] Natalis dies Philææ Epi-

^d Hier. de Scrip. Eccl. in Philæa.

A Episcopi adscripta habetur tabulis Ecclesiasticis cum Philoromo pridie Nonas Februarij, mentioque de eodem fit sexto Kalendas Decembris.

Recitatis Eusebius quæ à Philæa Episcopo & martyre ad suos scripta erant, ad res in Palæstina gestas, nempe patrias, conuertens Ilylum, sic ait: Ex Palæstine martyribus primus erat Procopius: qui antequam carceris satis magnum fecisset periculum; statim à primo ingressu, cum in iudicio coram Præsidibus sifteretur, & ei imperatum esset vt diis eorum immolaret; vnum solum Deum se scire dixit, cui, sicut ab eo ipso præceptum est, soli esset sacrificandum. Postquam verò quatuor Imperatoribus hostias etiam offerre illi madatam fuit, sententiam quandam, quæ illis parùm ardebat, elocutus, hoc scilicet Homeri camen:

Non bona res multi domini, Rex vnicus esto: extemplò securi percucitur.] Cum de Procopio scribat Eusebius, momentaneo propè martyrio agonem consummasse, diuersum ab hoc illum constat fuisse Procopium, cuius Acta fustis scripta, cognita sunt in Concilio Nicæno secundo, Actione quarta. Prosequitur Eusebius de martyribus orationem, sic dicens: Post istum Alphæus & Zachæus, cum post verbera & nouaculas, post vincula aspera, grauesque in iisdem dolores, post alias diuersas in tormentis quaestiones, post pedes dies noctesque compedibus ligneis, quatuor foraminum interuallo interposito, distentos distractosque, decimo septimo die mensis qui vocatur Dius, hoc est apud Romanos ad decimum quintum Kal. Decembris, vnum solum Deum, & solum Iesum Christum Regem liberè essent confessi: velut aliquid locuti blasphemie, pari ratione cum martyre superiore, capitibus abscissis, ex hac luce decedunt.

Ea porro quæ erant Antiochiæ, eodem die, de Romano martyre factitata, memoria planè digna videntur. Iste enim Palæstinus genere, Ecclesie Casariensis diaconus & exorcista, cum pariter Antiochiæ in ecclesiarum vastatione fortè versaretur, complures viros simul cum vxoribus & liberis acruatim ad idolorum delubra properantes, & iisdem hostias immolantes intuitus, spectaculum neuitquam tolerandum arbitratus est; & propterea singulari pietatis studio incensus accedit propius, & magna voce exclamans, eos grauius redarguit. Qui propter hoc tam audax facinus prehenus, generosissimus (si quisquam alius) testis declaratur veritatis. Nam cum Iudex mortem illi ignis incendio infligendam pronuntiaffer, ille vultu hilari & animo maximè lato sententiam lubens amplectus, ad supplicij locum abducitur. Deinde vbi alligatur ad palum, & dum ligna illi circumcirca coaceruabantur, & hi qui incenderent rogam, Imperatoris iam præsentis sententiam expectabant; clamauit: Vbi mihi ignis, quæso?

Hæc locutus, accersitur ad Imperatorem, quo nouum & inusitatum genus supplicij sustineret, vt lingua nimirum illi amputaretur: quod forissimè perpeffus, rebus omnibus declarauit, diuinam vim illis, qui aliquid pro pietate subeant acerbicatis, opem semper apportare solere, cum labores & ærumnas alleuando, tum animi alacritatem firmè corroborando. Iste enim simulatque nouum illum supplicij modum intellexit, præ generosa animi alacritate neuitquam obstupefactus, lubens extendit linguam, & paratissimo animo eam licitoribus quasi instructam præbet. Post quod supplicium in vincula coniectus, longinquo temporis spatio ibi afflictatus; tandem cum vigesimus annus regni Imperatoris (nempe sequens) aduentaret, quo ex decreto concessum erat vt libertas omnibus, qui vinculis vbique constricti tenebantur, palam prædicaretur (in ipsis scilicet Vicennalium solemnibus celebritate) solus ipse in compedibus iacens, vtroque pede ad quintum foramen distracto, laqueo collo circumiecto, strangulatus, martyrio demum, sicut ei erat in optatis, decoratur. Et quamquam extra patriam subiit martyrium: tamen cum Palæstinus genere esset, dignus videtur qui in Palæstinorum martyrum numero meritò reponatur. Hæc igitur primo anno, cum persecutio solum contra Ecclesie Præsides grassaretur, hoc modo in Palæstina gesta fuerunt.] quæ autem sequenti anno facta esse idem Eusebius tradit, suo loco dicemus.

Visis his, quæ ab eodem auctore de martyribus hoc anno in Oriente passis sunt scripta; iam ad ea quæ in Occidente, ac potissimum Romæ sunt gesta, orationem conuertamus. Feruntur in primis Acta quædam, sed admodum deprauata de Marcellini Papæ lapsu, de quæ eius per Concilium facta condemnatione, sequenti anno sub Consulatu Diocletiani octauo & Maximiani septimo: atque adeo vt lapsus Marcellini hoc anno, quo (vt ex Eusebio vidimus) aduersus Præsides Ecclesiarum est promulgatum Imperatorum edictum, contigisse dici posse videatur.

Annal. Eccl. Tom. 2.

Ppp 2

Quid

LXXXV.
PALÆSTINI
MARTYRES.

^a Recitat ea
Metaphrast.
die 8. Iulij.

LXXXVI.
ROMANI
MARTY-
RIVM.

LXXXVII.
MARTYRIS
INVICTA
CONSTAN-
TIA.

LXXXVIII.
ACTA MAR-
CELLINI
PAPAE.

LXXXIX. Quid autem Acta quæ extant, qualiacumque sint, de Marcellini lapsu contineant, iam A
videamus. Ea quidem aded deprauata habentur, vt perdifficile sit sensum ex eis germanum
exquiri. triplici sunt editione excusa, & quæ scripta legimus in Cresconiana antiqua
Collectione, haud emendatiora esse reperimus. Quamobrem quæ ad lapsum spectant,
ex eis magis hic sententiam, coniecturis interdum adiuuantibus, reddere, quam verba
ipsa describere instituimus. Cum verò (vt diximus) hoc primo anno persecutio in Ec-
clesiarum Præfides potissimum indicta esset, Marcellinus Papa, vt thurificaret, per Vr-
banum Iouis Capitolini Pontificem pertentatur, eoque vano obtentu, quod (vt aiebat)
cum Magi Christi cuiuslibet munera, aurum, thus, & myrrham obtulerunt, thuris diis
adolendi sanxisse visi fuerint disciplinam. Hæc aded intulsa refellit Marcellinus, qui &
de thure Christo oblato mysterium reserauit.

XC. Prouocat autem ille ad iudicium Diocletiani atque Maximiani Imperatorum. Ipsi B
Vulcanalibus, quæ mense Augusti Romæ agebantur iisdem Principibus ambo ex con-
dicto obulerunt contrariis sententiis libellos scriptos: diis thus offerendum Urbanus
inculcat; sed ex aduerso Marcellinus faciendum esse negavit. Tum Diocletiano con-
sultius visum est cum Marcellino blanditiis agere; sicque eum blandis sermonibus aded
delinuit, vt secum ea arte ad Vestæ templum perduxerit. Comitabantur illum duo
diaconi, Caius & Innocentius, ac tres presbyteri, Urbanus, Caltorius, & Iuuenalis: qui
vbi Marcellinum in templum ingressum esse vidissent, nondum tamen thus offeren-
tem; ab eo recedentes, ad collegas presbyteros in Vaticanum abierunt, & rem gestam,
vt viderant, retulerunt.

XC I. Cum interim inde complures Christianorum, exploraturi quid in templo fieret, in-
gressi essent; Marcellinum viderunt thurificantem. Qui omnes sceleris testes, nomina C
tam singuli in iisdem Actis descripti sunt, omnes numero secundum emendatioris co-
dices septuagintaduobus. de quibus sic enumeratis hæc in iisdem Actis leguntur: Omnes e-
lecti sunt viri libra Occidua, qui testimonium perhibent, videntes sacrificasse.] hæc-
tenus de Marcellini lapsu ex Actis: de quibus antequam disseramus, quæ proximè dicta
sunt de libra Occidua, elucidemus. sunt hæc quidem perobscura; sed quid ea sibi velint,
ab eruditis viris consultus, hæc ipsa respondi:

XCII. Inoleuerat apud antiquos mos ille, vt interdum ponderum notis numerum consigna-
rent, atque distinguerent: vt, quod exempli causa adduci potest, cum integram heredi-
tatem pondo vnus libræ comprehenderent, partes eius secundum libræ pondus in alia
quoque minora pondera, secundum quod à Volusio Metiano ^a pluribus scriptum est,
partirentur. Quod igitur inferius Acta Synodi in causa Marcellini numerum septuagin-
taduorum testium, libræ Occidua nominant: inde patet, quod hæc dicitur; Omnes
electi sunt viri libra Occidua, qui testimonium perhibent.] numerum septuagintaduor-
um testium esse significatum, eumque esse dictum libræ Occidua, quod scilicet ea
libra septuagintaduobus solidos contineret, vt ea lege ^b declaratur, qua dicitur:

Quotiescumque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa
transmittitur; in septuagintaduobus solidos libræ feratur accepta.] quæ quidem lex in
Codice Theodosiano posita, lata habetur Romæ, Lupicino & Iouino Consulibus, Impera-
toribus Valentiniano atque Valente fratribus. Extat & alia huic similis ab Arcadio ^c &
Honorio promulgata. Erat ergo libra Occidua, nota, quæ septuagesimum secundum nu-
merum impleret: & puto Occidua dictam ad differentiam prioris libræ numeri, quæ
contineret octogintaquatuor solidos; quam quidem partitionem primus omnium Con-
stantinus Imperator fecisse videtur: qui cum esset in Oriente, statuit continere auri vn-
ciam septem solidos, vt patet ex eius ^d rescripto ad Eufraxium, Paulino & Iuliano Con-
sulibus, abhinc post annos vigintitres dato.

XCIII. At nec propterea quod auctus est numerus, imminutum est pondus, sed creuit illud
quidem æquè. Nam sic est ab eo libra partita in octogintaquatuor solidos, vt quilibet so-
lidus esset quatuor scrupulorum. ita ipse dum septem solidos pro vnica impendi voluit,
quemlibet solidum quatuor mandauit appendi scrupulis; & sic quælibet vnica viginti-
octo scrupulos continebat, cum alioqui nonnisi vigintiquatuor scrupula pondus sit vnici.
hæc igitur fuisse videtur libra Orientalis, cuius respectu illa alia septuagintaduorum
solidorum, Occidua libra sit dicta.

XCIV. Cum verò per Constantinum & Valentinianum illud sit discrimen inductum inter li-
bram

^a Volus. Met. disty habetur edit. in Codic. Theod. edit. Romæ. 1568
^b l. quotiescumque. do. fasciculis. C. lib. 10.

^c l. 1. de obli- tione. Cod. Theod.

^d l. 1. de pon- deratoribus. Cod. Theod.

A bram Occidua & Orientalem; nec penes antiquiores sit reperiri eiusmodi differentia,
cum nonnisi vna esset vbique libra: planè intelligi potest, Acta illa Marcellini nequa-
quam his temporibus esse conscripta, quando eiusmodi de libra Occidua nomenclaturæ
nullus penitus vsus erat: sed post dictas promulgatas leges, quibus inter vtramque libræ
diuersitas illa exorta est. At de libra Occidua ex Actis lapsus Marcellini modò satis. De
Synodo autem, quæ habita legitur Consulari Diocletiani octies & Maximiani septies,
agemus anno sequenti.

Modò autem de Actis recensitis agamus. Quæ quidem etsi veneranda extent anti-
quitate signata, veteribus testata monumentis, ac tabulis Ecclesiasticis consignata, plu-
rimorumque testificationibus confirmata videantur; vt ab his desciscere, stultum, & tot
testibus obniti, temerarium existimari possit: tamen de veritatis certa fide dubitandum,
B haud leuiter admonere videntur tum quæ à sancto Augustino sunt scripta aduersus ea quæ
ab aduersariis Catholicæ fidei in Romanam Ecclesiam, quam odio infensissimo sunt in-
sectati, per calumniam obiecta sunt; tum etiam quæ in iisdem Actis parum sibi constan-
tia notata habentur; tum denique ea quæ à Græcis de eodem Marcellino dicuntur: quæ
quidem haud sunt talia quæ dissimulari aut sepulta silentio valeant prætermitti.

At primùm quæ de Marcellino sanctus Augustinus habeat, adducantur in medium. **XCVI.**
Agens enim aduersus Petilianum, acerrimum illorum patronum; ipsum hæc in eisdem
Romanæ Ecclesiæ Episcopos effutientem redarguens, ait: Quid ergo iam opus est,
vt Episcoporum Romanæ Ecclesiæ, quos incredibilibus calumniis insectatus est, abiecta
ab eo crimina diluamus? Marcellinus & presbyteri eius, Melchiades & Marcellus & Sil-
uester traditionis codicum diuinorum & thurificationis ab eo crimine arguuntur: sed
numquid ided etiam conuincuntur, aut conuicti aliqua documentorum firmitate mon-
strantur? Ipse sceleratos & sacrilegos fuisse dicit: ego innocentes fuisse respondeo. quid
laborem probare defensionem meam, cum ille nec tenuiter probare conatus sit accusa-
tionem suam?] ita ibi.

Ad hæc adde, quod si vera essent quæ à recentioribus obiecta sunt Donatistis: quo **XCVII.**
modo ista tam enormia tacuissent ipsorum maiores pugnacissimi Donatistæ? Cum enim
de absoluto Cæciliano à Melchiade Papa aduersus eum querelarum libellos obtulerunt
Constantino Imperatori, nihil penitus in Melchiadem obiecerunt, quamuis assertione
Donatistarum communis esset eius causa in lapsu cum Marcellino; recentiores verò a-
gentes aduersus vnum Melchiadem, eius sententiam pro Cæciliano latam labefactare
satagentes, ea in Melchiadem obiecere: in quorum principem Petilianum idem Augu-
stinus calumniam arguens, ista subdit, quibus cum sibi tum reliquis omnibus ea fuisse
incognita, satis docet. An verò (inquit) quod de foro Aptungensium factum fuerat, ab
istis accusaretur; & quod in Capitolio Romanorum factum fuerat, taceretur?] planè si-
gnificans, quod si ea, (vt calumniabantur) verè facta fuissent, omni genere attestatio-
num eadem corroborata reliquissent: quippe qui consueuissent abdita quæque peruesti-
gare; & quæ non inuenissent, facta mentiri, atque Acta Proconsularia fingere, vt Catho-
licos crimine thurificationis vel traditionis aspergerent, quod se iure illorum vitare com-
municationem ostenderent: hæc enim omnia totus ille longior causæ Cæciliani progres-
sus, de quo agemus, aperte demonstrat.

Hæc igitur cum ita se habeant: quo modo quæ non in angulo, sed in medio Urbis, & **XCVIII.**
coram Imperatore, & in templo idolorum sunt facta, à tali præsertim tantoque viro, vt
E & quod in Vrbe commissum esset, sciret Orbis (nam etsi Fideles facinus tacuissent, Gen-
tiles magna sua gloria diffamassent) vnum præterierunt Augustinum, qui etiam Romæ
tam diu versatus est? Certè quidem agens contra litteras eiusdem Petiliani idem Augu-
stinus in commentariis antea à se scriptis (vt ex tractationum eius catalogo possumus in-
telligere) cum eadem de Marcellino ab ipso obicerentur, quæ Petilianus non probaret,
à se minimè credi testatur ^b: vt planè appareat, ea omnia fuisse incognita Augustino,
Quod si hæc scierint tantummodò Donatistæ: cur rem tantam absque aliqua testifica-
tione iidem prodiderunt; cum præsertim thurificationis atque damnationis Marcellini
publica illa atque fide dignissima Acta suppeterent Synodalia?

Sed demus ea ab oscitante esse prætermissa Petiliano, alioqui vigilantissimo omnium **XCIX.**
non tantum ad perquirenda quæ essent vera, sed ad adstruendas quoque calumnias: cur
in tot Conciliis & Collationibus reliqui Donatistæ, qui omnem verterunt lapidem, vt

XC V.

XC VI.

XC VII.

XC VIII.

XC IX.

vnum

vnun diaconum Cæcilianum criminis traditionis arguerent, non pariter quos accusarent, Romanorum Pontificum, ac Marcellini presertim, cum opus fuit (quod & Augustinus obiicit) lapsus prodiderunt, ac probauerunt? Certè quidem in celeberrima illa editis Imperatoris coacta Collatione Carthagine ex Catholicis atque Donatistis Episcopis, cum vanè verbosi illi gloriarentur se probare paratos Melchiadem Romanum Pontificem fuisse sacrorum codicum traditorem; cum proluxa admodum Acta legi petissent^a, nihil eiusmodi penitus in eis inuentum est. Sed cur ibi, si verè putassent Marcellinum lapsum, non ex eo faceffiuere negotium Melchiadi, quem illius dicebant fuisse presbyterum, sicut cum ex persona Felicis Aptungitani Cæciliano mouere quaestionem, quod ab eo qui fuerat librorum traditor, ipse fuerit ordinatus?

^a August. in
Brenic. coll.
diei 3 cap. 18.
Epist. collat.
cap. 12. 13.

C. Si igitur in tanto Concilio trecentorum Episcoporum tunc habito, Marcellini lapsus cognitus atque probatus fuit: quonam pacto res tot tantisque testibus patefacta, nullo (vt ait Augustinus) testificationis genere, nec à Petiliano, nec ab aliis schismaticis est asserta? Vel quo modo tam liberè atque securè id ab eis nulla probatione iactari, S. Augustinus affirmat, quod ex tanto Concilio vulgatis Actis, poterat esse perspicuum? Verùm si ea clandestinè in Sinuessana crypta sunt facta; quo modo, si eius lapsus fuit omnibus adè manifestus, non etiam eius pœnitentiam curassent Patres, publicatione Actorum, omnibus innotescere? Sed esto (vt hæc eadem sæpius inculcemus) hoc vnun latuit Augustinum: cur quæso, id Augustinum negantem Petilianus aduersariis litteris postea non redarguit, nec à se dicta adè certis firmisque testimoniiis confirmauit?

C I. Rursum verò cum non Marcellinum tantum thurificationis criminis Petilianus arguerit, sed & Marcellum, Melchiadem, atque Siluestrum: planè conuincitur; eadem facilitate, temeritate, ac dixerim falsitate, qua ceteros, de quibus nulla vumquam fuerit suspicio, suggillasse etiam Marcellinum, in quem nihil ampliùs quam in reliquos Petilianus intulerit, nec de eo grauiùs quam de ceteris in crimen adductis conquestus sit. Sed more suo hos omnes simul calumniis liquet exagitasse; sicut cum Cæcilianum diaconum, atque Mensurium Episcopum Carthaginensem (vt suo loco dicemus) iidem falsis accusationibus vexauerunt. hæc quo ad obiectiones Donatistarum in Marcellinum, & S. Augustini defensionem. Cum præter hæc alia in ipsis Actis Marcellini lapsus nonnulla contineantur, quæ respui iure possent, nisi textus penitus deprauatus hæc aliqua ex parte excusaret. Si Græcos de Marcellino auctores consulas: satis constat Eusebium^b non nouisse eius lapsum, sed martyrium tantum; & Theodoretum^c apertè testari de ipso, magna fuisse gloria in persecutione ista nobilitatum. Hæc porrò à nobis ex munere elucidandæ historice veritatis sunt allata; non autem vt lapsus Romanorum Pontificum, si verè contigisset, quouis prætextu (quod à liberalis historici candore procul abhorret) siue in Marcellino, siue in aliis Romanis Pontificibus, excusandum sumamus.

^b Euseb. lib. 7.
cap. 26.
^c Theod. lib. 1.
cap. 3.

C I I.
^d Tertull. de
Prescript.

^e Aug. de v.
nic. Bapif.
contra Petil.
cap. 16.

Quantumlibet enim consenserimus id accidisse; nihil est tamen quod præiudicium afferat Catholicæ veritati. Quid enim (inquit Tertullianus^d) si Episcopus, si diaconus, si vidua, si virgo, si doctor, si etiam martyr lapsus à regula fuerit; idè hæreses veritatem obtinere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personas?] Et sanctus Augustinus postea de iisdem agens, hæc ipsa decernit^e: Non sanè parua est (inquit) parumque gloriosa consolatio cuiusque nostrum, si ab inimicis Ecclesiæ cum ipsa Ecclesia criminamur: eius tamen defensio non in eorum hominum defensione consistit, quos isti nominatim falsis criminationibus appetunt. Prorsus quales fuerint Marcellinus, Marcellus, Siluester, Melchiades, Mensurius, Cæcilianus, atque alij, quibus obiiciunt pro sua defensione quod volunt, nihil præiudicat Ecclesiæ Catholicæ toto terrarum orbe diffusæ: nullo modo eorum innocentia coronamur, nullo modo eorum iniquitate damnatur. Si boni fuerunt, in areæ Catholicæ tritura tamquam grana mundati sunt: si mali fuerunt, in areæ Catholicæ tritura tamquam stipulæ comminuti sunt. Intra istam aream boni & mali esse possunt.] hæc Augustinus.

C I I I. Porro his addere ista compellimur, quod post euulgata ista nostra, diligentèrque examinata à viris sanè doctissimis, eosdem scriptis suis vehementissimè nos compellasse, indignè ferentes, Marcellini Papæ integritatem malè traduci commenticiis Actis illis nullius ponderis existentibus, leuissimisque argumentis (vt aiunt) nomen Marcellini ab antiquioribus omnibus benè acceptum & magnæ æstimationis habitum, infamari, afferentes Acta illa non nisi callidè excogitatum commentum fuisse Donatistarum, idque validis

A dis sanè argumentis probare conati; de Martyrologio atque Breuiario Romano queruntur, quod ista in Ecclesia recitanda contineant. Sed sciant velim, Romanam Ecclesiam antiquitatis tenacissimam, quæ ante octingentos annos ita publicè lecta reperit, haud adè facile conuellenda quamuis sibi valde molesta putauit. Ceterum eandem ipsam Romanam Ecclesiam, non sicut Euangelium (quod Geladius monuit) legere consueuisse, vel legenda proponere quolibet Sanctorum Acta, sed potius ea cuncta Apostolica illa lance libranda relinquere; Omnia probate, quod bonum est tenete. Porro ipsam haud adè vanè leuiterque ista hactenus recitanda reliquisse, quæ habentur inferius, cum agatur anno sequenti de Sinuessano Concilio, declarabunt.

Iam de Marcellino Papa ad Marcellinum Ecclesiæ Romanæ presbyterum, qui vnà cum Petro exorcista his temporibus Romæ passus est, conuertamus orationem: quorum martyrium præclara monumenta reddidere conspicuum. adnotatum enim habetur in Ecclesiasticis tabulis; illorumque memoriam Constantinus via Lauicana, erecta ecclesia, dignè profecutus est: sed & eorumdem nomine fuit Romæ Titulus institutus. Quod enim admirandis & planè egregiis quibusdam signis fuerit à Deo ipsorum martyrium illustratum, celebrioribus quoque officiis Romana Ecclesia illorum gloriam illustrauit. Extant Acta ipsorum, quæ, reddita pace Ecclesiæ, ab ipso carnifice nomine Dorotheo, qui eos gladio percussit, Damasus Papa tunc lector accepit, qui & nobili epitaphio eorum quoque sepulturam iam factus Episcopus exornauit.

Passi enim sunt hi sub Sereno Vicario. hæc autem quo modo se habuerint, ex ipsorum Actis, quæ extant^a antiquitus scripta, hinc attexere dignum existimamus. Vrgebat Romæ in Christi fideles sæuissima persecutio: quando inter alios Petrus clericus exorcista, sæpè confessus, sæpè est detrusus in carcerem. Cum autem in vinculis esset, Arthemius carceris custos Paulinam filiam à dæmone lugebat arreptam. Cui Petrus: Si in Christum credis, Arthemii, salua erit filia tua. Ad quem ille: Miror valdè imprudens consilium: nam licet tu credas, Deus tamen tuus te liberare non potest. At Petrus: Non liberat nos Deus noster semper, vt patiendo faciat clariore; sed cum expedit, facere non desinit. si ergo cum me vinculis liberum videris, paratus es credere, certus sum quod ab his me Dominus soluet. Consensit Arthemius: & ne quid humanitus possit accidere, duplicat illi catenas, & claustra quoque carceris communiuit. Cum verò abiisset domum, ac de his sermonem haberet cum Candida vxore, atque hominem derideret, illa verò prudentior commendaret: ecce ex promisso Petrus mox affuit candidatus, crucem manu gestans; cum, quæ tunc aderat vnà simul Paulina filia, corruens ad pedes eius, fuit, pulso dæmone, liberata. Percussit illi his magnis prodigijs, crediderunt, & vnà cum ipsis alij plures hæc audientes; qui omnes à sancto Marcellino presbytero, Petro in domum Arthemij perducto, sunt baptizati. Mansit apud eos Marcellinus, illos erudiens, vltra mensam, quod Serenus Vicarius agroraret.

Cum autem conualuisset, sessurus die sequenti, per Commentariensem Arthemio nuntiauit, vt Christianos, qui in carcere essent, sisteret ante tribunal. Ille verò dimissis qui voluissent abire Christianis, manè coram Vicario, quid à Petro gestum esset, publicè narrauit: qui his auditis, mox Arthemium ipsum custodem carceris mandat plumbatis cædi; & in custodiam trudi: Marcellinum verò & Petrum præconis voce admissos interrogat primò verbis pacificis: sed nihil proficiens, Marcellinum, Christi nomen magna gloria prædicantem, pugnis grauius cædi iussit, cæsumque mancipari custodiæ, ibi & super vitri fragmina nudum sterni.

Post hæc de Petro habuit quaestionem, quam his Iudex paucis absoluit: Nolo, inquit, vt existimes te iterum equuleo & lampadibus esse torquendum: sed ad palum cras ligaberis, & feris lacerandus traderis. Hisque dictis, recipi eum iubet in carcerem, & ligneo quoque compede coarctari: sed licet sequiat iudicantis, hæcque præcipientis immanitas; tamen qui in eorum curam ac ministerium inuigilat Angelus soluit eum rursus, ac potius frangit vincula, ac demit ambos è carcere, liberosque duxit ad eos qui nuper fuerant baptizati, vt eos roborarent in fide iam breui passuros: eoque per dies septem perfuncti officio, ad Serenum Vicarium redire iubentur. Cum interim Iudex, non inuentis illis in carcere, Arthemium & vxorem eius Candidam atque Paulinam filiam comperisset esse Christianos, nec admoniti desciscere à fide & sacrificare voluissent, damnat eos rudrum mole via Aurelia viuos obrui.

CIV.

MARCELLINI ET PETRI MARTYRIUM.

CIV.

Apuu Sur. rom. 3. die 2. Iunij.

ARTHEMIUS EXPERITVR MTRACVLO FIDEM.

C V I.

ARTHEMIUS CAEDITVR.

C V I I.

LIBERATI AB ANGELO CONFESSO RES.

CVIII. Cum autem iidem ducerentur, Marcellinus & Petrus, magnaque Christianorum multitudine eos affectantium illis occurrunt. his perterriti qui eos ducebant fugam arripuerunt, nisi a Christianis retenti fuissent: quibus parentes distulerunt illorum necem tanto temporis spatio, quousque Marcellinus Missas in proxima crypta perficeret. Quibus absolutis, Arthemium gladio percusserunt, Candidam & Paulinam in cryptam impulsas (vt iustum fuerat) obruerunt: Marcellinum verò & Petrum seipfos sponte dantes arbori alligarunt, donec Serenus mandaret quid de illis esset agendum.

CIX. Qui eos vt maleficos, ne nouis prodigijs alios (vt haecenus fecerant) ad Christo credendum impellerent, longius amandans ab Vrbe, ad Siluam Nigram perduci iussit, ibique truncari capite. Quò cum peruenissent Marcellinus & Petrus, se inuicem osculo salutantes, flexis genibus, decollati sunt. Fuerunt tunc ex Christianis qui viderunt animas eorum mira claritudine tamquam sponfas ornatas in caelum ferri. Sed & Senatorie femine Christianae, Lucilla & Firmina, diuinitus admonitae, collegerunt corpora Marcellini & Petri, & sepelierunt in crypta inferiori apud S. Tiburtium, adiuantibus eas duobus acoluthis.] hucusque Acta eorum breuius enarrata. Porro locus ille Memoria horum martyrum illustris est redditus, & a Fidelibus non amplius Silua Nigra, sed Candida dictus est; idemque praer martyrum excellentia, sede quoque Episcopali postea insignitus.

CX. Habent autem eadem ipsa Acta tum edita, & quae antiquitus scripta legimus, hanc appendicem: Haec omnia Damafus, cum lector esset, puerulus didicit ab eo qui eos decollauerat: & postea factus Episcopus, in eorum sepulchro his versibus limina decorauit:

Marcelline tuos, pariter Petre, nosce triumphos. Percussor retulit Damaso mihi, cum puer essem, Haec sibi carnificem rabidum mandata dedisse: Sepibus in medijs vestra vt tunc colla secaret; Ne tumultum vestrum quisquam cognoscere posset: Vos alacres vestris manibus mundasse sepulchra, Candidulo oculis postquam iaculistis in antro. Postea commonitam vestra pietate Lucillam Haec placuisse magis sanctissima condere membra.

Is verò qui eos decollauit, nomine Dorotheus, postea sub sancto Iulio Pontifice publicam egit poenitentiam: & omni populo indicans quae vidisset, baptizatus est in senectute sua, & per bonam confessionem peruenit ad misericordiam Saluatoris, qui viuit & regnat in saecula saeculorum. Amen.] hucusque ibi. his quidem vetera quaeque Martyrologia in omnibus consentiunt, quibus natalis ipsorum dies egregia memoria illustratur.

CXI. Sed de reliquis, qui ex Romano Clero, hac eadem persecutione furente (quae hoc anno potissimum in Christianos Romae saeuit) subière martyrium, prosequamur historiam. Inter alios autem nomine celebres enituerunt Maximus presbyter atque Sifinius diaconus, gloria confessionis & virtute miraculorum illustres: qui pro religione Christiana amplificanda egregiam nauantes operam, inter alios Faltonium Pinianum virum Consularem, eiusque coniugem Lucinam ad Christi fidem perduxerunt; qui ambo in fouendis Christianis curandisque omnem adhibuerunt diligentiam. Facti enim sunt Romae agentibus Fidelibus ab impetu persecutorum profugium, auxiliumque tutum profugis Christianis, quibus consilio, ope, omni que officio praesto erant, suscipientes eos, & in diuersa sua praedia amandantes, pascentes, atque seruantes.

CXII. Ex hoc namque Piniano illum quoque S. Albinæ generum Pinianum fide Christiana clarissimum prouenisse putamus; cuius nomen tum Hieronymi, tum etiam Augustini chartis egregie illustratur. Lucina verò omnibus propemodum Actis martyrum, qui sub hac persecutione Romae sunt passi, magnopere commendatur. At quod ad ipsos martyres pertinet: Sifinius diaconus, qui cum aliis compluribus Christianis in praedium Piniani secesserat, apud Auximum in Piceno vnà cum socijs Diocletio atque Florentio à Gentilibus impetitus lapidibus, necatus est: Antimus verò Romae via Salaria, & post eum Maximus, Bassus, & Fabius capite plexi, martyrium sunt consecuti. post hos passos esse Simplicium & Faustinum fratres, eorundem ipsorum martyrum Acta a declarant. Porro Beatricis eorum sororis martyrium, & diuina vltio in eum, qui, vt illius praedio potiretur, eam occidendam curauit, sic ibi breuiter enarrantur:

CXIII. Cum autem caesi essent Simplicius & Faustinus via Portuensi, soror eorum Beatrix eos

ARTHEMI ET SOCIOR. MARTYRIVM.

MARCELLINI ET PETRI MARTYRIVM.

DAMASI PAPA EPICRAMMA.

* al. solisse

PINIANI CONSULARIS CHRISTIANI ILLUSTRIS MEMORIA.

MARTYRIVM SIFINI ET SOCIORVM.

* Apud Sur. tom. 3. die 31. Maij. in aliquibus corrigenda.

A eos sepeliuit: atque deinde se contulit ad venerabilem Lucinam, mansitque apud eam septem mensibus. Interea cum praedium quoddam Beatricis huius Lucretius vicinus possessor vsurpare conaretur, quod viua ipsa facere non liceret: eo obtentu quod Christiana esset, & nollet sacrificare, a seruis eam praefocari mandat: qua extincta, quod optabat, potitus est praedio: cumque ibi laetus vnà cum suis epularetur, mox infantis ei mortem nuntiantis voce perterritus, arreptus à daemone, ab eodem extinguitur. Sic Deus Christianorum iniurias digna animaduersione per daemones vindicabat. Quid simile eadem ipso exordio Acta narrat etiam accidisse Cheremoni olim in Proconsulatu Asiae Piniano assidenti: qui cum in Christianos acerbius ageret, inuasus à prauo daemone è carruca prouens, malè vexatus, martyres nominans quos necauerat, ab obsidente daemone extinctus est: quibus exterrfactus, & in morbum incidens Pinianus, à Christianis ab vxore Lucina vocatis sanatus, atque, licet occultè, Christianam fidem amplexus est. Haec autem & alia quae in eisdem Actis narrantur, haud dissimilia ab iis esse noscuntur, quae à Tertulliano in libello ad Scapulam recententur. Porro horum omnium martyrum natales dies a, qui ex more in Ecclesiasticis tabulis semel scripti sunt, anniuersaria celebritate in Ecclesia perseuerant.

Sed eiusdem quoque persecutionis tempore presbyter Romanae Ecclesiae Felix, cuius mentio etiam habetur in Actis Caij Papae, pro fide Christiana nobile martyrium subiit, cuius Acta martyrij summam complexa, his verbis monumentis Ecclesiasticis commendata habentur b: Roma via Ostiensis passio beati Felicis presbyteri sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus: qui post equulei vexationem, data sententia, cum duceretur ad decollandum, obuius ei fuit quidam Christianus: qui dum se Christianum quoque esse sponte profiteretur, mox cum eodem pariter decollatus est. Huius nomen ignorantes Christiani, Adactum eum appellauerunt, eò quod sancto Felici auctus sit ad coronam.] haec ibi.

C Ex eodem quoque Romano clero Ioannes c & Crispus, ordine presbyteratus insignes, cum in eadem persecutione multorum martyrum corpora religiose sepulturae mandassent: & ipsi quoque eorum sunt meritis sociari; quorum memoria consignata certa ipsorum die natali in Ecclesia est insignis. Passi sunt ex eodem clero alij in super illustres martyres, de quibus vnà cum Marcello Papa suo loco dicemus, de quae alijs quoque martyribus Romae tunc martyrio coronatis. Quòd enim institutum de martyribus hac persecutione, egregio exantato certamine, coronatis tum Romae, tum alijs locis distinctè ordine temporum agere; ad ea in primis martyrum Acta conuertemus orationem, quae certis Consulibus consignantur; ac demum de ceteris in vnum summam collectis agemus. Cum alioqui sciamus, hoc primo persecutionis anno; non tantum in memoratis prouincijs, sed in alijs vbi que gentium sub Romano Imperio constitutis, in Christianos crudeliter esse saeuum.

Quibus autem exagitatae fuerint cladibus Ecclesiae Galliarum atque Hispaniarum, nemo puto pro dignitate assequi aliquando poterit oratione: vt iam poëticum illud in historia, at non poëticè quidem, liceat vsurpare d:

Non mihi si lingua centum sint, orag, centum, Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas, Omnia panarum percurrere nomina possum.]

Rerum quidem immensitas ferè superat omnem hyperbolen. Quandoquidem (vt saepius dictum est) cum vniuersum Romanum Imperium refertum esset cultoribus Christi, & tota vis Imperatorum in hoc posita, vt Christianam Religionem radicitus extirparet, penitusque conuelleret: non prouincia, non ciuitas, oppidum, vicus, rus, praedium, hortus, vel casa fuit, in quibus de Christianis non fuerit habita diligens inquisitio & animaduersio. Quid autem in singulis Christiani orbis prouincijs acciderit, etsi non omnia assequi licuit: tamen ex iis quae vera atque germana scripta esse inuenimus Acta Proconsularia martyrum, de ceteris licet iudicium facere.

Cum peruenisset Imperatorum de libris comburendis edictum in Africam: qui primus vexillum confessionis aduersus execrandam impietatem erexerit, fuisse reperitur Felix Episcopus Thibarentis, cuius martyrij extant Acta, legitima quidem, sed (vt apparet) deprauata in Consulibus. nam cum ex iis quae dicta sunt, liquidò sit demonstratum, hoc anno, sub iisdemque Consulibus de libris comburendis fuisse promulgatum edictum; ta-

DE LVCRETIOTICHE REMONE DIVINA VLTIO.

* Martyrol. Ro. II. Maij, 29. Iulij.

CXIV. FELICIS ET ADACTI MARTYRIVM. b Idem die 30. Augusti.

CXV. Idem die 18. Aug. & alij. DE ALIIS MARTYRIBVS ROMAE PASSIS.

XCVI. d Virg. Aen. 6

IMMENSAM MARTYRIVM MULTITVDO

CXVII. FELICIS EPISCOPI CERTAMEN.

men

men sub Consulari Diocletiani nouies, & Maximiani octies, id factum in iisdem ponitur: A sed eo anno eisdem Imperatores se abdicasse Imperio, suo loco dicemus. At reddamus hic eadem Acta, & quae mendosa esse videntur, in margine adnotemus, vt lectio, quam reperimus, in omnibus sit consulum.

* Apud Sar. tom. 5. die 24. Octob. CXVIII. * Dioclet. IX. & Maxim. VII. Coll. * Thiburensi ACTA SANCTORVM MARTYRVM AFRICANORVM.

* al. Cylus:

CXIX.

* al. Thibur. ram. FELIX CONFESSIO.

b. A. 5.

CXX.

ALIA QVAESTIO DE FELICE.

CXXI.

QVAESTIO SVB ANULINO.

* al. post

CXXII.

* al. in calca. NAVIGATIO FELICIS.

CXXIII.

FELIX EPISCOPUS MARTYRVM.

Constantino * Chilo & Galerio Maximiano quartum Consulibus, exiuit edictum Imperatorum & Caesarum super omnem faciem terrae, & propositum est per colonias & ciuitates principibus & magistratibus, suo cuique loco, vt libros Deificos legis peterent de manu Episcoporum & presbyterorum. Tunc programma positum est in ciuitate Thibarensi * die Nonarum Iuniarum. Tunc Magnilianus Curator iussit ad se perducere seniores plebis. Eadem die Felix Episcopus Carthaginem fuerat profectus. Aprum verò presbyterum ad se iussit perducere, & Cyrum & Vitalem lectores. Quibus Magnilianus Curator dixit: Libros Deificos habetis? Aper dicit: Habemus. Magnilianus Curator dicit: Date illos igni aduri. Tunc Aper: Episcopus noster apud se illos habet. Magnilianus Curator dicit: Vbi est? Aper dicit: Nescio. Magnilianus Curator dicit: Eritis ergo sub Officio, donec Anulino Proconsuli rationem reddatis.

Postera autem die Felix Episcopus venit Carthagine Thibarim *. Tunc Magnilianus Curator iussit Felicem Episcopum ad se perducere per Officialem. Cui Magnilianus Curator dicit: Felix Episcope, da libros, vel membranas quascumque habes. Felix Episcopus dicit: Habeo, sed non do. Magnilianus Curator dicit: Prius est quod Imperatores iusserunt, quam quod tu loqueris: Da libros, vt possint igni aduri. Felix Episcopus dicit: Melius est me igni aduri, quam scripturas Deificas: quia bonum est obedire Deo magis quam hominibus. Magnilianus Curator dicit: Prius est quod Imperatores iusserunt, quam id quod tu loqueris. Felix Episcopus dicit: Prius est praeceptum Domini, quam hominum. Magnilianus dicit: Recogita tecum.

Post tertium autem diem iussit Curator Felicem Episcopum ad se perducere, & dixit ei: Recogitasti tecum? Felix Episcopus dicit: Quae prius locutus sum, & modò loquor, & ante Proconsulem ea sum disturus. Magnilianus Curator dicit: Ibis ergo ad Proconsulem, & ibi rationem reddes. Tunc assignatus est illi Vincentius Celsinus, Decurio ciuitatis Thibarensium. Tunc profectus est Felix à Thibari, octauo Kalendas Iulias: ligatus deductus est: ligatum verò iussit in carcerem trudi.

Alia autem die productus est Felix Episcopus ante lucem. cui dixit Proconsul: Quare scripturas superuacuas non reddis? Felix Episcopus dicit: Habeo, sed non dabo. Tunc iussit eum alligatum in ima carceris mitti. Post sexdecim autem dies Felix Episcopus productus est de carcere in vinculis, hora noctis quarta, ad Anulinum Proconsulem. Cui dixit Anulinus: Quare scripturas superuacuas non reddis? Felix Episcopus respondit: Non sum eas daturus. Tunc iussit eum Anulinus Proconsul ad Praefectum Praetorio mitti, Idibus Iulij. Tunc Praefectus iussit eum suo carcere recipi, & maioribus vinculis ligari. Post dies autem nouem iussit eum Praefectus ad Imperatores nauigare.

Tunc Felix Episcopus ascendit nauim cum vinculis magnis, & fuit in capsa nauis diebus quatuor: volutat sub pedibus aequor: panem & aquam non gustauit, ieiunius in portum peruenit, & in ciuitate Agrigento exceptus est à fratribus cum summo honore. Inde venerunt in ciuitatem nomine Catanam: ibi similiter sunt excepti. Inde Messanam venerunt. Inde Taurominium: ibi similiter sunt excepti. Postea fretum nauigauerunt in partes Lucaniae ciuitatem nomine Rulo. Inde profecti sunt Venusium, quae est ciuitas regionis Apuliae. Tunc Praefectus iussit Felicem de vinculis eripi, & dixit: Felix, quare scripturas Dominicas non das? aut forsitan non habes? Cui respondit: Habeo quidem, sed non do. Praefectus dixit: Felicem gladio interficite. Felix Episcopus dixit voce clara: Gratias tibi Domine, qui me dignatus es liberare.

Et ductus est ad passionis locum (cum etiam ipsa Luna in sanguinem conuersa est) die tertio Kalendas Septembris. Felix Episcopus, eleuans oculos in caelum, clara voce dixit: Deus, gratias tibi: quinquaginta & sex annos habeo in hoc saeculo: virginitatem custodiu, Euangelia seruaui, fidem & veritatem praedicaui. Domine Deus caeli & terrae, Iesu Christe, tibi ceruicem meam ad victimam flecto, qui permanes in aeternum: cui est claritas & magnificentia in saecula saeculorum. Amen.] hucusque Felicis Acta ex Gestis Proconsularibus magna ex parte (vt apparet) accepta. In tabulis autem Ecclesiasticis nono Kal. Nouembris, Felicis & aliorum natalis dies ponitur, in quibus loco Magniliani, Magdelliani legitur hoc titulo: Venusiae in Apulia natalis sanctorum martyrum Felicis Episcopi Africani, Audaeti, & Ianuarij presbyterorum, Fortunati & Septimi lectorum: qui tempore Diocletiani à Magdelliano Procuratore multis diu vinculis & carceribus in Africa & Sicilia macerati, cum Felix nullatenus sacros libros iuxta Imperatoris edictum tradere voluisset, tandem occisione gladij consummati sunt.]

Magdelliano legitur hoc titulo: Venusiae in Apulia natalis sanctorum martyrum Felicis Episcopi Africani, Audaeti, & Ianuarij presbyterorum, Fortunati & Septimi lectorum: qui tempore Diocletiani à Magdelliano Procuratore multis diu vinculis & carceribus in Africa & Sicilia macerati, cum Felix nullatenus sacros libros iuxta Imperatoris edictum tradere voluisset, tandem occisione gladij consummati sunt.]

Virgente saeuus hac persecutione in Ecclesiam Africanam sub eodem Proconsule Anulino, qui eam prouinciam plurimis annis vsque etiam ad tempora Constantini administrauit, quam plurimi sunt coronati martyrio, quorum memoria è chartis excidit. Praedicatur verò mirifice inter alios insignes martyres Crispina clarissima femina, quae Thebaste in Numidia sub eodem Proconsule passa est, cuius frequenter meminit Augustinus, eius natalitia dies Nonis Decembris dicata est. Cui subiiciuntur ij martyres Thagurè in Numidia passi, Iulius, Potamia, Crispinus, Felix, & alij septem. Sed & Marciana virgo in Caesarea Mauritaniae mirifice commendatur vitae constantia & castitate, eiusque memoria quinto Idus Ianuarij est adscripta, quam ad coronam securi sunt decimo Kalendas Iunij Timotheus, Polius, & Eutyechius diaconi. At Carthagine inter alios insignes martyres coronata est martyrio Candida virgo, duodecimo Kal. Octobris. Sed exciderunt, magno sanè detrimento, Acta tum horum, tum etiam aliorum plurimorum, qui in eadem prouincia passi sunt martyres: nulla quippe prouincia adeò exterorum incurfionibus perinde atque Africa paruit, vt suis locis dicturi sumus.

Vigebat in Africa consuetudo his temporibus (quam in aliis quoque prouincijs seruata credimus) vt, quamuis ingens esset martyrum numerus, ingrauescente persecutione, non tamen absque delectu omnes qui passi essent, in Ecclesiasticas martyrum tabulas inferrentur, neque passim cunctis deferretur honor atque cultus probatis tantum martyribus debitus. sub cuius enim Ecclesia aliquis martyrio vita functus esset, Episcopus rem gestam ad Primatem eius prouinciae perferebat: ille verò rursus totius Africae Primatem, nempe Carthaginensem Episcopum, de iisdem quae gesta essent, magna diligentia admonerat: qui re accuratius considerata, & (vt puto) cum alijs quoque communicato consilio, decernebat cuiusnam martyris cultus deberet impendi, cuiue denegandus esset.

Est de his planè exemplum Mensurij Episcopi Carthaginensis, litteras rescribentis ad Secundum Primatem Numidiae, quibus illos interdixit honore martyrij, qui non diuini Spiritus impulsu, sed temeritate quadam, nulla à persecutore facta interrogazione, sacros habere codices, quos non essent daturi, profiterentur. Eadem quoque ex causa contra Caecilium, eiusdem Mensurij in Ecclesia Carthaginensi diaconum, exarsit furor

Lucillae potentissimae feminae: quae cum ab eo argueretur, quòd ante sacrae Eucharistiae communicationem os cuiusdam martyris nondum recepti exosculari soleret; magno furore in eum exarsit, nec desistit donec vixit (vt dicemus) eum mille modis lacessere, atque exagitare molestis. rem gestam in haec verba narrat Optatus: Cum Lucilla correptionem Archidiaconi Caeciliani ferre non posset, quae ante spiritualem cibum & potum os nescio cuius martyris, si tamen martyris, libare dicebatur; & cum praeponeret calici salutari os nescio cuius hominis mortui, etsi martyris, sed nondum vindicati; correpta, cum confusione irata discessit. Irascenti & dolenti ne disciplina succumberet, occurrit, subito persecutionis enata tempesta. haec Optatus. Porro eam fuisse natione Hispanam, Augustinus affirmat, sed de ea plura ac saepe inferius.

Sed ad martyres in Africa passos redeamus. Coronati ibidem reperiuntur Paulus, Gerontius, Ianuarius, Saturninus, Successus, Iulius, Catus, Pia, atque Germana: quoniam autem martyrij genere interierint, quoniam perierunt Acta, haud liquet. Sunt & alij, de quibus ex temporis ordine disturi sumus anno sequenti. Certè quidem, cum omnes quae erant sub Romano Imperio Ecclesiae constitutae, hac vehementer fuerint persecutione exagitatae, praeter omnes tamen sensit Ecclesia Africana iacturam, quae nullo vnquam remedio posterioribus temporibus redimi valuit, non quidem caede martyrum (nam id lucrum fuerat existimandum) sed quòd complures Episcopi impio parentes edicto, sacros codices cum tradidissent, vna simul conspirantes aduersus pios, quos calumnijs oppresserant, schisma immortale confluxerunt. id quidem Optatus Mileuitanus, de iis quae hoc anno sunt gesta agens, narrat his verbis:

In Africa duo mala & pessima admittenda esse constat: vnum in traditione, alterum in schismate. sed vtraque mala & vno tempore, & iisdem auctoribus videntur esse commissa. Debes

CXXIV. MARTYRES AFRICANI.

August. de Virg. cap. 4. in Pal. 120. 137. De verb. Dom. serm. 53. De litter. ser. 39. cap. 2.

CXXV. MARTYRES LEGITIME PROBABANTUR.

CXXVI. MENSURII DECRETVM. Apul. Aug. in Brunic. Col. li. 3. c. 13.

Optat. Mileuitan. cor. Parmen. lib. 1.

Aug. de Trinitas. Eccl. 3. CXXVII. ALII MARTYRES IN AFRICA PASSI.

Optat. cont. Parmen. lib. 1. CXXVIII. SCHISMA IN ECCLESIA AFRICANA.

bes ergo, frater Parmeniane, discere, quod intelligeris ignorare. Nam ferme ante annos sexaginta; & quod excurrit, per totam Africam persecutionis est deuagata tempestas, quae alios fecerit martyres, alios confessores: nonnullos funesta prostravit in morte, latentes dimisit illaesos. Quid commemorem laicos, qui tunc in Ecclesia nulla fuerunt dignitate suffulti? quid ministros plurimos? quid diaconos in tertio, quid presbyteros in secundo sacerdotio constitutos? Ipsi apices & principes omnium aliqui Episcopi illis temporibus, ut damno aeternae vitae, istius incertae lucis moras breuissimas compararent, instrumenta diuinæ legis impiè tradiderunt: Ex quibus erant Donatus Mafculitanus, Victor Rufficadiensis, Marinus ab Aquis Tibilitanis, Donatus Calamensis, & homicida Purpurius Limatenis, qui interrogatus de filiis sororis suae, quod in carcere Milei necasse diceretur, confessus est dicens: Et occidi, & occido non eos solos, sed quicumque contra me fecerit. Et Menelaus, qui, ne thurificasse à suis ciuibus probaretur, oculorum dolorem fingens, ad confessum suorum procedere trepidauit.] hæc Optatus. Erat hic confessus, conuentus Cirtensis, cuius idem auctor paulò post meminit, nosque de eo mox dicemus anno sequenti, quo celebratus fuit.

I. CIRTENSIS SYNODVS TRADITORVM.

Aug. cetera Crescon. li. 3. cap. 26. in fi. 27.

I I. ACTA CIRTENSIA.

* al. delictilla

I I I. TRADITORES EPISCOPI.

Christi annus trecentessimus tertius adscribitur Fastis Consulatu Diocletiani octauo & Maximiani septimo. Quo (vt nuper dictum est) cum aliquot Episcopi, qui codices tradiderant, conuenirent Cirtam in Numidia, vt ibi in locum defuncti Episcopum ordinarent, cognita est pariter in eorum conuentu causa Episcoporum qui sacros codices ex Imperatorum edicto comburendos tradidissent, vel thurificassent. Fragmentum eiusdem Synodi recitatur à sancto Augustino *, cum aduersus Cresconium agit, his verbis: De vestris autem maioribus extat Secundi Tigigitani Concilium cum paucissimis quidem factum apud Cirtam, post persecutionem codicum tradendorum, vt illic in locum defuncti ordinaretur Episcopus. Ibi quæ gesta sint, accipe: nam quæ necessaria fuerunt, infra scribere curauit.

Diocletiano octies & Maximiano septies Consulibus, quarto Nonas Martij, Cirtæ cum Secundus Episcopus Tigigitanus primæ cathedræ confedisset in domo Urbani Donati, idem dixit: Probemus nos primò, & sic poterimus hic ordinare Episcopum. Secundus Donato Mafculitano dixit: Dicitur te tradidisse. Donatus respondit: Scis quantum me quæsiuit Florus vt thurificarem, & non tradidit me Deus in manu eius, frater: sed quia Deus mihi dimisit, ergo & tu serua me Deo. Secundus dixit: Quid ergo facturi sumus de martyribus? Quia non tradiderunt, idè & coronati sunt. Donatus dixit: Mitte me ad Deum, ibi reddam rationem. Secundus dixit: Accede vna parte. Secundus Marino ab Aquis Tibilitanis dixit: Dicitur & te tradidisse. Marinus respondit: Dedi Pollo chartulas; nam codices mei salui sunt. Secundus dixit: Transi vna parte. Secundus Donato Calamensi dixit: Dicitur te tradidisse. Donatus respondit: Dedi codices medicinales. Secundus dixit: Transi vna parte, & alio loco. Secundus Victori à Rufficade dixit: Dicitur te tradidisse Quatuor Euangelia. Victor respondit: Valentinus Curator fuit: ipse me coëgit, vt mitterem illa in ignem. Sciebam illa delictilla* fuisse. Hoc delictum indulge mihi, & indulgebis mihi Deus. Secundus dixit: Transi vna parte, & alio loco.

Secundus Purpurio à Limata dixit: Dicitur te necasse filios sororis tuæ duos Milei. Purpurius respondit: Putas me terreri à te, sicut & alteri? Tu quid egisti, qui tentus es à Curatore & Ordine, vt scripturas dares? quo modo te liberafti ab ipsis, nisi quia dedisti, aut iussisti dari quodcumque? nam non te dimittebant passim. nam ego occidi & occido eos qui contra me faciunt: idè noli me prouocare vt plus dicam. Scis me de nemine tractare. Secundus minor patruo suo Secundo dixit: Audis quæ dicat in te? Paratus est recedere, & schisma facere, non tantum ipse, sed & omnes quos arguis, quos scio quia dimittere te habent, & dare in te sententiam, & remanebis solus hæreticus. Idè quid ad te pertinet, quis quid egit? Deo habet reddere rationem. Secundus Felici à Rotaria Cen-

A Centurionis, & Victori à Garbe dixit, Quid vobis videtur? Responderunt: Habent Deum, cui reddant rationem. Secundus dixit: Vos scitis, & Deus: Sedete. Omnes responderunt: Deo gratias.] hucusque Acta ab Augustino recitata. Quo modo autem eiusmodi Traditorum collegium, iuncto sibi Siluano Cirtensi Episcopo, eodem crimine polluto, & alij postea coeuntes in vnum restiterunt ordinationi Cæciliani, cum creatus esset Episcopus Carthagenensis, suo loco dicemus.

Eadem Acta Cirtensia summam complexa recitantur ab Oprato a Mileuitano, sed in mense ac die paulò diuersa sunt, & in nomine Urbani Donati, in cuius domo conuenient Episcopi Traditores, quem Urbani Carifum nominat, sic dicens: Hi & ceteri quos principes tuos fuisse, paulò post docebimus, post persecutionem apud Cirtam ciuitatem (quia basilicæ necdum fuerant restitute) in domum Urbani Carifi confederunt die Iduum Maiarum, sicut scripta Nundinarij tunc diaconi testantur, & vetustas membranarum testimonium perhibet, quas dubitantibus proferre poterimus: harum namque plenitudinem rerum in nouissima parte istorum libellorum ad implendam fidem adiunximus. Hi Episcopi, interrogante Secundo Tigigitano, tradidisse confessi sunt. Et cum ipse Secundus à Purpurio increparetur, quod & ipse diu apud Stationarios fuerit, & non fugerit, sed dimissus sit: non sine causa dimissum fuisse, nisi quia tradiderat, iam omnes hæretici coeperunt murmurare: quorum spiritum Secundus metuens, consilium accepit à filio fratris sui Secundo minore, vt talem causam Deo seruariet. Consulti sunt qui remanserunt, id est, Victor Garbiensis, Felix à Rotaria Centurionis: ij dixerunt, talem causam Domino deberi reseruari. Et dixit Secundus: Sedete omnes. Tunc dictum est ab omnibus: Deo gratias. Et sederunt. Habes, Parmeniane frater, qui manifestò fuerint Traditores.] hucusque Opratus, cuius quoque testificatione eadem probata voluimus.

Excusans autem scelus suum Secundus Episcopus Tigigitanus, qui primatum agebat Episcoporum Numidiæ, ad Mensurium Carthagenensem Episcopum scripsit. quo modo autem excusarit, sanctus Augustinus b ex litteris eiusdem Secundi in collatione publica recitatis, narrat sic dicens: Scripsit etiam Secundus & ad se ipsum missos à Curatore & Ordine Centurionem & Beneficiarium, qui peterent diuinos codices exurendos, eisque respondisse: Christianus sum, & Episcopus, non Traditor: & cum ab eo vellet aliqua ecuola (per ecuola intelligit res eiectas, nempe quarum nullus est vsus, ab ἐκουολῆ, quod est eiectio, seu expulsio) aut quodcumque accipere, neque hoc eis dedisse, exemplo Eleazari Machabæi c, qui nec fingere voluit suillam carnem se manducare, ne aliis præberet præuaricationis exemplum.] hæc de litteris Secundi Augustinus.

Ceterum cum hæc postea cognoscerentur in conuentu Episcoporum, facta publica Collatione, dictum d Cirtense Concilium, & sententia Purpurij in eundem tunc lata est pariter recitata. Antequam autem iidem Episcopi Traditores Cirta recesserint, id etiam peregerunt cuius causa conueniant; nempe ordinauerunt Episcopum Cirtensem, Paulum nomine: qui hoc eodem anno conuentus à magistratibus, libros & Ecclesiæ suppellectilia tradidit, sicut & Siluanus eiusdem subdiaconus, postea verò & ipse Cirtensis Episcopus: quorum nefariæ traditionis adhuc extant Acta Proconsularia, quæ recitat Augustinus e ex aliis Actis imperante Constantino habitis sub Zenophilo Consulari, in quibus eadem fuerant recitata atque simul intexta: sunt huiusmodi:

Et legit Nundinarius exceptor: Diocletiano octies & Maximiano septies Consulibus, E quartodecimo Kalendas Iunij, ex Actis Munatij Felicis Flaminiis perpetui Curatoris Coloniae Cirtensis. Cum ventum esset ad domum; in qua Christiani conueniebant, Felix Flamen perpetuus Curator Paulo Episcopo dixit: Proferte scripturas legis, & si quid aliud hic habetis, vt & præcepto & iussioni parere possitis. Paulus Episcopus dixit: Scripturas lectores habent; sed nos quod hic habemus, damus. Felix Flamen perpetuus Curator dixit Paulo: Ostende lectores, aut mitte ad illos. Paulus Episcopus dixit: Omnes cognoscitis. Felix Flamen perpetuus Curator dixit: Non eos nouimus. Paulus Episcopus dixit: Nouit Officium publicum, id est, Edesius & Iunius exceptores. Felix Flamen perpetuus Curator dixit: Manente ratione de lectoribus, quos monstrauit Officium, & vos, quod hic habetis, date. Sedente Paulo Episcopo & Montano & Victore de Castello, Memor presbyter, adstante Marte cum Ælio & Marte diacono, proferente Marcucio, Catulino & Siluano & Cariolo * subdiaconis, & Ianuario, Marcucio, Fructoso, Miggene,

I V. a Oprat. Mileuit. lib. 1. TRADITORVM RES GESTAE.

V. b August. in Brevit. coll. die 3. cap. 13. SECUNDI TRADITIO QVALIS.

c 2. Mac. 6.

VI. d Ibi. c. 14. e 15. PAVLI EPISCOPI TRADITIO.

f Apud Aug. contra Cresc. lib. 3. cap. 29.

VII. ACTA PROCONSULARIA DE TRADITORIB.

* al. Carofio

* *at. fessoribus* Saturnino, Victore, Sanfurico, & ceteris fessoribus * contrà scribente Victore Aufidij in Breue sic: Calices duo aurei, item calices sex argentei, &c. Et alio loco: Postquam apertum est in bibliothecam, inuenta sunt ibi armaria inania. ibi protulit Siluanus capitulatam argenteam, & lucernam argenteam, quòd diceret, se post arcam inuenisse eas. Victor Aufidij Siluano dixit: Mortuus fueras, si non illas inuenisses. Felix Flamen perpetuus Curator Siluano dixit: Inquire diligentius, ne quid hinc remanserit. Siluanus dixit: Nihil hinc remansit, totum hoc eiecimus, &c.]

VIII. Hunc Siluanum postea Cirtensem fuisse Episcopum, idem qui hæc recitat, Augustinus ^a tradit, de quo & subdit libellum Nundinarij diaconi eiusdem Siluani Cirtensis, his ^b verbis: Exemplar libelli traditi Episcopis à Nundinario diacono: Testis est Christus, & Angeli eius, quoniam Traditoribus communicatis: id est, Siluanus à Cirra Traditor est & fur rerum pauperum: quòd omnes vos Episcopi, presbyteri, & diaconi, & femiores scitis, & de quadringentis follibus Lucillæ clarissimæ femine, pro quo vobis coniurastis, ut fieret Maiorinus Episcopus, & inde factum est schisma. Nam & Victor Fullo vestri præsentia & populi dedit folles viginti, ut factus esset presbyter: quòd scit Christus, & Angeli eius, &c. Et alio loco: Quibus lectis, Zenophilus Consularis dixit: Et Actis & litteris quæ recitatae sunt, Traditorem constat esse Siluanum. Item alio loco: Zenophilus Consularis dixit: Quis administrabat? Tunc Siluanus: In clericatu, respondit: sub Paulo Episcopo orta persecutio est, & Siluanus subdiaconus fuit.] hucusque Acta Proconsularia apud Augustinum.

IX. At post hæc edita, suppeditata sunt nobis ex bibliotheca Pythœi viri insigniter eruditi Acta ipsa Proconsularia sub Zenophilo tempore Constantini Imperatoris, in quibus res hoc tempore gestæ à Traditoribus continentur, & è quibus hæc omnia mutuatus est Augustinus, in quibus recitata habentur Acta sub Munatio Felice: quæ licet ob nimiam vetustatem sint admodum deprauata, & interdum mutila & imperfecta; tamen quia antiquitatis Ecclesiasticæ studiose sciamus esse pergrata quæque vetera monumenta, licet mendosa, dum tamen vera atque germana, eadem huic secundæ editioni attextenda curauimus, cum præsertim nonnulla habeant notatu digna. sunt huiusmodi:

X. CONSTANTINO * Maximo Augusto & Constantino Iunior nobilissimis * Cæsariibus Conf. Idibus Decembris. Sexto Thamugudiensi inducto, & applicito Victore Grammatico, adstante etiam Nundinario diacono, Zenophilus vir clarissimus Consularis dixit, Quis vocaris? Respondit: Victor. Zenophilus V. C. Consularis dixit, Cuius conditionis es? Victor dixit, Professor sum litterarum Romanarum, Grammaticus Latinus. Zenophilus V. C. Consularis dixit: Cuius dignitatis es? Victor dixit, Patre Decurione Constantinensium, auo milite: in Comitatu militauerat. nam origo nostra de sanguine Mauro descendit. Zenophilus V. C. Consul, dixit, Memor fidei & honestatis tuæ simpliciter designa, quæ causa fuerit dissensionis inter Christianos. Victor dixit, Ego dissensionis originem nescio: vnus sum de populo Christianorum. Siquidem cum essem apud Carthaginem, Secundus Episcopus cum Carthaginem tandem aliquando venisset, dicuntur inuenisse Cæcilianum Episcopum, nescio quibus non rectè constitutum. Illi contrà alium instituerunt. Inde illic apud Carthaginem cœpta dissensio est: & inde originem scire dissensionis plenè non possum, quoniam semper ciuitas nostra vnâ Ecclesiam habet, & si habuit dissensionem, nescimus omnino.

XI. Zenophilus V. C. Consul, dixit, Siluano communicas? Victor respondit, Ipsi. Zenophilus V. C. Consul, dixit, Cur ergo intermisso eo, cuius innocentia probata est? & adiecit, Adseueratur præterea te aliud certissimè scire, quòd Siluanus Traditor sit: de eo confitere. Victor respondit, Hoc nescio. Zenophilus vicarius Consularis Nundinario diacono dixit, Negat Victor scire quòd Siluanus Traditor sit. Nundinarius diaconus dixit, Scit ipse, nam tradidit codices. Victor respondit, Fugeram hanc tempestatem: & si mentior, peream. Cum incursum pateremur repentinæ persecutionis, fugimus in montem Bellonæ. Ego sedebam cum Marte diacono, & Victor presbyter, cum ab eodem Marte quærentur codices omnes, negauit se habere. Tunc Victor dedit nomina omnium lectorum. Ventum est ad domum meam cum absens essem, ascensum est à magistratibus, & sublatis sunt codices mei. cum ego venissem, inueni codices sublatis. Nundinarius diaconus dixit, Tu ergo respondisti apud Acta, quoniam dedisti codices; quare negantur hæc quæ prodi possunt? Zenophilus V. C. Consularis Victori dixit, Simpliciter confitere

* *Aug. contra Crefc. lib. 1. c. 27. & 18. & epist. 16. b. lib. 19. DE SILVANO TRADITORE.*

ALIA ACTORVM EDITIO.

* *Constantino Nobilissimo Cæsare ita ex Augustino legimus. ACTA SVB ZENOPHILO PROCONS.*

XI. QVAESTIO DE TRADITORE.

A tere, ne strictius interrogeris. Nundinarius diaconus dixit, Legantur Acta. Zenophilus V. C. Consularis dixit, Legantur. Et dedit Nundinarius, & exceptor recitauit.

Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Consulibus, XIIII. Kalendas Iunias, ex Actis Munatij Felicis F. P. P. Curatoris Coloniae Cirtensium. Cum ventum esset ad domum in qua Christiani conuehebant, Felix F. P. P. Curator Paulo Episcopo dixit, Profer te scripturas legis, & si quid aliud hinc habetis, ut præceptum est, ut iussioni parere possitis. Paulus Episcopus dixit, Scripturas lectores habent; sed nos, quod hinc habemus, damus. Felix F. P. P. Curator Paulo Episcopo dixit, Ostende lectores, aut mitte ad illos. Paulus Episcopus dixit, Omnes cognoscitis. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ dixit, Non eos nouimus. Paulus Episcopus dixit, Nouit eos Officium publicum, id est, Edeusius & Iunius Exceptores. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ dixit, manente ratione de lectoribus quos demonstrabit Officium, vos, quod habetis, date. Sedente Paulo Episcopo, Montano, & Victore, Deusarello, & Memorio presbyteris, adstante Marte cum Helio diacono, Marcucio, Catullino, Siluano & Caroso subdiaconis, Ianuario, Meraclo, Fructuoso, Miggine, Saturnino, Victore, & ceteris ^a fessoribus, contrà scribente Victore Aufidij, in breui sic: Calices duo aurei: item calices sex argentei: vrceola sex argentea: cucumellum argenteum: lucernæ argenteæ septem: cereofala duo: candelæ breues æneæ cum lucernis suis septem: item lucernæ æneæ vndecim cum camentis suis: tunicæ ^b muliebres LXX XII. mafortæ XXXV III. tunicæ viriles XVI. caligæ viriles paria XII. caligæ muliebres paria XLVI. coplæ rusticanae XIX. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Marcucio, Siluano & Caroso fessoribus dixit, Profer te hoc quod habetis. Siluanus & Carosus dixerunt, Quod hinc fuit, totum hoc eiecimus. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Marcucio, Siluano & Caroso dixit, Responso vestra Actis hæret.

Postquam peruentum est in bibliothecam, inuenta sunt ibi armaria inania. ibi protulit Siluanus capitula argentea, & lucernas argenteas, quòd diceret se post arcam eas inuenisse. Victor Aufidij Siluano dixit, Mortuus fueras, si non illas inuenisses. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Siluano dixit, Quare diligentius, ne quid hinc remanserit. Siluanus dixit, Nihil remansit, totum hoc eiecimus. Et cum apertum esset triclinium, inuenta sunt ibi dolia quatuor, & oræ sex. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ dixit, Profer te scripturas quas habetis; ut præceptis Imperatorum & iussioni parere possimus. Catulinus protulit codicem vnum pernimum maiorem. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Marcucio & Siluano dixit, Quare vnum tantummodò codicem dedisti? Profer te scripturas quas habetis. Catulinus & Marcucius dixerunt, Plus non habemus, quia subdiacones sumus: sed lectores habent codices. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Marcucio & Catulino dixit, Monstrate nobis lectores. Marcucius & Catulinus dixerunt, Non scimus vbi maneant. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Catulino & Marcucio dixit, Si vbi manent non nostis, nomina eorum dicite. Catulinus & Marcucius dixerunt, Nos non sumus proditores: ecce sumus, iube nos occidi. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ dixit, Recipiantur. Et cum ventum esset ad domum Eugenij, Felix F. P. P. Curator Reipublicæ dixit Eugenio, Profer scripturas quas habes, ut præcepto parere possis. Et protulit codices quatuor. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Siluano & Caroso dixit, Demonstrate ceteros lectores. Siluanus & Carosus dixerunt, Iam dixit Episcopus, quia Edeusius & Iunius exceptores omnes nouerunt. Ipsi tibi demonstrant ad domos eorum. Edeusius & Iunius exceptores dixerunt, Nos eos demonstramus, domine. Et dum ventum fuisset ad domum Felicis Sarforis, protulit codices quinque. Et cum ventum fuisset ad domum Victorini, protulit codices octo. Et cum ventum fuisset ad domum Proiecti, protulit codices quinque maiores & minores duos.

Et cum ad Grammatici domum ventum fuisset, Felix F. P. P. Curator Victori Grammatico dixit, Profer scripturas quas habes, ut præcepto parere possis. Victor Grammaticus obtulit codices I. & quiniones quatuor. Felix F. P. P. Curator Victori dixit, Profer scripturas, plus habes. Victor Grammaticus dixit, Si plus habuissem, dedissem. Et cum ventum fuisset ad domum Euticij Cæsarianensis, Felix F. P. P. Curator Euticio dixit, Profer scripturas quas habes, ut præcepto parere possis. Euticius dixit, Non habeo. Felix F. P. P. Curator Euticio dixit, Professio tua Actis hæret. Et cum ventum fuisset ad domum Coddeonis, protulit vxor eius codices sex. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ

XI. ACTA PROCONSULARIA SVB MUNATIO FELICE.

^a *Erant fessoribus qui sepuliebant mortuos.*

^b *Vestes in pauperes eroganda.*

XIII. ACTORVM PROSECVTIO.

XIV. ALII TRADITORES.

dixit, Quare, ne plus habeatis: profer. Mulier respondit, Non habeo. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Boni seruo publico dixit, Intra & quare, ne plus habeat. Seruus publicus dixit, Quæsiui, & non inueni. Felix F. P. P. Curator Reipublicæ Victorino, Siluano, & Caroso dixit, Si quid minus factum fuerit, vos contingit periculum.

XV. Quibus lectis, Zenophilus V. C. Consularis Victori dixit, Confitere simpliciter. Victor respondit, Non fui præsens. Nundinarius diaconus dixit, Legimus epistolas Episcoporum factas à Forte. & legit exemplar libelli traditi Episcopis à Nundinario diacono. Testis est Christus, & Angeli eius, quoniam tradiderunt quibus communicastis, id est, Siluanus à Cirrha traditor est, & fur rerum pauperum. Quod omnes vos Episcopi, presbyteri, diacones, seniores scitis de quadringentis follibus Lucillæ clarissimæ femine, pro quo vobis coniurastis vt fieret Maiorinus Episcopus: & inde factum est schisma.] sed hæc de creatione Maiorini postea contigerunt. Subdit Nundinarius: Nam & Victor Fullo, vestri præsentia & populi, dedit folles viginti, vt factus esset presbyter: quod scit Christus, & Angeli eius. Et recitatum est exemplum epistolæ:

DE SIMONIA
ORINATIONE
MAIORINI.

XVI.
RECITANTUR
EPISTOLÆ.

Purpurius Episcopus Siluano Coepiscopo in Domino salutem. Venit ad me Nundinarius diaconus, filius noster, & petiit has litteras deprecatorias à me, ad te, Sanctissime, dirigerem; vt, si fieri posset, pax inter te & ipsum sit, hoc enim volo fieri, vt nemo sciat quid inter nos agatur. Si volueris scripto tuo * vt & ego solus ibi in te præsentem veniam, & dissensionem ipsam de inter vos amputem. Manu sua enim mihi tradidit libellum rei gestæ, pro qua causa fuerit tuo præcepto lapidatus. Non est verum, vt pater castiget filium contra veritatem; & scio quia vera sunt, quæ in libello mihi tradito sunt conscripta. Quare remedium, quomodo poterit ibi malignitas ista extingui, antequam flamma exurgat, quæ post demum extingui non poterit sine sanguine spiritali. Adhibete clericos & seniores plebis Ecclesiasticos viros, & inquirent diligenter quæ sunt istæ dissensiones; vt ea quæ sunt secundum fidei præcepta, fiant. Non declinabis ad dexteram vel ad sinistram. Libenter autem commodare nolis malis instructoribus, qui nolunt pacem. Omnes nos occiditis. Et alia manu, Vale. Item & exemplum epistolæ *

XVII.
ALIA EPISTOLA.

Clericis & senioribus Cirrhenis in Domino æternam salutem. Clamat Moyses ad omnem Senatum filiorum Israël, dixitque illis, quæ Dominus iubeat fieri. sine consilio seniorum nihil agebatur. Ita & vos, charissimi, quos scio omnem sapientiam cælestem & spiritalem habere, omni vestra virtute cognoscite quæ sit dissensio hæc, & perducite ad pacem. Dicit enim Nundinarius diaconus, quod nihil vos lateat, vnde hæc dissensio est inter charissimum nostrum Siluanum & ipsum. Tradidit enim mihi libellum, in quo omnia sunt conscripta. Dixit enim & vos non latere. Ego scio quia auris non est bonum. Quærite remedium quomodo extinguatur hæc res sine periculo anime vestræ; ne subito, cum personam accipitis in iudicio, ruatis. Iustum iudicium inter partes iudicate, secundum grauitatem vestram & iustitiam. Cauete vobis ne declinetis in dextram, neque in sinistram. Dei res agitur, qui scrutatur cogitationes singulorum. elaborare, nemo sciat quæ sit coniuratio hæc, vestra sunt, quæ libello continentur, non est bonum. Dicit enim Dominus: Ex ore tuo condemnaberis, & ex ore tuo iustificaberis. Item alia recitata. *

XVIII.
FORTIS EPI-
SCOPI EPI-
STOLA.

Fratri charissimo Forti in Domino æternam salutem. Venit ad me filius noster Nundinarius diaconus, & retulit ea quæ inter te & illum contigerint, vt præ maleuoli intercessu, qui vult animas vestrorum à via veritatis auertere. Cum audirem, mente defectus sum, quod talis dissensio inter nos venit. Dei enim sacerdos vt ad hoc veniat quod non nobis expediat * fiat. Nunc ergo petite eum, vt, quod potest, cum ipso pax Domini Saluatoris Christi sit. Non ad publicum veniamus, & à Gentibus damnemur. Scriptum est enim: Videte ne, dum mordetis, & causamini inimicitiam, ab inuicem consumamini. Ergo peto Dominum, vt tollatur de medio nostrum hoc scandalum, vt possit res Dei cum gratiarum actione celebrari, Domino dicente, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Quæ pax poterit esse, vbi dissensio est? æmulationes sunt. Nam cum ego à milite essem aut * * * * separat * & in illo venissem, cum iniuria tali, Deo commendaui animam meam, & remisit tibi, quia Deus videt mentes hominum & eorum, siue à te ad illos perductus sum: sed Deus nos liberauit, & tecum seruiamus. Ergo, sicuti dimissum est nobis, & vos reconciliamini paci; vt in nomine Christi possimus cum gaudio pacem celebrare. Nemo sciat.

Fratri

A Fratribus & filiis, clero & senioribus, Forti in Domino æternam salutem. Venit ad me filius meus Nundinarius diaconus vester, & retulit ea quæ contra vos sunt gesta. necnon vtique debuit à vobis componi ne ventum esset * vt talem insaniam passi, à quibus lapidarentur pro veritate, quod & vos & nos scimus, sicuti nobis retulistis, & scriptum est, Non est sapiens quisquam inter vos, qui possit iudicare inter fratres? sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles, sicuti vos nunc in iudicio contenditis. Sic ad hoc exilium est, vt Gentibus demus tale exemplum, vt qui per nos Deo credebant, ipsi nobis maledicant, cum ad publicum peruenimus? Ergo, ne ad hoc veniar, vos, qui spiritales estis, facite vt nemo sciat, vt cum pace Pascha celebremus, & hortemini eos paci reconciliari, & dissensio non sit; ne, cum ad publicum ventum fuerit, incipiat & vos periclitari, si hoc factum fuerit, & postea vobis imputetis. Dabitur quamplurimè, tu possessor Donati presbyter, singuli Valeri & Victor, qui omnia scitis, actum date operam vt pax sit vobiscum. Item alia recitata *

XIX.
FORTIS EPI-
SCOPI EPI-
STOLA.

In Domino æternam salutem. Peruenit ad nos Nundinarius filius tuus, non tantum ad me, sed ad fratrem nostrum Fortem, & grauem querelam referens. Miror grauitati tuæ, sic te egisse cum filio, quem tu nutristi & ordinasti. Si enim ædificium terræ structum sit, non additur quid cæleste, quod per manum sacerdotis ædificatur. Sed non est tibi mirandum, Scriptura dicente, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobo. Et iterum dicit, Potius dilexerunt homines tenebras, magis quam lucem: sicuti & tu facis. Sufficiat vobis, omnia scire. super quod & pater noster Fortis tibi scripsit. Nunc petierim de charitate tua, frater benignissime, vt suppleas dictum Isaie Prophetæ: Expellite malignitatem de animis vestris, & venite, disputemus, dicit Dominus. Et iterum, Proiicite malum de medio vestrum. Sic & tu fac. Subiuga & auerte seditiones, quæ noluerunt esse pacem inter te & filium tuum: sed filius tuus Nundinarius in pace tecum Pascha celebret, ne res ad publicum veniat præterea iam omnibus nobis nota. Rogauerim te, frater benignissime, mediocritatis meæ compleas petitionem. Nemo sciat. Item alia recitata.

* Siluano
Episcopo.

XX.
ALIA EPI-
STOLA.

Fratri Forti Sabinus in Domino æternam salutem. Quæ sit charitas iuxta omnes collegas, certus sum; peculiariter tamen secundum Dei voluntatem, qui dixit, Quodcumque diligo super animam meam, Siluanum te coluisse, certus sum. Quare non dubitavi hæc scripta ad te dare, quia scripta tua ad eum facta dari feci propter nomen Nundinarii, & qui impigre agit, semper res Dei impetu procedit. Ne præteras excusationem. Occupatio namque nos diebus istis stringet, & incunctanter commouet circa hæc vtique ante diem solemnissimum Paschæ, vt per te fiat pinguis pax, vt digni coheredes Christi inueniamur, qui dixit, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Et iterum, Peto vt facias. Et alia manu, Opto te in Domino bene valere, & nostri memorem esse. Vale. Sed rogo te, Nemo sciat.

XXI.
SABINI
EPISTOLA.

Quibus lectis, Zenophilus V. C. Consularis dixit: Et Actis & litteris quæ recitatae sunt, Traditorem constat esse Siluanum. Et Victori dixit, Simpliciter confitere, vtrum scias eum aliquid tradidisse. Victor dixit, Tradidit, sed non me præsentem. Zenophilus V. C. Consul. dixit, Quid administrabat tunc Siluanus in clero? Victor respondit, Sub Paulo Episcopo orta est persecutio, & Siluanus subdiaconus fuit. Nundinarius diaconus respondit, Quando ventum est illic, ait, vt factus esset Episcopus, respondit, populus alius, Fiat, exaudi Deus. Zenophilus V. C. Consul. Victori dixit, Dictum est à populo, Siluanus Traditor? Victor dixit, Ego ipse iustus sum. Episcopus Zenophilus V. C. Consul. Victori dixit, Ergo sciebas Traditorem? de hoc confitere. Victor respondit, Traditor fuit. Nundinarius diaconus dixit, Vos seniores clamabatis, Exaudi Deus ciuem nostrum, ille Traditor est. Zenophilus V. C. Consularis Victori dixit, Clamasti ergo populo, quod Traditor esset Siluanus, & non deberet fieri Episcopus? Victor dixit, Clamasti & ego, & populus: nos enim ciuem nostrum petebamus, integrum virum. Zenophilus V. C. Consul. dixit, Qua causa putabatis eum non mereri? Victor dixit, Integram petebamus, & ciuem nostrum. sciebam enim causam Imperatorum ad hoc nos esse venturos. dum enim talibus committitur * * *

XXII.
QUESTIO
DE VICTO-
RE.

Item inductis & adplicitis Victore Samurici, & Saturnino fossoribus, Zenophilus V. C. Consul. dixit, Quis vocaris? Respondit, Saturninus. Zenophilus Vicarius dixit, Cuius conditionis? Saturninus respondit, Fossor. Zenophilus V. C. Consularis dixit,

XXIII.
QUESTIO
DE SATVR-
NINO.

Siluanum scis esse Traditorem? Saturninus dixit, Scio lucernam tradidisse argenteam. A
Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit, Quid aliud? Saturninus respondit, Aliud
nescio, nisi quia de post orcam eam eiecit. Et remoto Saturnino Zenophilus V. C. Con-
sul. dixit adstanti, Et tu quis vocaris? Respondit, Victor Samsurici. Zenophilus V. C.
Consul. dixit, Cuius conditionis es? Victor dixit, Artifex sum. Zenophilus V. C. di-
xit, Tabulam argenteam quis tradidit? Victor respondit, Non vidi. quod scio, hoc
dico. Zenophilus V. C. Consul. dixit Victori, Licet iam constiterit ex responsione eo-
rum qui supra sunt interrogati, tamen tu confitere, vtrum Siluanus Traditor sit. Vi-
ctor dixit, Secundo petito. quomodo hoc dimisit vt duceremur ad Carthaginem, ore
ipsius Episcopi audiui, Data est mihi lucerna argentea, & capitulata argentea, & has
tradidi. Zenophilus V. C. dixit Victori Samsurici, A quo audisti? Victor dixit, A Silua-
no Episcopo. Zenophilus V. C. Consul. Victori dixit, Ab ipso audisti quodd tradidist
B
fct? Victor dixit, Ab ipso audiui quodd suis manibus tradidisset illas. Zenophilus V. C.
dixit, Vbi audisti? Victor dixit, In basilica. Zenophilus V. C. Consul. dixit, Apud Con-
stantinam? Victor dixit, Ibi cepit alloqui populum dicens, De quo dicunt me Tradito-
rem esse? de lucerna & capitulata?

XXIV.
DE NVNDI-
NARIO.

Zenophilus Vicarius Consul. Nundinario dixit, Quid aliud putas ex his esse quaren-
dum? Nundinarius dixit, De cupis fisci, quis illas tulit. Zenophilus Vicarius Consul.
Nundinario dixit, In templo Sarapis fuerunt, & tulit illas Purpurius Episcopus: acetum
quod habuerunt, tulit illud Siluanus Episcopus, Donatus presbyter, & Lucianus. Ze-
nophilus V. C. Consul. Nundinario dixit, Sciunt id factum qui adstant? Nundina-
rius respondit, Sciunt. Diaconus Saturninus dixit, Dicebant maiores nostri quia subla-
tae sunt. Zenophilus V. C. Consul. dixit, A quo sublatae dicuntur? Saturninus dixit, A
C
Purpurio Episcopo, & acetum a Siluano & Donatio & Luciano presbyteris, & Luciano
diacono. Nundinarius dixit, Viginti folles dedit, & factus est presbyter Victor. Sa-
turninus dixit *, & cum diceret, Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit, Cui de-
dit? Saturninus dixit, Siluano Episcopo. Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit,
Ergo vt fieret presbyter, Siluano Episcopo viginti folles praemium dedit? Saturninus
dixit, Dedit. Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit, Ante Siluanum positum est?
Saturninus dixit, Ante cathedram Episcoporum. Zenophilus V. C. Consul. Nundi-
nario dixit, A quo pecunia sublata est? Nundinarius dixit, Ipsi Episcopi diuiserunt
eam inter se. Zenophilus V. C. Consularis Nundinario dixit, Donatum desideras ex-
hiberi? Nundinarius dixit, Vtique veniat, de quo clamauit. populus biduo post * pare,
ACCLAMA-
TIO POPV-
LI IN ORDI-
NATIONE.
Exaudi Deus, ciuem nostrum volumus. Zenophilus V. C. Consul. Nundinario dixit, D
Certè clamauit hoc populus? Respondit, Clamauit. Zenophilus V. C. Consul. Satur-
nino dixit, Traditorem clamauit Siluanum? Saturninus dixit, Vtique. Nundinarius
dixit, Quando factus est Episcopus, non illi communicauimus, quia dicebatur prodit-
or esse. Saturninus dixit, Quod dicit, verum est. Nundinarius dixit, Vidi quia Mutus
Harenarius tulit in collo. Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit, Sic factum est?
Saturninus dixit, Sic. Zenophilus V. C. Consul. dixit, Vera sunt omnia quae dicit Nun-
dinarus, quia ab Harenariis factus est Episcopus Siluanus? Saturninus dixit, Vera Nun-
dinarus dixit. prostibulae illic fuerunt.

XXV.

Zenophilus V. C. Consul. Saturnino dixit, Harenarij illum gestauerunt? Saturninus
dixit, Ipsi eum tulerunt, & populus. Nam ciues in area martyrum fuerunt inclusi. Nun-
dinarus diaconus dixit, Numquid populus Dei ibi fuit? Saturninus dixit, In casa ma-
E
iore fuit inclusus. Zenophilus V. C. Consul. dixit, Certè omnia quae dicit Nundina-
rius, vera sunt. Saturninus dixit, Vera. Zenophilus V. C. Consul. dixit, Tu quid di-
cis? Victor dixit, Vera sunt omnia, domine. Nundinarius dixit, Purpurius Episcopus
tulit centum folles. Zenophilus V. C. Consularis dixit Nundinario, De quadringen-
tis follibus, quos putas interrogandos? Nundinarius dixit, Lucianus diaconus exhi-
beatur, quia ipse totum scit. Zenophilus V. C. Consul. Nundinario dixit, Hi sciunt?
Nundinarius dixit, Non sciunt. Zenophilus V. C. Consul. dixit, Exhibeatur Lucianus.
Nundinarius dixit, Sciunt isti acceptos esse quadringentos folles: quia Episcopi eos di-
uiserunt, nesciunt. Zenophilus V. C. Consul. Nundinario & Victori dixit, Scitis acce-
ptos esse folles a Lucilla? Saturninus & Victor dixerunt, Scimus. Zenophilus V. C. Con-
sul. dixit, Pauperes non acceperunt? Dixerunt, Nemo nihil accepit. Zenophilus V. C.
Con-

DE PECVNIA
QVAESTIO.

A Consul. Saturnino & Victori dixit, Nihil de fano Sarapis sublatum est? Saturninus &
Victor dixerunt, Purpurius tulit cupas, & Siluanus Episcopus, & Donatus & Superius
presbyteri, & Lucianus diaconus tulerunt acetum. Zenophilus V. C. Consul. dixit, Re-
sponsione Victoris Grammatici, & Victoris Samsurici, & Saturnini, claruit vera esse om-
nia, quae suggererit Nundinarius, submoueantur, & exeant. Zenophilus V. C. Consul.
dixit, Quos alios putas interrogandos? Nundinarius dixit, Castum diaconum, vt di-
cat si non est Traditor. Ipse illum ordinauit.

Et inducto & applicito Casto diacono, Zenophilus V. C. Consul. dixit? Quis vocaris?
Respondit, Castus. Zenophilus V. C. Consularis Casto dixit, Cuius conditionis es? Ca-
stus dixit, Nullam dignitatem habeo. Zenophilus V. C. Consul. Casto dixit, Licet nunc
per Victorem Grammaticum, quam etiam per Victorem Samsurici & Saturninum vene-
B
runt in confessionem quae Nundinarius obiecit, tamen etiam tu confitere, vtrum Tradi-
tor sit Siluanus. Castus respondit, Dicebat quodd inuenerit lucernam post orcam. Zeno-
philus V. C. Consul. dixit Casto, Etiam de cupis de fano Sarapis sublatis & aceto confi-
tere. Castus respondit, Purpurius Episcopus tulit cupas. Zenophilus V. C. Consul. di-
xit, Acetum quis? Respondit Castus, Quodd tulerunt inde acetum Siluanus Episcopus,
Donatus & Superius presbyteri. Zenophilus V. C. Consul. Casto dixit, Confitere quot
folles dedit Victor, vt presbyter fieret? Castus dixit, Obrulit, domine, faccellum; & quid
habuerit, nescio. Zenophilus V. C. Consul. Casto dixit, Cui datum est faccellum? Castus
dixit, Ille tulit eum in casa maiore. Zenophilus V. C. Consul. dixit Casto, Populo non est
diuisa pecunia? Castus respondit, Non est data, nec vidi. Zenophilus V. C. Consul. Ca-
sto dixit, De follibus, quos Lucilla dedit, populus minutus nihil accepit? Castus dixit,
C
Non vidi accipere neminem. Zenophilus V. C. Consul. Casto dixit, Quod ergo peruene-
runt? Castus dixit, Nescio. Nundinarius dixit, Vtique vel audisti, vel vidisti, si dictum est
pauperibus, Dat & vobis de re sua Lucilla. Castus dixit, Non vidi aliquem accipere. Ze-
nophilus V. C. Consul. dixit, Manifesta est Casti confessio, quodd folles, quos Lucilla
donauit, populo diuisos esse nesciret; & ideo amoueat.

XXVI.
QVAESTIO
DE CASTO
DIACONO.

Et applicito Crescentiano subdiacono, Zenophilus V. C. Consularis dixit, Quis voca-
ris? Respondit, Crescentianus. Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit, Sim-
pliciter sicut & ceteri confitere, vtrum scias Traditorem Siluanum. Crescentianus dixit,
Prioris qui fuerunt clerici, ipsi retulerunt singulis. Zenophilus V. C. Consul. Crescen-
tiano dixit, Quid rerulerunt? Crescentianus dixit, Referebant quodd Traditor esset. Ze-
nophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit, Dixerunt illum Traditorem? & adiecit,
D
Qui dicebant? Crescentianus dixit, Qui cum illo conuersabantur in plebe, dixerunt
quodd aliquando tradidisset. Zenophilus V. C. Consul. Crescentiano dixit, De Siluano
dicebant? Crescentianus dixit, Vtique. Zenophilus V. C. Consul. Crescentiano dixit,
Cum factus fuisset Episcopus, praestd fuisti? Crescentianus dixit, Praesens cum populo
fui, inclusus in casa maiore. Nundinarius diaconus dixit, Campenses & Harenarij fece-
runt illum Episcopum. Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit, Mutus Hare-
narius certè eum sustulit. Dixit, Manifestè. Zenophilus V. C. Consul. Crescentiano di-
xit, Cupas de fano Sarapis scis esse sublatae? Crescentianus dixit, Plures dicebant quodd
Purpurius Episcopus ipse sustulerit cupas, & acetum quodd ad senem nostrum Siluanum
peruenisset & filij Aelionis dicebant. Zenophilus V. C. Consul. Crescentiano dixit, Quid
audisti? Crescentianus dixit, Acetum sublatum a sene Siluano, & Dontio & Superio
E
presbyteris, & Luciano diacono.

XXVII.
QVAESTIO
DE CRESCEN-
TIANO.

Zenophilus V. C. Consularis Crescentiano dixit, Ex quadringentis follibus, quos
Lucilla donauit, populus aliquid accepit? Crescentianus dixit, Nihil inde nemo acce-
pit, nescio, nec quis illos erogauerit. Nundinarius dixit, Aniculae numquam inde ali-
quid acceperunt? Crescentianus dixit, Nihil. Zenophilus V. C. Consularis dixit, Cer-
tè quotiens aliquid tale donatur, omnes inde populares publicè accipiunt. Crescen-
tianus dixit, Non audiui, vel vidi dedisse illum aliquos. Zenophilus V. C. Consularis
Crescentiano dixit, nihil ergo datum est de quadringentis follibus populo? Crescen-
tianus dixit, Nihil: vti que peruenisset aliqua partiuncula ad nos. Zenophilus V. C. Con-
sularis dixit, Quod ergo sublatae sunt? Crescentianus dixit, Nescio: nemo nihil accepit.
Nundinarius dixit, Victor quot folles dedit, vt fieret presbyter? Crescentianus dixit,
Vidi allatos cophinos cum pecunia. Zenophilus V. C. Consul. dixit Crescentiano, Cui
dati

XXVIII.
OBLATIO-
NES SOLI-
TAE IN PAU-
PERES ERO-
GARI.

dati sunt cophini? Crescentianus dixit, Episcopo Siluano. Zenophilus V. C. Consularis A dixit, Siluano dati sunt? Crescentianus dixit, Siluano. Zenophilus V. C. Consul. dixit, Populo nihil datum est? Respondit, Nihil. Necesse est ut & nos aliquid acciperemus, si distribuerentur sicut solet. Zenophilus V. C. Consul. Nundinario dixit, Quid aliud de Crescentiano putas esse requirendum? Nundinarius dixit, Ipsum est. Zenophilus V. C. Consul. dixit, Quoniam de omnibus Crescentianus subdiacono simpliciter confessus est, submoueat. Item inducto & applicito Ianuario subdiacono, Zenophilus V. C. Consul. dixit, Quis vocaris? Respondit * * Hucusque Acta Proconsularia, quibus nonnulla deesse videntur.

XXIX. Hæc sunt malorum exordia, & ex hoc fonte fluxerunt impij Donatistæ, quorum causa Africana Ecclesia tot cladibus fuit multis sæculis in pœnam exagitata, ac à Viuandâs primò, demum ab Arabibus est penitus deuastata. Quæ autem post hæc ab iisdem Traditoribus Episcopis fuerint machinata, ordine temporum inferius dicendi sumus. At licet eiusmodi nebulones, & (vt ex recitatis Actis apparet) omnium hominum scelestissimi, aded turpiter cesserint persecutoribus: non defuit tamen plurimis Fidelibus Christianæ constantiæ vigor, infractique animi constantia, qua, ne traderent sacros codices, neve factos conuentus prætermitterent, pœnis subiici sapius, ac denique morte mulctari fortiter pertulerunt: vt Acta de Felice Episcopo superius narrato docent, & alia declarant Acta Proconsularia, de quibus proximè dicendi sumus.

XXX. Sed primò illud admonendum: eadem Acta Cirtensis conuentus in Collatione postea tempore Augustini facta cum Donatistis legi post Consulatum Diocletiani nouies & Maximiani octies: quamobrem in alterutrum illorum locorum mendum irrepisse, affirmare necesse est. Nos autem, quod geminis testificationibus, nempe Actorum Cirtensium, & Gestorum Proconsularium sub Numatio Felice, atque postea sub Zenophilo, hoc anno dictis Consulibus Diocletiano octies & Maximiano septies, eadem quæ recitauimus Acta consignata legantur, hoc anno potius volumus posuisse. Sed præstat hic reddere verba Augustini ex dicta Collatione cum Donatistis, tum de Cirtensibus Actis, tum etiam de rebus gestis sanctorum martyrum ibidem allegatis: Post obiectiones enim ab illis factas de Cirtensi conuentu, quem negabant, dicentes, non potuisse tunc colligi Episcopos illos, quod ingrueret persecutio: hoc planè falsum esse, & ex gestis sanctorum martyrum probantibus Catholicos tunc temporis in domibus priuatis populares conuentus agere consueuisse, Episcopi Catholici demonstrarunt.

XXXI. Iussit etiam (inquit Augustinus ^b) Cognitor computare Officium, & renuntiare, consideratis vtriusque Consulibus & diebus, & qui de Concilio Cirtensi, & qui de Gestis martyrum legebantur: quia dictum fuerat à Catholicis, post illorum martyrum passionem, vnde persecutionis tempus probabatur, prope annum consecutum fuisse vique ad Consulem & diem Concilij Cirtensis. Responsio autem computantis Officij, mensum interfuisse, suggererat. Voluerunt ergo Catholici de tabulis tolli quod dixerant, vt hoc solùm Gesta retinerent, quod Officium responderat: hoc enim verius esse crediderant. Sed Donatistæ, quod à Catholicis dictum erat, noluerunt de tabulis tolli: vnde Catholici non contenderunt, vt eorum in hoc calumniosus animus appareret. Porro autem illud erat verius quod Catholici dixerant: Officium autem in computando errans, falsum renuntiauerat: quod postea conscripta & diligentius considerata Gesta docuerunt, sicut potest probare, quem libuerit legere, & non pigerit computare. Nam Gesta martyrum, quibus ostendebatur tempus persecutionis, Consulibus facta sunt Diocletiano nouies & Maximiano octies, pridie Idus Februarij. Gesta autem Episcopalia decreti Cirtensis post eorumdem Consulatum, tertio * Nonas Martias, ac per hoc tredecim menses interesse inueniuntur, plures vtiq; quàm vndecim, quos prius Catholici, minus diligenter computando, responderant. Sed Officium vt falleretur, & mensum interesse responderet, eundem Consulatum putauit: post Consulatum autem non aduertit, vbi annus iam alius agebatur. Proinde Catholici tamquam ex vera Officij responsione cogebantur ostendere, tempore persecutionis illos vndecim vel duodecim Episcopos in domum priuatam conuenire potuisse.

XXXII. Donatistis instantibus, vt hoc ex aliis Concilijs ostenderent, si aliquo tempore persecutionis facta Episcoporum Concilia reperire potuissent, quod Catholici quoniam tunc inquirere, & ad horam veteres chartas in Archiuis Ecclesiasticis discutere non poterant,

A rant; respondebant, multò facilius duodecim homines in domum conuenire potuisse eo tempore quo etiam congregationes plebium fieri solebant, quamuis persecutione feruente, sicut ipsis gestis martyrum monstrabatur, qui confitebantur in passionibus suis, se Collectam & Dominicum egisse.] hucusque Augustinus. Ex quibus apparet, de celebri illo, quod dicitur factum, Concilio in causa Marcellini, tempore flagrantis persecutionis Gentilium, nullam fuisse memoriam pedes Catholicos Africanos Episcopos: quo vnico exemplo ab illorum calumniosa obiectione confestim liberare se potuissent.

Ceterum ipsa tunc citata atque edita Acta martyrum, quibus de celebratione Dominici & populari conuentu agitur, ex Gestis Proconsularibus (vt apparet) accepta, hæcenus extant; licet dolo Donatistarum in eo appareant deprauata, quod nec diem, nec Consulem habeant, & illis etiam appendix dolo sit addita contra Mensurium Episcopum Carthaginensem atque Cæcilianum diaconum, quos vehementi odio proferebantur. Sunt & iidem martyres in Romanis tabulis adscripti, tertio Idus Februarij, cum citata ab Augustino, pridie Idus, nempe sequenti die, facta dicantur: sed quid mirum si vnus diei error irrepit, cum & in dictis Actis Cirtensibus duorum annorum spatij (vt dictum est) error appareat? nimirum quod quæ hoc anno sub huius anni Consulibus Acta Cirtensis habita esse dicuntur, in alijs post sequentis anni Consulatum posita inueniantur.

Eam igitur aded nobilem antiquitatis memoriam, ipsa Acta martyrum ex Proconsularibus Gestis probata; à Catholicis cognita & accepta, à Donatistis disquisita, atque à Iudice Cognitore inspecta & examinata, hic atterere operæpretium existimamus. Auctor ipse, postquam pauca præfatus, ex Actis publicis ea se accepisse restatus, narrationem aggredditur, sine die tamen & Consule: quæ dolose (vt demonstratum est) abolita esse videntur. Porro nisi constaret mendum in codicem irrepisse, eadem Acta sequenti anno sub Consulatu Diocletiani nonum & Maximiani octauum recensenda, fuissent: quibus sanè Consulibus ea accidisse, in dictis Collationis Actis expressum legitur. Verum quoniam ante Cirtensem conuentum ea facta esse ibidem affirmatur, constatque ex his quæ dicta sunt, hoc anno idem Cirtense Concilium celebratum esse: nulla ratio patitur, vt hæc sequenti anno, & post Cirtensem Synodum in Annalibus collocentur, quæ ea ratione sunt etiam ante ipsum Cirtense Concilium referenda. Nos verò verò hic opportune, occasione factæ illorum publicæ editionis, eadem recensemus. Sic se habent *:

Temporibus namque Diocletiani & Maximiani, bellum diabolus Christianis indixit, isto modo, vt sacrosancta Domini Testamenta, Scripturasque diuinas ad exurendum peteret, basilicas Dominicas subuerteret, & ritus sacros, cœtusque sanctissimos celebrari Domino prohiberet. Sed non tulit exercitus Domini Dei immane præceptum, sacrilegamque iussionem perhorruit; & mox fidei arma corripuit, descendit in prolium, non tam contra homines, quàm contra diabolum pugnaturus. Et quamuis tradendo Gentilibus scripturas Dominicas, atque Testamenta diuina profanis ignibus comburenda, à fidei cardine cecidere nonnulli, conseruando tamen eas, & pro ipsis libenter suam sanguinem effundendo, fortiter fecere quamplurimi. Quique pleni Deo, deuictò atque prostrato diabolo, victricem palmam in passione gestantes, sententiam in Traditores atque eorum consortes, qua illos ab Ecclesiæ communionem præcidant, cuncti martyres proprio sanguine consignabant. Fas enim non fuerat, vt in Ecclesia Dei simul essent martyres & Traditores.

E Aduolabant itaque vndiqueuersum ad certaminis campum immensa agmina confessorum: & vbi quisque hostem repererat, castra illic Dominica collocabat. Namque in ciuitate Alutinenis, in domo Occani Felicis, cum bellica caneret tuba, Dominica signa gloriosi martyres erexerunt: ibique celebrantes ex more Dominica sacramenta, à Colonia magistratibus atque ab ipso Stationario milite apprehenduntur, Saturninus presbyter cum filiis quatuor, id est, Saturnino iuniore & Felice lectoribus, Maria sanctimoniali, Hilariano infante.] Cum hic audis infantem, ne existimes puerum hunc esse nuper natum qui fari nesciat: nam loquendi vsus erat apud Afros, vt quosque pueros, infantes dicerent; vt ex Victore Vticensi ^b alibi diximus, qui pueros ecclesiæ cantores, infantulos nominat. Iam enim à temporibus Apostolorum clerici in sacris ordinibus constituti celibatam seruabant, quod etiam Ecclesia Africana seruabat, vt primo Annalium tomo demonstratum est. Porro quotennis esset puer hic, quem auctor vocat infantem;

PERSECUTIONIS TEMPORE AGI SOLITOS CONVENTUS ECCLESIASTICOS.

XXXIII. ACTA MARTYRVM CITATA.

XXXIV. ACTA DEPRAVATA.

* Apud Sur. tom. 1. dia 11. Febr.

XXXV. ACTA PROCONSULARIA SANCTORVM MARTYRVM

XXXVI. CONVENTUS IN DOMIB. PRIVATIS.

^b Vides Viti- cens. da per. sc. VVind. lib. 3.

rem; sua ipsius confessio coram Proconsule facta, inferius declarabit. Sed pergunt Acta A alios recensere, qui eidem interfuere sacro conuentui: Itemque Datus, qui & Senator, Felix, alius Felix, Emeritus, Ampelius, Rogatianus, Quintus, Maximianus, Thelica, Rogatianus, Rogatus, Ianuarius, Cassianus, Victorianus, Vincentius, Cæcilianus, Restituta; Prima, Fua, Rogatianus, Guinalus, Rogatus, Pomponia, Secunda, Ianuaria, Saturnina, Martinus, Datus, Felix, Marganta maior, Honorata, Regiola, Victorinus, Pelusius, Faustus, Dacianus, Matrona, Cæcilia, Victoria, Herectina, secunda Matrona, Ianuaria.] ex Actis publicis hæc auctor cum describat, ipse ad concinnandam historiam, sæpe, cum opus esse videtur, interloquitur, ut cum ait:

XXXVII. Hi apprehensi ducebantur alacres ad forum. Ad hunc primum certaminis campum prior Datus ibat, quem sancti parentes candidatum Senatorem cælesti curiæ genuerunt. Ibat etiam presbyter Saturninus numerosa vallatus propagine liberorum: cuius B partis partem sibi sociam martyrio destinavit, partem sui nominis pignus Ecclesiæ relinquebat. Hos agmen Dominicum sequebatur, in quo fulgebat cælestium splendor armorum, scutum fidei, lorica iustitiæ, saluationis galea, & gladius bifrons, sermo Dei, quorum præsidio fulti, spem victoriæ fratribus promittebant: sed iam ad supradictæ ciuitatis peruenierunt forum. Ibi primum aggressi confessionis palmam magistratus elogio sustulerunt.

XXXVIII. In isto namque foro iam pro Dominicis scripturis dimicauerat cælum, cum Fundanus, ciuitatis illius quondam Episcopus, scripturas Dominicas traderet exurendas. Quas cum C magistratus sacrilegus igni apponeret, subito imber sereno cælo diffunditur, ignis scripturis sanctis admotus extinguitur, grandines adhibentur, omnisque ipsa regio pro scripturis Dominicis, elementis furentibus, deuastabatur. De hac igitur ciuitate martyres Christi exoprata prima vincula susceperunt, directique ad Carthaginensem alacres ac læti, per totum iter hymnos Domino canticaque psallebant. Qui cum ad Officium Anulini tunc Proconsulis peruenirent, starentque in acie constanter, fortiter sæuientes imperus diaboli Dominica constantia retundebant. Sed cum contra omnes simul milites Christi diabolica rabies præuuleret, singulos ad certamina postulauit. Quorum certaminum pugnam non tam meis exequar, quam martyrum dictis ex Actis acceptis, ut & sæuientis hostis audacia in tormentis atque in ipsa sacrilega inuentione noscatur, & Christi Domini præpotens virtus in tolerantia martyrum atque in ipsa confessione laudetur.

XXXIX. Cum igitur ab Officio Proconsuli offerrentur, suggerereturque quod à magistratibus Alutinensium transmissi essent Christiani, qui contra edictum Imperatorum & Cæsarium Collectam Dominicam celebrassent: primum Proconsul Datus interrogat, cuius esset conditionis, & utrùm Collectam fecisset. Qui cum se Christianum, & in Collecta fuisse profiteretur, auctor ab ipso Collectionis sanctissimæ postulat.] per Collectam namque, & Collectionem, & Dominicum, intelligit semper auctor sacrificium Missæ. Sed subdit: Statimque iubet Officium, eundem in equuleum subleuare, extensumque vngulis præparare. Sed cum carnifices iussa crudelia atroci velocitate complerent, starentque sæuientes, inuictis & denudatis ad vulnera martyris lateribus, erectisque vngulis imminerent: subito sese per medium Thelica fortissimus martyr tormentis subiecit, & clamauit: Christiani sumus nos. Nos, inquit, collegimus. Statimque Proconsulis furor exarsit, & ingemiscens, spiritali gladio grauius vulneratus, martyrem Christi grauissimis ictibus tutudit, in equuleum suspensum tetendit, & vngulis stridentibus laniavit. At contra gloriosissimus martyr Thelica, media de ipsa carnificum rabie huiusmodi preces Domino cum gratiarum actione effundebat: Deo gratias. In nomine tuo Christe, Fili Dei, libera seruos tuos. Talia iteranti Proconsul: Quis est, inquit, auctor tecum congregationis vestræ? Qui, crudelius sæuiente carnifice, clara voce respondit: Saturninus presbyter, & omnes. O martyrem primatum omnibus dantem! sic enim presbyterum fratribus prætulit, sed presbytero fratres confessionis consortio copulauit.

XL. Quartente igitur Proconsule, Saturninum ostendit, non quod illum prodiderit, quem aduersus diabolum secum dimicare cernebat, sed ut illi panderet, integrè se celebrasse Collectam, quando cum ipsis etiam presbyter fuerat. Manebat igitur Thelica cum voce Dominum deprecans, & præceptorum Euangelij memor, inimicis suis veniam martyr in ipsis corporis sui laniamentis poscebat. Inter ipsos namque vulnerum grauissimos cruciatus, tortores pariter & Proconsulem his verbis exprobrabat: Iniuste facitis, infelices; contra

SATURNINVS MARTYRYM ANTE SIGNANVS.

INGENS MIRACVLVM DE LIBRIS IGNI TRADITIS.

*al. Anulini vel Anolini

THELICAE MARTYRIS ACTA.

XL. THELICAE ILLUSTRIS CONFESSIO.

A contra Deum facitis. Deus altissime, noli illis consentire ad hæc peccata. Peccatis infelices, aduersus Deum facitis, custodite præcepta Dei altissimi, iniuste agitis infelices, innocentes laniatis. Non sumus homicidæ, non fraudem fecimus. Deus miserere. Gratias tibi ago. Pro nomine tuo da mihi sufferentiam. Libera seruos tuos in captiuitate huius sæculi. Gratias tibi ago, nec sufficio tibi gratias agere.

Et cum ictibus vngularum concussa fortius latera fulcarentur, profluensque sanguinis vnda violentis tractibus emanaret, Proconsulem sibi dicentem audiuit: Incipis sentire, quæ vos pati oporteat? Et adiecit: Ad gloriam. Gratias ago Deo regnorum. Apparet regnum æternum, regnum incorruptum, Domine Iesu Christe, Christiani sumus, tibi seruimus: tu es spes nostra: tu es spes Christianorum: Deus sanctissime, Deus altissime, Deus omnipotens, tibi laudes pro nomine tuo agimus. Cui talia oranti, tum à diabolo per Iudicem dictum est: Custodire te oportuit iussionem Imperatorum & Cæsarium. Defatigato iam corpore, forti atque constanti sermone Victor proclamauit: Non curo nisi legem Dei, quam didici: ipsam custodio, pro ipsa moriar, in ipsa consummor, præter quam non est alia. Talibus itaque dictis gloriosissimi martyris in suis tormentis, magis ipse Anulinus torquebatur: cuius tandem rabies ferocitate saginata, postea reclusum in carcere passioni condignum martyrem destinavit.

Post hæc Datus à Domino in certamine erigitur, qui Thelicæ ad fortissimum prælium de proximo coniunctus est. Qui cum pendendo in equuleo extensus, se, voce sæpius repetita, Christianum esse & Collectam fecisse, fortiter proclamaret, emerit Victorix martyris frater, vir sanè togatus, sed à religionis Christianæ sanctissimo cultu ipsis temporibus alienus, qui suspensum in equuleo martyrem profanis vocibus hæcenus arguebat: Hic est, ait, domine, qui per absentiam patris nostri, nobis hæc studentibus, formam nostram Victoriam seducens, hinc de splendidissima Carthaginis ciuitate, vnâ cum Secunda & Restituta ad Alutinensem Coloniam secum vsque perduxit; qui que numquam domum nostram ingressus est, nisi tunc, quando quibusdam persuasionibus puellares animos illiciebat.

Sed non tulit Victoria clarissima martyr Domini, collegam & commartyrem suum falso appeti Datum Senatorem. Statimque Christiana libertate prorumpens, Nullius, inquit, persuasione profecta sum, nec cum ipso ad Alutinensem Coloniam veni: hoc possum per ciues probare: omnia mea sponte atque voluntate perfeci. Nam & in Collecta fui, & Dominicum cum fratribus celebraui, quia Christiana sum. Tunc impudens Aduocatus maledicta exaggerabat in martyrem. Et contra martyr gloriosus de equuleo cuncta vera responsione solvebat. Inter hæc Anulinus ardescens premi vngulas in martyrem iubet: Itatim carnifices nuda præparataque ictibus latera cruentis vulneribus inuenerunt. Aduolabant truces manus iustis velocibus, secretaque pectoris, diruptis cutibus, visceribusque diuulsis, nefandis aspectibus adnixa crudelitate pandebant. Inter hæc martyris mens immobilis, & licet membra rumpantur, diuellantur viscera, latera dissipentur, animus tamen martyris integer inconcussusque perdurat.

Denique dignitatis sue memor Datus, tali voce preces Domino sub carnifice rabiens fundebat: O Christe Domine, non confundar. His dictis, beatissimus martyr, quod à Domino poposcerat, tam faciliè meruit, quam breuiter postulauit. Denique mox Proconsul mente concussa, lingua volente parcere, prosiliuit. Cessauere carnifices: fas enim non erat, martyrem Christi in commartyris suæ Victorix causa torqueri. Nam cum contra eum Pompeianus suspitionis indignæ sæuus accusator accederet, calumniosamque coniungeret actionem, despectus à martyre est, & percussus. Quid agis hoc in loco, diabole? quid contra martyres Christi adhuc vsque conaris? A Senatore Domini ac martyre & potestas simul & forensis rabies superata est.

Sed clarissimus martyr etiam pro Christo tortus, cum interrogatus, utrùm in Collecta fuisset, profiteretur constanter, & diceret, cum Collecta fuisset, se superuenisse, & Dominicum cum fratribus congrua religionis deuotione celebrasse, auctoremque eiusdem Collectionis sanctissimæ vnum fuisse: in sese Proconsulem rursus acrius excitauit; cuius recrudescente sæuitia, geminata martyris dignitas, iteratò vngulis fulcantibus exaratur. At martyr ad vulnerum cruciatus sæuissimos pristinam suam repetens orationem, Rogo, ait, Christe, non confundar. Quid feci? Saturninus est presbyter noster. Huius cum latera, dum trucidisque carnificis magistra crudelitate monstrante, adiunctis vngulis raderentur:

XLI.

MARTYRIS PRECATIO.

XLII.

ACCUSATIO CALVMNIOSA.

XLIII.

DATIVS DIRECTOR QUETVR.

XLIV.

PRECES MARTYRIS.

XLV.

DATIUI ILLUSTRIS CONFESSIO.

rentur: Saturninus presbyter ad proelium postularur; qui caelestis regni contemplatione A
considerans parua admodum ac leuia suos commartyres sustinere, congregi ipse etiam
taliter coepit. nam dicente Proconsule: Tu contra iussionem Imperatorum & Caesarum
fecisti, vt hos omnes colligeres?] Imperatorum & Caesarum iussionem dicit, quod cum
Diocletiani & Maximiani Augustorum, tum etiam Constantij atque Galerij Caesarum
nomine promulgarentur edicta.

XLVI.
DE CELE-
BRATIONE
DOMINICI.

Respondit presbyter Saturninus, Domini Spiritu suggerente: Securi Dominicum ce-
lebrauimus. Proconsul ait: Quare? Respondit: Quia non potest intermittere Dominicum.
Qui mox vt haec dixit, contra Dadium statim iubet aptari. Expectabat interea Dadius
laniamenta corporis sui potius quam dolebat: & cuius ad Dominum animus mensque
pendebat, nihil dolorem corporis aestimabat; sed tantum Dominum precabatur, dicens:
Subueni, rogo, Christe, habe pietatem, serua animam, custodi spiritum meum: non con-
fundar, rogo, Christe: da sufferentiam. Cui cum a Proconsule diceretur: Ex hac splendi-
dissima ciuitate magis debueras alios ad bonam mentem reuocare, & non contra praec-
cepta Imperatorum & Caesarum facere: fortius atque constantius acclamabat, Christia-
nus sum. Qua voce diabolus superatus, Parce, inquit. Simulque illum in carcerem tru-
dens, passioni condigne martyrem reseruauit.

XLVII.

At vero presbyter Saturninus, recenti martyrum sanguine delibutus, cum penderet
in equuleo, admonebatur in eorum fide persistere, in quorum cruore perstabat. Hic cum
interrogaretur, vtrum auctor ipse esset, & omnes ipse adunasset; & diceret, Etiam, ego
praesens in Collecta fui: Emeritus lector ad certamen exiliens, congregiente presbytero,
Ego sum auctor, inquit, in cuius domo Collecta facta fuit. At Anulinus Proconsul, qui
iam toties victus fuerat, impetus Emeriti perhorrebat, & tamen in presbyterum versus, C
Quare contra praecceptum, inquit, faciebas, Saturnine? Cui Saturninus, Intermitti
Dominicum non potest, ait. Lex sic iubet.] scilicet lex Christiana de Dominico, nempe
sacrificio celebrando. Tunc Proconsul: Non tamen debuisti prohibita contemnere,
sed obseruare potius, & non rem facere contra praecceptum Imperatorum. Et meditata
iam diu in martyribus voce terrorem suae irae commouit: cui non pigro paretur obse-
quio. nam carnifices in fenile corpus presbyteri irruunt, & grassante rabie, rupta neruo-
rum connexione, discrepant illud ingemiscenda supplicia, & noui generis in sacerdotem
Dei exquisita tormenta.

SATURNI-
NVS AERIS-
SIME CRV-
CIATVR.

XLVIII.
*nl. pellete

Videres quasi in pabulo vulnerum famis rabie sauire carnifices, apertisque visceri-
bus ad horrorem videntium, inter ruborem sanguinis ossa nudata pallere; & nec inter
moras torquentium exclusam animam corpus, in supplicio pendente, deserere. At tali vo-
ce Dominum presbyter precabatur: Rogo te, Christe, exaudi. Gratias tibi ago Deus. D
Iube me decollari. Rogo, Christe, miserere. Fili Dei, subueni. Cui Proconsul: Quare
contra praecceptum facis? Et presbyter: Lex sic iubet, Lex sic docet, inquit. O admiran-
da satis ac praedicanda presbyteri doctoris diuina responsio! Legem sanctissimam etiam in
tormentis presbyter praedicat, pro qua libenter supplicia sustinebat. Legis denique voce
deterritus Anulinus: Parcarn, inquit. Eumque in custodiam carceris redigens, exoptato
supplicio destinauit.

XLIX.

At vero Emerito applicito, In tua, inquit Proconsul, domo Collectae factae sunt, contra
praeccepta Imperatorum? Cui Emeritus sancto Spiritu inundatus, In domo mea, inquit,
egimus Dominicum. At ille, Quare permittebas, ait, illos ingredi? Respondit: Quoniam
fratres mei sunt, & non poteram illos prohibere. Sed prohibere illos, inquit, debuisti. At
ille, Non potui, ait: quoniam sine Dominico esse non possumus. Statim vero ipse in e-
quuleo iubetur extendi, extensusque vexari. Qui dum validos ictus innouato carnifice pa-
teretur; Rogo, ait, Christe subueni. Contra Dei praecceptum facitis, o infelices. Et interlo-
quenti Proconsuli, Non oportuerat te eos suscipere: respondit, Non poteram, quin susci-
perem fratres meos. At Proconsul sacrilegus, Sed prior, inquit, erat iussio Imperatorum
& Caesarum. Contra religiosissimum martyr: Deus, inquit, maior est, quam Imperatores.
Rogo Christe: Tibi laudes: Christe Domine, da sufferentiam.

L.
DESCRIP-
TIVAE
RIS QVAE
STIO.

Cui tali precanti, haec Proconsul iniecit: Habes ergo scripturam aliquam in domo
tua? Et respondit: Habeo, sed in corde meo. Et Proconsul, In domo, inquit, tua habes,
an non? Emeritus martyr ait: In corde meo illas habeo. Rogo Christe: Tibi laudes: Li-
bera me Christe: In nomine tuo patior, breuiter patior, libenter patior: Christe non con-
fundar.

A fundar. O martyrem Apostoli a memorem, qui legem Domini conscriptam habuit non a 2. Cor. 3.
atramento, sed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus! O
martyrem legis sacrae idoneum diligentemque custodem, qui Traditorum facinus perhor-
rescens, scripturas Dominicas, ne perderet, inter secreta sui pectoris collocauit! Quo cog-
nito, Proconsul, Parce, inquit. Eiusque confessionem in Memoriam vna cum ceteris con-
fessionibus redigens (est Memoria locus ubi Acta Proconsularia asseruabantur) Pro meritis
vestris omnes, inquit, secundum confessionem vestram poenas meritas peroluertis. Sed
iam ferina rabies ore cruento tormentis martyrum saginata languebat.

Sed cum Felix nomine & passione processisset in proelium, aciesque Domini omnis in-
corrupta inuictaque perstaret: tyrannus mente prostratus, voce demissus, anima & corpore
dissolutus, Spero vos, inquit, hanc partem potius eligere, qua possitis viuere, vt iussiones
conseruetis. Contra quae confesores Domini inuicti martyres Christi, tamquam ex vno
ore dixerunt: Christiani sumus, non possumus nisi Domini legem sanctam vsque ad effu-
sionem sanguinis custodire. Qua voce percussus inimicus, Felici dicebat: Non quero an
Christianus sis, sed an Collectam feceris, vel scripturas aliquas habeas. O stulta iudicis &
ridenda interrogatio! Christianus vtrum sis, tace, & addidit, Si in Collecta fuisti? Respon-
dit: Quasi Christianus sine Dominico esse possit, aut Dominicum sine Christiano cele-
brari. An nescis satana, in Dominico Christianum, & in Christiano Dominicum consti-
tutum, vt nec alterum sine altero valeat esse? Cum nomen audieris, frequentiam Domi-
ni discite: & cum Collectam audieris, nomen agnosce. Denique cognosceris a martyre, &
rideberis, tali responsione confunderis: Collectam, inquit, religiosissime celebrauimus: &
ad scripturas Dominicas legendas in Dominicum conuenimus semper. Qua confessione
C confatus grauitur Anulinus, sustibus caesum. exanimem caelesti Concilio martyrem pro-
perantem ad sidera tribunalia expleta passione confociat.

Sed Felicem sequitur alius Felix nomine pariter & confessione, atque ipsa passione
confimilis. Pari etenim virtute congressus, etiam ipse sustium lesione quassatus, animam
in tormenta carceris ponens, superioris Felicis est martyrio copulatus. Post hos susce-
pit certamen Ampelius custos legis, scripturarum diuinarum fidelissimus conseruator.
Hic, quarente Proconsule, an in Collecta fuisset, hilaris atque securus alacri voce re-
spondit: Cum fratribus feci Collectam, Dominicum celebraui, & scripturas Dominicas
habeo mecum, sed in corde meo conscriptas. Christe tibi laudes refero: exaudi Christe.
Qui cum haec dixisset, ceruicibus contusus, quasi iam in tabernaculum Dominicum
cum fratribus relegatur. Hunc sequitur Rogatianus, qui confessus Domini nomen, su-
D praeclatis fratribus iungebatur illaesus.

Quintus vero applicitus, egregie nomen Domini magnificeque confessus, caesus susti-
bus, in carcerem reppeditur condigno martyrio reseruatus. Hunc sequebatur Maximia-
nus in confessione par, in congressione confimilis, in victoriae triumphis aequalis. Post
quem iunior Felix, spem salutemque Christianorum Dominicum esse proclamans. Post
quem similiter etiam ipse sustibus caederetur; Ego, inquit, deuota mente celebraui Do-
minicum; Collectam cum fratribus feci, quia Christianus sum. Qua confessione me-
ruit etiam ipse fratribus confociari. At iunior Saturninus, martyris Saturnini presbyteri
progenies, in certamen optatum festinus accessit, properans patris virtutibus gloriosissi-
mis adaequari. Cui cum Proconsul furibundus, diabolo suggerente, dixisset, Et tu Satur-
nine interfuisti? respondit Saturninus: Christianus sum. Non a te quero hoc, ait, sed
E vtrum egeris Dominicum. Cui respondit Saturninus: Egi Dominicum, quia Saluator
est Christus. Quo nomine Saluatoris audito, Anulinus exarsit, & in filium patris insta-
urat equuleum: extensoque Saturnino, Quid, inquit, Saturnine profiteris? Vide vbi posi-
tus sis. Habes scripturas aliquas? Respondit: Christianus sum. Proconsul vero ait: Ego
quero, an conueneris, & an scripturas habeas? Respondit: Christianus sum: aliud non
est nomen quod post Christum oporteat nos sanctum obseruare. Qua in confessione dia-
bolus inflammatus, Quoniam permanes, inquit, in obstinatione tua, etiam te oportet
tormentis affici. Dic an aliquas scripturas habeas. Et ad Officium dixit: Vexa illum. Ibant
in adolescentis latera paternis vulneribus lassi lictores, & adhuc humectantem in vngu-
lis patrium sanguinem cognato filij cruori miscebant. Videres per hiantium vulnerum
fulcos de lateribus antea genitoris sanguinem fluere, & cruorem filij paterno permixtum,
vngulis rorantibus, emanare.

LIV.
CONSTANS
MARTYRIS
ASSERTIO.

At iuuenis gemini sanguinis admixtione recreatus, medelam potius quam tormenta sentiebat: & recepta in tormentis fortitudine, fortissimis vocibus exclamabat: Scripturas Dominicas habeo, sed in corde meo. Rogo Christe, des sufferentiam, spes est vitæ. Anulinus inquit: Quare contra præceptum faciebas? Respondit: Quia Christianus sum. Quo audito, Parce, inquit. Et statim, cessante tormento, in patrium consortium relegatur. Interea vergebat in noctem, horis labentibus, dies, & consumptis cum sole tormentis, defecit atra tortorum rabies, & cum sui Iudicis crudelitate languebat. Sed legiones Dominicæ, in quibus Christus, perpetuum lumen, armorum cælestium corusco splendore fulgebat, fortius atque constantius in certamina prosiliebat. Cum verò aduersarius Domini tot martyrum proeliis gloriosissimis victus, tantisque ac talibus congressionibus superatus, desertus à die, comprehensus à nocte, deficiente iam carnificum rabie, profligatus, cum singulis ulterius congredi non valeret; totius exercitus Domini animos percontatur, deuotasque confessorum mentes tali interrogatione propulsat: Vidistis (inquit) eos qui perseuerauerunt, quid sustinuerint, vel quid in sua confessione perstantes adhuc habeant sustinere? Et ideò qui vult ex vobis ad indulgentiam peruenire, vt saluus esse possit, profiteatur.

L V.

VICTORIÆ
INSIGNE
CERTAMEN

Ad hæc confessores Domini gloriosi martyres Christi, læti ac triumphantes simul non ex Proconsulis dictis, sed ex victoria passionis Spiritu sancto feruentes, fortius clariusque, tamquam ex vno ore dixerunt: Christiani sumus. Qua voce prostratus est diabolus, & concussus Anulinus, confususque omnes sanctos in carcerem trudens, illos martyrio destinavit. Et ne deuotissimus feminarum sexus, florentissimusque sacrarum virginum chorus certaminis tanti gloria priuaretur; omnes femine, Christo Domino auxiliante, in Victoria congressæ sunt & coronatæ. Etenim Victoria sanctissima feminarum, flos virginum, decus & dignitas confessorum, honesta natalibus, religione sanctissima, moribus temperata, in qua naturæ bonum candida pudicitia relucebat, respondebatque pulchritudini corporis fides pulchrior mentis, & integritas sanctitatis; ad secundam palmam restitutam se, in Domini martyrio lætabatur. Huic namque ab infantia iam clara pudicitia signa fulgebant, & rudibus adhuc annis apparebat rigor castissimus mentis, & quædam dignitas futuræ passionis. denique postquam plena virginitas vltimum ætatis tempus expleuit, cum puella nolens & reluctans in nuptias à parentibus coggeretur, inuitamque tradere sponso prædo suggereret: clam se per præcepta puella demittit, aurisque famulantibus supportata, incolumis gremio terræ suscipitur, neque fuerat postmodum pro Christo Domino passura, si pro sola tunc pudicitia moreretur. Liberata igitur nuptialibus tedis, illufoque simul cum parentibus sponso, media penè de ipsa nuptiarum frequentia prosiliens, ad ædem pudicitia, portumque pudoris ecclesiam intacta virgo confugit: ibique consecrati Deo dicatque capitis in perpetuam virginitatem sacratissimum crinem inconcusso pudore seruauit.

LVI.

VICTORIÆ
CONSTANTIA.

Mat. 12.

Hæc ergo ad martyrium properans, florentem pudicitia palmam triumphali dextera præferrebat. Namque interroganti Proconsuli, quid profiteretur; clara voce respondit, Christiana sum. Et cum à Fortunatiano fratre rogato, eiusque defensore, vanis argumentationibus mente capta esse diceretur; Victoria respondit, Mens mea est; numquam mutata sum. Ad hæc Proconsul, Vis ire, inquit, cum Fortunatiano fratre tuo? Respondit, paulò post: Anulinus, deposita Iudicis auctoritate, ad puellæ persuasionem descendit: Consule tibi, inquit: vides enim fratrem tuum prouidere cupientem salutem tuam. Cui martyr Christi, Mea mens est, inquit; numquam mutata sum: nam & in Collecta fui, & Dominicum cum fratribus celebraui, quia Christiana sum. Mox cum hæc Anulinus audisset, furis agitato exarsit; & puellam sacratissimam martyrem Christi in carcerem vnà cum ceteris relegans, passioni omnes reseruauit.

LVII.

HILARIANUS
MARTYRIS

Sed Hilarius adhuc supererat, vnus de natis presbyteri martyris Saturnini, qui ætatem suam paruulam ingenti deuotione vincebat. Hic patris fratrumque triumphis appropinquans iungi, diras tyranni minas non tam exhorruit, quam in nihilum duxit. Huic cum diceretur, Patrem tuum, aut fratres tuos secutus es? subitò breui de corpore vox iuuenilis auditur, & angustum pueri pectus ad confessionem Domini torum aperitur in voce respondentis: Christianus sum, & mea sponte atque voluntate, cum patre meo & cum fratribus feci Collectam. Audiebas patris Saturnini martyris vocem, per dulcis filij,

A filij meatus exire, & confidentem Christum Dominum linguam de fratris exemplo securam. Sed Proconsul stultus, non intelligens contra se non homines, sed Deum in martyribus dimicare; nec quia in puerilibus annis ingentes animos sentiebat, putabat puerum tormentis infantia posse terreri. Denique amputabo, inquit, & collum tibi, & nasum, & auriculas; & sic te dimittam. Ad hæc Hilarius puer, patris fratrumque virtutibus gloriosus, qui iam didicerat à maioribus suis tormenta contempere, clara voce respondit: Quidquid facere volueris, fac; quia Christianus sum. Mox in carcerem recipi etiam ipse iubetur: ingenti que cum gaudio vox Hilariani auditur dicentis, Deo gratias. Hic certaminis magni pugna periclitatur: hic diabolus superatur & vincitur: hic martyres Christi de passionis futuræ gloria æterna, iugi congratulatione lætantur.]

Hucusque Acta sanctorum martyrum à Catholicis allegata ad probandum Christianos tempore persecutionis ad Collectam atque Dominicum celebrandum conuenire consueuisse. est planè illorum integra & sincera fides: non tamen sunt illa ipsa in ea Collatione tunc edita; quæ pura absque aliqua auctoris interlocutione fuisse ipsa Proconsularia Acta putamus; licet ex iisdem Actis (vt auctor qui exscripsit profiteretur) accepta essent. At quisnam ille fuerit, non alium quidem, quam ex Donatistis aliquem existimamus: qui tamen fideliter hucusque eadem reddidit; quippe qui ex iisdem ipsis quæ præ manibus habebat Proconsularia Acta descripsit. Sed nescimus, qua occasione multorum ibi nominatorum martyrum acerbissimæ coram eodem Proconsule instar aliorum habitæ quæstiones desiderentur. Quæ autem post hæc sequuntur vsque ad finem, manifestas continent tum in Mensurium Carthaginensem Episcopum, tum etiam in eiusdem Ecclesiæ diaconum Cæcilianum calumnias; dum illum Traditorem fuisse librorum testantur, & Cæcilianum ipsorum, quorum hucusque narrata sunt Gesta, martyrum necatorem: nimirum quòd illis cibos inferre vetuerit, ob eamque causam iudem fame consumpti fuerint. Proh scelus! eò peruenit schismaticorum procacia (quod sæpius Augustinus deplorat) vt eorum auctores non tantum penitentiam egerint de traditione ab ipsis (vt vidimus) facta librorum: quin potius in rabiem atque furorem conuersi, tam impudenter in Catholicos fide probatissimos, moribusque sanctissimos, illud ipsum crimen quod ipsi turpiter perpetrassent, impingerent. Sed quò minus id veritate probare possent, eò magis nocendi mille artibus vsi, eosdem maxime pios viros calumniis exagitatò multo temporum spatio vexauere. At hæc pluribus suis quibusque locis sunt opportunitus pertractanda.

Hic modò appendicem tantum ad hæc eadem Acta additam recitabimus, apponemusque ad venenum antidotum; quo lector, qui habet eam alibi editam, cautiùs legat, sciatque pretiosum à vili distinguere. Etenim adeò vafre atque dolose sunt concinnata mendacia, sic fucate coloribus fraudes, ac ita blandiloquentiæ circumlita dulcedine, vt prudentem quoque virum, qui non calleat res gestas illorum temporum inter Catholicos & Donatistas, decipere potuissent. Appendix autem in hunc modum se habet: Verum quoniam nos (vt supra diximus) schismatis tempus admonuit, confessionibus tantis ac talibus martyrum decreta coniungere, constitutiones sanctissimas amicorum Dei gestis superioribus catenare; necessariò breuiter cuncta quæ martyres in carcere ex auctoritate legis diuinæ sanxerunt, seruandaque posteris reliquerunt, discurrem. Nec lapsorum superbiam atque audaciam Traditorum in hac ipsa mea festinatione præteream. Coëgit enim me transcendere nihil gestorum fides, amor legis, Ecclesiæ status, salus publica, vita communis. His enim de rebus Ecclesia Catholica sic poterit recognosci, si labes pestifera Traditorum nefandis actibus suis, sententiaque martyrum omnibus sæculis declaretur.

Postquam igitur supradictos martyres Christi exoptatus carcer recepit, confessores, qui illuc priores retri fuerant, victricibus palmis triumphales dexteris venientibus adiungebant. Veniebant præterea ad eundem locum ex diuersis prouinciæ partibus alij quoque quamplurimi confessores, inter quos erant Episcopi, presbyteri, diaconi, ceterique clerici, qui legem Domini asserentes, Collectam, Dominicumque constanter & fortiter celebrabant: qui que scripturas Dominicas, diuinaque Testamenta de flamma atque incendio conseruantes, se ipsos diris ignibus, cruciatibusque diuersis, Machabæico more, diuinis legibus obtulerunt. Ea igitur tempestate cum horridus carcer, crassaque tenebræ inter se clausos retinerent testes fidelissimos Dei, & ingentia catenarum pondera deuota membra vincirent; cum debilitaret fames, fatigaret sitis, frigus quateret, turba

LVIII.

ACTA COR-
RPTA A
DONATIST.

LIX.
CALLIDITAS
IN CORRUM-
PENDIIS
SCRIPTIS.

LX.

CONCILIUM
IN CARCE-
RE.

comprimeret, latera ipsa recenti vngularum laceratione disrupta feruerent inter catenas & ferrum, instrumentaque tormentorum: ex auctoritate legis diuinæ, quod sibi met posterisque martyribus conseruarent celebrantes Concilium, cælestia decreta condebant. Verè enim viuus ille Spiritus sanctus confessorum mentes æternis aspirando & diuinis colloquiis exercebat.] hæc auctor.

LXI.
CONVIN-
CVNTVR
MENDACIA
DONATI-
STARVM.

Sed iam detegere, lector, incipies schismaticorum impudentiam, eorumdemque sibi ipsis sententiam aduersantem. Quonam pacto, quæso, in Collatione illa negare potuerunt nullam simul in domum priuatam cogendi Synodum datam fuisse persecutionis tempore facultatem; si etiam in carcere Concilium celebrandi, decretaque sancienti, videtur esse concessum? Ex his quoque euidentius potest intelligi, hanc appendicem ad Acta Proconsularia in Collatione illa edita nequaquam tunc iisdem Actis fuisse conuatum: nam de eis necessariò fuisset mentio facienda, in qua summa rerum versari videri posset, eademque sæpius repetenda. At prosequamur cetera.

LXII.

Sed post crudelem tempestatem ac persecutoris horribilis minas, quibus Christianam religionem tyrannica rabies infestauerat; quò iterum purior ac sereniore Christiani nominis pax æterna luceferet; non defuit traditorum omnium callidissima fraus, conspiratioque pestiferorum naufragorum diabolica arte composita; quæ sub prætextu religionis, religionem impugneret, fidem euerteret, diuina iura turbaret: maximè cum etiam Mensurius Carthaginensis quondam Episcopus, recenti scripturarum traditione pollutus, sceleris sui amentiam peiore cœpisset ferocia publicare: quippe qui combustorum veniam librorum à martyribus poscere ac implorare debuerat, vt delicta sua maioribus flagitiis cumularer, eo animo sæuiebat in martyres, quo diuinas tradiderat leges.

CALVMNIAE
IN MENSURI-
RVM.

LXIII.

CALVMNIAE
IN CAECILIANVM.

Etenim hic tyranno sæuior, carnifice crudelior, idoneum sceleris sui ministrum diaconum suum elegit Cæcilianum: idemque lora & flagra cum armatis ante fores carceris ponit, vt ab ingressu atque aditu cunctos, qui victum potumque in carcerem martyribus afferebant, graui affectos iniuria propulset. Et cædebantur à Cæciliano passim qui ad alendos martyres veniebant: sitientibus intus in vinculis confessoribus, pocula frangebantur ante carceris limina, cibi passim deuorandi canibus spargebantur. Iacebant ante carceris fores martyrum patres, matresque sanctissimæ, & ab extremo conspectu liberorum excussi, graues nocte dieque vigilias ad ostium carceris exercebant. Erat fletus horribilis, & acerba omnium qui aderant lamentatio, prohibere pios martyrum complexus, & diuelli à pietatis officia Christianos, Cæciliano sæuiente tyranno & crudeli carnifice.] hæc ibi.

LXIV.

DETEGIVR
IMPOSTV-
RA.

Hic, rogo, primùm illud lector attendat: quonam pacto Catholici ad conuincendos schismaticos, atque probandum Fideles persecutionis tempore ad Collectas celebrandas atque Dominicum conuenire solere, eiusmodi Actis vt voluissent, quibus tam aperte Mensurij atque Cæciliani aded immania scelera probabantur, quorum iidem innocentiam atque integritatem tantopere propugnabant? Vel si hæc erant vera de Cæciliano atque Mensurio: cur eadem Acta martyrum non sunt edita ab ipsis impugnatoribus aduersus Catholicos, in duobus illis & aliis Conciliis vsque ad Augustini tempora, in quibus postea est eadem causa ventilata; nempe in Romano Concilio sub Melchiade, & Arelatensi paulò post celebrato in eadem causa Cæciliani, aliisque Patrum conuentibus, & secularibus quoque iudiciis, in quibus omnibus perspecta semper fuit atque publicè acclamata innocentia Cæciliani, atque refulsa Donatistarum procacia? Cur denique cum in ipsis publicè habitis inter schismaticos atque Catholicos ea de re iussu Principum Collationibus, tum etiam in tot editis ab ipsis Donatistis, Petiliano, Cresconio, & aliis aduersus Catholicos commentariis, non intexuerunt, immò nec meminerunt horum Actorum, quibus tam aperte tum Mensurij, tum Cæciliani tam horrenda facinora comprobantur, ex quibus sententia damnationis illi fuissent iure plectendi?

LXV.

*al. recidi-
uina
DECRETA
DE TRADI-
TORIBVS
EFFICIA.

Sed quid ad hæc auctor addat, iam ceteris adiungamus: Interea martyres Christi (inquit) non carceris squallor, non viscerum dolor, non denique vlla rerum penuria commouebat, sed meritis & confessione iam in Domino vicini direxerunt in posteros salutem, quæ communem Christiani nominis progeniem ab omni residua * communionem Traditorum fecernere, tali sub comminatione:

Si quis Traditoribus comunicauerit, nobiscum partem in regnis cælestibus non habebit. Et hanc sententiam, sancti Spiritus auctoritate conscripta, tali comparatione firmabat:

Scri-

A Scriptum est (inquiunt) in Apocalypsi^a: Quicumque adiecerit ad librum istum apicem vnum, aut vnam litteram, adiciat illi Deus innumerabiles plagas: & quicumque deleuerit, deleat partem eius Dominus de libro vitæ. Si ergo additus apex vnus, aut littera vna dempta, de libro sancto radicitus amputat, & sacrilegum facit, & subuertit auctorem: necesse est omnes eos qui Testamenta diuina, legesque venerandas omnipotentis Dei & Domini nostri Iesu Christi, ignibus tradiderunt exurendas, æternis gehennæ ardoribus, inextinguibili igne torqueri. Et ideo vt supra diximus,

Si quis Traditoribus comunicauerit, nobiscum partem in regnis cælestibus non habebit.

Hæc communicantes singuli ad passionis gloriam festinabant, supremaque testatione vnusquisque martyrum cruore proprio consignabat. Exinde Ecclesia sancta sequitur martyres, & execratur perfidiam Traditores.]

B Ecce tibi cuiusnam sectæ, cuiusve communicationis sit auctor qui hæc scripsit, se iam palam prodit; & quam intelligat sanctam Ecclesiam, quam seruare tradit martyrum sanctionem de non communicando cum Traditoribus, vel cum iis qui illis communicassent, aperte significat: nimirum conuentum Donatistarum, qui penes se esse Ecclesiam arrogabant; quique eos quos arguebant lapsos traditione librorum, ac denique omnes qui illorum fuissent sententiæ vel leui communicatione coniuncti, aded execrabantur, vt nec per penitentiam expiatis dicerent admittendos: vt planè ex iis intelligas (quod S. Augustinus sæpè in eos inuehens inculcat) Nouatianorum fuisse Donatistas heredes, ab illisque mutuatos esse venenum: quòd tam hinc quam superius in præfatione tradat, non communicare debere, simulque esse martyres & Traditores. erant hæc voces peculiare Donatistarum: idque solitos ipsos dicere cum refugerent communicationem Catholicorum, S. Augustinus^b testatur; cum hæc de illis: Indignum est, dicebant, vt in vnum conueniant filij martyrum, & filij Traditorum: & hoc exordio libellos formabant: hæc per suos diaconos proclamari iuebant.] Sed pergit idem auctor:

LXVI.
DONATI-
STAE SESE
PRODVNT.

^b Aug. lib. ad
Donatist post
Collat. c. 1.

Igitur cum hæc ita sint; quisnam est diuini iuris peritiam pollens, fide præditus, deuotione præclarus, religione sanctus, qui iudicis Dei memor, veritatem ab errore discernat, à fide perfidiam distinguit, simulationemque fictam à certa & integra sanctitate secludat, separet à stante lapsum, ab integro vulneratum, à iusto reum, ab innocente damnatum, à custode legis proditorem, à confessore Christi nominis negatorem, à martyre Domini persecutorem, & vnum atque idem esse existimet & Ecclesiam martyrum, & conuenticula Traditorum? Nemo scilicet: quoniam hæc inter se repugnant, contrariaque sibi sunt, vt lux tenebris, vita mortuis, sanctus Angelus diabolo, Christus Antichristo, Paulo Apostolo^c dicente: Quasi filiis dico: dilatamini & vos, & nolite coniungi cum infidelibus. Quæ enim est participatio iustitiæ ad iniquitatem, &c.] multa que eorum ore versata idem in eadem sententiam inculcans, hæc addit:

LXVII.
PRAEPOSTI-
TIO DONA-
TISTARVM.

^c 2. Cor. 6.

Quamobrem fugienda bonis, & vitanda est semper religiois conspiratio Traditorum, hypocritarum domus, Pharisaorumque sententia: vt viam adoptionis filiorum filiarumque Dei in sancta Ecclesia spiritaliter nati, dignè incedant, & non alienis facinoribus immergi, pro luce tenebras, pro vita mortem, interitum sibi pro salute acquirant. Talis est Ecclesia Domini, quæ vna semper singularisque contra sese & in partes diuidi non potest. Sed post teterrimam persecutionis noctem, turbinesque pestiferos tyrannorum, ad deceptionem innocentium, prædamque populorum, diabolus versutia callidissimæ fraudis adinuenit, vt quos aperta persecutionis clade transuolare non valuit, nec in sæculo sacrilego idolorum seruitio mancipandos delictorum nexibus in perpetuam perniciem potuit retinere, eos pollutis traditionibus iungens sibi, sub prætextu sanctissimæ religionis extinguat.]

LXVIII.

En quam exactè, quis qualisve sit auctor, suis se coloribus pingit: nempe ex factione schismaticorum, qui se purissimos prædicabant, & Catholicorum communicationem execrabantur, quòd semel polluti essent Traditorum communionem. Cum alioqui in ipsa sancta Ecclesia nunquam fuerit tanta seueritas, vt ipsa, quantumuis lapsos, non reciperet penitentes, eosque sibi misericordie reconciliatione coniungeret. Donatistæ autem (vt fufius suo loco dicetur) non tantum lapsos, sed qui illis aliquando communicassent, in perpetuum auerfabantur. Videas insuper auctorem ex ea quam factam dicit post persecutiones extinctas communicationem cum illis, se prodere, non hoc tempore ipsum scripsisse, sed cum iam esset eadem ex causa ab ipsis schisma constatum, ac latius propagatum.

LXIX.

LXX. DETEGITVR DONATISTARVM IMPOSTVRA.

Sed quod mox addit, cetera quæ essent schismaticorum Donatistarum certa signa atque lineamenta demonstrat; cum sic inuehitur in omnia sacrosancta Catholicorum mysteria, quæ omnia illi penitus exhorrescerent: Denique illi (inquit) falsi sacrorum ritus, fictaque mysteria non tam in salutem, quam in perniciem miserorum celebrantur, cum erigit altare factilegus, celebrat sacramenta profanus, baptizat reus, curat vulneratus, veneratur martyres persecutor, legit Euangelia Traditor, hereditatem cæli promittit diuinorum testamentorum combustor. quos increpat Dominus & obiurgat in Euangelio dicens: Væ vobis Scribæ & Pharisei, hypocritæ, &c.] & post alia multa ab illis perpetrâ ex diuinis Scripturis citari solita, hæc ab eodem adduntur: Fugienda ergo & execranda pollutorum omnium congregatio vitiosa, & appetenda omnibus beatissimorum martyrum accessio gloriosa, quæ est Ecclesia sancta vna & verè Catholica, ex qua martyres profecti sunt, & à quibus diuina testamenta seruata sunt. Hæc etenim sola perfectionis insectæ impetum fregit: hæc legem Domini vsque ad effusionem sanguinis conseruauit: in hac virtutes sancti Spiritus præsentia frequentantur, Baptisma à Saluatore perficitur, vita perpetua reparatur.]

LXXI.

Vides planè Donatistarum expressa vestigia, de quibus exclamat sæpissimè inter alia Augustinus, quod execrarentur collatum à nobis Baptismum; qui & in hoc se habere Cyprianum auctorem gloriarentur, à quo alienum Baptisma non sit receptum. Sed de martyribus in carcere constitutis hæc habet in fine:

QVTD IN MENSURIUM ET CAECILIANVM.

Postremò cum nec Mensurius, nec minister eius Cæcilianus, ab hac immani crudelitate cessare vellent, Anulino Proconsule, aliis persecutoribus interim circa alia negotia occupatis; beati martyres isti, corporeis alimentis destituti, paulatim & per intervalia dierum, naturali conditione, famis atrocitate cogente, cesserunt, & ad siderea regna cum palma martyrij migrauerunt: præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuít in sæcula.] hucusque auctor. Qui quidem ipsa Acta legitima, dicta Proconsularia, non tantum (vt demonstratum est) multis prætermisissis nimia breuitate contraxit; sed inter alia reliquos martyres, non vt ceteros gladio, verum fame in carcere extinctos esse mentitur; quinetiam Mensurium Episcopum Carthaginensem horum malorum auctorem, Cæcilianum diaconum administrum, & planè carnificem extitisse confinxit.

LXXII.

Vide, & mirare, quò sit progressa insania Traditorum: vt cum ipsi quidem (vt ex eorum confessione est recitatum) primum sacros codices tradiderint: inde simul sicut sping se inuicem complectentes, fœdere iuncti, nulloq; tanti criminis dolore percussi & stimulis repressi conscientia, se innocentissimos esse professi sint, immò & confessorum sibi gloriam iactanter adscripserint, quòd peritos sacros codices non dedissent. Sed perinde ac si hæc non satis essent ad impietatem, illud immane facinus addiderunt, vt innocentes Episcopos, ipsumque primæ Africanæ sedis Antistitem Mensurium Carthaginensem, traditionis labe conspergerent, Cæcilianumq; successorem ipsius eadem quoque fœdarent turpitudine. Verum, quod superat omne nefas, quod nec maiores eorum ausi sunt excogitare, eosdem fuisse carnifices, necatoresq; martyrum, hisce falsis martyrum Actis dolosulis adnectentes, atque mentitis calumniis alias grauiore addentes, & callidè concinnantes, turpiter prædicarunt, ac scelestissimè diffamarunt. Et quasi adhuc parua hæc essent, iidem non solum quos tot tantorumque criminum reos arguebant, sed & vniuersam Catholicam Ecclesiam, quòd horum communicatione pollutam esse iactarent, iurato in eam bello, sunt in perpetuum auersati. Hæc est origo & incrementum schismaticorum. hi enim à superueniente Donato (vt demonstrabimus) qui scelus auxit, propagauit, & schisma confluauit, nomen adepti sunt, vt Donatistæ fuerint appellati.

LXXIII. DONATISTARVM INDE.

Anrequam autem de Mensurio Episcopo Carthaginensi quæ vera certa que esse noscuntur, in medium afferamus, meminisse lector debet, superius dictum esse, auctore Optato Mileuitano, hunc subrogatum esse in locum Luciani, qui S. Cypriano successit. Rursus verò cum testificatione Pontij diaconi pariter sit declaratum, ante S. Cyprianum neminem Episcoporum Carthaginensium fuisse martyrio coronatum; illud planè inferri posse videtur: Restitutum Episcopum Carthaginensem, cuius dies natalis martyrij titulo adscriptus habetur in Martyrologio Romano; quinto Idus Decembris, collocandum esse inter Mensurium & Cyprianum, ac pariter subiisse martyrium. Nisi potius dicere velimus, ipsum Restitutum sedisse ante tempora Cypriani: sed sic vocatum esse martyrem

DE RESTITUTO EPISCOPO.

rem (vt de multis aliis accidit) quòd Christi nominis causa tormenta passus sit; non autem quòd martyrio vitam finierit, vt S. Cyprianus, qui percussus gladio martyrium consummauit. Id autem vt magis esse verum existimemus, non tantum illud persuadet, quòd nonnisi post Cyprianum Lucianus & Mensurius vsque ad hæc tempora recenseantur Episcopi Carthaginenses: sed quòd Possidius dum meminit tractatus S. Augustini in depositione eiusdem Restituti Episcopi Carthaginensis, nequaquam eum Martyrem appellat, sicut nec Cyrum, eiusdem sedis sanctum Episcopum, de quo etiam absque titulo martyrij agitur in eodem Martyrologio pridie Idus Iulij.

Quod rursus in primis ad Mensurium Carthaginensem Episcopum spectat: quæ ab eo gesta fuerint vsque ad obitum, cum ei successit Cæcilianus, nullo videntur valentiori posse testimonio demonstrari, quam ex ipsis scriptis quæ iidem Donatistæ aduersus eundem Mensurium publicè protulerunt, eademque recitata atque examinata in mutua magna illa facta iussu Principis inter Catholicos atque Donatistas Collatione, in qua quidquid potuit inueniri contra Mensurium atque Cæcilianum, ab iisdem schismaticis est diligenter inuestigatum atque prolatum. Quidquid igitur tunc illi quod proferrent contra Mensurium habuerint, & coram Iudice Cognitore ediderint, sanctus Augustinus his recitat verbis:

Tunc Donatistæ aliquantulum prælocuti sunt, quòd Mensurius, qui fuerat ante Cæcilianum Ecclesiæ Carthaginensis Episcopus, tempore persecutionis tradiderit persecutoribus sanctas Scripturas. Et hoc vt probarent, legerunt eius epistolam ad Secundum Tigistanum datam, qui tunc habebat primatum Episcoporum Numidiæ; in qua epistola videbatur Mensurius veluti de suo crimine confiteri: qui tamen non scripsit se sanctos codices tradidisse; sed potius, ne à persecutoribus inuenirentur, abstulisse atque seruisse: dimisisse autem in basilica Nouorum quæcumque reproba scripta hæreticorum: quæ cum inuenissent persecutores & abstulissent, nihil ab illo amplius postulasse. Verumtamen quosdam Carthaginensis ordinis viros postea suggestisse Proconsuli, quòd illusi fuerant, qui missi erant ad Christianorum scripturas auferendas & incendendas, quia non inueniant nisi nescio quæ ad eas non pertinentia: ipsas autem in domo Episcopi custodiri, vnde deberent proferri & incendi: Proconsulem autem ad hoc eis consentire noluisse.

In eisdem etiam litteris lectum est, eos qui se offerrent persecutionibus non comprehensi, & vtrò dicerent se habere scripturas, quas non traderent, à quibus hoc nemo quesierat; displicuisse Mensurio, & ab eis honorandis etiam prohibuisse Christianos. Quidam etiam in ea epistola facinorosi arguebantur, & Fiscii debitores, qui occasione persecutionis, vel carere vellent onerosa multis debitis vita, vel purgare se putarent, & quasi abluere facinora sua, vel certe acquirere pecuniam, & in custodia deliciis perfrui de obsequio Christianorum. Crimen tamen Donatistæ non ingerebant Mensurio, nisi de codicibus traditis: mentitum eum quippe dicebant, quòd illi non fuerint codices sancti; & peccatum suum tegere voluisse: quamuis & ipsam fictionem criminarentur.

Recitarunt etiam rescripta Synodi Tigistiani ad eundem Mensurium pacificè data, vbi & ipse narrauit in Numidia persecutores quæ egerint, & qui comprehensi, & scripturas sanctas tradere nolentes, & multa mala passi & grauissimis suppliciis excruciatii & occisi sunt: eosque honorandos pro martyrij sui merito commendauit, laudans eos non tradidisse scripturas sanctas, illius mulieris exemplo, quæ duos exploratores in Iericho, in quibus figurarentur duo Testamenta Verus & Nouum, tradere persecutoribus noluit: quod quidem exemplum si sub hac est figura intelligendum, Mensurium potius adiuuabat. In suis enim litteris Mensurius reprehendebat eos qui scripturas sanctas, quamuis eas non traderent, se tamen habere faterentur, quod mulier illa non fecit: neque enim eos exploratores, qui quærebantur, apud se esse confessa est, sed negauit.] hæc ibi.

Sed de Mensurio Episcopo hæc quoque Optatus, quibus eius constantia commendatur: iisdem temporibus (nempe persecutionis exortu) Felix quidam diaconus, qui propter famosam nescio quam de tyranno Imperatore tunc factam epistolam appellatus est, periculum timens, apud Mensurium Episcopum delituisse dicitur: quem cum postulatum Mensurius publicè denegaret, relatio missa est. Rescriptum venit, vt, si Mensurius Felicem diaconum non reddidisset, ad Palatium dirigeretur. Conuentus, non leues patiebatur angustias. Erant enim Ecclesiæ ex auro & argento quamplurima ornamenta, quæ

a Possid. In dicit. cap. 8.

LXXIV. MENSURIUS CAUSA DISCVTITVR.

b Aug. in Breui. Coll. dicit. tertio, c. 13.

LXXV. CALVMNIA IN MENSURIUM.

LXXVI.

LXXVII.

Tosue 2.

LXXVIII.

copiat. cont. Armen. lib. 1. MENSURIUS CONSTANTIA PRÆDICATA.

nec defodere terræ, nec secum portare poterat, quasi Fidelibus senioribus commendauit, A
commemoratorio facto, quod cuidam aniculæ dedisse dicitur: ita ut si ipse non rediret,
reddita pace Christianis, anicula illi daret, quem in Episcopali cathedra sedentem in-
ueniret. Profectus, causam dixit. Iussus est reuerti Carthaginem: peruenire non potuit.]
nam diem obiit. Et (ut idem subdit auctor) commemoratorium illud redditum est Cæ-
ciliano, qui Maxentij tempore, reddita pace Ecclesiæ Africanæ, est susceptus Episcopus.
hactenus res Mensurij Episcopi Carthaginensis.

LXXXIX.
ARGVITVR
CALVMNIA
CONTRA
CAECILIA-
NYM.

De his verò quæ spectant ad Cæcilianum, cuius integritas sepe iudiciis Ecclesiasticis,
omnium Episcoporum sententia, est comprobata, suis locis dicturi sumus inferius. Hic
autem illud tantummodò attingendum, nec ipsos Donatistas qui vsque ad Augustini
tempora vixerunt, cum tam sepe atque frequenter in pluribus Episcoporum conuenti-
bus, ac ipsis sæcularibus iudiciis, fuerint profecti in Cæcilianum accusationes, vniquam B
vel in nouissima publica illa Collatione, cuius facta est mentio, illud in eum obiecit,
quod fame coegerit mori in carcere Christianos martyres; sed illud tantummodò, quod
nec probari potuit, Cæcilianum vetuisse offerri victum illis qui detinebantur in carcere.
Id quidem in Actis Conciliabuli Carthaginensis, quod ab ipsis Donatistis contra Cæci-
lianum est celebratum, conscripserunt: quæ & ex eodem recitata esse in dicta Collatio-
ne, sanctus Augustinus ^a testatur, qui ait: Et recitatum est à Donatistis Concilium ferme
septuaginta Episcoporum contra Cæcilianum apud Carthaginem factum, ubi eum ab-
sentem damnarunt, quod ad eos venire noluerit, tamquam à Traditoribus ordinatus: &
quia cum esset diaconus, victum afferri martyribus in custodia constitutis, prohibuisse di-
citur.] hæc ibi. At nequaquam crimini tunc ab illis datum est, quod (ut subdolos au-
ctor dictæ appendici addidit) vel vnus saltem ea ex causa fame perierit: ut plane videas, C
eadem postea ab impudente auctore fuisse conficta, quæ antea tot Episcopi Donatistæ
nec ausi sunt excogitare, dare crimini, & calumnias in Acta referre.

^a August. in
Breuic. coll.
di. 3. cap. 14.

LXXX.

APPENDIX
COMMENT-
TICIA.

At quis dolosi hominis stropham non intelligat? Quod enim sciret à maioribus suis
minimè probari potuisse, Cæcilianum denegasse martyribus victum; veris certisque mar-
tyrum Actis artexuit appendicem illam: idque tunc eum præstitisse, cum in magno illo
Collationis conuentu conuicti Donatistæ posteriores tulerunt, & à causa penitus excide-
runt, nam ante illud tempus, agitata pluribus Conciliis causa Cæciliani, Romæ, Arelati,
& alibi, nihil prorsus huiusmodi fuit à Donatistis in Cæcilianum obiectum. Quod si
eiusmodi Acta extitissent, quibus solus Cæcilianus damnari potuisset, eadem in Conciliis,
Collationibus, Actisque Proconsularibus, in quibus omnibus conuentibus quæcumque
D
luerunt, non prætermiserunt congerere in Cæcilianum; vtrique magno præconio edidif-
sent: quin in libellis ad Constantinum Imperatorem in eundem sepe conscriptis, eorum-
dem Actorum saltem iidem meminissent; sicque vniuersæ plane innotuissent Ecclesiæ:
nam Imperator (ut dicemus) quæcumque in Cæcilianum à Donatistis essent obiecta, ex-
actè in Episcoporum voluit examinari conuentibus.

LXXXI.
DEFENDI-
TVR CAECI-
LIANVS.

Sed et si verum esse daretur, quod illi in dicto Carthaginensi Concilio Cæcilianum ve-
tuisse ad martyres victum inferri dixere: si, inquam, id vere accidisse constaret; idque illi
dicere, atque etiam probare potuissent, quod conscientia malæ causæ, nec inter alias fi-
ctas accusationes proponere ausi sunt: certe quidem ex iis quæ dicta sunt ex litteris Men-
surij à Donatistis editis ac publicè recitatis, dicendum vtrique esset, id sanctè pieque à
Cæciliano gestum esse non in martyres, sed in nebulones illos ac parasitos, turpesque ho-
mines; quorum Mensurij dictis litteris meminit, cum scilicet (ut ait) sycophantæ qui-
dam vellent ea arte comparare pecuniam, & in custodia in deliciis viuere de obsequio
Christianorum. quales nam eiusmodi esse solent nomen martyrum nundinantes; iam
exemplum patens superius recitauimus de Peregrino illo famosissimo, cuius res gestæ ex-
tant apud Lucianum conscriptæ. Eiusmodi igitur balatronibus ea ex causa (ut Peregrinus
ille) se martyribus adiungentibus, qui magno Christianæ religionis dedecore nega-
turi mox essent, prohiberi à Christianis solita in martyres conferri subsidia, pecuniam vel
alimenta contribui; pietati adscribendum erat, non crimini dandum. Si quid ergo huius-
modi à Cæciliano pio studio factum est, inde hostes eius implacabiles qualemcumque
captantes arripientisque calumniarum occasionem, dicebant Cæcilianum alimenta in
vinculis detentis martyribus denegasse; sed & perfricta fronte illud subdole addebant,
ab eodem martyres omnes necatos esse.

Verum

Verum vaser impostor, quod constaret ex aliis Actis sanctorum martyrum (quod & LXXXII.
superius vidimus) Christianos detentos in carcere interiori, quibus negaretur omne so-
latium fraternæ visitationis atque subsidij, Fiscali cibo nutrir solitos; velamentum mox
addit mendacio: nimirum Anulinum Proconsulem illorum oblitum fuisse, aliis nego-
tiis occupatum. egregie scilicet; perinde ac non Proconsul, sed custos carceris, cuius
id operis esset, Anulinus fuisset. Sed cum nec custos carceris id absque capitis sui pericu-
lo tentare potuisset, ut quemuis facinorosum in carcere positum sineret fame perire:
cur non potius iussu Proconsulis id factum dixit? aperiunt paucis: Ne scilicet sic à culpa
liberaret Cæcilianum: perinde ac si in eum omnem curam atque custodiam carceris
Proconsul reieceret: quo nihil stultius effingi potest. Sed iam de his factis: quæ quidem
haud oportuit prætermisisse, ne scilicet causa tot sententiis definita, penes aliquem rem
minis exactè peruestigantem; obtentu Actorum sanctorum martyrum, reuocari in du-
bium facile posset.

Quod autem superius in recitatis Actis sit demonstratum, flagrantis persecutionis er-
iam tempore sollicitos fuisse Christianos celebrare Dominicum, nempe (ut aliàs pluribus
declarauimus) ipsum sacrosanctum sacrificium incruentum; ut nefas putarent, quouis
impetu persecutionis vigente, dimittere; sed (quod coram proconsule professi sunt) po-
tius mori paratos ex instituto fuisse, quam illo carere: cum hæc exemplo Africanorum
martyrum in Ecclesia Occidentali satis esse demonstrata videri possint; de eadem Eccle-
siastica disciplina in Orientali Ecclesia hoc ipso tempore exemplum editum hic artexere,
dignum existimauimus. Extant Acta ^a martyris Anysiæ, ex antiquioribus monumentis in
lucem reddita, ubi, quo modo Thessaloniciæ passa sit, breuiter narratur his verbis:

Tunc cum persecutio Diocletiani ac Maximiani ardentius grassaretur, cogitatio venit
in mentem Anysiæ, ut iret ad Dominicum: id autem erat Angelus, qui eam vocabat ad
passionem martyrij. Cumque ingrederetur portam Casandrioticam, excitatus est tumultus
in populo. Deinde cum eam vidisset quidam ex satellitibus Imperatoris, & esset ab e-
ius faucibus pulchritudine, vel ab ipso potius diabolo incitatus; ei factus obuiam, Sta, in-
quit, & dic quod vadis. Illa autem videns eius insolentiam & immoderationem, & mente
agitans tentationem; digito fecit in fronte signum Crucis. Ille verò planè fera, & fera sæ-
uior, non reueritus est generosum & decorum silentium; sed se contumelia affectum &
despectum arbitratus, cum eam apprehendisset, voce aspera eam agrestius interrogabat,
quænam esset, & quod proficisceretur. Agna autem Christi, volens insolitum deuitare
conspicuum, voluit eum breui responso superare: Sum Christi ancilla, & vado ad Domi-
nicum. Ille autem insolens, impulsus ab eo qui in ipso habitabat, dæmone, dixit: Sed non
finam te illuc proficisci, sed te adducam ad diis libandum: Solem enim hodie colimus.
Et simul hoc dicens, velum traxit, volens vultum eius detegere. Illa autem generosè &
fortiter resistens, in eius faciem inspirans dixit: Inreprobabit te Christus Iesus, diabole. Il-
le autem ea sufflatione & nomine Christi motus ad iram, quæ cohiberi non poterat; stri-
cto quem ferebat gladio, eo latus eius transfodit: quæ statim cum tremore & palpitatione
membrorum in terram cadens, eam sancto sanguine reddens purpuream, expirauit.]
hucusque de martyrio eius; quæ occasione Dominici peragendi voluimus recitare.
Quod et si sciamus eandem vocem pro Dei templo interdum accipi solitam: tamen
quod ecclesiæ omnes solo æquaræ fuissent, ex aliis superius recitatis de celebratione Do-
minici, non nisi sacrificium Missæ posse intelligi, satis est declaratum. Mentio habetur in
E
iisdem Actis Anysiæ, ab Imperatoribus illud quoque fuisse promulgatum edictum, ut cui-
libet volenti liceret sine pœna occidere Christianum.

Sed quæ sunt anni huius reliqua prosequamur. Eusebius ^b dum de hoc secundo perse-
cutionis anno (sic ipse numerat) meminit, agens de rebus in Palæstina tunc gestis, hæc ait:
Secundo anno iam aduentante, cum bellum contra nos vehementius exardesceret, & lit-
teræ Imperatorum, in quibus generali edicto præceptum erat, ut vniuersa plebs in singu-
lis ciuitatibus idolis immolare & libamina offerre cogeretur, iam primum ad Urbanum
id temporis prouinciæ illius Præfectum perlatae essent: Timotheus Gazæ vrbs Palæstinae
in finitibus propè tormentis exantlatis, ad extremum in rogam lentiùs aliquanto & remif-
sius exardescerentem impositus, maximè germanam germanæ erga Deum pietatis pro-
bationem per patientiam in omni cruciatus genere ostentatam demonstrauit; & coro-
nam, quæ sanctis Dei athletis pro pietatis victoria certantibus tribui solet, ad extremum
repor-

LXXXII.
DEFIGITVR
PENITVS
IMPOSTVRA

LXXXIII.
DE CELE-
BRATIONE
DOMINICI.

^a Metaphr.
die 30. Dec.

LXXXIV.
ACTA MAR-
TYRIS ANY-
SIÆ.

LXXXV.
^b Euseb. l. 8.
cap. 13
MARTYRES
PASSI IN
PALÆSTI-
NA.

reportat. Tempore autem eius martyrij Agapius & Thecla, quæ nostra vixit ætate, constantiam animi maximè generosam declarantes, bestiis ex sententia Iudicis traduntur de-
uorandi. At quis tandem est, qui illa quæ sequebantur, aut oculis conspicuus non mira-
retur, aut solum auditione accipiens non obstupesceret? Nam dum Gentiles publica festa
inter se celebrabant, & consueta agebant spectacula, inter alia quæ magnopere ipsis in
optatis erant ad contemplandum, crebrò hominum sermone ferebatur, Christianos, qui
dudum erant ad bestias damnati, certamen confecturos.

LXXXVI. Cùm verò huius rei fama latius manaret, & apud omnes passim vagaretur: adolescen-
tes numero sex, quorum vnus genere Ponticus, nomine Timolaus; alter ex Tripoli vrbe
Phœnicia, qui Dionysius nuncupatus fuit; tertius Ecclesiæ Diofpolis subdiaconus, qui
Romulus dictus est; quartus Paulus, & quintus Alexander, vterque Ægyptius; sextus hu-
ius gentis Alexander ex vrbe Gaza; proprias manus, quò ardentem martyrij cupidita-
tem significarent, ante colligantes, ad Vrbanum, qui iam bestias ad Christianos dilani-
andos emissurus esset, curriculo currunt, seque Christianos liberè confitentur; atque ipsa
sua propensione tamquam ad aciem instructa, & ad quodque discrimen ad modum para-
ta, liquidò declararunt, eos, qui in vero Dei omnium rerum fabricatoris cultu gloriantur,
violentas immanium ferarum incurfiones nequaquam formidaturos. Vnde profectò tum
ipsum Præsidentem, tum illos qui cum eo erant, in repentinam admirationem traducetes,
exemplò in carcerem contruduntur.

LXXXVII. Non multis diebus post alij duo fuere in eorum numerum adscripti, vnus qui acerba
& varia tormenta propter fidei suæ confessionem variis temporibus ostentatam antea ex-
hauisset, Agapius nomine; alter qui res ad corporis vsum necessarias illis martyribus
subministrasset, Dionysius appellatus: omnes isti octo numero, vno die, nempe vigesi-
mo quarto mensis Dystris, hoc est, ad nonum Kalendas Aprilis, in ipsa Cæsarea securi
perculsi obeunt. Quæ autem post hæc Eusebius addit, anno potius sequenti, quàm præ-
senti contigisse, demonstrabimus suo loco. Interea quæ huius anni rerum gestarum reli-
qua esse videntur, adiciemus.

LXXXVIII. Hoc eodem anno, iisdem quæ Consulibus, Acta Concilij aduersus Marcellinum Papam
habiti notata habentur, nempe (vt in eis legitur) decimo Kal. Septembris, Diocletiano
oñtauum & Maximiano septimum Consulibus: quæ quidem Acta licet admodum de-
prauata, tamen, qualiacumque sint, hic describere, de quæ eis differere, nostri muneris
esse ducimus. Cumque eadem triplicis editionis edita habeantur, nouissimam nos se-
quemur, quæ medium locum obtinet; non quòd eius lectio in omnibus arideat, sed
quòd sit legentibus facillioris intelligentiæ, visis ac cognitis eisdem in Cresconiana Colle-
ctione, ac etiam aliis scriptis codicibus. Narrato iam in eis Marcellini lapsu, quem sum-
matim perstrinximus, ac suo loco posuimus, & quid de eis esset sentiendum patiter dis-
seruimus: hæc ibidem posita mox sequuntur, suis vbi que titulis prænotata:
De Synodo, & de negatione Marcellini quòd thurificasset.

LXXXIX. Facta est itaque Synodus: non tamen collecti sunt in integro sacerdotes; quia curriu-
lus vergebatur persecutionis. Veniens autem Episcopus Marcellinus, negabat se thurifi-
casse. Nam dixit, & hanc sententiam proposuit: quia dimiserant eum, qui cum eo esse vi-
debantur in eodem loco presbyteri, Vrbanus, Castorius, & Iuuenalis, & diacones Caius &
Innocentius. Synodus autem vniuersa hoc dixit: Cunctorum iudicio tu eris Iudex: ex te
enim damnaberis, & ex te iustificaberis, tamen in nostra præsentia: illuc verò dum vene-
ris ad iudicium tuum, ex te tunc damnaberis, & ex te iustificaberis: tu enim Iudex, tu
reus. Presbyteri autem & diacones (quoniam Pontificem, qui eos creauit in ordinem
presbyterij, vel diaconatus honorem, & dimiserunt aream*, & euacuerunt horreum) ad
probandum eos, amisso ordine, intrent examen, quoniam euacuerunt horreum. De-
buit enim Pontifex potius mori cum quinque, quàm vt viueret suo iudicio condemnatus.
Introiuit autem vniuersa Synodus in cryptam Cleopatrensem, in ciuitate Sinuessana: &
quia tota multitudo non recipiebatur in crypta Synodi, quinquageni introibant.

X C. De damnatione Vrbanus & Castorius, & testimonio Episcoporum aduersus Marcelli-
num vrbis Romæ Episcopum.
Prima autem die introierunt hi, damnantes Vrbanum, Castorium, & Iuuenalem pre-
sbyteros, & diacones Caium & Innocentium. Hi sunt qui introierunt Episcopi, audien-
tes, non tamen iudicantes Pontificem: Petrus, Castorius, &c. omnes numero quin-
qua-

* al. cui eris.
* al. arcam.

PRIMA SES-
SIO.

A quaginta.] quarum autem Ecclesiarum Episcopi fuerint, non exprimitur: sunt tamen
quædam nomina composita, quæ Africanis Christianis peculiaria esse solerent, vt Habet-
deum, Spesindeo, & Beneferuat. Sed sequitur: Hi introeuntes in cryptam propter me-
rum Augustorum, vno ore quasi trecenti, vno die in Concilio iudicantes damnauerunt
Vrbanum, Castorium, & Iuuenalem presbyteros, & diaconos Caium & Innocentium,
qui* qui euacuerunt, & dimiserunt aream apertam, vt introiret immundus, & come-
deret triticum: presbyteros & diaconos damnabant, qui Marcellinum Papam dimise-
runt; ipsos etiam iudicabant: non tamen iudicabant Pontificem, quia sic ex vno ore erant
concordati*, vt intra horum septuagintaduorum testimonia, ipse Iudex, ipse reus, ipse
femeripsum in præsentia eorum se innocentem seruaret, aut infidelem se damnaret: quo-
niam in septuagintaduorum libra Occidua in reparationem surgit annus.

B Hoc quoque factum est noui, vt introiret vnus de testibus, qui cùm haberet vxor-
em & filios ex ea, ipse tamen illi spretæ adulteram superinduxit, & dedit vxori repu-
dium. Et introeuntes alij decem & alij quatuor, dicentes: Nos te vidimus mittentem,
& thurificantem Herculi, Ioui, & Saturno. Cùm in templum Vestæ & Isis introdu-
ctus à Diocletiano Marcellinus dicitur in iisdem Actis superius enarratis: cur non illis,
sed aliis diis ibi thurificasse narretur, causam non inuenio: cùm secundum diuersa nu-
mina, distincta quoque esse solerent templa deorum, ac eorum pariter cultus; nec in
templo Vestæ coli Iouem, vel in templo Iouis Vestæ sacra fieri solita, vel Marti, aut alij
cuipiam, certum sit. Quamobrem hac quoque ex parte eadem Acta imposturæ suspicio-
ne laborant. Sed sequitur:

Dixit ergo Marcellinus: Quo die? Respondit vnus eorum, & dixit: Quo die exuisti
purpuram, & induisti coccum, & gaudebat super te Diocletianus; & quos paulò antè
negabas ante tribunal, eis thurificabas. Athanasius Episcopus dixit: Ira ne vera sunt quæ
testantur isti? Et respondit Petrus Episcopus, & dixit: Loquere Pontifex, & iudica cau-
sam tuam. Et subscripserunt quinquaginta Episcopi, qui supra dicti sunt, cum quatuor-
decim viris, qui vno ore loquebantur de septuagintaduobus, & firmabant iudicium.]
Quid autem per libram Occidua intelligatur, anno superiori, cùm de Marcellini lapsu
actum est, pluribus diximus.

Alia autem die venerunt trigintatres presbyteri vrbis Romæ, & in eorum iudicio Vr-
bani, Castorius, & Iuuenalis presbyterorum, & Caij & Innocentij diaconorum damna-
tionem integram perspexerunt, ac ipsi de suo ordine, suo iudicio iustitiam tenuerunt,
dicentes: Amisso ordine, negent se esse horum qui sunt socij Ecclesiæ. Conuenientibus
autem eis secundo die post damnationem presbyterorum Vrbanus, Castorius, & Iuuenalis,
Caij & Innocentij diaconorum: venerunt alij quinquaginta Episcopi, & introierunt
in cryptam propter tempestatem temporis: introiuit & Marcellinus Vrbs Romæ Episco-
pus, tum adhuc nomen tenens Episcopatus: nondum enim fuerat damnatus, nisi nume-
rus secundum ordinem Synodi libræ probaret exemplum. Introiuit autem Castinus,
Carponianus, & reliqui quinquaginta numero.

De responsione Anastasij & Antimi Episcoporum.
Respondenter Anastasius & Antimus Episcopi, & dixerunt: Tuo ore iudica causam
tuam, & non nostro iudicio: solue conditionem. Respondens autem Sebastianus Episco-
pus, dixit: Noli audiri à nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam, & introduc
testes, vt testificentur veritatem: quoniam ex te iustificaberis, aut ex ore tuo condemna-
beris: quoniam rectè prescripti Patres nostri & Coepiscopi damnauerunt; sicut & nostro
ore petimus, & vno conformi iudicio damnari Vrbanum, Castorium, & Iuuenalem pre-
sbyteros, Caium & Innocentium diaconos. Vnde quia isti ex spelunca fugerunt, & sæpè
fatum Marcellinum Episcopum dimiserunt; amisso ordine, intrent examen: quia omnes
regulæ (dicit Petrus Episcopus) dum formatae in fornace fuerint coctæ, iterum coquun-
tur sole & pluuiâ, & ibi probantur, vt sint super habitaculis hominum.

Moram ergo non facientes (vt damnationi eorum iam antè dictorum subscriberent
hi quinquaginta Episcopi) omisso ordine, introierunt in Synodum. Et ecce introierunt
& quatuordecim testes, qui dicebant se vidisse Marcellinum thurificantem. Respon-
dit vnus Episcopus nomine Sallustius, dicens: Dicere coram veritatem. Respondit Pe-
trus, & dixit ad Marcellinum Episcopum: Iam audi Pontifex, & iudica causam tuam;
quoniam ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis: quoniam nulla membra
sana

* al. quia

* al. per

XCI.

XCII.

SECUNDA

SESSIO.

XCIII.

SECUNDA

SESSIO.

* al. Atha-

nasij

XCIV.

XC V.

* al. leuata manu,

fana esse possunt, si caput mœstum fuerit. Respondit Marcellinus Episcopus, & dixit clara voce: Non diis sacrificauit, sed tantum grana thuris, leuatis * manibus, super prunas combussit. Leuauerunt se omnes quinquaginta præscripti Episcopi, dicentes ad quatuordecim testificantes: Quid uidistis hunc facientem? Qui ex ore suo testati sunt, quasi vno ore loquentes. Et subscripserunt omnes quinquaginta Episcopi in testata quatuordecim viro- rum, ita ut vigintiocto complerentur cum participantibus. Vnus autem de Episcopis, nomine Quirinus * dixit: Infudisti cor tuum Pontifex malitia, quod decem & octo annis sanctificaueras * castitate. Præsul, vulnerasti omnia membra tua: propterea ego non recedam de omni cœtu Synodi, donec purpureum * cor tuum manifestetur.

* al. Cyril- lus
* al. siccaueras

* al. perpu- rum

XCVI.

TERTIA
SESSIO.ACTA SYN-
ODI CON-
TRA MAR-
CELLINUM.* al. quo-
niam* al. fabrica-
tum

XCVII.

* al. cog-
noscis

Altera autem die hi ducenti Episcopi constituerunt, quatenus & ipsi introirent in Syn- odum. Et facta colloquutione simul cum præscriptis centum, sederunt in eadem ciuitate, omnesque vno examine trecenti alligauerunt, & damnauerunt hos, Vrbanum, Casto- rium, & Iuuenalem presbyteros, Caium & Innocentium diaconos. Respondit Sebastianus Episcopus: Huic tribunali, nostro sermone, nostro chirographo, nostro eloquio, nostro auxilio, nostra constantia & veritate fixa, & præclara dispositione auditionis ex- hibemus ligamen. Non enim nostro ore iustificaberis, aut nostro ore condemnaberis. Quapropter consue tunicam tuam, & quam paulò ante in duebas sutam, modò conscif- sam consue ex toto corde tuo, & ex manibus tuis inuoluere in peccato tuo, Marcelline Pontifex Romæ. Respondit Vrbanus Episcopus ad Sebastianum Episcopum, & dixit: Introducantur testes viri veridici numero quadragintaquatuor, ut libra Occidua com- pleatur à multis, quod * à multis factitatum * est. Et introierunt testes, Tranquillinus, Priscus, Bonus, & reliqui.

Singulis autem adstantibus in gremio trecentorum Episcoporum, & triginta presby- terorum Romanorum, & vigintiocto testium prædictorum, ut libra compleretur: quo- niam duodecim vnciis in libra prolabitur census, & in septuagintaduobus comparen- tibus damnabitur Præsul; respondit Quiriacus Episcopus, & dixit ad Marcellinum: Nunc cognosce * vniuersum velamen cordis tui: iudica ipse causam tuam; & disiectam à te maceriem tu ipse scrutare: non enim nostro, sed tuo ipsius iudicio condemnaberis; nostro autem testimonio excusaberis. Nihil time, quoniam nos in tui damnatio- nem nihil opponimus causale, nihil defendimus; sed damnamus eos, qui euacuauerunt templum, & dimiserunt fabricam manu desuper constructam, ut introirent lupi, & fa- cerent speluncas, & comederent agnos immaculatos; & eos qui ex veteri ad nouum venerant, inueterarent. Te enim non condemnamus, Præsul: quoniam ex ore tuo iu- stificaberis, & ore tuo condemnaberis.

XCVIII.

* Synodo
CONFESSIONE
MARCELLI-
NI.* al. Hel-
chiades

* suo

XCIX.

Marcellinus autem in conspectu Synodi cecidit in terram: ibi ergo iacentem & mo- ram eum facientem damnauerunt. Synodus autem & presbyteri triginta clara voce chirographum firmauerunt super Vrbanum, Castorium, & Iuuenalem presbyteros. Hi autem subscripserunt in damnationem horum quinque, Vrbanus, Castorius, & Iuuenalis presbyterorum, & Caij & Innocentij diaconorum. In * autem trecentorum Episco- porum caput cinere inuolutum habens Marcellinus Episcopus Urbis Romæ, voce clara clamans, dicebat: Peccaui coram vobis, & non possum in ordine esse sacerdotum; quoniam auarus corrupti me auro. Subscripserunt igitur in eius damnationem, & dam- nauerunt eum extra ciuitatem. Sacerdos nomine Melchiades * Episcopus subscripsit primus in eius damnationem, non tantum pro hoc tempore (quod exigebat ordo) sed etiam in exemplum futuri temporis: quoniam & ipse clara voce dicebat: Iuste ore suo condemnatus est, & ore suo suscepit anathema Maranatha: quoniam * ore condemna- tus est. Nemo enim vmquam iudicauit Pontificem, nec Præsul sacerdotem suum. Quo- niam prima sedes non iudicabitur à quoquam.

Hoc autem facto, Diocletianus, cum esset in bello Persarum, audiuit quòd trecenti Epi- scopi, & triginta presbyteri, & tres diacones in eandem damnationem conuenissent; quodque dum subscriberent omnes, ipse omnium primus Marcellinus manu sua propria concluderat in suum anathema, anathemati subscribens. Et iratus Diocletianus, in eam- dem ciuitatem misit, & multos Episcopos ad coronam martyrij traxit. Factum est autem nihil aliud, nisi quòd, dum primò damnati fuissent tres presbyteri & duo diacones, dam- natus est Marcellinus Episcopus suo iudicio, decimo Kal. Septembris, Diocletiano octa- uum & Maximiano septimum Consulibus.] hucusque Acta Synodalia.

Quæ

A Quæ quidem cum multa habeant, quæ ipsis iure posse obici videantur: ut in re val- de dubia, quid de his sentiendum esset, nolimus in prima editione nostro arbitrio desi- nire, sed cuncta subiecimus eruditorum iudicio: licet nonnihil in eam procliuiores visi essemus esse sententiam, ut recitata nuper Acta Synodi fuerint commentitia. In hac au- tem quam postremò cudimus, editione, re grauiori lance perpensa, & sagaciori indagine disquisita, aliqua addenda esse putamus, quæ æquus iudex pro aduersæ partis defensione edenda, iure potuisset exigere. Resideat in throno suo grauis & veneranda, quantumlibet obsita pannis, antiquitas; quæ maiestate sua, ab inuitis licet, extorqueat reuerentiam; sed & imperet iure suo, magna esse æstimatione habenda quæque vetera monumenta, licet temporis appareant edacitate corrosa: quo fit, ut quodlibet obiectum consumptumque vile numisma rubigine, minimè proiciendum esse censeat, sed velit omni industria periti manu artificis expoliri: vnde sæpè contingat, ex paruis quibusdam signis & notis non- nulla præclara admodum in lucem ferri.

His igitur admoniti, eadem Acta accuratius intuentes atque attentius considerantes, procul absumus, ut ea penitus reiicienda putemus; atque longè longius abhorremus, ut eadem Donatistis adscribenda esse velimus. Quid enim illi finxisse dici possint, quæ non nouerunt, neque aliquando eis vñ esse reperiuntur, prout ex iis quæ superius dicta sunt, satis apertè est demonstratum? Sed iam ad hæc elucidanda veniamus. Quænam autem sint, quæ recitatis Concilij Actis repugnare videantur, è priori nostra hinc reddamus editio- ne, atque illa in primis quæ dicta sunt superius aduersus Donatistas lapsum Marcellini & aliorum Romanorum Pontificum astruentes, sed nulla ex parte probantes: quòd si nul- lus vmquam lapsus Marcellini valuit demonstrari, certum est nec de lapsu potuisse agitari iudicium, & Concilium congregari. Sed & illud ad exactius redigatur examen: Quoniam pacto potuit accidisse, ut hoc potissimum tempore, quo huius persecutionis flagraret in- cendium, & Imperatorum toto Orbe Romano in Christianos acerbior ira saeuiret, valuerit trecentorum Episcoporum cogi conuentus, paulò minor maiori illo, qui sub maxima omnium Ecclesiæ pace, totis viribus adnitente Constantino Imperatore, Nicææ in Bithy- nia fuit postea congregatus? Insuper quod ad locum pertinet, nulla prorsus de crypta Si- nueffana, dicta Cleopatrensi, vsquam mentio, vel leuis memoria reperitur.

Sed & in eo etiam error manifestus redargui posse videatur, dum in fine eorundem Actorum (ut vidimus) de Diocletiano traditur, hoc ipso anno, sub eius Consulatu octa- uo, & Maximiani septimo, expeditionem aduersus Persas comparasse: quos tamen (ut suo loco superius dictum est) apparet ante biennium fuisse superatos. At quoniam modo, quælo, hoc anno Diocletianus erat in procinctu cum exercitu aduersus Persas, quem sen- tentia Eusebij & nonnullorum aliorum, hoc ipso anno vigesimo sui Imperij, secundo ve- rò persecutionis in Christianos constata, se Imperio abdicasse constat, vel secundum alios anno sequenti mensè Aprilis: quod omnes pariter tradunt ab eo Nicomediæ esse factum, vbi tunc agebat, & non alibi, ut auctor ille finxisse dici posse videatur: cum & superius Cassiodori Chronicon aperti mendacij sit redargutum, dum post annes tres, nempe sub Consulatu sexto Constantij & Galerij Maximiani, ponitur ibi de Persis ac Parthis Dio- cletiani triumphus, tertium planè post annum ex quo ipse se Imperio abdicauit: quo ni- hil absurdius dici potest.

Hæc quidem aduersus Concilij Acta proposita, etsi fortia videantur, nequaquam ta- men huiusmodi esse reperimus, ut ex eis eadem Acta falsa penitus conuincantur. Nam in primis quæ superius in Marcellini lapsu negando sunt dicta, contrariis assertionibus esse labefactata monstrauimus. Quæ verò ordine sequitur vehementior de numero trecento- rum Episcoporum obiectio, nec quidem eiusmodi est, ut ipsa Acta spuria omnino esse redarguat, quod tunc perspicuè, lector, intelliges, si tempora temporibus conferens, ex similibus discas hæc esse verisimilia. Accipe igitur antiquiora, ex quibus recentiora captu difficilia valeas intelligere.

Cum vigeret acerbissima illa sub Decio persecutio, & præ ceteris Romanam exagi- taret Ecclesiæ; & cum iam eius Episcopus Fabianus martyrio coronatus, atque pars Cleri Romani coniecta in carcerem esset: qui reliqui erant Romanæ Ecclesiæ clerici, in anni vnus interregno (non enim sinebat ingruens persecutio ob collegas detentos in car- cere substituere Episcopum successorem) non vnus tantum Urbis ipsius, sed totius Or- bis protinus suscipere gubernandam Ecclesiæ: qui in primis de martyrio Fabiani Pon- tificis

tificis litteras dedere ad longè etiam positas transmarinas Ecclesias: alias etiam addidere, quibus commonerent Episcopos illo persecutionis furore benè præesse suis Ecclesiis: adicere alias, redarguentes qui segniter agere viderentur. Excitata insuper eodem tempore de lapsis recipiendis non leui controuersia, præter litteras ab illis de his datas ad S. Cyprianum & vniuersam Africanam Ecclesiam, iidem Romanæ Ecclesiæ clerici collegere Concilium cum ex Italia, tum ex aliarum remotiorum prouinciarum Episcopis illis qui ob persecutionem extorres ad præsidia Ecclesiæ Romanæ confugissent. Vbi & de recipiendis lapsis in eodem Concilio sancito decreto, illud ipsum in vniuerso Christiano Orbe datis litteris promulgarunt.

civ. At si quis tot hæc & tanta, adeoque sublimia à parte dumtaxat Romani Cleri, quæ libera à vinculis esset, potuisse præitari, & exhibita omnino esse, absque dubitatione aliqua sed sine auctoritate asseueraret: quis non crederet esse commentum, & quidem ineptè compositum, ab omni fide procul abhorrens? Sed & si quis ad hæc probanda, Acta aliqua peruetusta, eadem tam grandia facta narrantia, exhiberet: nonne continuo suboriretur de impostura suspicio, vel potius de figmento constans assertio? Et tamen hæc omnia certo certius contigisse, sanctissimi Cypriani Episcopi Carthaginensis plures epistolæ tunc temporis scriptæ, & aliæ ab ipso Clero Romano redditæ, amplissimam fidem, vt nec vel leuis esse possit reliqua dubitatio, omnibus eas legentibus faciunt. Habes hæc omnia superius suo loco & tempore, sub Fabiani Papæ vacante sede, narrata: hic verò summam necessariò repetita, quo percipere queas Cleri Romani, persecutionis tempore, cessante Pontifice, vigilantissimum studium, & super totius Orbis Ecclesias supremam iunctam cum sollicitudine potestatem.

c v. Qui igitur de martyrio Romani Pontificis ad transmarinas quoque Ecclesias dare litteras, quas Circulares nominauit antiquitas, Romanus Clerus in more habuit (quod communis omnium Ecclesiarum causæ esset, de statu Episcopi vniuersalis Ecclesiæ admoneri) haud quidem eiusmodi officium prætermisit ad eò necessarium, periculosissimo hoc omnium tempore, in deploratissima omnium causa, infelicissimo Ecclesiæ statu, vniuersa Christiana Religione in summo discrimine collocata, cum in vniuersalis Ecclesiæ Antilitate fidei Catholicæ primùm post Christum & in Christo solidum fundamentum magno terræmotu concussum & excussum penitus videretur. Sed quòd iure timenda esset in vnius lapsu ruina omnium & totius casus Ecclesiæ, datis à Clero ad omnes Episcopos ex more litteris, omnium ad suffulciendam tantam machinam collabentem est imploratum auxilium, & requisitum officium: indigere enim videbatur communis causæ communi omnium consultatione, & nouus casus nouo consilio, atque inauditus hætenus morbus paratum omnium sententia remedium exposcebat. Quis, putas, Episcoporum tanto Romani Cleri litterarum classico excitatus, se domi valuerit continere, è qua etiam persecutio vrgens arceret? Persecutionis enim tempore maiorem Episcoporum numerum consueuisse Romam confluere, ex Cleri Romani litteris ad Cyprianum ^a datis possumus intelligere, in quibus cum agitur de conuocato tum sede vacante ab ipso Romæ Concilio, de Episcopis qui conuenerunt hæc habet: *Diu, & quidem multi, & quidem cum quibusdam Episcopis vicinis nobis, & appropinquantibus, & quos ex aliis prouinciis longè positis persecutionis istius ardor eiecerat, contulimus seilicet.* Nihil est igitur amplius quod mireris, si in tanta causa audias conuocatos conuenisse trecentos Episcopos, cum etiam non vocatos solet eos dira persecutio Romam impellere, vbi Gentilibus incogniti degerent & Fidelibus tantum noti, Romanæ Ecclesiæ subsidiis alerentur, quæ (vt superius vidimus) persecutionis tempore egentes Ecclesias, etiam longè positas, pascere consuevit.

cvi. De loco autem, quòd nulla eius memoria reliqua sit, inanis est prorsus obiectio: cum post mille & trecentos annos non vnius tantum cryptæ, sed amplissimarum quoque ciuitatum facta fuerit desolatio, & terræmotibus sciamus montes atque planicies mutasse situm & nomen. Sed tamen quòd ad loci regionem spectat, conferunt satis Actis iis ea quæ ex rebus gestis sanctorum martyrum Sebastiani & sociorum ab Ecclesiæ Romanæ Notariis accuratè descriptis superius sunt recitata, nimirum sub hac ipsa Diocletiani persecutione, ad euitandum furentium Gentilium gladium, ingentem Christianorum numerum cum Polycarpo presbytero, consilio Caij Pontificis, Marcellini antecessoris, in amplissimam Chromatij villam ad littus Campanum positam esse profectos, illicque incognitos habitasse: vt planè appareat, Romanam Ecclesiam in eadem regione ad deli-

^a Apud Cyprianum
epist. 31.

A delitescendum amplex habuisse recessus, vbi non solum trecenti, sed multa Christianorum millia secretò degerent.

Quòd verò ad nouissimam illam obiectionem ex vltima parte eius scriptionis acceptam, qua dicitur Diocletianus in Perside audisse Marcellini resipiscientiam, & de nece Episcoporum Romæ agentium rescriptisse, quem constat ante biennium de Persis Romæ vnà cum Maximiano collega triumphum egisse: dicimus quidem, ea omnia non esse ex Actis Concilij, sed (vt apparet) ad ipsa Acta appendicem superadditam, quæ etiam veritati concinna reddetur, si quòd ibi dicitur, cum esset in bello Persarum, ita lectio restituarur, cum reuersus esset e bello Persarum, quam germanam existimo lectionem. At de his hætenus. Si quæ sunt alia quæ his repugnent, horum comparatione leuissima esse scias: vt non sis in his diutius detinendus. Habes, lector, posteriorem hanc nostram de lapsu Marcellini & Concilio Sinuessano lucubrationem, qua & animi nostri institutum, mille antea signis sæpius patefactum, tibi plenius innotescat: velle nimirum ad veritatis rectam arctamque lineam cuncta referri: nec ad excusanda Pontificum Romanorum peccata (si quæ iure obici possunt) vel latum quidem, quòd dicunt, vnguem, immò nec tenuem saltem capillum velle deflectere. Sed iam reliqua prosequamur.

Hoc ipso quoque anno, qui numeratur quintus ab exordio ædificationis Thermarum Diocletiani Imperatoris, contigit martyrium Saturnini senis, Sisinnij diaconi, Aproniani Commentariensis, atque Papiæ & Mauri militum, vt colligitur ex Actis Marcellini atque Marcelli Romanorum Pontificum (sunt ea simul iuncta, prioraque Marcellini, sed posito tantum nomine Marcelli, confusa.) In iisdem, inquam, Actis cum hæc ad finem eorumdem passionum legantur: Post menses verò decem & annos duos absoluta fabrica Thermarum cum gloria, &c.] præfens annus planè significatur: nam cum Thermæ (vt dictum est) cœptæ sint anno Domini ducentesimo nonagesimo octauo, septemque annis earum ædificatio perduravit; erit hic annus quintus ædificationis, idemque tertius ante absolutio- nem connumerabitur. Post recensita igitur quæ superius dicta sunt de Saturnino atque Sisinnio, & quæ sequuntur de confessione atque martyrio Aproniani Commentariensis, quæ breuitatis causa prætermittimus; hæc habent de consummatò martyrio Saturnini atque Sisinnij, & qui iis accesserunt, Papiæ ac Mauri militum.

C Tunc ^a iussit Laodicus Præfectus retrudi in custodiam Saturninum senem, & Sisinnium diaconum, dicens: Si non immolaueritis diis, diuersis vos poenis interficiam. Cum autem essent in custodia, veniebant multi Gentiles. Audiens hæc Laodicus, iussit parari sibi tribunal in Tellude post dies trigintaduos, & iussit sibi præsentari Saturninum & Sisinnium. Qui vinciti catenis, & nudis pedibus steterunt ante eum. Quibus dixit Laodicus: Quid est? Deposistis vanam superstitionem, & adoratis deos Imperatorum? Respondit Sisinnius: Nos peccatores adoramus Dominum Iesum Christum Filium Dei: nam daemonibus & lapidibus numquam humiliamur. Laodicus dixit: Deferatur tripoda, & thurificent Maiestatibus. Saturninus dixit: Conterat Dominus deos Gentium. Et continuo soluta est tripoda ærea, veluti lutum. Quòd videntes duo milites Papias & Maurus, cœperunt clamare: Verè Deus est Dominus Iesus Christus, quem colunt Sisinnius & Saturninus.

D Iratus Itaque Laodicus iussit eos in equuleos leuari, & cum traherentur, neruis, fustibus, & scorpionibus cæsi sunt. Illi autem clamabant: Gloria tibi Domine Iesu Christe, quia meruimus socij fieri seruatorum tuorum. Tunc Papias & Maurus clamabant, dicentes: Vt quid vos coarctat diabolus in seruos Dei ista exercere? Iratus Laodicus iussit eorum lapidibus contundi, & in carcerem retrudi, Saturnino autem & Sisinnio flammam ad latera poni. Et cum in equuleo pendentes vultu alacri gratias Deo agerent, iussi sunt capitalem sententiam subire: & depositi de equuleo, ducti sunt in viam Nomentanam, vbi capite truncati sunt. Collegit eorum corpora Thrason cum Ioanne presbytero, & postea sepeliuit in prædio suo via Salaria cum aliis, tertio Kal. Decembris.

Post dies verò duodecim iussit Laodicus Papiam & Maurum milites, qui baptizati sunt à Marcellino Episcopo, sibi præsentari in Circo Flaminiò; & dixit ad eos: Cognoui quòd & vos Christiani sitis. Papias dixit: Verè Christiani. Dixit ad eos Laodicus: Deponite vestram fallaciam, & adorare deos quos Principes adorant. Respondit Maurus, & dixit: Adorent eos qui desperauerunt de animabus suis, vt in æternum pereant. Laodicus dixit: Modò vos desperabitis de animabus vestris, si non sacrificatis diis im-

CVII.

CVIII.

PAPIAE ET MAURICERUM TAMEN.

CIX.

^a Ex cod. manuscr. cui asserimus postea à Suario tom. 1. dia 16. Iamarij.
 QAESTIO DE SISINNIO ET SATURNINO.
 *al. peccatores

CX.

MARTYRIUM SISINNII ET SATURNINI

CXI.

mortalibus. Audite, & facite quæ dico, & viuite. Respondit Papias: Sacrifica tu, & viue A
in tormentis æternalibus. Tunc iussit eos sterni in terram, & fustibus cædi. Et cum diu
cæderentur, nulla vox ex eis audiebatur, nisi tantum: Christe adiua nos seruos tuos.
Tunc iussit eos leuari de terra, & plumbatis cædi. Et cum diu cæderentur, emiserunt, spi-
ritum. Quorum corpora collegit Ioannes presbyter noctu, & sepeliuit in via Nomentana,
quarto Kalend. Februarij, ad Nymphas, vbi Petrus baptizabat.] hucusque Acta horum
martyrum. quæ autem sequuntur de Arthemia, vsque ad Acta & exitum Marcelli Papæ,
additamentum putamus, quod in multis fide vacillent: nam nec vlla mentio fit de Ar-
themia filia Diocletiani virgine & martyre in tabulis Ecclesiasticis, cuius memoria tam
nobilis mille fuisset monumentis expressa, si verum esse maiores nouissent: nec de ea præ-
terea mentio est apud scriptorem aliquem. Reliqua autem quæ ad eadem Acta spectant,
suo loco opportunius in Marcello dicentur.

CXII. Quoniam verò hic vltimus annus Imperij Diocletiani atque Maximiani numeratur, B
qui & secundus persecutionis censetur; operepretium existimamus hic enumerare, etsi
non omnes quidem martyres qui sub iisdem Imperatoribus passi sunt (nam id impossibile
esse putamus) illos tamen qui in Ecclesiasticis tabulis habentur suis quibusque diebus na-
talitijs consignati; illos, inquam, quorum certus, quo passi sint, annus minus habetur ex-
pressus: quorum enim martyrij Acta sunt die & Consule adnotata, certis quibus passi sunt
temporibus, suis reponimus locis: reliquos autem, qui sub iisdem Imperatoribus marty-
rio coronati sunt, sed incertum est illorum tempus, huius anni includimus termino. Li-
cet autem iidem imperare hoc anno desierint: nequaquam tamen persecutio semel ab iis-
dem excitata quieuit; sed (quod omnes affirmant) ad decennium vsque progressa, quo
inchoata est nomine, eodem quoque est vsque ad annum vltimum propagata.

CXIII. His igitur Imperatoribus (vt de iis primùm agamus qui Romæ sunt passi) coronati mar- C
tyrio habentur via Flaminia Abundius presbyter & Abundantius diaconus, quos Diocle-
tianus Imperator (vt habent tabulæ Ecclesiasticæ) vnà cum Martiano viro illustri, & Ioan-
ne eius filio, quem illi à mortuis suscitauerant, decimo ab Vrbe lapide feriri iussit. Extant
ipsorum Acta ex antiquis memorijs restituta, atque etiam notis egregiè illustrata à Colle-
gio Societatis I E S V, eademq; aucta, eorumdem translatione: veneranda enim corpora
sanctorum Abundij & Abundantij translata sunt in basilicam Farnesianam eiusdem So-
cietatis I E S V Romæ primariam. Habetur quoque in iisdem Actis mentio aliorum vigin-
titium martyrum, qui duci iussi extra Urbem via Salaria veteri, ibi truncati capite sunt:
quorum corpora collecta à Ioanne presbytero sæpè superiùs nominato, cum de aliorum
martyrum actum est sepultura (in id enim opus omni studio incumbebat) & à pia & no-
bili femina Theodora more maiorum, aromatibus pollincta, & linteaminibus obuoluta,
sepulta sunt in cœmeterio eadem via posito ad Cluium Cucumeris.

CXIV. Romæ itidem eadem ingruente persecutione, alius item presbyter Romanæ Ecclesiæ, D
Pigmenius nomine, idem pro Christi fide certamen iniens, sub Turpio (aliàs Turcio) lu-
dice gladio percussus, nobilem martyrij palmam est consecutus. Ipse quoque Ioannes pre-
sbyter, de quo modò mentio facta est, & cū eo quoque Crispus item presbyter, quod mul-
ta corpora sanctorum curassent, iisdem meruerunt associari, vt superiùs diximus: tali e-
nim elogio in tabulis Ecclesiasticis xv. Kal. Septembris ambo habentur conscripti. Rursus
etiam alij ex Romano Clero idem obiere certamen, de quibus dicturi sumus anno sequen-
ti in Marcellini Papæ martyrio, ac de alijs quoque inferiùs in Marcello.

CXV. Passi itidem sunt Romæ hoc tempore Primus & Felicianus, qui longæuam in Domino E
vitam piè ducentes, grauissima passi tormenta, tandem sub Promoto & apud Nomentum
martyrium consummarunt. Epicharide quoque femina Senatoria Christianæ religionis
causa plumbatis cæsa, gladio percussa est. Sed & Lucia nobilis matrona, & Geminianus,
grauissimis pœnis affecti, tandem capite truncati, certamen fidei feliciter exsoluerunt.
Flavianus etiam ibidem martyrij gloria triumphauit. sunt omnes ij in Martyrologio Ro-
mano & alijs quique suis certis diebus adscripti. Insuper Basilides, Cyrinus, Nabor, &
Nazarius milites sub Aurelio Præfecto pro fide Christi seruanda post varios cruciatùs, pri-
die Idus Iunij, via Aurelia capite plexi sunt. Via verò Appia, ipsi Kalend. Ianuarij, tri-
ginta milites eadem quoque martyrij coronam promeruerunt. Quintodecimo ve-
rò Kalendas Iulij de ducentis sexagintaduobus martyribus exhibita est carnificina; quo-
rum reliquæ simul collectæ, positæ sunt in cœmeterio, via Salaria, ad Cluium Cucu-
me-

PAPIAE ET
MARTI MAR-
TYRIUM.DE MARTY-
RIBUS PAS-
SIS VBI DIO-
CLETIANO.DE ABUN-
DIO ET A-
BUNDAN-
TIO MARTY-DE PIGME-
NIO MARTY-DE PRIMO
ET FELICIA-
NO MARTY-
RIBUS.

A cumeris. Sed & sexto Kal. Octobris quadragintanovem milites cum Callistrato Christi
athleta fortissimo, ad certamen sapius reuocato, egregiè certantes, coronati sunt. His ac-
cesserunt quinque martyres, Claudius, Nicostratus, Symphorianus, Castorius, atque Sim-
plicius: quos post biennium secuti sunt ad coronam Seuerus, Seuerianus, Carpophorus, QVATVOR
& Victorinus, arte statuaria præditi. Hi enim, quod simulacra deorum sculperè nolissent, CORONATI.
Christianitatis titulo scorpionibus cæsi, denique inclusi oculis plumbeis, viui in amnem
præcipitati sunt, octauo Idus Nouembris, quo celebri memoria in Indicibus sanctorum
martyrum adnotati habentur, simulque corporum eorumdem inuentio.

Est planè obseruatione dignum, quo modo crescente numero Christianorum, ars quo-
que statuaria exoleuerit: nam eius facultatis opifices omnes propemodum ad Christianam
fidem conuersi, indignum rati, opinari deos, quos ipsi manibus sculpsissent, mori potius
delegerunt, quàm deos, vel sacrandi diis effigierent: sicque ars statuaria sculptoribus fer-
mè omnibus deserta, penitusque collapsa remanserit. Est quidem eius rei evidens atque
perspicuum omnibus argumentum, quod quæcumque visuntur Romæ huius temporis
statuæ, crassæ Mineruæ esse noscuntur, ab antiquioribus longè dispares, Sint in exemplum
(vt de singulis dicere prætermittamus) quæ visuntur ab omnibus Romæ in arcu trium-
phali, qui post paucos annos ob debellatum Maxentium erectus est Constantino, quem &
ob inopiam sculpturæ artis opificum, ex Traiani & Marci Aurelij memorijs, alijsque no-
bilibus Urbis monumentis, maiori ex parte oportuit construxisse: reliqua verò quæ nunc
fuerunt elaborata, ad eò rudia atque informia esse simulacra noscuntur, vt comparatione
illorum, humano capiti (secundum poeticum illud) iuncta videatur ceruix equina.

Rursum etiam quod spectat ad martyres Romæ passos, sustulit hæc persecutio Rufum C
virum nobilem, vnà cum omni familia sua, quarto Kal. Decembris. sed & nobile speci-
men Christianæ constantiæ duo pueri ediderunt, quorum prior maximè commendatur,
Pancratius quatuordecim annos natus, sed & alius quoque ætate minor Crescentius, qui
sub Turpilio (seu Turpio) Iudice, via Salaria gladio percussus est. Porro tum horum om-
nium, tum aliorum quos his subiiciemus, certum natalem diem in Romano Martyrolo-
gio scriptum, Index locupletissimus illi affixus suppeditabit.

Tunc etiam egregium spectaculum Vrbi præbuit Genesis minus: qui in theatro Im-
peratore spectante, cum mysterijs Christianorum illuderet, repente Dei virtute mutatus, C
feridè agere cœpit, quod iocis antea actabat: vsque ad eò, vt perfectè factus Christianus,
Christumque alta voce confessus, tormentis exagitatus, consecutus fuerit tandem coro-
nam martyrij. Longè planè felicis iste verum representauit ex ficto, quàm ille a miser,
qui Aiakis furentis personam agens, tantopere eo est raptus affectu, vt in insaniam verè
fuisse conuersum, recitet Lucianus. Quod Genesis accidit, Ardaleoni quoque pariter
contigisse, eumque mimum ex ioco factum feridè Christianum & martyrem, tam Greco-
rum, quàm Latinorum tabulæ restantur, quæ eius natalem diem adscriptum habent de-
cimo octauo Kal. Maij. Est haud longè dissimile illud quod de Dioscuro Architheatro ad
Alypium Augustinus scribit exemplum: qui in deridendis Christianorum rebus esse so-
leret effusus; effectus & ipse, licet sæpè frustra renitens, Christianus. sicque planè accidit,
quod scriptum est: Dominus illufores deludet.] sed de his hæctenus.

At qua insania atque furore Præsidum sæuebat Romæ tanta persecutionis acerbitas,
non minori eorum qui singulis Italiæ ciuitatibus præerant his temporibus magistratus in
Christianos omnes ira rabieque feruebat; studentibus singulis in iis obsecundare Impera-
toribus, quos sciebant implacabile bellum in Christianos omnes hostiliter absque aliqua
spe veniæ intulisse. Tunc Ferentini in Herculicis Ambrosius Centurio diuersimodè crucia-
tus, igne superior, aqua tandem martyrium consummauit decimo septimo Kal. Septemb.
Sed & Campanus ferax ager fertilissimus redditur, sanguine martyrum iisdem tempori-
bus irrigatus. Passi enim leguntur tunc in Campania S. Erasmus Episcopus, qui omni pro-
pemodum genere cruciamentorum superior existens virtute constanti, alijs ad idem sub-
eundum certamen viam aperuit, ac facilem reddidit, martyrio coronatus quarto Nonas
Iunij, quo pariter inter martyres in publicis tabulis relatus habetur.

Dominica quoque, sic dicta Campana virgo, diuino quodam impulsu idola frangens,
damnatur ad bestias: sed cum illæ parcerent, ac pariter blandirentur, sauior illis tortoris
manus gladio virginis caput abscidit. Ariston quoque, Crescentianus, Eutychanus, Vi-
banus, Vitalis, Iustus, Felix, Felicissimus, Marcia & Symphorosa æquè in eadem pro-
uincia

CXVI.
ARS STA-
TUARIA
COLLAPSA.CXVII.
PANCRA-
TIUS
MARTY-
RIVM.CXVIII.
GENESIVS
MARTYR.a Lucian. lib.
de saltation.
prope fin.b Augustin.
epist. 67.

c Proo. 3.

CXIX.

AMBROSIVS
MARTYR.CXX.
DOMINICA
ET SOCIJ
MARTYR.

CHRISTI MARCELLINI PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.
303. 7. 20.

uincia coronam martyrij perceperunt, sexto Nonas Iulij. His quoque adiungendi essent A qui Puteolis passi sunt præstantissimi martyres, Ianuarius Episcopus Beneuentanus, atque focij: sed quoniam eorundem passionem consignatam inuenimus Consulibus Constantio & Galerio Maximiano quinquies: seorsum de iisdem suo loco, nempe post duos annos, agemus. Sub iisdem quoque persecutoribus passi sunt Capuæ Rufus atque Carpophorus; Venafri Nicander & Marcianus: Salerni verò Fortunatus, Caius, & Anthes iisdem martyrij coronis sunt illustrati. Lucania quoque insignium martyrum trophæis nobilitata est, Viti, Modesti, atque Crescentiæ, quorum omnium natales dies adscripti habentur publicis monumentis. Sed maior planè eorum numerus, quorum memoriam priuatim Ecclesiæ complures prosequuntur: at innumeri ferè illi qui memoria hominum penitus exciderunt.

CXXI. Illustratur & Tuscia compluribus sanctis martyribus eadem persecutione victoribus. B Exantlarunt inter alios insigne pro Christo certamen Valentinus presbyter, & Hilarius diaconus, martyres Viterbienses. sed & tunc Senis est passus Anfanus; Tuderti verò Casianus Episcopus, Benignus presbyter, Eradius, Felicissimus, Paulinus, Fidentius atque Terentius. Illuminata quoque & Digna virgines diuersis diebus eadem sunt illustratæ corona martyrij. Umbria etiam martyribus decorata est: tunc enim Firmina martyr Ameriæ passa, quam secutus est Olympiades, vir Consularis, ab ea ad fidem perductus. Secundus quoque ibidem insignitus est martyrij palma. Tiferni verò Crescentianus. Spoleti Sabinus Episcopus ac focij, quorum ante meminimus, egregium pro fide certamen obierunt. Sed & Gregorius presbyter, diuersis exagitatus tormentis, ibidem Christianæ patientiæ egregium edidit experimentum.

CXXII. Quosnam autem habuerit hac in persecutione Picenum martyres, siue Asculum, siue Aulum, alibi pro temporis ratione diximus: hinc satis meminisse sit Palatiatis atque Laurentiæ, quæ Anconæ pro Christiana fide seruanda insigniter decertarunt. Eadem quoque tempestate Rauennæ martyrij palmam consecuti sunt Valentinus, Felicianus, & Victorinus: alia verò die alius Valentinus, Solutor, & Victor: rursusque tertius Valentinus Magister militiæ, Concordius, Naualis, & Agricola. Sed Bononiensis nobilis ciuitas præclaros habuit martyres Vitalem & Agricolaem, Hermetem, Aggæum, & Caium: sed & Proculus quoque tunc ibi insignitus est corona martyrij clarissimum fama martyr. verum quod eius martyrij Acta deperdita sint, alia commentandi occasio data est. sed consule notata à nobis in Romanum Martyrologium, in quod errore irrepsit nomen Episcopi. Tunc & apud Iuliam via Claudia in Parmensi territorio Domninus martyrio insignis occubuit. Aucta quoque tunc est Mediolani ciuitas nouis martyribus, nempe Nabore atque Felice, sub Materno Episcopo, qui in carcerem trusus, & verberibus quoque confectus, multis confessionibus clarus postea quieuit in pace. Tunc etiam Victor Maurus in castris Imperatoris Maximiani miles acerrima tormenta passus, gladio truncatus capite, victor coronam accepit.

CXXIII. Papiæ quoque eodem tempore Dalmatius, eiusdem ciuitatis Episcopus, præclaro exemplo ceteris ad martyrium viam strauit. Tum Nouocomi Fidelis martyrij laurea donatus est. Veronæ autem Firmus & Rusticus nobilitati sunt palma martyrij, cum eorum quoque Episcopus Proculus colaphis & fustibus cæsus, & ciuitate pulsus, in pace Ecclesiæ reddidit Deo spiritum. Sed eadem persecutione Bergomi Asteria virginitatis coronæ adiecit martyrij lauream clariorem. Tunc itidem Aquileia iisdem est illustrata fide-ribus, cum ibi passi sunt clarissimi martyres ex Anicia familia Consulari, Cantius, E Cantianilla, vnà cum pædagogo ipsorum Proto. ibi & vir insignis Chrylogonus martyrium consummavit; necnon etiam Felix & Fortunatus exquisitis excruciatu tormentis, tandem abscissione capitis in cælum migrarunt. Passus est eo quoque tempore Iustus Tergestæ sub Munatio Præfide.

CXXIV. Exundauerunt & Galliæ sanguine martyrum, cum in primis (quod dictum est) fide armata legio Christiana, ipso ingressu in Gallias fuso sanguine, gloriosa morte de perfidia triumphauit: quorum exemplo incensa sunt corda fidelium, ad martyrium vndique properantium. Sed Treueris potissimum constitutus erat huius certaminis campus: ibi enim cum Galliarum Præfectus Rictiouarus plurimum temporis in Præfectura ageret, ingens numerus martyrum ex diuersis partibus Galliarum ad eum à magistratibus mittebatur: adeo vt ob immensam illorum frequentiam non potuerit haberi nomi- num

CHRISTI MARCELLINI PAP. DIOCL. & MAX. IMPP.
303. 7. 20.

num omnium ratio, nec certus numerus adnotari. Quos omnes Dei Ecclesiæ vnus commemoracionis fasce coniungens, anniuersaria solemnitate pridie Nonas Octobris eiusmodi præconio alta lectoris voce concelebrat, dicentis: Treueris commemoratio innumerabilium pænè martyrum, qui in persecutione Diocletiani sub Rictiouaro Præfide ob Christi fidem vario mortis genere necati sunt.] sed quorum certamina in tabulis habentur expressa, sunt hi: Maxentius, Constantius, Crescentius, Iustinus, cum quibus & alij passi sunt, quorum incomperta æquè sunt nomina, quos omnesidem Rictiouarus tormentis excruciatu vitimo necauit supplicio. Colonia quoque Agrippina post trecentos illos decem & octo martyres, qui Gereonem secuti sunt ducem, aliorum trecentorum martyrum coronis est aucta.

Augusta Vindelicorum etiam, hac eadem Diocletiani vrgente persecutione, eximiam B ex martyrum sanguine consecuta est claritudinem. namque Afra meretrix à S. Narcisso Episcopo ad fidem instituta, & ad optimam vitæ frugem reddita, egregiè fidem professæ coram Caio Iudice, ab eodem, vt viua cremaretur, sententia condemnatur, quam secuta est Hilaria mater, cum Digna, Euprepiâ; & Eunomia ancillis suis: quæ cum more Christiano precibus in peruigilio colerent memoriam martyris, ibidem iussæ sunt incendio comburi. Sed ex mendoso codice factum, vt cum loco Diocletiani, Domitianus positus legeretur, in prima editione Romæ facta primi Annalium tomi, sub Domitiano iidem passi dicantur: quod in secunda editione à nobis est emendatum, admonitione viri clarissimi & eruditi D. Marci Vellari, qui res gestas sanctorum Augustanorum egregiè illustrandas suscepit, ad quod opus eum vehementer hortati sumus.

Sed inter alios celebres martyres Galliarum, qui in eadem persecutione passi sunt, V. Cætorinus Episcopus Pictauiensis excelluit, qui & ob commentarios à se editos clarus habitus est inter scriptores Ecclesiasticos: S. Hieronymus a enim de eo in hunc modum scribit: Victorinus Pictauiensis Episcopus non æquè Latinè vt Græcè nouerat: vnde opera eius grandia sensu, viliora videntur expositione verborum. Sunt autem hæc: Commentarij in Genesim, in Exodum, in Leuiticum, in Isaiam, in Ezechielem, in Habacuc, in Ecclesiasten, in Cantica Canticorum, in Apocalypsim Ioannis, Aduersus omnes hæreses, & multa alia. Ad extremum martyrio coronatus est.] idem alibi b ad Paulinum scribens, de ipso ait: Inclyto Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui non potest.] rursus alibi, eius opera grandia sensibus prædicat, sed viliora compositione verborum: meminitque de eo frequenter.

Quod verò Gelasius in Concilio c Romano recensuerit Victorini opuscula inter apocrypha, duplex potuit esse ratio: tum quod (vt de eo idem testatur Hieronymus) in explanatione Scripturarum secutus sit Origenem: tum etiam quod Millenariorum est sectatus sententiam, Papiæ, Iustini martyris, & aliorum nonnullorum licet sanctissimorum virorum: qui quidem error toleratus fuisse videtur in Ecclesia vsque ad tempora Damasi, quando, eum stabilire conante Apollinare hæresiarcha, ex decreto Apostolicæ sedis fuit (vt suo loco dicemus) penitus condemnatus. Sed illud insuper de Victorino monendum putamus lectorem: reperiri in Romano Concilio, habito sub Siluestro, cuiusdam Victorini damnationem, qui Paschale festum nequaquam ex instituto Ecclesiæ Catholicæ, sed decimo Kal. Maij diceret celebrandum; haberi que ibidem, eundem introductum in Synodum (vt eiusdem Synodi Acta significant) sententiam condemnationis accepisse. At hæc nequaquam possunt intelligi de Victorino Episcopo Pictauiensi: licet rerum illius ignarus temere nimis (sic planè dicam in re tanta, sed pace sua) absque aliqua testificatione antiquioris editionis addiderit e ei nomen, Pictauiensem Episcopum in tertia eius Concilij, quam posuit mediam, editione. Quo modo, quæso, sub Siluestro, temporibus Constantini, in summa Ecclesiæ tranquillitate, potuit Victorinus Pictauiensis illi interesse Concilio, quem multos ante annos constat fuisse martyrio coronatum? Sed missa istæc faciamus: ad alios martyres passos in Galliis redeamus.

His quoque temporibus illustrarunt sanguine Ebredunum Vincentius, Orontius, & Victor, quorum vnus idemque natalis dies vndecimo Kalend. Februarij anniuersaria re- currit celebritate solemnibus. Ambiani verò alij passi sunt martyres tertio Idus Decembris, quorum hoc titulo memoria in tabulis Ecclesiasticis f commendatur: Natalis sanctorum martyrum Victorici & Fusciani sub eodem Diocletiano Imperatore: in quorum naribus & auribus iussit Rictiouarus Præfides immitti tarinchas, & clauis ardentibus tempora tran- ssi

CXXI.
VALENTINUS
ET SOCII
MART.

CXXII.
MARTYRES
IN PICENO
ET AEMILIA

CXXIII.
ALII MAR-
TYRES IN
DIVERSIS
ITALIÆ
LOCIS.

CXXIV.
MARTYRES
PASSI IN
GALLIA.

CXXV.
AFRA ET SO-
CIAE MAR-
TYRES.

CXXVI.
DE VICTO-
RINO PICTA-
VIENSI.
a Hieron., de
Script. Eccl.
in Vict.

Hier. ep. 13.

CXXVII.
Conc. Rom.
cap. de lib. a-
postroph.
d. Hier. ep. 35.
MILLENA-
RII.

c Conc. Rom.
sub Silu. c. 2.

CXXVIII.
EBREDU-
NENSES ET
ALII MAR-
TYRES.

f Rom. Mar-
tyrolog. die
12. Decemb.

figi, deinde oculos euelli, ac postmodum eorum corpora iaculari: sicque vna cum san- A
cto Gentiano eorum hospite capitibus amputatis migrauerunt ad Dominum.] hæc ibi.
Voluimus hæc descripsisse, quo sequissimi Præsidis, immò truculenti Galliarum martyrum
carnificis, hoc vno exemplo testata omnibus redderetur immanitas: vt quoniam minùs
licet omnium, qui in ea prouincia martyres passi sunt, Acta singula prosequi, cum & plu-
rimorum incomperta omnino habeantur, ex his quæ nota & paucis expressa sunt, de ce-
teris iudicium facere liceat.

CXXXIX. Sed & monemus lectorem, si in recensendis aliquibus ad torquendos Christianos
summa industria vndique comparatis instrumentis, quænam, qualiæue, & quo modo
composita essent, minùs hæc elucidemus, sciat hæc nos in nostris Notis ad Romanum
Martyrologium pro viribus præstitisse: quas consulat, qui horum cognitionis desiderio
tenetur. longiores namque digressiones essent interponende, si ad singulorum instrumen- B
torum elucidationem esset festinè currens oratio desectenda. Verùm propediem editur-
us est Latino sermone redditam & locupletatam huius argumenti tractationem collega
ac frater noster Antonius Gallonius nostræ Congregationis presbyter, qui haud indiget
nostro commendari præconio, quem opus ipsum illustrat. Sed ad martyres. Passus est
Agenni in Gallia Caprasius martyr: qui cum immanem ingruentis persecutionis rabiem
declinans delitesceret, exemplo virginis nomine Fidei, & diuino miraculo confortatus
ad certamen proficiens, præclaram martyrij palmam est consecutus. Sub eodem quoque
Præside Rictiouaro Sueffione Crispinus & Crispinianus immanibus vexati tormentis,
necati tandem gladio, de perfidia victores apparuerunt.

CXXX. Sustulit idem Rictiouarus Præses Firminum Ambianensem Episcopum: quem variis
cruciatum antè pœnis, capitis obruncatione martyrem dignum effecit. Passus quoque C
Augustæ Veromanduorum Quintinus ciuis Romanus ordinis Senatorij, cuius passionis
Acta coram eodem Rictiouaro pro tribunali sedente extant, ab auctore tamen, qui ea
descripsit, nonnullis periphrasibus aucta. Est quoque illustris memoria inter martyres
Gallicanos Ferreoli Tribuni militum, qui passus est in territorio Viennensi: cuius comes
Iulianus Briuatæ apud Auernos in eadem Diocletiani persecutione, secto gutture, marty-
rij palmam consequitur. Nannete verò Donatianus & Rogatianus fratres, pariter pro pie-
tate certantes, iisdem victoriæ præmiis nobilitantur. Arelate tunc quoque passus est Ge-
nesius Actorum publicorum exceptor. hic quidem iussus coram tribunali excipere decre-
tum in Christianos, pertæsus sceleris, abiectis tabulis ante pedes Iudicis, aufugit atque
delituit: diuinoque afflatus spiritu, Baptismum ab Episcopo sibi impartiri rogans, Dei vo-
luntate accidit, vt antequam illius compos fieri posset, à Præsidis ministris præuentus, D
proprio fuerit sanguine baptizatus, atque coronam martyrij consecutus, celebrique me-
moria, qua passus est die, adscriptus tabulis sanctorum martyrum.

CXXXI. Idem immanissimus Præses Rictiouarus Macram virginem apud Rhemensem ciui-
tatem coniecit in ignem: sed cum diuina virtute illæsa seruata esset, abscessis mamil-
lis, detrusa in carcerem, cum per testulas ac prunas eius iussu volutaretur, reddidit
Deo spiritum: quod enim indignissimè ferret vinci se à tenella virguncula, grauiora ad
eam expugnandam voluit adhiberi tormenta. Sed & Bellouaci eiusdem furentis Præsi-
dis Rictiouari fregit impetus puer nomine Iustus, qui quod Christianos prodere nollet,
quos Rictiouari ministri inquirebant, summa constantia iugulum præbuit, in fidei Chri-
stianæ confessione persistens. Tornaci verò tunc temporis passus legitur Piaton presby-
ter, qui cum sancto Quintino ab Vrbe in Gallias prædicationis causa perrexerat: cuius, E
sicut aliorum, nomine adscripto inter martyres, anniuersaria die eius memoria piè san-
ctæque recolitur Kalendis Octobris.

CXXXII. In territorio verò Agathensi idem pro fidei confessione certamen obierunt Tiberius,
Modestus, atque Florentia: qui de impietate prostrata, martyrij laureis insigniti, vna cum
aliis gentilibus suis in cælestis regni gloria triumpharunt. At de Gallicanis martyribus hac
persecutione passis hæc tunc: certò scientes, non esse humanarum virium, omnes tunc
passos martyres percensere. Itaque factis ad institutum sit, paucos hos prodidisse, veluti alio-
rum, quorum prætermittitur vel non existat memoria, indices, Indicibus Ecclesiasticis ad-
notatos. Quem verò finem acceperit Rictiouari Præsidis sæua crudelitas, Acta^a sancto-
rum martyrum, quos multis affectos supplicii interficere iussit, Crispini & Crispiniani de-
clarant, his scilicet verbis: Cernens impius Rictiouarus se nihil suis efficere supplicii,
furibun-

DE INSTRV-
MENTIS
CARNIFICI-
NAE TRA-
CTATIO.CXXX.
ALII MAR-
TYRES IN
GALLIIS
PASSI.CXXXI.
SÆVITIA
RICTIOVA-
RI.VINDICTA
IN RICTIO-
VARVM.^a Apud Sev.
rom. 5. hæc
25. Octob.

A furibundus (creditur arreptus à dæmone) in ignem sese præcipitat, & tali morte abiit è
vita, iusto quidem Dei iudicio, vt qui multos Christi martyres, ad cælestia regna prope-
rantes, ignibus excruciatos interemerat, ipse ad æterni ignis flammam inextinguibiles, igne
extinctus, proficisceretur.] hæc ibi de interitu Rictiouari.

Hispaniarum quoque Ecclesiæ, eadem in eas persecutione vrgente, vehementissimè CXXXIII.
exagitatæ sunt. At concussa licet, non disiectæ, et si afflictatæ, non tamen prostratæ sunt;
quin potius eo motu atque concussione magis magisq; firmatæ, solidius stabilitæ, & (quod
Christi virtutis est) latius propagatæ. Agebat Præsidem in Hispania his temporibus Da-
cianus, Rictiouaro Galliarum Præside nihilo humanior atque clementior: etenim crude-
litate ambo vili sunt simul certasse, quisnam eorum sæuiora tormenta nosset excogitare,
quis maiorem Christianorum numerum cogeret à religione deficere, quisve numerosio-
rem Fidelium multitudinem neci traderet: pro viribus ambo studentes, sollicitiori ea in re
nauata opera, conciliare sibi gratiam Principum, quam noscerent nullo maiori officio
promereri posse, quàm Christiano sanguine, Christianæque religionis interitu.

Dacianus igitur et si in omnibus fermè Hispaniarum ciuitatibus, cum ex more Procon- CXXXIV.
sulum^a prouincias circumiret, crudelitatis suæ reliquerit ex Christiano sanguine impres-
sa vestigia; ad carnificinam tamen de eisdem exercendam delegit nobilissimam amplissi-
mamque ciuitatem Cæsaraugustam: eò enim Christianorum cætes confertim ex diuer-
sis prouinciis ac ciuitatibus perducere iubebat: segriores quippe vili sunt ei ceteri magistra-
tus ciuitatum in Christianis exagitandis. Quamobrem vt ad se Cæsaraugustæ agentem
idem mitterentur, instituit: cuius tantummodò nomen, ob immania illata Christianis
supplicia, videretur esse cunctis horrore. Qui autem Christianorum numerus Cæsaraugustæ
diuerso cruciantorum genere, varioque mortis supplicio, fuerit tunc temporis
martyrio coronatus, innumerabili propemodum multitudine eorum, omnino remansit
incertus. Quamobrem Dei Ecclesia hos omnes vna simul anniuersaria commemoratio-
ne complectens, natalem diem illis adscriptam hoc digno titulo consignauit^b:

Cæsaraugustæ sanctorum innumerabilium martyrum, qui sub Daciano Hispaniarum
Præside mirabiliter occubuerunt pro Christo.] hinc meritò Prudentius Sapphico metro
de eadem Cæsaraugusta sic cecinit^c:

*Sola in occursum numerosiores
Martyrum turbas Domino parasti:
Sola prædines pietate multa
Luce frueris.*

D *Vix parens orbis populosa Pæni,
Ipsa vix Roma in solio locata,
Te decus nostrum superare in isto
Munere digna est.*

*Omnibus portis sacer immolatus
Sanguis exclusit genus inuidorum
Dæmonum, & nigras pepulit tenebras,
Vrbe piata.]* hæc Prudentius de martyribus Cæsaraugustæ

passis, dum quorundam martyrum Cæsaraugustanorum trophæa versibus illustrauit.

Agens Ildorus^d de eadem ciuitate, ea de causa præ ceteris Hispaniarum vrbibus ce- CXXXVI.
lebrat, cum ait: Illustrior est florens sanctorum martyrum sepulchris.] Sed maior om-
nium ille tumulus erat, qui cineres combustorum martyrum propè innumerabilium con-
tinebat: quos ab aliis cineribus candore distinctos, atq; selectos, simulq; congestos, Mas-
sam candidam dictam ferunt. Quos verò ibidem passos atque nominibus notos, tumba
vna claudebat, eo hymno Prudentius cecinit, eosdemq; vna simul & eadem die Ecclesia
celebrat: quorum hæc sunt nomina, Opratus, Lupercus, Successus, Martialis, Vrbanus,
Iulia, Quintilianus, Publius, Fronto, Felix, Cæcilianus, Euentius, Primitiuus, Apo-
demius, quatuor Saturnini, Encratis, Caius, atque Crementius.

At quàm immanis esset Daciani crudelitas, in Deo dicato purissimo Encratis cor- CXXXVII.
pore, stylo ferreo pressis planè notis, perpetuo monumento testata remansit: quo ipso
gloriæ titulo in tabulis^e Ecclesiasticis describitur: eiusmodi namque epitaphio dies na-
talis eius in sacris tabulis honoratur: Encratis laniato corpore, mamilla abscissa, iecore
auulso, adhuc spirans in carcere inclusa est, donec vlcerauium corpus putresceret.] Ar ne
vlla

MARTYRES
HISPANIA-
RVM.CXXXIV.
^a ff. de offic.
Procons.
DACIANVS
CRVDELIS
PERSECV-
TOR.^b Martyrol.
Roman. die
3. Nouemb.CXXXV.
CÆSAR-
AVGVSTA
METROPO-
LIS MARTY-
RVM.^c Prudentius
hymn. 4. in
laud. xviii.
vart. Cæsaraugustæ.CXXXVI.
^d Ildor. orig.
lib. 5.
MASSA CAN-
DIDA.CXXXVII.
DE ENCRATIS
CORP. MAR-
T. die 16. April.

vlla reliqua esset martyribus ibi positis consolatio, quam perciperent vel exhortatione A
sanctorum, vel exemplo virtutis eorum in patiendo constantiæ; Dacianus inde abdu-
cendum curavit Valerium eius ciuitatis Episcopum, eiusque diaconum opere sermoneque
pollentem Vincentium, quem Valentianam ad supplicium amandauit. Quam autem im-
maniter idem Dacianus sæuierit in Vincentium, eius martyrij Acta, quæ fidelissima ex-
tant, amplissimam fidem faciunt: celeberrimus enim martyr ex dirissima persecutoris
crudelitate redditus, stylo ferme omnium Latinorum Patrum antiquorum celebratur.
Valerius autem quo modo superuixerit, & interfuerit post sequentem annum Concilio
Eliberino, suo loco pluribus dicturi sumus.

VALENTI B-
PISCOPI ET
VINCENTII
CERTAMEN.

CXXXVIII Sustulit idem persecutor Narcissum Episcopum Gerundensem, eiusque diaconum Feli-
cem. Consummati sunt martyrio eadem persecutione in Gallæcia apud Cæsam fluuium
Facundus & Primitius, filij S. Marcelli Centurionis & martyris, de quo plura superius di-
cta sunt: alij verò tres, Lupercus, Claudius, atque Victorius, Legionem sunt passi. Tunc &
Vlyssiponæ in Lusitania pari certamine victores coronati sunt Verissimus, eiusque sorores
Maxima atque Iulia. sed quæ erat metropolis eiusdem prouinciæ Lusitanæ Emerita, Eu-
laliæ virginis nobili agone vehementer est illustrata. de qua Prudentius a:

EVLAELIAR
FORCIS PV-
GNA ATQVE
VICTORIA.
a Prudentius
hymn. 3. in
laud. xvij.
mort. Cæsar-
angust.

Lusitanorum caput oppidorum
Vrbs odorata cineres puella
Obuiam Christo rapiens ad aram
Porriget istam.]

Idemque eius præclarum martyriū sacro hymno cecinit, vbi in primis de virginis plusquam
virilis pectoris infracto robore, & sexum superegrediente constantia, hæc inter alia b:

b Prudent.
hymn. 3.

Martyr ad ista nihil: sed enim
Infremit, inq. tyranni oculos
Sputa iacit: simulacra dehinc
Dissipat, impositamq. molam
Thuribulis pede profubigit.]

Sed planè accidit, vt ceteri Christianorum, Eulaliæ exemplo permoti, intrepido fortiq̃ue
animo ad idola frangenda passim prosilirent, iidemque à Gentilibus in eos furentibus neca-
rentur. Sed non placuit Hispanis Episcopis, id, quod priuato quodam impulsu diuini Spi-
ritus Christi virgo fecisset, ab omnibus exemplo Eulaliæ importunè ac temerè vsurpari.
Quamobrem qui paulò post hæc (vt suo loco dicemus) Episcopi ex diuersis Hispaniarum
Ecclesiis conuenerunt, huiusmodi in Concilio Eliberino canonem statuerunt c: Si quis
idola fregerit, & ibidem fuerit occisus: quia in Euangelio non est scriptum, nec inuenitur D
ab Apostolis vniquam factum; placuit eum in numerum non recipi martyrum.]

c Conc. Elib.
c. 60.

CXXXIX. Sed vt de aliis agamus martyribus: adhæsit Eulaliæ, particepsque facta est eiusdem mar-
tyrij coronæ Iulia virgo. Insuper Emeritæ itidem tres fratres, Victor, Stercarius, & Anto-
nogenes, pro Christo libentissimè innumera supplicia, ac mortem denique pertulere. Ibi-
dem quoque Lucretia virgo nobilem coronam martyrij est consecuta. Tunc etiam sub
eodem Daciano Præsidente Toleti illustris virgo Leocadia Christum confessa, diro carcere
macerata, cupida Eulaliæ consociari; cum eius admirabile certamen audisset, positus ge-
nibus precata Deum, reddidit illi spiritum.

CXL.
IVSTVS ET
PASTOR
MARTYRES.

Accidit tunc temporis etiam, vt cum idem Dacianus prouinciam circumiret, Com-
plutumque aduenisset, timor Christianos omnes inuaderet sæuissimi Præsidentis præsentia
de Christianis supplicia horrenda sumpturi. Ad horum segnitiam arguendam, & ardo-
rem fidei excitandum, atque furentis Præsidentis impetus perfringendos, elegit Deus duos
pueros Christianos, à parentibus pijs ad martyrium institutos, Iustum atque Pastorem:
qui cum hæc accepissent de aduentu Daciani, martyrij cupidissimi, relictis tabellis, qui-
bus in litteris addiscendis tenella ætas detinebatur, ambo pariter mira alacritate sese mar-
tyrio obtulerunt. His Dacianus mirum in modum offensus, & planè rubore suffusus,
nullo in pœnis infligendis ætatis discrimine habito, eosdem diris cruciamentis exagita-
tos, gladio demum iussit occidi.

CXLI.
SERVANDVS
ET SOCIJ
MARTYRES.

In ea verò Hispaniæ parte, quæ est prope Gades ad Fundum Vrsonianum, eadem per-
secutione Seruandus atque Germanus, sub Viatore Vicario, pro Christi nomine post ver-
bera, squalorem carceris, famis sitisque iniuriam, & longissimi itineris laborem, quem fer-
ro onusti pertulerant, nouissimè martyrij cursum, datis ceruicibus, impleuerunt. Habent
tabulæ

A tabulæ Ecclesiasticæ, affirmantque vetera monumenta, hac eadem persecutione flagrante,
Barcinone, Eulaliæ, diuersam ab illa Emeritensi, crucis supplicio promeruisse coronam
martyrij. Ibidem etiam Cucuphatem martyrem pro Christi fide sub eodem Daciano Præ-
sidente strenuè decertasse, palmaque martyrij donatum esse, eius agonis Acta testantur.

Nobilissima quoque ciuitas Cordubensis duorum germanorum Acifeli atque Victo- CXLII.
ria martyrio maiori claritudine illustratur. Præerat tunc Ecclesiæ Cordubensi magnus il-
le Olius toti orbi Christiano conspicuus, qui his ipsis persecutionis temporibus (vt par-
erat) Christi fidem magna constantia coram Præsidente confessus est: quod ipsemet Olius
in litteris, quas ad Constantium Imperatorem scripsit, testatur his verbis: Ego confessio-
nis munus expleui, primum cum persecutio moueretur ab auo tuo Maximiano, &c.] re-
citatur eas sanctus Athanasius a, qui & paulo superius de eodem Olio aduersus Arianos hæc
ait: Neque quòd pater esset Episcoporum, reueriti sunt, neque quòd confessor erat, pu-
dore commoti sunt; neque quòd sexagesimum annum à confessione & eo amplius age-
bat, respexerunt.] hæc de Olio Athanasius.

OSII EPI-
SCOPI CON-
FESSIO.

a Apud Atha-
nas. in epist.
ad solit. vit.
agensis.

Quòd verò tum ipse, tum etiam Valerius Cæsar-Augustinus Episcopus, & si qui alij CXLIII.
gloria confessionis illustres, nequaquam tamen eò peruenierint, vt, sicut alij complures,
martyrium consummauerint: id quidem ea ex causa accidisse puto, quòd, dum adhuc
detinerentur in carcere, Diocletianus atque Maximianus se abdicantes Imperio (quod
anno vigesimo eiusdem Diocletiani contigisse historici omnes affirmant) liberas mode-
rationis habenas Occidentalis Imperij Constantio reliquerint: qui (vt de ipso suo loco
dicemus) de Christianis est optimè meritus. Quamobrem qui eo tempore Christianita-
tis causa vinculis tenerentur adstricti, liberos fuisse dimissos, est æquum existimare. At de
C Hispanis martyribus satis; de his inquam, quorum memoria ex tabulis Ecclesiasticis cla-
ra est: hos enim omnes certis diebus Romanum Martyrologium notatos habet: cum a-
lioqui alij complures existant, quorum, qui persecuti sunt res Hispanicas, meminerunt.
De erectis verò Imperatoribus in Hispania titulis, de expugnata & deleta Christiana reli-
gione, dicemus anno sequenti.

Peruasit & insulas eiusdem persecutionis furentis impetus; sed memoria rerum gesta- CXLIV.
rum subobscura scriptorum raritate remansit, vixque paucorum est notitia litteris com-
mendata. Siquidem cum eadem Imperatorum edicta in Britannia fuerint promulgata, BRITANNI
vix quatuor martyrum mentio habetur, nempe Albani, qui pro clerico hospite, quem MARTYRES
persecutionem fugientem susceperat, se ipsum tradens, post verbera, aliaque acerbiora
tormenta, capite plexus est, atque vna cum eo miles, qui eum ducebat ad supplicium, &
in via ab eo ad Christum conuersus erat. Post hos Iulius & Aaron cursum martyrij feliciter
consummasse leguntur: quo tempore (addunt tabulæ Ecclesiasticæ) ibidem quam-
plurimi diuersis cruciatibus torti, & sæuissimè lacerati, ad supernæ ciuitatis gaudia, con-
summato agone, feliciter peruenierunt.

In Sardinia quoque insula hi etiam martyres passi habentur, Luxorius, Cifellus, & Ca- CXLV.
merinus, qui sub Delphio Præsidente gladio cæsi sunt. Ibidem quoque Protus presbyter, &
lanuarius diaconus, sub Barbaro Præsidente, qui illuc à Caio Romano Pontifice missi erant,
Turribus passi sunt. Caralis verò sub eodem Præsidente Saturninus coronatus est. In Pal-
maria insula, quæ adiacet Latio, Anastasia mulier Senatoria longo certamine fatigata,
cum eò deportata fuisset, tandem ad palum ligata, igne succensa est. Sed & ducenti viri,
& septuaginta feminae, qui in eandem insulam causa nominis Christi fuerant pariter re-
E legati, diuersis affecti suppliciis, vitæ æternæ præmium perceperunt.

DE VALE-
RIO CÆ-
SARAVGVS-
TINVS.

MARTYRES
SARDINIÆ
INSVLÆ.

Sicilia quoque insula, hac eadem persecutione virgente, insigniter nobilitata est sangui- CXLVI.
ne martyrum, inter quos Syracusis Luciæ virginis præ ceteris martyrium effuluisse clari-
tate videtur: cuius egregij martyrij Acta, ore omnium decantata, cunctisque perspicua
facta sunt; vt non sit opus eadem hic recitare.

SICVLÆ
MART.

Porro quæ gesta sunt in Euplium martyrem, huius anni notata Consulibus extant.
Passum namque esse Catanæ, Acta eius perbreuiter, sed fideliter quidem scripta, signi-
ficant. Claudamus igitur præsentem annum præclaris Euplij martyris Actis, quæ sic se
habent, vt publicè excepta sunt:

Diocletiano octies & Maximiano septies Consulibus, pridie Idus Augusti, in Cata-
nensium ciuitate, cum esset extra velum Secretarij Euplius diaconus (qui ab explorato-
ribus inuentus legere Euangelia, & docere Christianos, ab illis tentus est, & perductus
cum

ACTA EUPLI
MARTYRIS.

cum libro) proclamavit, dicens: Christianus sum, & pro Christi nomine mori desidero. A
 Audiens hæc Caluissianus Consularis, dixit: Ingrediatu qui clamavit. Et cum ingressus
 fuisset Euplius Secretarium Iudicis, Euangelia portans, vnus ex amicis Caluissiani, nomine
 Maximus, dixit: Non decet tales chartas eum tenere contra regalem præceptionem.
 Caluissianus Consularis dixit ad Euplium: Vnde hæc chartæ de domo tua exierunt? Eup-
 lius respondit: Non habeo domum: hoc & Dominus meus Iesus Christus nouit. Cal-
 uissianus Consularis dixit: Tu ea huc deportasti? Euplius dixit: Per me ea huc deportauit,
 sicuti & ipse vides: inuenerunt me cum illis. Caluissianus dixit: Lege ea. Euplius aperiens,
 legit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum
 cælorum. Et alio loco: Qui vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me.
 Cum hæc & alia legeret, Caluissianus Consularis dixit: Hoc quid vult esse? Euplius dixit:
 Lex Domini mei, quæ mihi tradita est. Caluissianus Consularis dixit: A quo? Euplius re- B
 spondit: A Iesu Christo Filio Dei viui. Caluissianus Consularis interlocutus dixit: Quo-
 nam innotuit eius confessio, interrogetur sub tormentis, tradatur tortoribus. Et cum
 traditus esset, cœpta est secunda cognitio per quæstionem.

CXLVII. Diocletiano octies & Maximiano septies Consulibus, pridie Idus Augustas, Caluissia-
 nus Consularis dixit ad Euplium positum in tormentis: Quæ per tuam confessionem ho-
 die dixisti, quid dicis modò de eis? Euplius libera manu signans sibi frontem, dixit: Quæ
 tunc dixi, & nunc ea confiteor: me esse Christianum, & diuinas scripturas legere. Calui-
 sianus dixit: Quare apud te habuisti, & non tradidisti has lectiones, quas Imperatores ve-
 tuerunt? Respondit Euplius: Quia Christianus sum, & tradere non licebat: magisq; ex-
 pediat mori, quàm tradere. In his vita æterna est: qui tradit, vitam æternam perdit: vt eam
 non perdam, vitam meam do. Caluissianus interlocutus dixit: Euplius, qui secundum C
 edictum Principum non tradidit scripturas, sed legit populo, torqueatur.

CXLVIII. Cumque torqueretur, dixit Euplius: Gratias tibi Christe: me custodi, qui propter te
 hæc patior. Dixit Caluissianus Consularis: Desiste, Eupli, ab insania hac: deos adora &
 liberaberis. Euplius dixit: Adoro Christum, detestor dæmonia: fac quod vis: Christianus
 sum: hæc diu optaui: fac quod vis: adde alia: Christianus sum. Postquam diu tor-
 tus esset, iussi sunt cessare carnifices, & dixit Caluissianus: Miser, adora deos, Martem
 cole, Apollinem, & Æsculapium. Dixit Euplius: Patrem & Filium & Spiritum sanctum
 adoro, sanctam Trinitatem adoro, præter quam non est Deus. pereant dij qui non fece-
 runt cælum & terram, & quæ in eis sunt: Christianus sum. Caluissianus Præfectus dixit:
 Sacrifica, si vis liberari. Euplius dixit: Sacrifico modò Christo Deo me ipsum: quid vl-
 trà faciam non habeo: frustra conaris: Christianus sum. D

CXLIX. Caluissianus præcepit iterum torqueri acrius. Cumque torqueretur, dixit Euplius:
 Gratias tibi Christe. Succurre Christe: propter te hæc patior Christe. & dixit sæpius: &
 deficientibus viribus, dicebat labiis tantum absque voce hæc, vel alia. Caluissianus intra
 velum interius ingrediens sententiam dictauit. Et foras egressus, afferens tabellam, legit:
 Euplium Christianum edicta Principum contemnentem, deos blasphemantem, nec resis-
 picientem, gladio animaduerti iubeo: Ducite eum. Tunc appensum est ad collum eius
 Euangelium, cum quo apprehensus fuerat, proclamante hæc præcone: Euplius Christianus,
 inimicus deorum & Imperatorum. Euplius lætus dicebat semper: Gratias Christo
 Deo. Et cum ad locum perductus esset, genuflexus prolixius orauit: & iterum gratias
 agens, præbuit iugulum, & à carnifice decollatus est. Sublatum est postea corpus eius à
 Christianis, & condit. in aromatibus, sepultum est.] hucusque Acta Euplij diaconi, quæ E
 in diuersis exemplaribus diuersa inter se reperi: sed quæ breuiora, eadem quoque fidelio-
 ra probauit. Vaticanus codex germanior inuentus est, sed discrepat ab iis quæ ex Græcis
 edidit Metaphrastes.

CL. Præter hos martyres in Sicilia passos, seorsum ab iis alij septuagintanouem, nono Ka-
 lend. Martij in eadem persecutione coronati, Ecclesiasticis tabulis adscripti habentur. At
 de martyribus Occidentalis Ecclesiæ hæcenus, illis scilicet, quorum expressa mentio est in
 sacris Indicibus, certis diebus in Ecclesia publicè recitari solitis. De martyribus verò Ori-
 entalis Ecclesiæ, postquam eos, qui ab Eusebio singulis annis, quibus sunt passi, positi ha-
 bentur, recensuerimus; illos demum, quorum passionis incertus est annus, addemus.
 Quæ autem hæc secuta sunt temporum ordine prosequamur.

Christi Redemptoris nostri anno trecentesimo quarto, Diocletianus nonum & Maxi-
 mianus octauum Consulatam adierunt: quo, vigesimo anno Diocletiani Imperij
 nondum penitus exacto, vndecimo Kal. Maij, ambo Imp. Parilibus ipsis, se Imperio ab-
 dicarunt. Ita quidem putauit Panuinus; sed tu loco Maij, ponas, Martij: erroris namque
 illum arguere necesse est, dum affirmat, id factum esse nondum expleto biennio perse-
 cutionis indictæ, cum Eusebij constet auctoritate, eam cœptam mense Martij, quo men-
 se liquet fuisse promulgatum persecutionis edictum. Ex his etiam eos erroris arguas, qui
 id anno superiori asserunt contigisse: nam sub huius anni Consulibus, Diocletiano nono
 & Maximiano octauo, id factum esse, æquè Zosimus asserit verbis istis: A Consulatam
 Chilonis & Libonis, quo Seuerus ludos Sæculares exhibuit, donec Diocletianus nonum,
 Maximianus octauum Consules facti sunt, centum & vnus anni elapsi fuerant: ac tum
 quidem priuatus ex Imperatore Diocletianus factus est, cuius exemplum Maximianus
 est secutus.] hæc Zosimus. At verò quòd ipse inter lapsos dicat annos centum & vnum
 à Consulatam Chilonis & Libonis, quo ludos Sæculares contigit celebrari sub Seuero Im-
 peratore, vsque ad abdicationem horum Imperatorum sub eorumdem dicto Consulatam
 factam: planè in dictum annorum numerum esse illapsam errorem, dicendum, restituend-
 dumque, centum duo minus anni, qui inter lapsi reperiuntur vsque ad præsentem Con-
 sulatam, quo se abdicauerunt iidem Imperatores, vt etiam ipse testatur. Siquidem
 idem Libonis & Chilonis Consulatam incidisse reperitur anno Christi ducentesimo sex-
 to. Vel dicendum, quòd idem Consulatam Chilonis & Libonis non suo loco sit positus
 à Cassiodoro & aliis anno ducentesimo sexto, sed sub anno Christi ducentesimo tertio
 sit collocandus: quod vt magis dici debeat ea quoque ratio fauet, quòd cum testetur
 Zosimus, ludos Sæculares quolibet centesimo & decimo anno solitos celebrari, vt appa-
 reat, centum & decem inter lapsos à ludis Sæcularibus sub Seuero vsque ad illos sub Con-
 stantino celebratos anno Christi trecentesimo decimotertio, vt suo loco dicetur; planè
 dicendum Chilonis & Libonis Consulatam non nisi in annum ducentessimum tertium
 incidere potuisse.

Verum cum (vt dictum est superius) constet eosdem ludos Sæculares sub dicto Con-
 sulatam Chilonis & Libonis celebratos, incidisse in annum Seueri duodecimum, qui est
 annus Christi ducentessimus sextus, è suo loco minimè conuellendus est; adeò vt error
 irrepsisse dicendus sit in annorum numerum Zosimi, vt loco centum & vnus annorum,
 vt dictum est, restituendum sit, centum duo minus anni. Sed nec semper verum quod
 asserit quolibet centesimo decimo anno celebrari solitos ludos Sæculares: non enim vna
 eademque semper seruata reperitur in iis celebrandis annorum periodus, vt est videre
 apud Panuinum qui commentarium eo argumento conscripsit: sed & si non quando
 celebrati sunt, sed celebrari debuerunt, ratio habenda erat, adhuc dicendum secundum
 eandem periodum centum & decem annorum benè subsistere dictum Consulatam
 Chilonis & Libonis sub anno Christi ducentesimo sexto: nam cum constet auctoritate
 Dionis anno ab Vrbe condita septingentesimo trigesimo septimo, sub Consulatam Furnij
 Nepotis & Silani sub Augusto celebratos esse ludos Sæculares: secundo autem curriculo
 sub Seuero; vtique necessariò habitos esse oportuit anno ab Vrbe condita nongentesimo
 quinquagesimo septimo, quo incidisse ponitur Consulatam Chilonis atque Libonis: qua
 ratione, nullo modo conuellendus est Consulatam eorum è suo loco, sed Zosimus omni-
 no sit arguendus erroris. hoc demonstrato, pergamus ostendere, quod cœperamus, hoc
 ipso anno eosdem Imperatores se Imperio abdicasse. Auctor item incertus in Panegyrico
 Maximiano & Constantino dicto, id factum esse sub eodem octauo Maximiani Con-
 sulatam, nempe hoc anno, habet expressum his verbis: Te rursus vigesimo anno Impera-
 torem, octauo Consulem, ita ipsa amplexu quodam suo Roma voluit detinere, vt vide-
 retur augurari iam & timere quod factum est. Est enim, Imperator eterne, in quo vno que-
 relam Reipublicæ penè meruisti. Audi doloris nostri liberam vocem: siquidem dij ipsi,
 quòd plerumque humanas res negligant, dum querimur ignoscunt; quibus aliud tor-
 tisse

raste curantibus, grandines ruunt, terræ dehiscunt, vrbes exhauriuntur, quæ non illis A exhauriuntur volentibus, sed aut aliorum aspicientibus, aut fatali rerum cursu vigente, videtur accidere.]

III. Præfatur hæc auctor digna diis Gentilium, explicaturus iustas, quæ sibi videbantur, de dimissa Imperatoria dignitate querelas, cum subdit: Tale est, Imperator, quod omnibus nobis incluso gemitu mœrentibus facere voluisti: non quidem tu Reipublicæ negligentia, aut laboris fuga, aut desidiæ cupiditate ductus, sed consilij olim (vt res est) inter vos placiti constantia, & pietate fraterna; ne quem totius vitæ, summamque rerum socium semper habuisses, in alicuius facti communitate desereres: ne vel illius, viderit quali, certe nouæ laudi cederes. Verum longè diuersa in vos erat causa declinandi, aut sustinendi laboris. Quamquam, etsi totam excusationem ætatis afferres, sic quoque tibi Reipublicæ curis non erat abeundum*. An si maximus quisque natus gubernator est certissimus ad salutem, non est is optimus qui vsu peritissimus Imperator? Aut te vniquam Constantine, liberi nostri nepotesque patientur, vel cum ad summam perueneris senectutem, Reipublicæ vela contrahere, quæ tam felicibus ventis etiam iuuenis impleueris? Sed tamen, vt cumque fas fuerit eum Principem, quem anni cogent, aut valetudo deficeret, receptui canere, te verò, in quo adhuc istæ sunt integræ solidæque vires, hic toties corporis vigor, hic Imperatorius ardor oculorum, immaturum ortum sperasse miramur.] hucusque incertus auctor de tempore & causa abdicationis Diocletiani, quam ad ætatem & malam valetudinem refert.

CVR SIMVL ABDICARINT.

* al. abutendum.

IV. At hæc in primis Eusebius: Per idem tempus duo ex Imperatoribus, quorum alter primum ac summum Imperij gradum, alter secundum post illum obtinebat, ad priuatam quamdam vitæ rationem se transtulerunt, atque Respublica languescere & ægra esse cepit. Paulò post, Imperio Romano contra se dissentiente, bellum graue & acerbum inter ipsos Imperatores mutuo excitatur, neque seditio & tumultus in ea commotus prius sedatus fuit, quam pax aduersus nos in vniuersis Orbis partibus, quæ Romano parere Imperio, firma constitueretur. Nam simulac illa omnibus, instar lucis cuiusdam, ex tenebrosa & obscura nocte exorta fuit; communis Imperij Romani status iterum ad stabilitatem, amicitiam, & pacem restituitur; mutuamque concordiam, quam à maioribus acceperat, recuperauit. Verum de his rebus copiosius differendi est aliud tempus magis opportunum nobis referuatum. Iam verò ad ea quæ sequuntur pergamus.] hucusque Eusebius. quæ verò post hæc idem subdit, tertio persecutionis anno sunt recensenda.

STATVS ROMANI IMPERII.

V. Quod autem anno secundo persecutionis, depositum tradit à Diocletiano atque Maximiano Imperium, idque factum esse idem ipse anno vigesimo æquè affirmat in Chronico, eodem anno sic dicens: Secundo anno persecutionis Diocletiani, Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani, purpuram deposuerunt.] haud repugnat his quæ ex Panegyrico sunt recitata. nam si statim ipso anni primo tempore se abdicarunt, æquè contingere potuit id factum esse nondum expleto anno secundo persecutionis, ipsoque nondum exacto anno vigesimo Imperij Diocletiani, à quo anni numerabantur, non autem à collega. Rursus Eusebius alibi in eadem sententiam: Cum non integro biennio post persecutionis initium regnassent, se (sicut antea à nobis demonstratum est) abdicarunt Imperio, atque reliquum vitæ suæ tempus plebeio & priuato quodam viuendi genere degerunt: huncque vitæ finem, quem deinceps exponemus, sunt consecuti. Alter & gradu honoris, & designationis tempore primas Imperij partes affectus, diuturna & aspera in primis corporis ægrotatione pedetentim contabescens occubuit. Alter secundas ab eo adeptus, propter plurimos suos perditos ac fraudulentos conatus, quos consciuisset in vita, dæmonis incitatione ac pulsû extremum vitæ spiritum laqueo interrupit.]

b Euseb. lib. 8. cap. 29.

VI. Idemque Eusebius causam cur se Diocletianus Imperio abdicarit, hanc alibi recenset his verbis: Cum secundus iam annus eius tumultus in nos commoti nondum esset completus; facinus quoddam nouum & inauditum in Imperio factitatum, eius statim penitus commutauit, eueritque. Nam qui primus nostrarum ærumnarum auctor erat, Diocletianum dico, in tam letalem & pestiferum morbum delapsus est, vt mens inde de statu suo deturbaretur. Et propterea cum ille ipse, tum alter, Valerium Herculeum Maximianum intelligo, qui secundas post illum obtinebat in Imperio, honore Imperij (vt supra diximus) deposito, plebeium & priuatum vitæ genus sibi delegit.] hæc ipse. Sed & Constan-

A Constantinus in oratione illa, quam habuit ad Sanctorum cœtum de persecutione illa ab eodem Diocletiano excitata, & insania, qua percitus se abdicauit, hæc habet:

Diocletianus quoque cum post cruentam cædem in persecutione factam ipse contra se quodammodò propter vitium amentiae & delirationis suffragium tulisset, se vnius abiecitæ & humilis mansionis munitioni ac præsidio concedens, pœnas dedit. Quid ergo huic profuit bellum contra Deum nostrum concitasse? Vt certe, mea quidem sententia, reliquam vitæ partem miserè transigeret, dum semper sibi metueret, malè ne fulminis ictu concideret. Ita loquitur Nicomedia: non tacent etiam qui eadem oculis viderunt, ex quorum numero ego quidem sum. Palatium eius, & domus eius, fulmine eam depascente, faceque caelesti exedente, vastata fuit. Quas res ita euenturas, sapientes planè prædixerant: neque enim siluerunt, neque mœrorem pro sceleribus tam iniquè contra Christianos admissis susceptum simulatione occultarunt, sed perspicuè ac palàm ipsi inter se liberè de iisdem disseruerunt. Quis talis furor? quæ planè principatus insolentia, vt, homines cum sint, audeant tamen Deum bello lacerare, inque religionem sanctissimam iustissimamque vesano animo insultare, & tam infinitæ populi hominumque iustorum multitudini, nulla causa antecedente, exitium moliri? &c.]

Apud Euseb. cap. 25.

VII. DIOCLETIANVS AMENS REDDITVS.

Hæc cum testata reliquerit Constantinus publica concione, & Eusebius, qui eodem tempore vixit, & eadem oculis spectauit, testatus sit; nihil est, vt de causa abdicationis Diocletiani quis amplius dubitet, quin in vitionem ex diuina indignatione acciderit, secundum illud propheticum: Stulti facti sunt principes Taneos, emarauerunt principes Memphæos: immisit in eos Dominus spiritum vertiginis.] In Actis verò Mennæ & (superiorum martyrum, quæ quidem germana esse noscuntur, hæc de eorum abdicatione scripta habentur: Postquam magnum ad hoc adhibuere studium, & omnem mouere lapidem, vt Christianam religionem conuellerent: quando cognouerunt se ea aggredi, quæ non possent fieri, & (vt dicitur) iaculari aërem, & conari mouere quæ sunt immobilia; vterque eorum deposuit Imperium: apud alios quidem prætexentes fortunæ fatietatem & amore mutationis, iis autem, quibus poterant secreta communicare, & animum aperire, dicentes Christi virtutem, & quæ ex signis proficiscebatur persuasionem, & quod, cum hoc non potuissent efficere, alia posthabentes, & parua existimantes; nec imperare quidem volebant.] hæc ibi. Eandem quoque causam abdicationis eorum adducunt Zonaras atque alij.

VIII.

b Isaiæ 19. c Apud Syr. tom. 6. d. 120. Decemb.

VERA CAUSA ABDICATIONIS IMP.

Fefellit planè spes vana Principes, quam inani opinione conceperant, fore vt suo ipsorum conatu Christianam religionem euerteret: incumbentibusque in opus omnibus prouinciarum Præsidibus, iam vndique ex sanguine Christiano fluentibus ritibus. Et perinde ac si cum hominibus tantum, & non cum Deo bellum gestum esset, creditum à Gentilibus fuit, Christianam fidem esse penitus subiugatam. Quamobrem velut gloriosæ victoriæ titulis, & summarum laudum excellenti præconio, longèque sublimiori cognomine quam Parthico, Gothico, atque Germanico, de subactis delectisque penitus Christianis columnas erexerunt. Clunæ enim in Hispania in nobili columna hæc inscriptio legitur: DIOCLETIANVS IOVIVS MAXIMI HERCVLEVS CAESS. AVGG. AMPLIFICATO PER ORIENTEM ET OCCID. IMPE. ROM. ET NOMINE CHRISTIANOR. DELETO QVI REMP. EVERTEBANT.] Rursus ibidem altera inscriptio hæc habet:

d Zonar. Ann. par. 3.

IX.

DIOCLETIANVS CAES. AVGG. GALLERIO IN ORIENTE ADOPT. SVPERSTITIONE CHRISTI VBIQ. DELETA CVLTV DEORVM PROPAGATO. Leguntur hæc etiam Areuaci Hispaniæ in columnis pluribus. At non tantum in Hispaniis eiusmodi fuisse de Christiana religione prostrata erecta trophæa, sed toto orbe Romano similiter factitatum existimamus: sed in odium impietatis & impiorum Principum, reddita Ecclesiæ pace, eadem penitus fuisse deleta. Hæc autem relicta memoriæ causa, non sine nutu diuino, vt eiusmodi monumentis immanitas persecutionis intelligi possit, & ex his planè existimare iure liceat, minora admodum esse quæ de martyribus tunc passis diuersis in locis scripta habentur, quam quæ tunc à prouinciarum Præsidibus facta sunt.

TROPHAEA IN ANIA DE EXTINCTA CHRISTIANA RELIGIONE.

X.

c Habes Al. duu Manu. tius post schol. in Comment. Caesaris, nec non Adolph. Occ. in li. N. u. mismas. in Diocletian.

Cum verò præter expectationem accidere viderent Imperatores, quod magis exciderentur Christiani nominis palmites, eò secundiori germine propagari, ac longè lateque amplius maiori gloria dilatarî: mœrore confecti, desperatione deuicti, robore suffusi,

XI.

DEI VINDICTA IN PERSECVTORES.

mente turbati; iam regni pertæsi, sese honesto quouis titulo, ne faterentur, quod erat, esse victos, ab Imperio abdicarunt; illamque in se ipsos vindictam intulerunt, quam indignissimè à victoribus hostibus illatam acceperant. Sed quod non satis hæc esse videri poterant ad ultionem effusi sanguinis Christiani: horum prior, velut Cain tremens ac pauens, miserimè viuens, diem extremum infelicissimè clausit: posterior verò (vt suo loco dicemus) spontaneo laqueo se præfocans, vitam abrupt. Hunc tandem finem accepit impietas, hunc exitum fortiti sunt Principes Diuinitatis hostes, & Christiani nominis perduelles. Sed de eorumdem interitu plura inferius.

XII. ACTA DIO- CLETIANI OBSCURA.

^a Vopisc. in Bonif. ^b Idem in Cæsario.

XIII. CONSTANTIUS ET GALERIVS AVGVSTI.

XIV. ^c Euseb. in Vita Constant. l. 1. c. 9. & 10. CONSTANTIUS IMPERATOR. MORES.

XV. LAVDES CONSTANTII.

XVI. CONSTANTIUS PAVPER TAS EXPROBRATVS.

Remanserunt ipsorum res gestæ obscuræ admodum, aded vt quatuor lustra, quibus imperarunt, & aduersus barbaros atque tyrannos feliciter decertarunt, relicta sint penitus obuoluta silentio, atque obliuione sepulta: cum alioqui hoc tempore non defuerint historici nobilissimi, nempe Aelius Spartianus, Iulius Capitolinus, Aelius Lampridius, Trebellius Pollio, & Flavius Vopiscus: qui cum ipsi Diocletiano, tum Constantio Cæsari, siue Constantino eius filio, illorum qui præcesserant Imperatorum. Vitas à se conscriptas dedicauerunt. Testatur sanè Vopiscus ^a, se scripturum fore Diocletiani res gestas: idemque affirmat ^b, Claudium Eusthenium, qui Diocletiano ab epistolis fuit, scriptis mandasse quatuor Principum Acta, nempe Diocletiani, Maximiani, Galerij, atque Constantij, totidem libris, quæ omnia perierunt. Et iustè quidem hæc passi sunt de scriptis rerum suarum commentariis, qui in Christianorum sacros codices sæuierunt.

Cum verò Diocletianus & Maximianus deposuissent vnà simul Imperium: qui Cæsarium titulo cum illis in hanc diem Rempublicam administrarunt, Augusti sunt appellati, nempe Constantius Chlorus, & Galerius Maximianus, quem alij perperam nominant Maximinum. ille Maximiano Herculeo in Occidente, hic verò Diocletiano in Oriente successerunt. Sicque inter Constantium atque Galerium tradit Eutropius fuisse partitum Imperium, vt Constantius Galliis, Hispaniis, Italiæ, & Africæ præset; Galerius verò Illyrico, Græciæ, & Orienti imperaret. Quod verò subdit, administrationem Africæ atque Italiæ recusasse: id minimè factum esse, suo loco dicturi sumus. sed & iure commendat Constantium ob morum integritatem: qui, cum se cunctis facilem amabilemque præberet, erga Christianos potissimum omnem præ se tulit humanitatem cum benignitate coniunctam.

Eusebius etiam in Vita ^c Constantini filij ipsius testatur hæc eadem, dicens: Cum quatuor in Romani Imperij gubernandi societate iungebantur; solus hic fœdere amicitiae cum Deo omnium gubernatore pacto, modum vitæ à ceterorum institutis alienum disparemque consecutus est. Illi enim Ecclesias Dei obsidione vastare, euertere radicibus, solo æquare, ac templa, concussis fundamentis disturbatisque prorsus delere aggressi sunt: hic autem à nefando & detestabili eorum scelere manus intactas continuit, neque vlla ex parte se similem eis præbuit. Illi intestina virorum simulaculorum, pietatem maximè excolentium cæde prouincias suæ ditioni subiectas sceleratè contaminarunt: hic suam ipsius animam à sceleris labe vacuum assidue conseruauit. Illi, quod mala omnia in vnum coaceruarent, vocibus quibusdam execrabilibus, quæ in simulacrorum cultu fundi solent, primum seipos, deinde omnes qui ipsorum obsequabantur Imperio, nefariæ dæmonum venerationi deuouerunt: hic pacis tranquillissimæ illis, qui ab ipso regebantur, auctor factus, liberam eis veræ in Deum religionis sine molestia excolendæ permisit potestatem.

Quin etiam alij vitam omnium mortalium haud viralem illam quidem, immò verò morte ipsa longè acerbiores propterea effecerunt, quod tributa ab illis exigebant planè intolerabilia: Constantius solus & Imperium placidum præstitit ac tranquillum suis, & non aliter atque pater indulgens, illis sedulo prospexit, atque aded opitulatus est. Ceterum cum alia sint eius virtutis ornamenta prope infinita, cumque omnium ore ac sermone prædicata; vno & altero præclarè facta, quibus ea, quæ silentio prætereuntur, melius certiusque intelligantur, oratione nostra percursis, ad institutam scriptionem sermonem deinceps transferemus.

Vbi multus & creber sermo de isto Imperatore passim fama peruagatus est, quod mansuerus erat, quod spectatus, quod ardentè vitæ sanctimoniam consecrabatur, quod propter incredibilem in eos qui ipsius parebant Imperio, clementiam & benignitatem, nullum thesaurum sibi omnino reposuerat: Imperator, qui tunc temporis summum Imperij

A perij gradum obtinuit, legatis ad illum missis, dissolutam eius in Republica administranda negligentiam grauitè increpare cœpit; paupertatem tamquam probrum obicere: hocque ad rei confirmationem argumenti loco vsurpare, quod nihil prorsus pecuniæ haberet in thesauris reconditum. Hic tum legatos, qui ab Imperatore venerant, aliquam diu moram facere precatus: ex omnibus gentibus suæ ditioni subiectis, eos qui maximis diuitiarum copiis circumfluebant, in vnum conuocauit. Pecunia dixit se opus habere, & illud tempus opportunè oblatum, quo quemque propensum studium & beneuolentiam erga dominum ac Regem suum declarare par esset.

Quo audito, hanc occasionem, quæ diu ipsi in optatis fuisset, beneuolæ suæ in illum voluntatis perspicuè significandæ statuentes, abiecta omni cunctatione, maturè auro & argento & aliis opum facultatumque generibus æraria eius complere laborant: studio quodam & ardore ipsi inter se, quo alius alium in largiendo superaret, vehementer contendunt; hocque præstiterunt valdè læto & hilari vultu. Qua re confecta, Constantius legatos ab Imperatore summo missos, thesauri sui spectatores fieri voluit, quos testes fore iussit eorum quæ oculis vidissent: illisque reulit, quemadmodum thesaurus ille, qui in præsentia, in ipsius æraria collectus erat & conditus, iam pridem fuisset apud pecuniæ suæ & diuitiarum dominos, tamquam custodes tutissimos, conseruatus. istos igitur rei gestæ permagna cepit admiratio. Imperator autem benignissimus, post eorum discessum, pecuniæ illius dominos denuò accersit, illosque cum obsequij & singularis beneuolentiæ causa humanissimè tractauisset, suis receptis omnibus facultatibus, domum reuerti iubet. Atque vt ista vna res est à Constantio gesta, quæ illustre sanè humanitatis specimen dat & clementiæ, sic altera insigne pietatis erga Deum testimonium continet.

Cum magistratus in singulis prouinciis ex Imperatorum mandato pios homines passim inhumanè & grauitè persequerentur; & sancti martyres qui in ipsis Imperatorum Palatijs versabantur, primi omnium certamina pro pietate obirent, ignem que, ferrum, vastos maris gurgites, omnia denique mortis genera, summa cum animi alacritate & tolerantia subirent, vsque ed, vt breui Imperatorum Regiæ sanctis viris essent omnino obata (quæ res auctores maleficij clementi Dei obrutu curationeque prorsus priuauit: quippe qui, dum homines pios insectarentur, etiam eorum preces insectati sunt, & absque se penitus euerterunt) soli Constantio sapiens quædam & solers animi occurrit cogitatio: & facinus facit, vt incredibile auditu, ita factu in primis admirabile. Nam illis qui in Regia ipsi inseuiebant, libera data optione (quæ etiam illis, qui aliquem dignitatis gradum in familia eius obrinebant, delata fuit) hanc tulit conditionem: vt vel dæmonibus immolando, integram haberent potestatem tum apud ipsum commorandi, tum consuetis honoribus perfruendi: vel, si minus hoc exquererentur, aditu ad ipsum prohiberentur, & à consuetudine ipsius ac familiaritate penitus repellerentur reicerenturque.

Postquam igitur in duas partes dirempti fuerunt, aliisque in hanc, alij in illam segregati: illic singuli, quo animo essent & instituto, perspicuè ostenderunt. Ibi tum admirabilis ille Constantius, commento, quod celatum erat, statim post patefacto, quorumdam timiditatem & nimium amorem, quo ipsi se suamque vitam complectebantur, vehementer coarguit, alios ob sinceram & integram erga Deum mentem approbavit plurimum. Illos deinde, tamquam Dei proditores, Imperatoris seruitio indignos censuit: Quomodo enim (inquit) fidem erga Imperatorem seruare poterunt inuiolatam, qui aduersus Deum Optimum Maximum perfidi esse manifestè conuincuntur? Quapropter hos procul à regali suo domicilio statuit amandandos: illos verò qui veritatis testimonio digni Deo fuere comprobati, similes erga Imperatorem fore affirmans, stipatores suos, & ipsius regni custodes constituit: inquires, id genus homines in præcipuis maximeque necessariis amicis & familiaribus numerandos esse, multoque pluris quam æraria ingenti thesauro referta meritò æstimandos. Sed qualis Constantini pater fuisse traditus sit, ita est à nobis breuiter explicatum.] hucusque Eusebius: eadem & Sozomenus ^a.

Sed & ipsemet Constantinus in edicto ^b pro Christianis aduersus Gentiles, hæc inter alia præfatus est: Imperatores, qui ante hoc tempus ad Reipublicæ gubernacula sederunt, propter agrestes, credo, & inhumanos mores exhereditati sunt. Atque vt pater meus admirabili cum pietate in omnibus suis rebus gerendis, Deo Patre inuocato, solus clementiæ opera executus est; sic reliqui omnes, insano animo & furioso affectu, ad immanitatem potius quam ad humanitatem suas curas & cogitationes contulerunt: quæ sanè

XVII.

CONSTANTIUS FACTO REDARGVIT LEGATOS.

XVIII.

CONSTANTIUS EXPERITVR VELE CHRISTIANOS.

XIX.

EXPELLIT IMPIOS CONSTANTIVS.

^a Sozom. lib. 1. cap. 6.

XX.

^b Apud Euseb. in Vita Constantini li. 2. cap. 48.

PIETAS CONSTANTII.

illis regnantibus, vera religione euerfa, vehementer creuit. Crudelis enim eorum nequitia vsque eò exardescere cœpit, vt, cum omnes res diuinæ pariter atque humanæ pacatæ & tranquillæ confisterent, intestina persecutionis bella ab illis excitarentur.] hæc Constantinus de patre Constantio.

XXI. Hac, puto, ratione Eusebius^a duobus tantum annis hanc persecutionem vexasse oras Occidentales affirmat, cum ait: Tota Italia, Sicilia, Gallia, & quæ ad Solem occidentem vergunt, & ad Hispaniam, Mauritaniam & Africam se porrigunt; vbi non duobus primis annis integris impetum persecutionis sustinuerant, celerrimè clementi Dei obtutu sunt pacem & pacis tranquillitatem consecuti: quandoquidem cælestis prouidentia tandem ob vitæ innocentiam, & fidem, illorum miserta est.] hæc Eusebius. Verum, quantum apparet ex rebus gestis, haud statim vt Constantius plenum est adeptus Imperium, omnimodam pacem Ecclesia Occidentalis est consecuta. Nam quantumlibet sic erga Christianos Constantius affectus esset; tamen, sicut cum Cæsar esset, rem pro Christianis ex arbitrio agere minus licuit, quod Maximianus cum Diocletiano summam rerum administraret: ita nec cum factus est Imperator, persecutionem penitus valuit cohibere, perturbato vehementer Imperio Occidentali. Etenim simulac Maximianus se abdicauit, tota Italia, & ipsa Roma bello ciuili magnopere exagitata est. id quidem in Panegyrico, ipsi Maximiano & Constantino postea dicto, expressum habetur his verbis:

XXII. Ibi verò pænè funditus corrui, *Respublica scilicet*, vnde tu Maximiane discesseras: adeò illic plurimum habuerat stabilitatis asserta, vbi deserta maxime vacillauit. Non aliter enim quam solet terra ventis, aut aquis subter immisissis interuulsa, sui soliditate nutare; ita cuncta Italia, atque ipsa Roma subducta repente, qua sustentata fuerat, dextera tua, contremuit, ac pænè confedit: quod ego cursim transeo. Cur enim vel recordemur aduersa, cum videamus omnia tuo reditu restituta? Fecit enim Roma ipsa pro maiestate nominis sui, vt ostenderet posse se etiam Imperatoribus imperare: abduxit exercitus suos, ac tibi reddidit.] hæc auctor, cum Maximianus Imperium resumpfit, quod reliquerat. sed de his fufius suo loco.

XXIII. Sic igitur Constantio licet Occidentale Imperium moderante, haud statim, nec penitus persecutio indicta cessauit, sed paulò remissior fuit: non enim ipse videri voluit edictis Imperatorum adhuc viuientium aduersari. At licet pro Christianis à Constantio nullum datum rescriptum esset (si quid enim ab eo in gratiam ipsorum statutum fuisset, Eusebius minime tacuisset) concepta tamen semel persecutio paulatim penitus conqueuit. Planè accidit, sicut mare vehementibus ventorum flatibus exagitatam cum fuerit, licet ventorum cessent impulsus, haud tamen continuè eius fluctus omnino quiescunt: ita licet Maximiani furor, ipso se abdicante, videri posset extinctus; tamen haud valuit facillè contineri concitata persecutionis impetus, Romæ præsertim, vbi ciuiles motus (vt dictum est) exorti essent; & magistratus à Maximiano præfecti in Christianos exacerbati, quod cœperant, infugantibus præsertim Pontificibus Gentilitiæ superstitionis, agere non destiterunt.

XXIV. Quamobrem accidit, vt iis fermè diebus, quibus iidem sæpè nominati Imperatores se Imperio abdicassent, Romanæ Ecclesiæ Pontifex Marcellinus, vnà cum Claudio, Cyrinno, & Antonino, sexta Kal. Maij, capite truncatus sit. Id quidem in primis tabulæ Ecclesiasticæ indicant, in quibus natalis dies ipsorum adscriptus est; & liber de Romanis Pontificibus testatur, in quo legitur, ipsum peruenisse vsque ad præsentem annum, quo Diocletianus nonum, & Maximianus octauum Consulatum gesserunt. qua ratione dicendum est, Marcellinum sedisse annos octo, minus septem diebus. vel si dixerimus, diem sextum Kalend. Maij, non martyrij, sed sepulturæ esse memoriam; quod tradatur, dies triginta sex Marcellini & sociorum corpora insepulta iacuisse: totidem dies à præfinito tempore sedis eius demendi sunt. Sed quod in multis ille textus de Marcellino vehementer deprauatus esse videatur, non est vbi quis tuto pede consistat. Verum si id ita se habuit, vt ante triginta sex dies à sexto Kalendas Maij Marcellinus cum suis martyrio lit vita fundus, tunc etiam affirmare necesse est, ea omnia facta esse adhuc Maximiano imperante, qui ipsi Parilibus, vndecimo Kalendas Maij se abdicauit Imperio.

XXV. Quæ verò ibi leguntur de martyrio Marcellini esse sub Diocletiano facta, sub Maximiano restituenda sunt. nam (vt perspicuè vidimus) hoc anno agebat Diocletianus Nicomediæ

A mediæ in Bithynia, vbi & purpuram deposuit. sed quæ ibi sunt scripta, hic reddamus; Post paucos dies pœnitentia ductus, ab eodem Diocletiano pro fide Christi cum Claudio, & Cyrino, & Antonino capite truncatus est, & martyrio coronatus. Qui dum pergeret ad passionem suam, adiurauit Marcellum presbyterum, vt præcepta Diocletiani non impleret. Iacuerunt autem sanctorum corpora in platea dies triginta sex, ex iussu Diocletiani. Exinde Marcellus presbyter noctu collegit corpora sanctorum cum presbyteris & diaconibus cum hymnis, & sepeliuit ea, sexto Kal. Maij, in via Salaria, in cœmeterio Priscillæ, in Cubiculo claro, quod patet vsque in hodiernum diem (secundum quod ipse S. Petrus præceperat) in crypta iuxta corpus S. Crescentio^{is}.] de Cubiculo claro diximus in Notationibus plura.

B Cetera autem quæ illic habentur de negatione ac pœnitentia Marcellini, à nobis factis superius sunt disputata. Sed sequitur: Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros quatuor, Episcopos per diuersa loca quinque: & cessauit Episcopatus eius annos septem, menses sex, dies viginti quinque, persequentè Diocletiano Christianos.] hæc ibi, sed quæ profectò emendatione vehementer indigent. Nam quod pertinet ad annos septem vacationis sedis Romanæ; sibi ipsi auctor, quisquis fuerit, contrarius planè est. Nam cum dicat in Marcello, ipsum sedere cœpisse temporibus Constantij atq; Galerij: si (vt in Marcellino habetur) sedes cessauit annis septem; iam extinctis vtrisque, Marcellum sedisse oportuit. Vel quo modo potuit (quod ait) cœpisse sedere sub Consulatu Maxentij quarto & Maximij, si in Melchiade Papa, qui post Eusebium Marcelli successorem sedit, habet ipsum Melchiadem sedisse vsque ad secundum Maxentij Consulatum? Insuper quæ ratio tam diuturnæ cessationis esse potuit, cū Maximiano persecutore se abdicante, Constantius Christianis fauens, liberas mox acceperit habenas Imperij?

C Exploso igitur commento, vel potius textu deprauato, de vacatione septem annorum, quod nemo prudens dixerit, sed quod potius loco mensium anni sint positi: hic à sexto Kalend. Maij, numerando menses sex & dies viginti quinque (quod est tempus vacationis) dicere opus est, subrogationem Marcelli factam esse hoc anno, vigesimaprimum Nouembris. Sed quod vacationis Marcellini, mensium atque dierum numerus ab alijs diuersus ponitur, & tempus, quo Marcellus sedit, variè notatur; haud quid certum de his affirmari posse videtur. Constat tamen hoc anno Marcellum Romanum ex presbytero creatum esse Pontificem, de quo plura inferius suo loco dicturi sumus.

D Eodem quoque anno, iisdemque Consulibus; Diocletiano nouies, & Maximiano octies, passa Romæ habetur Soteris virgo clarissima. hæc ex scripto codice, licet in excussis S. Pancratij Actis^a vox, Consulibus, desideretur. Est de Sorere eiusmodi præclarum encomium S. Ambrosij in exhortatione ad virgines: At non S. Soteris, vt domesticum piæ parentis proferamus exemplum: habemus enim nos sacerdotes nostram nobilitatem præfectoris & Consulatus præferendam: habemus, inquam, fidei dignitates, quæ perire non norunt. At non (vt non dixi) Soteris vultus sui curam gerebat? quæ cum esset decora facie valdè, & nobilis virgo maiorum prosapia; Consulatus & præfecturas parentum sacra posthabuit fide; & immolare iussa, non acquieuit: quam persecutor immanis palmis cædi præcepit, vt tenera virgo dolori cederet, aut pudori. At illa vbi audiuit hanc vocem, vultum aperuit, soli inuelata atque intacta martyrio: & volens, iniuriæ occurrit, vultum offerens; vt ibi martyrij fieret sacrificium, vbi solet esse tentamentum pudoris. Gaudebat enim, dispendio pulchritudinis, periculum integritatis auferri. Sed illi potuerunt quidem vultum eius vulnerum vibicibus exarare, faciem tamen virtutis eius, & gratiam decoris interni nequaquam exarare potuerunt.] hæc Ambrosius, qui & ad sororem scribens, de eadem hæc ait^b:

Qui enim fieri posset, vt S. Soteris tibi non esset mentis auctor, cui auctor est generis? quæ persecutionis ætate seruilibus quoque contumeliis ad fastigium passionis euecta, etiam vultum ipsum, qui inter cruciatus totius corporis liber esse consuevit iniuriæ, & spectare potius tormenta, quam perpeti, carnifici dedit, tam fortis & patiens, vt cum teneras pœnæ offerret genas, prius carnifex cædendo deficeret, quam martyr iniuriæ cederet: non vultum inflexit, non ora conuertit, non gemitum, non lacrymam dedit: denique cum cetera pœnarum genera vicisset, gladium, quem quærebat, inuenit.] hæc Ambrosius. Memoria autem martyrij eius dicata est quarto Idus Februarij.

Eodem pænè vltimo persecutionis tempore (licet certus annus minus habeatur expressus)

XXI. Euseb. lib. 8. c. 25. in fine. DE PACE OCCIDENTALIS ECCLESIAE.

XXII. CIVILE BELLYM.

XXIII. FAX REDDITA PÆNITENTIA.

XXIV. MARCELLINI MARTYRIUM.

XXV.

DE MARCELLINI SEPULTURA.

XXVI.

REDARQVITVR DE SEDIS VACATIONE MENDACIVM.

XXVII.

MARCELLVS PAPA.

XXVIII.

^a Apud Socr. tom. 4. die 12. ad ag. SOTERIS MARTYRIUM.

^b Ambros. de Virgin. lib. 3.

XXIX. SOTERIS CONSTANTIA LAVDATA.

S. AGNETIS
MARTY-
RIUM.
* Ambros. de
Virgin. lib. 1.

pressus) Agnetis virginis Romæ insignis martyrium, scriptorum propè omnium memo-
ria celebratum, contigit: in cuius natali die S. Ambrosius^a de Virginibus tractationem
tribus libris distinctam conscripsit, eiusque his verbis meminit post alia: Hanc senes,
hanc iuuenes, hanc pueri canant: nemo est laudabilior, quàm qui ab omnibus laudari
potest: quot homines tot præcones, qui martyrem prædicant dum loquuntur.] recens
quippe martyrium in ore omnium versabatur, ac subdit: Hæc duodecim annorum mar-
tyrium fecisse traditur: quò detestabilior crudelitas, quæ nec minuscule pepercit ætati:
immò magna vis fidei, quæ etiam ab illa testimonium inuenit ætate. Fuitne in illo cor-
pusculo vulnere locus? Et quæ non habuit quo ferrum reciperet, habuit quo ferrum
vinceret. At istius ætatis puellæ toruos etiam vultus parentum ferre non possunt, & acu
districta solent puncta flere quasi vulnera. Hæc inter cruentas carnicum impauda ma-
nus, hæc stridentium grauibus immobilis tractibus catenarum, nunc furentis mucroni
militis torum offerre corpus, mori adhuc nescia, sed parata, vel si ad aras inuita rapere-
tur, tendere Christo inter ignes manus, atque in ipsiis sacrilegis focis trophæum Domini
signare victoris, nunc ferratis colla manusque ambas inferere nexibus. Sed nullus tam
tenuia membra poterat nexus includere: nouum martyrij genus, nondum idonea pœ-
næ, & iam matura victoria: certare difficilis, facilis coronari: magisterium virtutis im-
pleuit, quæ præiudicium vehebat ætatis.

XXXI.

Non sic ad thalamum nupta properaret, vt hæc ad supplicij locum læta successu, gra-
du festina virgo processit: non intorto crine caput compta, sed Christo, non flosculis re-
dimita, sed moribus. Flere omnes, ipsa sine fletu. Mirari plerique, quòd tam facile vitæ
suæ prodiga, quam nondum hauserat, iam quasi perfuncta donaret. Stupere vniuersi,
quòd iam diuinitatis testis existeret, quæ adhuc arbitra sui per ætatem esse non posset.
Effecit denique vt ei de Deo crederetur, cui de homine adhuc non crederetur, quia quod
vltra naturam est, de auctore naturæ est. Quanto terrore egit carnifex vt timeretur, quan-
tis blanditiis vt suaderet, quantum vota vt sibi ad nuptias proueniret? At illa: Et hæc
sponsi iniuria est, inquit, expectare placituram: qui me sibi prior elegit, accipiet. Quid
percursor moraris? Pereat corpus, quod amari potest oculis quibus nolo. Stetit, orauit,
ceruicem inflexit. Cerneret trepidare carnicem, quasi ipse addictus fuisset, tremere per-
cursoris dexteram, pallere ora alieno timentis periculo, cum puella non timeret suo. Ha-
betis ergo in vna hostia duplex martyrium, pudoris & religionis: & virgo permanfit, &
martyrium obtinuit.] hucusque Ambrosius.

AGNESCAR-
NIFICEM
PROVOCAT.

XXXII.

Sed eius quoque nomine eiusdem martyrij Acta fusiùs descripta habentur, ab his
tamen nonnihil discrepantia, vt prudens lector intelligit. Pro castitate etiam & fide cer-
tasse, vtrique planè scriptis confirmatur, sed & quæ ex Ambrosio hic sunt recitata, alibi
ab eodem confirmantur his verbis^b: Quid de sancta Agnete, quæ in duarum maxima-
rum rerum posita periculo, castitatis & salutis, castitatem protexit, salutem cum im-
mortalitate commutauit?] Cecinit & Prudentius^c sacro hymno Agnetis agonem, in-
terferitque historiam, quo modo ad prostibulum damnata, diuinitus liberata fuerit. Post
Agnetem autem Emerentiana virgo, adhuc catechumena, Agnetis verò collactanea,
dum oraret ad sepulchrum illius, à Gentilibus inuenta, lapidibus obruta, martyrium
consummauit. Quonam modo verò Constantiæ, Constantini filia, Agnetis martyrium
innotuerit, & qui cum vidissent illud, ei significarint^d, & quid ipsa inde ab ea fuerit con-
secuta, suo loco dicemus.

EMEREN-
TIANA
MARTYR.

d. Ambros. li. 4.
epist. 34. edit.
Rom.

XXXIII.

Quod verò spectat ad res Orientalis Ecclesiæ: Galerius Maximianus, non Maximi-
nus, vt multi perperam: (quod sæpè diximus) nominant; in nummis enim & antiquis
tabulis Galerius Maximianus scribitur: hic, inquam, qui aduersus Christianos semper
se hostem infensissimum gesserat, cum, Diocletiano se abdicante, Augustus est declara-
tus, magis magisque eius crudelitas in eos est demonstrata. Numeratur hic annus perse-
cutionis tertius, ex quo promulgata vltima illa Imperatorum in Christianos edicta fue-
re, quo Eusebius^e hæc accidisse testatur: Maximianus Cæsar, qui suis ipsius viribus ac
manu Imperium occupauerat, perspicua odij & impietatis erga Deum animo suo tam-
quam naturaliter insitæ & innatæ indicia omnibus commonstrans, persecutionem mag-
is generalem, quam superiores Imperatores, contra nos instituit.

e. Euseb. li. 8.
cap. 14. & 15.

XXXIV.

Proinde cum perturbatio & confusio, non exigua illa quidem, omnibus impenderet,
& alij in alia loca essent dispersi, seduloque periculum euitare studerent, & grauis com-
motio

A motio vbique passim peruaderet, quæ orationis & dicendi facultas ad diuinum amorem
& libertatem in fidei in Deum confessione beati martyris Apphiani dignè explicandam
satis idonea reperitur? Qui quidem in festo, quo Gentiles Hecate sacrificare solent,
omnibus Cæsareæ ciuitibus admirabile suæ in Deum solum pietatis exemplar proposuit
contemplandum, neque tamen adhuc vigesimum ætatis suæ annum egit. Qui primùm
Beryti, quò liberalibus humanioris literaturæ disciplinis erudiretur (quippe tuitè paren-
tibus, qui mundi diuitiis affatim circumfluebant, ortus) longo tempore commoratus,
incredibile dictu est, quo pacto in tali tamque vitiosa & corrupta ciuitate, iuuenilium
cupiditatum impetus penitus deuicerit, & neque præ ætatis flore, quo iam corpus viguit,
neque pro familiaritate & necessitudine adolescentulorum, quibus cum vixit, mores
deprauatos combiberit: sed temperantiam amplexatus, modestè, sobriè, & piè secundum
eam religionem, quæ est Christianorum propria, vitam traduxerit, institueritque.

APPHIANI
CERTAMEN

B Quod si patriæ illius mentionem facere oporteat, & illam ob istum generosum pie-
tatis athletam ex ea editum ornare, hoc planè efficiemus, nec immeritò. Si quis igitur
Pagas Lyæ non obscuram sanè ciuitatem norit; inde hic adolescens ortus erat: qui
post reditum à schola, & institutione, qua fuisset apud Berytum educatus, patre illius
iam principatum totius patriæ occupante, vitæ consuetudinem, qua cum patre & alijs
cognatis vtebatur, propterea quòd illi neuiquam animum inducerent vt secundum pie-
tatis instituta vitam degerent, ferre non poterat. Sed tamquam diuino Spiritu correptus,
& naturali quodam, immò cælesti & vero sapientiæ amore inflammatus, altiora animo
complexus, quàm quæ falsa & vmbratilis mundi gloria fert, blandis corporis lenocinijs
repudiatis, clam amicis & familiaribus suis aufugit; & nequaquam sumptuum, qui ipsi
ad vitam necessarij suppetere deberent, vllam curam habens, propter spem & fidem in
Deum, fuit à diuino Spiritu ad urbem Cæsaream tamquam manu deductus; in qua mar-
tyrij corona, quæ est merces pietatis, ei parata fuit.

XXXV.
PATRIA
MARTYRII

C Dum erat nobiscum vnà, ex sacris literis exiguo illo temporis spatio quo vixit tantum
percepit fructus, quantum à quoquam percipi poterat; disciplina ad piè viuendum
aptissima se ipsum exercens, attentissimè viam ad mortem muniuit. Quinetiam qualem
vitæ exitum declararit, quis est qui in eum intuenso non obstupesceret: aut quocumque
que rursus est, qui eius animi fidentiam, liberam mentis celsitatem, constantiam, & maxi-
mè omnium fiduciam & conatum ipsum, in quibus argumenta veræ in Deum pietatis,
& feruentis spiritus, qui planè supra hominem putandus est, perspicuè apparuerunt, non
fama & auditione assecutus, optimo iure admiraretur?

XXXVI.

D Nam cum tertio anno persecutionis nostræ, regnante Maximiano, secundus in nos
cieretur tumultus, & tyranni litteræ tum primùm ad Vrbanum perlatæ essent, vt om-
nes cuiusque generis & ætatis (magistratibus in quaque ciuitate omni cura ac studio in
eam rem incumbentibus) dijs eorum immolarent, & præcones per totam urbem Cæ-
saream viros cum vxoribus & liberis ad idolorum delubra ex edicto Præsidis conuoca-
rent; & Tribuni item quemque ex scripto nominatim appellarent; vnde omnia loca
inexplicabilibus miseriarum fluctibus redundabant: iste, quem dixi, Apphianus (ne-
mine, quid esset factururus ei, conscio) clam nobis, qui in ædibus cum illo eramus, clam
etiam vniuersa Præsidis cohorte, fidenti animo ad Vrbanum iam sacrificantem accedit,
atque audacter & absque formidine eius dextram prehensens, exemplò ab immolan-
do coërcuit, prudenterque admodum & grauitè cum diuina quadam animi confessio-
ne & alacritate, ab errore desistere hortatus est: nam parum restum esse, vt vno & so-
lo vero Deo relicto, idolis & demonibus hostias offerret. Istud planè (vt videretur) ado-
lescentulus aggressus est, diuina vi & potentia ipsum ad hanc rem impellente, & per fa-
cinus ab ipso admissum, pœnè in aures omnium inclamante, tantum abesse vt Christia-
ni, qui hoc nomen verè vsurpant, à pietate in Deum omnium auctorem, qua semel sunt
imbuti, abducantur; vt non modò minas, terrores, & omnia suppliciorum genera, quæ
eosdem sequi solent, strenuè superent, sed deinceps etiam magis fidenter loqui, & lin-
gua ingenua, ac neuiquam metu hæsitante, fidem liberè confiteri, & si fieri posset,
etiam persecutores ipsos & carnicem ab ignoratione & cæcitate auocare; & ad vnum
solum Deum agnoscendum impellere audeant.

XXXVII.

Hac igitur de causa iste, de quo instituitur oratio, confestim (quod verisimile erat
homini in tali facinore deprehensò euenturum) à Præfecti stipatoribus, tamquam agre-
stibus

XXXVIII.

stibus belluis in eum furentibus, dilaniatus, & infinitis plagis toto corpore, quas fortissimè sustinebat, excruciatu, ad tempus in carcerem concluditur: in quo unum diem noctemque utroque pede compedibus ad cruciatum paratis, longè à se mutuo distentis, diuexatus, post die ad Iudicem educitur. Ac simulatque compellebatur ad sacrificandum, restitit, & summam animi tolerantiam ad ærumnas, horrendosque dolores ferendos monstravit; aded ut carnifices latera eius non semel atque iterum, sed sæpius ad ossa usque & intima viscera dilacerare, plagas & verbera in os & ceruicem infligere pergerent; uti vultus eius verberum vibicibus intumescens, ab iis qui illum probè & accuratè antè de facie nouisset, ne agnosci quidem ampliùs posset. Verùm cum ne huic quidem dolorum cumulo vlla ex parte succumberet: tortores ex mandato Præsidis, pedes lino tincto oleo, eoque incenso, obuolentes, afflictarunt: vnde quantos & quàm graves dolores beatus ille hausit, mihi videtur non posse dicendo exprimi. Peruasit enim per carnes illius, easque absumpsit, & in ossium penetravit medullas, usque aded ut totius corporis humor instar ceræ tabefactus liqueceret, distillaretque. Ceterum ne in his quidem cruciatibus demisit animum; sic ut iam aduersarij & carnifices incredibili eius tolerantia, quæ communem hominis naturam longè superauit, ferè defessi essent: vnde rursus in vincula compingitur.

DIRVM CRVCIAMENTI GENVS.

XXXIX. Triduo post ad Iudicem denudè perductus, & eamdem pietatis confessionem liberè exprimens; licet iam deinceps propè mortuus esset, maris tamen fluctibus submergendus traditur. Miraculum autem quod statim post est consecutum, si à nobis commemoretur, verisimile est nullam fidem habiturum, apud eos præsertim, qui eadem oculis minimè ipsi conspexerunt. at licet homines vix fidem illi habituros satis intelligamus; ratio tamen non patitur, quin omnino rem, ut gesta est, scriptis prodamus: quippe cum omnes (verè dixerim) qui Cæsaream incolunt, eiusdem testes habere videamur: nulla enim ætas Cæsariensium ab isto admirabili spectaculo absuit. Simulatque igitur sanctissimum illum & beatissimum Christi martyrem medio mari (ut illis videbatur) in profundissimos vortices coniecerant, ex improviso tanta procella, non vstata illa quidem, tanta etiam turbatio non per mare solum, sed per vniuersam continentem se diffundebat, ut cum terra, tum tota ciuitas eius impetu & violentia concuteretur, atque vna cum isto mirando & repentino terræmotu ipsum mare martyris cadauer, utpote tam sacrum pondus sustinere non valens, ante portas ciuitatis eieceret. Huiusmodi igitur sunt res gestæ sancti Apphiani, qui die parasceues, hoc est, secundo die mensis Xanthici, id est, ad quartum Nonas Aprilis, martyrio occubuit.

INGENS MIRA CVLVM.

XL. Eodem tempore, iisdemque ferè diebus, in ciuitate Tyriorum adolescens, nomine Vlpianus, post acerbissimas plagas & verbera grauissima, in pellem bubulam iam nuper extractam inclusus, præceps ad mare deiicitur: quapropter videtur mihi meritò post res Apphiani in martyrio gestas in sermone nostro recentendus. Non longo tempore post Aedesius non solum Apphiani secundum Deum, sed etiam secundum sanguinis coniunctionem ex patre germanus frater, germana ferè & similia cum illo tormenta perpeffus, post infinitas fidei confessiones, post diurnas vinculorum afflictationes, post latam à Præside sententiam, qua ad metalla in Palæstina erat damnatus: post vitæ rationem, quam pallio vestitus, more philosophi (etenim plus politioris eruditionis, plusque cognitionis in philosophia fuerat quàm frater adeptus) sanctissimè traduxerat: tandem cum Iudicem in vrbe Alexandria sententiam de Christianis pronuntiantem videret, & plus æquo in eos furentem (quippe viros interdum graues & modestos variis ignominie notis affecit interdum; & mulieres summæ continentie, & virgines quæ sua sponte Dei cultui se consecrauerant, ad turpem ipsarum contumeliam lenonibus tradidit) idem cum fratre aggressus est. Et quoniam illa facinora intoleranda videbantur, fidenti & erecta animi magnitudine accedens ad Iudicem, turpitudinis & ignominie, quam cum verbis, tum rebus ipsis præstitisset, eum coram coarguit: vnde variis tormentorum cruciatibus diuexatus (quæ quidem constanter & sedatè admodum pertulit) ad extremum fuit in mare proiectus, & eundem cum fratre exitum consecutus. Sed de Aedesio hætenus. Atque ista (ut dixi non longo tempore post hoc modo gesta fuerunt.) hucusque Eusebius de rebus gestis hoc anno tertio persecutionis. Sed his iungamus quæ de martyribus hoc item anno passis fidelissima Acta testantur.

VEPIANI MARTYRIVM.

XLI. Hoc inquam anno, iisdemque Consulibus, Diocletiano nouies, & Maximiano octies, con-

A consignata habentur Acta Proconsularia sanctarum martyrum Agapes, Chionie, & Irenes, quæ Thessalonice passæ sunt, pura quidem atque sincera, prout à Notario publicè excepta fuere; ac proinde digna quæ ad verbum Annalibus intexantur. Ommissa igitur apposita præfatione, ab ipsis Actis rem gestam aggrediamur. est huiusmodi:

AGAPIS ET SOCIARVM CERTAMEN.

Apud Metu porast. die 2. Aprilis. al. Artemisius

Cum præfideret Dulcetius, Artemius scriba dixit: Cognitionem de his qui præsentibus sunt, à Stationario missam, si iubes, legam. Iubeo, inquit Dulcetius Præses, te legere. Tunc ait scriba: Ordine tibi, domino meo, omnia quæ scripta sunt, recitabo: Cassander Beneficiarius hæc scripsit: Scito, mi domine, Agathonem, Agapen, Chioniam, Irenen, Casiam, Philippam, & Eutychie nolle his vesci quæ sunt diis immolata. Eas igitur ad tuam amplitudinem adducendas esse curavi. Tunc Dulcetius Præses illis dixit: Quæ est ista vestra tanta infania, ut nolitis religiosissimis nostrorum Imperatorum & Cæsarum iussis obedire? Agathon autem: Quare, inquit, tu ad sacra proficiscens, quemadmodum consueuerunt qui diis consecrati sunt, non his sacris vsus es? Respondit Agatho: Quoniam Christianus ego sum. Tum Dulcetius: Num tu etiam hodierno die in eo proposito permanes? Maximè, inquit Agatho.

At ille: Tu verò Agape quid ais? Respondit: Ego Deo viuenti credo, neque volo re- XLII. ctè factorum conscientiam meam perdere. Tunc Præses: Tu autem quid ad hæc dicis, Chionia? Ait illa: Cum Deo viuio credam, ob id nolui facere quod dicis. Ad Irenen verò conuersus Præses ait: Quidnam tu ad hæc? Cur non piissimo Imperatorum & Cæsarum iussu obtemperauisti? Inquit Irene: Diuini timoris causa. Dein Præses: Tu verò Casia quid ais? Inquit Casia: Animam meam seruare volo. Præses autem: Numquid sacrorum vis esse particeps? Minimè, inquit illa. Tunc Præses. Tu verò Philippa quid dicis? Respondit illa: Idem & ego dico. Quidnam, inquit Præses, hoc idem est quod dicis? Illi autem Philippa: Mori malo, quàm vestris sacrificiis vesci. Tunc Præses: Sed tu Eutychia quid ais? Idem, inquit illa, & ego dico: Malo & ipsa mori, quàm facere quod iubes. Ait illi Præses: Num virum habes? Mortuus, inquit Eutychia, ille est. Præses verò: Quàm pridem mortuus est? Inquit Eutychia: Ante menses ferè septem. Tunc ille: Et videnam igitur grauida facta es? Inquit Eutychia: Ex eo viro quem dedit mihi Deus. Præses autem: Hortor te, Eutychia, ut ab ista infania discedere velis, & ad humanas cogitationes redeas. Quid ais? Vis ne regali edicto parere? Inquit Eutychia: Minimè parere volo: sum enim Christiana, Dei omnipotentis serua. Tum ille: Quoniam Eutychia grauida est, interea seruetur in carcere.

XLII. QVÆSTIO DE MARTYRIVS.

Sic quidem interlocutus est Præses, quod cum Ægyptiorum, tum Græcorum, nec- XLIII. non Romanorum legibus vetitum erat de prægnantibus feminis supplicium sumi, quod testatur Plutarchus: sed nec de eis haberi quæstionem in vsu fuisse, Vlpianus affirmat. Sed rursus Acta:

XLIII. DE PRÆGNANTIBVS LEGES.

Plutarch. de his qui sero à numine puniuntur. c. l. prægnantis ff. de pœnia.

Dulcetius verò addidit: Tu verò Agape quid ais? Vis ne omnia illa facere, quæ nos diuinis Imperatoribus & Cæsaribus nostris deuoti facimus? Agape inquit: Minimè decet me satanæ deuotam esse: his verbis mens mea non abducitur, inexpugnabilis enim illa est. Tum Præses ait: Et tu Chionia quid ad hæc dicis? Inquit Chionia: Mentem nostram nemo potest peruertere. Ait Præses: Numquid aliqua apud vos sunt impiorum Christianorum commentaria, vel membranæ aliquæ, vel libri? Respondit Chionia: Nulli, o Præses, nobis sunt: omnia enim illa Imperatores, qui nunc sunt, à nobis abstulerunt. Præses dixit: Quisnam hanc mentem vobis dedit? Chionia dixit: Omnipotens Deus. Dixit autem Præses: Quisnam sunt qui vobis auctores fuerunt, ut ad istam stultitiam veniretis? Deus, inquit Chionia, omnipotens & vnigenitus eius Filius Dominus noster Iesus Christus.

Dulcetius ait: Manifestum illud est, quod omnes nos deuotioni nostrorum potentium Imperatorum ac Cæsarum subiectos esse oportet. Quoniam verò post tam multum tempus, post tot admonitiones, totque edicta proposita, & tales minas iniectas, vos temeritate quadam & audacia elata, ipsorum Imperatorum ac Cæsarum iussa contempistis, in Christianorum impio nomine permanentes, cumque ad hodiernum diem iussæ à Stationariis ac primis militibus negationem Christi scriptam profiteri, facere id recusetis, propterea pœnas vobis dignas accipite. Id cum dixisset, sententiã scriptam legit: Agapen & Chioniam, quoniam iniquis mentibus & contrariis sententiis elata contra diuinum edictum dominorum Augustorum ac Cæsarum fecerunt, & nunc etiam temerariam, XLIV. yanam,

XLIV.

SENTENTIA IN MARTYRIVS.

vanam, ac piis omnibus execrabilem Christianorum religionem colunt, igni tradendas iubeo. Hisque dictis, subiunxit: Agatho autem, Casia, Philippa, & Irene, quoad mihi placuerit, seruentur in carcere.

XLV.
DE IRENE
QUESTIO.

Postquam vero sanctissimæ mulieres igni consummatæ sunt; cum rursus S. Irene ad Præsidem ducta fuisset, Dulcetius sic illam affatus est: Tuæ infantiæ propositum ex iis quæ facis manifestè apparet, quæ tot membranas, libros, tabellas, codicillos & paginas scripturarum, quæ sunt impiorum Christianorum, qui vniquam fuerunt, ad hodiernum vsque diem seruare voluisti: quæ cum prolata essent, ea cognouisti, quamuis quotidie negaueris vos eiusmodi scripta possidere, non contenta neque sororum tuarum pœna, neque mortis metum præ oculis habens: quamobrem tibi pœnam afferri necesse est. Sed alienum tamen non videtur etiam nunc benignitatis partem aliquam tibi condonari, ut, si volueris nunc saltem deos agnoscere, impunis & ab omni supplicio periculoque libera esse possis. Quid igitur dicis? Facies ne quod Imperatores nostri & Cæsares iusserunt? Num parata es sacrificiis vesci, & diis immolare?

XLVI.
DE SCRIPTIS
SACRIS
QUESTIO.

Respondit Irene: Minimè, minimè per Deum illum omnipotentem, qui creauit cælum, terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Summa enim illius ignis sempiterni pœna proposita est his qui Iesum Dei Verbum negauerunt. Dulcetius ait: Quisnam tibi auctor fuit, ut membranas istas atque scripturas in hodiernum vsque diem custodires? Irene inquit: Deus omnipotens, qui iussit nos ad mortem vsque ipsum diligere: qua de causa non ausæ sumus eum prodere; sed malimus aut viuentes comburi, aut quæcumque alia nobis acciderint, perpeti, quam talia scripta prodere. Ait Dulcetius Præses: Quisnam conscius erat hæc in domo illa esse, in qua habitabas? Respondit Irene: Hæc vidit Deus ipse omnipotens, qui omnia scit; præterea nemo: nostros enim homines inimicis peiores duximus, ne fortè nos deferrent: itaque nulli hæc ostendimus. inquit Præses: Superiore anno, cum edictum illud tale, ac pium iussum dominorum Imperatorum ac Cæsarium primò fuit diulgatum, vbinam vos latuistis? Respondit Irene: Illic vbi Deus voluit: in montibus, scit Deus, sub dio fuimus. Præses dixit: Apud quem vixistis? Respondit Irene: Sub dio, aliàs in aliis montibus versantes. Dixit Præses: Quisnam erant, qui vobis panem suppeditabant? Irene inquit: Deus, qui omnibus escam suppeditat.

XLVII.

Ait Præses: Erat ne pater vester harum rerum conscius? Respondit Irene: Minimè per Deum omnipotentem conscius erat ille, qui nenouit quidem hæc omnino. Præses ait: Quis igitur vestrorum vicinorum id nouerat? Inquit Irene: Vicinos interroga, & loca inquire, vel eos qui norunt, vbi nos eramus. Præses dixit: Postquam è monte reuersæ fuistis, ut tu dicis, legebatis ne scripta ista præsentè aliquo? Inquit Irene: Domi nostræ erant, neque audebamus illa efferre: quamobrem magnopere angebamur, quòd non poteramus nocte & die illis operam dare, sicut à principio consueuimus vsque ad annum superiorem, quo & illa occultauius. Dulcetius Præses dixit: Sorores quidem tuæ pœnas nostro iussu decretas exsoluerunt: te verò etiam antequam au fugisses, propterea quòd scripta & membranas istas occultaueas, mortis pœna tibi decreta fuerat; non tamen eodem modo iubeo è vita sic repente discedere; verùm per satellites ipsos & Zosimum publicum carnificem in lupanaria nudam statui præcipio, è Palatio panem vnum singulis diebus fumentem, satellitibus ipsi non permittentibus te illinc discedere.

XLVIII.

Cum igitur satellites & Zosimus publicus minister præsidè essent; inquit Præses: Vobis notum sit, quòd si mihi significatum fuerit, vel horæ alicuius momento istam ex eo loco motam fuisse, in quo eam esse iussimus; tunc vos supremæ pœnæ subiecti eritis: scripta verò ipsa à scriniis & arculis Irenes proferantur.] hucusque huius diei cognitionis Acta. quæ sequuntur, auctoris sunt: Cum igitur, quemadmodum à Præsidente iussi fuerant, eam illi ad publicum lupanar duxissent; & propter Spiritus sancti gratiam, quæ ipsam protegebat, & vniuersorum Domino Deo puram atque intactam seruabat, nec vnus quidem ad eam accedere, vel turpe aliquid in eam facere, aut dicere ausus fuisset: sanctissimam illam feminam Dulcetius Præses reuocauit, & ante tribunal sisti iussam sic affatus est.] hic incipiunt Acta nouissimæ diei cognitionis: Numquid in eadem adhuc temeritate persistis? Minimè (inquit Irene) temeritas, sed Dei est pietas, in qua persisto. Respondit Dulcetius Præses: Et ex priore tuo responso manifestè ostendisti,

IRENE IN
LUPANARI
ILLÆ SERVATA.

A disti, te Imperatorum iussui nolle æquo animo parere, & nunc quoque in eadem arrogantia persistentem te video: quare dignas pœnas perfolues. Cumque chartam perijsser, sententiam hanc contra ipsam scripsit: Quoniam Irene Imperatorum iussui parere, diisque immolare noluit, quinimmò nunc quoque in Christianorum ordine ac religione perseuerat: hac de causa, ut antea duas eius sorores, ita & ipsam viuentem nunc comburi iubeo.

SENTENTIA
IN IRENE.

Hæc sententia cum à Præsidente lata fuisset, milites Irenem comprehensam in quemdam sublimem locum duxerunt, vbi eius sorores antea martyrium passæ fuerant: cumque magnum rogam accendissent, iusserunt ipsam in eum conscendere. Itaque sancta Irene psalmos canens, & Dei gloriam celebrans, in rogam se iniecit, atque ira consummata est in Consulatu Diocletiani nono, Maximiani autem Augusti octauo, Kalendis

XLIX.

B Aprilis.] hæc ibi. Ex quibus patet, has passas esse hoc anno, antè tamen quam Diocletianus & Maximianus se Imperio abdicassent. Extant Irenes, Agapes, & Chionis virginum sororum Acta quædam intexta in Passione sanctæ Anastasiæ, ab his nonnihil diuersa; sed quòd hæc germana sint, prudens lector facile iudicabit. Agathonis autem, & aliarum mulierum, quas Præfectus post primam cognitionem carceri mancipauit, & Futechiæ prægnantis, cuius quæstio ad tempus, nempe post partum, dilata est; prorsus exciderunt, nullaque posteris est eorum memoria.

Passi insuper reperiuntur Thessalonica, hac eadem persecutione vrgente, complures alij martyres: sed cum incertum sit, quo potissimum anno, hic eorum meminisse sit erit, nempe Agathopodis diaconi, & Theoduli lectoris, qui iisdem imperantibus, sub Faustino Præsidente ob Christi nomen multa perpassi, demum ad collum saxo alligato, in mare demersi sunt. Extant eorum martyrij Acta, dieisque natalis adscriptus tabulis Ecclesiasticis: pariterque Alexandri martyris, qui in eadem ciuitate pro Christi fide agone suscepto, vitæ dispendio, martyr insignis effectus est. Dominus etiam, quòd ad imperium Principis immolare recusasset, iussus est à Præsidente curibus confringi, ac præcidi pedibus: qui septem diebus sic in doloribus fortiter perseuerans, in tormentis reddidit Deo spiritum.

L.
ALII MAR.
TYRESTHES
SALONICENSIS.

Sed præ ceteris Thessalonica passis, Demetrius, qui ex Proconsule effectus est martyr, ore omnium Orientalium immensis laudibus celebratur. Agebat hic Proconsulem in prouincia; qui detectus Christianam religionem colere, ira Maximiani, lanceis transfodi iussus est: quem & Nestor athleta ad coronam præcessit. Porro horum omnium, tam Græcorum, quam Latinorum tabulis, memoria florentissima est; deque iisdem in nostris Notis pluribus egimus. Confecto autem bello Sarmatico à Maximiano, Demetrium passum esse, eius martyrij Acta declarant. In eadem quoque ciuitate pariter coronantur Irenæus, Peregrinus, & Irene: qui ob fidei confessionem flammis absumpti sunt. Aliam hanc esse Irenem ab illa de qua superius facta est mentio, diuersus dies natalis, & differentia nominum collegarum, aperte declarant.

L I.
DEMETRIUS
EX PROCON-
SULE MAR-
TYR.

Ceterum omnes dinumerare martyres, qui his temporibus sub Galerio Maximiano in Oriente sunt passi, excedit planè humanarum virium facultatem: tantum enim abest, ut cessatione Diocletiani ab Imperio ibi quicuerit persecutio, ut magis magisque incrementis maioribus recruduerit; adeò ut quamplurimi desperatione rerum presentium, qui hæcenus ciuitatum latebras esse tutas experti fuissent, iam earum diffidentia siluas petierint, & montana loca conscenderint, ferarum latibula quæritantes, in quibus solum à persecutorum rabie sperabant posse esse securos. Id quidem inter alios complures, proanos quoque S. Basilij Episcopi Cæsariensis egisse, testatur S. Gregorius Nazianzenus. Qui cum ait, Maximiani vrgente persecutione, eos fugam arripuisse, & in siluis ad septennium, quousque persecutio perdurauit, delituisse; planè id hoc anno factum esse demonstrat, post quem totidem anni numerantur vsque ad decimum, qui vltimus recensetur septennij, quo iisdem egerunt in montibus.

L II.
RECAV-
DIT PER-
SECUTIO.

Quòd autem Maximianus pro Maximiano apud eum scriptus habeatur (quod, ut diximus, etiam apud Eusebium reperitur) scriptoris id quidem vitio accidisse putamus: sed error quidem venia dignus; cum libentiùs acceptum est nomen Maximini, quam Maximiani, quòd alter eius nominis Imperator tunc viueret Maximianus dictus Hercules. Quò igitur duo Maximiani ab inuicem distincti essent, hunc potius Maximinum dicere voluerunt: qui quidem error tam apud Græcos, quam etiam Latinos innotuit, antiqua-

L III.
MAXIMIA-
NORVM ET
GALERIO-
RVN NOMI-
NVN DIS-
CRIMINA-
TIO.

rum inscriptionum rectè corrigitur monumentis, quæ ab alijs descriptæ sunt plures numero: quibus & declaratur, planè diuersos esse Galerium Maximianum, & Galerium Maximinum: priorem namque Galerium, de quo est sermo, vnà cum Constantio post Diocletianum imperasse; posteriorem ab eodem priori Galerio creatum Cæsarem, eidem in Imperium successisse. Quamobrem sicut duo Galerij ab inuicem distincti sunt, & suo quisque dicendus est nomine, nempe hic Maximianus, ille autem Maximinus: ita etiam, vt discriminentur inter se ipsos duo Maximiani, prior suo cognomenro Herculus, posterior Galerius nominandus est. Hæc, ne confusione nominum res gestæ patiter implicentur, dixisse oportuit.

LIV. Sed audiamus Gregorium de hac persecutione & fuga Christianorum in primis his verbis agentem: Persecutio erat, & quidem atrocissima & formidolosissima (ijs loquor quibus ea persecutio nota est) quam Maximianus excitauit; qui complures haud ita pridem obortas excipiens, crudelitate sua perfecit, vt omnes quæ cessarant, leues & humanitatis plenæ fuisse viderentur, incredibili quadam audacia furens, modisquæ omnibus impietatis palmam ferre contendens. Hunc athletarum nostrorum plerique superarunt, alij ad mortem vsque, alij panem vsque ad mortem dimicantes; hæcenus videlicet relictæ, vt victoriæ suæ essent superstitæ, nec in ipso certamine animam efflarent; sed alijs virtutis agonistæ, viui martyres, animatæ columnæ, tacitiquæ præcones relinquerentur. horum numerum auxerunt paterni illius (*Basilij videlicet*) proauj; quibus per omnia pietatis genera grassatis eximiam tempestas illa coronidem inuexit. Nam cum illi animo ita constituti & comparati essent, vt ea omnia facillè perpessuri essent, ob quæ Christus eos, qui certamen ipsius nostra causa susceptum imitantur, corona donat: quoniam tamen certamen eorum legitimum esse oportebat; lex autem martyris hæc est, vt nec nosmetipsos in periculum conijciamus, & vt persecutoribus & infirmioribus athleticis consulatur; nec in discrimen adducti certamen detrectemus (illud quippe temerarij ac præcipitis est animi, hoc timidi & ignaui) in hoc quoque sibi Legislatori parendum statuunt: ac quid consilij ceperint, vel potius quonam à diuina prouidentia omnia eorum consilia gubernante ducti sint, quæso audite.

L V. Ad quandam Ponticorum montium siluam (illic enim permultæ sunt & densæ valdè & aptæ ac spatiosæ) cum paucis admodum tam fugæ comitibus, quam cibi ministris, confugiunt. Atque hic quidem alij temporis diurnitatem ad mirentur (siquidem in annum panem septimum eoquæ amplius protractum illis exilium fuisse narrant) viuendi rationem corporibus generosis angustam & insolentem, vt verisimile est, quodque item sub dio agentes, algoribus, caloribus, pluuijs diuexati fuerint; postremò quod in molesta huiusmodi solitudine hominum societate & commercio caruerint: quæ res quam calamitosa & acerba ijs fuisse putanda est, qui frequenti satellitio cingi atque ornari solebant? Ego autem, quod maius est, maiorique admiratione dignum, exponam. Nec mihi quicquam fidem abrogabit, nisi qui rem leuem, nec magnopere laudandam existimauerit, pro Christi nomine persecutiones & pericula subire, perniciosè vtique periculosissimeque iudicans. Suauiores quasdam epulas egregij viri expetebant, vt qui temporis longinquitate fracti ac debilitati essent, ac necessariorum ciborum fastidium contraxissent. Nec idcirco Israëlitarum sermonibus utebantur (non enim queruli & murmuratores erant, vt *Exod. 16.* illi, cum Ægyptum fuga reliquissent^a, fameque in deserto premerentur) nimirum solitudine meliorem, sibi que magis exoptandam Ægyptum esse, vt pote carnum ollas, ceteraque omnia quæ illic reliquerant, affatim copioseque subministrantem (neque enim iam, qua veçordia erant, grauis ipsis lateritius labor & argilla videbatur) verum alia, quæ sanctitatem maiorem, fidemque præfererebant, proloquebantur.

LVI. Quid enim, dicebant, fieri hoc nequit, vt Deus ille miraculorum, qui peregrinum populum & profugum ita copiose in deserto aluit^b, vt ei panem plueret, & aues effunderet, non solum necessarijs, sed delicatioribus cibis eum nuttiens, qui mare scidit, Solis cursum retardauit, annem repressit: aliaque deinde subiungentes quæcumque ab eo gesta fuerant (solet enim in eiusmodi rebus animus veteres historias peruolutare, Dei que gloriam ex multis miraculis efferre) idem etiam, inferebant, nos pietatis athletas hodierno die lautioribus opsonijs pascat? Tot feræ diuini mensis, quales quondam nobis erant, fuga elapsæ in his montibus latitant; tot esculentæ aues supra nos, qui eas expetimus, superuolant; quorum quid omnino est, quod, te vel solum annuente, non facillè capi possit?

Hæc

A Hæc eorum verba erant: ac præda verborum eorum erat obsonium spontè oblatum, conuiuium nullo labore instructum: cerui è tumulis repente apparentes, quia magnitudine? quàm pingues? quàm ad necem prompti & parati? propemodum eos conijceres, quod non citius vocati essent, molestè ferre. Isti capitum nutu trahebant, hi sequebantur. Quo insectante & cogente? nemine. Quibus equis? quibus canibus? quo latratu & clamore venatico? quibus iuuenibus viarum exitus occupantibus, vt venationis leges postulant? Orationis tantum, iustæque petitionis vinculo restricti. Quis vel nostra, vel omnium qui vnquam fuerunt memoria, talem venationem capturamque cognouit? O rem admirandam! ipsi prædæ suæ promicondi erant: quantum voluntas ferebat, detentum est; quod supererat, ad siluam in secundam mensam relegatum est: coqui simplices & extemporales, cœna composita & moderata; conuiuæ grati, beneficijque memores, mirandum illud facinus iam quasi præludium habentes rerum in spe positarum. Ex quo etiam ad eam dimicationem, quæ hæc illis afferebat, alacriores redditi sunt.]

B Hæc à Gregorio scripta verbis ipsius ad syllabam vsque hic voluimus recitasse, ad insinuandam Dei prouidentiam erga fideles suos, qui Euangelij causa extorres facti essent; vt hoc vno exemplo quid erga ceteros profugos factum sit (quod scripta desint) existimatione quis assequi possit. Parentes autem Basilij, persecutione cessante, Cæsaream in Cappadocia concessere, qui olim Neocæsareæ in Ponto habitauerunt: vbi S. Marcina, eiusdem Basilij auia, doctrina S. Gregorij Thaumaturgi Neocæsareæ Episcopi fuit insigniter ab eius Ecclesiæ viris ad pietatem excolta, vt suis epistolis idem Basilij sæpè testatur. Porro de fuga Christianorum in montes, seuisque cruciamentis martyrum quid ipse quoque Basilij dicat, paulò inferius enarrabimus.

C Eorum verò qui in eadem Pontica regione pro Christi nomine sunt martyrium assecuti, præ cunctis celebratus à maioribus habetur Theodorus, quem Gregorius Nyssenus pro concione laudauit. Hic enim diuino quodam impulsu promptuarium idololatricæ, templum scilicet Matris deorum Amalææ cum inflammasset; dirissimè tortus, demum viuus incendio concrematur. Quàm celebris illustrisque eius memoria tum in Oriente tum etiam in Occidente fuerit, Notatione addita ad Romanum Martyrologium, suo loco monstrauius: In eadem quoque provincia, Comana, eodem itidem tempore sub Maximiano Imperatore passus est Basiliscus martyr, qui (vt habent tum Græcorum tum Latinorum tabulæ) sub Agrippa Præside dirum illud nuper inuentum exquisitum cruciamenti genus expertus est, vt ferreas crepidas ignitis clauis prominentibus calcaretur: hocque & alijs fatigatus tormentis, capite tandem truncatus est, eiusque corpus in flumen proiectum.

D Sed de martyribus Ponticis, quàm immania & hæcenus inaudita cruciamenta perpessi sint; Eusebius^a, generatim tantum res Ponticæ Ecclesiæ persecutus, hæc ait: Sed cruciamenta, quæ martyres in Ponto tolerabant, auditu videntur horrenda. Quidam enim digitos manuum ab extremis vnguibus acutis arundinibus transfixos habuere: aliorum terga plumbo igni liquefacto, eiusque materia iam ebulliente efferuescenteque perfusa, & corporis partes quas natura maximè ad corporis necessitatem fabricata est, flammis adustæ; nonnulli membris pudendis, ac visceribus cruciatus turpes, intolerandos, & eiusmodi quos exprimere formidat oratio, subierunt: quas quidem generosi illi & æqui scilicet Iudices, quod suam solertem indolem & ingeniorum acumen ostenderent, & perinde ac si singulare quoddam sapientiæ specimen in ea re eluxisse attentius excogitarunt; atque in nouis suppliciorum generibus inueniendis, non aliter atque in certamine, præmia assequi laborabant, seque inter ipsos superare obnixè contendebant.] hucusque Eusebius de Ponticis rebus.

E At non leuiora his fuere, quæ in proxima illi provincia contigerunt, in Cappadocia, inquam. Ea enim S. Basilij^b, totius illius regionis metropolis Ecclesiæ Cæsariensis Episcopus, descripsit oratione illa, qua de Gordio Centurione martyre egit: eiusdemque persecutionis faciem egregiè expressam his verbis sic repræsentat, cum de Galerio Maximiano agit, qui solus regnans in Oriente post Diocletianum, Dei Ecclesiam vehementissimè exagitabat: Ea sanè tempestate (inquit) cum tyrannus impius, qui tunc imperabat, in Christianum nomen virus suæ feritatis effunderet, manumque Deo inimicam aduersus Ecclesiam exerceret; tota vrbe (*nempe Cæsareæ*) præconis tuba sonabat, toto

Annal. Eccl. Tom. 2.

V u u 2

foro

LVII.
EXHIBENT
SE AD CI-
VVM FERAE
BESTIAE.

LVIII.

DE S. MA-
CRINA.LIX.
MARTYRES
PONTICI.LX.
^a Euseb. li. 8.
cap. 24.
HORRENDA
CRUCIA-
MENTA.LXI.
^b Basil. orat.
in Gordium
martyr.
QVIB IN
CAPPADO-
CIA.

foro & per compita tyrannicum promulgabatur edictum: Ne quis Christum adoraret: A
qui verò contraria iussa faceret, morte plecteretur.

LXII.
PERSECUTIONIS
DESCRIPTIO.

Idola proponerentur adoranda omnibus, lapideaque & lignea hominum simulacra pro vero numine colenda: & si qui recusarent, extrema intentabantur. Confundebatur tota ciuitas, quæ rei nouitate attonita, tota tumultuabatur. Christianorum domus singulæ vastabantur, innocentium facultates diripiebantur, fidelium & ingenuorum corpora carnificum manibus discerpebantur: matresfamilias per vicos trahebantur: nulla iuuenum commiseratio, nulla senum reuerentia, erat: infantes noxijs & maleficis digna patiebantur: complebantur supra modum carceres: domus insignes & opulentæ euacuabantur: pleni saltus, plena perfugis loca deserta, ob vnum tantum crimen, quod Christum colerent. Prodebat patrem filius: pater filium accusabat: frater aduersus fratrem insaniebat: seruus domino insultabat: adeo diabolicis artibus hominum animi affectu tenebantur, vt velut in tenebris agentes, sese minimè cognoscerent. Præter hæc autem domus orationis profanorum manibus vastabantur: aræ sanctissimæ euertebantur, nec erat oblatio vlla, nec thymiana: diuinæ rei nullus iam locus erat amplius relictus: cuncta incertor ingens, velut diffusa caligo, occupabat: sacerdotum collegia fugabantur: sacer omnis conuenus cladem insolitam expauescebat: dæmones verò tripudiabant, & nidore ac sanguine victimarum infecta cuncta reddebant.] hucusque Basilii de clade Cæsariensi, tempore huiusmodi persecutionis, dum Gordij ciuis Cæsariensis Centurionis agonem pro Christo susceptum, pro concione commendat. de quo hæc mox subdit:

LXIII.
GORDIJ
MARTYRIUM,
INSIGNE.

Hic (inquit) abiecto militiæ baltheo, sponte sibi exilium delegit. Itaque relictis honoribus, relictis omnis generis facultatibus, seruis, propinquis, amicis, voluptatibus, & rebus alijs, quas ceteri appetere ac magno studio parare solent; ad vasta, deserta, & hominibus inuia loca contendit, longè melius secum agi putans, si in ferarum recessibus, quàm inter idola vana cum hominibus habitaret.] Quo modo autem ad coronam descenderit, veneritque in confertum omnibus Gentibus theatrum, cum in honorem Martis equestria certamina agerentur; subdit post multa, sic dicens: Tunc magnanimus & fortis heros per mortis clium in theatrum properans, non populum horrui, non, quod hostilibus se manibus traderet, pensitauit: sed corde intrepido & animo excelso, quasi quædam continua faxa, aut arbores multas, eos qui circa stadium sedebant prætercurrerens, in medio constitit stadio, complens dictum illud: Iustus vt leo confidenter agit. Quid plura? adeo intrepido excelsoque animo fuit, vt, cum in eminentiori parte theatri staret, ingenti voce (quam qui audierunt, extant adhuc aliqui) exclamarit, & clarè illud Apostoli ad Romanos dixerit: Inuentus sum à non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant. Quibus sanè verbis se in eum venisse locum significauit minimè coactum, sed vltro se ad certamen exhibuisse.] Quo modo autem nec multiplici tormentorum genere vexatus cessit, nec blanditijs inflexus est, sed his omnibus superatis, signans se more Christiano Crucis signo, iugulum subiecit gladio; idem auctor ea persecutus est oratione, digna planè Basilio, dignaque tanto martyre. Huius natalis dies tertio Nonas Ianuarij non à Græcis tantum, sed à Latinis etiam anniuersaria memoria celebratur.

LXIV.
BARLAHAM
MARTYRIUM.

c Basil. orat.
in Barlaham.

Celebri quoque laudum præconio idem Basilius persecutus est nobile martyrium ignobilis licet genere viri, nempe rustici hominis ac planè agrestis Barlaham, sed martyrij gloria illustrissimi ac planè clarissimi: de quo egregium illud facinus, quo insuperabilis Christianorum constantiæ admirabile specimen edidit, inter alia insignia viri facta describit his verbis: Dexteram habuit igne firmiorem, cuius illi machina postremò ab hostibus applicabatur. Aræ namque pro more dæmoniacci libaminis igne imposito, martyrem adductum sistentes, focoque incenso, dexteram supinam impendere iubentes, manum quasi æreo altari abutebantur, thure illi ardenti malitiosè imposito: sperabant enim ignis vi expugnatam manum, necessariò ac velociter incensum thus in aram excussuram. papæ; quàm multijuga sunt impiorum præstigia! Quoniam (inquiunt) innumeris vulneribus contentioli pugilis mentem non fleximus, vel manum illius flamma incendamus; quoniam varijs machinis animum illius haudquaquam permouimus, dexteram igni admotam permoueamus.

LXV.

At ne hac quidem spe miser potiti sunt. nam flamma manum quidem exedit: perdurauit

A durauit illa cineris instar flammam ferens, tergum scruenti igni non dedit, quemadmodum fugitiui & imbelles solent; sed immota perstitit, strenuè contra flammam dimicans, & propheticas martyris voces proferendas administrans, vt diceret: Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Ignis cum manu conflagabat; sed ignis vincebatur. Luctabantur inter se flamma, ac dextera martyris: sed dexteræ noua quædam certaminis victoria concedebat, dum flamma quidem per mediam manum exigebatur, ipsa verò manus adhuc ad luctam porrecta erat. O manum igne contentiosorem! ô manum ab igne flecti nesciam! & ô ignem à manu vinci edoctum! Ferrum videtur ignis tyrannide emolliri, æs cedit ignis potentiæ, solet illo lapidum quoque vinci durities: nunc verò martyris dexteram extensam ignis ille comburens non flexit, cuius vigor omnia domat. Meritò sanè martyr iste ad Dominum huius gratia clamaret: Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.]

MIRA
CONSTANTIA
MARTYRIS
a Fal. 17.

b P. Fal. 72.

Hæc & alia plura afferit in facti egregij commendationem Basilius: adeo vt Mutij Romani omnium pænè scriptorum chartis commendatum exemplum iam videatur huius comparatione vilescere, ac veluti Solis fulgore, quæ lucebat in nocte lucerna, propemodum obscurari. Etenim ad tale facinus illum error impulit; prodigereque dexteram, crimen maiestatis, etiam caput exigens, persuasit: martyrem verò Christi veritas cultusque pietatis reddidit fortiorem. Qui exco iam tormentis toto corpore, immobilis manens, virtute constantiæ se ipso fortiorem in dexteræ adustione monstrauit, vt ne leui quidem motu potuerit vrgeri vel flecti. At non vno tantum Barlaham Christiana religio gloriatur; sed alios propè innumeros huic similes atque præstantiores habuit, ijs alijsque temporibus, eiusmodi atque maiorum facinorum patratores. Non enim in vno Barlaham, sed alijs quamplurimis sæua tyrannis, quò specie tenus viderentur Christiani aræ incensa cum thure admouisse manum, eiusmodi est experta noua crudelitatis arte scruentiam, vt ex ijs, quæ inferius suo loco dicturi sumus, perfacile apparebit.

LXVI.

VIRTUS
CHRISTIANA
NORVM
EMINENS.

Tunc etiam eadem ciuitas Cæsariensis insigniter illustrata est corona Iulittæ martyris, quam idem quoque Basilius laudibus celebrat. Addiderat enim illud quoque Imperator ad priora illa in Christianos promulgata olim edicta: Vt, qui deos colere detrectarent, haberentur infames, nulloque legum adminiculo iuuarentur, vel fulcirentur aduersus insurgentes in se calumniatores auxilio: quod quidem perinde erat, ac si Christianos non carnificum tantum manibus, sed omnium in eos insurgentium exposuisset iniurijs, cum aduersus neminem liceret illis iurium iudicumque auxilium implorare. Inde autem accidit, vt, cum prædiues avarus homo inhiaret prædio Iulittæ feminæ Christianæ, illa apud Iudicem expertura, liberam coram ipso pacificamque numquam interruptam longissimi temporis præscriptionem allegante, ac probante; quo vno remedio potuisset aduersarij calummiantis conatus omnes irritos prorsus reddere, ac procacitatem compefcere; mox subdolos ille in eam de Christianitate accusationem obiecit: Cum in aream fori (inquit Basilius) ille progressus, ait: Istæ actio eiusmodi est, cui nulla quantitas temporis præscriptio suffragari debeat. Neque enim fas sit quibus nobiscum habere commune eos qui haftenus minimè coluerunt deos Imperatorum, nisi prius Christianam fidem eiurariint.

LXVII.
NOVVM IN
CHRISTIANOS
EDICTVM.

IVLITTÆ
INSIGNE
CERTAMEN.

Prætori in specie videbatur his in medium proponere quæ essent iuri consentanea, quæve maximopere conducerent. Iubetur mox afferri thus, prunas item. Secundum hæc percunctantur Iudices, eiurarene velit Christum, an secus: eam quidem & legibus, & legum suffragijs perfrui posse, abiuret modò Christum: quod si fixius adhæresceret fidei, nullum iam sibi relinqui vsum, neque fori, neque legum, at ne reliquæ quidem Reipublicæ; quippe quæ, iuxta sanctionem legis per eius temporis Imperatores latæ, notam infamiæ incurrisset.] Cum autem illa hæc audiens, secum deliberans, bona tandem omnia, & vitam ipsam Christo posthabendam firmo consilio decreuisset; ignis quoque ob eam causam sententiam libentissimo animo suscepisset: parato iam rogo, multa de confessione nominis prælocuta, Concita (inquit) perrexit, facie, habitu, ipsis quæ promebat verbis, alacritate insuper efflorescente palam indicans quod in animo delitescere profusissimum gaudium.] & paulò post: In lignorum struem incensam insiliuit: quæ, perinde ac thalamus splendore coruscus, corpus Iulittæ circumplexa, animam quidem in caelestem illam destinauit regionem, & quæ illius meritis congruebat, requiem.

LXVIII.

LXIX. Corpus autem honore præcipuo venerabile asseruavit affinis & cognatis incolu- A me, nec vlla sui parte læsum: quod sanè in ornatissimo primarij templi vrbis totius vesti- bulo conditum, loco quidem asserit venerabilem sanctimoniam, nec minus, qui eò loci conueniunt, efficit sanctiores. Terra porrò, istius beatæ aduentu, aquam emisit, quæ suapte natura nulli non nostrum gratissima esse debeat: adeò vt martyr hæc imaginem pientissimæ referat matris, dum nutricis in morem, totius vrbis incolas alit suauiter, perinde ac lacte quopiam in communes vsus affatim scaturiente.] hæc Basilus, aliaque multo plura in martyris laudem.

LXX. Sub hac eadem persecutione passa est quoque Cæsareæ in Cappadocia Dorothea, quæ sub Sappirio illius prouinciæ Præsidae equulei extensione vexata; dehinc palmis diuissimè cæsa, ad vltimum capitali sententia punita est: in cuius confessione Theophilus quidam Scholasticus ad Christi fidem conuersus, & mox equuleo acerrimè tortus, nouissimè gladio cæsus est.] hæc de ea in Ecclesiasticis^a tabulis. Quæ autem causa præcesserit, vt illudor martyris, & Christianorum hostis, tam insperatò fidem Christianam capefferet, Acta^b eius martyrij declarant his verbis: Theophilus Aduocatus Præsidis*, cum duceretur Dorothea ad supplicium, irridens, ait: Eia tu sponsa Christi, mitte mihi de paradiso sponsi tui mala, aut rosas. Et Dorothea respondit: Planè ita faciam. Cùm venisset ad ictum percussoris, rogauit carnificem, vt permitteretur breuiter precari. Absolutaque oratione, ecce puer ante eam apparuit, ferens in oratio tria mala, & tres rosas. Cui illa ait: Obscuro te, vt feras ea Theophilo, & dicas ei: Ecce quod à me petisti, vt tibi de sponsi mei paradiso transmitterem. Ipsa autem percussa gladio perrexit ad Christum.

LXXI. Igitur Theophilus Aduocatus Præsidis, irridens promissionem S. Dorotheæ, suis so- C dalibus ita ait: Hodie cùm à percussore duceretur Dorothea, quæ se sponsam Christi dicebat, & ad cuius paradysum proficisci gloriabatur; ego dixi illi eunti: O tu sponsa Christi, vbi perueneris ad paradysum sponsi, mitte mihi rosas inde, aut mala. Planè, inquit illa, sic faciam. Cùm autem hæc narraret, irridens sanctæ virginis promissionem; ecce puer ante eum cum oratio, in quo ferens tria mala magnifica, & tres rosas elegantissimas, dixit ei: Ecce sicut petenti promisit virgo sacratissima Dorothea, transmisit hæc tibi de paradiso sponsi sui. Tunc Theophilus accipiens, exclamauit voce magna, dicens: Verè Deus Christus est, & non est vlla simulatio in eo.] hæc & alia ibi plura de eiusdem Theophili confessione, ac gloriosa pro Christi fide, nec suscepta. Mentio habetur in iisdem Actis de Christina, seu Christina, atque Callista fororibus, quæ cùm à Christi fide descisissent, Dorotheæ monitis iterum restituta, iterum confitentibus, ignis supplicio martyrium consummarunt. Tam præclarum quatuor martyrum Cæsariensium certamen haud putamus à S. Basilio silentio prætermisum, sicut nec aliorum, quorum mentio facta est. Sed vt alia complures martyrum, qui itidem Cæsareæ passi sunt, laudationes vnà cum alijs plerisque scriptorum monumentis viri sanctissimi perire; ita quoque eius de ipsa encomium excidisse, facile contigit.

LXXII. In eadem quoque prouincia, sub eadem persecutione, apud Tyanam Orestes (quem alij Arestam nominant) pro Christi fide insigne martyrium obiit, quod eius Actis^c testatum habetur. Erecta est nobilis Memoria Orestis martyri, & locupletata redditibus, quorum causa orta est lis inter sanctum Basilium & Antimum Tyanensem Episcopum, vt suo loco dicitur. Sed & in Cappadocia itidem Capitolina & Erotheides eius ancilla passæ leguntur: quorum omnium statuti dies commemorationis habentur tam apud Græcos, quàm Latinos publicè consignati: cùm alioqui longè maior existimetur esse illorum martyrum ibidem passorum numerus, quorum nomina habentur incognita.

LXXIII. Eusebius^d enim dum generatim de martyribus hac persecutione passis agit, & inter alios Cappadocum quoque martyrum meminit, hæc ait: Quid iam reliquos martyres nominatim commemorare attinet, aut illorum multitudinem enumerare, aut varia plagarum & suppliciorum genera, quæ insignes martyres perpassi sunt, oratione depingere? qui partim securibus percussi interierunt, sicut ijs qui erant in Arabia, contigit; partim cruribus contractis diuexati, veluti ijs qui in Cappadocia versabantur, accidit; partim etiam pedibus in sublime appensis, capiteque in terram demisso, igne paulatim succensò, & leniter exardescente, & fumo e materia accensa ascendente suffocati, quemadmodum illis qui in Mesopotamia morabantur, euenit; partim naso, auribus,

MIRACVLVM DE FONTE.

DOROTHEA MARTYRIVM.

Martyrologium Rom. et alij die 6. Februar. b Apud Syr. tom. I. die 6. Febr. * al. Filici,

THEOPHILI CONFESSIO.

ALII MARTYRES CAPPAD. c Apud Me. zaphraß. die 9. Nouemb.

Euseb. lib. 8. cap. 24. CARNIFICI IN NAE MARTYRIVM.

A bus, & manibus amputatis, ceterisque corporis membris dilaniatis deformati, vt ijs qui incolebant Alexandriam, obrigit.] At de Alexandria passis martyribus inferius dicturi sumus.

Sed quòd de Arabibus meminit: licet scriptorum penuria res illius Ecclesiæ obscurissimæ remanserint: tamen fuisse eam florentissimam, & martyribus abundasse, non tantum ea, quæ Eusebius tradit, aperte declarant; sed quòd prima peregrinatione^a Pauli Apostoli nobiliter fuerit illustrata, tantæ gloriæ haud fuisse degenerem, sed primitias fidei ab illo susceptas multiplicato germine propagasse, est æquum existimare.

Quòd verò ad Ecclesiam in Mesopotamia posita pertinet, quam his temporibus æquè martyribus abundasse idem auctor affirmat: inter alios notus est nomine insignis Archenodorus, qui cùm ignibus & alijs cruciatibus diutius tortus esset, capitis damnatus, cùm à numine repulsus carnifex ictum illaturus corruisset, nec vilis alius eum ferire ausus esset, orans obdormiuit in Domino^b. Edeßæ verò martyres, quorum memoria est illustris, sunt Bassa mater, & filij Theogonius, Agapius, & Fidelis, quos pia parens exhortans, eosdem martyrio coronatos præmisit ad palmam, quos truncatos capite secuta est cum victoria: hi enim tam à Græcis, quàm Latinis, annua celebritate coluntur. Reliquorum verò nobis cùm res gestæ, tum & nomina sunt incomperta. De ceteris verò martyribus in alijs Orientis prouincijs passis agemus opportunè annis sequentibus.

Christi annus trecentessimus quintus, Constantio & Galerio quintum Coss. Fastis adscribitur. Quibus Consulibus Acta sanctorum martyrum Ianuarij Episcopi Beneuentani & sociorum, quæ apud nos sunt (vt in Notationibus quoque meminimus) inscripta reperimus. Quantumlibet enim Constantius Imperator Occidentalis orbis regimen administraret: in extremis tamen mundi partibus ipso agente, in Britannia scilicet, alijsque oris Occiduis; res Italiæ ex Galenij Maximiani sententia regi potius videbantur. Quamobrem eiusdem Constantij filius Constantinus, quòd ab eodem appeteretur indidys, coactus est (vt dicemus anno sequenti) veloci sibi fuga consulere.

D Cùm igitur Maximiani arbitrio Præsides atque Proconsules agere cuncta studerent, & in eo quoque, vt Christianos acerbissimè vexarent, eidem morem gererent: ex illis vnus qui Campaniæ præsidebat, Timotheus nomine, diram de sanctis carnificinam exercuit: & inter alios eundem quem diximus Ianuarium Beneuentanum Episcopum, Sotium Misenatis Ecclesiæ & Proculum Puteolanæ diaconos, Eutycherem & Acutium laicos homines tenuit: qui omnes cùm varijs prius affecti fuissent supplicijs, capite tandem damnati, gloriosam martyrij palmam consecuti sunt. Extant eorum Acta à Iohanne diacono scripta: in quibus profertur se resicasse superflua; & quæ videbantur necessaria, addidisse: ratus fortasse appositos Consules, quos reliquit, seruacaneos esse: nisi potius (quòd verius existimo) ea de causa prætermisit; quòd ipse maluerit ad Imperatoris Diocletiani primordia eorundem martyrum Acta referre; quæ dictis inscripta Consulibus, ad successorem Galerium Maximianum essent potius referenda: non considerans quid de pluribus alijs martyribus accidit. nam permulti post abdicationem Diocletiani & Maximiani Herculij necati reliquo tempore quòd superfuit ex persecutionis illo decennio, sub iisdem Imperatoribus pariter, more maiorum passi esse feruntur.

E Ceterum quòd nostri muneris est, ex Consulibus notatas suis quibusque certis annis res gestas memoriæ commendare; hic potius ex scripto antiquo codice^c eorundem martyrum meminisse, operæpretium facturi nobis videmur. Est eorundem Actorum huiusmodi exordium: Temporibus Diocletiani Imperatoris, Consularu Constantij Cæsaris quinquies, & Maximiani Cæsaris sexies*, erat persecutio ingens Christianorum, &c.] Porrò quæ ibi narrantur, licet verbis diuersa, sententijs tamen simillima inter se, vel potius eadem esse videntur, quæ à Iohanne diacono stylo mutato scripta habentur.

LXXIV. DE ECCLESIA ARABVM. a Galat. I.

LXXV. SYRIAE SYPERIORIS MARTYRES.

Martyr. Rom. man. die II. Nouemb.

VIGET IN ITALIA PERSECVTIO.

ACTA SS. MARTYRVM IANUARIJ ET SOCIORVM.

III. In nostra Biblioth. ta. 3. vii. Sanit. pag. 117. * at. quinquies.

tur, sed prætermiffa in ijs est, quæ præcefferat, Soffij diaconi & sociorum sub Dracontio A
Præfecto facta confessio.

IV. In huius locum Timotheus, quem diximus, subrogatus, Nolæ consistens, sanctum
IANVARIII CERTAMEN
Ianuarium Episcopum, Christi nominis causa vincitum, audiuit: quem (vt talem dece-
bat sacerdotem) in fracto animi robore se Christianum profitentem, & cultum dæmo-
num detestantem, in ardentem fornacem Præses maiori iracundiæ incendio æstuans
iussit includi. Sed diuina virtute illæsus permansit, & liber hilarisque prodiens, contra
se Præsidem acrius excitauit, à quo neruis crudelissimè distendi iussus, Puteolos postea
ante rhedam perductus est, ibi audiendus cum alijs martyribus eodem in loco carcere
diutius afflictatis.

V. Vbi verò omnes auditi, & Christo fideles inuenti sunt, damnantur ad bestias: quæ
PRAEFECTVS EX CAECATVR.
cum naturalis oblitæ ferociæ, illis ad blandirentur potius quàm in eosdem sæuissent; fera-
les suos impetus visæ sunt in Præsidem transfudisse. Quem vehementiori furore in
martyres insultantem, Ianuarius tandem cohibitorum ferociam hominis (vt olim Pau-
lus Elythiam magum) cæcitate percussit. Ipsum verò demum paululum resipiscentem,
& lumen oculorum ab eo pariter exposcentem, pristinae reddidit sanitati. Cum verò ob
insigne miraculum ingens mox fieret ex Gentilibus iam Christo credentibus ad religio-
nem Christianam accessio: veritus Præses iras Principis, immemor & ingratus recepti
luminis, grauiori cordis cæcitate percussus, percuti gladio Ianuarium vnà cum socijs
imperauit, duci que ad Sulphuratam Puteolanam: vbi obruncatione capitis vnà simul
optata diu potiti sunt corona martyrij. Sed hæc pluribus Acta, quæ nos summatim
perstrinximus.

VI. Verum S. Ianuarij corpus, longum post ambitum, translatum demum Neapolim, ob
INGENS MI-
RACVLVM
DESANGVI-
NE S. IAN-
VARIII.
ingentem atque frequentem miraculorum operationem, mira illic celebritate colitur
cum ab omnibus, tum præsertim à ciuibus tanti patroni gloria exultantibus, eiusque
beneficijs iugiter perfruuntibus. Viget ibi insigne illud & perenne miraculum sanguinis
eiusdem martyris, qui in vitrea ampulla asseruatur. Nam cum aliàs idem sanguis con-
cretus atque durus semper maneat; tamen cum primum ad caput martyris admouetur,
quasi vicino illius corona martyrij decori lætetur aspectu, & fontem vnde manauit in-
telligens, eò recurrere, vnde fluxit, exoptet, illudque iterum animare festinet, veluti
moræ resurrectionis impatiens, protinus liquefieri, mox fluere & ebullire, maxima om-
nium admiratione conspicitur. Cuius tantæ rei non vnum aut alterum testem produ-
cam, cum tota Italia, & totus (vt ita dicam) Christianus orbis testis sit locupletissimus:
cum hæc in Regia & amplissima assidue fiant ciuitate, ad quam ex totius Orbis partibus D
confluere hominum multitudo solet. sed hæc hæcenus.

VII. Iam verò ad ea quæ hoc eodem anno, qui indicatæ persecutionis quartus ab Eusebio
DE MARTY-
RIBVS PA-
LÆSTINIS.
numeratur, in Palæstina gesta esse idem auctor pluribus narrat, orationem conuertam-
mus. Licet enim (vt nuper est dictum, & sæpè repetere necesse est) ijdem Imperato-
res se Imperio abdicauerint; tamen quæ eorum edictis semel cœpta est persecutio, eo-
rumdem quoque nomine dici perseverauit. Ceterum Eusebius tantummodò profecut-
us Cæsariensis Ecclesiæ huius anni res gestas, nec omnium, sed vnus martyris Agapij
ad certamen iterum reuocati agonem narrans, hæc ait: Quarto anno persecutionis
in nos grassantis, ad duodecimum Kalendas Decembris, hoc est, vigesimo die mensis
qui Dius vocatur, die Veneris, in eadem vrbe Cæsarea tale facinus, dignum re vera quod
literarum monumentis commendetur, ipso tyranno Maximiano * præsentem, qui eodem E
die, qui natalis sui dies erat, spectacula populo magno cum apparatu ac sumptu ede-
bat, patratum fuit.

VIII. Et quia consuetudo inueterauerat, vt varia spectacula, si etiam vniquam aliàs, præ-
SPECTA-
CVLA.
sentibus ipsis Imperatoribus, summa cum magnificentia & splendore proponeren-
tur spectatoribus, ad eorum animos oblectandos; eaque nouis & peregrinis formis,
præter communem & vñtatum morem, variarentur; sic vt interdum animalia ex In-
dia & Æthiopia, aut aliunde acta in amphitheatrum introducerentur; interdum vi-
ri mimicis corporis gestibus permira animorum oblectamenta spectantibus ostende-
rent: ob eam causam, cum iam Imperator ipse ludos faceret, eximium quoddam spe-
ctaculum, & quod multum haberet admirationis, in magnifico eorum apparatu omni-
no elucere oportebat.

Quodnam

A Quodnam igitur erat istud quidem? Martyr & testis nostræ in Christo religionis
adducitur in medium, strenuè pro sola & vera pietate decertaturus, Agapius nomine:
quem vnà cum Thecla sociatum, bestiisque traditum ac deuorandum, paulò antè
demonstrauimus. Ille aliàs è custodia eductus, simulque cum maleficis ad spectacu-
la populo edenda coniunctus, cum palam egregiè suas partes in studio egisset, idque
ter, ac sapius, propterea quòd Iudex post minas illi varijs temporibus oppositas, siue
illum commiseratus, siue spe propofiti & sententiæ eius cominutandæ inductus, ad
alia semper noua certamina distulerat: tandem, præsentem ipso Imperatore, denuò pro-
ducitur, veluti opportunè & commodè in illud tempus reseruatus: vt hoc dictum sa-
lutare, quod Dominus discipulis suis diuina præscientia prædixisset, nimirum quòd
coram Regibus adducerentur propter testimonium eius, verè in eo compleretur. Pri-
mum igitur in medium stadium cum quodam malefico & scelesto homine, quem cædis
domini sui reum fuisse ferunt, vnà rapitur: deinde hic domini sui interfector, qui bestijs
objici debuisset, misericordia & clementia Imperatoris (propè ad similitudinem Barab-
bæ latronis, quem Saluatoris loco Iudæi mortis periculo eripiebant) nece liberatus est:
& propterea strepitu & acclamationibus totum idè personabat theatrum, quòd ho-
micida beneficentia Imperatoris non solum seruatus esset, verum etiam honore & li-
bertate donatus.

Ceterum hic veræ & diuinæ pietatis athleta primùm à tyranno accersitur, deinde in-
ficiationem suæ voluntatis & instituti rogatus est. promittitur ei libertas. At ille magna
voce palam testatur; non turpis & nefarij criminis causa, sed pietatis in Deum omnium
rerum opificem, libenter & cum voluptate omnia supplicia, quæcumque sibi impone-
rentur, se pacato & tranquillo animo subiturum. Atque hoc locutus, dicto citius factum
exequitur, & vrsò in illum dimisso, ex aduerso veluti curriculo factus obuiam, se ipsum
libentissimè vorandum dat. Post adhuc superstes spiritum ducens, in carcerem mittitur:
vbi vna die in vita commoratus, postridie lapidibus ad pedes eius appensis, in medium
mare demergitur. Tale Agapij martyrium fuisse constat.] hucusque Eusebius de Aga-
pio martyre, nihil præterea de ceteris rebus alibi gestis attingens. Nos autem reliqua, quæ
hoc ipso anno gesta esse reperiuntur, hic atexamus.

Cum igitur in Oriente (vt vidimus tum ex Eusebio, tum ex ipsis sanctorum marty-
rum rebus gestis) in dies magis magisque sub truculento Imperatore Galerio persecutio
recrederet: inter alias celebriores Præsidum sæuitia in Oriente exerceri solitas carni-
ficinas, illa nulli secunda, sed fama notior videbatur, quam veluti pietatis quoddam
D gymnasium aperuerat Tarsi Ciliciæ Proconsul Simplicius; qui quòd cum ingenti sæui-
tia coniunctam haberet simul incredibilem auaritiam, licet in tormentorum crude-
litate ceteros Præsides antecelleret; in eo tamen se alijs humaniorem præstare videba-
tur, quòd non in ventum spargi præciperet, vel in fluenta iactari (vt alij solerent) sacros
cineres martyrum, sed ipsorum reliquias pretio distrahebat, eaque sordida nundina-
tione corradebat pecuniam non exiguam. Sicque erat his temporibus Tarsus de occi-
sis martyrio Christianis, veluti publicum quoddam emporium, ad quod (vt dicemus)
ex Italia quoque & Africa empturi reliquias martyrum mercatores pietatis propera-
rent. Tunc enim ea de causa, tamquam ad nundinas impietatis, ad emendas sacras reli-
quias martyrum, ab Aglaide nobili femina Christiana, vitæ tamen incontinentia hæc-
enus turpi, sed iam ad optimam frugem reddita, Roma legatus est Bonifacius procura-
tor ipsius, idemque pariter Christianus, cuius longo temporis spatio inhonesta con-
suetudine tenebatur: eo nimirum consilio id aggressa, vt eiusmodi pietatis obsequio,
per martyres, quos redimeret, ac digna sepultura donaret, à Deo patrorum scelerum
veniam facilius impetraret: tutius enim erat ea è longè accipere, quàm domi non sine
vitæ discrimine querere.

Abijt ille auro suffarcinatus, atque familia constipatus. Sed opportunè accidit, vt ipso
aduentu, viginti martyres pro Christi nomine in teatro certarent: quo audito, accurrit
Bonifacius, vt spectaret. Videt in singulis immania exerceri tormenta, eademque sæpius
repeti, nouaque rursus carnifices experiri, quos rabies feralis armaret, indigne ferentes
ab illis vinci, quos ipsi adèò immaniter cruciarent. Hæc ille intuitus, tantum abfuit vt
immanitate carnificum timore concuteretur, quin potius accenderetur ad pugnam. Di-
uino enim insiliente in eum Spiritu, in virum alterum repente mutatus, martyrum ac-
census

IX.
DE AGAPIO
ET THECLA.

Mar. 13.

X.
SVAM GAV-
SAM AGIT
MARTYR.

XI.

TARSENSIS
CARNIFICI-
CINA.

XII.
VNGIT SE
MARTYRI-
BVS BONI-
FACIVS.

census exemplo, martyrijque subeundi desiderio æstuans, dat se continuò in theatrum, A
figit oculos in sacra corpora martyrum, prehensat, amplectitur, exoscularique eosdem
sanctos martyres, quos & palàm præconijs tollit, beatos prædicat, felicesque exclamat,
qui breui certaminis spatio æternam in cælo sint gloriam consecuti.

XIII.
BONIFACII
MARTY-
RIVM.

Quid demum? Vt hostis publicus, contemptor legum, Imperij perduellis, maifesta-
tisque contumeliosus, apprehenditur, rapitur, trahitur, discerpitur, atque ad Præsidem
ducitur: cuius sententia mox exquisitis iubetur cruciari tormentis: immaniter primùm
cædi, vnguesque eius postea arundinibus à carnis connexione diuelli, liquenti plumbo
perfundi, incensaque pice comburi: qui hæc omnia diuina virtute superans, gladio per-
cussus, gloriosè martyrium consummauit. Cùm autem quos secum duxerat, rei gestæ
ignari, illumque diutiùs frustra perquisitum, ex insperato tandem iam factum martyrem
inuenissent, soluto pretio, redimunt corpus eius, nec de alijs emendis reliquijs marty-
rum vltèriùs curam suscipiunt. Redeunt Romam hilares, vtpote victorem martyrem
comitantes. Suscipitur cupidissimè martyris corpus ab Aglaide, & decenter in cœmete-
rio, via Latina, conditur sepultura.

XIV.
TRANSLATI
IN AFRICAM
MARTY-
RES.
a Not. in Ro-
man. Marty-
rolog. die 14.
Maij a. 305. die
6. Iunij s.
b Aug. de Ci-
uit. Dei, lib.
22. c. 8.

Viginti verò illi martyres ante Bonifacium consummati, ab Africanis mercatoribus
empti, delati in Africam, Hippone Regio sunt honorificentissimè collocati. Hæc ex Actis
eiusdem Bonifacij antiquitus scriptis, alijsque reificationibus citatis in Notis^a. Porro
sicut postea, perfecta pace Ecclesiæ, insignis Memoria Bonifacij martyris in Auentino
erecta est, in quam è cœmeterio corpus eius translatum fuit: ita pariter Hippone
Regio celeberrima (vt testatur Augustinus^b) in honorem illorum viginti martyrum
est excitata Memoria, quæ & eorumdem martyrum miraculis est pariter illustrata: quo-
rum vnum, quod tunc acciderat, ibidem recitat Augustinus, ad quem amandamus C
lectorem.

XV.
IULITTÆ
ET QUIRICI
FILII CER-
TAMEN.

Præter alios martyres qui Tarsi hac eadem sæuente persecutione sunt passi, quorum
Acta certis consignata Consulibus, habentur superiùs suo loco narrata; Pelagia quoque
virgo in candentis aerei bouis ventrem inclusa, igne apposito, martyrij insigniter suscepti
coronam est consecuta: quo nobili victoriæ signo pariter decoratæ ibi sunt Cyrenia &
Iuliana, & admirabilis illa Iulitta cum filio infantulo Quirico: quorum omnia nomina
cum passione notata habentur publicis monumentis, certis diebus eorum natalitijs con-
secratis, sed Quirici quidem atque Iulittæ hoc titulos Quiricus triennis puellus, cùm ma-
trem, quæ ante Alexandrum Præsidem neruis dirissimè cædebatur, implacabili luctu
lugeret, ad gradus tribunalis illisus interijt: Iulitta verò post dira verbera, & grauiora tor-
menta, martyrij sui cursum obruncatione capitis compleuit. J Quæ autem horum sint D

c Not. ad Ro-
man. Marty-
rolog. die 16.
Iunij.

Acta legitima, quæ verò improbata, diximus in nostris Notis^c. In eadem prouincia
Ciliciæ, eadem quoque persecutione vrgente, passi sunt Theonas & socij: Pompeiopo-
li verò eiusdem prouinciæ ciuitate Sozons illustri martyrio nobilitatur. extant eius Acta,
& quidem fidelia.

XVI.
MARTYRES
ASIANI.

In adiacentibus verò Ciliciæ prouincijs, Isauria, Pamphilia, Lycaonia, atque Lycia, ead-
em persecutione vrgente, complures martyres quis dubitat passos esse: sed illorum modò
sat sit meminisse, quorum memoria viget in Ecclesiasticis monumentis, in quibus eo-
rum dies natales habentur adscripti, licet ex plurimis pauci sint à nobis hîc attexendi. In
Pisidia Antiochiæ Marcus & Stephanus inter alios martyres clari habentur. Isauria Ta-
tionis martyrio illustratur, quem cùm Græci, tum etiam Latini celebrant: itemque Azæ
& sociorum centum quinquaginta militum: sed & Cleonici, Eutropij, & Basilisci, qui E
sub Præside Asclepiade pro Christi nomine certantes coronati sunt: quibus iungendi
sunt Apollo, Isacius, & Crotates. In Caria verò Aphrodisiæ, Diodorus & Rhodopianus
in eadem persecutione certarunt, qui à conciuibus, quòd Christianam religionem co-
lerent, lapidati, consecuti sunt coronam martyrij.

XVII.
PERGENSES
MARTYRES.

In Pamphilia autem, Pergæ passi habentur hac ipsa persecutione Leontius, Attius,
Alexander, atque alij sex agricolæ sub Præside Flauiano; itemque alius Leontius cum
Eusebio, Neone, atque Longino. Passi itidem sunt etiam tum dira supplicia Victor, Zo-
ticus, Zeno Acindinus, Cæsius, Seuerianus, Christophorus, & Antoninus. Sidæ verò
eiusdem prouinciæ ciuitate eodem tempore sub Stratonicò Præside alij martyrium con-
summarunt. In Lycia autem celebre fuit martyrium Domininæ insignis feminæ: tunc
quoque necati itidem sunt Theodorus, Oceanus, Ammonianus, & Iulianus, qui simul
dissectis

A dissectis pedibus, in ignem coniecti, martyrium perfecerunt. Item in Lycia certamen
obierunt egregij martyres Trophimus & Theophilus, qui lapidibus cæsi, igne succensis,
demum gladio percussi sunt. At de martyribus satis.

Hoc item anno quarto persecutionis, instante etiam quarto iam Paschate ab eiusmodi
in Christianos indicta maxima clade, cùm frequens esset lapsorum numerus, ijdem (vt
olim accidit temporibus Cypriani) admissi sceleris pœnitentes, vt confessim in Eccle-
siam reciperentur, vrgebant. Tamen quantumlibet commendabile esset mentis illorum
propositum, quo significabant, malle se in Ecclesia esse tot tum agitata turbinibus, quàm
inter Gentiles frui delicijs; nihilominus eos omnes sine vllò discrimine, inconsulteque
recipere, nulla digna præuia pœnitentia, in præiudicium hoc verti disciplinæ Ecclesiasti-
cæ videbatur: cuius neruos penitus solui, sacerdotalemque vigorem hebetari ac parui-
pendi, haud æquo animo sanctissimi pertulerunt Episcopi, qui his temporibus Ecclesijs
vbique præerant.

Hi quidem, sicut misericordes & clementes exhibuerunt se erga lapsos lugentes ac
pœnitentes, legibusque Ecclesiasticis obtemperantes, ita digna seueritate erexerunt se
aduersus eos, qui in Ecclesiam temerè prosilientes, minis potiùs quàm precibus commu-
nicationem Catholicam postulabant. Videas exijs planè antiqua renouare certamina, &
quibus antea vicerat, resumere arma diabolus, ijsdemque conatibus niti, quibus (vt vi-
dimus) diutiùs exagitauit non tantùm sub Cypriano Ecclesiam Africanam; sed totum
propemodum Catholicum Orbem, obortis ea de causa schismaticis Nouatianis, schi-
smate infausto concussit. Et (quod dolendum est) ex eius sententia contigit, scidisse ni-
mirum diro schismate Alexandrinam Ecclesiam, cuius Catholica vnitas & fidei robur
C infractum hæcenus permanisset: sicque semel Catholicæ militiæ turbatis ordinibus è
portis inferi educens acies impietatis, summæ blasphemæ tessera consignatas, duce Ario,
Alexandrinam primùm, ac mox subinde totas vbique terrarum inuasit Ecclesias. Freme-
bat quippe diabolus, quòd cùm tot licet simul Imperatores ad debellandam penitus
Christianam religionem armasset, priores tamen in omnibus Christiani tulissent, magis
magisque eorum numero cum fidei augmento virtutibus aucto: quapropter flaccescen-
tibus iam persecutoribus, bellum civile inter eos instaurat.

Quo modo autem id acciderit, suo quoque loco, ordine temporum dicturi sumus: nunc
verò quid hoc potissimum anno actum sit à Petro illo illustri nominis Episcopo Alexan-
drino, cuius superiùs facta est mentio, aggrediamur dicere. Ipse quidem, diuersos la-
psorum casus considerans, diuersa adhibens pro conditione cuiusque medicamenta
D vulneribus, regulas aliquot scripsit: quas ob rerum gestarum notitiam memorabilem,
quæ ex illis accipitur, hic describere vtile admodum gratumque fore existimamus; sunt
enim omni exceptione dignissimæ, à Patribus præsertim Orientalibus cognitæ, vsu
receptæ atque probatæ. Vtinam fidelius isto nacti essemus exemplar, quod partim
textu deprauato (vt apparet) & partim ex parum accurata translatione, nonnumquam
redditur subobscurum; licet ex ijs quæ subsequuntur, perspicua cuncta fiat. Reddi-
turos nos integrè Petri canones, ne putes ab instituto vel latum vnguem deflectere:
etenim ex ipsis singulis horum temporum veritatem historicam assequeris: quippe quòd,
dum medicamenta morbis parata relegis, quibus Dei Ecclesia contigerit his tempori-
bus premi malis intelliges: aded vt necesse sit ista perlegere, qui Christianorum diuersos
casus velit non ignorare. Prospiciens igitur lapsorum gregi vigilantissimus pastor, de
E eorum restitutione agens, qualiter quisque recipendus esset, matura adhibita consi-
deratione, distinctis eorum classibus, quibuslibet, quas obseruare deberent, leges præ-
scripsit, sic exordians^a.

Quoniam autem quartum Pascha persecutionem iam apprehendit, satis est ijs qui de-
lati quidem sunt, in custodiamque coniecti, tormentaque non sufferenda & intolerabi-
lia flagella, & multas alias graues necessitates sustinuerunt, postea autem sunt à carnis
imbecillitate proditi; etiam si non ab initio suscepti sunt propter grauem lapsum consecu-
tum, tamen quia multum decertarunt, & diu restiterunt (non enim sponte ad ea deuene-
runt, sed à carnis imbecillitate proditi) nam & stigmata Iesu in suis corporibus ostentant,
& anno iam tertio deflent; eis ab aduentu per reuocationem in memoriam alij quadra-
ginta dies iniungantur (quos^b cùm ieiunasset Dominus noster Iesus Christus post-
quam baptizatus fuerat, tentatus est à diabolo) in quibus & ipsi cùm valdè exercitati
fuerint,

XVIII.
LAPSI IM-
PORTUNE
PERTVNE
RECIPITUR EC-
CLESIAM.

XIX.
LAPSORVM
CAUSA DIS-
CORDIÆ.

XX.
DE PETRO
EPISCOPO
ALEXAND.

a Apud Theo-
dor. Balsam.
in Nom. in
fin. & Bibl.
sanct. tom. 7.

XXI.
CANONES
PETRI A-
LEXAND. DE
RESTITV-
TIONE LA-
PSORVM.
DE LAPSI
POST CER-
TAMEN.
b Matth. 4.

fuerint, & constantius ieiunauerint, vigilabunt in orationibus deinceps meditantes quod dicitur à Domino ad eum qui illum tentat, vt ipsum adoret: Abi retrò Satana. scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.

XXII. Ijs autem qui postquam in custodiam traditi, & in carcere tamquam in obsidione, afflictiones grauelque foetores passi sunt, postea autem sine bello tormentorum, captiui facti sunt nimia virium inopia, & quadam cæcitate contracti, placet annum ad aliud tempus adiungi: nam ipsi quoque se omnino pro lege Christi affligendos dedere; sicque etiam à fratribus in carcere multam consolationem assecuti sunt. Quæ quidem multiplicata redderent, liberari cupientes ab acerbissima captiuitate diaboli, eius maxime recordantes, qui dicitur: Spiritus Domini super me, propter quod vixit me euangelizare pauperibus, misit me sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere contractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.

XXIII. Ijs autem qui nihil huiusmodi passi sunt, nec fidei fructum ostenderunt, sed ad vitium transfugerunt, à metu & timiditate proditi, nunc autem veniunt ad poenitentiam, necesse est & conueniens, infrugiferæ ficus parabolam proponere: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit: dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi: Domine, dimitte illam hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercore, & si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. Qua ante oculos accepta, & ostenso digno fructu poenitentia, in tanto temporis interuallo magis iuuabuntur. Ijs enim qui sunt omnino desperati, & poenitentiam non agunt, & pellem Æthiopsis immutabilem possident, & pardi varietates, dicitur quod alij ficui dictum est: Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet. & ideò statim quoque exaruit.

XXIV. In his enim impletur, quod ab Ecclesiaste dictum est: Quod peruersum est, non poterit exornari, & defectus munerari non poterit. Nisi enim quod peruersum est, prius rectum fuerit, fieri non potest vt id exornetur: & nisi prior defectus expletus fuerit, fieri non potest vt id muneretur: vnde & in fine eis eueniet, quod à Propheta Isaiâ dicitur: Et egredientur, & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visioni omni carni. Quandoquidem, vt & ab ipso prædictum est: Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Non est pax impijs, dicit Dominus.

XXV. Ijs autem qui simularunt; sicut & Dauid, qui se epilepticum fingebat, ne moreretur, quamuis re vera epilepticus non esset; & non nudè negationem inscripserunt, sed in multis angustijs, tamquam pueri consilio & prudentia præditi, inter pueros insipientes inimicorum insidias ludificati sunt; velur qui altaria peruaserint, vel tamquam qui chirographum dederint, vel qui pro se Ethnicos immiserunt (etiamsi nonnulli eorum qui confessi sunt, vt audiui, aliquibus eorum cesserunt) quoniam maxima cautione vitarunt, ne ipsi suis manibus ignem ferrent, & damonas impuros suffirent: cum propter ignorationem eos id fecisse, non compertum est, eis semelre imponetur in poenitentia conuersionis.

XXVI. Sic enim ipsi quoque magis iuuabuntur, Prophetæ dictum meditantes, & dicentes: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus eius super haerum eius, & vocabitur nomen eius magni consilij Angelus: qui (vt scitis) in sexto mense conceptionis, cum alius infans prædicasset ante personam aduentus eius poenitentiam in remissionem peccatorum, conceptus est & ipse ad prædicandam poenitentiam. Etenim vtrosque audiui in primis prædicantes non solum de poenitentia, sed & de regno caelorum, quod quidem (vt didicimus) intra nos est, quod prope nos sit verbum quod credimus in ore nostro, & corde nostro. De quo ipsi etiam commoniti discent confiteri ore suo, quod Dominus est Iesus; credentes in corde suo, quod Dominus ipsum suscitauit ex mortuis: vtque audiant, quod corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

XXVII. Item autem qui seruos Christianos pro se submiserunt, serui quidem, vt qui ipsi sub manu essent, & quodammodo ipsi quoque in dominorum essent custodia, minisque ab

Luc. 4. Isai. 61.

Luc. 13.

Marc. 11.

Eccle. 1.

Isai. 66.

Isai. 57.

Reg. 21. DE HIS QUI CAUTE EGERRVNT.

Isai. 9. Luc. 1. ORIS CONFESSIO NECESSARIA.

Rom. 10.

XXVII.

A ipsi terri, & propter eorum metum ed compulsi & lapsi, anno opera poenitentia ostendent; deinceps dicentes, vt serui Christi, facere Christi voluntatem, & eum timere; audientes maxime, quod vnusquisque si quid boni fecerit, hoc feret à Domino, siue seruus, siue liber: liberi autem tribus annis in poenitentia examinabuntur, tum quod dissimulauerint, tum quod effecerint vt serui sacrificarent; vt qui Apostolo non obedirent, qui vult dominos eadem facere quæ serui, remittentes minas: Sciens, inquit, quia & illorum & vester Dominus est in caelis, & personarum acceptio non est apud Deum. Si vnum autem omnes habemus Dominum, apud quem non est personarum acceptio, quoniam & omnia & in omnibus est Christus, in barbaris & Scythijs, seruis & liberis: debent considerare quod fecerunt, volentes suam ipsorum animam saluare: qui conseruos nostros traxerunt ad idololatriam, qui poterant & ipsi effugere, si ius & æqualitatem ipsis præbuisissent, vt rursus dicit Apostolus.

Is autem qui proditi sunt, & exciderunt; qui & ipsi ad certamen acceperunt, se esse Christianos confitentes, & in custodiam cum tormentis coniecti sunt; æquum est in exultatione cordis vires simul addere, & eis in omnibus communicare, & in orationibus, & in participatione corporis & sanguinis, & sermonis exhortatione: vt qui constantius decertauerunt, ipsi quoque supernæ uocationis brauiò dignentur. Etenim, inquit, septies cader iustus, & resurget. Quod quidem si omnes quoque lapsi fecissent, perfectissimam, & toto corde susceptam poenitentiam ostendissent.]

Sequitur Petrus de iis dicere, qui se ipsos martyrio ingerunt, traduntque persecutoribus: quibus cum communicandum dicit, licet factum laudabile non sit. obscura est verborum eius sententia, sed ex iis quæ subduntur, aperitissimè sensus colligitur. Seuerius (vt vidimus) cum iis egit Mensurius Episcopus Carthaginensis, qui eos, qui se offerrent persecutoribus, non habendos martyres, scripsit ad Secundum Episcopum Tigisitanaum. sed æquiores Petri Alexandrini sententiam audiamus, cum ait:

Ij quoque qui tamquam ex somno ad certamen, quod est consideratione parturientium, & maturo consilio differendum, profiliunt, pugnaeque maritimæ & multæ fluxum inundationis tentationem attrahunt, vel potius fratribus peccatorum carbones accendunt: ipsi quoque communicandum est, vt qui in nomine Christi ad id veniant et si verba eius non animaduertebant, qui docet, non esse ingrediendum in tentationem; & eum rursus in oratione Patri dicere: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Fortasse autem etiam ignorant nostrum Patrem familias & Dominum nostrum sæpe ab iis, qui illi insidiari volebant, secessisse; & quandoque etiam liberè apud eos non incedebat: & quod etiam, quando passionis tempus appropinquauit, non se ipsum tradidit, sed expectauit donec ad eum venirent cum gladijs & fustibus. dicit ergo eis: Tamquam ad latronem exiitis cum gladijs & fustibus comprehendere me. qui etiam tradiderunt ipsum Pilato.

Ad eius quoque similitudinem iis accidit, qui eius scopum sibi proponentes incedunt, nec diuinorum eius verborum recordati, per quæ nos confirmans, de persecutoribus dicit: Videte autem vosmetipsos: tradent enim vos in concilijs, & in synagogis vapulabitis. Tradent enim, dixit; non vos ipsos tradetis: & ad Principes & Reges ducemini propter nomen meum; non vos ipsos ducetis. nam nos quoque vult à loco in locum transire, dum sunt qui nos persequuntur propter nomen eius. sicut eum rursus dicentem audiimus: Cum vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Non enim vult ad diaboli stipratos fatellitesque confugere, ne ipsi quoque multifarie mortis causa simus, vt qui ipsos & asperiores esse cogamus, & opera mortifera peragere: sed expectare & nobis cauere, vigilareque & orare, ne intremus in tentationem.

Ita Stephanus eius vestigijs insitens, Ierosolymis ab iniquis correptus, & ad concilium ductus, lapidibus obrutus, in nomine Christi glorificatus est, rogans & dicens: Domine, ne sttuas illis hoc peccatum. Ita Iacobus secundus ab Herode comprehensus, gladio capite truncatus est. Ita Petrus Apostolorum primus sæpe comprehensus, & custodiæ traditus, ignominiaque affectus, postremò Romæ crucifixus est. Similiter & inelytus Paulus sæpe traditus, & ad mortem vsque in periculum adductus, & in multis persecutionibus & afflictationibus gloriatus, in eadem Vrbe ipse quoque gladio capite mulctatus est: qui, in quibus gloriatus est, ipse in iis vitam finit. Sed quod Damasci in spora noctu per murum demissus est, & effugit manus eius qui eum conabatur oppri-

QUI ALTOS SVBMISSERVNT. 2. Cor. 5.

Ephes. 6.

DE REPARANTIBVS CERTAMEN.

XXIX.

Apud Ang. Brevic. coll. dicit tertiam, cap. 13.

XXX.

DE HIS QUI SE INGERVNT IN MARTYRIUM.

Mat. 6.

Mat. 26.

Mar. 14.

XXXI.

Mar. 13.

Mat. 10.

XXXII.

Act. 6.

Act. 7.

Act. 12. DE FUGA IN PERSECVTIONE.

mere: erat enim eis in primis propositum euangelizare, & verbum Dei docere: in quibus fratres confirmantes, vt manerent in fide, hoc quoque dicebant, quod per multas afflictiones oporteret in regnum caelorum ingredi. Quærebant enim, non quod sibi erat vtile, sed quod multis, vt seruarentur: & multa ipsis liceret ad hæc facientia dicere, vt verbo Dei conuenienter facerent, nisi (vt dicit Apostolus) nos tempus narrantes desiceret.] Sed hæc de iis prælocutus, subdit mox de clericis, qui in certamen sponte rucites, postea tormentis victi & lapsi sunt.

XXXIII. DE CLERICIS LAPSI.

a Philip. 1.

Non est æquum, vt vel clerici, qui sua sponte & reluctati sunt, & aufugerunt, lapsi autem, amplius in sacro ministerio maneant, vt qui Domini gregem reliquerint, & se ipsos vituperarint: quod nullus fecit ex Apostolis. Etenim cum multas persecutiones obiisset, & multa certaminum præmia ostendisset beatus Apostolus Paulus a, sciens esse melius dissolui, & esse cum Christo; infert, & dicit: In carne autem permanere magis necessarium propter vos. Considerans enim non suam, sed multorum vtilitatem magis quam suam quietem, necessarium existimauit, apud fratres manere, & eorum curam gerere: qui etiam vult eum, qui docet, esse in doctrina typum seu formam Fidelium. Vnde qui in carcere contententes, à ministerio exciderunt, & reluctati sunt, sensus planè sunt expertes. Quomodo enim petunt quod reliquerunt, cum in ea tempestate esse possent fratribus suis vtilis? Quam diu itaque firmi stabileque manserunt, eius quod præter rationem fecerant, eis venia dabatur. Quando autem lapsi sunt, & qui perperam se gesserint, & se ipsos vituperarint, non possunt amplius sacra ministeria obire; & idèd magis curam gerant, quomodo in humilitate confessionem peragent, à vana gloria cessantes. Eis autem sufficit communio, quæ diligenter & accurate fit duabus de causis; tum ne videantur molestia affici, hinc dissolutionem vi arripientes; tum ne lapsi aliqui causentur se propter poenæ occasionem fuisse remissos: qui quidem plus quam omnes probrum & ignominiam habebunt, sicut ille qui fundamentum posuit, & non potuit perficere. Incipient enim (inquit) dicere: Hic homo cœpit ædificare, non potuit consummare.] Subdit mox de iis dicere, qui, aliqua vrgente occasione, se dedisse martyrio visi sunt:

XXXIV. DE HIS QUI SE IPSOS OBTVLERUNT MARTYRIO.

Qui enim primùm in persecutionis seruire profuerunt, iudicium circumstantes, & sanctos martyres, qui ad brauium supernæ vocationis festinabant, aspicientes; honesta æmulatione incitati, se ipsos ad hoc tradiderunt, magna libertate vtentes; maximè videntes eos, qui subtrahebantur, labi: propter quos interius excitati, & quodam veluti sono impulsit ad debellandum se efferentem aduersarium, ad id contendebant, ne apud se prudens esse videretur ob ea, in quibus eius calliditate inferiores esse visi sunt: etiam si se ipsum vinci ab iis qui se fortiter & constanter gesserunt, qui scuticarum flagellorumque tormenta, & gladij aciem, & ignis vstulationem, & aquarum immersiones toleranter tulerunt, eum non latuit. Iis quoque, qui, vt ex fide preces & orationes fiant, prosequuntur; vel iis qui in custodia puniti sunt, & à fame & siti traditi sunt; vel pro iis qui extra custodiam scuticis & flagellis in iudicio torti sunt, postea autem à carnis imbecillitate victi fuere; æquum est annuere. Cum iis enim qui lugent & moerent pro iis qui in certamine victi sunt à magnis maligni diaboli viribus, siue pro parentibus, vel fratribus, vel liberis vnà dolore & tristitia affici, neminem quidquam penitus lædit. Scimus enim etiam propter aliorum fidem quosdam esse Dei bonitatem affectuos, & in peccatorum remissione, & corporis sanitate, & mortuorum resurrectione. Memores itaque multorum laborum, & miseriarum, quas pro Christi nomine sustinuerunt; cum ipsi etiam poenitentiam egerint, & quod à se factum est per prodicionem, in corporis afflictione & mortificatione desseuerint, & se præterea testentur in vita sua fuisse à ciuitate alienos, simul oremus & postulemus pro eorum reconciliatione cum aliis quæ decet per eum qui est nobis aduocatus apud Patrem, Iesum Christum Iustum; & is est propitiatio pro peccatis nostris.] hæcenus de his Petrus, qui & sequitur hæc de illis dicere, qui, data pecunia, se hoc modo à persecutionibus liberarint.

XXXV. DE REDIMENTIBUS NECATIIONEM PECUNIA. b Mar. 8. Lucæ 9.

Iis enim qui pecuniam dederunt, vt ab omni improbitatis molestia omni ex parte remoti essent, erimen intendi non potest. Damnum enim & iacturam pecuniarum sustinuerunt, ne ipsi animæ detrimento afficerentur, vel ipsam etiam perderent: quod alij propter turpe lucrum non fecerunt; quamuis Dominus dicat b: Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucrabitur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?] & rursum c:

A rursum a: Non potestis Deo seruire & Mammonæ. In illis enim apparuerunt qui Deo seruirent, exosis, conculcatis, contemptisque pecuniis, & in eo compleuerunt quod scriptum est b: Pretium redemptionis animæ suæ.] nam in Actibus c Apostolorum legimus, eos, qui pro Paulo & Sila Theffalonica ad magistratus trahebantur, cum multis pecuniis fuisse dimissos. Postquam enim ipsos propter nomen multum onerassent, & multitudinem magistratusque perturbassent: ab Iafone (inquit) & reliquis satisfactione accepta, eos dimiserunt. Fratres autem noctu protinus Paulum & Silam miserunt in Beroeam.]

Math. 6. Psal. 48. Act. 17.

At sicut nec hos, qui se sic redemissent, iure argui posse tradit, ita nec eos qui fugientes, alios periculo subiecisse viderentur. nam ait: Vnde nec eos qui omnia reliquerunt propter salutem animæ, & secesserunt, licet accusare, tamquam aliis propter ipsos derentis. Nam & Ephefi d pro Paulo Caium & Aristarchum in theatro comprehenderunt vnà cum Paulo peregrinantes, qui volebat populum adire: quoniam propter ipsum, qui persuaserat, & multam turbam ad Dei cultum traduxerat, seditio facta fuerat: non stuerunt eum (inquit) discipuli. Quin etiam nonnulli ex Asiaticis magistratibus, qui ei erant amici, miserunt ad eum, & suaserunt, ne se theatro daret. Si qui autem cum iis contendere perrexerint, qui animum ei adhibeant, qui dicit e: Salua animam tuam, noli respicere post tergum: Petrus quoque Apostolorum Princeps eius in mentem reuocetur, qui iam in custodiam erat coniectus, & traditus f quatuor quaternionibus militum ad eum custodiendum: qui cum noctu fugisset, & ex Iudæorum manu seruatus esset, iussu Angeli Domini: facta (inquit) die, erat non parua turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro. Herodes autem cum requisisset eum, & non inuenisset, interrogatos custodes iussit suffocari: propter quos nulla culpa in Petrum confertur.] Et subdit: Sicut b & omnes infantes occisos ab Herode ob Christum fuga lapsum, necnon Zachariam patrem Ioannis: cum quibus & alium prius natum infantem cum interfecturus quæsisset, & non inuenisset, patrem eius Zachariam interfecit inter templum & altare; cum effugisset filius cum matre Elisabeth. Vnde nec vllò modo reprehenduntur.]

XXXVI. DE EXTORRIBVS.

d Act. 19.

e Gen. 19.

f Act. 12.

g Mat. 2.

Addit demum de illis, in quorum ora caro immolata vi immissa fuisset, vel aliis quorum manus vi arreptæ, thureque repletæ & super ignem impostæ, incendij dolore in ignem thus excussisse videri possent. Factum id in Barlaham quoque martyrem, superius dictum est ex sancto Basilio h. Hos namque nullius vel leuis argui culpæ deberi, idem Petrus tradit, cum ait: Si qui autem vim multam & necessitatem passi sunt, & quique in ore ferrum & vincula acceperunt, & propter bonam fidei affectionem suas quoque manus viri fortiter pertulerunt ad profanum sacrificium eis inuitis adductas, quemadmodum mihi scripserunt ex custodia beatissimi martyres de iis qui in Libya; & alij etiam in sacro ministerio inter confessores collocari, vt & qui in multis tormentis mortificati fuerint, & non amplius potuerint vel loqui, vel dicere, vel moueri, vt resisterent iis qui vim inferebant; neque enim eorum improbitati assensu sunt, quemadmodum ego à comministris rursum audiui. adnumerabitur inter confessores & quicumque secundum Timotheum vitam instruit, parens ei quoque qui dicit i: Sectare iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem: certa bonum certamen fidei; apprehende vitam æternam, in qua vocatus es & confessus bonam confessionem coram multis testibus.]

XXXVII. DE VICOMPVLVIS IMMOLATA GVSTARE. h Basil. orat. de S. Barlaham mart.

i 1. Tim 6.

His de lapsis & confessoribus insinuat, de ieiuniis ex maiorum traditione acceptis regulam apponit veluti ad totius narrationis coronidem, dicens: Non reprehendet nos quisquam quartam & sextam feriam obseruantes, in quibus nos ieiunare secundum traditionem præceptum est: Quartam quidem propter initum à Iudæis consilium de prodicione Domini: Sextam autem, quod ipse pro nobis passus sit. Diem verò Dominicum lætitiæ diem agimus, quod in eo resurrexit, in quo nec genua quidem flectere accepimus.] hucusque Petrus Alexandrinus. At de antiquo Ecclesiæ ieiunio satis superius k dictum est. Porro certamen eius pro fide susceptum, quo & victor martyrij coronam est consecutus, suo loco dicemus, simulque eiusdem aduersus schismaticos res insigniter gestas.

XXXVIII. DE IEIUNIIS CERTORVM DIERV.

k Annal. Tom. 1.

At non tantum Petrus Alexandrinus Episcopus in Ægypto, furente licet persecutione

SYNODVS ELIBERINA. tione de componenda in errorem lapsorum Ecclesiastica disciplina tam sollicitè laborauit; A fed & reliqui Ecclesiarum pastores in his haud segniter se gesserunt: ac præsertim illi, qui Occidentalium prouinciarum administrabant Ecclesias, cum (vt dictum est) imperante in Occidente Constantio, de Christianis, quantum licuit, optimè merito, fringuisse aliquantulum visa est flagrans illa Maximiniani temporibus persecutio excitata. Quo tempore complures ex diuersis locis in Hispania Episcopi nobiles confessores conuenere simul Eliberim Bæticæ prouinciæ ciuitatem, non autem Illiberim in prouinciam Narbonensem, vt aliqui existimarunt, cuius vix erat, tempore Plinij ^a, magnæ quondam vrbis tenuè vestigium: nulla quippe ratio esse potuit, vt Bæticæ prouinciæ Episcopi Tuccitanus, Malacitanus, Cordubensis, & alij his proximi in Narbonensem tam longè positam prouinciam conuenerint, vbi nec Narbonensis prouinciæ vllus legitur interfuisse Episcopus. Erat Eliberis ^b, quæ & Liberis, interdum Illiberis dicta, ciuitas in Bætica prouincia, cuius sedem Granatam translata tradunt. Porro Eliberis frequentiori vsu ea dicta reperitur, cuius Episcopi in alijs Concilijs in Hispania habitis, Eliberini, seu Eliberitani scripti habentur.

XL. Inter alios autem nomine celebres diuersarum Ecclesiarum Episcopos, eidem Synodo Eliberinæ interfuit Osius Episcopus Cordubensis, qui (vt à nobis superius dictum est) hac eadem persecutione urgente, vexillum confessionis aduersus impietatem erexit, quamobrem à Patribus Magnus Osius confessor est appellatus. Interfuit & Valerius Episcopus Cæsaraugustanus, qui sub Daciano nuper (vt vidimus) administro Vincentio diacono in eo certamine vsus est. Nec enim hunc alium existimamus ab illo, licet in nostris Notis aliter sensisse visi fuerimus. Superuixisse namque illum in hæc vsque tempora, quibus in meliorem statum mutatis rebus Occidentalis Imperij, facultas fuit Episcopis in vnum conueniendi, haud mirum videri debet. Errare nos compulit, quòd omnes propemodum affirmarent sub Constantino Magno illud fuisse coactum Concilium: cum re vera ex regulis ibidem scriptis appareat, nondum plenè reddita Ecclesiæ pæce, necdum persecutione prorsus extincta, Patres Eliberim conuenisse: ac proinde his temporibus Constantij potius, quam Constantini, illum celebratum esse Episcoporum conuentum, affirmare ratio persuadet: nam & Innocentius Papa ^c iis litteris quas scripsit ad Exuperium Episcopum Tolosanum, cum de rebus in Synodo Eliberina decretis, licet tacito nomine, tamen non obscure meminert; persecutionis tempore nondum elapso, Concilium illud fuisse coactum, testatur: qui enim eodem ferme sæculo vixit, hæc eum non præteruisse, par est existimare.

XLII. Quòd insuper austeriori quodam spiritu iidem, qui in eandem ^d Synodum conuenere, Patres sanctissimi, propemodum visi sint Nouatianorum limites attingisse, quippe qui lapsis nec in fine communionem dandam esse statuerint ^e: ea de causa factum puto, vt, cum hæc displicerint successoribus, nulla, sicut de alijs, eius Synodi nominatim ab antiquioribus mentio habeatur, atque sic propè antiquata remanserit. Quamobrem paulò liberius de Eliberino Concilio me alias ^f locutum esse memini. At cum quæ ab illis de ea re sunt statuta, excusentur ab eodem qui supra Innocentio Romano Pontifice; nemo sit qui accusare præsumat. Sed reddamus hic eiusdem Innocentij verba, in hunc modum scribentis ^g:

Et hoc quæsitum est: Quid de iis obseruari oporteat, qui post Baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ pœnitentiæ simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his obseruatio prior durior: posterior, interueniente misericordia, inclinatio est. Nam consuetudo prior tenuit, vt concederetur pœnitentia, sed communitio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persecutiones essent; ne communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non reuocaret à lapsu, negata meritò communitio est; concessa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & durior esse remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem Ecclesijs suis reddidit, iam depulso terrore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini misericordiam quasi viaticum profecturis; & ne Nouatiani hæretici, negantis veniam, asperitatem & duritiam subsequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communitio, vt homines huiusmodi vel in supremis suis, permittere Saluatore nostro, à perpetuo exitio vindicentur.] hucusque Innocentius.

Nec

A Nec est quòd quis in suspicionem adduci possit, ipsum signare voluisse tempora XLII. Cypriani, non autem tempora Eliberini Concilij: nam tantum abest vt de Cypriano hæc potuerit conscripsisse, vt Cyprianus excusationi Innocentij de illis adductæ vehementissimè aduersetur: quippe qui inculcet sapius, & de his ad Cornelium Papam ^a c. ^b Cypriani diversa sententia epistolam scripserit, tempore persecutionis remissius atque indulgentius agendum esse cum lapsis; licet temerè ad communicationem absque pœnitentia se obrudentes semper excluderet. Sed nec est, quòd eosdem sanctissimos Patres quis iure arguere possit; cum multa accidere potuissent, quæ nobis sunt penitus incomperta; in quibus aulteriora illa lapsis medicamenta oportuerit adhibere. At qui communicatione interdicebant lapsos, tamen ad pœnitentiam eos recipere non detrectabant, quòd à Nouatianis semper abhorruit.

B Verùm iidem Patres, qui conuenere Eliberim, non in eo tantum discrepare visi sunt à maioribus, & ab ipso Petro Alexandrino, cuius institutiones de censura lapsorum nuper sunt recitatae; vt quibusdam lapsis nec in fine communicandum esse decreuerint: sed quòd non sine aliqua animaduersione eum esse sinerent, qui aliquo oblato munere, à necessitate sacrificandi se redemisset: non enim iis tantum quæ ab eodem Episcopo Alexandrino ea de re decreta sunt, sed & iis quæ à Catholicis semper seruata essent (quod superius demonstratum est) visi sunt obuiaisse, hæc scilicet statuentes ^b: ^c Conc. Eliberini can. 3. Item Flamines, qui non immolauerunt, sed munus tantum dederunt, eò quòd se à funestis abstinerunt sacrificijs, placuit in fine eis præstare communionem, acta tamen legitima pœnitentia.]

Videre planè est in hoc vehementissimè eosdem Episcopos laborasse, vt ab idololatria Fideles, acrioribus intentatis minis, longius absterrent: quamobrem & in publica læticia lucernas, & in cœmeterio cereos, more Gentilium, accendere vetuerunt ^c; de quibus ea consulas quæ à nobis dicta sunt primo Annalium tomo: sicut & de canone ^d illo, quo pingi in ecclesia imagines prohibentur. Sed & illud mirandum, quo videas quam intenti fuerint in crimine idololatriæ penitus expurgando: qui velint, semel lapsum in crimen illud, ne in fine ^e communicet: tamen qui aliter à fide diutissimè apostata vixisset, si tamen idololatra non fuerit, ad communicationem, peracta tamen pœnitentia, recipiendum esse mandarunt, statuto ab eis canone his verbis ^f: Si quis Fidelis apostata per infinita tempora ad Ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reuersus, nec fuerit idololatra, post decem annos placuit eum communionem accipere.]

Sed quòd tunc Christiani sub Constantio ad sacrificium nequaquam compellerentur, XLVI. eam quoque apparet Fideles fuisse libertatem consecutos, vt domi suæ liceret eis liberè agere, ac ab idolis eam penitus vindicare: quod satis declarat ea ibidem Patrum constitutio sancita, qua dicitur ^g: Admonere placuit Fideles, vt, quantum possunt, prohibeant, ne idola in domibus suis habeant. Si verò vim metuunt seruatorum; vel seiplos puros conferuent. Si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

Quod porro ab iisdem veritum est, ascendere ^h Capitolium, sacrificij tantum videnti causa: hallucinantur planè qui putant de Romano Capitolio esse dictum: sed quòd instar Romani Capitolij, quæ in alijs ciuitatibus celsiora loca essent ædificata, in quibus publica solerent offerri sacrificia, dici quoque consueuisse Capitolia (sicut & Palatij quoque vocem vsurpata ab alijs reperiri pro celsioribus domibus, licet peculiaris Romanorum esset) diximus pluribus in Notis ⁱ nostris.

E Placuit insuper iisdem Patribus, propterea quòd antiquus vsus perseuerasse videbatur, vt litteris quæ describerentur ab iis qui causa fidei in carcere detinerentur (quod ex Cypriani epistolis superius dictum est) communicatio lapsis impertiretur; cum ea licentia complures abuti solerent, quod (vt vidimus) idem Cyprianus sæpe conquestus erat: placuit, inquam, vt pro Confessorijs, aliæ quæ solerent ab Episcopis scribi Communicatoriæ darentur ^k litteræ: quod & in primo Arelateni ^l Concilio fuit postea confirmatum.

Stabilitur quoque ibidem scripto, quod pia obseruatione in Ecclesia hætenus seruatur, nempe continentia clericalis, qua etiam iidem Patres obligant subdiaconos (licet, quod ad eos spectat, non idem ab omnibus Ecclesijs seruaretur) de quæ his omnibus eiusmodi canonem ^m ediderunt: Placuit in totum prohibere Episcopis, presbyteris, diaconibus, ac subdiaconibus, positis in ministerio, abstinere à coniugibus suis, & non genera-

nerare filios: quod quicumque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.] hæc illi. **A**
At eiusmodi obseruationem de continentia clericorum viguisse in Ecclesia ab ipsis Apo-
stolorum temporibus, satis superius primo Annalium tomo est demonstratum: sicut de
ieiunio sabbari in Ecclesia Occidentali frequentiori vsu recepto, cuius in hac eadem
Synodo^a mentio habetur.

^a Conc. Elibe-
rin. can. 21.

L.

Quod verò ab iisdem Patribus statutum sit, vt positus in ciuitate, si per tres Domi-
nicas ad ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineat à communione, scilicet vt
correptus esse videatur: non miretur quis, si nondum reddita Ecclesiæ tranquilla pace,
necdum erectis iam paulò antè demolitis ecclesiis, de conueniendo in ecclesiam die-
bus Dominicis à Patribus lex videatur esse statuta. Nihil quidem notū vel inuēti ab ip-
sis est iussum, sed vt ad quæ Fideles antiquiori vsu tenerentur adstricti, obseruare non
prætermittent: nempe, vt, licet ingrueret persecutio, & ecclesiæ prostratæ essent, in **B**
priuatam tamen aliquam domum, vel in cryptas (vt superius est demonstratum)
ad conuentum celebrandum, quæ loca Ecclesia dicebantur, Christiani clanculò con-
uenirent. Id quidem Acta Proconsularia Africanorum martyrum Saturnini & sociorū
quos hac eadem persecutione ante biennium passos vidimus, aperte significant,
dum frequentes in eis audiuntur voces martyrum, de quibus quæstio facta esset, quòd
Dominicum celebrassent, dicentium, necessitatem Christianis incumbere celebrare
Dominicum, & sine Dominico Christianos esse non posse. Sed hæc ibi pluribus. Atque
hactenus de Synodo Eliberina: satis enim hæc tum ad res gestas dignoscendas, tum et-
iam ad mores illorum temporum insinuandos videri possunt, cum tamen alia complu-
ra in eodem Patrum conuentu fuerint instituta. Sed iam cetera quæ sunt persecutionis
huius temporis, prosequamur. **C**

DE CONVE-
NIENDO AD
DOMINI-
CVM.

IESV CHRISTI MARCELLI PAP. CONST. & GALER. IMPP.

ANNVS ANNVS ANNVS
306. 3. 3.

I.
^b Euseb. lib. 8.
cap. 17.

T Recentissimus sextus Christi annus, Constantio & Galerio sextum Coff. Fastis ad-
scribitur, idemque ab Eusebio^b quintus persecutionis adnumeratur, quo hæc tradit
contigisse Cæsareæ in Palæstina: iam verò (inquit) cum persecutio esset ad quin-
tum annum continuata, secunda die mensis Xanthici, id est, ad quartum Nonas Apri-
lis, ipso die Dominico, & festo Resurrectionis Saluatoris nostri, Theodosia rursus vir-
go, Tyri puella fidelis & modesta, non annos decem & octo omnino adhuc nata, vin-
ctis quibusdam Cæsareæ, qui regnum Christi constanter confitebantur, ante tribunal **D**
consistentibus, accedit, cum benignè salutatura, tum (vt verisimile est) eos obsecratur,
vt cum essent apud Dominum, illius recordarentur. Quo factitato, eam, tamquam
nefas quoddam & impium facinus aggressam, satellites abripiunt, deducuntque ad Præ-
sidem. Extemplo verò iste quasi mente captus, & animi furore maximè efferatus, graui-
bus & horrendis tormentis latera mammasque ad interiora vsque ossa dilaniat: quam
adhuc ægrè spirantem illam quidem, hilari tamen vultu & lato omnia cruciamenta per-
ferentem, in rapidos maris fluctus proici iubet.] hæc Eusebius. Errorem autem eorum,
qui hanc Theodosiam dixerunt Cappadocem, confutauimus pluribus in nostris Notis^c.
Post hæc addit Eusebius: Deinde ab illa ad reliquos Christi confessores digressus, omnes **E**
ad æris metalla, quæ erant in Phæno Palæstine, condemnat.

THEODO-
SIAE CER-
TAMEN.

^c Not. ad Ro.
Mart. die
2. Apr. 6.

II.
SILVANI
MARTY-
RIVM.

Post illa, quinto die mensis Dij, hoc est apud Romanos Nonis Nouembris, in eadem
ciuitate Siluanum (qui, dum adhuc presbyter erat, Dominum fuerat ingenuè confessus,
qui que paulò post Episcopatus dignitatem adeptus, martyrio è vita migravit) & quosdam
alios confessores, egregiam in defensione pietatis constantiam declarantes, eorumdem
metallorum laboribus idem Præses adiudicauit: qui primùm illis pedum flexus & com-
missuras ferreis instrumentis igne candentibus debilitari præceperat, deinde eos ad illud
supplicium amandauit. Simulatque verò istam contra hostem pronuntiauerat sententiam,
Domnum virum cum ob infinitas fidei Christianæ confessiones eximiè nobilitatum, tum
ob magnificam & egregiam in liberè de religione loquendo alacritatem apud Palæstinos
omnes cum primis illustrem, incendij supplicio addicit. Post cuius condemnationem
idem

A idem Iudex, disertus improbitatis excogitator, & callidorum contra Christi doctrinam
conatum inuentor, supplicia quædam numquam antè audita contra pios reperit. Tres
illorum ad singulare pugillaris certamen sententia designat. Auxentium item, virum gra-
uem & pium, sanctumque senem, bestias tradit discerpendum. Alios autem, qui iam ad
robustam virilemque ætatem peruenerant, exectis testiculis, primùm eunuchos facit,
deinde ad eadem metalla condemnat.

Alios rursus acerbis cruciamentis diuexans, carcere coercet & vinculis: inter quos e-
rat Pamphilus, omnium necessariorum meorum mihi maximè desideratus, vir ex om-
nibus martyribus nostri temporis, propter cuiusque generis virtutem, facile præstantissi-
mus. Huius in dicendi facultate & philosophorum disciplinis Vrbanus (hic erat prouin-
ciæ Præfectus) primùm periculum fecit, deinde impulit ad sacrificandum: quem vt pe-
nitens renuentem, & minas pro nihilo reputantem vidit, ad extremum, bile & furore
commotus, asperioribus tormentis illum cruciari mandat. Quare immanissimus ille &
maximè crudelis Præses, continua nouacularum acutarum incisione martyris latera acer-
be pungente, iam ferè fatiatus, & tandem pudore suffusus, in carcerem, vbi reliqui con-
fessores erant, concludi iussit.

Verùm qualem mercedem Vrbanus ob tantam sæuitiam & crudelitatem, qua tanto-
pere in sanctos Dei & Christi martyres insultauit, ex iusta Dei ultione & vindicta post
mortem habiturus esset, ex suppliciis illi in hac vita inflictis, quæ erant tamquam futu-
rorum præuia, facile licebat animaduertere. Nam non longo tempore post facinora quæ
in Pamphilum nefariè conscuerat, diuina ultio, dum adhuc Præfecturam gerebat, eum
ex inopinato adorta est ad hunc modum. Qui iam dudum in sublimi & excelso sedens
C folio, iudicia dabat; qui satellitio militari stipatus, qui vniuersæ Palæstinorum gentis Præ-
fectus, qui conuictor tyranni, tamquam ei intimus, qui eiusdem mensæ cum illo parti-
ceps erat, vindicta Dei vna nocte non solùm fuit tantæ dignitatis ornamentis orbatus,
ignominia & dedecori coram illorum oculis, qui eum vt Principem admirati fuissent,
expositus, timidus & ignauus factus, aded vt voces muliebres turpiter funderet, & abiecto
animo vniuersæ genti, cui præerat, supplicaret: verùm etiam Maximiano*, de cuius
gratia antè insolens & superbus arroganter se extulerat (quippe eum egregiè præter ce-
teros, ob facinora in nos crudeliter edita, amplexabatur) duro & crudeli Iudice vsus
est; aded vt post turpem ignominiam, quam pro sceleribus, quorum erat conuictus, sub-
ibat, sententia ab eo pronuntiat, morti addiceretur. Ceterum hoc à nobis extra propo-
situm dictum sit. Atque erit tempus magis idoneum, cum & vitæ exitus aliorum impio-
rum, qui maximè contra nos dimicarunt, & ipsius Maximiani cum suis, nostra ad otium
plenius complectetur oratio.] hucusque Eusebius de huius anni rebus. At non hic abso-
lutum est certamen Pamphili, sed in sequentem annum maiori gloria fœnore propaga-
tum: de quo suo loco ex eodem auctore dicturi sumus.

D Hoc eodem anno Galerius Maximianus duos Cæsares creat, Maximinum atque Se-
uerum. Natus fuit Maximinus (vt testatur etiam Zosimus^a) ex sorore Galerij, adopta-
tus autem ab ipso Galerio Maximiano Imperatore; creatusque Cæsar ab eo, Orienti
præfectus est, cui additus est collega Flavius Valerius Seuerus, Cæsar & ipse creatus. sed
in antiquis tabulis Seuerus priori loco positus inuenitur, in hunc modum: CONSTAN-
TIVS ET MAXIMIANVS INVICTI AVGG. SEVERVS ET MAXIMINVS CAESS.
THERMAS ORNAVER. ET ROM. SVIS DEDICAVER.

E Creandorum horum Cæsarum illam adducunt alij ex Eutropio causam, quòd cum
Constantius, qui in diuisione Imperij cum Galerio, Italiam, Africam, & Gallias in
sortem acceperat, cesserit collegæ Italiam atque Africam, contentus Gallias. Sed nihil
de eiusmodi cessione maiores, quæ non fuisset prætermissa ab auctore Panegyrici dicti
Maximiano & Constantino, vel in eo qui dictus est post victoriam Maxentij tantum-
modò Constantino: in quo auctor res bellicas à Constantio gestas paucis perstrin-
gens, dum comparat illi filium, sic scribit: Purgauit ille Barauiam, aduena hoste de-
pulsio: tibi se ex vltima barbarie indigenæ populi dedere. Ille Oceanum classe trans-
mittit: tu & Alpes gradu, & classibus portus Italicos occupasti. Recuperauit ille Bri-
tannias: tu nobilissimas Africi maris insulas, quæ populi Romani fuere prouinciæ. Ig-
noscat, inquam, diuus ipse Constantius. quid habeo quod comparem Italia, Africa,
Romæ?] hæc idcirco, quòd à tyranno Constantinus Italiam, Africam, atque Vrbem

III.
PAMPHILI
RES GESTAE

IV.
VRBANI
PRÆFIDIS
DIGNA PV-
NITIO.

* al. Maxi-
mino.

V.
^a Zosim. li. 2.
bist.
SEVERVS ET
MAXIMINVS
CAESARES.

VI.
CAUSA CRE-
ANDORVM
NOVORVM
CAESARVM.

liberauit, quas diu Maxentius occuparat, post Constantij vtrique obitum, non quod A
Constantius illas collegæ cessisset.

VII.
GALERIUS
ITALIAM
OCCUPAT.

Verum non cessisse Constantium, sed potius Galerium Italiam Urbemque occupasse, æquius dici posse videtur: nam in Panegyrico illo Maximiano atque Constantiano dicto, hanc in fine auctor habet apostrophem ad Constantium iam antea vita functum: Audis enim profecto hæc & vides, diue Constanti, quem curru & penè conspicuo, dum vicinos ortus reperit occasu, Sol ipse inuecturus celo excepit, quanto nunc gaudio poteris, quanta voluptate perfrueris, cum talem hunc filium tuum, qui te primus patrem in Imperij tui possessionem, idem pater, idem focer, idem Imperator induxerit.] hæc ipse, qui dum refert Constantinum à Maximiano in Imperij Constantij possessionem electum, planè constat non de Galliis tantummodò intelligere, sed totius orbis Occidentalis partibus, vbi olim Constantius ipse regnasset: Constantius itaque cum ab Vrbe recessit in Britanniam profecturus, non cessit Imperio, sed recessit, relinquens ibidem filium Constantinum, vt adhuc ætate iunior Imperio assuesceret, quem suum Constantius heredem fore animo destinauerat.

VIII.
CONSTANTIVS
NON
CESSIT.

Socras. li. I.
cap. I.

His igitur atque aliis rationibus, quas subiiciemus, nequaquam dici posse videtur, Constantium Imperatorem contentum Galliis, reliquis Occidentalis oræ partes cessisse Galerio Maximiano, cui plus satis erat administratio Orientis. Sed accidit quidem, agente in extrema (vt dictum est) mundi parte Constantio, in Britannia scilicet (quod scribit Socrates ^a) vt Maximianus, qui & Galerius dictus est, profectus in Italiam, duos designaret Cæsares, Maximinum quem Orienti, & Seuerum quem Italiam præfecit: idemque Galerius Constantinum Constantij filium Romæ, quem ibi pater successorem in Imperio reliquerat, ne faceffere negotium posset rebus à se statutis, tenuit sub custodia. Hæc quidem de custodia Constantini Romæ per Galerium procurata Victor scribit his verbis:

IX.
CONSTANTIVS
DE
TENTVS
IN
CVSTODIA.

Hic dum iuuenulus à Galerio in vrbe Roma, religionis specie, obses teneretur, fugam arripens, atque in frustrandos insequentes, publica iumenta, quaqua iter egerat, interficiens, ad patrem in Britannia peruenit. Et fortè iisdem diebus ibidem Constantium patrem fata vltima perurgebant.] hæc Victor. Quod verò ait, religionis specie obsidem detentum fuisse à Galerio Constantinum; de religione Christiana puto intelligendum. Qui enim ex Helena (vt dicemus) Christiana femina natus esset, & patre Constantio erga Christianos (vt vidimus) propensiore, specimen aliquod ab eo de patrocinio Christianæ religionis editum fuisse putamus: nisi magis placet, potius ea de religione ad Constantium patrem referri debere: quippe cum adeò de Christianis benemeritus esset, vt non tantum ab eorum persecutione cessasset, sed etiam apud se eos inter primos habere vellet, apud Galerium de prodita auita superstitione in suspicionem venerat: sicque eo modo (quod verius credimus) Constantinum Romæ agentem loco obsidis derinuerit: qua quidem causa obrentu religionis arrepta, Galerius, ne optimæ indolis iuuenis patri succederet, impediret.

X.
Socras. vbi
suprà.
CONSTANTIVS
OBITVS.
Euseb. in
vita
Constantini,
lib. 8.
cap. 11.

Sic igitur hoc eodem anno, iisdemque Consulibus (vt auctor est Socrates ^b) anno primo ducentiesimæ septuagesimæ primæ Olympiadis, octauo Kalend. Augusti, Constantius Imperator in Britannia Eboraci diem extremum clausit, de cuius erga Deum pietate vsque ad supremum diem seruata, hæc tradit Eusebius ^c: Qualis autem exitus eum, qui talem se erga Deum ostenderit, sit consecutus, quamque moribus & vita dissimilis eorum, qui eiusdem Imperij cum eo participes fuerunt; à Deo, quem sedulo coluit, factus, cuique in naturam & conditionem rerum ab illis gestarum aciem animi intendenti est ad intelligendum perfacile. Nam cum iam longo temporis spatio eximia & spectata satis regis virtutis indicia dedisset; tandem, repudiata penitus impiorum in variis colendis diis superstitione, Deum omnium moderatorem vltro agnouit; & sanctorum virorum precibus suam firme muniuit familiam; & reliquum vitæ cursum expeditum, perturbatione vacuum, magna cum laude transegit; &, quod vulgò beatum prædicant, neque quidquam ipse habuit molestiæ, neque alteri aliquando exhibuit.

XI.
CONSTANTIVS
IMP.
PIETAS.

Sic igitur omne tempus regni constans & tranquillum libens & coniugi cum tota famulorum turba præstitit, omnemque suam familiam vni Regi Deo consecrauit: adeò vt multitudo, quæ intra Regiam ipsam coiuerat, nihil ab Ecclesiæ forma distare videretur, in qua inerant Dei ministri, qui continuos cultus pro Imperatore etiam tum obierunt, cum

A cum piorum hominum genus & verè Deo inferuentium alibi apud Gentilium multitudinem ne nominari quidem absque periculo poterat. Ob ^a quas quidem res, neque id adeò diu post, Deus illum egregiè remuneratus est (reperit Eusebius breuiter collata illi à Deo beneficia) sic vt iam in Imperij gubernatione primas facile obtineret. Illi enim qui clauum Imperij ante eum tenuissent, nescio quo modo repentina animorum facta mutatione, post primum annum, quo Ecclesiæ Dei graui fuissent subsidione oppugnata, Imperio se sponte abdicauerunt. Constantius de reliquo solus & summus Imperator & Augustus appellatus est: qui cum initio Cæsarem ac Imperatorum diademate illustratus, & inter hos primas adeptus; tum postea in hoc honoris gradu exploratè, qualis esset, perspectus & cognitus, à Romanis ad summam dignitatem elatus fuit, & quatuor Imperatorum, qui post eum eo regnabant, summus, & Augustus nuncupatus: quin etiam solus, præter ceteros Imperatores, propter liberorum probitatem excelluit, permagna vtriusque sexus caterua in lucem edita susceptaque.

Cum autem ad summam propè senectutem prouectus, communi naturæ quod debebat esset persoluturus, & iam migraturus è vita; Deus tum rursus facinus quoddam planè admirabile eius causâ edidit, qui ei mortem oppeturo sua prouidentia curauerit, vt filius eius natu maximus Constantinus ad capeffendum Imperium præstò esset. Ille (vt supra diximus) in medio illorum, qui erant cum patre confortes Imperij, more illius veteris Dei prophetæ Moysis, quotidie versabatur: & vbi excessit è pueris, & iam ad adolescentiam peruenit; summo apud illos honore dignatus fuit. In qua ætate & honore nos eum vidimus, cum Palæstinorum regionem vnâ cum Imperatore, qui ceteros anteibat ætate, peragraret. Ad cuius dexteram assistens, illis, qui eum videre cupiebant, se adolescentem facile præstantissimum declarauit: vt pote in quo eximia regis cuiusdam indolis indicia ex eo quidem tempore elucere cœperunt. Vt enim corporis compositione ad pulchritudinem apta, & staturæ (vt ætas tulit) proceritate, nemo cum illo comparari potuit, & virium etiam firmitate tantum superauit æquales, vt illis nonnihil terroris iniiceret: sic virtutibus animi multo magis quam corporis ornamentis nobilitatus est; quippe modestia primùm suum decorauit animum, deinde politiore litteratura, tum prudentia à natura propè insita, ad extremum sapientia diuinitus animo consignata, tamquam alimentis quibusdam eximie educauit.

Quem quidem cum illi, qui tum rerum potiebantur, adolescentem generosum esse, robustum, procerum, excelso & erecto animo præditum animaduertent; inuidia simul fuerunt & metu percussi. Qua re inducti, tempus opportunum obseruant sedulo, quò graui aliqua contumelia eum afficiant. Quod quidem adolescens animaduertens (iiquidem Dei nutu insidiæ contra illum comparatæ semel & iterum fuerunt perpicue deprehensæ) fuga salutem quæsiuit: atque ea in re exemplum magni Prophetæ Moysis est probè imitatus. Deus etiam omnia eius causâ faciebat, prouide prospiciens, vt in tempore præstò esset ad patri succedendum. Extemplo enim vbi insidiarum machinas effugit, celeri gradu accessit ad patrem, & protinus post longum temporis interuallum, quo abfuerat, in eius conspectum venit. Eodem momento patris Constantij vitæ exitus in acie nouaculæ (vt dicitur) constitit.

Postquam autem filium ex insperato adesse vidit: exiliens è cubili, illum amplexatus est; atque illud quod sibi iam vitam edituro solùm tristitiam attulerat, filij nimirum absentia, se ex animo iam eiecisse asseruit, precesque propterea cum gratiarum actione Deo obnixè fudit. Iam verò mortem pluris propè quam immortalitatem æstimare se dixit, ac tandem familiam suam resque vniuersas ordine dispensauit. Atque in medio filiorum pariter ac filiarum, ipsum instar chori vndique cingentium, se statuens, & in ipsa Regia, inque regio cubili decumbens, regni hereditate filio, qui reliquos ætate anteibat, communi lege naturæ tradita, decessit è vita.] hucusque Eusebius de vita, moribus, atque felicitate Constantij: hæcque eadem in historia habet ^b.

Addit ad hæc Zonaras ^c: Fertur enim Constantio ægrotanti, & ob ceterorum filiorum ineptam indolem mæsto, Angelus adstitisse, qui iuberet vt Constantino relinqueret Imperium.] Sed mirum hæc præterisse Eusebium, qui laudandi Constantini nullam vmquam, licet leuem, reliquit occasionem. Sed & idem auctor de adolescentia Constantini hæc subdit: Hunc igitur Constantinum pater adolescentem etiam tum Galerio dedisse obsidem memoratur, vt interim etiam in re militari exerceretur: qui cum ei ob

Euseb. hist.
cap. 11. 12.
13. 14. 15.

XII.
CONSTANTIVS
IN
CON
STANTIA
MORIENTI.

XIII.
INSIDIAR
IN
CON
STANTIA
NUM.

XIV.
CONSTANTIVS
HERES
IMPERII.

Euseb. hist.
lib. 8. cap. 26.
29.

XV.
Zonaras. lib. 2.
Annal. in
Diocletiano.
FABVLOA
DE
CONSTANTIO
ET
CONSTANTINO.

ob

CHRISTI MARCELLI PAP. CONST. & GALER. IMPP.
306. 3. 3.

ob ingenij dexteritatem ex inuidia insidias strueret, in pugna Sarmatica mandavit, ut A barbarorum ducem armis insignem aggredere: Constantinum verò paruisse, eumque correptum viuentem ad Galerium portasse. Deinde leonem immanem & cruentam belluam iussisse subsistere: illum verò id quoque certamen, quamuis non sine periculo, diuina tamen gratia incolumem obiisse.] hæc Zonaras: quæ tamen (ut diximus) non tantum non Eusebius, sed nec qui in laudem eius dixerunt encomiasticas orationes, attigerunt: quæ ob sui dignitatem prætermitti minimè debuissent. Etenim idem Eusebius, qui (ut vidimus) illum comparat Moyse, Dauidi quoque vtriusque certaminis gloria comparaturus fuisse, si talia à Constantino facta nouisset. Habentis planè indiget historica veritatis oratio; ne ex arcto rectoque tramite veritatis, in latum laudationum campum soluta prolixiens, quæcumque sibi grata atque iucunda videntur vsurpans, nullo habito exacto rerum delectu, commentitia interdum veris admisceat. B Sed prosequamur cetera.

XVI. Defuncto igitur Constantio Augusto de Christianis optimè merito, eius vltima voluntate, votoque totius exercitus, Constantinus eius ex Helena filius in Imperium felicissimè subrogatur, diuino potissimum numine suffragante. Etenim felicius quàm Cyrus, deligitur, qui duram diurnamque ducentorum & septuaginta annorum captiuitatem sub Gentilibus Regibus in præsentem annum vsque productam solueret, Fidelem populum postliminiò restitueret, nec vnum tantum, sed plura templa vbique maiori gloria excitaret. Quis hæc considerans, non admiretur immensam & in omnibus planè admirabilem Dei prouidentiam? quæ quidem est in rerum omnium creatione, earumdemque moderatione atque conseruatione refulgeat, in regimine tamen atque patrocinio sanctæ Ecclesiæ potissimum declaratur.

XVII. Quo enim tempore maximè omnium humanis oculis videri poterat, sæuitia ac pertinacia aduersantium Imperatorum, Christiana religio radicitus esse conuulsa, funditusque diruta: cum etiam de eadem veluti prostrata atque deleta (ut vidimus) sublimes essent erectæ tanta victoria inscriptæ columnæ: quando insuper in Oriente senioribus flaccescentibus Imperatoribus, robustiores ad persecutionem acerbius instaurandam noui delecti essent Augusti: cum etiam ad inflectendam indomitam hætenus constantiam martyrum qui superstites erant, obrusæ viderentur esse secures, gladij hebetati, equulei inualidi atque remissi, & ignes frigidi, recensque excogitata tormenta vilescerent, & longè crudeliora opificum omnium solerti industria quærentur: quando denique iam omnibus solo æquatis Ecclesiis, occisisque vel fugatis vndique earumdem sacerdotibus, ceterisque ministris, ipsa quoque sancta libatio videretur penitus intermissa, vltimæ & maximæ omnium cladis indicium: Ecce tibi ex insperato, Omni-

potens ille, qui est terribilis in consilijs super filios hominum^a, qui vocat ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt, & de tenebris lumen splendescere facit^b; ipse, inquam, Deus cunctarum rerum opifex & moderator, virum sibi secundum cor suum eligit, erigitque in Imperium; quem & gratiæ suæ splendore illustrans faciat postea Christianum, qui Ecclesiam à tyrannide obsessam vindicet in libertatem, fugatam vndique reuocet pietatem, hostesque illius Imperatores debellet, eorumque spolia Crucis vexillo subiciat: qui item catenas, compedes, vngulas, & alia quæque ferrea instrumenta ad torquendum composita, iam obducta rubigine, conslet in vomeres, falces, atque ligones; & humiles ecclesias solo prostratas, in basilicas augustiori & ampliori structura restituat, atque oratoria clandestina mutet in templa, inque excelsa Dominica cryptas E & antra conuertat, eorumque ministros regis prosequatur honoribus: idemque Fidelibus cunctis adblandiatur ut fratribus, confessores sacris decoros stigmatibus ut gloriosi certaminis victores amplectatur, pulchraque signa ipsorum vulnere auidè osculetur: qui denique sanctæ Ecclesiæ in omnibus se exhibeat protectorem, & aduersus potestates aduersarias defensorem; cunctaque aucta gloria atque decore florentissima reddat, & latiori latiori que germine longè lateque Christianum nomen propaget atque dilaret: sicque perspicuum omnibus redderetur, non humano res nostras niti consilio, viribusque fulciri terrenis, sed planè Dei arbitrio regi, prouidentia gubernari, auxilio protegi, atque iugi protectione defendi: ita ut frustra laboraret humana præsumptio, & incassum conetur cæca temeritas, posse è terra conuellere, quæ fixas habent radices in cælo.

Post

CHRISTI MARCELLI PAP. CONST. & GALER. IMPP.
306. 3. 3.


A Post igitur cæcæ noctis horrorem, venturæ diei tunc quoddam auroræ crepusculum XVIII. in Constantio primùm erupit, sed primus Solis radius effulsit in Constantino, quando MELIORA TEMPERA EXORIVN- te, eo potissimum tempore, quo adhuc persecutionis atra tempestas densa caligine obtegeret Orientem, vbi in suo cursu nox (secundum diuinum oraculum^a) medium iter^a Sap. 18. perageret, dum decem persecutionis annorum vix quinque præterlapsi fuissent, & adhuc toridem superessent: donec progressibus suis Sol iste, qui ascendit super Occasum, Orienti tandem illuxit: cum iam antea illustrasset Occidentalem orbem atque Meridiem; cum, inquam, veterosum colubrum Maximianum Herculum, & duro iugo tyrannidis prementem Urbem Maxentium, & post Galerium, Maximinum diram Ecclesiæ facem, Licinium in Christianos æquè furentem pariter extinxisset monstrorum domitor Constantinus: tunc exulem diu pacem postliminiò reuocauit, atque fœnora multiplicato restituit, ipsamque Dei Ecclesiam, instar Saræ^b aliquando captivæ, regis^b Gen. 20. donatam muneribus, liberam reddidit viro suo. Hæc omnia, hisque maiora, qui hoc anno Dei voluntate auspicatur Imperium, post Constantij patris obitum Constantinus ope diuina perfecit: quonam verò rerum ac temporum ordine, dicemus singulis annis.

C **S**ED tempus est, ut hunc secundum totum Annalium absoluamus, cum iam ad Constantini Imperij exordium peruenerimus: constituamusque PERORATIO AVCTORIS. volumini terminum, ipsamque figamus hic feliciter lapidem Adiutorij^c, de superatis Dei potentia Philisthæis præclarum indicem, gloria Crucis exsculptum. Hic igitur longiori fatigata cursu oratio opportunè consistat: & beneficij memor actura gratias, ex more ad Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ Pedes prona se sternat; ut, cui accepta fert omnia, dono offerat quicquid à Deo se eius precibus intelligit consecutam: in ipsamque veluti in sacrosanctum viuamque Gazophylacium, duo minuta, instar viduæ illius^d, ex paupertate multo labore collecta, duos, d Mar. 12. inquam, absolutos tomos Annalium inferat. Sic ipsa nobis Virgo, arca tutissima, in qua Luca 21. lucubrationes nostræ seruentur, atque tuta custodia muniuntur; ne fur obrøpens, appetitus videlicet gloriæ, rapiat, vel tinea & rubigo inhærescentes, spes scilicet fallaces, exedant. Est enim ipsa vera diuinaque Arca illa ex lignis ferim compacta^e, quæ sibi credita Exodi 37. ta, sine corruptione conseruat. In eiusmodi enim archiuo cum res nostræ repositæ fuerint; nulla vniquam temporis varietate vel diurnitate labefactæ, aut vetustate delere, perpetua memoria in terris viuent; & (quod magis optamus) æterna præmia, diuina gratia largiente, assequantur in cælo à Domino nostro Iesu Christo, cui vnà cum Patre & Spiritu sancto sit semper laus, honor, virtus, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ANNALIUM TOMI SECVNDI

FINIS.

I N D E X
I N T O M V M S E C V N D V M
A N N A L I V M E C C L E S I A S T I C O R V M .



A



<p><i>Abagarus Rex quando Romam venit.</i> 272.a <i>Abagarus Rex venit ad Seuerum</i> 290.d <i>Abagarus Rex tenetur dolo ab Antonino Caracallo, & ex- poliatur.</i> 328.a <i>Abel, & alij inusti omnes à Caianis hereticis damnantur.</i> 114.e <i>Abelis genus unde, ex sententia Setbianorum.</i> 115.a <i>Abercius Episcopus Hierapolitanus.</i> 141.c <i>venit Romam vocatus à Marco Imp.</i> 142.b <i>curat Lucillam filiam arreptitiam.</i> 142.d <i>donatur à Marco Imp. frumento annuo in paup. ero- gando.</i> 141.c. 141.e <i>eius epistola ad Marcum Imp.</i> 143.a.b <i>Abilius Episcopus Alexandrinus moritur.</i> 7.d.e <i>Abimelech Rex successor Melchisedech.</i> 256.e <i>Abstinentia ab animatis superstitiosa ex Saturnino hare- siarcha.</i> 68.e <i>Abstinentia suspecta reddita qua.</i> 222.e <i>Abundantius diaconus martyr Roma sub Diocletiano cum Abundio.</i> 760.c <i>Abundius presbyter martyr Roma sub Diocletiano cum Ab- undantio.</i> 760.c <i>Abundius martyr Roma sub Valeriano Imp. cum Ireneo.</i> 551.b <i>Acclamations fieri solite in theatro.</i> 161.d.e <i>Acclamations in theatro fieri solite in Christianos.</i> 168.c.d <i>Acclamations facta in Commodum Imp.</i> 236.a.b <i>Acclamations populi in theatro, nihil iniustum decerni debere, Diocletianus rescipit.</i> 697.d <i>Acclamations populi in Circo factis decreta est ex Sena- tusconsulto persecutio in Christianos tempore Diocletiani.</i> 697.b <i>Accusationes contra Origenem.</i> 372.d <i>Accusandi ministri Dei non sunt.</i> 52.c <i>Achillus Alexandrinus presbyter creatur.</i> 655.b <i>sui presbiter Alexandria celeberrima schola Christiana- ne.</i> ibidem <i>Achilleus tyrannus in Aegypto.</i> 674.a <i>Achillei eunuchi & sociorum martyrium.</i> 5.c <i>Acindmus martyr in Pamphilia cum sociis sub Diocletiano.</i> 790.e <i>Acta Agapes & Chionie & sociarum mart. Thessalonica sub Diocletiano Imp.</i> 779.a. & seq. Annal. Eccl. Tom. 2.</p>	<p><i>Acta Alutinensum martyrum in Africa sub Diocletiano.</i> 741.e. & seq. <i>Acta Alurinensum martyrum deprauata à Donatistis.</i> 747.b.c <i>Acta Anysia martyris Thessalonicensis sub Diocletiano.</i> 753.c.d <i>Acta Claudij & sociorum sub Diocletiano.</i> 752.c. & seq. <i>Acta Clementis Pape sub Traiano.</i> 5.b. 12.b. & seq. <i>Acta Concilij Cirtenfis in Numidia sub Diocletiano.</i> 740.b <i>Acta Concilij in crypta Sinuessana contra Marcellinum Papam cuius fidei sint.</i> 754.c. & seq. <i>Acta Concilij Palestini de celebratione diei Paschalis.</i> 266, d.e. & seq. <i>Acta Cypriani passionis qua germana vel spuria sint.</i> 540.c <i>Acta Euplij martyris Catanæ in Sicilia sub Diocletiano.</i> 767.e. & seq. <i>Acta Flauiani & sociorum martyrum Carthagine sub Va- leriano.</i> 565.a. & seq. <i>Acta Fruentios Episcopi Tarraconensis sub Valeriano cum sociis.</i> 575.a. & seq. <i>Acta Hippolyti & sociorum martyrum Rome sub Valeria- no.</i> 526.e. & seq. <i>Acta Iacobi & Mariani martyrum in Numidia sub Valeria- riano.</i> 569.e. & seq. <i>Acta Lucij, Montani, & sociorum martyrum Carthagine sub Valeriano.</i> 562.d. & seq. <i>Acta Marcelli Centurionis martyris Tingi in Mauritania sub Diocletiano.</i> 686.e. & seq. <i>Acta martyrum consignari solita Christi regno.</i> 557.c <i>Acta martyrum corrupta interdum.</i> 673.b <i>Acta martyrum publica inuulnabilia.</i> 672.e. 673.a <i>Acta martyrum qua, & quomodo à Notariis excepta.</i> 390.a.b <i>Acta martyrum qua Proconsularia dicta sunt.</i> ibid. <i>Acta martyrum qua publice in Ecclesia recitarentur.</i> 165.c <i>Acta martyrum qua in Romana Ecclesia non legebantur.</i> 673.d <i>Acta martyrum qua taxantur censura Gelasij.</i> 673.c <i>Acta martyrum qua sint fideliora.</i> 672.e. 673.a <i>Acta martyrum recensere perutile.</i> 569.a <i>Acta martyrum suspecte fidei sunt, qua verborum lenocinio exornantur.</i> 672.e <i>Acta martyrum non aequali cum Evangelio honore leguntur.</i> 717.a <i>Acta Maximi martyris Ephesi sub Decio.</i> 452.d.e <i>Acta Neres & Archillei Rome sub Traiano.</i> 5.e <i>Acta Nicomedensium mart. sub Diocletiano.</i> 674.e <i>Acta Pavamonis militis mart. cum sociis sub Decio.</i> 453.e <i>Acta Perpetua & Felicitatis mart. Tuburbi in Mauri- tania sub Severo.</i> 303.c.d <i>Acta Pionij martyris Smyrne sub Decio.</i> 166.e. 167.a. 446.d.e. 448.a.e. 449.c. 450.d.e <i>Acta Praxedis sub Marco.</i> 149.e <i>Acta Presidialia que.</i> 688.a.b Acta</p>
--	---

I N D E X

*A*lla Proconsularia que. 390.b. 652.b
*A*lla Proconsularia de Traditoribus sacrorum Librorum. 732.e. & seq.
*A*lla Sabinii Episc. Spoletini sub Diocletiano. 697.b.c.d.e
*A*lla Scyllitanorum martyrum. 289.a
*A*lla Senatus de Censura Valeriani. 445.b
*A*lla Stephani Pape sub Valeriano. 529.d
*A*lla Sympboriani mart. Angustoduni sub Aurel. 622. c.d
*A*lla Tharaci, Probi, & Andronici martyrum Tarsi sub Diocletiano. 665.e. & seq.
*A*lla Sanctorum quomodo solita legi in Ecclesia. 727.a
*A*llis publicis quid addere vel demere, crimen est maiestatis. 673.a
*A*lbinus Clemens philosophus Platonius sub Traiano. 42. b.c
*A*ltoni causam agenti certum dicendi spatium temporis pre-
 fiturum. 390.d
*A*luas discipulus Manetis, unde *A*luanita. 638.c
*A*luanita idem Manichei. *ibid.*
*A*lucius mart. Puteolis cum sociis sub Galerio. 787.d. & seq.
*A*lysius mart. Scyllitanus sub Senecro. 290.a
*A*lyselius cum Victoria mart. Corduba sub Dioclet. 767.a
*A*damite heretici ex Gnosticis prodierunt. 73.e
*A*damite quando cogniti. 200.b
*A*damsus cum Felice mart. Roma sub Dioclet. 729.b.c
*A*bdon & Sennen Perse martyres sub Decio. 453.d.e
*A*dolphus heresiarcha. 400.d
*A*dolefcens Christianus castitatis amore petiit licentiam se
 castrandi. 71.d
*A*douidius templum ab Hadriano erectum in Bethlehem. 94.a
*A*do Viennensis corrigitur de martyrio S. Ignatii. 46.e. & seq.
*A*donis de Dionysio sententia. 36.d
*A*doptio una cum Consulatibus & Tribunitia potestate Ha-
 driani numismate expressa. 60.e
*A*drius mart. cum sociis Roma sub Valeriano. 427.a. & seq.
*A*duena Syri hospitari soliti Roma in Uiminali, vel Esqui-
 lino. 136.d
*A*duentor martyr cum sociis Taurini sub Maximiano. 684.a
*A*duerarius persequitur Catholicos, non schismaticos vel
 hereticos. 490.c
*A*duli etiam statim post Baptismum Eucharistiam percipie-
 bant. 492.c
*A*duocatus Fisci quando cepit. 91.c
*A*edificia Aureliani Imp. 627.b
*A*edius idoli factus Christianus a Gregorio Thaumatur-
 go. 443.d.e. & seq.
 idem factus diaconus Ecclesia Neocæsariensis, comesque
 Gregorii in fuga. 444.e
 operatur signo Crucis miracula. *ibid.*
*A*egyalcus index inter Manetem & Archelaum Episc. 631.c
*A*egypti Praefectura instar Regni. 294.e
*A*egyptia sacra a Romanis sepe reiecta, demum accepta. 126. c. d.
*A*egyptii ob inuentum Apim alterantur. 76.d.e
*A*egyptii omnes operosi. 89.b
*A*egyptii religionibus diuersis mixti. *ibid.*
*A*egyptii prouidi ad rixas. 409.d.e
*A*egyptii pregnantem feminam morte excimunt. 304.b.c
*A*egyptii occisi a Caracallo. 327.c
*A*egyptii in Senatores allecli ab Antonino Caracallo. 295.c
*A*egyptii martyres sub Valeriano. 538.c. & seq. Vide,
 Martyres.
*A*egyptii martyres passi Tyri sub Dioclet. 720.a. & seq.
*A*egyptii liberant Dionysium Episcopum Alexandrinum, cum
 duceretur in exilium. 434.c
*A*egyptiorum uicia. 89.b
*A*egyptiorum uicia in Christianos reuicit Popiscus. 644.a.b
*A*egyptius magus excitat Alexandrinos in Christianos. 408.e.
 & seq.
*A*egyptius magus quid Roma cum Plotino. 384.d.e
*A*egyptius magus impellit Valerianum in Christianos. 526.c
*A*elia adificatur ab Hadriano ex Ierosolyma. 82.a. 92.d
*A*elie constructio demandata Aquile Pontico. 94.e
*A*elie porta porcus insculptus. 92.d
*A*elianus tyrannus cum Amando in Gallis. 680.e
*A*elianus acclamatus Imperator in Gallia. 607.a
*A*elius Lampridius quando uixit. 772.a
*A*elius Publius Episcopus in Thracia. 181.a
*A*elius Episcopus Ierosolymorum. 243.a
*A*elius Gordianus Iureconsultus. 339.c
*A*elius Serenianus consiliarius Alexandri. 388.a
*A*elius Spartianus quando uixit. 141.c. 772.a
*A*emilia mart. Lugduni sub Marco. 223.d
*A*emilianus mart. Carthagine cum Casto sub Decio. 433.c
*A*emilianus mart. in Numidia cum sociis sub Valeriano. 571.c. & seq.
 Visio offensa Emiliano. 571.c
*A*emilianus Praefectus Augustalis in Aegypto quid in Chri-
 stianos. 536.c.d. dat poenas scelerum. 539.b
*A*emilianus imperat in Aegypto. 578.a
 concitatur bellum civile Alexandria. 581.d
 captus & occisus. *ibid.*
*A*emilianus acclamatus Imp. a militibus, & occisus. 508.e
*A*emilianus Praefectus Hispaniarum. 536.e
*A*eona Valentini. 110.b
*A*eschines Montani sectator, ex quo Sabelliana heresis. 185.e.
 280. a
*A*esculapij conficta miracula. 98.d.e. & seq.
*A*esculapius in serpente fingitur apparuisse. 113.a
*A*etas longa quorundam discipulorum Domini. 41.b.c
*A*etas initiandorum sacerdotio ex lege Moyse. 10.e. & seq.
*A*fra mart. cum sociis Brixia sub Hadriano. 76.b
*A*fra mart. Augusta Vindelici, cum aliis sub Diocletiano. 763. b
*A*frica ab Hadriano multa est consecuta. 79. c
*A*fricana Ecclesia grauius passa sub Decio, reddita illi pax
 ciuili. 457.b.c
*A*fricana Ecclesia sub Valer. & Gallieno exagitata. 562.
 b.c. & seq.
*A*fricana Ecclesia infestata a Manicheis. 663.b
*A*fricana Ecclesia quando cepit rebaptizare baptizatos ab
 hereticis. 515.a
*A*fricana Ecclesia schismate diuisa tempore Dioclet. 731.e
*A*fricani V. C. legatio pro restituenda Nicopoli. 335. b
*A*fricani insignis eruditio & monumenta. *ibid.*
*A*fricani Iureconsulti mentio. 349.d
*A*fricani Episcopi damnati ad metalla. 544.a
*A*fricani Episcopi qui errauerunt cum Cypriano, postea facti
 sunt martyres. 568.c
*A*fricani martyres. Vide infra, Martyres
*A*fricani martyrum cupidissimi. 77.d
*A*fricani in libidinem solutissimi. 421.b
*A*fricani milites sub duce Gereone martyres in Gallia. 685.b
*A*fricani mercatores emunt Tarsi corpora martyrum, desi-
 runtque ea Hipponem Regium. 790.b
*A*fricanum Concilium contra Prinatium hereticum. 395.a
*A*fricanum Concilium quadraginta duorum Episcoporum.
 476. e. & seq.
*A*fricanum Concilium tempore Valeriani. 509.c.d
*A*fricanum Concilium in causa Basilidis & Martialis. 512. b
*A*fricanum Concilium de non recipiendis quae essent hereti-
 corum. *ibid.*
*A*fricanum Concilium primum de rebaptizandis baptizatis
 ab hereticis. 516. d.e. & seq.
*A*fricanum Concilium secundum in eadem causa, Episcopo-
 rum septuaginta unius. 517.d
*A*fricanum Concilium tertium in eadem causa Episcopo-
 rum octoginta septem. 519. d.e
 Afri-

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

*A*fricanum schisma a Felicissimo constat, Vide infra,
 Felicissimus.
*A*fricanum schisma a Nouatio excitatum. Vide infra,
 Nouatus.
*A*fricanum schisma a Prinato heretico, & Fortunato pseu-
 doepiscopo Carthaginen. Vide infra, Prinatius, & For-
 tunatus.
*A*fricanum schisma Monensium, quando eius prima ori-
 go. 456.e
*A*fricanum ingens schisma Donatistarum quando cepit.
 731.e
*A*gapen Christiani frequentabant. 22.e
*A*gapis, Chionia, & Irene cum sociis martyres Thessalonica
 sub Diocletiano. 779.a. & seq.
*A*gapius catechista Nicomedia. 674.e
*A*gapius cum Secundino martyr in Africa sub Valeriano.
 569. d
*A*gatio uisio diuinitus offensa. 572.a
*A*gapius martyr in Palestina sub Diocletiano. 789.a
*A*gapius cum Bassa martyr Edessa sub Galerio. 787.b
*A*gapius diaconus martyr Roma sub Valeriano. 550.a
*A*gatha martyr Catanea in Sicilia sub Decio. 454.a
*A*gathodorus martyr sub Antonino. 130.c
*A*gathonice martyr sub Antonino. *ibidem*
*A*gathonice mart. Perge sub Marco cum sociis. 167.c
*A*gathonis confessio Thessalonica sub Dioclet. 779.a.b
*A*gathopos comes S. Ignatii. 29.e
*A*gathopos diaconus Thessalonica mart. sub Diocletiano.
 781. b
*A*gaumenses martyres Solodori sub Maximiano. 683.e
*A*ggaus mart. Bononia sub Diocletiano. 762.c
*A*glais matrona Tarsum legat Bonifacium pro reliquiis mar-
 tyrum, quem recipit martyrem. 789.d
*A*gnes martyr Roma sub Diocletiano. 776.a
*A*gnus apprensus fontem monstrat. 5.c
*A*gonalia Capitolina, ex quibus statuta chronologia. 393.c
*A*grestius Chromatius Praefectus urbis sit Christianus. 651.a
*A*gricola cum Vitale martyr Bononia sub Dioclet. 762.c
*A*gricola & alij mart. Rauenna sub Dioclet. 762.c
*A*gricolanus Praefectus in Mauritania persequitur Christia-
 nos. 687.e
*A*grippa creatur Episcopus Alexandrinus. 154.d
*A*grippina mart. Roma sub Valeriano. 573.e
*A*grippinus Episcopus Alexandrinus. 235.a
*A*grippinus Episcopus Carthaginensis auctor rebaptizatio-
 nis in Africa. 325.c. 326.c. 515.d.
 quomodo praecessor dictus est Cypriani. 325.d
*A*lbanus mart. in Britannia sub Diocletiano. 767.c
*A*lbina mart. Formis sub Decio. 454.b
*A*lbinus Caesar. 252.a.d. 260.c
 occiditur a Senecro. 272.b
*A*lbinus martyr Lugduni sub Marco. 223.c
*A*lciades unus ex martyribus Lugdunensibus sub Marco
 Imp. *ibidem*
*A*lciades sectator Montani. 176.b
*A*lciadis abstinentia suspecta. 222.d
*A*lexander Episcopus mart. Roma sub Pio. 130.d
*A*lexander martyr Apamea sub Pio. *ibid.*
*A*lexander Carbonarius factus Episcopus & martyr. 380.a
 eius simplex dictio Deo grata ex uisione diuinitus facta
 ostenditur. *ibidem*
*A*lexander Eumenia martyr sub Marco. 182.c
*A*lexander filius S. Felicitatis martyr Roma sub Marco.
 192.a
*A*lexander martyr cum sociis Lugduni sub Marco. 223.c
*A*lexander Episcopus Ierosolym. loco Narcessi ordinatur.
 317.c.d
 eius littera ad Antinoitas. 274.c. confessio. 298.b
 Annal. Eccl. Tom. 2.
 eius bibliotheca. 441.d
 que seruata est incolumis ab incendio Dioclet. 441.a
 idem de ordinatione Origenis accusatur. 349.d. excu-
 satur. 349.e
*A*lexander Episcopus Hierapolitanus sub Senecro. 310.a
*A*lexander martyr in Aegypto sub Decio. 436.d
*A*lexander martyr cum Prisco & Malcho Caesarea Palesti-
 nae sub Valeriano. 539.b
*A*lexander martyr in Syria sub Numeriano. 650.b
*A*lexander & Cuthia martyres Roma sub Dioclet. 678.b
*A*lexander legionis Thebanae miles martyr cum Secundo sub
 Maximiano. 683.e
*A*lexandri duo martyres in Palestina sub Dioclet. 754.a
*A*lexander martyr Thessalonica. 781.c
*A*lexander cum sociis martyr in Pamphilia sub Dioclet.
 790.e
*A*lexander Papa. 75.a. eius sedis tempus. 85.c. res
 gesta. 85.c. & seq. concitat inuidiam Senatorum, con-
 uertens nobiles Romanos ad fidem. 85.d.e. eius marty-
 rium, ordinationes, & sepultura. 85.c. 86.a
*A*lexander Montani sectator pseudomartyr. 179.e. 180.a
*A*lexander impostor praetextu Aesculapij apparentis multos
 decipit. 113.a
*A*lexander impostor decipit Seuerianum duce exercitus.
 140.e
*A*lexander impostor iterum Romanum exercitum sub Mar-
 co in discrimen adducit. 172.c
 eiusdem obitus miserandus. 114.b
*A*lexander illos Pionij martyris. 448.b
*A*lexander Libs scriptor. 400.d
*A*lexander Valentiannus hereticus. 310.a
*A*lexander Mammea filius creatur Caesar. 336.d
 occiso Elagabalo imperat. *ibid.* uoluit Christum cum
 diis. *ibid.* eius lararium. 336.e
*A*lexander imitatur Christianos ineligendis magistratibus.
 337.a
*A*lexander adiudicat causam Christianis aduersus popina-
 rios. 337.b.c
*A*lexander fauere Iudeis uehementer. 338.e
*A*lexander concessit Iudeis iudicium erga suos. 339.a
*A*lexander dictus est Archisynagogus. *ibid.*
*A*lexander praefecit Inuisitissimos Reipubl. 339.c.d
*A*lexandri Imperium dictum sine sanguine sed quo modo
 hoc. 340.e. & seq.
*A*lexandri coniux a Mammea matre relegata in Africam.
 341.a
*A*lexander superstitione superat omnes augures. 345.a.b
*A*lexander optimas leges statuit. 344.e
*A*lexander exoletos uoluit prohibere. *ibid.*
*A*lexander uelut gal lenonum & meretricum in ararium in-
 ferri uoluit. *ibid.* & seq.
*A*lexander expugnat Artaxerxem Regem. 385.b.c.d
*A*lexander cultorem legis naturae se exhibuit. *ibid.*
*A*lexander seuerus erga milites. *ibid.*
*A*lexander mittit in exilium Pontianum Papam. 386.c
*A*lexander occiditur a militibus. *ibid.*
*A*lexander relatus inter dios. *ibid.*
*A*lexandri gloria longe ampliore obtinent serui Dei. *ibid.*
*A*lexandri familia reuera hominibus Christianis. 387.b
*A*lexandri domestici occisi a Maximiano Imp. *ibid.*
*A*lexandrina Ecclesia qualis. 655.d.e
*A*lexandrina schola florentissima ex Christianis doctoribus.
 375.c
*A*lexandrina Ecclesia scinditur diro schismate. 791.b
*A*lexandrini Episcopi quo modo eligantur. 402.d
*A*lexandrini Episcopi sibi inuicem succedentes. 7.e. 49.a
 90.e. 129.b. 154.d. 246.e. 381.a. 401.c. 603.a. 655.b.
 691.e. 692. a
*A*lexandrini martyres sub Decio. 435.b
 a 2 Alexan-

I N D E X

<i>Alexandrini occisi ab Anton. Caracallo dant penas de effuso sanguine Christiano.</i>	337.c	<i>Anastafius Cornicularius martyr Praeneste sub Aureliano.</i>	625.e
<i>Alexandrini peste consumpti, fame quoque & bello vexati.</i>	583.a. & seq.	<i>Anastafius Bibliothecarius transtulit vitam Dionysij Aegopagite.</i>	39.d
<i>Alexandrini vexant Christianos, excitantur à mago in Christianos.</i>	408.e. & seq.	<i>Anastafius & socii martyres Camerini sub Decio.</i>	434.b
<i>Alexandrini proni ad rixas.</i>	409.d.e. & seq.	<i>Anastafius Fortunatus Praefes Mauritanie sub Diocletiano.</i>	687.a. & seq.
<i>Alexandrini liberati ab obsidione & fame ab Anatolio nomine Christiano.</i>	582.a	<i>Anatholia martyr apud Lacum Vulturnum sub Decio.</i>	416.e
<i>Alexandrini obsessi ab exercitu Romano.</i>	582.b	<i>Anatolius Alexandrinus, vir insignis, postea Episcopus Laodicenus.</i>	646.b
<i>Alexandrini professores Christiani fugiunt tempore persecutionis.</i>	298.d. & seq.	<i>Anatolius liberat Alexandrinos ab obsidione & fame.</i>	582.a
<i>Alexandrinum incendium.</i>	360.c	<i>Anatolius Philosophus Christianus Alexandrie publice interpretatus Aristotelem.</i>	646.b. & seq.
<i>Allogonus scriptor.</i>	400.d	<i>Ancilia translata in Palatium.</i>	330.e
<i>Almachius Praefectus Urbis.</i>	372.e	<i>Ancolianus martyr in Gallia sub Valeriano.</i>	574.b
<i>Alogi heretici.</i>	255.d.e	<i>Andeolus martyr in Gallia sub Severo.</i>	305.a
<i>Alpheus martyr in Palestina sub Dioclet. cū sociis.</i>	723.b	<i>Andochius martyr in Gallia sub Marco.</i>	166.c
<i>Alphenus Iureconsultus.</i>	339.d	<i>Andreas dux victor in bello Persico.</i>	693.e
<i>Alatinenses martyres in Numidia sub Dioclet. 741.d. & seq.</i>	741.d. & seq.	<i>Andreas dux Iudeorum sexagesimus.</i>	57.a
<i>Alutinenfis martyr Aëta depravata à Donatistis.</i>	747.b.c	<i>Andronicus cum Tharaco & Probo martyr Tarfi sub Diocletiano.</i>	665.e. & seq.
<i>Amandus tyrannus in Gallia.</i>	680.e	<i>Angelici sic dicti heretici.</i>	548.c.d.e
<i>Arcadius legatus Cypriani ad Confessores.</i>	544.c	<i>Angelorum cum hominibus permixtiones.</i>	114.e
<i>Amaranthus martyr in Aquitania sub Decio.</i>	454.c	<i>Angelorum connubia finxit Valentinus.</i>	111.a
<i>Ambrosius Centurio martyr Forétini sub Diocletiano.</i>	761.d	<i>Angelorum hierarchia ob Ignatio primum expressa.</i>	37.b.c
<i>Ambrosius Episcopus Mediolanen. in lucubracionibus suis non vsus notarius.</i>	333.a	<i>Angelos creasse animas negabatur Hermogenes.</i>	171.a
<i>Ambrosius Episc. tenacissimus simplicis dictionis divina Scriptura.</i>	ibid.	<i>Angelum esse Deum Iudeorum aiebat impius Saturninus.</i>	68.b
<i>Ambrosius Marcionita, siue Valentinianus, conuersus ab Origene.</i>	331.e	<i>Angelum reuelasse mysterium de die Paschatis.</i>	135.c
<i>Ambrosius suppeditat Origeni septem notarios & impensas.</i>	332.d	<i>Angelus liberat Theophilam virginem à stupro.</i>	701.c
<i>Ambrosius vir frugi & doctus.</i>	333.b	<i>Angelus liberat Confessores.</i>	727.e
<i>Ambrosius impellit Origenem, ut scribat contra Celsum.</i>	395.e	<i>Anicetus Papa post Pium.</i>	134.c
<i>Ambrosius studet summopere Origeni.</i>	332.e	<i>Anicetus creatur Rom. Pontifex.</i>	156.e
<i>Amen. Gratia. signum Epistolarum, Apostolico more.</i>	36.e	<i>Anicetus dignè excipit Polycarpum Romam venientem.</i>	158.b
<i>Amnia prophetissa in Ecclesia.</i>	180.d	<i>Aniceti Pape tempore Marcio venit Romam.</i>	117.a
<i>Ammon martyr Alexandria sub Decio.</i>	436.a	<i>Anicetus Papa martyr. 191.c. tempus sedis, decreta, ordinationes, sepultura.</i>	191.d
<i>Ammonaria due martyres Alexandria sub Decio.</i>	435.d	<i>Anima duo in homine, ex Manetis delirio.</i>	635.e
<i>Ammonianus cum sociis martyr in Lycia sub Diocletiano.</i>	790.e	<i>Animale genus hominū quodnam ponat Valentinus.</i>	110.d
<i>Ammonij Harmonia Evangelica.</i>	188.d	<i>Animalia fera parcunt Christianis in theatro.</i>	672.a.
<i>Ammonij philosophia secreta non omnibus communicanda.</i>	400.c	<i>Vide infra, Martyres.</i>	
<i>Ammonij scripta.</i>	381.e	<i>Animam adnatam corpori, libro scripto docuit Isidorus hereticus.</i>	67.d
<i>Ammonius philosophus Christianus, magister Plotini.</i>	381.d	<i>Animas corporales habere qualitates, ex Montano profuxit.</i>	184.d
<i>Ammonius laudatus à Longino philosopho, atque Porphyrio.</i>	381.b	<i>Animas defunctorum iuvari patrocinio martyrum.</i>	344.d
<i>Ammonius semper vixit atque obiit Christianus, contra assertionem Porphyrij.</i>	381.e	<i>Animas defunctorum iuvari suffragiis viuientium. Vide infra, Defuncti.</i>	
<i>Amnes martyr in Gallia cum sociis sub Marco.</i>	223.d	<i>Animarum prauos affectus ex inhabitantibus in nobis malis spiritibus, ex Basilide.</i>	67.a.b
<i>Ampelius martyr Alutinenfis sub Dioclet.</i>	742.a	<i>Animarum praexistentiam, & peccatum antequam conicerentur in vincula carcerum, ex Basilide.</i>	67.a
<i>Anabaptismus Marcionis.</i>	118.e	<i>Animarum purgatio stulta à Manete excogitata.</i>	636.a
<i>Anabaptismi questio capta in Africa sub Agrippino Episcopo Carthaginiensi.</i>	516.b.c. & seq.	<i>Animarum transmigrationem docebat Caypocras.</i>	68.e
<i>Anabaptismum Catholicis exhorruerunt.</i>	519.b	<i>Animalia in filijs se dunt Christianis tempore persecutionis.</i>	783.a
<i>Anabaptismus ab eius defensoribus etiam proscriptus.</i>	524.c. & seq.	<i>Anni Christi à Iustino numerati.</i>	107.d
<i>Anacleus Papa creatur.</i>	20.d	<i>Anorum exacta computatio. 251.c. Vide, Chronologia.</i>	
<i>Anacleus Papa erexit memoriam Sancti Petri Apostoli.</i>	50.a	<i>Ananus martyr Senis sub Diocletiano.</i>	762.b
<i>Anacleti martyrium, & alia ab eo res gesta.</i>	50.a	<i>Anaterus Papa creatur.</i>	388.e
<i>Anachoretarum princeps Paulus Thebens.</i>	437.b	<i>Anaterus Papa questuit Aëta martyrum.</i>	390.a
<i>Anastasia senior martyr Roma sub Valeriano.</i>	574.e	<i>Anaterus martyrium patitur. 389.e. tempus sedis.</i>	ibid.
<i>Anastasia uxor Publy multa à viro passa sub Diocletiano.</i>	692.b	<i>ordinationes.</i>	391.a
<i>Anastasia littere ad Chrysogonum.</i>	692.e	<i>Anthes martyr Salerni sub Dioclee.</i>	762.a
<i>Anastasia martyr in Palmaria insula.</i>	767.d	<i>Antbia martyr in Ulyrico sub Hadriano.</i>	101.d
		<i>Antbusa martyr Tarfi sub Valeriano.</i>	539.d

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

<i>Antichristi tempus adesse crediti sub Severo.</i>	292.b. 294.d	<i>Antonini Caracalli Decennalia.</i>	310.e
<i>idem existimatum tempore Galli & Volusiani.</i>	488.d	<i>Antoninus Caracallus crudelissimè occidit Alexandrinos.</i>	327.c
<i>Antidotum aduersus omnes haereses.</i>	121.c. 223.b	<i>Antoninus Caracallus quid in Abagarum.</i>	328.a
<i>Antimi diaconi martyrium sub Galerio.</i>	713.c	<i>Antoninus Caracallus totus in magis.</i>	328.b.d.e
<i>Antimi Episcopi Nicomediae martyrium.</i>	711.e. 713.e	<i>Antoninus Caracallus coluit Tyanicum.</i>	ibid.b
<i>Antimus martyr cū sociis in Cilicia sub Diocletiano.</i>	654.e	<i>Antoninus Caracallus occiditur.</i>	329.a
<i>Antimus Episcopus Nicomediae post Cyrillum.</i>	675.a	<i>Antoninus Caracallus relatus inter deos.</i>	ibid.b
<i>Antimus Episcopus Nicomediae quaritur ad necem.</i>	704.a	<i>Antoninus Elagabalus. Vide, Elagabalus.</i>	
<i>Antimus martyr Roma sub Diocletiano.</i>	728.e	<i>Antoninus Pius, dictus antea Arrius Antoninus, idemque Proconsul in Asia, quid de Christianis admirans exclamauit.</i>	77.c
<i>Antinopolis ciuitas in Aegypto in honorem Antinoi erecta ab Hadriano.</i>	87.d	<i>Antonini Pius & Verus adoptati ab Hadriano.</i>	96.c
<i>Antinopolis facta carnificina martyrum.</i>	89.d	<i>Antoninus cur dictus Pius.</i>	98.d
<i>Antinopolitani martyres.</i>	ibid.	<i>eius genus, etas.</i>	101.e
<i>Antonius puer consecratus deus ab Hadriano.</i>	87.d	<i>Antoninus Pius quando accepit Tribunitiam potestatem.</i>	96.c
<i>Antonius numisma de eo. 88.a. deridetur à sanctis.</i>	88.a. 89.a	<i>Antoninus pius Hadriano templa erigit.</i>	101.e
<i>Antonium praecernerunt carmina Sibyllina.</i>	87.e	<i>Antoninus Pius clementissimus predicatus.</i>	102.a. 137.c
<i>Antiochia immenso terremoto concussa atque prostrata.</i>	55.e. 56.a	<i>Antoninus Pius quando cepit imperare.</i>	101.c
<i>Antiochia alio terremoto concussa sub Leone Imp.</i>	57.a	<i>Antoninus Pius Iudeos rebellantes compressit.</i>	103.d
<i>Antiochia capta à Persis.</i>	395.d	<i>Antoninus Pius diuersas gentes coërcuit.</i>	ibid.
<i>Antiochenis in sensu Hadrianus.</i>	81.a. 85.a	<i>Antoninus Pius sacrificus, diis deditus.</i>	104.c
<i>Antiochena Ecclesia quo modo consecuta est pacem sub Traiano.</i>	29.b	<i>Antonini Pij tempore Christiani inuidiam passi.</i>	107.e
<i>Antiochena professio contra Paulum Samosatenum.</i>	619.b.c	<i>Antoninus Pius quando aggressus est persequi Christianos.</i>	108.a.b
<i>Antiochena ciuitatis chronologia.</i>	642.e	<i>quibus per mortis id egerit.</i>	ibid.
<i>Antiocheni Christiani liberi à clade terremoto.</i>	57.a	<i>Antoninus Pius damnat lectionem librorum Prophetarum.</i>	108.c
<i>Antiocheni Episcopi.</i>	48.c. 85.a. 108.a. 169.a. 237.b. 329.e. 348.e	<i>Antoninus Pius quando pro Christianis rescripsit.</i>	128.e. 130.e
<i>Antiochenum Concilium Apostolorum.</i>	18.a	<i>Antoninus Pius rescripsit pro Christianis.</i>	130.e. 131.d
<i>Antiochenum Concilium in causa Nonatiani schismatici.</i>	496.a	<i>statuit penas persecutoribus.</i>	131.c
<i>Antiochenum Concilium prius contra Paulam Samosatenum.</i>	599.b.c.d	<i>Antoninus Pius redarguit segnitiam Gentilium in cultu deorum.</i>	131.a.b
<i>Antiochenum Concilium posterius contra Paulum Samosatenum.</i>	615.d	<i>Antoninus Pius ampliauit legem Iuliam de adulteriis.</i>	137.c.d
<i>Antitacta heretici.</i>	74.a	<i>Antonino sponte dediti populi.</i>	ibid.e
<i>Antistius Episcopus Dyrrachij martyr.</i>	48.e. 49.a	<i>Antonini Pij obitus, etas, tempus regni, relatio inter diuos, sepultura.</i>	139.a.b. & d
<i>Antitbeses Marcionis.</i>	117.e	<i>Antoninus Pius honoratus columna à Marco.</i>	209.d
<i>Antonia martyr cū Terulla in Africa sub Valeriano.</i>	568.e	<i>Antoninus, Marcus cognominatus. Vide, Marcus.</i>	
<i>Antonia martyr in Gallia sub Marco.</i>	223.d	<i>Antoninus Verus dictus. Vide, Lucius Verus.</i>	
<i>Antonianus Episc. in Numidia quid ad Cyprianum.</i>	473.e	<i>Antoninus Carafa Cardinalis restituit editionem Septuaginta.</i>	366.a
<i>Antoninus Episcopus Ierosolymitanus.</i>	243.a	<i>Antonius Carafa Cardinalis praefuit emendationi impressionis Vulgatae.</i>	366.a. 369.b
<i>Antoninus cum sociis martyr Roma sub Valeriano.</i>	573.e	<i>Antonius Magnus, martyrij cupidus, candidatus apparuit.</i>	498.b
<i>Antoninus Caracallus lacte Christiano nutritus.</i>	252.e	<i>Antonius martyr Roma cum sociis sub Valeriano.</i>	574.a
<i>Antonini Caracalli puertia bene instituta sub nutrice Christiana.</i>	315.b.	<i>Antonogenes martyr Emerita cum fratribus.</i>	766.d
<i>Antonini & Seueri numismata de indulgentia Carthagin.</i>	311.b.c	<i>Anulinus Proconsul in Africa sub Diocletiano, diuque permansit in magistratu.</i>	731.a
<i>Antoninus Caracall. in sensum mutatus, patrem Seuerum occidere tentauit.</i>	314.d	<i>Anulinus Proconsul questionem habet de martyribus Alutinenfis.</i>	742.c. & seq.
<i>Antoninus unde cognominatus est Caracallus.</i>	317.b	<i>Anulus signatorius utebantur Episcopi.</i>	107.a
<i>Antoninus Caracallus quando Caesar est dictus.</i>	260.c	<i>Anysia martyr Thessalonica, & eius Aëta.</i>	753.b.c
<i>Antoninus Caracallus Plantianum occidit.</i>	306.c	<i>Apamea delubrum Matris deorum Theodoros martyr in-cendit.</i>	783.c
<i>Antoninus Caracall. ex Bassiano dictus est Antoninus, cum creatus est Caesar.</i>	272.b	<i>Apelles discipulus Marcionis.</i>	120.a
<i>Antoninus Caracallus creatus à patre Imperator.</i>	277.b	<i>Apelles haeresarcha, eiusque haereses.</i>	ibid.
<i>Antoninus Caracallus unà cum Geta imperat.</i>	315.a	<i>Aper dux exercitus occidit Numerianum.</i>	648.a
<i>Antoninus Caracallus occidit omnes amicos Seueri patris.</i>	315.b	<i>Aper occiditur à Diocletiano.</i>	648.b
<i>Antoninus Caracallus ex Britannia Romam rediit.</i>	315.d	<i>Aphrodisia martyr cum sociis in Caria.</i>	790.e
<i>Antoninus Caracall. occidit fratrem Getam.</i>	318.b	<i>Apio Alexandrinus calumniatur Hebræos.</i>	283.c
<i>Antoninus Caracall. acriter sauit in Romanos.</i>	318.c	<i>Apiones duo.</i>	14.a
<i>Antoninus Caracallus vita turpissimus.</i>	318.d	<i>Apis deus Aegyptiorum.</i>	76.d.e
<i>Antoninus Caracall. vitor sanguinis Christiani.</i>	ibid.e	<i>Apis inuentio, causa magne rixae apud Alexandrinos.</i>	ibid.
<i>Antoninus Caracall. nihil mali molitus in Christianos.</i>	319.a	<i>Apis femur percussit Cambysei Rex.</i>	ibid.e
<i>quod prope miraculum fuit existimatum.</i>	ibid.	<i>Apocalypsoe liber non rectè ex Canone excluditur.</i>	17.a
<i>Antoninus Caracallus quid contulit Aegyptiis.</i>	295.e		

I N D E X

<i>Apocrypha quomodo permittenda.</i>	247. c. d	<i>Apostolorum Constitutiones.</i>	14. b. c. d
<i>Apodemus martyr Casaravgusta sub Diocletiano.</i>	765. c	<i>Apostolorum Canones quomodo apocryphi.</i>	15. b. c
<i>Apollinis templum postea emisit.</i>	168. a	<i>Apostolorum Antiochia synodus.</i>	18. a. b
<i>Apollinis templum terrae motu collapsum.</i>	345. c	<i>Apostolorum nomina imponi solita filiis Christianorum.</i>	43. c
<i>Apollinaris Episcopus Hierapolitanus.</i>	175. b	<i>Apostolorum Petri & Pauli trophaea Rom.</i>	26. a. b. 319. e
<i>Apollinaris Episcopus adversus Montanum agit.</i>	178. c	<i>Apostolorum Petri & Pauli corpora translata in Catacumbas.</i>	334. c
<i>eius epistola. 178. a. b. quando scripsit.</i>	181. e	<i>Apostolorum Petri & Pauli limina visitari solita etiam tempore persecutionis.</i>	658. b. c
<i>Apollinaris insignis in scribendo modestia.</i>	178. b	<i>Apocritici haeretici.</i>	548. e
<i>Apollinaris in Gallia martyr sub Marco.</i>	223. d	<i>Appianus martyr in Palestina sub Dioclet. 777. a. & seq.</i>	777. a. & seq.
<i>Apollo propter Christianos se falsa dedisse oracula fatetur.</i>	706. e	<i>Apronianus Commentariensis martyr sub Diocletiano.</i>	759. c
<i>Apollo martyr in Cilicia sub Galerio.</i>	790. e	<i>Aqua benedictione sanctificata in Ecclesia.</i>	85. e
<i>Apollonia virgo Alexandrina martyr ante Decian.</i>	409. c	<i>Aqua benedicta reselluntur calumnia N. Quantium.</i>	68. a. b. c. d
<i>Apollonius Chalcedonius magister M. Aurelij.</i>	145. d	<i>Aqua benedicta 'proscina' adversus magicas praestigias.</i>	86. b. c
<i>creditur fuisse postea Christianus.</i>	245. e	<i>Aqua lustralis Gentilium qualis.</i>	ibid. e
<i>Apollonius Magnus legatus ad Ignatium.</i>	30. c	<i>Aquam offerendi tantum causa.</i>	509. b
<i>Apollonius Theologus Cataphrygas impugnat.</i>	245. d	<i>Aquary haeretici, qui aqua tantum utebantur in mysterio.</i>	188. a. 508. d. e
<i>Apollonius Senator Christianus scribit Apologiam pro Christiana religione.</i>	245. b. c	<i>Aquarum inundationes calumniose adscriptae Christianis.</i>	290. c
<i>Apollonius Senator causam dicit coram Perennio, & martyrio coronatur.</i>	245. c	<i>Aquarum penuria itidem Christianis adscripta. Vide, Calumnia</i>	
<i>Apollonij duo.</i>	ibid. e	<i>Aquila confessor in Aegypto.</i>	538. d
<i>Apollonij seruus, accusator eius, crucifragio multatur.</i>	245. c	<i>Aquila Ponticus proselyta quando vixit.</i>	94. e
<i>Apollonij necem multis signis vitus est Deus.</i>	246. d	<i>Aquila Ponticus Praefectus ab Hadriano construenda Aelia.</i>	94. e
<i>Apollonij sectatores depravant divinum Scripturam.</i>	308. d	<i>Aquila Ponticus sit Christianus.</i>	95. a
<i>Apollonius impugnat a Tertulliano.</i>	318. a	<i>Aquila Ponticus Mathesintentus, ob idque ab Ecclesia eiectus.</i>	95. b
<i>Apollonius Tyanus una cum Christo colitur ab Alexandro.</i>	336. e	<i>Aquila Ponticus depravant translationem Septuaginta.</i>	95. c
<i>Apollonius Tyanus colitur ab Aureliano.</i>	626. b	<i>Aquila Praefectus Alexandria.</i>	298. d. 299. e
<i>Apollonius Tyanus a suis quoque prestigiator creditus.</i>	328. b. c. d	<i>Aquila translationes divinae Scripturae dua, quales.</i>	95. c
<i>Apologia pro integritate morum Christianorum.</i>	71. c. d. & seq.	<i>Aquila volatu creditum animas Imperatorum in calum ferri.</i>	317. a
<i>Apologia Apollinaris Episcopi Hierapol. pro Christianis.</i>	175. b	<i>Aquileia dicta Romana civitas.</i>	393. e
<i>Apologia Aristidis oblata Hadriano.</i>	80. a	<i>Aquileisium virtus declarata, cum obfessa est eorum civitas a Maximino Imp.</i>	393. e
<i>Apologia Apollonij Senatoris pro Christianis.</i>	245. b. c	<i>Aquilinus Praefes sub Decio.</i>	453. e
<i>Apologia Arnobij. Vide infra, Arnobius</i>		<i>Arabia montes perfugium Christianorum in persecutione.</i>	436. c. d
<i>Apologia Athenagora pro Christianis.</i>	224. d. e. & seq. quando ea scripta.	<i>Archelaus Episcopus Cascharorum in Mesopotamia disputat cum Manete.</i>	631. b. c
<i>Apologia Insuper quando scripta.</i>	107. d	<i>Archelaus Ostia martyr sub Alexandro.</i>	347. e
<i>Apologia Melitonis pro Christianis.</i>	173. c	<i>Archillens & Nerens martyres Roma sub Traiano.</i>	5. e
<i>Apologia Minutij Felicis. Vide infra, Minutius</i>		<i>eorum corpora inuenta.</i>	610. e
<i>Apologia Quadrati Episcopi Atheniensis.</i>	80. a	<i>Archontici haeretici.</i>	199. e
<i>Apologia Theophilii Episcopi Antiocheni adversus Antoliticum.</i>	169. b. 170. c	<i>Arcula depositorium Eucharistiae.</i>	675. b
<i>Apologia Tertulliani, itemque Apologeticus quando scriptus.</i>	276. d	<i>Arcus Traiani.</i>	53. b
<i>Apologia Eusebii pro Origene.</i>	504. b	<i>Ardabam vicus in Phrygia.</i>	178. d
<i>Apologia multa pro Origene conscripta.</i>	513. e. & seq.	<i>Ardaleon mimus Christianos deridens, factus est Christianus.</i>	761. d
<i>Apostata a fide in persecutione. Vide, Lapsi</i>		<i>Area Carboniana, locus in monte Calio.</i>	525. d
<i>Apostata quantum semper nocuerunt Ecclesiae.</i>	173. b	<i>Area, idem quod sepulchra, a Gentilibus dissipata.</i>	292. d
<i>Apostatarum mores.</i>	659. a. & seq.	<i>Arenaria crypta sepulchra martyrum.</i>	82. b
<i>Apostoli permiserunt Fideles interdum Indaizare in tempore Paschatis.</i>	158. c	<i>Ariadna martyr in Phrygia sub Hadriano.</i>	101. d
<i>Apostoli statuerunt tempus Paschae.</i>	ibidem	<i>Aristaeas scripsit commentarium de Septuaginta interpretibus.</i>	354. c
<i>Apostoli visi sunt translatione Septuaginta.</i>	362. b	<i>Aristeus martyr in Gallia sub Marco.</i>	223. d
<i>Apostolica Ecclesia sana doctrina. 121. b. c. Vide, Ecclesia Catholica</i>		<i>Aristides philosophus Christianus obtulit Hadriano Apologiam.</i>	80. c
<i>Apostolica littera qua.</i>	106. d	<i>Aristion discipulus Domini.</i>	59. a
<i>Apostolica traditio illibata servata. 159. a. Vide, Traditiones</i>		<i>Ariston martyr in Africa sub Decio.</i>	422. d
<i>Apostolici, sic dicti haeretici quidam.</i>	548. e	<i>Ariston baptizatur Roma.</i>	650. e
<i>Apostolorum vestigia, locus sic dictus.</i>	662. a		
<i>Apostolos celebrasse Concilia, & canones statuisse.</i>	17. d		
<i>Apostolorum canones quot, quando, cuius fides habeantur.</i>	16. d. e. & seq.		

I N T O M V M I I. A N N A L. E C C L E S.

<i>Ariston martyr cum sociis in Campania sub Diocletiano.</i>	761. e	<i>Asini imagine deluduntur a Gentilibus Christus Roma.</i>	282. e
<i>Aristobulus Consul collega Diocletiani.</i>	651. e	283. a. 284. a	
<i>Aristotelis Philosophia a Christiano philosopho publice legebatur Alexandria.</i>	646. c	<i>Asini apud Iudaeos maiores erant estimationis.</i>	284. d
<i>Aristoteles colebant Carpocratiani.</i>	73. a	<i>Asini apud Iudaeos & Arabes equis velociores.</i>	284. d
<i>Aristoteles colitur ab haereticis Theodotianis.</i>	308. e	<i>Asini formam impie tribuebant Gentiles Deo Iudaeorum.</i>	283. a. & seq.
<i>Arma proiceret, graue facinus.</i>	687. a. & seq.	<i>Asinum caput Iudaeos venerari solitos, obiectabant Gentiles.</i>	283. b. 284. a
<i>Armenius & Verinus scriptores Actorum martyrum.</i>	649. c	<i>Asinum adorare Christianos, Gentiles calumniabantur.</i>	283. a. 284. a
<i>Armonius. Vide, Harmonius.</i>		<i>Aspasius Proconsul in Africa persecutor fidelium.</i>	552. a
<i>Arnobius rhetor quando scripsit adversus Gentiles.</i>	708. e	<i>Astarte diela mater Melchisedech.</i>	257. a
718. c. d		<i>Asteria martyr Borgomi sub Dioclet.</i>	762. d
<i>Arnobius nondum Christianus scripsit contra Gentiles.</i>	713. c. & seq.	<i>Asterius martyr Ostia sub Claudio.</i>	610. b
<i>Arnobius scribendo contra Gentiles, meruit suscipi inter Fideles.</i>	718. d	<i>Asterius Senator sepeluit Marinum mart.</i>	579. c
<i>Arnobius venia dignus, si scribens erravit in dogmatibus nondum Christianus.</i>	719. e	<i>Asterius idem expurgavit Peneada ab illusione demonis.</i>	579. d
<i>Arnobij querela de corruptis Actis martyrum.</i>	673. b	<i>Asterius factus Roma Christianus a Valentino Presbytero.</i>	610. b
<i>Arnobius magus hostis Christianorum.</i>	202. a. b	<i>Asterius martyr in Syria sub Numeriano.</i>	650. b
<i>Arreptitiorum Gentilium Roma ingens numerus.</i>	14. c	<i>Asterius Urbanus antiquus Theologus.</i>	181. e
<i>Arreptitia femina vatem agit.</i>	388. a	<i>Asterius martyr Alexandria sub Decio.</i>	435. e
<i>Arreptitorum multitudo curata a Christianis.</i>	211. b. 287. b. 682. e. 688. e	<i>Athanasij Episcopi Alexandrini duo.</i>	46. b
<i>Arreptitorum occasione Gentiles complures conversi ad fidem.</i>	142. c. 187. a	<i>Athanasij Episc. Alex. defendit S. Dionysium praedecessorem suum.</i>	587. e. 588. e. & seq.
<i>Arriani depravant scripta Clementis.</i>	259. d	<i>Athanasius Episcopus Tarsi martyr sub Valeriano.</i>	539. d
<i>Arriani Praefectus Thebaidis.</i>	437. a	<i>Athenacenses martyres in Gallia sub Marco.</i>	223. c. d
<i>Arrii Antonini tres.</i>	77. b. c. d	<i>Athenagora Apologia falso credita Iustini.</i>	224. e
<i>Arrius Antoninus Proconsul in Asia persequitur Christianos.</i>	24. a. 77. d	<i>Athenagora libertus in dicendo.</i>	225. a. b. c. d
<i>quid in Christianos dixerit, eorum admiratum amorem.</i>	77. d	<i>Athene ab Hadriano mirifice illustratae.</i>	78. b. c
<i>Arrius tempore schismatis progressus in medium.</i>	791. c	<i>Atheniensis Ecclesia Praefectus.</i>	194. d
<i>Arsitius delator.</i>	678. a	<i>Athenis ponitur ab Hadriano draco colendus.</i>	114. c
<i>Artaxerxes Rex Persarum incursum Romanum Imperium.</i>	385. b	<i>Athenis dicatum ab Hadriano templum Iouis Olympij.</i>	80. a
<i>Artaxerxes vincitur ab Alexandro.</i>	385. b. & seq.	<i>Atheniensis Ecclesia illustrata a Dionysio Areop.</i>	39. b
<i>Arthemius, Candida, & Paulina convertuntur ad fidem a Petro exorcista.</i>	727. c	<i>Atheniensis Ecclesia pallio donata ob Dionysium Areopagitarum.</i>	40. b
<i>baptizantur a Marcellino presbytero.</i>	ibid. d	<i>Atheniensis Ecclesia longè praestantior collegio Areopagitarum.</i>	78. b
<i>Arthemius cum Candida & Paulina martyr Roma sub Diocletiano.</i>	727. e	<i>Atheniensis Ecclesia ab Hadriano vexata.</i>	78. e. 79. a
<i>Artemion dux Iudaeorum quid in Cyprum insulam habitantes.</i>	65. b	<i>Athenodorus cum fratre Theodoro venit ad Origenem docentem in Palestina.</i>	374. e
<i>Artemonius haeresis.</i>	254. b. & seq.	<i>Athenodorus Episcopus in Ponto interfuit Concilio Antiocheno contra Paulum Samosatenum.</i>	600. d
<i>Artyrta haeretici.</i>	187. a	<i>martyrio coronatus est.</i>	626. d
<i>Aruspices falsis responsis eludunt Senatum.</i>	641. e	<i>Athenodorus martyr in Mesopotamia sub Constantio & Galerio.</i>	787. a. b
<i>Ascalonitarum chronologia.</i>	642. e	<i>Athenogenes antiquus Theologus martyr.</i>	255. a
<i>Asceteria virorum & virginum antiqua sunt in Ecclesia.</i>	700. c	<i>Atlas mons motus.</i>	404. a
<i>Asceterium Nicomedia sanctarum virginum.</i>	ibidem	<i>Attalus cognitus Pio Papa & Gallicanis Christianis.</i>	155. c. d. e
<i>Asclepiades Episcopus Antiochenus obiit.</i>	329. c	<i>Attalus Pergamensis martyr in Gallia sub Marco.</i>	217. e.
<i>Asclepiades socius Pionij martyris.</i>	446. e	218. c. 223. d	
<i>Asclepiades Episcopus Antiochenus.</i>	317. c	<i>Attibius Sanctus magister Commodi Imp.</i>	229. e
<i>Asclepiades Episcopus Antioch. detrusus in carcerem ob fidem Christi.</i>	ibid.	<i>Atticus Consularis Praefectus in Palestina sub Traiano.</i>	27. d. e
<i>Asclepiodotus haereticus seducit Natalium confessoris.</i>	307. d	<i>Atticus, licet laicus, docebat tamen in Ecclesia.</i>	349. d
<i>Ascodrita haeretici.</i>	199. e	<i>Attius cum sociis martyr in Pamphilia sub Dioclet.</i>	790. e
<i>Asia devastatur a Gothis.</i>	584. d. & seq.	<i>Ananias execranda scelus ad nefanda compellit.</i>	586. c
<i>Asiani amicitia iuncti cum Gallis, & vnde id acciderit.</i>	165. d. 176. b	<i>Ananias index pseudoprophetarum.</i>	179. c
<i>Asiani Christiani martyrij cupidissimi.</i>	77. c	<i>Audactus & socij martyres Venetiae sub Diocletiano.</i>	731. a
<i>Asiani Christiani etiam pacis tempore exagitati sunt a Proconsulibus.</i>	144. b	<i>Audientium classis in Ecclesia.</i>	587. b. c
<i>Asiani Episcopi celebrantes Pascha Luna decimaquarta quid praetererint.</i>	270. d	<i>Audifax & Abachum Persa martyres Romae sub Claudio.</i>	609. d
<i>Asiani Gentiles delusi insigniter ab impostore.</i>	113. e	<i>Auditores apud Manicheos qui.</i>	637. c. d

Augustinus uno argumento omnes proferunt hereses. 634. e. & seq.
Augustinus conciliat Stephanum Papam cum Cypriano. 520. d. e.
Augustinus defendit Marcellinum. 725. b.
Augustinus Cusanus diac. Card. S. Hadriani. 610. e.
Augustorum trium antiqui nummi. 311. b. c.
Augustodunenses martyres sub Aureliano. 625. e. 626. a.
Auricus Marcellus, ad quem scripsit Apollinaris Episcopus Hierapol. 178. b.
Aurea, virgo, martyr Ostia sub Alexandro. 547. e.
Aurea & argentea vasa in Ecclesia etiam tempore persecutionis. 373. d. e. 734. a. 751. e.
Aure dextera perforari, symbolū Carpocratianorum. 73. a.
Aurely cognomen unde. 73. a.
Aurelius Antoninus. Vide, Marcus Aurelius Cyrenius Episcopus in Asia. 181. a.
Aurely Victoris error de patria Traiani. 2. a.
Aurely Victoris error de Lucy obitu. 171. e.
Aurelianus Agricolaus Praefes in Mauritania persecutor sub Diocletiano. 687. e.
Aureliani genus & mores. 613. e. & seq.
Aureliani leges militares iustissima. 613. e.
Aurelianus Imperator creatur. ibid.
Aurelianus sceleratissimus excogitat horridum genus supplicij. 614. b. c.
Aurelianus Longinum Philosophum necari iussit. 624. b.
Aurelianus adiudicet causam Catholicis adversus Paulum Samosatenum. 619. c.
Aurelianus quanti fecerit iudicium Romani Pontificis. 619. & seq.
Aurelianus scribit ad Senatum de inspiciendis libris Sibilinis. 620. b.
Aurelianus in Christianos infensus. ibid.
Aurelianus superstitio deorum cultui deditus. 620. b. c.
Aurelianus rediens Romam sanxit in Senatores. 621. b.
Aurelianus reversus Romam sanxit in Christianos, qua excusa. 621. e. & seq.
Aurelianus adscivit sibi Herculem consortem Imperij. 621. d.
Aurelianus diuinitus impeditus ne adversus Christianos rescriberet. 621. e. 622. a.
Aurelianus postea adversus Christianos rescripsit. ibid.
Aurelianus pugnat adversus Zenobiam Reginam, eamque superat, & ducit in triumphum. 624. b.
Aurelianus additus magia. 626. b.
Aurelianus coluit T yancaum. 626. b.
Aurelianus erigit templum Solis. 627. b.
Aurelianus cingit Urbem mœnibus. ibid.
Aurelianus quando tertium Consul est designatus. 627. c.
eius obitus tempus disquiritur. 627. e. & seq.
eius Imperij anni. 627. e. 640. e.
Aurelianus occiditur. 640. b. d.
eius obitus index fulmen. 640. c.
in Aurelianum apostrophe Constantini Imperatoris. 640. e.
Ausoniam martyr in Gallia, sub Marco. 223. d.
Austolicus Gentilis homo, hostis Christianorum, confutatur à Theophilo Episcopo Antiacheno. 170. b.
Auxentius martyr sub Valerio. 799. a.
Axonius hereticus discipulus Valentini. 112. a.
Aza cum sociis martyr in Pisidia sub Diocletiano. 790. e.

B.

Abyla creatur Episcopus Antiobenus. 394. c.
Babyla unus tantum, & non duo. ibid.
Babyla sub Decio martyrium illustre consummanit. 441. e. & seq.
Babyla cum suis catenis voluit sepeliri. 442. b.

Babyla ossa sub Iuliano Apostata translata. ibid. c.
Babylonia à Traiano expugnata. 53. a.
Bacchanalia, seu potius alia Gentilium rituum reliquia penes fideles disciplina solutos unde prodire. 240. b.
Bacchillus Episcopus Corinthiorum. 248. a.
Balaham vaticinium sibi Iudaeis nititur applicare. 82. e.
Balbina filia Hermetis Praefecti Urbis sanata ab Alexandro Papa. 85. e.
Balbina cœmeterium. Vide infra, Cœmeteria.
Balbinus Imperator creatur & necatur. 394. a.
Balnea Antiochena demonum passa infestationem ob reliquias virginum Christianarum. 58. a. b.
Baptismus hereticorum quando ab Ecclesia ratas habeatur. 156. d. 535. c. d.
Baptismus hereticorum recipiendus ne sit, grates in Ecclesia controuersa exorta sunt. 513. e. & seq.
cepta est hæc questio in Ecclesia sub Agrippino Episcopo Carthaginensi. 326. b.
Baptismus hereticorum reiectus à Tertulliano, licet Catholico. ibid. c.
Baptismus hereticorum cur à Cypriano adeo impugnetur. 513. e.
Baptismus hereticorum recepit Stephanus Papa, & alij complures. 524. d.
Baptismus hereticorum recipitur antiqua traditione, quam tandem etiam eum impugnantes susceperunt. 522. e. & seq. 525. b. & seq.
Baptismus Pepporenorū an recipiendus, & qualis ille. 535. d.
Baptismus infantium semper probatus ab antiquis.
Baptismus fluminis quando satis sit. 534. c.
Baptismus quo ritu antiquis. 527. d. 530. b.
Baptizati sumant Eucharistiam. 492. c. sequitur pragmatia lactis & mellis. 677. a.
Baptizatus in lecto non fiat clericus. 466. a.
Baptizatus non secundum formam Ecclesie ab hereticis, qui ex Iudaorum seclia proneniunt, iterum baptizandus. 156. c.
Baptizatur Iudaeus penuria aqua arena. 235. c.
Baptizabant iterum Marcionita. 118. e.
Baptizant mortuos Marcionita. ibid. ac etiam Cataphryge. 185. c.
Barbari captiuos ducentes Christianos, ab illis fidem Christianam sunt consecuti. 583. d. e.
Barbari complures se dant Pio Imp. 137. c.
Barbari incurant Numidiam, & captiuos ducunt Christianos. 475. a.
Barbari incurant Asiam, & alias prouincias. Vide, Gothi, Scythæ.
Barbarissimos in diuina Scriptura emendare contempserunt.
Patres sanctissimi atque doctissimi. 367. a. b. c. d.
Barbara gentes facta Christiana. 102. b. c. d.
Barbea martyr Edesse sub Traiano. 26. d.
Barbelita Gnostici heretici. 74. a.
Barchochebas dux Iudaorum senissimus. 82. e.
persequitur Christianos. ibid. 83. a.
Barchooph numen Basilidis. 64. a.
Bardeanes Syrus, celebris scriptor Ecclesiasticus. 195. c.
Bardeanes lapsus in heresim. 195. e.
Bardeanes suafus ab Apollonio à fide Christiana desistere. 196. a.
Bardeanis disputatio contra fatum. 196. c.
Barlaham martyr Casarea in Cappadocia sub Diocletiano. 784. e. & seq.
Barlaham martyris constantia in combustione dextera. 784. e. & seq.
Barlaham constantia comparatio cum illa Martyr Scauola. 785. b.
Barabbas numen Basilidis. 64. a.
Bartholomaeus Edesse Episcopus martyr sub Traiano. 29. d.
Basi-

Basilides carnifex per visum admonitus, sit Christianus. 300. a.
Basilides carnifex martyr Alexandria sub Senero. 300. a.
Basilides martyr Roma sub Aureliano. 625. c.
Basilides martyr cum Cyrino Roma sub Diocletiano. 760. e.
Basilides Episc. Legionensis in Hispania per subreptionem decipit Stephanum Papam. 511. d.
Basilidis Episcopi Legion. lapsus. 519. a. & seq. eius causa qualis, & eiusdem crimina. 63. b. & seq.
Basilides heresiarcha, atque eius seclia Alexandria. 63. b. & seq.
Basilides in aliquibus magister extitit Origenis. 67. c.
Basilides heresiarcha quando, & qua docuit. 64. b. c. d.
Basilidis hereses singulae. 67. a. b. c.
Basilidis scripta nefanda. ibid.
Basilidis filius aque impius. 67. d.
Basilidiani Gnostici. 69. a. 74. a.
Basilidianorum imagines quæ. 65. c.
Basilidianorum gemma, & eius inscriptio. 66. c.
Basilidi ani extorres in persecutione latuit in montibus. 782. b.
diuino miraculo aluntur. 782. d. e.
Basilus Magnus Episcopus Casariensis obnititur Firmiliani prædecessoris sententia de Baptismo hereticorum. 522. d.
Basilus Magnus quid contra Dionysium Alexandrinum 591. d.
Basilus martyr Roma cum socijs sub Valeriano. 532. e.
Basilis martyr Roma sub Valeriano. 573. d.
Bassa martyr cum filijs in Mesopotamia sub Galerio. 787. b.
Bassianus filius Seneri, postea dictus Antoninus. 272. b.
Bassus martyr Roma sub Diocletiano. 728. b.
Bassus presbyter Magnesianus cum Ignatio. 30. c.
Bassus Episc. Alpium Cottiarum sub Decio martyr. 454. e.
Bassus martyr in Africa sub Decio. 422. d.
Bassus hereticus. 199. d.
Basiliscus Marcionis discipulus. 119. e.
Basiliscus martyr Comana in Ponto sub Diocletiano. 783. c.
Beatrix martyr Roma sub Diocletiano. 729. a.
Beatrix baptizata à Polycarpo Romano presbytero, & à Sebastianiano suscepta. 650. e.
Beda de atate Ioannis Euangelista opinio refellitur. 10. c.
Beda de Dionysio sententia. 36. d.
Beda modestia commendatur in non mutando verbum in diuina Scriptura. 369. a.
Bellare non licere Christianis, fuit Tertulliani sententia, ac subinde Manetis. 637. c.
Bellum Albinianum à Senero confectum. 272. b.
Bellum Alexandrinum sub Gallieno. 580. b.
Bellum Byzantinum sub Senero. 271. d.
Bellum Iudaicum sub Hadriano. 82. a.
Belli Iudæici finis sub Hadriano. 92. e.
Bellum Iudaicum renouatum sub Senero. 272. b.
Bellum Marcomanicum sub Marco Aurelio. 171. e. 201. e.
Bellum Marcomanicum sub eodẽ Marco renouatur. 229. c.
Bellum Parthicum sub Senero. 291. b.
Bellum Persicum sub Diocletiano. 693. d.
Bellum Sarmaticum sub Senero. 272. b.
Benedictio fugum unde. 647. b.
Beniamin Episcopus Ierosolymitanus. 52. e.
Benignus discipulus Polycarpi martyr in Gallia sub Marco. 166. c.
Benignus martyr Tudenti sub Diocletiano. 762. b.
Beryllus Arabs scriptor Ecclesiasticus. 346. c. d.
Beryllus lapsus in heresim renouatur ab Origene. 346. b. c.
Besas martyr in Aegypto sub Decio. 435. e.
Bestia parant martyribus. 672. b.
Bethlehem ab Hadriano profanatur, erecto ibi templo Adonidis. 94. d.
Bethlehem licet profanata, tamen à fidelibus cultu celebri frequentata. ibid. d.

Bibliotheca Ierosolymitana ab Alexandro Episcopo erecta. 346. b.
Bibliotheca Ierosolymitana illibata seruata in incendio Diocletiani. 442. d.
Bibliotheca Philadelphica Alexandria quando incensa. 360. c.
Bibliotheca Philadelpia in Serapeo posita. 360. b.
Biblis martyr Lugduni sub Marco. 216. c.
Bigamia hostes Montaniste. 183. c. 320. d.
Biethnati cur dicti Christiani. 96. c.
Birrus legatus ab Ephesina Ecclesia ad Ignatium. 30. b.
Birrus vestis quæ, qualisve. 558. c.
Birrus, qui & dicitur lacernus. ibid.
Birrus color rufus. 558. d.
Birrus indus silitus ab Episcopis super tunicam lineam. 558. b.
Birrus indumentum quoque Canonorum Regularium institutionis S. Augustini. 558. e.
Birrus idem quod palliolum. 559. a.
Birrus Atrabatenfis & Canusinus maioris pretij. 559. b.
Bitus Philippis cum Ignatio. 32. b.
Blanda martyr cum Felice viro suo Roma sub Alexandro. 545. b.
Blandina martyr Lugduni sub Marco. 215. d.
Blasius discipulus Marcionis. 121. b.
Blasius Romanus presbyter hereticus ceasit. 230. d.
Blasius defensor Quartodecimanorum. 270. c.
Blemmij à Probo Imp. superauit. 544. a.
Bona femina compulsâ iniuria & reclamans ad iherificandum. 426. b.
Bona mobilia semper possedit Ecclesia. 156. d.
Bonifacius ab Aglaë matrona mittitur Tarsum pro reliquijs martyrum. 789. d.
Bonifacius martyr Tarsi sub Diocletiano. 790. a.
Bonifacij martyris Memoria in Argentino. 790. b.
Bononiensis Ecclesia antiquior existimatur. 620. d.
Bononienfis primus Episcopus Zama. 620. d.
Bonosa martyr Roma sub Aureliano. 625. d.
Bonum alterum ex duobus Principijs ab hereticis inductum. 118. a.
Bonus presbyter Romanus. 529. e. idemq; martyr sub Valeriano. 532. e.
Boradi populi vna cum Gothis incurant Asiam. 587. a.
Barbelita Gnostici heretici. 74. a.
Borbariani Gnostici heretici. 74. a.
Bos enens paratur ad supplicium Christianorum. 62. d.
Brachmanis prædicat Pantæus. 580. b.
Breue idem quod Inuentarium. 106. d. 640. b.
Breues littera quæ. 106. d.
Britannia sæpe muro diuisa à Romanis. 238. e. 312. e.
Britannia Christo subiecta. 102. e.
Britanni non omnes à Romanis subacti. 238. d.
Britanni semper habuerunt Reges. 239. a.
Britannicarum rerum status sub Commodo. 238. e. 239. a.
Britanni ut plurimum Quartadecimani. 267. e.
Britanni Christiani à Diocletiano vexati. 767. c.
Buddas discipulus Manetis magistro impietate non impar. 632. d.
Buri conspirant cum alijs vicinis gentibus. 201. e.
Byzantij Christiani letati. 271. d.
Byzantium obsidetur diu & expugnetur à Senero Imperatore. 260. c. 271. d.

C.

Cecilia martyr Roma sub Alexandro. 372. e. 373. a.
Cecilia martyr Alutinenfis in Africa sub Diocletiano. 742. a.
Cecilianus martyr Alutinenfis. ibid.
Cacilianus martyr Casar Augusta sub Diocletiano. 765. e.
Caci-

I N D E X

Cecilianus diaconus Carthaginensis arguit Lucillum osculantem os martyris non vindicari ante sumptionem Eucharistia. 731.c.d
 Cecilianus diaconus Carthaginensis calumniatur ex falsis Actis martyrum. 747. & seq.
 Cecilianus diaconus Carthaginensis purgatur ab immensa calumnia Donatistarum. 752.a. & seq.
 Cecilius presbyter catechista S. Cypriani. 406.b
 Cecilius Capella persecutor in Africa. 271.d. 292.e
 Calibatus frequens in primitiva Ecclesia, & magne gloria. 36. b
 Calibatus clericorum etiam subdiaconorum. 797.e
 Cesar Augusta statuta carnificina martyrum. 765.b. & seq.
 Cesarjensis bibliotheca. Vide, Bibliotheca.
 Cesarus martyr sub Decio in Cappadocia. 453.d
 Cesarus martyr una cum sociis in Pamphilia sub Diocletiano. 790.e
 Caiani heretici ex Valentino. 114.c.d.e. & seq.
 Caiani inuenerunt ordinem, dicentes peccatum bonum, virtutem malum. 114.c.d.e. & seq.
 Caiianorum dogmata. ibid. d.e
 Cain laudatus, & Abel infamatus à Caianis. ibid. d.e
 Cain semen immisissum in arcam Noë. 115.b
 Cains qui & Gains, natione Dalmata, creatur Pontifex. 647.d
 Caij Papa oratio ad Fideles. 656.e. componit contentio-nem inter Polycarpum & Sebastianum. 656.d
 Caij Papa Acta cum Tiburtio. 657.d.e
 Cains Papa se subtraxit. 662.c
 Cains Papa affinis Diocletiano. 675.d
 Caij Papa res gesta cum Susanna nepte. 677.d
 Caij Papa domus in ecclesiam conuersa. ibid.
 Caij Papa martyrium sub Diocletiano. 674.e
 Caij Papa decreta. 680.a
 Caij antiqui Theologi cum Proclo disputatio. 319.c
 Cains Episcopus Ierosolymitanus. 133.d
 Cains martyr Cesar Auguste sub Diocletiano cū sociis. 765.e
 Cains confessor Alexandria sub Aureliano. 538.d
 Cains martyr Apamee sub Marco. 182.c
 Cains martyr Salerni sub Diocletiano. 762.a
 Cains martyr Bononia sub Diocletiano. 762.c
 item alius. ibid. c
 Cains presbyter excommunicatur à S. Cypriano, & quare. 427.d
 Caldonij consilium maturum in recipiendis lapsis. 426.a
 Caldonius legatus à S. Cypriano iterum. 456.a. 463.e
 Calendius filius Maximi martyris. 690.b
 Calopedius martyr Roma sub Alexandro. 341.d
 Calices aurei & argentei in usu sacrificij etiam tempore per-secutionis Ecclesie. 734.a
 Calices & alia vasa in usu sacrificij ornata sacris mysticisq; imaginibus. 323.d
 Calicis communicatio olim in usu. 460.e
 Calimerus Episcopus Mediolanensis. 76.d
 Callimicus martyr in Asia cum aliis sub Decio. 452.b
 Callista martyr cum Christina Casarea Cappadocia sub Ga-lerio. 786.c.d
 Callistus Papa creatur. 333.e. eius Acta. 342.d
 Callisti domus conuersa in Ecclesiam. 341.c
 Callisti Papa decreta. 342.d
 Callisti ecclesia, cæmeterium, & sepulchrum. 342.d
 Callistus Papa demersus in puteum. 541.c
 Callistus Episcopus quid Roma sub Claudio. 610.a
 Callistratus martyr Roma sub Diocletiano. 761.a
 Callistratus Iureconsultus sub Alexandro. 339.d
 Caluarie locus turpissime profanatus ab Hadriano. 94.d
 Calocerius martyr cum sociis Brixie sub Hadriano. 76.b
 Calocerius martyr cum Parrhenio Roma sub Decio. 416.e
 Calumnia à Gentilibus sparsa in Christianos de esu huma-narum carniuum, & alia. 70.d. diluuntur omnino. 70.e. & seq. 127.d
 Calumnia eorumdem de adoratione genitalium sacerdo-tum. 316.b
 Calumnia eorumdem, dum obstinationi tribuerunt quod erat virtutis constantia. 210.e
 Calumnia alia in Christianos inferri solita. 109.b
 Calumnia in Cecilianum diaconum Carthaginensem. 747. & seq. ea arguitur, & defenditur Cecilianus. 752.a. & seq.
 Calumnia de ingruentibus cladibus. 168.c
 Calumnia eadem in Christianos pariter restaurantur. 124.d.e. 284.e. 313.a. 725.b.e
 Calumnia in Victorum Papam. 254.e
 Calumnia consueta hereticorum. ibid. e
 Calumnia illata olim in Iudeos, conuersa postea in Chri-stianos. 284.e
 Calumnia sparsa in Cornelium Papam. 463.c. 467.c. & seq.
 Calumniatores diuinitus percussi. 273.d
 Calumniosus Romanus clericus martyr sub Valer. 532.e
 Cambyfes Rex occidit Apin deum Aegyptiorum. 76.e
 Camerinus martyr in Sardinia sub Diocletiano. 767.d
 Camillus Palæotus Orator apud Sanctissimum. 612.a
 Candida martyr Carthagine sub Diocletiano. 731.b
 Candida martyr cum Arthemio & Paulina & sociis Ro-ma sub Diocletiano. 727.e
 Candida Massa, sic dicti martyres passi in Africa sub Va-leriano. 560.d
 Candida Massa, sic dicti etiam martyres Cesar Augustani in Hispania. 765.e
 Candidus scriptor Ecclesiasticus. 254.c
 Candidus martyr ex legione Thebea sub Maximiano. 682.e
 Canis enerfor luminum, & cæna impudicitia. 72.c.d
 Canones Apostolici per Clementem collecti ac scripti. 15.b.c
 Canones Apostolici quomodo apocryphi. 15.b.c
 Canonum Apostolicorum numerus & usus. 16.d
 Canones qui nomine Apostolorum falso irrepserunt. 16.e
 Canonum Apostolorum qui sint authentici. 17.d
 Canones solitos constituti ab Apostolis. 17.e
 Canones penitentiales Petri Alexandrini. 791.e. 792.a
 Canones penitentiales Gregorij Thaumaturgi. 586.a. & seq.
 Canonica epistola Gregorij Thaumaturgi. 585.e
 Canonica epistola Petri Alexandrini. 791.e. & seq.
 Canonica littere que sint. 105.d
 Canonizandi martyres antiquus usus. 155.a. Vide Mar-tjres.
 Cantandi ter, Sanctus, antiquus in Ecclesia usus. 107.b
 Cantianilla martyr Aquileia sub Diocletiano. 762.e
 Cantianus martyr Aquileia sub Diocletiano. 762.e
 Cantius Martyr Aquileia sub Diocletiano. 762.e
 Cantum Ecclesiasticum abrogare nifus Paulus Samosatensis. 617.a
 Capella cognomento Cecilius. 271.d
 Capella Antistius magister Commodi Imp. 229.e
 Capellianus Praeses in Numidia. 391.d
 Capillis denudare feminam, magna est ignominia. 654.c
 Capita bubula, locus sic dictus in Orbe. 75.a
 Capitium quid. 558.d
 Capito Episcopus Ierosolymorum. 133.d
 Capitolina martyr in Cappadocia sub Galerio. 786.d
 Capitolina Agonalia, nona Roma instituta chronologia. 393.c
 Capitulum in multis ciuitatibus. 483.d
 Cappadoces martyres sub Diocletiano. 786.d
 Cappadocum martyrum dir a carnificina. 786.e
 Capitulata argentea vasa in Ecclesia ministerium. 734.a
 Caprasius martyr Agenni in Gallia sub Dioclet. 764.b
 Caput femina radere, magna est ignominia. 654.c
 Capti-

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

Captiuorū redemptio sollicitè procurata à Cypriano. 475.a.b
 Caput Tauri, regio in Vrbe sic dicta. 75.a
 Caracallus Imp. Vide, Antoninus Caracallus. 684.a. & seq.
 Carausius tyrannus. 684.a. & seq.
 Carboiana Arua, locus in Cælio monte. 527.d
 Carcere detenti Fideles ob confessionem fidei alebantur agape Christianorum. 281.a. visitabantur magna frequen-tia. 449.c. 518.d. Sacerdotes clandestina apud illos offe-rebant sacrificia. 419.b
 Cardinales qui dicti, & unde nomen. 433.b
 Cardinales diaconi septem in Ecclesia Romana. 52.b
 Carinus Cesar dictus. 645.a
 Carinus fauet Christianis. 649.e 651.c
 Carinus regnat in Occidente. 648.a. 652.a
 Carini mores deprauati. 652.a
 Carinus agit aduersus Sabinum tyrannum. 652.b
 Carinus sepe cum Diocletiano pugnavit. 652.b
 Carinus à Diocletiano victus occiditur. 656.a
 Carnis peccata licita penes Gnosticos. 67.a
 Carnem futuram mali Principij dicebant heretici. 118.e
 Carni propagationem vetuit Marcion. ibid.
 Carnium huius marum esus apud Carpocratianos. 70.b
 Carnium humanarum esum obiectare solebant. Gentiles in Christianos. 215.b.c. Vide, Calumnia.
 Carnale genus hominum, ex Valentino. 110.d
 Carnificina martyrum Lugduni sub Marco. 214.a. & seq.
 Carnificina mart. Treueris sub Diocletiano. 762.e. 763.a
 Carnificina mart. Cesar Auguste sub Diocletiano. 765.b
 Carpocras heresiarcha quando prodijt. 68.d
 Carpocras sordidissimus omnium hereticorum. 63.a
 Carpocratis hereses. 68.d.e. & seq.
 Carpocratianorum synaxes infamissime. 69.c
 Carpocratiani magno detrimento Christiana religionis se Christianos nominabant. 70.c
 Carpocratianorum symbolum. 73.a
 Carpocratianorum cultus imaginum qualis. ibid. a.b
 Carpocratianorum propago. ibid. b.c
 Carpocratis filius habitus deus à Cephaleniis. ibid. c
 Carpophorus martyr Roma cum sociis sub Dioclet. 762.a
 Carpophorus martyr Capue sub Diocletiano. 762.a
 Carpus martyr Pergami sub Pio Imp. 130.c. 167.c
 Carthaginenses derisores monachorū male multati. 263.a
 Carthaginenses à Senero Imp. multa sunt consecuti. 311.a
 Carthaginensis Ecclesia splendor. 475.e
 Carthaginensis Ecclesia fecunda virginibus sanctis. 555.e
 Carthaginensis Ecclesia tempore Cypriani clarissima. 553.e
 Carthaginensis Ecclesie presbyteri quinque Cypriano infen-sissimi. 417.c
 Carthaginensis Episcoporu successio post Cyprianū. 559.e
 Carthaginensis Ecclesia Episc. Restitutus, Cyrillus, & alij. 751.a
 Carthaginensis Ecclesia vasa aurea & argentea etiam tem-pore persecutionis. 751.e
 Carthaginensis Concilia. Vide, Concilium.
 Carus Imperator creatur. 645.a. eius Imperij temporis certa ratio. 645.b.c.d
 Carus Imp. diem obiit. 648.a
 Carus Imp. quid concessit Ecclesia Thessalonicensi. 649.a
 Carus Imp. de Christianis bene meruit. 649.e
 Cassa martyr Thessalonicæ sub Dioclet. 779.b.c
 Cassianus Episcopus Ierosolymorum. 133.d
 Cassianus mart. Alutiniensis sub Diocletiano. 742.a
 Cassianus mart. Episcopus Nardertinus sub Dioclet. 762.b
 Cassianus & cetera hereticorum Docitarum. 190.c
 Cassianus auctor hereticorum Docitarum. 247.d
 Cassiodori error de tempore Apologie Iustini. 107.d
 Cassiodori error de Consulatu Antonini. 137.b
 item de Consulatu Libonis & Chilonis. 769.d.e
 Cassius Episcopus Tyri. 269.e
 Cassius mart. in Gallia sub Valeriano. 574.b
 Cassius mart. in Gallia cum Gereone & sociis. 684.e
 Cassius tyrannus insurgit in Marcum Aurelium. 144.a
 Cassius, crudelis in milites. 211.c
 Cassius excogitauit horrenda mortis genera. 211.d
 Cassius occiditur. 209.e
 Castellum ligneum in funere Imperatorum. 316.d.e
 Castitas vera reperita tantum in Christianis. 384.a
 longeq; prestantior quam continentia Philosopharū. ibid.
 Castitati omnia posthabent Christiani. 286.c
 Castitas vera qua. 67.b
 Castitas peculiaris virtus Christianorum. 226.e. 227.a
 Castitas à Christianis egregie culta. 67.a. b. 71.d. 72.a
 Castitati dispendium patiens inuita, quando rea constituen-da. 586.a. b
 Castitatis Catholicorum & hereticorum differentia. 549.a. b
 Castor Agrippa scriptor Ecclesiasticus. 63.e
 Castorius mart. cum sociis Roma sub Diocletiano. 761.a
 Castorius presbyter comes Marcellini Papa. 724.b
 Castrari rogat adolescens Christianus Praesides Alexandrie. 71.d
 Castratio vetita diuino humanoq; iure. 350.a
 Castrans se excommunicatur. ibid.
 Castratio Origenis facta non ferro, sed pharmaco. 349.e
 Castratio Leonij vitiosa. Vide, Leonium.
 Castratio. Vide, Eunuchus.
 Castulus clericus Romanus martyr sub Valer. 532.e
 Castulus Zetarius hospes Christianorum Roma. 660.e
 eius martyrium sub Diocletiano. ibid.
 Cataphrygarum heresi quando exorta. 176.a
 Cataphryge omnes à Zephyrino Papa excommunicati. 320.b
 Cataphrygarum occasione orta questio de iterando Baptismo hereticorum. 513.e
 Cataphryge. Vide, Montanus, Montanista.
 Catalogum antiquorū Scriptorū qui scripserint. 43.e. & seq.
 Catena Alexandrii Papa curant agratos. 83.e
 Catena Babyle cum ipso sepulta. 442.b
 Catena Ignatii nobiles. 31.a
 Catenis Pionius ac socij sponte se vincunt, ne viderentur ne-gasse. 447.b
 Cathari. Vide infra, Novatiani.
 Catholica Ecclesia ubi. 115.b
 Catholica Ecclesia veritatis schola. 121.c
 Catholica cū munitio ex formatis litteris dignoscitur. 105.d
 Catholica Ecclesia nomen confutat omnes hereses. 634.e
 Catholica Ecclesia illibata. Vide, Ecclesia Catholica.
 Catholica Ecclesia Episcopus, titulus vetus est Rom. Pon-tificis. 104.d.e. Vide, Titulus, Pontifex, Papa, & Romana Ecclesia.
 Catholica littere qua dicebantur. 106.a
 Catholici dicti Simpliciter à Valentino. 111.e
 Catholici quo signo discernuntur ab hereticis. 121.c. 490.c
 Catholicos, non schismaticos vel hereticos insequitur ad-uersarius. 490.c
 Catholicorum altercationis mutue longè disparas ab impu- gnationibus hereticorum. 526.b.c
 Catholicum nomen vnde. 122.e
 Catholicum nomen non nisi ex cōmunicatione Romana Eccle-sie cōsequi aliquem posse, ratum firmumq; apud antiquos omnes. 133.a. ex eius participatione quis Catholicus di-citur: est hereticus qui cum illa non communicat. 157.d.e.
 Vide infra, Pontifex Romanus, & Romana Ecclesia.
 Catilius Senerus vir doctissimus. 349.d
 Catulus Consulatus persequitur Christianos. 453.c
 Catus cum sociis martyr in Africa sub Diocletiano. 731.a
 Causam orandi certum tempus ad dicendum prefixum rog & assessorum. 390.d.e
 Casaria mistio, qua. 666.e
 Cecropius dux conspirat in Gallicum. 608.a
 Cedreni error arguitur de Philippo Imp. 399.a. b
 Ceta-

I N D E X

<i>Celadion Episcopus Alexandrinus creatur.</i>	129.b.	<i>Cerimbud docuit post Carpocratem.</i>	155.b.	<i>eius longa</i>
<i>obiit.</i>	154.d.	<i>atq.</i>		<i>ibid.</i>
<i>Celebratio natalitiorum sanctorum martyrum.</i>	165.b.	<i>Cerui in prelio, & in pace leones qui.</i>	278.d.	
<i>Vide, Martyrum cultus.</i>		<i>Charemon Affectus a demone suffocatur.</i>	729.a.	
<i>Celerina Senior martyr in Africa.</i>	432.a.	<i>Charemon diaconus Alexandrina Ecclesia sub Dionysio.</i>	536.c.	
<i>Celerinus confessor multa passus ordinatur a Cypriano.</i>	431.b.d.	<i>Charemon Episcopus in Aegypto fuga lapsus, amplius non inuentus.</i>	436.d.	
<i>Celerinus alius confessor seductus a Nonatiano.</i>	464.e.	<i>Chaldaei nominati interdum a Gentilibus Christiani.</i>	108.d.	
<i>restituitur ad Ecclesiam Catholicam.</i>	473.d.	<i>Charismata in Ecclesia semper conseruata.</i>	232.a.b.	
<i>Celerinus alius confessor sollicitus pro sorore lapsa.</i>	426.d.e.	<i>Charitas & concordia in martyribus precipue culta.</i>	564.b.c.	
<i>Cellula Septuaginta duorum interpretum.</i>	357.b. & seq.	<i>Charitas & pax cum proximo seruanda: visio de ea ostensa martyri.</i>	564.d.e. 567.d. & seq.	
<i>Celsi, iudemque Gentiles, plures.</i>	89.e. 90.a.	<i>Charitas Christianorum. Vide, Christiani.</i>		
<i>Celsus Epicureus quis, qualisve.</i>	90.b.c.	<i>Charitina martyr Roma sub Marco.</i>	150.b.	
<i>Celsus exprobrat imperitiam Christianorum, sed refellitur ab Origene.</i>	84.e.	<i>Chariton confessor ex rescripto Taciti liberatus exercuit vitam monasticam.</i>	641.d.	
<i>Celsus Epicureus proaciter insultat in Christianam religionem.</i>	89.e.	<i>Chariton martyr Roma sub Marco.</i>	150.b.	
<i>eius criminationes, obiectiones, & calumnia nullius momenti habite a Fidelibus.</i>	90.c.	<i>Charta vsus frequentior quam membrana.</i>	107.b.	
<i>Celsus in Iudeos quoque oblatrat.</i>	90.b.c.	<i>Chelidonius martyr in Hispania, filius Marcelli Centurionis.</i>	688.e.	
<i>& Christianis.</i>	90.b.	<i>Chersona ciuitas trans Pontum.</i>	5.b.	
<i>Celsus egregie confutatur ab Origene.</i>	90.d.	<i>Chiones contubernalis Plotini Roma.</i>	384.e.	
<i>Celsi obiectio de multitudine haresum in Ecclesia confutatur ab Origene.</i>	123.b.	<i>Chionia martyr cum aliis Thebaisolica sub Diocletiano.</i>	779.a. & seq.	
<i>Celsi calumnia de terremotibus, quod euenirent culpa Christianorum.</i>	395.d.	<i>Chochibas dux Iudeorum.</i>	67.c.	
<i>Celsus Christianus homo, licet laicus, docet in Ecclesia.</i>	349.d.	<i>Chorebus Praefectus martyr sub Pio.</i>	101.d.	
<i>Celsus Imperator creatur.</i>	595.a.	<i>Chronidas Commentariensis martyr sub Pio.</i>	ibid.	
<i>Celsus Iureconsultus sub Alexandro.</i>	339.d.	<i>Chrysanthus martyr Roma cæ Daria sub Numeriano.</i>	649.c.	
<i>Celta populi iam Christiani antiquitus.</i>	102.b.	<i>Chrysoctelus martyr in Persia sub Decio.</i>	453.d.	
<i>Centones Montanistarum qui.</i>	184.e.	<i>Chrysothora alumna Dionysij Episcopi Corinthiorum.</i>	195.b.	
<i>Censura suspensionis in Ecclesia ab Episcopis infligi solita.</i>	511.c.d.	<i>Chryzogni littera ad Anastasiam.</i>	692.e. 693.b.	
<i>Censura diuersa in Ecclesia. Vide, Penitentia, Excommunicatio, Ecclesiastica disciplina.</i>		<i>Christena martyr cum Callista Casarea in Cappadocia sub Galerio.</i>	786.e.	
<i>Censura Valeriano collata cum amplissima potestate.</i>	445.b.	<i>Christiana religio longè lateque mirifice propagata, locaque omnia Orbis impleuit.</i>	2.b. e. 96. b. 412.e.	
<i>Centurionis exulat Cornelius Papa.</i>	489.c.	<i>Christiana religio miraculis demonstrata & stabilita.</i>	90.c. 481.d.e. & seq.	
<i>Centurionis insigne vitæ.</i>	687.b.	<i>Christiana religio qua occasione ad Barbaros quoque progressa.</i>	585.d.	
<i>Centurionis ius in militibus.</i>	687.b.c.	<i>Christiana religio ex persecutione magis propagata.</i>	23.c. 293.b.c.d.e.	
<i>Centurionis manu percussit Cyprianus.</i>	557.a.	<i>Christiana religio exemplo inuicta constantia martyrum aucta.</i>	293.d.e.	
<i>Cephaleny, colunt Epiphaniem hereticum ut deum.</i>	73.c.	<i>Christiana religio attulit adiumentum collabenti Romano Imperio.</i>	173.d.	
<i>Cephron, locus in Aegypto, illustratus exilio Dionysij Episcopi Alexandrini.</i>	537.c. & seq.	<i>Christiana religio condimentum totius Orbis.</i>	226.e. 227.a.	
<i>Cerdas Episcopus Alexandrinus.</i>	7.e. 49.a.	<i>Christiana religio quas excruciat lacunas turpitudinum.</i>	88.d.e.	
<i>Cerdones duo.</i>	7.e.	<i>Christiana religio longè locupletior factis egregis, quam Gentilitas.</i>	313.b.c. 785.b.	
<i>Cerdo heresiarcha, eiusque haresis.</i>	115.e. & seq.	<i>Christiana religio cur abundet hereticis.</i>	123.c.d.e.	
<i>ex qua schola prodierit.</i>	116.b.	<i>Christiana religio cum magis infamatur, tum amplius nitet.</i>	73.a.	
<i>Cerdo quando venit Romam.</i>	ibid.	<i>Christiana religio occasione scelerum hereticorum vehementer infamata.</i>	70.b. & seq.	
<i>Cerdo Roma recantat palinodiam. ibid. eius incondstantia.</i>	ibid.a.	<i>Christiana religio obmutescere fecit idola.</i>	2.d.	
<i>Cerdo iterum venit Romam.</i>	132.c.d.	<i>Christiana religio turpi imagine derisioni exposita.</i>	283.e.	
<i>Cerdo reueritus est maiestatem Romana Ecclesia.</i>	132.c.	<i>Christiana religio visa Gentilibus prorsus extincta, vel breui extinguenda, surgit valentior.</i>	772.e.	
<i>Cerdo iterum exomologesin Roma facit.</i>	132.d.	<i>Christiana religionis excellentia.</i>	84.b.	
<i>Cerdo agit Roma sub Aniceto.</i>	157.c.	<i>Christiana femine damnari solita ad lenones.</i>	286.b.e.	
<i>Cerealis Consularis custos Corneliy Papa.</i>	492.b.	<i>Christianorum persecutio.</i>		
<i>Cerealis cum Sallustia coniuges credentes facti sunt martyres.</i>	ibid.c.	<i>Christiani e numero honorum a Gentilibus reiecti.</i>	4.a.b.	
<i>Cerealis familia Roma nobilis.</i>	96.d.	<i>Christiani cur ab Imperatoribus, qui probi uis sunt, persecutionem passi.</i>	7.c.	
<i>Cerealis martyr Rome sub Hadriano.</i>	96.d.	<i>Christiani in Asia a Plinio Proconsule vexati.</i>	21.e.	
<i>Cerealis uxor paralytica a Cornelio Papa curatur.</i>	592.b.	<i>Christiani cives Romani Romam ad supplicium mittentur.</i>	22.a.	
<i>Cerealis baptizatur a Cornelio Papa. ibid. eius martyrium.</i>	ibid.	<i>Christiani sponte se offerentes martyrio.</i>	23.e. 24.a. 77.d. 148.e.	
<i>Ceremonia Ecclesiastica a temporibus Apostolorum.</i>	42.a.			
<i>Ceremonie recipiendorum penitentium.</i>	324.b.			
<i>Vide, Penitentes.</i>				
<i>Ceremonie quibus Imperatores referebantur inter deos.</i>	15.e. & seq.			
<i>Ceremonie. Vide, Ecclesie ritus.</i>				
<i>Cereos ac faces gestare solitos in funere Christianos.</i>	557.b.			

I N T O M V M I I. ANNAL. ECCLES.

<i>Christiani iniuria mendaces habiti.</i>	54.b.	<i>Christiani erunt omnes, respondit oraculum.</i>	336.e.
<i>Christiani qui ex Iudæis prognati erant, gratius sunt uexati.</i>	62.b.	<i>Christiani Roma litigant cum popinarius pro loco Tabernæ Meritoria.</i>	337.b.c.
<i>Christiani infamati ex factis hereticorum.</i>	70.b.c. 157.a.	<i>Christianorum causa fieri terremotus, obieciabant in eos Gentiles.</i>	395.d.
<i>Christianos cum se dicere Gnustici, horribilia scelera perpetrabant.</i>	70.b.c.	<i>aliaque mala fieri corâ causa dicebant.</i>	498.d. & seq. 719.a.
<i>Christiani a Iudæis grauius passi.</i>	82.e. 83.a.	<i>Christiani a Gentilibus habiti infames.</i>	284.e.
<i>Christiani ubique terrarum quaruntur ad necem.</i>	95.e.	<i>Christiani populari tumultu exagitati.</i>	408.e.
<i>Christiani dicti Biothanati.</i>	96.e.	<i>Christiani extorres periere in deserto.</i>	436.c.
<i>Christiani sub Traiano vexati.</i>	3.d. 4.e. 5.b.	<i>Christiani a persecutoribus tentati deliciarum illecebris atque libidine.</i>	437.c.d.
<i>Christiani sub Hadriano vexati.</i>	61.d.	<i>Christiani cum patiuntur, a Deo sublesantur.</i>	583.b.
<i>Christiani sub Antonino Pio vexati.</i>	101.d. 108.a.	<i>Christiani ut magis a Gentilibus exagitati.</i>	660.d.
<i>Christiani sub Marco vexati.</i>	213.c. 226.b.	<i>Christiani uentui uendere & emere ut alia absque turpificatione.</i>	662.d.e.
<i>Christiani vexati sub Senero.</i>	276.e. 286.e. 288.b.c.	<i>Christiani seditionis infamati, eo quod non conueniant cum aliis.</i>	621.e.
<i>Christiani sub Alexandro vexati.</i>	341.c.	<i>Christiani plurimi in ecclesia combusti sub Maximiano.</i>	704.b.
<i>Christiani sub Iulio Maximino vexati.</i>	389.a. 391.e.	<i>Christiani prorsus extincti, vel omnino breui extinguendi Gentilibus uisi sunt.</i>	771.b. & seq.
<i>Christiani sub Decio afflictati.</i>	411.c. & seq. 413.b.	<i>Christiani in Oriente tempore Galerij fugam arripunt.</i>	781.d.
<i>Christiani sub Valeriano vexati.</i>	621.d. & seq.	<i>Christianorum constantiam in tormentis demones admirati.</i>	221.a.
<i>Christiani sub Gallo & Volusiano vexati.</i>	483.c.	<i>Christianorum irrisores facti sunt ipsi Christiani.</i>	761.c.
<i>Christiani sub Claudio vexati.</i>	608.d.e. 609.a.	<i>Christianorum Ecclesia inissa demoliri.</i>	705.a. Vide, Ecclesia.
<i>Christiani sub Diocletiano vexati.</i>	696.b.c.	<i>Christianorum libri ussi comburi.</i>	705.a. Vide, Libri.
<i>Christiani sub Max. Herculo vexati.</i>	682.a.b.	<i>Christianorum nomen ubi primum inuentum.</i>	18.b.
<i>Christiani sub Maximiano Galerio vexati.</i>	703.a. & seq.	<i>Christianum nomen crimini uertebatur.</i>	7.d. 225.c. 297.a.b.
<i>Christiani exagitati calumniis a Gentilibus.</i>	109.b. 131.d. 143.d. 157.a. 168.c.d. 213.e. 276.e. 384.a. 287.a. 290.b. 313.a. d. 498.a.	<i>aboleuit Hadrianus nomen iniuriam, statuens non ob nomen, sed ob delictum accusa. e licere Christianos.</i>	81.a.
<i>Christiani nominati perturbatores R. eipublicæ.</i>	145.d.	<i>Christianum nomen potentissimum.</i>	198.e.
<i>Christiani Simpliciter nominati.</i>	111.c.	<i>Christianum nomen ob hereticos infame redditum apud Gentiles.</i>	157.a. 198.e. 284.e.
<i>Christiani dicti noui homines.</i>	141.c.	<i>Christianorum mores.</i>	
<i>Christiani dicti inertes a Gentilibus.</i>	286.c.d.	<i>Christiana quæuis Ecclesia longè prestantior moribus quouis Senatu & conuentu philosophorum.</i>	78.c.
<i>Christiani ut foras pellerentur, acclamabatur in sacris Gentilium.</i>	114.e.	<i>Christiani qui, qualisve futuri essent, a Sibylla descripti.</i>	108.d.
<i>Christiani obici solita mala cuncta qua euenirent.</i>	131.a. 168.c.d.e.	<i>Christiani agunt conuentus antelucanos.</i>	22.b.
<i>Christiani in Asia dicti Proconsulis vexati.</i>	452.c.	<i>Christiani iuramento se obligabant uita innoxia.</i>	ibid.
<i>Christiani absque uoto edito inre antiquo Romanorum neci dabantur.</i>	143.d. 144.c.	<i>Christiani castitatis amantissimi.</i>	67.b. 71.d.
<i>Christiani rei constituti criminis immanissimi.</i>	144.c.	<i>Christiani nunquam mentiri, sed uera predicere soliti.</i>	54.b.
<i>Christiani petebantur ad leonem.</i>	108.e.	<i>Christiani exhorrebant spectacula, precipue sanguinis.</i>	71.e. 227.e. 307.b.
<i>Christiani dicti boni.</i>	173.d.	<i>Christiani uitam ducebant ex institutione diuina sapientia.</i>	72.a.
<i>Christiani cum beneficerent, nulla illis gratia, sed ea sunt tributa diis Gentium.</i>	209.b.	<i>Christiani longè moribus prestantiores philosophis.</i>	78.d.
<i>Christiani deterioris conditionis, quam rei maiestatis.</i>	210.d.	<i>Christiani effecti eruditissimi uiri ob illorum uitam incomparabilem.</i>	84.b.c.
<i>Christiani mirifice aucti numero.</i>	21.e. 22.a. 211.a.	<i>Christiani in patiendo hilares.</i>	128.e.
<i>Christiani Prophetarum uetiti lectione a Marco Imperatore.</i>	212.e.	<i>Christiani libenter conferebant pecuniam in redemptionem captiuorum.</i>	485.a. & seq.
<i>Christiani locis publicis interdicti.</i>	214.b.	<i>Christiani prauos mores Orbis ubique corrigunt.</i>	196.e.
<i>Christiani obstinati, non constantes habiti a Gentilibus.</i>	22.a. 221.d.	<i>Christiani nunquam fuerunt tyranni, vel socij tyrannorum.</i>	210.d.e.
<i>Christiani ceteris hominibus deteriores habiti.</i>	225.b.	<i>Christiani constantissimi, & optimis moribus imbuti.</i>	221.c.d.
<i>Christiani rei maiestatis habiti.</i>	276.c.	<i>in quo etiam longè superabant Gentiles.</i>	226.d. 227.c.
<i>Christiani dicti hostes Imperatoris.</i>	276.d.e. 281.e.	<i>Christiani detenti in carcere aiebantur agape Christianorum.</i>	281.a.
<i>Christiani derisi imagine asini a Gentilibus.</i>	281.e. 283.a.	<i>magna cura de illis haberi solita.</i>	419.d. 538.e.
<i>Christiani obici solita qua erant Iudeorum.</i>	286.e.	<i>Christiani probati castissimi etiam testimonio Eschicorum.</i>	286.b.c.
<i>Christiani solita irrogari supplicia.</i>	286.a.	<i>Christiani spernebant unguenta, nisi ad mortuorum unctio-</i>	286.e.
<i>Christiani detrabere solitas turpes personas, cur ita.</i>	287.a.	<i>Christiani utilissimi R. eipublicæ.</i>	286.d.
<i>Christiani cum occiduntur, magnum afferunt detrimentum R. eipub.</i>	ibid.	<i>quibuscamque & ubique proficini.</i>	496.e. 582.e.
<i>Christiani cogebantur iurare per Genium Imperatoris.</i>	290.b.		
<i>Christiani in sepulchris patiuntur iniuriam.</i>	292.d.		
<i>Christiani cum inquiruntur, quamplurimi deteguntur.</i>	293.b.		
<i>Christiani augentur numero, cum persecutionem patiuntur.</i>	293.c. 2.		
<i>Christiani non delinquantur a Deo cum tentantur.</i>	297.b.c.		
<i>Christiani redimebant, cum liceret, pacem pecunia.</i>	302.b.		
<i>Christiani occisi nunquam relicti inulsi.</i>	319.a. 493.b. 500.c. 585.a.		
<i>Christiani coguntur ab Elagabalo ut colerent deum suum.</i>	330.d. 333.e.		

I N D E X

Christiani libentissime pendebant vectigalis atque tributa. 287. a
 Christiani respuebant Gentilium prauos mores & superstitiones, cetera vero scitabantur. 286. d. e
 Christiani innocentissimi. 287. a
 Christiani soliti detruendi in carcerem ob nomen tantum, non autem ob crimen aliquod. 226. a
 Christianorum singulorum mores exquiri soliti in conuentu publico. 337. e. 338. a
 Christiani Imperatores primi purgauerunt Urbem face prauorum morum. 345. a
 Christiani rudes moribus praestant philosophis. 384. a
 Christiani iusti ac probi etiam oraculi Gentilium testimonio comprobati. 706. e
 Christiani cum aliis virtutibus, tum praecipue pollent castitate. 384. a
 Christiani propensiori cura sunt erga carceratos fratres. 281. a. 419. d. 538. e
 Christiani adolescentis constantia praecidentis sibi linguam, & prociuitatem in scortum. 437. d
 Christiani communes casus aduersos ferre soliti magna animi tranquillitate. 500. e. 501. a. 672. d
 Christiani diuersi modo ac sine castitatem excolant ab hereticis. 549. a
 Christiani qua charitate sint erga morbos. 496. e. 583. e
 Christiani quam suppellectilem habere solerent. 675. a
 Christiani ritus male imitari Gentiles in sacris Isis. 239. a
 Christianorum mores corrupti.
 Christiani non omnes isdem imbuti moribus: ob vita disciplina corruptam lapsi quamplurimi. 22. a
 Christiani complures, more Gentilium, exornabant postes, & accedebant lucernas: ex eis vnus punitus diuinitus. 276. a
 Christiani ademptis spoliaculis a Deo puniti. 287. c
 Christiani mores relaxati tempore pacis Ecclesie, qui, quales esse essent. 411. e. 412. a. b
 Christiani apostatae a fide tempore persecutionis. 413. d. & seq. eorumque mores. Vide, Lapsi, Apostata, & Canones penitentiales.
 Christiani qui esse spurij conuincantur. 659. c
 Christiani lasciuo cultu arguuntur apostatae. 659. d
 Christiani confessores lapsi in fornicationem. Vide, Confessores.
 Christiani corruptis moribus videntes, occasio fuerunt sanissima persecutionis. 706. c
 Christiani confessores lapsi in schisma. Vide, Confessores.
 Christiani lapsi in apostasiam, schisma, vel haeresim qualibus essent moribus teterrimis comparati. Vide, Apostata, Schismatici, Haeretici.
 Christianus ex Consule factus apostata, quam turpis effectus. 239. b. c. d. e
 Christianorum ordines, officia, & exercitia.
 Christiani diuersi ordinis atque status in Ecclesia. 169. d. e
 Christiani quamplurimi militabant. 27. a. b
 Christiani milites in expeditione Marcomannica precibus liberant exercitum periclitantem. 172. e. 201. a. 202. a. e
 Christiani milites quales praestarent iuramentum militiae. Vide, Iuramentum.
 Christiani obtinere poterant magistratus. 211. e
 Christiani iurabant Principibus fidelitatem. 163. b
 Christiani frequentior orare solent pro Imperatoribus. 210. e. 227. d. 276. c
 Christiani eadem exercitia & officia exercere soliti, qua Gentiles, abstinentes a superstitione, & prauis eorum moribus. 267. a. 286. d. e
 Christiani Gentiles obsessos a demone liberabant. 287. b
 Christiani inter loquendum soliti incutere timorem Gentilibus de futuro iudicio. 213. b
 Christiani eruditi publice profitebantur philosophiam, audientibus Gentilibus. 382. a. b

Christiani vtiliter addiscebant saeculares scientias, & alios eas docebant. 382. d. 383. a. 646. d
 Christiani ministrabant in Palatio Imperatoribus. 387. b
 Christiani soliti Eucharistiae sumptione se armare ad martyrium. 571. c
 Christianorum officia tempore pestis. 496. c. & seq. 583. e. & seq.
 Christiani morientes ob ministerium exhibitum fratribus pestis contagio affectis habitis ut martyres. 584. a
 Christiani ritus & cultus.
 Christiani non habuerunt ad sacra facienda tepla more Gentium, sed ecclesias. differentia inter has voces. 313. d. & seq.
 Christiani extra Urbem sepeliri soliti. 342. e
 quando cepti sepeliri intra Urbem. 344. c
 Christiani quolibet die Dominico conuenire soliti ad Synaxes. Vide, Dominicum.
 Christiani ornare soliti ecclesias frondibus atque lucernis. 276. b
 Christiani corpora defunctorum unguentis condire soliti. 286. e
 Christiani nequaquam sepeliabant defunctos vna cum Gentilibus. 512. a
 Christiani atrati in funere. 497. e. 498. a
 Christiani soliti nigra induiti veste incedere. 498. a
 Christiani Aegypti albis vestibus indui soliti. ibid. b
 Christiani qui pallio utebantur. Vide infra, Pallium, Vestis.
 Christiani induebantur vestibus similibus reliquis hominibus. 262. e. 263. a
 Christianorum supellex Crucis, & arca pro seruanda Eucharistia. 675. a
 Christophorus martyr in Lycia sub Decio. 452. b
 Christi anni. Vide, Chronologia, & Anni.
 Christi passionis die a Diocletiano iussu sunt ecclesia profesterni. 710. b
 Christum haeretici sic predicant, ut destruant. 64. b
 Christum crucem passum negabant Basilides & alij haeretici. 64. d
 Christum aduersarium Deo Indaeorum esse, blasphemabant Saturninus, & qui ab eo descendunt haeretici. 68. c
 Christum diuinitate Carpocras exnebat. 68. d
 Christum passum memoria recolendum in sacrificio Missae. 85. e
 Christum vbi que in Ecclesia regnantem admiratus est Orbis. 102. c
 Christum vera carne Marcion & Manichae priuabant. 118. b. Vide, Marcion, & Manes.
 Christum dixisse carnem a caelo, dixit Apelles. 120. a
 Christum asini effugio pinxerunt Gentiles in ignominiam Christiana religionis. 283. a. b
 Christum sumendo in Eucharistia, se preparabant Fideles ad martyrium. 477. c
 Christum negans arripitur a demone, & linguam sibi dilatat. 460. d
 Christum negantes. Vide, Lapsi.
 Christus a Gentilibus creditus magnus. 660. d
 Christus faciens sacer dotes, vltimatur in eos spernentes. 502. b
 Chrocus Germanorum dux. hostis Christianorum. 642. d
 Chromatius Praefectus Urbis, factus Christianus, frangit idola. 651. a. b. alia res ab eo gesta. 656. d
 Chronidas commentariensis cum sociis martyr in Oriente sub Antonino Pio. 101. d
 Chronion cognomento Euanus, martyr Alexand. sub Decio. 435. b
 Chronologia Agonalium Capitolinorum. 393. e
 Chronologia annorum Christi ex Ironco. 115. d. e
 Chronologia annorum Christi ex Iustino martyre. 107. d
 Chronologia annorum Christi ex Tertulliano. 115. e
 Chronologia annorum Rom. Pontificum per Consules mendax. 133. e
 Chronologia annorum Imperatorum certior reddita. 79. b
 Chronologia auctoris saepe testata. 613. e. 629. a
 Chronologia auctoris ex Consulibus recte stabilita. 561. b
 Chrono-

I N T O M V M I I. A N N A L. E C C L E S.

Chronologia auctoris certior reddita ex Clemente Alexandrino. 251. c
 Chronologia auctoris plurimis testificationibus comprobata. 410. d
 Chronologia Censoni. 393. c. 394. b
 Chronologia gentium diuersarum ex Eusebio. 642. e
 Chronologia per Olympiades. 393. c
 Chronologia ab Urbe condita. 393. c
 Chrysothonus martyr Aquileia sub Diocletiano. 762. e
 Chrysothoni ad Anastasiam martyrem litterae. 692. e
 Cibi quo modo conuincunt hominem. 586. a
 Ciborum delectus sacrilegus ex Marcione. 118. d
 Ciborum delectus qui suspectus. 243. c. d
 Cibum Manes blasphemabat, antequam comederet. 633. a
 Ciceronis libros aduersus deorum cultum comburendos esse distabant Gentiles. 109. d. 709. c
 Cicuta adhibita ad consequendam castitatem. 384. a
 Cilices martyres sub Diocletiano. 790. d
 Cincius Senarius Praefectus consuluit Christianis. 292. e
 Cincres sanctorum martyrum proiecti in flumen. 220. c
 Circensibus spectaculis acclamata est persecutio in Christianos sub Diocletiano. 697. b
 Circuitus Petri, liber qualis. 18. d
 Circulares litterae quae. 106. b. scripta a Clero Romano Sede vacante. 418. b
 Circa in Numidia carnificina martyrum. 569. b
 Circa conuentus habitus Episcoporum Traditorum. 732. c. & seq.
 Aetha eius conuentus. 732. b. & seq.
 Cirtensis Synodi tempus. 740. d
 Cistellus martyr in Sardinia sub Diocletiano. 767. d
 Cistinus martyr cum sociis Carthagine sub Senero. 289. b
 Clades diuinitus immissa ob necem Christianorum. 130. d. 292. a. b
 Clades a martyribus preuise, ac praedicta. 584. c
 Clades quocumque adscribi solita Christianis, quod deos non colerent. 131. d. Vide, Calumniam.
 Clades omnes ad profectum Evangelij pronouisse. 585. d
 Clades Romani Imp. sub Gallieno. 585. e. Vide, Rom. Imp.
 Clarus Episcopus Ptolemaidis. 269. e
 Classes penitentium diuersorum. 585. b
 Claudia coniux Philippi Praefecti Augustalis. 295. e
 Claudia filia Crispi fratris Claudij Imp. ex qua natus est Constantius pater Constantini. 608. b
 Claudianus martyr in Lycia cum sociis sub Decio. 452. b
 Claudij Palatium in Urbe. 530. e
 Claudius Euthemius historicus scriptor Vita Diocletiani. 651. d
 Claudius gener Marc. Aurelij Imp. 191. b
 Claudius imperator occiso Gallieno. 607. b. & seq. eius origo & genus. 607. b. c. ex quo Constantinus Magnus. ibid.
 Claudius Imp. in Christianos infensissimus bellis detinetur, ne in eos citius saniat. 608. d
 Claudius Imp. rediens in Urbem sauit in Christianos. 608. e. & seq.
 Claudius Imp. occidi iussit milites Christianos. 609. a
 Claudius Imp. edictum promulgat contra Christianos. ibid. c
 Claudius Imp. moritur peste. 613. c
 Claudius latro insignis in Palaestina. 272. d
 Claudius martyr in Gallia sub Aureliano. 625. e
 Claudius martyr cum Asterio & Neone Aegea in Cilicia sub Diocletiano. 652. c
 Claudius martyr, Marcelli Centurionis filius, in Hispania sub Diocletiano. 688. e. 766. b
 Claudius martyr Roma cum Marcellino Papa sub Diocletiano. 774. d
 Claudius martyr cum Nicofrato & sociis Roma sub Diocletiano. 761. a
 Claudius sequester coniugij Susanna cum Maximiano Gale-
 rio, credit in Christum, & factus est martyr. 676. c. & seq. 678. a.
 Claudius medicus iudex delectus in disputatione Manes cum Archelao. 631. e
 Claudius Venatus insignis orator sub Alexandro. 339. d
 Claudius Praefectus in Cappadocia. 292. e
 a vermibus consumptus. ibid.
 Claudius Ecclesiae Novatianus haereticus negabat. 474. c
 Clearchus iussu Commodi occidit Perennem. 246. d
 Clemens Papa exulat sub Traiano. 5. b
 Clemens Papa cognatus Imperatoris. 19. c
 eius doctrina excellens. ibid. Vide, Clementis.
 Clemens Alexandrinus Athenis natus. 258. e
 Clemens Alexandr. epitomen scripsit Ecclesiastica disciplina. 260. a
 Clemens Alex. fidelis custos traditionum. 242. d
 Clemens Alex. quid senseris de fuga tempore persecutionis. 301. a. b
 Clemens Alexandrinus quando claruit. 258. c
 eius praeconia. 258. d. & seq.
 Clemens Alex. in schola Origenem habuit successorem. 259. c
 Clemens historicus. 259. b
 Clemens philosophus Platonicus Gentilis. 42. a. b
 Clementis Alexandrini scripta apocrypha. 259. d
 Clementis Alex. scripta deprauata ab haereticis. ibid.
 Clemens Papa in exilium mittitur. 5. b. c
 Clementis Pape Acta. 51. a. b
 eius miraculum. 5. c
 Clementis Pape opera Iberi credunt. 5. c
 Clementis Pape martyrium. 12. e
 Clementis Pape miracula post mortem. 12. d. e
 Clementis Canones Apostolorum. 14. d.
 eius fidei. 15. a. b. & seq. quot sint. 16. d
 Clementis Constitutiones Apostolorum. 14. b
 Clementis Pape decreta. 13. b
 Clementis doctrina Apostolorum. 14. b
 Clementis Pape scripta Epistola. 13. b
 Clementis Pape Epitome. 19. a
 Clementis Itinerarium. 18. d
 Clementis Missa. 19. b
 Clementis nomine multa supposita. 13. e
 Clementis Recognitiones. 18. d
 Clementis sedis vacatio. 19. d
 Cleobolus sophista iudex in causa Manes. 631. e
 Clerica littera qua. 106. e
 Clerici celibatum custodiunt. 797. e
 Clerici college dicti Episcoporum. 416. d
 Clerici habitare non debent cum feminis. 420. d
 Clerici indumentum erat caracalla. 317. b
 Clerici contumaces coeuecendi. 509. d
 Clerici contumacia declinat in haeresim. ibid.
 Clerici lapsi ad laicam tantum communionem admittantur. 511. e. 518. c
 Clerici recedentes ab ecclesia sine licentia Episcopi, etiam tempore persecutionis, Ecclesiastica censura plectendi. 433. e
 Clerici Romanae Ecclesiae iniuste calumniam passi de Tertulliano & a Tertulliano. 278. d
 Clerici Rom. Ecclesiae, Sede vacante, vniuersalis Ecclesiae curam suscipiunt ex munere. 415. e. 416. a. 417. e. & seq.
 Clerici Romanae Ecclesiae de obitu Fabiani Pape scribunt litteras ad omnes Ecclesias. 416. b
 Clerici Romanae Ecclesiae docent verbis & exemplo vniuersam Ecclesiam. 416. d
 Clerici Romanae Ecclesiae dant litteras ad Africanam Ecclesiam, eademque vbi que promulgata. 430. e. 431. a
 Clericis Rom. Ecclesiae quantum tribuat Cypr. 426. c. 427. a
 Clerici Romanae Ecclesiae scribunt ad Cyprianum. 426. e
 Clerici Romanae Ecclesiae tenacissimi antiquae disciplinae. 428. d. 727. a

I N D E X

Clerici Romana Ecclesia, vacante Sede, dant litteras ad omnes Ecclesias. 428.d
 Clerici Romana Ecclesia, Sede vacante, prescribunt leges uniuersae Catholicae Ecclesiae. 428.d
 Clericorum Romana Ecclesia constantiam in deligendo Pontificem tempore maioris persecutionis. 457.e
 Clericorum Romana Ecclesia modestiam in non deligendo Pontificem absque fratribus. 415.e
 Clericorum Romana Ecclesia numerus. 465.c
 Clericorum Romana Ecclesia martyrium sub Diocletiano. 727.b. & seq.
 Clericorum Romana Ecclesia martyrium sub Valeriano. 532.e. & seq.
 Clericorum uictus ex mensuris stipendiis, quae accipiebant ab Episcopo. 510.c. ex quo dicti sunt clerici sportulantes, ex sportulis quas acciperent. ibid.
 Cloaca Urbis sepulchra martyrum. 661.e
 Clodius Balbinus creatur Caesar. 253.a
 Clodius Balbinus Imperator. 394.a
 Clodius Balbinus Imperator occiditur a militibus. ibid.
 Codicium Gnostici heretici. 74.a
 Coelatus martyr Corinthi sub Decio. 453.c
 Coemeteria nomen unde. 342.e. & seq.
 Coemeteria Urbis quot, ubi, & eorum nomina. 342.e. & seq.
 Coemeteria cuius essent structurae. 82.b. descripta quoque a S. Hieronymo, & Prudentio. 343.e. 344.a.b
 Coemeteria frequentare solebant precum causa Christiani. 344.c. 536.a
 Coemeteria insisibat quolibet die Dominico S. Hieronymus. 343.e
 Coemeteria recipiebant tantum defunctos Christianos, non autem Gentiles. 512.a
 Coemeteria ne adirent Christiani prohibentur edictis Imperatorum. 436.a. 578.d
 Coemeteria adire concessum illis a Gallieno Imp. 578.d
 Coemeterium Priscillae describitur. 82.b
 Coena Thyeesteae calumniose tributa Christianis. 71.e. Vide, Calumnia
 Colarbasius haereticus. 197.d. 199.d
 Collecta pecuniarum a Cypriano indicta pro redemptione captiuorum. 475.a.b
 Collega, nomen quid significet, & quo modo usurpari solitum Ecclesiastico. 416.d
 Collecta, Dominicum, Missa idem. 742.d
 Collectam celebrabant Christiani clandestine etiam tempore persecutionis. 742.c. & seq.
 Collectam celebrare, ex necessitate incumbere Christianis. 745.b
 Colluthio locus nobilitatis exilio Dionysij Episcopi Alexandrini. 538.a
 Columba Senonensis martyr sub Aureliano. 626.a
 Columba diuinitus apparuit in ordinatione Fabiani Papae. 591.b
 Columna cochlis erecta a Traiano. 25.d
 super eam statua S. Petri. 26.a
 Columna Antoniana conseruat memoriam uictoriae Marcomanicae opera Christianorum obiecta, superque eam statua S. Pauli. 209.d
 Columna erecta Diocletiano de expugnata Christiana religione. 771.c.d
 Comana ciuitati in Ponto datus Episcopus Alexander Carthaginiensis. 380.a. b
 Comes Officiorum, magistratus. 5.d
 Commemoratorium, idem quod Inuentarium. 752.e
 Commodus Caesar filius Hadriani moritur. 96.b
 Commodus filius M. Aurelij Consul simul & Imperator creatus. 212.b
 Commodus moribus deprauatus. 229.d
 Commodus quos habuit magistros. 229.e
 Commodus post patrem imperat. 235.e
 Commodus deterior Nerone & Caio. 236.a. b
 Commodus a Deo regnare permissus uitor sanguinis Christiani. 236.c.d
 Commodus bene habuit Christianos. 236.e. 237.e
 Commodus expilat templa deorum. 237.e
 Commodus Isidis cultor. 239.c
 Commodus initiatur sacris Isidis. ibid.
 Commodus strangulatur. 251.b
 Commodus relatus inter deos. 251.e. 275.b
 Commodo dicatum templum, & institutum est sacerdotium 251.c
 Compedum firamina ad cruciandum parata. 438.e
 Communicatio Catholica per litteras Formatas exhiberi solita. 105.d
 Communicatio etiam impartiri absentibus ex missione Eucharistiae. 269.d
 Communicatio tantum laica danda lapsis clericis. 470.c.d
 Communicationem Romana Ecclesia surripere conati sunt schismatici & haeretici. 479.b
 Communicatoria littera qua essent. 105.d
 Communicatione cum Romana Ecclesia quis offenditur esse Catholicus. 430.e. 497.b
 Communicatione Romana Ecclesiae excludi, est haeticum constituit. 430.d.e. Vide, Ecclesia Romana.
 Communis seu Vulgata editio qua olim. 362.b.c
 Communis editio antiqua quo modo exoleuit. 364.e
 Communis editio diuersi generis. 363.a
 Communis editio nostra ex Veteri Nouaq; conflata. 365.b
 Communis editio nostra ex quibus constat. 365.b
 Communis editio noui Testamenti monstratur esse S. Hieronymi. 366.d.e. Vide, Editio.
 Concilia in Asia & Graecia tempore Commodi Imperatoris multa celebrata. 181.a.b
 Concilia cogi arbitrio Rom. Pontificis. 268.a.e
 Concilia absque auctoritate Romani Pontificis nihil soluta desinere. 181.b
 Concilia diuersarum Ecclesiarum occasione temporis Paschatis. 266.d. 267.e
 Concilia diuersarum Ecclesiarum coacta ob exortum schismata Nouatianorum. 476.c.d
 Concilia in prouinciis cogi potuisse tempore persecutionis. 740.d.e
 Concilia Africana celebrata sub Agrippino Episcopo Carthaginiensi. 326.a.b
 Concilium Africanum aduersus Prinatium haeticum. 395.a
 Concilium Africanum sub Cypriano tempore Cornelij Papae. 468.b
 Concilium Africanum scribit ad Cornelium Papam. 470.e
 Concilium Africanum sub Valeriano Imperatore. 509.c. 516.d
 Concilium Africanum in causa Basilidis & Martialis. 512.b
 Concilium Africanum I. XXI. Episcoporum. 517.d
 Concilium Africanum LXXXVII. Episcoporum. 521.b
 Concilium in Africa Episcoporum XLII. in causa Nouatianorum. 476.e. ex eo Synodica ad Cornelium. 477.a
 Concilium Antiochenum Apostolorum. 18.a.b
 Concilium Antiochenum occasione Nouatianorum. 486.a
 Concilium Antiochenum prius contra Paulum Samosatenum. 599.b. & seq.
 Concilium Antiochenum posterius contra Paulum Samosatenum. 615.d
 Concilium Antiochenum posterius fidei professionem edidit. 619.b
 Concilium in Arabia aduersus Berillum Bostrorum Episcopum sub Gordiano Imp. 346.a
 Concilium in Arabia aduersus negantes immortalitatem animae. 404.a. b
 Concilium in Asia celebratum in causa Paschatis. 268.b
 Conci-

I N T O M V M I I. ANNAL. ECCLES.

Concilium in Asia celebratum in causa rebaptizationis. 514.b
 Concilium in Asia Synadis celebratum. 514.e. 515.a
 Concilium Carthaginiense tempore Valeriani sub Cypriano. 516.b.c
 Concilium Cirtense, eiusq; Acta inter Episcopos Traditores. 732. & seq.
 Concilium confessorum in carcere habitum, fingi a Donatistis. 748.a
 Concilium in crypta Sinuessana habitum. 754.d. & seq.
 Concilium Eliberinum. 811.d. & seq.
 Concilium in Gallia in causa Paschatis. 268.a
 Concilium Icomense in Seleucia. 514.e
 Concilium in Palaestina de tempore Paschatis. 266.d. & seq. 273.a
 Concilium in Palaestina sub Theophilo Episcopo Casariensi, iubente Victore Papa. 266.d
 Concilium in Ponto. 268.a
 Concilium Romanum sub Victore Papa. 267.e
 Concilium Romanum celebratum vacante Sede. 428.d
 Concilium Romanum I. X. Episcoporum aduersus Nouatianum. 476.c
 Concilium Romanum aliud sub Cornelio. 476.d
 Concilium Romanum in causa Dionysij Episcopi Alexandrini. 587.d
 Concilium Synadense in Asia. 515.a
 Concordia mart. Roma sub Valeriano. 551.c
 Concordius presbyter mart. Spoleti sub Marco. 192.d
 Concordius mart. sub Dioclet. 762.c
 Confessores & martyres quibus differant. 423.a. 656.e. 657.a
 Confessores superbi lapsi in fornicationem. 420.a
 Confessores Romani clerici decepti a Nouatiano, lapsi in schisma. 462.a. 464.c
 Confessores schismatici respiciunt, & poenitentes a Cornelio recipiuntur. 472.b.c.d.e. & seq.
 Confessores schismatici quid profitentur ante Cornelium. 473.a
 Confessores potius quam professores esse debent Christiani coram Praesidibus. 296.d.e
 Confessores solui scribere litteras de lapsis ad Episcopos. 423.a
 Confessorum littera de sua respicientia. 473.b.c.d
 Confessorum magnanimitas atque constantia. 562.d. & seq.
 Confessoria littera qua. 106.c
 Confessores quidam incauti in danda pace lapsi. Vide, Lapsi
 Confessoribus se Christianos adiungit. 571.e
 Confiteri peccata sua Philippus Imperator iubetur. 398.d.e
 Congregatio siue Consistentia in Ecclesia quid. 587.c
 Coniugium respuit Marcion. 118.c. Manes, & alij. Vide, Manes.
 Conon martyr Pergae Pamphilia sub Decio. 452.b
 Conon Martyr Iconij in Isauria sub Aureliano. 626.d
 Conscientia pura facit contemere omnia tormenta. 610.b
 Consecrandi aliquem in deum ritus. 104.a
 Consilium Diocletiani de tollendo penitus Christianos. 685.e. 696.a. b
 Consistorium idem quod presbyterium. 472.e
 Consistentiam Christianorum, obstinationem esse dixerunt Gentiles sapientes. 220.e. 221.a.b
 Constantiam Christianorum in tormentis demones admirati. 221.a. b
 Constantini Imp. edicti pars recitatur de probitate Christianorum. 708.e
 Constantini Imperatoris genus. 608.b
 Constantini in Decium inuocina. 459.e
 Constantino multa tribuuntur, quae non probantur. 801.e. & seq.
 Constantinus in Valerianum inuehitur. 577.e
 Constantinus perperam expunctus in edicto Galerij. 674.b
 Constantinus Roma a patre relictus. 800.e
 Constantinus obtentu religionis obfes detentus. ibid.
 Constantinus fugit in Britanniam. ibid.
 Constantinus adfuit patri morienti. ibid.d
 Constantinus saepe in Isidis appetitus. 801.d. & seq.
 Constantinus a Deo electus tanquam alter Cyrus. 802.b
 Constantius Chlorus eligitur Caesar. 674.a
 Constantius Chlorus repudiata priori uxore, accepit Theodoram filiam Maximiani. 674.a
 Constantius Caesar adoptatur ab Herculo. ibid.
 Constantius est appellatus Augustus. 772.b
 Constantius Augustus cum Galerio diuisit Romanum Imperium. ibid.
 Constantius quibus imbutus moribus. ibid.
 Constantius quibus thesauris gloriatur. 773.a.b
 Constantius explorat fidem suorum, purgatque familiam suam. 773.c
 Constantius noluit persequi Christianos. ibid.e
 Constantius numquam cessit college aliquam partem Imperij. 800.b
 Constantij pietas insignis. 772.e. 774.e. 800.e. & seq.
 Constantij obitus & eius funus. 800.d
 Constantius Perusia Episcopus martyr sub Marco. 192.d
 Constantius Treueris martyr sub Diocletiano. 763.a
 Consubstantialis Dei Filius Patri, uox a maioribus usurpata. 618.d. & seq.
 Consulatus apostata. 239.b. & seq.
 Consulatus duo superadditi Fastis corruptis. 561.c. & seq.
 Consulatus suffecti ut numerarentur cum ordinarijs, Senator Imp. instituit. 297.e
 Consulatus inuersi in Fastis reperiuntur. 50.a. 57.b. 79.b.
 Consules ordinarij aperiunt annum, & adscribuntur Fastis. 8.b
 Consules suffecti & allecti qui. 393.d
 Consulatum iterum creatorum prerogatiua. 191.a.b
 Contestatio Irenaei suis scriptis ab ipso apposita. 200.d
 Continentia uera in quo sita. 67.b
 Contrahere Christianum uentum absq; thurificatione. 662.d. & seq.
 Conuentus celebrat. Dionysius Alex. ubicumque inueniatur tempore persecutionis. 537.d
 Conuentus Christianorum habitus sunt a Gentilibus conuersiones. 22.e
 Conuentus Christianorum detiti a Traiano. 4.b
 Coracion Nepotianus recantat palinodiam. 594.b
 Cordubenses martyres sub Diocletiano. 767.a
 Cornelius Antiochenus Episcopus creatur. 85.a
 moritur. 108.a
 Cornelius Clementis discipulus. 12.c
 Cornelius mart. Lugduni sub Marco. 223.d
 Cornelius Papa electus in Pontificem. 457.e
 quo modo fieri contigit. 458.a.b
 Cornelius Papa uirtutibus ornatus. 458.b
 Cornelius Papa quando electus. 458.e
 Cornelius Papa scripsisse dicitur epistolam de translatione corporum Apostolorum. 335.a
 Cornelius Papa urgetur calumniis. 463.c
 Cornelius Papa quo modo restituit in Ecclesiam Trophimum Episcopum lapsum. 463.d
 Cornelius Papa scribit ad Cyprianum de Nouato redeunte in Africam. 471.e. 472.c
 Cornelius Papa accipit litteras a Concilio Africano. 470.d. 477.a. & seq.
 Cornelius Papa restituit lapsos confessores schismaticos poenitentes. 472.c. & seq.

Cornelius Papa scribit litteras de restitutione lapsorum.	473. d	Crucis figuram secum habere soliti sunt Christiani.	675. a
Cornelius Papa reicit schismaticos Africanos.	479. c	Crucis titulo res Deo dicantur.	51. c
Cornelius Papa quid in causa schismaticorum cum Cypriano.	479. d. e. & seq.	Crucis signo Gregorius Thaumaturgus expugnat templum idolorum.	443. e. 444. a
Cornelius Papa scribit ad Fabium Episc. Antiochenum in causa schismaticorum.	485. c	Crucis signo mira sunt perpetrata.	443. e
Cornelius Papa scribit ad Lupicinum Episcopum Viennensem.	489. a	Crucis signo signare frontem, peculiare Christianis.	753. c
Cornelius Papa exulat Centumcellia.	ibid. c	Crucis signo Tiburtius superat tormenta.	660. c
Cornelius Papa exul accipit litteras à Cypriano.	ibid.	Cruce & qua ex cruce sunt, esse impedimento magia.	328. d
Cornelius Papa gloriôsè confessus est.	489. a	Cruce, clavi, sparta adhibita pro remedio quartanae febris.	328. c
Cornelius Papa quo tempore passus sit.	490. e. & seq.	Crypta delecta ad sepulturam Fidelium: unde mos iste.	343. a
Cornelius Papa quot anno Galli & Volusiani Imp. martyrium subierit.	491. d	Cucuphas martyr Barcinone sub Diocletiano.	767. e
Cornelius Papa quid gessit subiturus martyrii.	492. a. b. c. d	Cultus reliquiarum sanctorum martyrum.	679. c Vide, Martyres, Reliquie.
Cornelius Papa curat paralyticum.	492. 2	Cultus sanctorum martyrum. 679. c. Vide, Martyres	
Cornelius Papa baptizat credentes.	ibid. c	Curvici Manetis primum nomen.	630. c
Cornelius Papa precatur Deum.	ibid.	Curabi civitas nobilitata exilio Cypriani.	540. e
Cornelius Papa quo die & mense passus.	492. c	Cuspiniani series Praefectorum Urbis interdum mendax. 627. d	
quot annis sedet.	493. a	Custodes milites Ignatium male habent.	29. c. d. 31. e
Cornelius Tacitus arguit mendacissimus.	283. b	Cutia martyr Roma cum Alexandro sub Diocletiano.	677. a. 678. a
Corona, martyr Damasci sub Pio.	130. d	Cybalis simulacrum translatum in Palatium.	330. e
Corona Domini, plebs fidelis.	492. a	Cynicorum mores quales.	146. d
Coronam gestare voluit miles Christianus.	277. d. e	Cynici philosophi infensissimi Christianis.	146. a
Coronam militi Christiano an gestare licuerit.	281. c. d	Cyprianus orator celebris, adhuc Gentilis uxorem & filios habuit.	407. c
Coronati martyrio dicebantur qui aliquid in corpore passi essent, licet nondum martyrium consummassent.	423. a	Cyprianus laicus & Gentilis orabat causam.	406. c
Coronare portas more Gentilium, vetitum esse Christianis.	276. a	Cyprianus Carthagine florentissimè docuit.	406. b. c
Cortina regia pro titulo.	51. a	Cyprianus antequam Christianus efficeretur, qualis.	406. d
Cornutus collega Plinij in Consulatu suffecto.	20. b	Cyprianus cum baptizatur, mutatur in virum alterum.	407. a
Cosmas & Damianus martyres sub Diocletiano.	654. e	Cyprianus baptizatus renuntiat omnibus.	407. b. c
Creatorem & creaturam Marcion execrat.	118. d. e	Cyprianus habuit catechistam Caecilium, ex quo & cognomen accepit.	406. c. 407. c
Creatura benedictione sanctificanda.	86. a	Cyprianus renuntiat eloquentia.	407. e
Crendula martyr in Africa cum sociis sub Decio.	422. d	Cyprianus interdum pristinæ eloquentiæ signa quedam demonstrat.	408. a. b
Crementius martyr cum sociis Cesarangusta sub Diocletiano.	765. e	Cypriani eloquentia qualis.	ibid.
Crescens Cynicus oblatrat in Christianam religionem.	146. a	Cyprianus ordinatur Episcopus Carthagenensis.	405. a
Crescens Cynicus qualis moribus.	146. a. d	Cyprianus quo anno fuit electus.	ibid. b. & seq.
Crescens Cynicus confutatur à Iustino.	146. a. d	cui successit.	405. d. e
Crescens Cynicus indignus nomine philosophi.	146. d	Cyprianus quomodo dicatur prædecessorem habuisse Agrippinum.	405. d. e
Crescens Cynicus machinatur necem Iustino.	ibid.	Cyprianus derisus à Gentilibus, & ab illis Copriannus appellatus.	406. b
Crescens filius Symphorose martyr Tiburi sub Hadriano.	96. d	Cyprianus quo modo repère Theologus insignis evasit.	407. c. d
Crescens Episcopus martyr in Gallia sub Traiano.	59. e	Cyprianus assuenerat lectioni Tertulliani.	325. a. 407. d
Crescentia martyr cum Vito atque Modesto sub Diocletiano.	762. a	Cyprianus tempore persecutionis ad leonem peritus.	417. b
Crescentianus martyr in Campania sub Dioclet.	ibid. e	Cyprianus tempore persecutionis se subduxit.	417. b. c
Crescentianus martyr in Africa sub Valeriano.	560. a	Cyprianus absens proscripius est.	417. c
Crescentianus martyr in Campania sub Dioclet.	761. e	Cyprianus è latebris sapè scribit ad suos.	418. e. & seq.
Crescentius martyr Roma sub Diocletiano.	761. c	Cypriani fuga ex diuino consilio & iussu.	418. c
Crescentius martyr in Gallia sub Diocletiano.	763. a	Cyprianus accusatus quòd fugisset, purgat se apud Clerum Romanum scriptis litteris.	418. a. b
Crimina obici solita à Gentilibus in Christianos.	284. e.	Cyprianus è latebris diligenter curat Ecclesiam Carthagenensem.	418. d. e
Vide, Calumnia.		Cyprianus sollicitus pro pauperibus, ne quid illis desit.	419. a
Crispina martyr in Numidia sub Dioclet.	731. a	Cyprianus sollicitus de sepultura martyrum.	419. c
Crispinianus cum Crispino martyr in Gallia sub Diocletiano.	764. e	Cyprianus auctor libri de Singularitate clericorum.	421. a
Crispinus cum sociis martyr in Numidia sub Dioclet.	731. b	Cyprianus dispensat votum simplex castitatis.	421. b
Crispinus cum Crispiniano martyr in Gallia sub Diocletiano.	764. e	Cyprianus persecutionis tempore hortatur suos ad ieiunia & orationes.	421. c
Crispus pater Claudie matris Constantij Imp.	608. b	Cyprianus diuinitus admonitus predicat pacem.	421. d. e
Crispus presbyter Romanus passus sub Dioclet.	729. c. 760. d	Cyprianus hortatur litteris confessores in carcere postos.	421. a
Crocus comes sancti Ignatii.	30. a. b	Cyprianus aduersatur libellis à martyribus inconsultò datus.	424. b
Crotates martyr in Caria sub Diocletiano.	790. d	Cyprianus consulit Clerum Romanum, cuius arbitrio omnia facit.	424. b. 426. e
Cruciamentorum genera dirissima. Vide infra, Tormenta, Martyres			
Crucifixio solita fieri in terra deorsum.	451. c		
Crucifixorum decem millia martyrum sub Traiano.	27. b		

Cyprianus in latebris ordinat clericos.	427. b	Cyprianus scribit ad Stephanum Papam ex Concilio Africano.	517. e. 518. a
Cyprianus ordinat Arelizum & Celerinum Confessores.	431. b	Cyprianus quo modo intelligendus, dum ait, liberum esse cuique Episcopo sentire quod velit.	518. d
Cyprianus post vacationem Sedis Romane scribit ad confessores in carcere positos.	453. d	Cyprianus modestè se gerit, nulli dogmatis sui assertionem prescribens.	ibid. e
Cyprianus latet biennio.	454. e	Cyprianus de Bono patientia, cur & quando librum illum scripsit.	519. c
Cyprianus scribit litteras de Felicissimo schismatico.	454. d	Cyprianus aliquid humani passus, cum plus equo in Stephanum Papam inuehitur.	520. a
Cyprianus à quinque presbyteris & Felicissimo exagitatur.	455. b	Cyprianus traditionem non impugnasset, si scisset verè fuisse traditionem.	520. c
Cyprianus sollicitè curat dissolvere eas alienum pauperum, ne adhaerant schismaticis.	456. b	Cyprianus rursum Conciliū, idemque maius conuocat.	521. b
Cyprianus quando scripsit libellum de Lapsis.	460. a	Cyprianus legatos mittit ad Orientales.	ibid. d
Cyprianus è latebris redit Carthagenem.	461. c	Cyprianus scribit ad Firmilianum Episcopum Casarea Capadociae.	ibid.
Cyprianus rediens Carthagenem curat martyres, & natalitia illorum celebrat.	461. d. e	Cyprianus numquam à Stephano Papa excommunicatus fuit, sed semper Catholica communione illi coniunctus.	523. c
Cyprianus mittit legatos Romam ad explorandam electionem Cornelij Papae.	463. e. 464. a	Cyprianus iure creditus recantasse palinodiam.	523. d. & seq.
Cyprianus scribit epistolam ad Cornelium de eius electione.	ibid.	Cyprianus post obitum honore habitus ab omnibus Orbis Ecclesiis.	523. d
Cyprianus inuenitur partes Cornelij aduersus Nquatianum.	468. c. d. e	eius sententiam qui Episcopi Orientales secuti sint.	525. c
Cyprianus quando & qua de causa scribit de Veritate Ecclesiae.	471. a	Cyprianus Stephanum Papam demum est secutus.	525. e
Cyprianus libro de Unitate Ecclesiae parat antidotum contra omnes haereses.	ibid.	Cyprianus exulat sub Valeriano.	539. e
Cyprianus sollicitus in redimendis captiuis.	475. a. b. c. d	Cyprianus à Paterno Proconsule damnatur exilio.	ibid.
Cyprianus quam summam collegit pro redimendis captiuis.	475. e. 576. a	Cyprianus confessor exul, & postea martyr: quae sint legitima eius passionis Acta.	540. c. d. e
Cyprianus exagitatus à schismaticis, cogitur sua proflare merita.	478. e. & seq.	Cyprianus primus omnium persecutione Valeriani tentatur.	ibid. c
Cyprianus à schismaticis accusatur apud Cornelium Papam.	479. e. & seq.	Cyprianus exulans secum duxit Pontium diaconum.	439. e. 541. b
Cyprianus causam suam agens apud Cornelium, se excusat.	480. c. & seq.	Cyprianus per visum intellexit tempus sui martyrii.	541. c. d. e
Cyprianus constanter agit aduersus insultantes lapsos.	481. e. & seq.	Cyprianus exul scribit ad confessores damnatos ad metallum.	542. c. & seq.
Cyprianus quando scripsit de Laude martyrii, & Exhortationem ad martyres.	486. d	Cyprianus mittit ad eos legatos atque pecuniam.	544. c. & seq.
Cyprianus triplici vsu dicendi genere.	488. c	Cyprianus exul scribit ad confessores in carcere positos.	546. a. b
Cyprianus scribit ad Cornelium Papam exulem Centumcellis.	489. c	Cyprianus ad Successum quando scripsit.	549. d
Cyprianus scribit ad Lucium Papam confessorem.	494. a	Cyprianus predicandi verbum Dei cupidissimus & indefessus, qui & optabat concionando mori.	551. e. 552. a
Cyprianus sedulus erga suos tempore pestis.	496. c	Cyprianus curat omni studio, ut non alibi quam in sua Ecclesia moreretur.	552. c
Cyprianus quando scripsit de Mortalitate.	497. a	Cyprianus quando scripsit ultimam epistolam.	ibid.
Cyprianus per visum admonitus, mortuos non esse lugendos.	497. d. e. & seq.	Cyprianus quo tempore consummauit martyrium.	551. d
Cyprianus magna constantia se erigit aduersus Demetrianum Proconsulem.	498. e. 499. a	& quo in loco.	554. a
Cyprianus taxatur à Lactantio, sed defenditur.	501. b. & seq.	Cyprianus hortos quos alienauerat, oblatos accepit.	554. b
Cyprianus à Florentio Pupieno persecutionem patitur.	501. c	Cyprianus proximè mortuus curam egit de virginibus.	555. b
Cyprianus assidue offerebat Deo sacrificium.	502. c	Cyprianus subiit sententiam capitis.	556. b
Cyprianus Dei patrocinium erga sacerdotes per visum accipit.	502. b. c	Cyprianus laudatur à Proconsule in eum sententiam ferente.	556. b. c
Cyprianus aduersus Aquarios pluribus disputat.	508. e	Cyprianus Episcoporum Carthagenensium primus martyr.	556. c. d
Cyprianus laborat aduersus Marcianum Arelatensem schismaticum Nquatianum.	512. e. & seq.	Cyprianus quibus, more Episcoporum, soleret indui vestimentis.	556. e. birro & linea.
Cyprianus scribit ad Stephanum Papam de eadem causa.	512. e	Cyprianus sedili limbo lecto passurus excipitur.	555. b
Cyprianus & alij cur reuerent Baptisimum hereticorum.	513. e	Cyprianus cum patitur, quanto officio colatur à suis, ut ne guttam quidem sanguinis vel sudoris perire sinerent.	556. e. 557. a
Cyprianus vindicatur à calumnia Nicephori.	515. b	Cyprianus donat spiculatorum viginti quinque aureis.	557. a
Cyprianus de rebaptizatione excusatur à S. Augustino.	520. e. & seq.	Cyprianus cum patitur, duos habuit clericos ministros.	557. a
Cyprianus scribens ad Magnum, dogma de rebaptizatione conatur stabilire.	516. c. d	Cyprianus manus Centurionis capite truncatur.	557. a
Cyprianus scribens ad Quinctium, id ipsum praestitit.	517. a	Cyprianus sepultus nobili funere, nobili sepulchro honoratus.	557. b
Cyprianus mira arte eludit qui de Baptismo hereticorum traditionem praerexerunt.	517. b	Cyprianus ubique & apud omnes memoria celebris.	ibid.
		Cyprianus post mortem auctus duobus templis.	ibid.
		Cyprianus altari, quae mensa dicta est, honoratus.	ibid. d.

INDEX

Cyprianus quosnam habuerit Episcopos successores. <i>ibid.</i>	445. a
Cyprianus a Prudentio versibus egregie laudatus. 560. a	
Cyprianus qua scripsit, & cur eius opuscula aestimata sunt apocrypha. 559. i	
Cyprianus sua passione aperuit viam ceteris ad martyrium. 560. b	
Cyriacus martyr in Cappadocia sub Hadriano. 101. d	
Cyriacus & socij martyres Persie sub Decio. 454. b	
Cyriacus diaconus Rom. Eccles. cum sociis ministrat laborantibus in Thermis Diocletiani. 689. d	
Cyrylla martyr Roma sub Claudio. 608. e	
Cyryllus Antiochenus Episcopus creatur. 645. e	
moritur. 691. d	
Cyryllus Episcopus Nicomedia tempore Diocletiani. 674. e	
Domnam virginem & Indem eunuchum Regum ad Christum convertit. <i>ibid.</i>	675. a
Cyryllus mart. Romæ sub Valeriano. 532. e	
Cyrinus mart. cum Basilide Roma sub Diocletiano. 760. e	
Cyrinus mart. cum Marcellino Papa Romæ. 774. d	
Cysyllus mart. in Sardinia sub Diocletiano. 767. c	
D.	
Daci superati à Traiano. 20. e	
Daci Christiani. 102. e	
Dacianus mart. Alutinenfis sub Diocletiano. 742. a	
Dacianus Praeses Hispaniarum seu sumus persecutor. 765. a	
Dacianus Caesaranguste carnificinam martyrum exercuit. 765. b. c	
Dacianus victus à duobus pueris Christianis. 766. e	
Dæmon familiaris Plotini Philosophi. 614. d	
Plotino moriente se in parietis foramen occuluit specie draconis. <i>ibid.</i>	
Dæmones adiurati se deos Gentilium esse fatentur. 500. a. b	
à Christianis subugantur. <i>ibid.</i>	
Dæmones predicunt sepe quæ ipsi facturi sunt. 388. a	
Dalmatius in oraculis habitare. 3. b	
Dalmatius martyr Episcopus Papiensis. 762. d	
Dalmatica, tunica sine manicis. 558. c. d	
Dalmatica solita contegi corpora martyrum. 647. c	
Damasceus corrigitur. 15. a	
Damasus Papa versibus decoravit sepulchrum SS. martyrum Marcelli & Petri. 728. b. c	
cori Atæ adhuc lecto accepit à Dorotheo carnifice. 727. b	
Damnari ad opus, infame supplicium. 689. a. & seq.	
Damnatis solum propinari vinum conditum. 575. d	
Damnatorum corpora sepeliri posse, Diocletianus referpsit. 712. a	
Daria martyr cum Chrysantho sub Numeriano. 649. b	
Dattius Episcopus in Africa damnatus ad metallâ. 542. c	
Dattius Senator martyr Alutinenfis. sub Diocletiano. 743. b	
Datus martyr Alutinenfis sub Dioclet. <i>ibid.</i>	
Dauidis stirpe genitos Traianus iuber inquiri. 27. d. e	
Decabalus Rex Dacorum victus à Traiano. 20. e	
Decabalus rebellat. 24. d	
Decabalus iterum victus. <i>ibid.</i>	
Decennalia Severi Imp. 298. a	
Decennalia Caracalli. 310. c	
Decius Imperator creatur. 410. e	
Decius persequitur Christianos. 411. c	
Decius sustulit ab Ecclesijs Episcopos magni nominis. <i>ibid.</i>	
Decius acerbissime persequitur Ecclesiam. 413. c. 437. b. c	
Decius quo anno aggressus est persequi Christianos. 411. a	
Decius quale promulgavit in Christianos edictum. 434. e	
Decius immaniter semit in filium Regis. 442. b	
Decius in Antrochensem Ecclesiam irumpit. 442. b	
Decius proficiscitur in Persas. 444. e	
Decius crevit Valerianum Censorem cum amplissima potestate. 445. a. b. e	
utriusque nomine persecutio nominata. 445. a	
Decius Imperator erga Christianos Africanos indulgentior. 457. b	
Decius ingratus in Mercurium militem. 453. c	
Decius brevi tempore regnavit. 421. e	
Decius quo modo à palude absorptus interit. 459. e	
quid de eius obitu Constantinus. <i>ibid.</i>	
Decius cognominatus est Traianus. 459. d	
à suis plurimum laudatus. <i>ibid.</i>	
Decreta martyrum in carcere à Donatistis conficta. 748. d	
Decreta à Romano Clero Sede vacante. 429. b. c	
Decreta Romana Synodi toto Orbi præscripta. 429. c	
Dedicatio fieri solita per illationem Crucis. 51. b	
Defensor Ecclesie, magistratus novus. 657. e	
Defensiones pro Christianorum integritate. 71. c. d. e. Vide, Apologia.	
Defunctorum Christianorum corpora non cremabantur, sed ungebantur, sicque sepeliebantur. 342. e. 672. c. d	
Defunctorum animas iuvare ex reliquijs martyrum. 344. d	
Defunctorum animas precibus viuorum adiuvare. 510. c	
Defunctorum corporum translatio iure prohibita. 48. e. 49. a. 168. d. e	
Delictum ibi puniendum, ubi commissum. 688. a	
Delphus Praeses in Sardinia sub Diocletiano. 767. d	
Demetrius Proconsul in Africa calumniatur & persequitur Christianos. 498. e	
in eum scripsit inuictam S. Cyprianus. 499. a	
Demetrius Episcopus Alexand. creatur. 246. e	
Demetrius Episcopus Alexandrinus aduersatur Origeni, eiusque facinus promulgat. 348. e. 349. e	
Demetrius excommunicat Origenem. 371. e	
Demetrius defenditur de rebus gestis aduersus Origenem. 349. e	
Demetrius iterum contra Origenem agit. 371. e	
Demetrius que attulerit contra Origenem. <i>ibid.</i>	
Demetrius Episcopus Alexand. obit. 381. a	
Demetrius Proconsul mart. Thessalonice sub Dioclet. 781. c	
Demetrius presbyter Alexandrinus confessor. 528. d	
Democritus historicus quid de Hebræis colentibus asinum. 284. a	
Demonstratus scriptor. 400. d	
Desiderios Christianorum facti sunt ipsi Christiani. 761. c	
Desertoris militia grauis pena. 687. d	
Desiderius Episc. Viennensis accepit litteras à Victore Papa de Paschate celebrando. 270. d	
Deus non deserit suos, licet multa pati permittat. 622. a	
Deus sanæ recte operantibus etiam Gentilibus. 385. e	
Deus semper vitus est sanguinem Christianum. 500. c	
Deus quomodo dicatur occidere aliquem. 631. e & seq.	
Deus Christianorum imagine asini illusit à Gentilibus. 283. a	
Deus summa prouidentia euerit superstitionem Gentilium. 331. a. b	
Deus Hebræorum Angelus ponitur à Saturnino. 68. b	
Deus admirabili prouidentia gubernat Ecclesiam. 802. c	
Dei & Apostoli Pauli in multis periculis comminatio. 6. e. 7. a	
Deo qui infidelis est, fidelis esse non potest hominibus. 789. b. e	
Deorum Gentilium origo. 104. a. b	
Deorum Gentilium ludibria in Antonino sunt patefacta. <i>ibidem</i>	
Deorum templa & aræ iam sub Traiano penè desituta. 22. c	
Deorum templa expoliantur auro & argento. 374. a	
Deorum cultus collapsus à Marco Imp. erigitur. 164. e	
Deorum oracula siluerunt. 2. d	
Deos omnes Elagabalo suo deo subiicere conatus est Antoninus Elagab. 331. a. b	
Deos tres adorandos proposuit Marcion heresiarca. 118. a	
Deos Gentium esse damonia, sua ipsorum confessione est patefactum. 500. b. e	
Dextera & sinistra partis ratio. 316. a. b	
Diaboli	

IN TOMVM II. ANNALE ECCLES.

Diaboli bellum aduersus Crucem Christi. 65. e	
Diaboli consilium in disseminandis hæresibus. 124. c. d	
Diaboli consilium in Magis excitandis Christiano nomine vagantibus. 63. c. d	
Diaboli consilium in persuadendo martyrium. 184. b	
Diaboli consilium in religione Christiana infamanda. 70. b	
Diaboli consilium in superinducenda Manetis hæresi. 663. d. & seq.	
Diabolus semel victus, iterum induit formam serpentis, ut pugnet. 113. e	
Diabolus furit in Principibus aduersus Christianos. 696. d	
Diabolus ubique persequendo Christianos, se ad schisma conuertit. 791. b. & seq.	
Diabolus impugnat Ecclesiam contrariis certaminibus. 177. d	
Diabolus non valens turpitudine, continentia conatur impugare Ecclesiam. <i>ibid.</i>	
Diaconi Cardinales. 52. b	
Diaconi Episcoporum testes. <i>ibid.</i>	
Diaconi magna sunt estimationis. <i>ibid.</i>	
Diaconi Regionarij. 52. b	
Diaconi septem in Urbe. <i>ibid.</i>	
Diaconi typum exprimus Angeli Deo adstantes. 51. e	
Diaconorum munus visitare Christianos in carcere postos, eosque hortari. 424. a	
Diaconissa qua sunt prohibita. 218. b	
Diaconorum munus, custodire Episcopum. 52. a	
Diadumenus Caesar cum patre imperat. 329. b	
Diadumenus occiditur. <i>ibid.</i>	
Diana Ephesia templum exustum à barbaris. 584. e	
Diateffaron Tariani. 188. c	
Didius Iulianus imperat. 251. e	
Dies Dominica: ratio eius. 134. e. eiusdem diei benedictiones. 267. c. d	
Dies festi etiam persecutionis tempore à Christianis celebrati. 704. a	
Dies natalis sanctorum martyrum celebrari solita. 163. b. 419. d. 432. a. 625. a	
Dies natalis solita adscribi tabulis Ecclesiasticis, anniuersaria memoria repetenda. 419. d	
Dignitas hieroglyphicum dimensionis. 187. a	
Digna martyr apud Tudertum sub Diocletiano. 762. b	
Digna cum Hilaria martyr Augustæ sub Dioclet. 763. b	
Digna martyr cum Emerita Roma sub Valeriano. 573. e	
Dimissoria litteræ qua. 106. a	
Dynamis Basilidis. 64. c	
Dio historicus de Christianis multa tacuit. 141. d	
mendax. quid illi accidit sub Commodò. 248. d	
Dioclea mater Diocletiani. 651. d	
Dioclea vicus. <i>ibid.</i>	
Diocletiani consilium de tollendo penitus Christianos. 685. e. 696. a. b	
Diocletiani res gesta cur remanserunt obscuræ. 772. a	
Diocletianus occidit Aprum, & sumit Imperium. 648. a	
Diocletianus quando imperare cepit. <i>ibid.</i>	
Diocletianus voluit annos numerari ab ingressu sui Imperij. 648. d. 652. a	
quàm diu id seruatum. 648. d. 652. a	
Diocletianus ex qua gente & patria. 651. d	
Diocletianus allegit sibi Aristobulum collegam in Consulatu. 652. a	
Diocletianus vicat Carinum Imperatorem, ac solus imperat. 656. a	
Diocletianus adsciuit sibi collegam Imperij Maximianum Herculum. 656. b	
Diocletianus cur Roma potius sanxit in Christianos. 662. c	
Diocletianus promulgauit Roma edicta in Christianos. 662. d	
Diocletianus quid statuit contra Manichæos. 663. c	
Diocletianus & Max. eligunt Cæsares Constantium Chlorum & Maximianum Galerium. 674. a	
Diocletianus Galerio filio adoptiuo Susannam neptem coniugio tradere cupit. 675. d	
Diocletianus coniugem habuit nomine Serenam. 678. d	
Diocletiano Thermo Roma eriguntur. 688. d. e. in meliorem usum conuerse. 690. d	
Diocletianus cum Galerio Maximiano triumphat de Persis. 693. d	
Diocletianus cum collegis agit de instauranda persecutione in Christianos. 695. d	
Diocletianus auspicatur acerbiorum persecutionem, quo anno. 696. e. 697. a. Roma in Circo acclamatur in Christianos persequit. 697. b	
Diocletianus noua addit edicta de cremandis libris, & diruendis Christianorum ecclesijs. 705. a	
Diocletianus erga Christianos aliquando propensor. 705. c. d. e	
Diocletianus quam immensam & diuinam persecutionem mouerit. 710. e. d	
Diocletianus concessit sepeliri posse damnatos. 712. a	
Diocletianus tentat Marcellinum Papam, & ad thurificationem adigit. 714. a	
Diocletianus & Maximianus abdicant se Imperio. 770. e. d	
causa diuise narrantur. <i>ibid.</i>	
quando id contigit. <i>ibid.</i>	700. d. & seq.
Diocletianus spe cecidit destruenda religionis Christianæ. 771. b. & seq.	
Diocletianus honoratur solemniter de diruta religione Christiana inscriptis. 771. e. d	
Diocletianus promulgauit edictum, quo Christiani excluderentur à beneficio legum. 785. c	
Diodorus martyr in Caria sub Diocletiano. 790. e	
Diodorus martyr Pergæ sub Decio. 452. b	
Diodorus presbyter martyr Roma sub Numeriano. 649. a	
Diognetus monitor Marci Aurelij Imp. 143. a	
Dionysia martyr Alexandria sub Decio. 435. d	
Dionysius Alexand. Episcopus olim auditor Origenis. 378. e	
Dionysius Alexand. docet Alexandria post Heraclam. <i>ibid.</i>	
Dionysius Alexand. Episcopus creatur. 401. c	
Dionysius Alexand. molestus Origeni. <i>ibid.</i>	
Dionysius Alexand. quid in persecutione Decij. 434. a. & seq.	
Dionysius Alexand. diuina protectione munitus. 434. a. & seq.	
Dionysius Alexand. cum ducitur in exilium, liberatur à suis. 434. d	
Dionysius Alexand. agit contra Nouatianum. 484. e	
Dionysius Alexandrinus presb. est Fabio Episcopo Antiocheno labenti in schisma. <i>ibid.</i>	
Dionysius Alexand. fuit aliquando Cypriano in sententia rebaptizationis. 522. e	
Dionysius Alexand. reconciliare curat Episcopos dissidentes. 525. b	
Dionysius Alexand. in heret sententia Stephani Papæ. 525. b	
Dionysius Alexand. consuluit Sixtum Papam de rebaptizando homine non legitime baptizato. 534. b. 546. d	
Dionysius Alexand. qua scripsit. 534. e. 588. b. & seq. 590. c. & seq. 603. b	
Dionysius Alexand. quam cautus in legendis libris hereticorum: quale responsum de ea re diuinitus accepit. 535. a. b	
Dionysius Alexand. multa passus sub Valeriano: nobilis eius confessio. 536. c. & seq.	
Dionysius Alexand. quid coram Emiliano Præfeto. 536. c. & seq.	
Dionysius Alexand. licet exul, celebrat tamen ubique festos dies ex more. 537. d. e	
Dionysius Alexand. cogitur mutare locum exilij. 538. a	
Dionysius Alexand. reddit certiores Sixtum Papam de emergente hæresi Sabellij. 546. d. e	
Dionysius Alexand. rediit Alexandriam, sedata persecutione Ecclesie. 580. b. c	
Dionysius	

I N D E X

Dionysius Alexand. recedit Alexandriâ ob civile bellum. 580. b
 Dionysius Alexand. laborans contra Sabellium, in contra-
 riam partem visus est nimium inclinasse. 587. d
 Dionysius Alexand. accusatur apud Dionysium Romanum
 Pontificem. 587. e
 Dionysij Alexand. recta sententia de diuina substantia Filij
 Dei. 585. e. & seq.
 Dionysius Alexand. defendit causam suam apud Dionysium
 Romanum Pontificem. 588. a. & seq.
 Dionysius Alexand. quæ tunc scripserit pro sua defensione.
 588. c. 590. e
 Dionysius Alexand. defenditur ab Athanasio. 591. a. e
 Dionysius Alexand. calumniam passus. 590. b
 Dionysius Alexand. à S. Basilio reprehenditur. 590. c.
 & seq. ab eodem postea laudatur. 591. c. & seq.
 Dionysius Alexand. ab omni suspitione erroris liber. 591. e.
 & seq.
 Dionysius Alexand. absolutus à Romano Pontifice. 591. e
 Dionysius Alexand. reuersus Alexandriam anno nono Gal-
 lieni. 592. c
 Dionysius Alexand. disputat cum Nestorianis. 593. b.
 & seq.
 Dionysius Alexand. agit contra Paulum Samosatenum.
 598. e. & seq.
 Dionysius Alexand. scripsit Epistolam Canonicam, qua re-
 citatur. 603. b
 Dionysius qua modestia esset in respondendo consulationibus
 disseruorum. 603. c
 Dionysius Alexand. mittit ad Synodum Antiochenam Eu-
 seabium virum insignem. 646. a
 Dionysius Alexand. scripsit epistolam aduersus Paulum Sa-
 mosatenum. 597. c. d. e
 Dionysius Alexand. quid de sacra Eucharistia. 597. d. e
 Dionysius Alexand. diem obiit. 603. b
 Dionysius Alexand. celebratur in Ecclesia. 603. d
 Dionysius Alexand. presbyter confessor. 535. e
 Dionysius Areopagita an idem sit qui Parisiorum Episcopus.
 39. a. 40. e. 41. a
 Dionysij Areopagite martyrium quo tempore extitit. 38. e
 vita tempus. 41. a. b
 Dionysij Areopag. scripta in controuersiam deducta. 41. d
 Dionysij Areopag. mentio de Joanne. 38. b. & seq.
 Dionysij Areopag. Acta tam Græca quam Latina consen-
 tiunt. 39. b
 Dionysij Areopag. scripta missa Parisiis sunt miraculis illu-
 strata. 39. d
 Dionysij Areopagite Vita à Methodio scripta. 39. d
 ab Anastasio Bibliothecario translata. ibid.
 Dionysij Areopag. Acta à Michaële Syngello scripta. 39. e
 Athenis eadem conseruata, & à Tarasio explorata. 40. a
 Dionysij scripta verè esse Areopagite. 41. d. e
 Dionysij Areopag. mentio de Clemente philosopho. 42. a. b
 Dionysij Areopag. mentio S. Ignatio. 42. d
 Dionysij Areopag. epistola ad Timotheum. 42. e
 Dionysij Areopag. nomini nulla impostura accessit. 44. a
 Dionysij Areopag. mentio apud Patres. 44. b. c
 Dionysij Areopag. scripta Arianis aduersantia. 44. b. c
 Dionysij Areopag. opera quando prodierunt in lucem. 44. e
 Dionysij Areopag. scripta defendit Theodoros presbyter. 45. e
 Dionysij Areopag. scripta illustrauit Georgius Pachimerius.
 46. a
 Dionysius Episcopus Corinthiorum quid de munificentia Ro-
 mana Ecclesia. 193. a
 Dionysius Corinthiorum quid de Baptismo collato cum
 arena. 235. c
 Dionysius Corinthiorum qua scripserit. 194. c. eadem ipso
 adhuc uiuente sunt ab hereticis deprauata. 194. b
 Dionysius Papa quando sedere cepit. 551. c
 Dionysius Papa consecratus à Maximo Episc. Ostiensi. ibid.
 Dionysius Papa indicat causam Dionysij Alexandrini Epi-
 scopi. 588. e
 Dionysius Papa cogit concilium in causa Dionysij Alexan-
 drini Episcopi. 587. d
 Dionysius Papa absoluit Dionysium Episc. Alexand. 591. e.
 & seq.
 Dionysius Papa damnat Sabellij heresin, & scribit contra
 eam. 592. e
 Dionysius Papa multa contra sententiam Arii scripsit. 592. d
 Dionysius Papa mediam strauit viam inter Sabellium &
 Arium. 592. d
 Dionysius Papa oppugnat Paulum Samosatenum. 596. e.
 & seq.
 Dionysius Papa quas scripsit epistolas. 613. b
 Dionysius Papa diuisit Parochias Orbis. ibid.
 Dionysius Papa quando obiit. 620. d
 Dionysius Exiguus quid ad Stephanum Salonitanum Epi-
 scopum. 14. e
 Dionysius mart. Aquileia cum sociis sub Numeriano. 650. a
 Dioscorus Architheater factus Christianus. 761. d
 Dioscorus martyr Alexandria sub Decio. 435. e
 Dioscorus martyr in Aegypto sub Numeriano. 650. a
 Disciplina Christiana corrupta sub Decio. 411. e. 412. a. b
 Disciplina Ecclesiastica in infligendis penitentis. 423. c
 Disciplina Ecclesiastica inmolabiliter custodita. 428. a.
 & seq.
 Discipulorum Domini nonnullorum longa etas. 11. c
 Dispensatio in ordinibus Ecclesiasticis percipiendis magno
 damno aliquando facta. 466. c
 Disputatio Caij cum Proclo, ubi, quando. 319. c. d
 Disputatio habita inter Manentem & Archelaum. 631. b. c
 Diuorum creatorum ritus. 315. e. 316. a
 Docite heretici. 190. c. 247. d
 Doctores Alexand. in persecutione fugam arripunt. 300. d
 Doctrina vera à falsa quo modo dignoscatur. 122. a. 125. b
 Doctrina veritas non metienda ex uita austeritate. 279. e
 Dominica dies, eius celebranda diu ratio. 134. e. eiusdem
 benedictiones. 267. c. d.
 Dominica uirgo, martyr in Campania sub Dioclet. 761. e
 Dominicum celebrare, idem quod Missas agere. 742. d.
 744. d. 745. b
 Domitius Ulpianus I. C. persecutor Christianorum. 339. e
 Domna sacerdos maxima facta Christiana. 674. e. simulat
 se arripitiam. 675. c. requiritur à Galerio. 695. d.
 uirili habitu è monasterio dimittitur. 700. c.
 sepelit martyres, & fit ipsa martyr. 713. d
 Domina martyr in Lycia sub Diocletiano. 806. c
 Dominus martyr sub Diocletiano. 762. c
 Dominus Episcopus Antiochenus creatur in Synodo Antio-
 chena. 617. e. moritur. 639. e
 Donata martyr Carthagine sub Seuero. 290. a
 Donatianus martyr in Africa sub Valeriano. 562. d
 Donatianus martyr cum Rogatiano Nannete sub Diocle-
 tiano. 764. c
 Donatilla martyr Tiburbi in Africa sub Valeriano. 568. d
 Donatistarum factio unde cepit. 740. a. b. 750. e
 Donatista corrumpunt Acta martyrum. 476. & seq.
 Donatista heredes Nouatianorum negant penitentiam post
 lapsum. 749. e. & de iterando Baptismo hereticorum. 524. e
 Donatus Episcopus Calamensis Traditor. 732. a
 Donatus Episcopus Carthagenensis ante Cyprianum. 325. d.
 damnat Priuatum hereticum. 395. b. quando obiit.
 409. a. b. c
 Donatus martyr in Africa sub Decio. 422. d
 Donatus Masculitanus Traditor. 732. a
 Donatus schismaticus in Africa prodit ex Felicissimo. 457. a
 Donuina martyr cum Theonilla & sociis Egea in Lycia sub
 Diocletiano. 652. c. eius martyrij Acta. 654. a
 Dormientes septem martyres Ephesi sub Decio. 453. b
 Doro-

I N T O M V M I I. A N N A L. E C C L E S.

Dorothea martyr Casarea in Cappadocia sub Galerio. 786. a
 Dorotheus carnifex dedit Acta Marcellini & Petri marty-
 rum Damaso lectori, postea P. p. a. 717. b. superstes us-
 que ad Lulij Papæ tempora factus Christianus. 728. c
 Dorotheus martyr Nicomedia sub Diocletiano. 701. a. b. c.
 711. b. c. d
 Dorimedon martyr in Phrygia sub Probo. 643. b
 Draco ex India allatus ponitur ab Hadriano Athenis ado-
 randus. 114. c
 Draco sub lecto, in quo iacebat Florinus abundus, perer-
 rans eo moriente, in parietis foramen se occlusit. 614. d
 Draco iste quid significauerit. ibid.
 Draconis & Solonis leges ab Hadriano restituta. 78. b
 Drosorius hereticus conuersus ab Origene. 332. b
 Dulcetius Præses persequitur Christianos Thesalonice.
 779. a
 Dux exercitus etiam dictus qui uni præerat tantum legionis.
 693. e

E.

Ecclesia bona.
 Ecclesia bona stabilia possedit. 156. d. e
 Ecclesia bonis abundabat, & prædices erat ex oblationi-
 bus Christianorum. 157. e
 Ecclesia Romana diuit. Vide infra, Eccles. Roman.
 Ecclesia possidebat uasa aurea & argentea etiam tempore
 persecutionis. 373. e. 734. a. 751. e
 Ecclesia conferit mensuram stipem clericis ministrantibus.
 427. e. 509. c
 Ecclesia bona Episcopus pro gradus conditione diuidit cleri-
 cis quolibet mens. ibid.
 Ecclesia spontanea paupertas, in quo differat ab affectata
 paupertate hereticorum. 548. e. 549. a. b
 Ecclesia bonis suis titulos non imponit. 51. b
 Ecclesia Catholica.
 Ecclesia Catholica una tantum. 63. b. c
 Ecclesia Catholica abundat ueris certisq; reificationibus.
 13. d
 Ecclesia Catholica ex aduersariis sibi heresibus redditur
 pulchrior. 25. c
 Ecclesia Catholica pura, eiusq; exemplar. 33. d. 35. e. 36. a
 Ecclesia Catholica trophæa erigit contra hereses. 68. a
 Ecclesia Catholica quo modo dignoscatur à synagoga Iudeæ,
 ipsi conuenientibus hereticorum. 67. e. 68. a
 Ecclesia Catholica ex Apostolicarum antiquarum uita do-
 ctrina cognoscitur. 121. e
 Ecclesia Catholica Martyrum Acta non ut Euangelium le-
 git. 727. a
 Ecclesia Catholica ueritas ab Ignatio martyre asserta. 35. e.
 item à Cypriano. 471. a
 Ecclesia Catholica sancta simplicitas. 111. c
 Ecclesia Catholica constantia & robur. 121. e. 489. e
 Ecclesia Catholica norma credentium. 122. a
 Ecclesia Catholica quo noscitur signo. 121. c. 122. a. b. 125. a. b
 Ecclesia Catholica ubi. 125. b
 Ecclesia Catholica arbitrio recipiendi uel reiciendi libri.
 136. a. b
 Ecclesia Catholica eadem cum Romana. 157. d. 471. a. b
 Ecclesie Catholica connexus dicitur, qui communicat Roma-
 na Ecclesia. 157. e
 Ecclesia Catholica quo modo comparata insula fructifera. 169. e
 Ecclesia Catholica uexata ab hereticis tunc magis uiribus eru-
 ditis abundauit. 175. d
 Ecclesia Catholica ex Montani heresi magna tentatio. 176. d
 itidem in lapsu Origenis. 504. e. necnon ex questione de
 Baptismo hereticorum. 514. a
 Ecclesia Catholica semper donum prophetia penes se habuit.
 177. b
 Ecclesia Catholica stabilitas & firmitudo. 190. e

Ecclesia Catholica semper gratia miraculorum illustris.
 232. a
 Ecclesia uniuersalis quo modo aliqui Episcopi dicti præter
 Romanos Pontifices. 244. a
 Ecclesia Catholica in legibus martyrij mediam tenet uiam.
 303. b
 Ecclesia Catholica penitentis omnes recipit. 321. b
 Ecclesia Catholica nec hostium respuit leges que consentanea
 sunt rationi. 342. b. c
 Ecclesia Catholica habet pro coronis certantium rosas & li-
 lia. 422. c
 Ecclesia Catholica solita lapsis uerè penitentibus facile im-
 pertiri indulgentiam. 423. c
 Ecclesia Catholica disciplina uigorem seruat infractum.
 423. c. d. c
 Ecclesia Catholica comprobatur ex ueritate cum Romana Ec-
 clesia. 464. e. 471. d
 Ecclesia Catholica dicenda illa tantum que Romana coniu-
 gitur. 157. d
 Ecclesia Catholica ab Ecclesia schismaticorum etiam ab ho-
 stibus cognita atque distincta. 490. c. 494. d
 Ecclesia Catholica est uia regia. 506. c
 Ecclesia Catholica semper impolluta, nec deturpata aliquan-
 do ob lapsum Episcoporum uel aliorum. 726. d. & seq.
 Ecclesia Catholica cognoscitur quoque ex martyrum copia.
 565. d
 Ecclesia Cathol. libertati cõsulerunt semper Episcopi. 510. b
 Ecclesia Catholica hierarchia ab Ignatio demonstrata. 35. d
 Ecclesia Catholica nomen confutat omnes hereses. 634. e
 Ecclesia Catholica unus Episcopus summus. 501. d
 Ecclesia Catholica summa & certa fides. 634. e. & seq.
 Ecclesia primitiua.
 Ecclesia primitiua quam dixi integra. 28. b
 Ecclesia primitiua integritas. 63. d
 Ecclesia primitiua uita doctrina. 121. e
 Ecclesia primitiua integritas ad tempora Hegeppii. 169. e.
 170. a
 Ecclesie propagatio.
 Ecclesia ad tempora Traiani magnopere propagata. 2. b
 Ecclesia propagatur aduersis ac illustratur. 2. b. 128. e. 129. a
 Ecclesia reparata Commodi admodum propagata. 237. e. 238. a
 Ecclesie propagatio. 650. d. & seq.
 Ecclesie ritus.
 Ecclesia ritus & ceremonia à temporibus Apostolorum cape-
 runt. 42. a. Vide, Ceremonia, Ritus.
 Ecclesia ritus imitatur Mæcos. 633. e
 Ecclesia sponde ornare uide. 276. b
 Ecclesia ritus in penitentiis infligendū. 423. b. c. & seq.
 Ecclesia Defensor creatur, nouus Magistratus in Ecclesia.
 657. c
 Ecclesie status.
 Ecclesia instar nauis in mari. 1. c
 Ecclesia quo statum sub Traiano. 2. b
 Ecclesia cum eadem semper sit, tamen instar Solis nube inter-
 dum obtigitur. 63. a
 Ecclesia quo statu sub Hadriano. 63. c
 Ecclesia duplici persecutione exagitari solet. ibid.
 Ecclesia sub Commodi Imp. pacem habuit. 236. e
 Ecclesia persecutio. Vide infra, Persecutio.
 Ecclesia pax reddita ab Antonino Pio. 130. e
 Ecclesia status usque ad tempora Hegeppii. 169. e. 170. a
 Ecclesia magna tentatio ex heresi Montani. 176. e
 Ecclesia status florentissimus sub Seuero Imp. 252. e
 Ecclesia pro pace tributa persoluebant. 302. e
 Ecclesia pax redempta pecunia sub Seuero. 313. e
 Ecclesia pax longa post Seuerum Imp. 317. e
 Ecclesia splendor uelut, & supersticio obscurata. 374. a
 Ecclesia uehementer conuersa ex questione de Baptismo here-
 ticorum rato habendo. 513. e
 Eccle-

I N D E X

<i>Ecclesia status sub Aureliano.</i>	622.a	<i>Edictum Diocletiani aduersus Manichaeos.</i>	663.c
<i>Ecclesia status sub Claudio.</i>	608.d.e	<i>Edictum Hadriani perpetuum.</i>	91.c
<i>Ecclesia status sub Decio.</i>	411.e	<i>Edictum Hadriani pro Christianis. Vide, Hadrianus.</i>	
<i>Ecclesia status sub Diocletiano. 651. d. & seq. ante persecutionem.</i>	705.b.c	<i>Edictum Marci de sacrificando diis.</i>	144.c
<i>Ecclesia status sub Gallo & Volus. Imp.</i>	462.a	<i>Edictum Marci pro Christianis. 207. a. b. diu viguit. ibid. e</i>	
<i>Ecclesia status sub Gordiano.</i>	395.a	<i>Edictum Severi contra Christianos.</i>	294.c
<i>Ecclesia status sub Iulio Maximino.</i>	387.b	<i>Edictum Severi contra Christianos Roma promulgatum.</i>	298.b
<i>Ecclesia status sub Philippo Imp.</i>	411.e	<i>Edictum Traiani de tollendis Collegiis.</i>	4.a. b
<i>Ecclesia Occidentalis quiescit à persecutione.</i>	774.a	<i>idem contra Christianos promulgatum.</i>	4.a. b
<i>Ecclesia, ipsa domus Deo dicata.</i>		<i>Editio Communis prior.</i>	361.b
<i>Ecclesia & Titulus idem, cur sit dicta.</i>	50.e. 51.a	<i>Editio communis posterior.</i>	364.c
<i>Ecclesia non tuenda more castrorum.</i>	52.b	<i>Editiones Communes dua, Vera & Nova.</i>	364.d
<i>Ecclesias semper habuerunt Christiani ad publicos celebrandos conuentus.</i>	313.e	<i>Editio Communis Luciani dicta.</i>	363.d
<i>Ecclesia à templo in quo differat.</i>	314.a	<i>Editio Communis Hesychie.</i>	363.a
<i>Ecclesia Roma Partui Virginis quando erecta.</i>	337.d	<i>Editio Communis quo modo paulatim exoleuit.</i>	363.e
<i>Ecclesia S. Gregorij Thaumaturgi à terrae motu illaesa.</i>	397.b	<i>Editio Communis S. Hieronymi introducta in Ecclesiam, reliquis non explosis.</i>	364.c
<i>Ecclesia adificata sub Gordiano.</i>	ibid. a	<i>Editio Communis, qua utimur, est mixta ex Nova & Veteri.</i>	365.a
<i>Ecclesia à Gentilibus incensa ob ingratos terrae motus.</i>	387.d	<i>Editio Communis noui Testamenti eadem semper fuit, sed à S. Hieronymo emendata.</i>	366.d. e. 367.d
<i>Ecclesia non aperitur minus eam intradentibus.</i>	482.e.	<i>Editio Communis Roma emendata nuper opera Illust. ac Reuer. Dom. Antonij Carafa Cardinalis & aliorum.</i>	366.a
<i>Ecclesia loca diuersa atque distincta ob diuersas classes penitentium.</i>	587.b	<i>Editio Romana praestat ceteris Editionibus.</i>	364.b
<i>Ecclesia Christianorum demolita edicto Diocletiani.</i>	705.a	<i>Editio Quinta quando inuenta.</i>	329.c
<i>Ecclesia Romana.</i>		<i>Editio prima omnium fuit Septuaginta, ante illam nulla.</i>	354.d
<i>Ecclesia Romana norma credentium.</i>	121.c	<i>Editio Septuaginta nequaquam ab Origene corrupta, ut quidam putant.</i>	352.b
<i>Ecclesia Romana ab haereticis impregata.</i>	132.a. b	<i>Editio Septuaginta quanto tempore ante Christum facta.</i>	355. b. c
<i>Ecclesia Romana sola reconciliata haereticis penitentibus.</i>	133.a	<i>Editio Septuaginta ab Origene obeliscis notata, atque ab aliis Editionibus distincta.</i>	352.b
<i>Ecclesia Romana immunis ab haereticorum sordibus.</i>	132.e	<i>Editio Septuaginta diuino elaborata consilio.</i>	355. d. 360. d
<i>Ecclesia Romana à Gnosticis perturbatur.</i>	156. a. 157. a	<i>Editio Septuaginta an & quando perierit.</i>	360. b. & seq.
<i>Ecclesia Romana semper praedines.</i>	193. b	<i>Editio Septuaginta à Iudaeis frequentiori vsu recepta.</i>	360. e.
<i>Ecclesia Romana subreptionibus haereticorum & sobisfimatorum mendacia proponentium decepta.</i>	176. c	<i>Editio Septuaginta quando deprauari coepit.</i>	361. b
<i>Ecclesia Romana consuli à maioribus consuevit in rebus ambiguis.</i>	228. e. 229. a	<i>Editio Septuaginta à quibus fuerit emendata.</i>	362. b. c
<i>Ecclesia Romana illibata traditiones custodit.</i>	229. a	<i>Editio Septuaginta Communis & Vulgata, sed non eadem.</i>	363. a. b
<i>Ecclesia Romana etiam ipsi haereticis deferunt.</i>	133. a	<i>apud omnes.</i>	363. a. b
<i>Ecclesia Romana fides sincera ac illibata.</i>	153. d. e	<i>Editio Septuaginta quo modo oblivione sepulta, ac denuò in lucem reddita.</i>	366. a
<i>Ecclesia Romana qui communicat, Catholicis comprobatur.</i>	157. e. 430. e. 471. d	<i>Editio Septuaginta vbi sunt Apostoli.</i>	362. b. c
<i>Ecclesia Romana firmitas & sinceritas.</i>	157. c	<i>Editio Sexta ab Origene inuenta.</i>	350. e. 351. a
<i>Ecclesia Romana ne decipiatur, super eam peculiaris Dei providentia inuigilat.</i>	176. d	<i>Editio Symmachi quando reperta, quatuorplex, & qualis.</i>	293. e. cur dicta Tertia, cum sit Quarta.
<i>Ecclesia Romana munificentia erga pauperes etiam longè positos.</i>	192. e. 193. a. 194. c. d. e	<i>Editio Theodotionis quando inuenta; cur Quarta dicta, cum sit Tertia.</i>	240. d. 241. b
<i>Ecclesia Romana antiqua disciplina tenacissima.</i>	428. c. d.	<i>Editiones quo ordine ab Origene sint disposita.</i>	351. d. 353. c
<i>Ecclesia Romana praeconia ex Ignatio.</i>	31. d	<i>Editiones Vulgata eadem & Communes. Vide, Vulgata.</i>	
<i>Ecclesia Romana primatus ab Aureliano Imperat. cognitum.</i>	619. e	<i>Editionibus nullis acquiescunt haeretici, sed nonnullae semper conseruauerunt elaborare.</i>	308. b
<i>Edeffa Episcopus Barsimaeus martyr sub Traiano.</i>	26. d	<i>Elagabali numisma.</i>	330. a. b. c
<i>Edeffeni martyres sub Traiano.</i>	ibid.	<i>Elagabalus, non Elagabalus dictus, & cur.</i>	329. e. 330. a
<i>Edicta à Dioclet. & Maximiano contra Christianos lata.</i>	705. a	<i>Elagabalus deus, Sol dictus.</i>	329. e
<i>Edicta Decij Imp. atrocissima.</i>	412. e	<i>Elagabalus, sacerdos Solis.</i>	330. c
<i>Edicta Decij solita promulgari addito Valeriani nomine.</i>	444. e. 445. a	<i>Elagabalus Imperator, & eius genus.</i>	329. e
<i>Edicta Diocletiani Roma primum promulgata.</i>	662. d	<i>Elagabalus dictus Sardapanalus, Traicitinus, & Tiberinus.</i>	330. a. quando Romam venit.
<i>Edicta Praetoria temporalia.</i>	89. e	<i>Elagabalus deum suum Romam perduxit. 330. d. quo cultum eum celebravit.</i>	ibid. d
<i>Edicta Rom. Pontificis praescribi vniuersae Ecclesiae.</i>	321. b	<i>Elagabalus deus collocatus in Palatino. 330. e. subiicit Imp. ceteros deos.</i>	ibid.
<i>Edicta Traiani diuersa.</i>	4. a. & seq.	<i>Elagabalus Imperator studet Christianis & Indeos cultores reddere dei sui.</i>	330. e
<i>Edictum Antonini pro Christianis.</i>	130. e	<i>Elagabalus Imp. demolitur sepulchra Vaticana.</i>	334. a
<i>Edictum Diocletiani de comburendis libris quando promulgatum est.</i>	705. a. 710. a. 730. a	<i>Elagabalus occiditur, & in Tiberim proiecitur.</i>	336. c
<i>Edictum Diocletiani, ne Christiani emere vel vendere possent absque thurificatione.</i>	662. d. e		
<i>Edictum Diocletiani prohibens ne Christiani agere possent in iudicio.</i>	785. e		

I N T O M V M I I. ANNAL. ECCLES.

<i>Electi, à Manichaeis qui dicebantur.</i>	637. c. 638. b	<i>Episcopi ex causa indicunt ieiunia.</i>	184. d
<i>Electio Episcoporum qualiter olim fieri solita. 337. e. & seq.</i>	641. a	<i>Episcopi Ecclesiae vniuersalis quo modo praefer Romani Pontificem aliqui dicit reperiantur.</i>	243. d. e. 244. a
<i>Electio Imperatoris reiecta ad Senatum.</i>	641. a	<i>Episcopi omnes dicti Pontifices, & Summi sacerdotes.</i>	322. d
<i>Electio Romani Pontificis qualiter olim fieri solita. b. c. d.</i>	458. a.	<i>Episcopi pallium quid mystice.</i>	324. a
<i>Electus semel ritè Romanus Pontifex, non amplius iudicandus.</i>	468. e	<i>Episcopi electio qualiter olim fieri solita.</i>	337. e. 338. a
<i>Eleemosyna erogari solita à Romana Ecclesia in Christianos diuersarum prouinciarum.</i>	192. e. 193. a. 194. c. d. e	<i>Episcopi omnes à Maximino iubentur occidi.</i>	387. b. c
<i>Eleemosyna prohibita à Manichaeis.</i>	635. d	<i>Episcopi plures tempore persecutionis Roma laticabant.</i>	428. e
<i>Elementa quinque apud Manichaeos.</i>	636. e	<i>Episcopi omnes qui reperiebantur Roma tempore Sedis vacantis, admittebantur ad electionem Rom. Pontificis.</i>	458. d
<i>Eleusinia sacra Athenis.</i>	78. e	<i>Episcopi Orientales qui adhaerunt Quatiano.</i>	486. a
<i>Eleusini initiatu Hadriano.</i>	78. e	<i>Episcopi etiam persecutionis tempore solliciti pro libertate Ecclesiastica.</i>	510. d. e
<i>Eleusippus cum sociis martyr Lingonis in Gallia sub Marco.</i>	224. a	<i>Episcopi lapsi sine honore restituendi sunt, & ad laicam tantum communionem admittendi.</i>	311. c
<i>Eleutherus Episcopus Illyrici martyr sub Hadriano.</i>	101. d	<i>Episcopi iniuriam passi appellant Romanum Pont. haereticorum.</i>	523. b
<i>Eleutheri Papa tempore quid Marcion.</i>	117. a. b	<i>Episcopi qui à parte Stephani Papa steterunt contra Cyprianum.</i>	ibid.
<i>Eleutherus Papa quando creatus.</i>	228. a. b	<i>Episcopi aduersantes Stephano Papa, eodem anno sequenti consenserunt.</i>	525. b. c
<i>Eleutherus Papa recipit litteras à martyribus Lugdunensibus.</i>	ibid. c	<i>Episcopi Africani à Valer. damnantur ad metallum.</i>	542. b
<i>Eleutherus Papa consultur de Montani dogmate.</i>	229. b. c	<i>Episcopi omnes Sanctissimi iure dicendi.</i>	557. b
<i>Eleutherus Papa legationem accipit à Lucio Rege Britanniae. 238. a. eiusdem epistola de ciborum delictis.</i>	243. c	<i>Episcopi Africani qui Cypriani sententiam sunt sectati, postea effecti martyres.</i>	568. e
<i>qua additamentum accepit ex Codice Theodosiano.</i>	243. d	<i>Episcopi qui interfuerunt Concilio Antiocheno posteriori.</i>	616. b
<i>Eleutherus Papa diem obiit: sedis eius tempus, & ordinationes.</i>	250. e. 251. a	<i>Episcopi Traditores in alios crimen vertunt: quinam in fine rini.</i>	732. a. d
<i>Eliberus ciuitas vbi.</i>	796. a	<i>Episcopi subiciuntur Imperatores.</i>	35. c
<i>Eliberitanum Concilium quando, & vbi.</i>	796. a	<i>Episcoporum lapsus & prauis moribus non prauidicant Catholicae veritati.</i>	726. d
<i>Eliberitani Concilij austeritatis ratio.</i>	796. a	<i>Episcoporum habitus antiquus.</i>	558. a. & seq.
<i>Eliodorus. Vide, Heliodorus.</i>	796. e	<i>Episcoporum munus lapsos recipere in Ecclesiam.</i>	424. e
<i>Elima martyr cum sociis in Persia sub Decio.</i>	453. d	<i>Episcoporum Orientalium legatio ad Stephanum Papam.</i>	514. d
<i>Elpisus Episcopus in Ponto.</i>	194. e	<i>Episcoporum tabellarij non nisi clerici.</i>	427. b
<i>Elxai pseudopropheta quando prodierit, quemam eius hereses.</i>	24. d.	<i>Episcoporum vita corrupta tempore Decij.</i>	412. a
<i>Emben propheta Gentilis.</i>	ibid.	<i>Episcopos gestare solitos annulos signatorios.</i>	107. a
<i>Emerentiana martyr Roma sub Diocletiano.</i>	126. a	<i>Episcopos mittere ad diuersas prouincias, munus esse Romani Pontificis.</i>	106. b
<i>Emerita martyr cum Digna Roma sub Valeriano.</i>	573. e	<i>Episcopos posthabuisse civiles leges, & contra eas statuisse canones.</i>	510. c. d
<i>Emeritus martyr domum suam ad Synaxim celebrandam persecutionis tempore aperuit.</i>	742. a	<i>Episcopos deponere, esse tantum Romani Pontificis.</i>	513. c
<i>Enkratit martyr Caesar Augustae sub Diocletiano.</i>	744. c	<i>Episcopos haud semper posse sentire quod velint in aliqua quaestione.</i>	518. d
<i>Enkratitae haeretici quando cogniti.</i>	154. d. 189. e	<i>Episcopum in omni loco duo presbyteri & tres diaconi committuntur.</i>	594. e
<i>Encyclica littera quae.</i>	106. b	<i>Episcopus vnus summus in Ecclesia Catholica.</i>	501. e
<i>Epagathus martyr in Gallia sub Marco.</i>	223. c	<i>Episcopus praedicans vallatur septem diaconis.</i>	51. d
<i>Epaphus idem quod Apis.</i>	76. e	<i>Episcopus Episcoporum Romanus Pontifex dictus.</i>	104. d. e.
<i>Ephesi martyres soliti lapidari.</i>	453. a. b	<i>Episcopus Catholicae Ecclesiae dictus Pontif. Roman. ibid. & 473. a. Vide, Titulus, & Pontifex Romanus.</i>	
<i>Ephesia Ecclesia florentissima.</i>	11. d	<i>Episcopus non suscipiendus absq; Formata.</i>	105. c
<i>Ephesini legati ad Ignatium.</i>	30. a	<i>Epistemes martyr cum Galatione in Phoenicia sub Decio.</i>	441. e
<i>Ephrem Episcopus Ierosolymitanus.</i>	79. d	<i>Epistola Alexandri Ierosolym. Episcopi ad Antiochenos.</i>	317. c
<i>Ephrem Syrus scripsit sacros hymnos.</i>	594. d	<i>Epistola Apollinaris Synodica.</i>	180. e
<i>Epicharides martyr Roma sub Diocletiano.</i>	760. e	<i>Epistola Canonica Gregorij Thaumaturgi.</i>	585. e
<i>Epictetus martyr in Portu Romano cum sociis sub Alexand. Imp.</i>	347. e	<i>Epistola Canonica Dionysij Alex. Vide, Dionysius Alex.</i>	
<i>Epimachus cum Alexandro martyr Alexandria sub Decio.</i>	435. d	<i>Epistola Canonica Petri Alexand. Vide, Petrus Alex.</i>	
<i>Epiphanius filius Carpocratis pro deo habitus.</i>	73. c	<i>Epistola Decretalis quae.</i>	106. c
<i>Epiphanius corrigitur de tempore cladis Iudeorum sub Claudio.</i>	75. b. c	<i>Epistola Decretalis impugnata.</i>	13. a
<i>Epiphanius reseruitur de tempore Pauli Samosatani.</i>	596. e.	<i>Epistola Ecclesiae Smyrnenfis.</i>	161. b
<i>Epiphanius locus restitutus.</i>	629. a	<i>Epistola Encyclica quae.</i>	106. b
<i>Epipodius cum locis martyr in Gallia sub Marco.</i>	223. c		
<i>Episcopi, ac presbyteri, nomen distinctum.</i>	304. e		
<i>Episcopi expulsi à suis Ecclesiis sub Traiano.</i>	48. d		
<i>Episcopi licet vita remissioris, praestant quibuscumque Praefectis Gentilium.</i>	78. c. 338. d		
<i>Episcopi Ierosolymitani ex circumfione quando deserunt.</i>	79. d		
<i>Episcopi apud Montanistas quo gradu habiti.</i>	184. e		

Epistola Ignatii quot, quae, collecta à S. Polycarpo & à Philippensibus: eorum fides sincera.	33.a
diguae sunt ut ab omnibus legantur.	30.e
magnam, quod integræ extent beneficium.	33.c
promptuarium sunt traditionum.	34.e
Epistola Lugdunensium & Viennensium ad Africanos.	214.a
Epistola Marci Imp. ad Senatum pro Christianis.	207.a
Epistola Marci Imp. ad Faustianam Augustam.	210.a
Epistola Melitonis ad Onesimum.	174.c
Epistola Cornelij Papa de persecutione excitata.	489.a
Epistola Pij Papæ legitima.	154.c
Epistola Cypriani & aliorum ad Lucium Papam.	494.a
Epistola Synodica ex Concilio Africano ad Stephanum Papam.	517.e. & seq.
Epistola Victoris Papæ ad Desiderium Episc. Viennensem.	270.e
Epistola Victoris Papæ ad Paracodam Episcopum.	271.c
Epistola Fortis Episcopi.	737.a
Epistola Plinij ad Traianum.	21.c
Epistola diuersorum. Vide, Littera.	
Epilonius martyr Antiochia sub Decio.	442.a
Eradius martyr Tuderis sub Dioclet.	762.b
Erasmus Episcopus in Compania martyri sub Dioclet.	761.e
Erasmus Roterdamus alter Mornus, censor librorum.	486.e
Erasmus cultor primus Paulus Thebeus.	437.d
Erotheides martyr in Cappadocia sub Galerio.	786.d
Error de Ioannis Euangeliste immortalitate refellitur.	8.d.e
Errores sanctorum Patrum quo modo sint verè excusandi.	606.a
Esdra bibliotheca.	234.d
Esdras quando & quo modo restituit diuinâ Scripturâ.	232.c
Esdras quas litteras mutauit.	233.b
Esquilinus & Viminalis, colles Urbis, hospitium Christianorum.	136.d.e
Etruria, quid.	4.c
Euagrius corrigitur de Consuetu Messala atq. Pedonis.	49.c
Euangelica concordia Tatiani & Ammonij. 188.c.d. 189.b	
Euangelica consonantia seu Harmonia ab Ammonio elaborata.	381.e
Euangelium Petri nomine à quibusdam vulgatum, cuius occasione oborta sunt contentiones.	247.c
Euangelium execrandum editum à Basilide.	67.c
Euangelium deprauat & detruat Marcion.	118.b
Euangelium secundum Thomam.	632.d.e
Euangelium gestare in pectore consueuerunt Christiani.	373.c
Euangelium secundum Aegyptios.	190.c
Euarestus Papa creatur.	50.d
Euarestus Papa diuinit Titulus.	ibid.
Euarestus martyr obiit.	74.c.d
Euarestus quantum sedit, eius res gesta, & sepultura.	74.d.e
Euarestus legatus à Nonatiano.	471.e
Eucharistia frequenter visi percipi solita à Christianis.	34.e. 35.a
Eucharistia à Polycarpo conficitur Roma, concedente Pontifice.	158.c
Eucharistia mitti solita ad absentes, pro Catholica communicatione.	269.d
Eucharistia ignem emisit in sumpturam eam indignè.	461.a
Eucharistia conuersa in cinerem, ne ab indigno sumeretur.	461.a
Eucharistia seruari solita.	675.b
Eucharistia missa ad Serapionem morientem.	485.b
Eucharistiam execrandam conficiebat Carpocras.	69.c
Eucharistiam magicè conficiebat Marcus heresiarcha.	198.a.b
Eucharistiam illi tantum negabant heretici, qui Christi carnem non credebant.	67.c.d
Eucharistiam qualem est opinatus Paulus Samosatensis.	598.d
Eucharistiam veram certamque ex Dionysij Alexandrini assertionem.	597.e. & seq.
Eucharistiam exhorruit infans, qui gesserat libamina idolorum.	460.d.e
Eucharistiam indignè sumentes arrepti à demone, & alia gratia passi.	461.a.b
Eucharistiam mox sumunt adulti qui sunt baptizati.	492.c
per Eucharistiam, hoc est, per Corpus & Sanguinem Christi, cogit Nonatianus suos inuare.	466.d
Eucherius Episcopus Lugdun. scripsit Acta martyrum Thebeorum.	681.b
Eudemon Episcopus Smyrnenfis apostata.	446.b
Euelpis martyr Larandis sub Alexandro.	349.d
Euelpius martyr Roma sub Marco Imp.	150.b
Euentius Presbyter martyr Roma sub Hadriano.	85.c
Euentius martyr Carthagine cum sociis sub Dioclet.	765.e
Eugenia filia Philippi Praefecti Augustalis descendit in Aetna.	244.d
Eugenia habitu virili delinuit. 244.d.e. quando cum matre Romam rediit.	295.e
Eugenia Acta martyri ab antiquis cognita.	244.e
Eugenia martyrium sub Gallieno.	573.d
Engenius Hermogenianus Praefectus detulit ad Senatum, de persecutione indicenda.	697.c
Eulalia martyr Barcinone sub Diocletiano.	767.a
Eulalia martyr Emerita sub Diocletiano.	766.b
Eulalia exemplo multi Christiani fingunt idola.	766.c
Eulogius diaconus martyr Tarracone sub Valeriano.	574.b
Eumenes Episcopus Alexand. creatur. 90.e. moritur. 109.d	
Eunomia martyr cum Euprepia Augusta sub Dioclet.	763.b
Eunuchorum seipfos castrantium poena.	350.b
Eunuchorum scita.	350.b.c
Eunuchi facti pharmaco. Vide, Castratio.	
Euode, vel Euodi, quid apud Tertullianum.	252.e
Euodus educator Antonini.	252.e
Euodus machinator necis Plantiani.	306.c
Euphrosyna martyr cum Flauia Domitilla Tarracina sub Traiano.	5.e
Euplius martyr in Sicilia sub Diocletiano.	767.e. & seq.
Euploes legatus ab Ephesius ad Ignatium.	306.b
Euprepia martyr Augusta sub Diocletiano.	763.b
Euprepia Titulus Roma.	154.e
Euprepia martyr cum sociis sub Dioclet.	655.a
Eusebius martyr sub Antonino.	101.d
Eusebij Casariensis error de tempore persecutionis Traiani.	3.d
Eusebij error de tempore epistola Plinij.	23.c
Eusebij error in Chronico.	54.e. 57.b
Eusebij error de tempore aduentus Polycarpi Romam.	158.d
Eusebij error de tempore Apologia Iustini ad Antoninum Imp.	107.c
Eusebij error de tempore Marcomannici belli.	224.c
Eusebij historia in quibus potissimum fide vacillet.	44.b. 619.d. eius libri de Martyribus fragmentum recognitum. 447.a. eius ratio in numerando annos decem persecutionis. 705.e
Eusebij error, dum ante decimum nonum annum Dioclet. pacem fuisse dicit in Ecclesia. 704.e. 705.e. erroris arguitur ex verbis Constantini.	706.d
Eusebij error de tempore damnationis Pauli Samosat. 599.c. eius dolus malus in recensendis scriptoribus Ecclesiasticis.	44.e
Eusebij locus deprauatus de tempore martyri Pionij emendatus.	167.b. 446.d. & seq.
Eusebij locus declaratur de κληρα.	578.e
idem suppressit scriptores Ecclesiasticos Arium redarguentes.	44.c
Eusebium reprehendit S. Maximus monachus.	44.d
Eusebius Alexand. legatus à Dionysio ad Synodum Antiochenam, factusq. Episcopus Laodicenus. 538.e. 539.a	
Eusebius idem consuluit fami & obsidioni Alexandrinorum.	582.a

Euse-

F.

Eusebius Ecclesie Alexandrine diaconus.	538.e
Eusebius confessor curat sepulturae martyrum.	538.e
Eusebius & socij martyres Roma sub Valer. 526.d. & seq.	
Eusebius & socij passi Roma sub Commod.	248.e
Eusebius patronus Arianorum.	44.b
Eusebius à Maximo iure reprehensus.	44.d
Eusebius in historia dolo malo multa suppressit.	619.d.e
Eusebius parum equus erga Hippolytum Portuensem.	346.e
Eusebius auctor Apologiae pro Origene Pamphilo tributa.	504.b
Eusebius interdum encomiastes potius quam historicus.	350.d
parum fidelis in rebus gestis ab Origene.	401.d
Eustachius idem & Placidus.	21.a. 62.d
Eustachius cum filio & uxore in bonem animum missus, consummavit martyrium.	62.d
Eustachius dictus Iob Christianus.	62.e
Eustachius Sebastenus Episcopus surripit litteras à Liberio Papa.	176.e
Eustochij & Paulæ Portu Romano soluentium memoria.	613.a
Euthymius martyr Nicomedia sub Dioclet.	713.a
Eutropius iudex inter Origenem & hereticos.	332.b
Eutropius martyr in Portu Romano sub Aureliano.	625.d
Eutropius pater Constantij Augusti, patris Constantini Martini.	608.b
Eutyches martyr sub Traiano.	5.e
Eutyches martyr Puteolis cum sociis sub Galerio.	787.d
Eutychia martyr pragnans seruat usque ad partum Theofalonica sub Dioclet.	779.c
Eutychianus Papa creatur. 625.c. moritur. 647.a	
eius decreta, & ordinationes.	647.b
Eutychianus cum sociis à Polycarpo Roma baptizatus. 650.e	
Eutychianus Phryx hereticus in carcere cum confessoribus.	449.c
Eutychianus cum sociis martyr in Campania sub Diocletiano.	761.c
Eutychius martyr Caesarea in Marritania.	731.b
Exapla. Vide, Hexapla.	
Excommunicantur à Victore Papa Asiani Quartadecimani.	269.a
Excommunicantur à Zephyrino Papa Tertullianus & Proclus Montanista.	320.b
Excommunicatur Origenes à Demetrio Episcopo Alexandrino.	371.e
Excommunicantur à S. Cypriano schismatici Felicissimus ac alij.	454.e
Excommunicatur à sancto Cypriano una eademque persona sapius.	469.d
Excommunicatur à S. Cypriano defunctus.	510.b
Exemplar diuinae Scripturae non apud unum tantum Edram remansit.	234.c
Exhortatio S. Cypriani ad martyres.	422.a
Exoletos cur non abstulit Alexander Imp.	344.e
Exoleti à Philippo Christiano Imp. sublatis.	402.d
Exomologesin fecere Roma heresiarche.	132.d. 157.c
Exomologesin faciunt feminae deceptae à Marco.	199.a
Exomologesin iubetur facere Philippus Christianus Imper.	398.d.e. & seq.
Exorcismorum magna vis. Vide, Arreptiij.	
Extorres Christiani diuino miraculo à bestis aluntur in deserto.	783.a
Extorres iidem & confessor erant, licet fingerent persecutionem.	416.c
Extorres Christiani non amplius inuenti.	436.c
Excuperantius martyr Roma sub Valeriano.	532.e
Excuperia martyr Roma cum sociis sub Valeriano.	531.e
Excuperius Vexillarius legionis Thebeae.	682.e
Excuperius martyr in Phrygia sub Antonino.	101.d
Excuperius Episcopus Tolosanus.	796.c

Annal. Eccl. Tom. 2.

F abianus Papa creatur signo columbae diuinitus apparuit.	391.b
Fabianus Papa creatus tempore difficillimo.	391.c
Fabianus Papa damnat Priuatum hereticum.	395.a
Fabianus Papa edificat in caemeterijs.	397.a.b
Fabianus Papa baptizat Philippum Caes.	399.c
Fabianus Papa Iouis simulacrum destruxit.	399.e
Fabianus Papa diuidit regiones Urbis diaconis.	52.b
Fabianus Papa indicat causam Origenis.	401.c.d
Fabianus Papa audit Romæ Origenem suam causam defendentem. 401.c. nomine eiusdem epistola spuria. 391.e.	
eius tempore nec Novatus nec Nonatianus schismatici innotuere.	392.a.b
eius locus, idem locus Petri.	458.b
Fabianus Papa martyrium subiit. 411.b. anni sedis, & eius ordinationes. 411.a.b. tempus Fabiani Papæ sedis vacantis.	411.c
Fabius Episcopus Antiochenus creatur.	441.e
in fide vacillat.	484.e
Fabius Episc. Antioch. à Cornelio Papa admonetur.	485.c
Fabius Episcopus Antioch. moritur.	486.d
Fabius martyr Roma sub Dioclet.	728.e
Fabius Maximus Praefectus Urbis.	639.a
Fabula de Ioannis Euangelistae sepulchro.	9.b.c
Fabula Valentini.	110.b.c
Faces accensae precedebant Imperatores.	236.e
Faces in funere Cypriani.	557.c
Facundus filius Marcelli Centurionis cum Primitiuo martyris in Hispania sub Diocletiano.	688.e. 766.b
Faltonius Pimianus Proconsul Asiae fit Christianus.	728.d
Fasti Graeci corriguntur de tertio Consulatu Hadriani.	74.c
Fati assertor Aquila Ponticus, reiciturq. ab Ecclesia.	95.a.b
Fatum adstruente impugnat Bardeanes Syrus.	195.c
197.a	
Faustina Augusta uxor Ant. Pij moritur & consecratur.	104.a
Faustina Aug. uxor Marci Aurelij moritur, consecratur, & templo donatur.	212.c
Faustinus Episcopus Lugdunensis laborat contra Nonatianos. 512.c. refertur ad Stephanum Papam de Marciano Episcopo Arelateni Nonatiano.	512.e
Faustinus confessor illustris in Aegypto.	538.d
Faustinus martyr in Campania sub Decio.	454.c
Faustinus martyr cum Iouita Brixia sub Hadriano.	766.b
Faustinus martyr Roma cum Simplicio sub Dioclet.	728.e
Faustus martyr Alatinensis sub Diocletiano.	742.a
Faustus diaconus Ecclesie Alex. sub Dionysio.	536.c
Faustus martyr Roma sub Valeriano.	532.e
Faustus martyr, filius Marcelli Centurionis in Hispania sub Diocletiano.	688.c
Febribus tertianis & quartanis medendis usus crucis, clauorum, & parti.	328.d
Felices tres martyres Alutinenfes sub Dioclet.	742.a
Felicianus passus Roma cum Primo sub Dioclet.	760.e
Felicianus martyr Rauenna sub Diocletiano.	762.c
Felicianus Episcopus Fulginus.	291.a
martyr sub Decio.	454.b
Felicitas martyr in Africa cum Perpetua sub Sencero.	303.c
Felicitas martyr Roma cum septem filiis passa, an eadem sit cum Symphorosa.	192.b
Felicitatis & Perpetuae corpora translata Carthaginem.	304.d
Felicissimus presbyter aduersatur electioni S. Cypriani. 405.c	
Felicissimus schismaticus in Africa. 456.b. confessores à Cypriano dimittit, & pronocat lapsos in Cyprianum. ibid.c	
quinque presbyteros armat in Cyprianum, iudemque inungunt se secularibus magistratibus.	ibid.
Felicissimus colligit suos in monte. 456.a. nona addens cetera	

62

INDEX

Gallienus excitatam à patre persecutionem compressit. 578.b
 Gallienus sensit in milites & securas, in Christianos benig-
 num. 300.e
 Gallienus rescriptis pro Christianis. 578.e
 Gallienus dat licentiam Christianis ad eundem cœmeteria. 578.c
 Gallienus à tot tyrannis infestatus substituit precibus Chri-
 stianorum. 595.d
 Gallienus per suos domuit triginta tyrannos precibus Chri-
 stianorum. 595.d
 Gallienus triumphat de Persis vincente Odenato. 596.d
 Gallienus studet placare Claudium, quem sensit sibi infen-
 sum. 607.c.d. Epistola & dona ad eum missa. 585.d
 Gallienus quos Claudius occidit. 608.a
 Gallienus quot annis imperavit. 608.a
 Galorum cum Asiæ amicitia vetus. 165.d. 166.c
 Gallus prodiit Decij. 459.e. sumit sibi Imperium cum
 Volusiano. 461.e
 Gallus & Volus. Imp. persequuntur Christianos. 487.d
 Gallus Imp. eicit Episcopos, & inter alios Cornelium Pa-
 pam. 489.c
 Gallus & Volusianus Imp. occisi. 502.d. tempus eorum
 Imperij. 489.c
 Gallus quando adit Consulatum. 476.b
 Gania comes in itinere S. Ignatij. 29.e
 Gelasij in censura de Actis martyrum. 673.d
 Gemina contubernales Plotini. 384.e
 Geminus Faustinus presbyter, tutor à Victore constitutus
 contra canones. 510.b
 Geminianus cum Lucia martyr Rome, sub Dioclet. 760.e
 Geminus martyr in Gallia sub Marco. 223.e.d
 Geminus scriptor Ecclesiasticus. 346.a
 Gemma Basilidianorum, & eius inscriptio. 66.c
 Gemmarum redundantiâ Roma sub Severo ex triumpho
 Persico. 271.e
 Generosa martyr in Africa sub Severo. 290.a
 Genesis exceptor martyr Arelate sub Dioclet. 764.a
 Genesis mimus martyr Rome sub Dioclet. 761.e
 Genethliaci à Bardesane confutantur. 197.a
 Genij deseruere oracula: cur hoc. 3.c
 Genij non nisi demonia. 682.b
 Genios ex sententia Plutarchi posse mori. 3.b
 per Genium Casaris iurare compellebantur Christiani. 290.b
 Vide, Christiani, & Iuramentum.
 Gennadius perperam redarguit Dionysium Alexand. 590.a
 Gennadius martyr Ambianensis sub Diocletiano. 764.a
 Gentiles quid in Christianos Traiani tempore. 6.a
 Gentiles qui prudentiores erant, facti sunt Christiani. 104.b
 Gentiles decepti ab Alexandro impostore. 113.e
 Gentiles calumniis compluribus exagitabant Christianos.
 Vide, Calumnia.
 Gentiles nullam delectum habebant inter Christianos Catho-
 licos & hereticos. 113.a.b
 Gentiles Romani in dies superstitiosiores. 126.c
 Gentiles iactabant, Christianorum causa omnia mala obue-
 nire. 131.d.e
 Gentiles historici fallacissimi, & in rebus Christianorum pa-
 rum fideles. 141.d
 Gentiles Historici celebres quando sternerunt. 772.a.b
 Gentiles admirati constantiam Christianorum. 148.e
 Gentiles magistratus in Christianos sanctissimi. 149.a
 Gentiles timore confertabantur, audientes Christianos loqui
 de extremo Iudicio. 213.b
 Gentiles Alexand. quid in Christianos obloqui soliti. 297.a
 Gentiles accusant Christianos criminis maiestatis. 275.a.
 & seq.
 Gentiles exprobrant Christianis inertiam. 286.e
 Gentiles ingentem consequi ex Christianis utilitatem. 286.d
 Gentiles arreptitij curabantur à Christianis. 287.b
 Gentiles omnes esse arreptitios. 500.b.c

Gentiles complures per visum admoniti, facti sunt Christiani
 & martyres. 300.e
 Gentiles occisi à Caracallo in ultionem sanguinis Christiani.
 318.d.e
 Gentiles deriserunt simplicitatem diuine Scripture. 368.a
 Gentiles philosophi delecti indices in causa fidei. 332.b. 681.e
 Gentiles ac clamantes Ionem in theatro, peste percussi sunt.
 495.d. & seq.
 Gentiles cum patiuntur eadem que Christiani, interius ta-
 men sanis cruciantur. 501.a
 Gentiles cum verum Deum persequuntur, suorum deorum
 iacturam patiuntur. 585.d
 Gentiles qui videbantur religiosiores & piij, iidem saniores
 hostes erant Christianorum. 387.d
 Gentiles quo preteriti in Christianos sauerint. 620.c.d
 Gentilis homo illud quid de fine mundi in Campo Mar-
 tio. 213.b
 Gentilitia sacra Roma profanata. 330.d.e
 Gentilitia superstitio apparente veritate Christiana religio-
 nis, euanescit. 2.e
 Gentilitia superstitio collapsa. 144.e
 Gentilitia superstitio à Marco Imp. auulsa. 160.e
 Gentilitia superstitio decreuit, cum augetur Christiana re-
 ligio. 236.c
 Gentilitia superstitiosis pertasi multi, facti sunt Christiani.
 108.e
 Gentilium calumnia de scriptis Christianorum. 673.a.b
 Gentilium sepulchra abominanda Christianis. 292.d
 Georgius martyr: eius Acta apocrypha. 673.d
 Georgius Pachimerius quando vixit. 46.a
 Gereon martyr cum sociis Thebeis sub Maximiano Imper.
 685.b
 Gereonis martyrij locus dictus Ad Martyres. 684.e
 Germana martyr in Africa cum sociis sub Dioclet. 731.e
 Germani excurrunt Gallias, & ingrediuntur Italiam tem-
 pore Gallieni. 585.b
 Germanica Ecclesia antiqua. 102.b.e
 Germanicus martyr Smyrne sub Marco. 161.d
 Germanio Episcopus Ierosolymitanus. 243.a
 Germanus cum Seruando martyr in Hispania sub Diocle-
 tiano. 766.e
 Germanus filius Marcelli Centurionis martyr in Hispania.
 688.e
 Germanus, homo vecors, aduersatur Dionysio Alexandrino.
 536.e
 Germanus martyr cum sociis Casarea in Cappad. sub De-
 cio. 453.d
 Geta à fratre tentatur insidiis. 315.b
 Geta ex Britannia redit Romam. 318.b
 Geta occidi iubetur ad Antonino fratre. 318.b
 Geta nomen factum piaculum. 318.b
 Geta familiares omnes occisi. 318.b
 Geta quando Caesar dictus, & quando Augustus. 261.e
 277.a
 Geta imperat. 315.a
 Getuli Christo subditi. 102.e
 Getulius martyr sub Hadriano. 96.d
 Gladio percussus, vel securi, qua differentia. 341.e
 Gladius Prætorum insigne. 341.e
 Glaucias interpres Petri. 63.b
 Gloria in excelsis, hymnus Angelicus quando dicendus. 130.b
 Glycerium martyr Hercules sub Marco. 192.d
 Glycerius presbyter Nicomedia quid cum Galerio Imperat.
 699.a.b. eius martyrium. 192.d
 Gneus Sidius Geta, dux exercitus in Africa. 203.a
 Gnostici auctores Adamarum. 73.e
 Gnostici Basilidiani. 69.a
 Gnostici Carpocratiani. 73.e
 Gnostici Nicolaitæ. 73.e
 Gnostici

IN TOMVM II. ANNAL. ECCLES.

Gnostici sub nomine Christiano nefanda perpetrarunt. 69. & seq.
 Gnostici conuati à Plotino. 73.e
 Gnostici Reuelationum Zoroastri auctores. 73.e
 Gnostici negabant martyrium esse subeundum. 302.e. 303.a
 Gnostici se intrudunt in Urbem. 157.a
 Gnosticos soboles. 73.e
 Gnosticos iuncti Valentiniiani. 110.e
 Gordianus Senior in Africa acclamatur Imperator, itemque
 Junior. 391.c. iidem extincti. 391.c
 Gordianus puer Cesar dictus. 391.d
 acclamatur Augustus. 394.a
 Gordianus aperuit sanum ob bellum Persicum. 396.b
 Gordianus compressit Sabinianum tyrannum. 394.e
 Gordianus uxorem quam duxerat. 395.c
 Gordianus à Philippo duce exagitur. 396.d
 occidi iubetur. 397.d
 Gordianus relatus inter diuos. 400.a. eius sepulchrum &
 epitaphium. 400.a. eius occisores omnes periere. 400.a
 Gordius Centurio martyr Casarea Cappadocia, sub Diocle-
 tiano. 784.c
 Gordius Episcopus Ierosolymitanus. 243.a
 Gothi excurrunt Asiam, Pontum, Galatiam, Macedoniam
 & Graciam. 584.d. & seq.
 Gothi excurrunt templum Diane Ephesia. 400.a
 Gothi compressi à Probo Imp. 643.d
 Gradus Elagabali, locus sic dictus, ubi. 661.d
 Graci propria gloria tenacissimi. 40.b
 Graci auctores qui meminerunt Dionysij Areopagite. 40.a
 Graci ante translationem Septuaginta, an aliam habuerint
 diuina Scriptura editionem. 353.e
 Graci peregrinati sunt in Ægyptum. 354.c
 Graci semper pueri, & ipsorum scientia iunior. 353.d
 Gracii gratior quam Latinis editio sancti Hieronymi. 364.a
 Granianus Proconsul in Asia agit pro Christianis. 80.d
 Grata, martyr in Gallia sub Marco. 223.d
 Gratianus martyr Pevusa sub Decio. 454.b
 Gratus Proconsul in Asia, sub quo prodiit Montanus here-
 sarcha. 178.d
 Gregorius martyr Spoleti sub Diocletiano, & alij. 762.b
 Gregorius Nazianz. ex habitu corpore vaticinatur
 ex Italiano. 236.d. scripsit hymnos. 594.d
 Gregorius Papa quid de translatione corporum Apost. 334.c
 Gregorius Nyssenus quid de legione Fulminatrice. 204.e
 Gregorius Nonus legatus missi in Orientem. 378.c
 Gregorius Decimum tertium munificentissimus erga pauperes
 totius Ecclesie Catholice. 193.d.e
 Gregorius Thaumaturgus ante dictus Theodorus, se contu-
 lit ad Origenem. 374.d.e. 376.a.b. eius primordia. 375.a
 Gregorius Thaumaturgus calumniam patitur à meretrice.
 375.d
 Gregorius Thaumaturgus. creatur Episcopus Neocaesariensis in
 Ponto. 376.d
 Gregorius Thaumaturgus. accepit diuinam reuelationem de fide
 Catholica. 377.c.d.e
 Gregorius Thaumaturgus. ordinat Episcopum Alexandrum Car-
 bonarium. 379.a. 380.a
 Gregorius Thaumaturgus. Ecclesiam erigit.
 que nunquam lesa à terremoto. 397.b
 Gregorius Thaumaturgus. fugit tempore persecutionis Decij. 442.d
 fugamque suis suadet. 443.a
 Gregorius Thaumaturgus. nullum suorum audire lapsum esse
 tempore persecutionis. 443.a
 Gregorius Thaumaturgus. insubilis factus hostibus. 443.a
 Gregorius Thaumaturgus. licet absens, adstitit tamen Troadio
 pugnanti. 443.d
 Gregorius Thaumaturgus. aditum fecit diaconum, quem habuit
 fugæ comitem, & signo Crucis miraculorum operatorem.
 443.e. & seq.

Gregorius Thaumaturgus obmutescere fecit idolam, ac ite-
 rum vocale reddidit. 444.a. & seq.
 Gregorius Thaumaturgus pernotat canens hymnos. 444.a
 Gregorius Thaumaturgus. Crucis signo expugnat templum ido-
 lorum. 444.a.b
 Gregorius Thaumaturgus. saxu ingens precibus loco mouit. 444.d.e
 Gregorius Thaumaturgus. post persecutionem rediens, celebrat na-
 tales dies Sanctorum martyrum. 461.e
 Gregorius Thaumaturgus. occasione pestis plurimos conuertit ad
 fidem. 495.b.c. 496.b
 Gregorius Thaumaturgus. peste raptos liberat. 496.a
 Gregorius Thaumaturgus. excusatur à calumnia Sabellianismi.
 548.b. idemque oppugnat Sabellianum. 548.b
 Gregorius Thaumaturgus. scripsit epistolam Canonicam occasione
 incurisionis barbaricæ. 585.e. & seq.
 Gregorius Thaumaturgus. interfuit Concilio Antiocheno priori
 contra Paulum Samosat. 600.d
 Gregorius Thaumaturgus. rediit Neocaesaream ex Concilio An-
 tiocheno. 603.e
 Gregorius Thaumaturgus. breui moriturus, visitat ecclesiam, &
 parat sibi sepulchrum. 604.a
 quod illud permansit à terremoto: miraculū de eo. 604.b
 Gregorius Thaumaturgus. viuens nihil possedit. 604.a
 Gregorius Thaumaturgus diem obiit, eiusque dies natalis.
 604.b
 Gregorius Thaumaturgus. celebratur à S. Basilio. 604.d
 Gregorius Thaumaturgus. dictus alter Moyses: eius miracu-
 la. 604.e
 Gregorius Thaumaturgus. que scripsit: eius doctrina illibata, sed
 deprauata ab hereticis. 605.c. & seq.
 Gregorius Thaumaturgus. excusatur, quod publica oratione lau-
 dauerit aliquando Origenem. 605.c
 à cuius erroribus alienus omnino. 605.c
 Gregorius Thaumaturgus. exhilarauit populum festis solemnibus
 sanctorum martyrum. 461.e. Iudoque sollicitus exhiberi
 diis conuertit in honorem martyrum. 605.c
 Gregorius Thaumaturgus. in his que de Dionysio Areopagita scri-
 bit, refellitur. 41.a
 Guinalius martyr Alutinenis cum sociis sub Dioclet. 742.a
 Gaudens virgo passa in Africa sub Severo. 303.b.c
 Guria cum Samona martyr Edesse sub Diocletiano. 691.b
 & seq.

H.

Habitus Episcoporum qualis olim. 559.c
 Hadriani tempore qua hereses. 63.a. & seq.
 Hadriani numismata. 60.e. 61.d
 Hadrianus nepos Traiani, cui fuit in deliciis. 6.d
 Hadrianus à Traiano adoptatus. 60.b
 eiusdem genus, & dies natalis. 60.d
 Hadrianus quando Consul creatus. 60.a
 Hadrianus quando rediit Romam, soluit populi debita. 62.a
 Hadrianus persequitur Christianos absque edicto. 62.e
 eius rescripta. 62.d. in Istar Phalaris sensit Roma in Chri-
 stianos. 62.d. eius persecutio instaurata. 79.e. & seq.
 Hadrianus à Quadrato Episcopo Atheniensi & aliis ad-
 monitus, cessat à persecutione. 80.e.d
 Hadrianus ad Fundanum Proconsulem, & alios Presides
 rescriptis pro Christianis. 81.b.e
 Hadrianus dictus à suis Locupletator Orbis. 75.d
 Hadrianus animaduertit in magistratus. 81.e
 Hadrianus muro diuisit Britanniam. 76.d
 Hadrianus abijt in Hispanias. 77.e
 Hadrianus Athenas petit, Eleusiniis sacris initiatur. 78.e
 restituit leges Solonis Atheniensibus. 78.b
 dedicauit adem Iouis Olympij. 80.a
 draconem ex India posuit ibi pro numine. 114.c
 Hadria.

I N D E X

Hadriannus inuist Africam, multa; contulit Africanis. 79.c	Heresis Docitarum. 247.d
Hadriannus peregrinatur in Asiam, atq; in Aegyptum. 81.c	Heresis Elxai. 24.d
Hadriannus consecrat ubique templa. 81.e	Heresis Eueratitarum. 189.c
Hadriannus Antiochenis in sensus. 81.e. 85.a	Heresis Florini. 230.c.e
Hadriannus ex Ierosolyma Aeliam adificat. 82.a	Heresis Heloesaorum. 25.b. 404.b
porcum sculpsit in porta ciuitatis. 92.e	Heresis Heracleonis. 112.a. 197.d
Hadriannus venit in Aegyptum. 85.b	Heresis Hermia. 171.a
Hadriannus consecrat Antinoum in deum. 87.c.d	Heresis Hermogenis. 170.e
Hadriannus in Aegypto Pompeij tumulum restituit. ibid.	Heresis Hieracitarum. 664.b
Hadriannus in sensus in Aegyptios, quid de illis. 89.b	Heresis Manichaorum. 628.c
Hadriannus edictum perpetuum promulgauit. 91.b	Heresis Marcionitarum. 115.e
à quo sublatum. ibid.c	Heresis Materiariorum. 171.b
Hadriannus agit iterum in Iudeos. 91.d.e	Heresis Melchisedechianorum. 256.c
Hadriannus erigit templum Ioni ex aduerso templi Ierosolymitani. 94.a	Heresis Millenariorum. 58.e
Hadriannus erigit templum Veneris sine Adonidis in Bethlehem, profanatae omnia loca sancta. 94.a.c	Heresis Montanistarum. 175.e. 176.a. & seq.
Hadriannus quando Romam rediit. 96.c	Heresis Nepotiana. 593.a
Hadriannus adoptat filios. ibid.	Heresis Noëtiana. 547.e
Hadriannus illustrat villam Tiburtinam. 97.a	Heresis Nouatiana. 474.a.b
Hadriannus egrotat. 97.a.e	Heresis Ophitarum. 113.a
Hadriannus fecit in Seruianū virū insignem, & alios. 97.a.b	Heresis Opinantium. 247.d
Hadriannus necat uxorem. 97.b	Heresis Patriciana. 294.a
Hadriannus mutat magistratus, & alios novos creat, nonaque nomina indidit. 101.c	Heresis Patropassionum. 547.b
Hadriannus mala valetudinis pertusus, mortem sibi caput in-ferre. 97.e	Heresis Pattalorincitarum. 187.a
Hadriannus detinetur in vita efficit quibusdam miraculis. 98.a. 99.b.c. qualia illa essent. 98.b	Heresis Pauliana. 597.a
Hadriannus ob eadem Christianorum dirapatur. 98.c	Heresis Periconasatorum. 187.a
Hadriannus diem obiit: eius morientis versus. 100.c.e	Heresis Praxeana. 257.e
sepultura. 100.d. atq; 100.c. tempus regni. ibid.	Heresis Quartaedecimanorum. 186.d
Hadriannus quid in medicos. 101.c	Heresis Quintillianorum. 186.c
Hadriannus scripsit res à se gestas. 101.a	Heresis Sabelliana ex Praxea. 258.c. 546.d. 547.b.c
Hadriannus deditus magia. 101.c	quando cognita. 258.c. 546.d. 547.b.c
Hadriannus relatus inter deos. 101.a	Heresis Sacramentariorum unde originem ducar. Vide, Sacramentarij.
Hadriannus martyr: eius corpus Roma inuentum. 610.e	Heresis Saturnini. 68.a.b.c
Hadriannus Papa quo modo dicatur probasse Canones Apostolorum. 16.b.c	Heresis Seleuciana. 171.a
Heresiarcha Romam se conferunt, ut arcem Catholicae fidei expugnarent. 132.b.c. 157.b. & seq.	Heresis Sethiana. 115.a
Heresiarcha damnantur ab Ecclesia Romana. 253.c. & seq.	Heresis Seuerianorum. 190.b
Heresiarcha magna fide coluntur à suis sectariis. 25.b	Heresis Symmachiana. 294.a
Heresiarcha penitentes non nisi Roma agunt exomologesin, & recantant paliotidiam. 132.d. 133.a. 157.b. & seq.	Heresis Tatiana. 187.c
Heresiarcha, & eorum heresis. Vide, Heresis.	Heresis Tertulliana. 324.e
Heresum certa nomina.	Heresis Theodoti. 253.d
Heresis Acuilianorum. 400.d	Heresis Theodotianorum. ibid.
Heresis Acuilianorum. 638.c	Heresis Trascodrygitarum. 186.e
Heresis Adamitarum. 200.b	Heresis Valentianorum. 109.e. 110.a. & seq.
Heresis Adelpiorum. 400.d	Hereses in communi.
Heresis Alogorum. 255.d.e	Hereses unde progressa. 124.e. 501.e
Heresis Anabaptistarum. 524.e	Hereses prodiere ex contumacia clericorum. 509.d
Heresis Angelicorum. 548.e	Hereses ex ambitione progressa. 124.e
Heresis Apellianorum. 120.a	Hereses multiplicata à diabolo, postquam cessauit idololatria. 123.e
Heresis Apostolicorum. 548.e	Hereses progressa à Philosophis. 73.d. 84.e
Heresis Apotactiorum. ibid.	Hereses simulac exoriantur, deferri solent ad Romanum Pontificem. 546.e. 547.a
Heresis Aquariorum. 188.a	Hereses cur in Christiana religione frequentes. 122.e.
Heresis Archonticorum. 199.e	123.a
Heresis Arimonis & Theodoti. 253.d. & seq.	Hereses in omnibus scientiis esse. 123.b
Heresis Artotyritarum. 187.a	Hereses omnes habuerunt feminas adiutrices. 121.a
Heresis Ascodriarum. 199.e	Hereses omnes cur ab Auctore recitentur in Annalibus. 76.e
Heresis Bardefanis. 193.e	Hereses populo interdum propalanda. 633.b
Heresis Basilidianorum. 63.c	Hereses demonstrasse, confutasse est. 185.c
Heresis Blasi. 230.d. 231.a	Hereses demonstrant veram Ecclesiam. 67.e
Heresis Cananorum. 114.c	Hereses prostrata sunt trophaea Ecclesia. 68.a
Heresis Carpocratianorum. 68.d	Hereses omnes ad profectum Ecclesia à Deo permisse. 124.b
Heresis Cerdonianorum. 115.e. 116.a	Hereses comparata serpentibus. 1.c
Heresis Colarbasianorum. 197.d	Hereses comparata infulis sterilibus. 170.a
	Hereses omnes quo modo confutentur. 120.d. 121.c. 124.d
	Hereses omnes unico confutari posse argumento, docet S. Augustinus. 634.e
	Heresicon utilitas. 124.b
	Here-

I N T O M V M I I A N N A L. E C C L E S.

Heretici.	Hermotherinus martyr in Hispania filius Marcelli Centurionis sub Diocletiano. 688.e
Heretici corrumpunt scripta sanctorum Patrum. 194.b	Heracla Alexandrinus pallio usus. 264.e. proficatur scibola Alexandrina. 335.e. creatur Episcopus Alexandrinus. 335.c. moritur. 402.b. anni eius sedis. 402.b
Heretici Decretales epistolae frustra impugnant. 13.d	Heractan pater Melchisedech. 257.d
Heretici diuinas Scripturas sepe transerunt, nulli acquiescentis versioni. 308.b. 367.e. & seq.	Heracton hereticus Valentini discipulus. 197.d
Heretici propinant mellita verba. 634.b	Heractides martyr discipulus Origenis. 299.d
Heretici filii se iactare ac mentiri communicationem viorum illustrium. 255.b	Heractius Consularis persequitur Christianos. 622.c.d
Heretici naturā instabiles. 185.e	Heractius scriptor Ecclesiasticus sub Seuero. 254.c
Heretici post obitum Apostolorum facti procaciores. 28.c	Herculaneus Commodianus Flamen. 251.c
Heretici nihil prater Scripturam admittere volentes olim damnati. 34.c.d	Herculanus Episcopus in Africa, idem legatus S. Cypriani 456.a
Heretici voluptuosissimi. 73.c.d	Hercules consors Imperij Aureliano. 621.d
Heretici à maioribus prouocantur ad traditiones Romanae Ecclesia. 112.e	Herculus dictus Maximianus. Vide, Maximianus.
Heretici omnes quo argumēto conuincendi. 121.b.c. 122.b.c	Heresina martyr Alutincensis sub Dioclet. 742.a
Heretici quibus notis manifeste arguantur. 159.a	Herena martyr in Africa sub Decio. 422.d
Heretici discriminantur à Catholicis atque cognoscuntur ex communicatione cum Romana Ecclesia. 430.d.e. Vide, Romana Ecclesia.	Herena martyr in Africa sub Decio. ibid.
Heretici penitentes qua recipiendi sint cum satisfactione. 158.a	Herennianus filius Zenobie. 624.c
Heretici penitenti oblatio redditur eidem, cum ad haesum reuertitur. 157.d.e	Herennianus subdiaconus legatus ad martyres damnatos ad metalla. 544.c. iterum fungitur eadem legatione. 545.e
Heretici admittentes cultum simulacrorum. 24.e	Herma auctor libri Pastoris. 135.d. cuius liber ille sit fidei. ibid. an Pauli discipulus. ibid.
Heretici tempore Ignatii qui. 34.a.b	Herma cur Pastor dictus. 136.e. 137.a
Heretici damnati à Gentilibus arbitris ad hoc ex consensu delectis. 322.b	Herma scripsit Alta S. Praxedis. 136.b.c
Hereticis nec leniter communicandum. 158.a	Herma idem quod Hermes. 136.b.c
Hereticorum portenta qualia. 25.a	Herma Pastor moritur. 150.a
Hereticorum patriarcha philosophi. 73.d	Hermas discipulus Manetis. 632.d
Hereticorum turpitudines monstruose. 67.d	Hermes Praefectus Orbis factus Christianus & martyr sub Hadriano. 85.e
Hereticorum secreta. 67.a.b	Hermes martyr Bononia sub Dioclet. 762.c
Hereticorum synaxes & mysteria clanculo fieri solita. 111.c	Hermias hereticus. 171.a
Hereticorum immania scelera redamanda in Catholicos apud Gentiles. 157.a. Vide, Calumniae.	Hermogenes heresiarcha quando prodiit. 170.c
Hereticorum Baptismus quando ratus habendus. 156.c. Vide, Baptismus.	ex philosopho Stoico factus Christianus & hereticus. 170.d.
Hereticorum errores propalasse, confutasse est. 185.c	Hermogenes Iureconfultus sub Alexandro. 339.d
Hereticorum sacramenta omnia esse irrita, statutum est primum in Concilio Aiano. 514.b. & postea in Concilio Carthaginensi sub Cypriano. 516.d. & seq.	Hermogenianus Praefectus Praetorio hostis Christianorum. 697.c
Hereticorum & Catholicorum controuersia quam dispares inter se. 526.b	Herman Episcopus Ierosolymorum. 680.d
Hereticorum libri magna cautela legendi, & à quibus. 535.b	eius obitus. 690.e
Hagiomachorum patriarcha Manes. 635.d.e	Hermophilus deprauator diuinae Scripturae. 308.d
Hamaxobij populi Christo credunt. 102.b	Hero diaconus Antiochenus successor Ignatii. 32.c. eum honoratur Ignatius. 33.a
Harmonius Bardefanis filius. 196.a. 594.c.d	creatur Episcopus Antiochenus. 48.c
Hecathaus Abderita. 355.a.b	eius precatio ad Ignatium. ibid. superstos post terramotum Antiochenum. 57.b. martyrio coronatur. 85.a
Hegesippi tempore integer status Ecclesiarum. 159.a.b	Hero Iunior Episcopus Antiochenus. 108.a. moritur. 169.a
Hegesippus quid de Simone. 27.d	Heron martyr Alexandria sub Decio. 435.e
Hegesippus venit Corinthum. 158.e	Herodes Atticus celebris orator. 162.d
Hegesippus congregatur cum Primo Episcopo Corinthiorum. ibid.	Herodes filius Zenobie Reginae. 624.c
Hegesippus scripsit sacram historiam simplici stylo. 159.c	Hera discipulus Origenis, martyr sub Seuero. 299.d
alia ab eo scripta. ibid.	Hesychius Alexandrinus emendat editionem Septuaginta. 363.a
Hegesippus imitandus in scribenda historia. 159.d. & seq.	Hesychius martyr sub Alexandro. 345.d
Hegesippus Iunior. 160.b	Heteria quid. 4.c. prohibet eas Traianus, eoq; praetextu vexat Christianos. ibid.
Helcesai heretici ab Elxai pseudopropheta se ortos gloriantur. 25.b	Hexapla Origenis qua sint. 351.c
eorundem portentosa commenta. ibid.	Hierapolitam donatur sumentum à Marco Imp. 141.c
Helocaitarum liber fingitur de calo lapsus. 404.c	142.e. Vide, Marcus Imp.
Helennus Episcopus Helioptolis in Aegypto. 244.e	Hieracita heretici. 664.b
Helennus Episcopus Tarsi. 600.d	Hieracita alio nomine dicebantur Abstinentes. 665.a
Heliodorus martyr in Asia sub Aureliano. 626.e	Hieracitanus hereticum Macarius confutauit edito miraculo. 665.b
Heliodorus Vicarius persequitur Christianos Antiochia sub Probo. 643.a	Hierax heresiarcha, à quo Hieracite. 664.
Helioabalus. Vide, Eligabalus	Hierarchia caelestis ab Ignatio descripta. 37.b.c
Helpis martyr in Gallia sub Marco. 223.d	Hierarchia Ecclesiastica ab Ignatio expressa. 36.a. & seq.
	Hierarchia Ecclesiastica caelesti persimilia. 51.d
	Hierarchia Manetis qualis. 638.b
	Hierarchia Montani. 184.e
	Hieracles

I N D E X

Hierocles Praefectus in Aegypto dirus persecutor Christianorum. 717. b
Hierocles scripsit contra Christianos. ibid. c
Hieronymi consilium in recensendo Scriptores Ecclesiasticos. 44. d. e
Hieronymi iusta querela de receptis translationibus hereticorum. 241. c
Hieronymi labor in editione Septuaginta. 362. a. b
Hieronymi labor Graecis magis quam Latinis acceptus. 364. a
Hieronymi editio diuina Scripturae à Latinis parvipensa, à Graecis translata. ibid.
Hieronymi editio cognita, & in Latinam Ecclesiam introducta, veteri exolecente. 364. e
Hieronymi digna sententia de erroribus antiquorum Theologorum. 606. a
Hieronymi recentis ab Urbe memoria. 612. e
Hieronymus imitatur Origenem in emendatione Septuaginta. 361. c. d
Hieronymus solitus Roma inuisere frequenter comsteria. 343. e
Hieronymus patitur inuidiam ob translationem diuinae Scripturae. 363. c. d
Hieronymus nouum Testamentum non transtulit, sed tantum emendauit. 366. b. d
Hieronymus uocum antiquarum tenacissimus. 367. a
Hilaria martyr Augusta cum aliis sub Diocletiano Imper. 763. b
Hilarianus mart. Alutinenfis sub Diocletiano. 746. e. & seq.
Hilarianus Proconsul in Africa. 292. d
Hilarius diaconus martyr Oiterbij. 762. b
Hilarius diaconus Anabaptista. 524. e
Hilarius Episcopus Aquileia passus sub Numeriano. 650. a
Hilduinus scriptor Areopagiticorum. 39. b. 40. a
Hincmarus Episcopus Rheimensis accuratè de Dionysio Areopagita. 39. b. 40. c. d. e
Hippolyti tres, diuersi planè, confunduntur à Prudentio, 485. d. e
Hippolytus celeberrimus inter scriptores Ecclesiasticos quando absoluit canonem temporum. 339. a. b
 eius statua cum canone temporis inuenta. ibid.
Hippolytus que scripsit. 346. e. 348. c. d
Hippolytus inuidiam patitur ab Origenis studiosis. ibid.
Hippolytus cuius Ecclesia Episcopus fuerit. 347. a
Hippolytus dictus Nonnus. 347. b. e
Hippolytus se Romam confert, ibique à Pontifice Romano retinetur. 347. b
Hippolytus Episcopus olim in Arabia, factus est Episcopus Portuensis. 347. c
Hippolytus patitur sub Alexandro. ibid. eius martyrij Acta. ibid.
Hippolytus exceptus à Callisto Papa, ibid. b. eius memoria in Porta Romano. ibid.
Hippolytus & socij Roma passi sub Valer. 528. a. & seq.
Hippolytus miles passus Roma sub Valeriano. 551. b
Hippolytus Nouatianus ante martyrium recantat palinodiam. 485. d
Hippolyti Portuensis error circa D. Ioannis Euangelij immortalitatem. 8. e
Hispania Christo subiecta. 102. e
Hispania à Germanis inuasa. 585. c
Hispaniarum martyres. Vide, Martyres.
Hispanum fuisse S. Laurentium unde habetur. 550. b
Historia ab Hegesippo conscripta. 159. d
Historia à furo dicendi aliena. ibid.
Historia scribendi recta ratio. 159. d
Historia congrui simplicitas, simplexque genus dicendi. 159. e
Historia finis, uultus. 159. d. e
Historia peculiaris que sint. ibid.
Historia iungende habena, ne conuertatur in encomiè. 802. a

Historici Gentiles in Christianos infensi hand fideles inuenta. 141. c. d. mendacissimi interdum in recensendis rebus Christianorum. 201. c. suppresserunt res gestas à Philippo Christiano Imperatore. 402. d. 403. e
Historici Gentiles celebres quando floruerunt. 772. a. b
Hominem creatum ab Angelis, impiè dicebat Saturninus. 68. b
Homines omnes inhabitantes habere malos spiritus, dicebat Valentinus. 111. e
Homines omnes pessimi à Caianis habitis sancti. 114. c. d
Homines non urgeri fauo, sed propria uoluntate. 196. b. e
Homines scelestos & infames solitos conqueri de Christianis. 287. a. b
Hominum triplex differentia à Valentino constituta. 110. d
Hominum duo genera à Saturnino posita. 68. c
Honesti missio militaris. 666. c
Honorata martyr Alutinenfis in Africa sub Diocletiano. 742. a
Honoratus martyr Roma sub Dioclet. 532. e
Honorius Imperator celebrant ludos Saeculares. 404. a
Horto frugifero Ecclesia comparata. 169. d
Hostes Ecclesie Gentiles non curant persequi schismaticos, uel hereticos, sed Catholicos. 489. c. d. 494. a. & seq.
Hostilianus Imperator à Senatu delectus. 489. b
 confunditur cum Gallo. 489. c. d
Hyacinthus martyr Roma sub Traiano. 6. a
Hyacinthus Traiano à cubiculo martyr Cesare. 27. b
Hyacinthus martyr cum Proto Rome sub Valeriano. 573. e
Hygini Papa tempore heresiarche in Vrbe. 132. a. b
Hyginus Papa creatur. 130. c
Hyginus Papa martyrio coronatur. 133. e. eius decreta & anni sedis. 134. a. b
Hymeneus Episc. Ierosolymitanus quando creatus. 603. e
 interfuit Concilio Antiocheno contra Paulum. 600. d
 eius obitus. 680. d
Hymnorum sacrorum scriptores. 594. c. d
Hymnos sacros scribere magna laudis. 593. c
Hymnos sacros proscriptis Paulus Samosatenus, & suos Ecclesia Antiochena tradidit. 617. a
Hymnus Angelicus quando dicendus. 130. b

Iacobus martyr insignis cum Martiano in Africa sub Valeriano. 569. e. & seq.
Iacobus Dany de Perronio Episcopus Ebroicensis laudatur. 45. a
Iader Episcopus in Africa damnatus ad metalla cum aliis. 542. b
Iannica martyr in Gallia sub Marco. 223. d
Ianuaria cum sociis martyr Alutinenfis in Africa sub Diocletiano. 742. a
Ianuaria martyr in Africa cum sociis sub Seuero. 290. a
Ianuarius cum sociis mart. Alutinenfis in Africa sub Diocletiano. 742. a
Ianuarius Episcopus Beneuentanus martyr illustris Puteolis sub Dioclet. 762. a. 788. b. miraculum ex eius sanguine reuiviscente. 788. c
Ianuarius subdiaconus martyr Roma cum Sixto. 550. a
Ianuarius filius S. Felicitatis martyr Roma unà cum sociis. 192. a
Ianuarius filius Marcelli Centurionis martyr in Hispania sub Diocletiano. 688. e
Ianuarius martyr in Africa sub Dioclet. 731. e
Ianuarius martyr cum Felice & Adaucto in Apulia sub Diocletiano. 731. a
Ianus clausus aperitur à Gordiano ad bellum Persicum. 396. b
Iberi ad fidem conuersi à Clemente Papa. 5. e
Iberos credere in Christum testatur Irenaeus. 102. b
 Ico-

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

Iconense Concilium contra Stephani Papa decreta. 514. b
 que in eo statuta sunt, damnata fuerunt. Vide, Stephanus.
Idola que erant celeberrima, obmutuerunt. 2. d
 unde id accidit. 3. a
Idola aliqua relicta uocalia permissu Dei, ut contra se loquerentur. 444. b
Idola obmutescunt praesentia Gregorij Thaumaturgi. 443. e
Idola habitatio malorum geniorum. 3. a
Idola confregit Olympius Tribunus. 531. c
Idola aliqua à Christianis sub Philippo Imperatore confraeta. 411. d. 413. a
Idolo ab Eulalia confraeto, ceteri sunt eam imitati, sed representati ab Episcopis. 766. c
Idolorum responsio fide Christiana propaganda. 336. e
Idolorum responsis commendata uita Christianorum. 736. e
Idolorum oracula. Vide, Oracula.
Idololatriam penitus extirpare conantur Episcopi Hispaniarum. 797. c
Idololatre. Vide, Gentilitas
Idolothytorum scrupulosa observatio. 281. c. d. e
Idolothya quando obsint. 682. e
Ieiunia ex traditione Apostolica. 36. e
Ieiunia noua indicare praesumebat Montanus uniuersae Ecclesiae. 183. d
Ieiunia religioforum regularium longè diuersa à Montani ieiuniis. 183. e
Ieiunia noua Montani. 183. d
Ieiunia detestabantur Carpocratiani. 70. b
Ieiunia Cyprianus indicit suis tempore persecutionis. 421. e
Ieiunia noua ex noua causa indicere solebant Episcopi in suis Ecclesiis. 184. a
Ieiunium Quadragesima. 92. b. 130. a
Ieiunium quarta & sexta feria in Ecclesia antiquissimum. 575. e. 795. e
Ieiunium Quatuor Temporum. 33. d
Ieiunium sabbati Marcion quò ob causam indicit suis. 118. e
Ieiunium superpositionis quodam intelligendum. 575. e
Ierosolyma an fuerit patria Melchisedech. 259. b
Ierosolyma acriter vexata. 52. e
Ierosolyma mutatur in Eliam. 82. a. 92. d. ab Hadriano replis profanata. 92. c. 93. a. Vide, Elia, & Hadrianus.
Ierosolymitana peregrinatio antiquissima. 274. d
Ierosolymitani Episcopi sibi inuicem succedentes. 52. e. 79. e. 95. d. e. 133. d. 243. a.
 eorum sedis tempus planè incertum. 243. b
Ierosolymitani Episcopi recensiti ab Epiphano. 96. b
Ierosolymitani Episcopi ex circumcisione desciunt. 95. d. e
Ierosolymitani Episcopi ex Gentibus, eorumque primus Marcus. ibid.
Ierosolymitani templi spolia incensa cum templo Pacis Roma. 250. b. c
Iesu Christi diuina substantia coaeterna cum Patre. 589. c
Iesu Christi diuinitatem impugnabant nebulones turpissimi. 505. e. & seq. 618. b
Iesu Christi diuinitatis defensores quàm sanctissimi Patres. 605. c. & seq.
Iexeus frater Elxai pseudopropheta. 24. d
Ignatius amandatur Antiochia Romam. 28. e
Ignatius qualis esset, eius declarant epistole. 29. a
Ignatius custoditur à senis militibus. 29. d
Ignatius quando uenit Smyenam. ibid.
Ignatius quos habuit comites in itinere. 29. e
 eius magnanimitas. ibid.
Ignatius licet uinctus, ubique tamen gloriosus. 30. e. 31. a
Ignatius legatos diuersarum Ecclesiarum suscipit. 30. a. 32. e
Ignatius scribit ad diuersas Ecclesias. 30. a. b. 32. a
Ignatius uaticinatur de Herone futuro Episcopo. 32. e
Ignatius quando scripsit ad Romanos. 31. c. d
Ignatius magno animi ardore exoptat martyrium. 31. b

eius insignis humilitas. 30. e. 31. a
Ignatius gloriatur uinctus. 31. a
Ignatius misericorditer laudat Romanam Ecclesiam. 31. c. d
Ignatius aduenit Troadem. 31. d. e
Ignatius quando scripsit ad Polycarpum. 32. a
 & ad Smyrneses. ibid.
Ignatius perducitur Philippis. 32. b
Ignatius quando scripsit ad Antiochenos. 32. b
 & ad Heronem eiusdem Ecclesiae diaconum. ibid.
Ignatius quando scripsit ad Tarsenses. 32. d
Ignatius plures scripsit epistolas, quàm duodecim editas. 33. a
 eius epistola collecta à Polycarpo & à Philippensibus. 32. e
 numerus eorum & sinceritas. 33. a. quanti ponderis sint in Ecclesia Dei. ibid. purissimi fontes traditionum. 33. e. 34. e. signum epistolarum eius. 36. e
Ignatius quodnam habuit scribendi genus. 37. b
Ignatius suis epistolis repraesentat purissimam faciem primitiue Ecclesiae Catholicae & Apostolicae. 36. c. d
Ignatius eadem omnino docuit, qua Apostoli. 33. e
Ignatius uehementer infestatur hereticos. 34. c
Ignatius primus omnium exactè expressit hierarchiam callestem. 37. b. c
Ignatius quo anno martyrij consummavit, & quo modo. 46. c
Ignatius ut Roma pateretur, Dei consilium fuit. 47. b
Ignatius citatur à Dionysio Areopagita. 42. a. b
 & ab Irenaeo. 31. b
Ignatij reliquia translata in Syriam. 47. b
 eadem illustrata miraculis. 48. b
Ignatij assertio de tempore celebrandi Paschatis. 135. a
Ignatij epistola digna ut ab omnibus legatur. 30. e
Ignatius cum subleuitus est ab Ecclesia Antiochena, ciuitas terramotum corruit. 56. a
Ignatius martyr in Africa sub Decio. 432. a
Ignominiosa missio qua Ignotum Deum qui adorabatur. 56. a
Illuminata uirgo martyr Tuderij sub Diocletiano. 762. b
Imagines quas habebant Basilidiani. 66. b. c
Imaginum cultus apud Carpocratem qualis. 73. b
Imaginum cultus quis legitimus. ibid.
Imago Iouis Pluuij, & declaratio eius. 208. e. 209. a
Imago asini exposita in derisionem Christianae religionis. 283. a. b
Imaginum antiquus usus. 323. e
Imagines pastoris ouem humeris gestantis in sacris uasis posita. 323. c. d
Imaginum hareticorum occasione, calumnia Nouantia. 65. a
Immolatio infantium Christianis obiecta. 70. a. b
 Vide, Calumnia
Imperatores consecrati dij, & qua impostura & superstitio. 315. e. 316. a
Imperatores Gentiles in sua familia habuisse Christianos. 387. b. c
Imperatores Christiani purgarunt fordes Vrbs. 345. a
Imperatores subditi sint Episcopis. 35. c
Imperatori uenienti in Urbem, quo modo occurrere solitum, & quid tunc agi Roma. 275. a
Imperatoris electio à militibus ad Senatum reiecta. 641. a
Imperium Romanum dire afflictaum cladibus multiplicibus ob necem Christianorum. 130. d. e. 487. d. e. 498. d. e
Imperij status mutatus, prout Gentiles erga Christianos se habuerunt. 487. d
Imperij Romani diuisio inter Galerium & Constantium. 772. b. c
Impietas maximum omnium scelus, ob idque Christiani dirissimas penas subierunt, quòd impij crederentur. 144. d
Incendium Alexandrinum. 360. c
Incendium Nicomediense Christianis calumniosè tributum. 711. e
Incendium Roma sub Commodio Imp. 250. a
 Incen-

I N D E X

Incesum non ponat diaconissi.	228.b	Ioannis Apostoli immortalitas redarguitur.	8.d.e
Indes eunuchus ad fidem conversus, eiusque res geste sub Ga- lerio. 674. e. 700 a. b. eius martyrium.	713.c	Ioannis Apostoli reliquie in honore habita.	9.a
Index Roman. Pontif. ab Honorio Papa collectus.	74.e	Ioannis Apostoli sepulchrum Ephesi.	9.a. & seq.
Indis predicat Euangelium Pantanus.	241.a	Ioannis Apostoli sepulchrum terram vomit.	9.b
Indorum legationes ad Traianum.	25.c.d	Ioannis Apost. proximè morituri ultima verba ad suos.	9.e
Indulgentiam non nisi verè pœnitentes recipiunt.	480.e	Ioannis Apostoli atas. 11. a. b. eius sacerdotium quoto anno sue atatis incidit. 11. a. ultimus Apostolorum mansit in vita.	11.c
Indulgentiam non aufert Ecclesiastica disciplina.	474.b.c	Ioannis Apostoli martyrium quale.	11.b
Indulgentia non conceditur absque aliqua precia satisfac- tione.	423.b.c. 430.a	Ioannis Apost. scripta in Elxai heresim.	24.e
Indulgentia signo numismata expressa.	311.a.b	Ioannis Apost. apparitio cum Dei Genitrice facta Gregorio Thaumaturgo.	377.c
Indumenta Christianorum cuius coloris esse solerent.	262.e.	Ioannis Apost. tolerantia Iudaici moris, celebrandi Pascha- ris luna decimaquarta.	134.e. 268.c
263.a. & seq. 264.a. & seq.		ipse autem diei Dominice predicator.	135.b
Indumenta Episcoporum qualia olim.	559.b	Ioannis Apost. scripta commendata à Platonis.	382.c
Infans qui dicitur apud Afros.	741.e	Ioannis Damasceni error corrigitur.	15.a
Infames persone solita congeri de Christianis.	287. a. b	Ioannis discipuli Domini auditor Ioannis Apostoli.	59.d
Infamia gravi laborabant Christiani ex Gnosticorum turpi- tudinibus. 70.e. 71. e. 72. d. Vide, Calumnia.		interdum acceptus pro auditore Ioannis Apostoli.	59.d
Ingenes martyr Alexandria sub Decio.	436.a	Ioannes Philoponus redarguit Proclum agentem aduersus Christianos.	186.c
Ingenius acclamatus Imperator.	561.b	Ioannes martyr Roma cum sociis sub Valeriano.	532.e
Initiatio ab impostore excogitata.	115.e	Ioannes presbyter Rom. sepelitur martyres.	609.a. 760.d
Innocentius subdiac. martyr Roma cum Sixto Papa.	550.a	ipse quoque martyr.	760.d
Inquiri vetiti Christiani à Traiano.	235.a	Ioannes filius Marciani, martyr sub Dioclet.	760.c
Inquiri iussi Christiani sub Sennero.	292.c	Iob Christianus dictus Eustachius martyr.	62.e
quam periculosè id tentari.	293.b	Iocundinus martyr in Gallia sub Aureliano.	625.e
Inscriptio Hadriani Imp. ob beneficia collata Romanis & debita dimissa.	62.b	Ionatha Paraphrasis existimata Theodotionis.	241.d
Inscriptio gemme Basilidianorum.	66.c	Iosephus Iudæus historicus refellit commentum de cultu ca- pitiis asini.	283.c
Inscriptiones restantes Legionem Fulminatricem antiquitas sic dictam.	206.a. b.c	Ionilla martyr insignis in Gallia sub Marco.	224.b
Inscriptiones insculpte columnis de Christiana religione de- lecta.	771.c. d	Iovinus schismaticus.	224.b
Instrumenta tortoria. 413.c. Vide, Cruciamenta, Tormenta		Iouis Olympi templum Athenis ab Hadriano dicatum. 80. a	
Insula fertili comparata Ecclesia.	169.e	Iouis Pluvij simulacrum in columna Antonini excelsum.	208. b. c. d
Insula sterili heresis similis.	170.a	Iouis diversa nomina ex diversis causis.	208.e
Interpretatio Theodotionis quando innotuit.	240.c	Iouis statua in loco resurrectionis Domini collocata ab Ha- driano.	94.c
Quarta dicta, cum sit Tertia.	241.b	Iouis templum Ierosolymis ab Hadriano erectum.	94.a
Interpretatio Quinta dicta quando apparuit.	329. e	Iouita martyr cum Faustino Brixia sub Hadriano.	76.b
Interpretatio Sexta ab Origene reperta.	350.e.	Iraides martyr Antinopoli in Aegypto sub Hadriano.	89.d
Interpretatio Septuaginta quando facta: an prima omnium.	353. d. e. 354. a	Irene cum Agape & Chionia martyr Thessalonice sub Dioclet. earamque Acta.	779. a. & seq.
355. d. e. 354. a. quantà temporis ante Christum. 355. c. d		Irenæus adolescens audivit Polycarpum. 165. e. itemque Papiam. 230. b. missus in Gallias à Polycarpo. ibid.	200. d
diuino consilio elaborata. 355. d. diuinoque afflata		Irenæus contestationem suis scriptis apposuit.	200.e
Spiritus, eodemque prophetico translata. 356. e. 357. e		Irenæus quando scripsit.	218.e
Interpretatio Septuaginta an perierit incendio Alexandri- ano.	360.b	Irenæus missus legatus ad Eleutherum Papam.	229.a
Interpretatio Septuaginta restituta modò opera R. D. An- tonij Carasa S. R. E. Cardinalis.	369.b	Irenæus quid Romæ egit.	229.a
Interpretatione Septuaginta utebantur Iudæi communiore vsi.	360.e. 361.a	Irenæus pronocat semper hereticos ad traditiones Romanæ Ecclesie.	229.a. b
Interpretatio Septuaginta à quibus fuerit emendata. 361. c. d		Irenæus an sit profectus in Asiam.	ibid. b
Interpretatio Septuaginta quo modo à Iudæis cepta depra- uari.	361. b	Irenæus quando creatus Episcopus Lugdunensis.	230.a
Interpretatione Septuaginta vsi sunt Apostoli.	362. b. c	Irenæus quando scripsit aduersus Valentinianos.	230.c
Interpretatio Septuaginta dicta Vulgata & Cõmunis.	363. a	Irenæus quid aduersus Eborinum & Blastum. 230. c. 305. c	
Interpretatio Septuaginta non eadem apud omnes.	363. c	Irenæus reuersus in Gallias.	231. b
Interpretationes Vetus & Noua que dicta sint.	364. d	Irenæus accusat nimiam seueritatem Victoris Papæ, sed an iuue.	269. b. c. e
Interpretationes diuersa ab Origene collecta atque ordine dis- posita.	351. e. 352. b. 353. c	Irenæus conciliator pacis inter Catholicos.	269. e
Interpretes Nouantes damnantur.	367. e	Irenæus qua scripsit. 230. e. quando scripsit.	231. b
Interpretari sæpè diuinas Scripturas, nec maioribus acquie- scere, hereticorum est.	308. b	Græcè scripsit. 231. c. Græcèque notiora olim ea fuisse quàm Latinis. 205. d. scriptor dictus est Aposto- licorum temporum.	ibid.
Intercessio sanctorum nobis proficua. 626. c. Vide, Marty- ros, Cultus.		Irenæus quando martyrio coronatus est.	305. b
Inuentarium dictum Breue, atque Commemoratorium.	106. d. 640. b. 752. a	Irenæus martyr cum Abundio Roma sub Valeriano.	551. b
Ioannis Apostoli & Euangeliste obitus.	8. c. d. 9. b	Irenæus martyr cum Antonio & aliis Roma sub Valeriano.	574. a
Ioannis Apostoli obitus quando & ubi contigit.	8. b	Irenæus mart. cum Musiola in Etruria sub Aureliano.	625. e
Ioannes Apostolus piè creditur ad Deum cum carne assum- ptus.	10. b	Isaac Episcopus Iannensis.	681. b

Isacius

I N T O M V M I I. A N N A L. E C C L E S.

Isacius martyr in Pisidia sub Dioclet.	790. e	Iudas Ischariotes laudatur à Caianis.	114. d
Ischyrion martyr Alexandria sub Decio.	436. b	Iudas Episcopus Ierosolymitanus.	79. d
Isidis cultus à Romanis sæpè reiectus, ac tandem mira cele- britate acceptus.	126. c. e	Iudices Ethnicis adhibiti in controversiis cum hereticis.	332. b. 631. c
Isidis festa ludibriis plena representari ab indisciplinatis Christianis ante tempora Quadragesimæ.	240. b	Iudices quo ritum ferre solerent sententiam capitis.	653. c
Isidis sacra magno pretio in Vrbe.	239. d	Iudicia capitalia in Christianos iniquissima. 127. d. 147. a.	
Isidis sacris ex Consule apostata initiatur.	239. b. c	Vide infra, Persecutio.	
Isidori duo confusi sæpè reperuntur.	15. b	Iudicia peregrina quando adenda à Fidelibus.	481. e
Isidori sententia de Canonibus Apostolorum.	ibid.	Iudicij extremi predicatione perterrefacti Gentiles.	213. b
Isidorus hereticus, Basilidis filius, & eius scripta.	67. d	Iulia martyr in Africa sub Decio.	422. d
Isidorus martyr cum sociis in Aegypto sub Decio.	435. e	Iulia martyr Casaranga sub Diocletiano.	765. e
Italia extrema pars inuasa à Germanis sub Gallieno.	585. b	Iulia martyr Emerita sub Dioclet.	766. d
ex Italia Gentiles in Pontum conuolunt ad Esculapium apparentem.	114. a	Iulia martyr in Gallia sub Marco.	223. d
Italica ciuitas in Hispania, ex qua Traianus oriundus.	2. a	Iulia martyr Vlyssippona sub Diocletiano.	766. b
Italicus Praes in Gallia persecutor sub Hadriano.	76. a	Iuliana martyr in Palaestina cum Paulo.	627. a
Itinerarium Clementis.	18. e	Iuliana martyr cum Cyrene Tarfi sub Dioclet.	790. c
Iubaianus Episcopus consuluit Cyprianum.	518. e	Iuliana virgo hospes Origenis tempore persecutionis.	309. a
Iudæi in Aegypto rebellant sub Traiano.	55. a	Iuliana virgo dedit Origeni Symmachi interpretationem.	299. b
eorum immanitas in Romanos & Græcos.	55. a	Iuliani duo ministri S. Cypriani in martyrio.	557. a
Iudæi rebellantes deestant Cyprum.	55. b	Iulianus Apameæ Episcopus.	181. e
lege vetiti adire Cyprum.	ibid.	Iulianus Apostata quid de Traiano.	7. b
Iudæi in Mesopotamia rebellant.	ibid.	Iulianus Apostata aufert frumentum donatum Christianis.	142. e
Iudæi aduersus Gentes aliquando victores.	57. d	Iulianus Imp. post Pertinacem.	251. e
Iudæi sæpè à Romanis deficere diuersis temporibus.	75. e	tempus eius Imperij.	252. a
Iudæi rebellant tempore Hadriani.	82. a	spoliatur Imperio ab exercitu Romano.	ibid.
Iudæi collocant praesidia in cuniculis excavatis.	82. a	Iulianus Episcopus Ierosolymitanus.	133. d
eorum lutebra instar cameteriorum.	82. b	Iulianus Iunior Episc. Ierosolym.	133. d
Iudæi rebellantes concutiunt Orbem.	82. d. & seq.	Iulianus Episcopus Alexand.	235. a
Iudæi persecuti sunt Christianos sub Hadriano.	82. e	obitus eius.	246. e
Iudæi iterum sub Hadriano rebellant.	91. d	Iulianus magnus.	202. e
Iudæi iterum rebellant sub Antonino Pio.	103. d	Iulianus filius Symphorosa, martyr cum fratribus sub Ha- driano.	96. d
Iudæi iterum rebellant sub Sennero Imp.	272. b	Iulianus martyr Sora sub Marco.	192. d
Iudæi à Quietio compressi, auclaque eorum clades maiores in- dies.	272. e	Iulianus martyr cum Euno Alexandria sub Decio.	435. b
Iudæi Alexandria occisi omnes.	57. d	Iulianus martyr Brinata in Gallia sub Dioclet.	764. c
Iudæi dira passi sub Hadriano.	91. d. 93. d	Iulianus martyr cum sociis in Africa sub Valer.	562. d
Iudæi vetiti accedere in Palaestinam.	92. d. e	Iulitta martyr cum Quiriaco puero Tarfi sub Diocletiano.	785. c
iterum hac lege coerciti.	272. e	Iulitta vidua mart. Casareæ in Cappad. sub Dioclet.	785. c
Iudæi nec glebam quidem terra in Orbe possidebant.	93. e	Iulius Africanus Consul & Praefectus.	54. d
Iudæi ab Antonino Pio iterum compressi.	103. d	Iulius Africanus legatus pro restituenda Nicopoli.	335. b
Iudæi compressi sub Sennero.	272. c.	Iulius Africanus scriptor Ecclesiasticus.	335. b
ab eodem iterum vitli.	291. c	Iulius Capitolinus in Christianos infensus.	141. d
Iudæi à Pescennio Nigro dire afflicti.	272. c	Iulius Capitolinus errat in annis Lucij Imp.	171. e
Iudæi falsa pacis oraculo decepti.	ibid.	Iulius Capitolinus quando floruit.	141. c
Iudæi à Claudio latrone grauiam passi.	272. c. d	Iulius Cassianus auctor Doctrinarum hereticorum.	247. d
Iudæi vetiti à Sennero circumcidi.	294. c	Iulius Celsus Iureconsultus.	339. d
Iudæi à Sennero quoque vetiti accedere in Palaestinam.	272. e.	Iulius martyr in Gallia cum sociis sub Marco.	223. d
312. c		Iulius martyr Roma Senator sub Commodò.	249. a
Iudæi deteriores omnibus barbaris.	212. d	Iulius miles martyr in Mysia sub Alexandro.	345. d
Iudæi ubique saltem verbis solui exagitare Christianos.	312. b. 447. d. e	Iulius martyr in Britannia sub Dioclet.	767. d
Iudæi studuerunt corrumpere editionem Septuaginta.	361. b	Iulius martyr in Numidia cum sociis.	731. e
Iudæi plurimi profecti in Aegyptum.	354. c	Iulius Maximinus Imp. persecutor. 587. a. b. Vide, Maxi- minus.	339. d
Iudæi in deserto coluerunt Apim.	77. a	Iulius Proculus Senator an fuerit Christianus.	249. e
Iudæi cum Christiano disputatio.	312. a	Iulius Sennerus contra Iudæos missus.	75. b
Iudæorum calumnia redundantes in Christianos.	70. d	Iunius Donatus Praefectus Vrbs.	533. e
Iudæos affligentes magna à Deo sunt consecuti beneficia. 2. a. b		Iurabant Christiani Imperatoribus fidem.	163. b
Iudæorum porte insculptus porcus.	92. e	Iuramentum per Genium Imperatoris praestare recusabant Christiani.	289. b. 290. b
Iudæis tribuitur cultus Bacchi & Adonidis à Plutarcho.	284. e. ab illo & aliis item cultus asini. 283. e. 284. a.	Iuramentum per corpus & sanguinem Christi, à Nonatiano exactum à suis.	466. d
Iudæis necnon cultus porci.	284. d	Iuramentum militare quale exhibebant Christianis Geni- les.	682. b
Iudæus baptizatus arena scilicet.	235. c	Iurare per vitam Imperatoris non renuebant Christiani. ibid.	ibid. c
Iudaicum bellum sub Traiano.	55. a	à Francis explosum eiusmodi iuramenti genus.	ibid. c
Iudaicum bellum sub Hadriano.	91. d		
Iudaicum bellum sub Antonino Pio.	103. d		
Iudaicum bellum sub Sennero.	272. b. c. d. 291. e		
Iudæus scriptor Ecclesiasticus sub Sennero.	294. d		

Annal. Eccl. Tom. 2.

d Iure

*Iure antiquo Romanorum Christiani, ut qui peregrinam in-
nebreant in Urbem religionem, plebendi.* 144.c
Iureconsulti Christianis infensi atque molesti. 339.d. e. 342.a
*Iureconsultorum responsa & leges Imperatorum hostium
Christianorum non respuit Ecclesia.* 342.b.c
*Iureconsultus Nicomedia verbis & scriptis exagitat Chri-
stianam religionem.* 715.b
Iusta martyr in Gallia sub Marco. 223.d
Iustus martyr Treueris sub Dioclet. 763.a
Iustus martyr in Gallia sub Marco. 223.c
*Iustus philosophus Platonius Samarita quo tempore re-
cessit a patria.* 83.b.c
*Iustus philosophus quo impulsu Christianam religionem
professus est.* 83.c. & seq.
Iustus philosophus scrutatus omnes scholas philosophorum.
83.b.c.d
Iustus philosophus acquieuit magis Platonis. 83.d
*Iustus philosophus ab incerto homine fidem Christianam
didicit.* 84.a
*Iustus philosophus quando scripsit Apologiam ad Antoni-
num Imp.* 107.c. 127.b
Iustus philosophus numerat tempus ab annis Christi. 107.d
*Iustus philosophus contempsit edicta Imp. de legendis libris
Prophetia.* 108.b
Iustus philosophus impugnat Valentinum haeresiarum.
112.b
Iustus philosophus usus est magna libertate in dicendo.
127.c. 149.a
Iustus philosophus cur Marco Imp. philosopho odiosus.
145.e
Iustus philosophus redarguit Crescentem Cynicum. 146.a
*Iustus philosophus patitur persecutionem a Crescente Cy-
nico.* 146.d
*Iustus philosophus scripsit Apologiam secundam ad Se-
narum tantum.* 147.b
Iustus philosophus rogat suam legi Apologiam. 149.b
Iustus philosophus coronatur martyrio una cum sociis.
150.b.c. eorum martyrii Acta. *ibid.* & seq.
Iustus philosophus ubi hospitatus in Urbe. 151.a
Iustus philosophus stabilis in fide Christi. 151.d
Iustus philosophus quo die martyrio coronatus. 150.a
Iustus philosophus quot annos vixit. *ibid.*
Iustus philosophus qua scripsit. 152.b. & seq.
de eius epistola scripta ad Papam. 153.a
*Iustus cur in Apologia tam manifeste euulgat sacra Chri-
stianorum mysteria.* 128.a
Iustus martyr in Gallia sub Diocletiano. 763.a
Iustus Episcopus Alex. creatur. 75.d. moritur. 90.e
Iustus Episcopus Ierosolymitanus. 52.e
Iustus Episcopus Viennensis. 154.c.
ad eum scripsit Pius Papa. *ibid.*
passus est martyrium sub Marco. 158.a
Iustus martyr in Gallia sub Aureliano. 625.e
Iustus cum sociis Romae sub Caio Papa baptizatur. 650.e
Iustus martyr Tergeste sub Diocletiano. 762.e
Iustus puer martyr Bellouaci sub Diocletiano. 764.d
*Iustus puer cum fratre Pastore martyr in Hispania sub Dio-
cletiano.* 766.e
Iuuenalis presbyter, comes Marcellini Papa. 724.b

K.

Kataphryge haeretici. 186.c. & seq. Vide, *Cataphry-
ge, Montanus, Montaniste*
Kata Proclum dicti haeretici. 185.e. Vide, *Proclus, &
Proclus.*
Kata Aethyrem dicti haeretici. 185.e
Kadagoi volebant dici Noniani. 474.e
Kepurostos, sic dicta legio Christianorum militum. 202.e
Klimes quid apud Romanos. 578.e

L.

Lacerna, sive lacernus birrus, vestis Episcoporum.
558.c. Vide, *Birrus.*
*Lactantius iuste conquestus de Iureconsultis in Christianos
iniquissimis.* 339.e. 340.a
Lactantius celebris orator, eiusque lucubrationes. 716.e
*Lactantius Nicomedia docet Rhetoricam tempore persecu-
tionis Diocletiani.* 714.b.c
Lactantius quodnam inierit in scribendo consilium. 717.c
*Lactantius iniuste redarguit Cyprianum ad Demetrianum
scribentem.* 501.b
Lactis & mellis gustatio post Baptismum. 677.a
Latantius martyr cum sociis in Africa sub Senero. 290.a
*Latius Praefectus successit Philippo Christiano in praefectura
Augustali Aegypti.* 295.d
*Laica communitio tantum datur lapsis clericis penitentibus,
idque etiam seruetur in lapsis Episcopis.* 470.d. 511.e.
518.c
Laica communitio. Vide, Communicatio.
*Laici probata vita & scientia docuerunt aliquando publice
in Ecclesia.* 349.d
*Laicos homines à tabernis fabrilibus pulpituum conscendere
apud Nouatores.* 256.b
Lambda Episcopus Ierosolymitanus. 690.e
Lampades ardentes gestabant Quiniliiani haeretici. 186.e
Lampridius historicus quando vixit. 330.d. 772.a
Lanary vici duo in Urbe. 248.e
Laodicenorum chronologia. 642.c
Laodicius martyr Heraclea sub Marco. 192.d
Lapidari soliti Christiani Ephesi. 453.a
Lapsi tempore persecutionis sub Marco. 215.a
Lapsi quamplurimum tempore persecutionis sub Decio. 414.a.
433.c. 434.e. 439.a
Lapsi tempore persecutionis sub Dioclet. 791.a
Lapsi à Praesidibus afflictati. 217.c
Lapsi recipiuntur à martyribus. 222.c
Lapsi respicientes martyrium consequuntur. 218.d.e
Lapsi restituti à martyribus. 222.c
Lapsi penitentes reuocantur à Tertulliano. 321.a.b
Lapsi diuersi generis. 414.b
*Lapsi soliti adire martyres pro pace & communitioe postea
consequenda.* 423.c
Lapsi importunitate nimia agebant. *ibid.*
Lapsi mitti soliti ad martyres, ut magis erubescerent. 424.b
Lapsi non nisi per Episcopos reconciliari solebant. 424.d.e
*Lapsi à martyribus tantum libellum supplicem accipiebant,
non autem reconciliationem.* 424.c
*Lapsi cur interdum magna temeritate irrumpebant in Eccle-
siam.* 425.e. eos acriter redarguit Cyprianus. 427.d
*Lapsi non festiue, sed magna maturitate & consilio reci-
piendi.* 426.a
Lapsi procaces, & in Episcopos contumeliosi. 425.e
*Lapsi communicantes sine consensu Episcopi excommunican-
tur.* 428.c
*Lapsi recipiendi, qui tamen mansueti essent, humilesque, &
non procaces.* 427.d. 429.c
*Lapsi qualiter recipiendi essent, sancitum Romae decretum
in Concilio.* 429.b.c
*Lapsi reuocati ad penitentiam, receptique à martyribus in
Aegypto.* 436.d.e
Lapsi ex temeritate redditi securi. 444.c
Lapsi visitabant martyres in carcere positos. 449.e
Lapsi reddita pace, magno impetu obrudunt se in ecclesiam.
460.a
*Lapsi non indistincte omnes simul, sed habito cuiusque sati-
factionis delictu restitendi.* 460.a
habendus de lapsis delictus. 469.e. 476.d
Lapsi admonentur à Cypriano, scripto commentario. 460.a
Lapsi à Deo puniunt, & prodigis perterriti. 460.c.
Lapsi

Lapsi ut satisfaciant Ecclesiae, admonentur. 461.b
*Lapsi qui & quo modo restituendi, in Concilio Africano
actum est.* 469.e
*Lapsi Episcopi, sic recipiendi penitentes, ut tantum commu-
nicem inter laicos.* 463.d
sic ceteri sacerdotes & clerici minores. 513.a
Lapsi penitentes admissi à Concilio Romano. 470.c
*Lapsi penitentes, urgente persecutione, etiam non absoluta
penitentia recipiuntur in Ecclesiam.* 476.e
Lapsi quibus decretis coerciti. 481.b
*Lapsi non admitti solebant ad Ecclesiam sine plebis consen-
sione.* 481.b
Lapsi restituti confessi sunt postea Christum. 493.c
Lapsi confessores restituti à Cornelio Papa. 473.b. 476.d
Lapsi non inconsulte danda pax à martyribus. 424.b
Lapsis indulgentia qua consideratione danda. 482.d.e
*Lapsis pro diuersitate delicti danda penitentia: quanam
fuerint eiusmodi penitentiae. Vide, Canones penitentiales.*
Lapsorum causa duo inter se contraria oborta schismata.
480.d.e
Lavarium Alexandri Imperatoris. 336.e
Lavarium Olympi Tribuni. 531.c
Largus, martyr Aquileia sub Diocletiano. 650.a
*Largus cum Cyriaco & Smaragdo Roma ministrat confes-
sibus laborantibus in Thermis.* 689.d
Larones à Marco scripti milites. 168.b
Lauream gestare soliti milites, cum acciperent donatum.
277.d.e
Laureati milites etiam Christiani. 277.d.e
Laureati postes Christianorum. 276.b
Laureatus Senatus occurrit Senero Imp. 275.a
Laurentius martyr Ancona sub Diocletiano. 762.b
Laurentinus martyr in Tuscia sub Decio. 454.b
Laurentius martyr in Africa sub Decio. 432.a
*Laurentius martyr Roma sub Valeriano, eiusque martyrii
Acta.* 550.b
Lauri soliti cohobere risum Senatores. 248.d
Leitores in Ecclesia Africana qui dicebantur. 432.d
Leitorum munus legere Evangelium. *ibid.*
Legatio Cypriani ad confessores. 546.a
Legatio Cypriani ad Orientales. 521.c
Legationes diuersarum Ecclesiarum ad Ignatium. 30.a.b.c
Legatio Ephesorum ad Ignatium. 30.a
*Legatio Fortunati & Caldonij contra Felicissimum à Cy-
priano missa.* 456.a
Legatio Trallianorum ad Ignatium. 30.b
Legatio Irenaei ad Eleutherum Papam. 228.e
*Legatio à Lucio Rege Britannorum missa ad Eleutherum
Papam.* 238.a.b.c
*Legatio Michaëlis Imp. ad Ludouicum Pium Imp. cum scri-
ptis Dionysij Areopagite.* 39.c.d
*Legatio eorumdem missa Romam ad explorandam electionem
Cornelii.* 463.e
Legatio à Nouatiano missa in Africam. 468.b
Legatio Nouatiani in Africam. 471.e
scelera legatorum. *ibid.*
*Legatio à schismaticis Africanis ad Cornelium Papam con-
tra Cyprianum.* 479.b
Legatio Pabli ad Persas. 692.b
Legatio ad Stephanum Papam ab Orientalibus. 514.d
Legalium usus differentia. 96.a
Leges militares Aureliani aequissimae. 614.a
Leges Solonis & Draconis ab Hadriano restituta. 78.b
*Leges statui ab Episcopis aduersus leges ab Imperatoribus
latas & ius commune.* 510.d.e
Leges Marci de sepulchris. 167.e
*Leges veritati consentaneas, licet ab hostibus & impiis latas,
non reiecit Ecclesia.* 342.b.c
*Leges Vlpianus collegit, quae aduersus Christianos promulga-
Annal. Eccl. Tom. 2.*

te à diuersis erant. 340.d. eorumdem fragmenta. 340.b
Leges Seneri & Antonini mendosa inscriptio. 260.d
Legis Moysi libri semper idem, & nunquam perdit. 233.e
Legibus Romanorum omnes viuere iussit Hadrianus. 91.b
Legum inscriptiones mendosae. 260.d
Lex de muliere pregnantem, ne pariatur donec pariat. 304.b
779.c.d
Lex & Propheta legi soliti in synagoga. 233.e. 234.4
Lex Diocletiani, ut sepeliri possent damnati. 712.d
Lex Iulia de adulteriis ad viros adulteros propagata. 137.e.d
*Lex Ecclesiastica de celebrando Dominico, hoc est Synaxi
habenda.* 744.a
Legalium scrupulosa observatio ab idololatriis taxatur. 281.c
Legio Fulminatrix dicta. 202.e. 204.d. e. 205.e.
dicta eadem Duodecima. 205.e. 206.a
Legio Fulminatrix non reces exorta, sed antiqua. 205.e. 206.a
Legio Melitina in Cappadocia. 204.e
*Legio Thebana ex Christianis militibus collecta, quod sacrifi-
care noluisse, occisa.* 680.e. & seq.
Legiones solite ex nouis militibus suffici. 207.a
Legionum numerus & nomina. 206.a. 311.e
Legionum numerus auctus à Senero. 262.c. 311.e
*Lenonibus dari solite à Gentilibus femina Christiana. Vide,
Femina Christiana.*
Leocadia martyr Toles sub Diocletiano. 766.d
Leones in pace & in praelio cerui qui disti. 278.d
Leones parant martyribus. 672.a
ad Leones Christiani, acclamari solitum in theatris.
Vide, *Acclamatio.*
Leonides pater Origenis martyr, idemque Episcopus. 296.a
Leonilla martyr in Gallia sub Marco. 224.b
Leonis Papa sententia de Manichaeis. 628.e
Leontius Arianus cur se castrauit. 350.a
Leontius cum sociis martyr in Pamphilia sub Dioclet. 790.e
Leontius martyr cum sociis in Lycia sub Diocletiano. 655.a
Leontius Scholasticus redarguitur. 605.e
Leuinus Torrentius Episcopus Antuerpiensis commendatur.
594.e.
scripsit poemata sacra. *ibid.*
Leucius martyr cum sancto Cypriano apparet confessoribus.
564.d
Libellatici qui proprie dicti sunt. 414.e. error aliorum de iis
confutatur. *ibid.*
Libellatici ubique damnati. 415.d
Libellatici fidem Christi negabant. 414.e
Libelli sine auctore nullius sunt momenti. 23.a
*Libelli qui à Christum negantibus recipiebantur, qui & qua-
les essent.* 414.e. 415.a
Libelli diuersi in causa lapsorum. 469.e
Libelli concessionis & indulgentiae dari soliti à Praesidibus.
415.a
*Libelli dari soliti à martyribus in carcere positis de pace la-
psorum.* 422.b. quales ij essent. 424.b.c.
aliquando indiscreti. 424.b
Libelli etiam dari soliti à damnatis ad metalla. 424.d
Libellorum martyrum consuetudo unde manarit. 424.e
Libellorum diuersa genera. 415.b
Libellos scribere esse martyrum tantum. 424.b
Libellus Luciani confessoris. 425.d
Libertus Papa renocat litteras datas Eustathio. 176.b
Libertas Gnosticorum qualis. 74.a
Libidines monstruose haeticorum. 67.a.b
Libra auri quot solidos contineret. 724.e
Libra Occidua quae. *ibid.* c. & seq.
Libra Orientalis diuersa. 724.e
Libri Ciceronis, deos negantes, abolendi Gentilium sententia.
709.c
Libri Christianorum igni damnati à Diocletiano Imp. 708.d
ibid.
dictum de ea re.

I N D E X

Libri Christianorum olim à Gentilibus improbat. 709. c	Littera Episcoporum non nisi per clericos mitti solebant. 427. b
Libri canonici secundum Hebraeorum canonem à Melitone recensiti. 174. d	Littera Formata dicta qua. 105. d
Libri veteris Testamenti an & quo modo ab Esdra restituti. 232. c. d	Vide, Formata.
Libri veteris Testamenti in omnibus synagogis asseruati. 233. e	Littera Gallieni Imp. ad Episcopos de pace reddita Ecclesie. 578. c
Libris apponi solita contestatio. 200. e	Littera Hadriani ad Fundanum Proconsulem. 81. a
Librorum Legis appellatione etiam Prophetas, totamque divinitam Scripturam significari. 358. d	Littera Hadriani Imperat. ad Senatam de Judais debellatis. 91. e.
Librorum cognoscendorum causa agitari solita in Conciliis. 136. a. b	Littera Luciani de martyribus. 425. b
Librorum sacrorum causa, ut proderent illos, torti sunt Christiani. 742. b. c	Littera Manetis ad Marcellum. 633. e
miraculum quod tunc accidit. 742. b. c	Littera Marci Aurel. Imp. de victoria Marcomannica, & miraculo Christianorum. 207. a
Libros omnes simul depravare, non facile: aliter excusandi sunt errores Patrum. 605. c. & seq.	Littera Marci ad Faustinum. 210. a
Libya exhausta bello Iudaico. 77. e.	Littera martyrum Lugdunensium & Viennensium ad Africanos. 214. a
novis repletur colonis. 77. e.	Littera martyrum plurimi estimanda. 433. b
Lictores solitos virga percussere domos. 575. a	Littera Memoriales qua. 106. b
Limina Apostolorum solita visitari etiam tempore persecutionis. 609. d. 618. b	Littera Pacifica qua. 105. e
Limnius martyr in Gallia sub Valeriano. 574. b	Littera Pastorales qua. 106. c
Lindanus Episcopus Gandauensis egregie commendatur. 430. e	Littera Privata hereticis scribi solite. 107. a
Linca indumentum sacerdotale. 558. b	176. d
Linteus inuolui solita corpora martyrum. 538. e	Littera scribi solite in tabulis, chartis, atque membranis. 107. b
Linteus funebre. 584. b	Littera schismaticorum contra Cyprianum ad Cornelium. 482. a
Linteus in regnum sedis Cypriani. 555. d	Littera Severi Imp. ad Philippum Praefectum Augustalem. 294. e
Littera Anastasia ad Chrysgonum. 692. c	Littera Synodales qua. 106. b
Littera Apostolica qua dicerentur. 106. d	Littera Traitoria qua. 106. a. e
Littera Apostolica exscribi solita ab omnibus Ecclesiis, & ad alias mitti. 431. a	Littera Episcopos damnatos ad metalla. 542. c
Littera Aureliani Imperat. de consulendis libris Sibyllinis. 621. b. c	Locus, Ad Nymphas dictus, quis, & ubi. 612. b
Littera Breues qua. 106. d	Locus, Ad Martyres dictus, ubi. 684. e
Littera Canonica qua. 104. e. Epistola Canonica diuersorum. Vide supra, Epistola. 106. b	Locus, Gutta ingiter manans, ubi. 690. d
Littera Circulares qua. 106. b	Locus, Gradus Elagabali dictus, ubi. 661. d
Littera Clerice qua. 106. e	Locus, Apostolorum vestigia dictus. 662. a. 674. d
Littera Chrysgoni ad Anastasiam. 692. c	Locus, Metallum Siguense dictus, in quem deportati damnati martyres. 542. b
Littera Cleri Romani, Sede vacante, scripta ad omnes Ecclesias. 418. b	Locus, Sextus vel Sexti dictus, nobilitatus martyrio Cypriani. 554. a
Littera Cleri Romani promulgata in Africa. 431. a	Locus Romae dictus Petra Scelerata. 244. b
Littera Communitoria qua. 105. e	Locus in Vrbe, Capita bubula dictus. 75. a
Littera Communicatoria qua. 105. e	Locus in monte Celio, Carboniana Area dictus. 527. d
Littera Confessoria qua. 106. c	Locus in Vrbe, Caput tauri dictus. 75. a
quando earum usus abolitus. 797. e	Locus in Aegypto, Cephras dictus, illustratus exilio Dionysij Alexandrini. 537. c. & seq.
Littera Confessorum ex metallo ad Cyprianum. 544. d. & seq.	Logos Basilidis. 64. c
Littera Confessorum schismaticorum in Cornelium Papam scripta, calumniis plena. 472. d	Lollianus acclamatus Imperator. 607. a
Littera Confessorum schismaticorum respicientium. 473. a	Longinus cum sociis martyr in Pamphilia sub Diocletiano. 790. e
Littera Confessorum ex carcere. 562. d	Longinus Philosophus Platonicus laudat Ammonium & Origenem Christianos philosophos. 381. c
Littera Cornelij Papa ad Lupicinum Episcopum Viennensem. 489. a	Longinus philosophus Zenobia Regina magister. 596. d
Littera Cornelij Papa de restitutione schismaticorum. 472. c	occisus ab Aureliano. 624. b
Littera Cypriani ad Cornelium Papam exulem. 489. c	Longinus Legatus à Nonatiano. 468. c
Littera Cypriani ad Stephanum Papam. 517. c	Lucanus hereticus. 119. e
Littera Cypriani ad Episcopos damnatos ad metalla. 542. c	Lucerna argentea in ecclesiis, etiam tempore persecutionis. 734. a
Littera Cypriani ad confesores in carcere constitutos. 546. a	Lucia martyr Roma cum Geminiano sub Diocletiano. 760. e
Littera Cypriani ad Successum Episcopum. 549. d	Lucia martyr Syracusis sub Dioclet. 767. e
Littera Cypriani ultima. 552. c	Lucianus confessor infestus Cypriano. 425. b
Littera decretales qua. 106. c	Lucianus confessor disciplina Ecclesiastica minus custos. ibid. c
Littera Dimissoria qua. 106. a	Lucianus confessor scribit de martyribus. 424. d
Littera Encyclicae qua. 106. b	Luciani editio purgata. 363. a
Littera Eucherij Episcopi Lugdunensis. 681. a	Lucianus legatus à Cypriano ad martyres. 544. a
	Lucianus successor Cypriani in sede Carthaginensi. 559. e.

Lucianus

I N T O M V M I I. A N N A L. E C C L E S.

Lucianus Samosatensis Epicureus quando diem obiit, & quomodo. 173. a	Luxorius martyr in Sardinia sub Dioclet. 767. d
Lucianus Samosatensis apostata à fide Christiana. 173. a	Luxorius iudex & persecutor Fidelium. 6. a
Lucilla martyr sub Valeriano. 531. e	Lycania insula in Tiberi posita, cur sic dicta. 529. b
Lucilla cum Flora martyr sub Valeriano. 572. e	Lycus Ponticus hereticus. 119. e
Lucilla filia Marci Imp. desponsata Lucio Vero. 141. b	Lydia martyr sub Pio. 101. d
Lucilla nuptia Ephefi. 142. a	Lysias Proconsul in Cilicia, senissimus persecutor. & seq. 652. d.
Lucilla à demone arrepta. ibid. curatur. 142. d	
Lucilla Hispana femina factiosa. 31. c. d	
Lucilla colligit reliquias Marcellini & Petri. 728. b	
Lucina matrona sub Gallo sepelit martyres. 492. e	
Lucina alia sub Diocletiano feminas baptizatas suscipit. 650. e	
Lucina matrona alia, quae fuit discipula Apostolorum. 662. b	
Lucina femina Consularis, uxor Piniani Faltonij viri clarissimi. 728. e	
Lucina sepelit Sebastianum martyrem. 662. a	
domum suam in Ecclesiam vertit. 662. b	
Lucij Commodi plures. 147. d	
Lucius Alexandrinus presbyter. 538. d	
Lucius dux aduersus Iudaos bellum gerit. 57. c	
Lucius lapsus, postea factus extorris. 426. b	
Lucius martyr cum Ptolemaeo. 148. d	
Lucius martyr cum Thyrso in Asia sub Decio. 452. b.	
Lucius mari. cum sociis in Africa. 262. d. & seq. 265. a	
Lucius martyr Roma sub Claudio. 609. a	
Lucius Papa quando sedere cepit. 493. a	
Lucius Papa exulat. 493. b	
ad eum scribit Cyprianus. 494. a	
Lucius Papa Romam redit ab exilio. 493. e	
Lucius Papa martyrio coronatur. 507. a	
eius sedis tempus. 507. b	
eius decreta & praconia. ibid. d. e	
Lucius, Antoninus nominari solitus. 143. c	
Lucius Tribunus persequitur Christianos. 607. e	
Lucius Verus Imp. 139. e	
unde Veri cognomen illi adhaest. ibid.	
deligitur à Marco collega Imperij. 140. a	
Lucius Verus accepit coniugem Lucillam filiam Marci. 141. b	
Lucius Verus proficiscitur ad Bellum Parthicum. 140. e	
rediens ab Oriente secum pestem vexit. 168. e	
Lucius Verus proficiscitur ad bellum Marcomannicum. 171. c	
eius obitus & sepultura antiquae Imperij. 171. c. d. e	
Lucius Rex Britanniae mittit legatos ad Eleutherum Papam. 238. a. b	
Lucretia martyr in Hispania sub Dioclet. 766. d	
Lucretius insereus mortem Beatri, occiditur à demone. 729. a	
Lucius dux Iudeorum. 57. e	
Ludere tessera, abhorre à moribus Christianorum. 180. b	
Ludi Saculares sub Senero. 306. e	
sub Philippo. 403. e. 404. a	
Ludonicus Pius Imperator accepit legationem ab Oriente, & libros Dionysij Areopagite. 39. c	
Lugdunenses martyres, eorumque littera ad Africanos. 214. a	
Lugdunenses martyres sub Senero. 305. a	
Lugduni exhibitae carnificina sanctorum martyrum. 214. a. & seq.	
Lugdunenses martyres Eleutherum Papam consuluerunt. 228. c	
Luminum eueriores canes, lenones libidinis. 72. c	
Luminum extinctiones in Synaxibus Carpocratis. 69. c. d	
Luperus martyr filius Marcelli Centurionis. 688. e	
Luperus martyr CasarAugustae sub Dioclet. 765. e	
Lupicinus Episc. Viennensis admoetur à Cornelio Papa de persecutione excitata. 489. a	
Lupulus sacerdos Iouis Capitolini Christo credit. 249. b	
Lupus Praefectus Aegypti sub Traiano. 57. d	
	Annal. Eccl. Tom. 2.

M.

Macar martyr in Aegypto sub Decio. 435. c	Magia in pretio apud hereticos. 68. e
Macarij dicti Manichei. 620. d	Magia tributa ab aliquibus miracula Christianorum. 203. b
Macarius monachus disputat cum Hieracita heretico, & suscitatur mortuum. 665. a	Magia valde studiosus Antoninus Caracalla. 328. d
Macarius, Felix, & Verus scripserunt Acta martyrum Andronici & sociorum. 672. d	Magia studiosi persequuntur Christianos. 328. e
Macarius cum sociis martyr in Gallia sub Marco. 223. c	Magia ad dictus Aurelianus Imp. 616. b
Macedonia cum Eutychemo heretico detrusa in carcerem. 449. c	Magiam seclati philosophi. 382. b
Macedonius martyr sub Hadriano. 101. d	Magicos conatus dissipat Aqua benedicta. 86. b
Machabaeus legatus à Nonatiano. 468. c	Magisteriani qui. 142. d
Macra virgo & martyr Rhemia sub Dioclet. 764. d	Magister Officiorum. 142. d
Macrianus proditor Valeriani. 577. c	Magistratus veritatis cupidi facti Christiani. 651. c
Macrina senior auia S. Basilij, instituta doctrina Gregorij Thaumaturgi in Ecclesia Nocesariensi. 413. c. 609. b	Magistratus Palatinos inuocat Hadrianus Imperator, & angit. 101. c
Macrinus imperat cum Diadumeno. 329. b	Magus Aegyptius depravat Valerianum. 508. c
eius exquisita sententia. ibid. occiditur. 329. d	Magus Aegyptius quid Romae cum Plotino. 384. d
Macrobij Candidi area, sepulchrum Cypriani. 557. b	Magus Alexandrinus excitat populum in Christianos. 408. e. 410. a
Magi inuocant Mercurium. 202. a	Magnesiani legatos mittunt ad Ignatium. 30. c
Magia in pretio apud hereticos. 68. e	Magnilianus Praefes persecutor in Africa. 730. a. & seq.
Magia tributa ab aliquibus miracula Christianorum. 203. b	Magnus Episcopus martyr Anagnina sub Decio. 454. b
Magia valde studiosus Antoninus Caracalla. 328. d	Magnus subdiaconus martyr Roma cum Sixto sub Valeriano. 550. e
Magia studiosi persequuntur Christianos. 328. e	Magnus consulit Cyprianum. 516. b
Magia ad dictus Aurelianus Imp. 616. b	Maiestas spectat ad Imperatorem. 600. b
Magiam seclati philosophi. 382. b	Maiestatis crimen minus habitus delicto impietatis. 144. d
Magicos conatus dissipat Aqua benedicta. 86. b	Maiestatis rei deseruntur Christiani. 275. d. e. Vide, Calumniam.
Magisteriani qui. 142. d	Mala omnia obuencire causa Christianorum, dicebant Gentiles. 168. c
Magister Officiorum. 142. d	Malchion presbyter Antiochenus. 615. e
Magistratus veritatis cupidi facti Christiani. 651. c	Malchion presbyter Antiochenus oppugnat Paulum Samosatenum. 617. e
Magistratus Palatinos inuocat Hadrianus Imperator, & angit. 101. c	Malchus martyr cum Prisco sub Valeriano. 539. b
Magus Aegyptius depravat Valerianum. 508. c	Malchus dictus Porphyrius philosophus. 716. b
Magus Aegyptius quid Romae cum Plotino. 384. d	Mamea mater Alexandri Imperatoris Romam quando uenit. 331. b.
Magus Alexandrinus excitat populum in Christianos. 408. e. 410. a	eius virtutes. ibid. c
Magnesiani legatos mittunt ad Ignatium. 30. c	Mamea Origene vsa est familiarissima. 331. c
Magnilianus Praefes persecutor in Africa. 730. a. & seq.	Mamea deficit ab optima morum institutione. 341. a
Magnus Episcopus martyr Anagnina sub Decio. 454. b	Mamas martyr Casareae in Cappadocia sub Aureliano. 626. c
Magnus subdiaconus martyr Roma cum Sixto sub Valeriano. 550. e	Mamertini carcer in Vrbe. 528. c
Magnus consulit Cyprianum. 516. b	
Maiestas spectat ad Imperatorem. 600. b	
Maiestatis crimen minus habitus delicto impietatis. 144. d	
Maiestatis rei deseruntur Christiani. 275. d. e. Vide, Calumniam.	
Mala omnia obuencire causa Christianorum, dicebant Gentiles. 168. c	
Malchion presbyter Antiochenus. 615. e	
Malchion presbyter Antiochenus oppugnat Paulum Samosatenum. 617. e	
Malchus martyr cum Prisco sub Valeriano. 539. b	
Malchus dictus Porphyrius philosophus. 716. b	
Mamea mater Alexandri Imperatoris Romam quando uenit. 331. b.	
eius virtutes. ibid. c	
Mamea Origene vsa est familiarissima. 331. c	
Mamea deficit ab optima morum institutione. 341. a	
Mamas martyr Casareae in Cappadocia sub Aureliano. 626. c	
Mamertini carcer in Vrbe. 528. c	

d 3

Mamer-

I N D E X

Mamertinus Urbis Praefectus. 5.a
Mamuri vicus, & statua. 679.c
Mamurius statuarius. ibid.
Mandalus martyr Roma sub Aureliano. 625.c
Manes heresiarcha quando prodiit. 428.d.e. 629.b.c
Manes & Manichaeus idem. ibid.
eius genus & origo. ibid. & seq.
Manes deterrimus omnium hereticorum. 629.d
Manes nunquam fuit Christianus. 629.e
Manes ante Curvicius dicitur. 630.c
Manes quid significet. ibid.
Manes decipit Regem Persarum, à quo capi iussus. ibid. e
eius fuga. 631.a
reversus in Mesopotamiam. 631.b
Manes disputat cum Tryphone presbytero, & vincitur. 629.
item cum Archelao Episcopo, delectis iudicibus Genti-
libus. 631.b.c
visus iterum fugit. 632.b
Manes tentat Marcellum, ad quem scripsit. 631.b.c
Manes se esse Paracletum mentitus est. 630.e. 632.c.d
Manes quomodo se dicebat Apostolum à Deo missum. 635.a
Manes qua dogmata docuit. 633.a. 635.c. & seq.
Manes blandiloquentia seducebat Fideles, etiam qui vide-
bantur sapientes. 633.e. 639.b
Manes duo vel plura adinuicem Principia. 635.c.d
Manes execrabatur pauperes, vetans, ne quis illis faceret
elemosynam. 635.d
Manes patriarcha Hagiomachorum, execrans reliquias &
memorias eorum. ibid. d.e
Manes que scripsit. 635.b
Manes ridiculam purgationem animarum introducebat.
635.e. 636.a
Manes de Christo quid senserit. 636.a.b
Manes quid deliravit de rebus quae fiunt in celo. ibid. c.d
Manes quingue excogitat elementa. ibid.
Manes portentosos excogitavit visiones. 637.b
Manes omnem statum civilem dissolvit. 637.d
Manes in multis emulatus Ecclesiam Dei. 637.d
quam introduxit hierarchiam. 638.b
Manes an baptizavit. ibid.
Manes quale consilium inierit, ut propagaret heresim. 638.e
Manetis discipuli qui fuerint. 638.c
Manichei heretici à Manete, iidem Catharistae, Macarii, &
Mundatores dicitur. 630.d
item dicitur Martarij. 632.d
Manichei praemis execrationibus horrendis cibum sume-
bant. 632.e. 633.a
Manichei perperam colunt virginitatem. 638.c
Manichei proscripti edicto Diocletiani Imp. 663.b.c
Manichei mox Africam inuaservunt. ibid.
Manicheorum turpitudines horrendae. 633.a
Manicheorum artes in decipiendis hominibus. 639.b
Manicheorum heresis acerrimus omnium errorum & impie-
tatum. 637.d
Manicheorum errores iam temporibus Apostolorum consu-
tati. 634.d.e
Manicheorum hereses uno argumento prostratae. ibid. e
Manicheorum hereses qui impugnarint. 639.e
Mappalcius Carthagine illustis confessor. 422.b
eius prudentia atque modestia. 425.c
Maprilis martyr in Portu Romano sub Alexandro. 347.e
Marcella martyr Alexandriae sub Senero. 299.e
Marcella uxor Ambrosij. 333.c
Marcellianus martyr cum Marco Roma sub Diocletiano.
650.b. 660.e
Marcellina Cynosticorum famosissima. 156.c
Marcellini Papa creatio. 680.b
Marcellini Papa nomen cum Marcello confusum saepe.
680.c. 757.d

Marcellinus Papa epistola ad Salomonem. 680.d
Marcellinus Papa exhortatur Thebanos milites Christia-
nos. ibid. e
Marcellinus Papa an re vera lapsus. 723.e. & seq.
Marcellinus Papa suo iudicio à trecentis damnatur Episcopis.
756. per totum.
Marcellinus & alij Pontifices Romani calumniam passi à Do-
natistis. 426.a. & seq.
Marcellinus Papa martyrio coronatur. 774.d
sepultura, ac tempus eius sedis vacationis. 775.a.c
Marcellinus presbyter Romanus martyr Roma cum Petro
sub Diocletiano: eius martyrii Acta, & sepultura, & epi-
taphium Damasi. 728.a.b. & seq.
ipsis Ecclesia à Constantino erecta. 727.b
Marcellinus cum sociis passus Roma sub Decio. 417.a
Marcellinus cum sociis Persiae passus sub Dioclet. 454.b
Marcellinus Rom. Eccles. diaconus passus Roma sub Vale-
riano: eius martyrii Acta. 527.d. & seq.
Marcellus V. C. tentatur à Manete. 633.e
Marcellus Centurio martyr in Mauritania, eiusq; martyrii
Acta. 688.e. & seq.
eiusdem Marcelli filij martyres. 688.e. 766.a
Marcellus martyr in Gallia sub Marco. 223.e
Marcellus martyr Spoleti sub Diocletiano. 697.e
Marcellus Papa quando sedere cepit. 775.c
confusum interdum eius nomen cum Marcellino. 680.e
Marcia mater Marci & Marcelliani martyrum. 650.e
Marcia martyr in Campania sub Diocletiano. 761.e
Marcia concubina Commodi fauit Christianis. 236.e
Marciana martyr in Mauritania sub Diocletiano. 731.a
Marcianus Iureconsultus sub Alexandro. 339.d
Marcianus Episcopus Arelatensis Novatianus. 512.e
Marcianus & Martiades Pseudoprophetae. 200.a
Marciannus martyr cum Ioanne apud Urbem sub Diocletia-
no. 760.c
Marcianus martyr cum Nicandro Venasi sub Diocletiano.
762.a
Marcion heresiarcha quando prodiit. 115.d. & seq.
Cerdonis fuit discipulus. 115.e
eius genus. 116.d
Marcion ex philosopho Stoico factus Christianus, enasit here-
siarcha. 116.c
Marcion intulit stuprum virgini, & à patre Episcopo excom-
municatus Romam venit. 116.d.e. 132.b
Marcion ab Ecclesia Romana eiectus. 117.b. 132.b
Marcion quas hereses adinuicem. 117.e. & seq.
Marcion plures deos induxit. 117.d
ponit Materiam Deum, Malum principium. 118.a
Marcion respuit vetus Testamentum, & mutilat nouum. 118.b
Marcion super Apostolos se erexit. 118.b.c
Marcion reiciebat coniugatos, & execrabatur creaturas.
118.c.d
Marcion iterum baptizabat. 118.e
Marcion Romam iterum venit, deposuitque sua sesteritia
apud Romanam Ecclesiam. 157.c.d
quanto tempore Roma mansit. 157.d
Marcion Romae agens exomologesin, qua conditione susceptus
ab Ecclesia Romana. 158.a
Marcion relapsus recipit sua sesteritia. 157.e
Marcion gratis Marco Imp. quia erat Stoicus. 231.d
Marcion Romae occurrit Polycarpo. 158.a
Marcion plurimum obtulit Ecclesiae. 119.b
Marcion que scripsit. 119.a
Marcion omnium hereticorum deterrimus. ibid.
Marcionis discipuli. 119.e
Marcionis heresis non citò extincta. 119.b
Marcionis heresim Patres oppugnavere. 119.c
Marcionite ob odium Creatoris & creature cupidi erant
martyrii. 301.c
Marcio-

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

Marcionita pseudomartyr. 166.d
Marcionita nomine Metrodorus pseudomartyr. 451.d
Marcionita mulier quaedam pseudomartyr. 539.c
Marcionita pseudomartyres plures. 119.a
Marcionita cur ieiunabant sabbato. 118.e
Marcionita senis historia. 118.d.e
Marcus Tubero bellum agit aduersus Iudeos. 57.e
Marcomanni in Romanos insurgunt. 171.c. 229.c
Marcomannica expeditio, & eius apparatus. 160.e
ad eam armati gladiatores, serui, latrones, & alij. 168.a.b
Marcomannico bello periclitatur exercitus Romanus opera
Alexandri impostoris. 140.e. 172.a.c.d
Marcomannico bello periclitans sui & multitudine hostium
exercitus Romanus, precibus Christianorum militum libe-
ratur. 201.a. 202.a. & seq.
Marcus Junior Episcopus Alexandrinus creatur. 109.d
moritur. 129.e
Marcus Aurelius unde nomen & cognomen accepit. 139.e
140.a. philosophus Stoicus. 145.b
Marcus Aurelius Imp. allegit Imperij collegam Lucium.
140.b
Marcus Aurelius litteris accersit Abercium Episcopum.
142.b
Marcus Aurelius dicit frumentum annum Abercio Episco-
po pauperibus Hierapolitanis erogandum. 141.c. 142.e
Marcus Aurelius cogitur auxilium petere à Christianis ad-
uersus demones. 143.a
Marcus Aurelius desponsat filiam Lucillam Lucio Vero.
141.b. 142.a
Marcus Aurelius predicatus elementissimus. 144.a. 210.a
Marcus Aurel. edictum promulgat, ut omnes diis sacra fa-
ciant. 144.b.c
Marcus Aurel. rescripsit aduersus Christianos. 144.c
qua occasione scuit in eos. 144.d. 145.b
Marcus Aurelius laborat pro restituenda superstitione col-
lapsa. 160.e. 161.a. ipse superstiosissimus. 144.e. 145.c
Marcus Aurelius affluat gloriam. 145.a
parcit Casto tyranno. ibid.
Marcus Aurel. in magno pretio habuit philosophos. 145.d
magistros magnopere coluit. 145.c
Marcus Aurel. cur infensus fuit Iustino philosopho. 145.e
Marcus Aurel. triumphat de Partibus. 160.d
Marcus Aurel. parat expeditionem in Marcomannos. 160.e.
168.a.b. profectus rediit Romam. 172.b
Marcus Aurel. acerrime persequitur Christianos. 160.c
Marcus Aurel. in Marcomannos agens, deceptus ab Alexan-
dro impostore, amittit magnam partem exercitus. 172.c.d
Marcus Aurel. diuino miraculo subactis Marcomannis, quid
de ope Christianorum ad Senatum. 207.a. & seq.
Marcus Aurel. confunditur saepe cum Lucio. 140.b. 143.c
Marcus Aurel. aliquam fidem praestat expulsoribus demo-
num. 142.a.b
Marcus Aurel. edictum promulgat pro Christianis. 207.d
diu viguit. 207.e
Marcus Aurel. quid ad Faustianam scribat. 210.a
Marcus Aurel. ampliat legem maiestatis. 211.b
Marcus Aurel. concessit Christianis, sine honoribus. 211.e
Marcus Aurel. Commodum assumit ad Imperium. 212.a
Marcus Aurel. profectus in Orientem. 212.b
rediit in Italiam. 212.d
Marcus Aurel. quid de Iudeis. ibid.
Marcus Aurel. prohibuit libros fatidicos. ibid. e
Marcus Aurel. in fine Imperij vexauit Christianos. 213.c
Marcus Aurelius calumniatus constantiam Christianorum.
221.a
Marcus Aurel. iterum parat bellum Marcomannicum. 229.c
Marcus Aurelius quando diem obiit, & quot annis impe-
rauit. 235.e
Marcus Episcopus Ierosolymitanus. 95.e

Marcus heresiarcha discipulus Valentini. 197.e. 199.d
Marcus hereticus affectus miraculum in Eucharistia ex-
magia. 198.a
Marcus hereticus decipit feminas multas. 198.a
Marcus alius hereticus conuertitur ab Origene. 332.b
Marcus martyr Roma sub Claudio. 609.a
Marcus mart. cum sociis in Pisidia sub Diocletiano. 790.d
Marcus martyr cum Marcelliano Roma sub Dioclet. 650.b
Marcus Velferus laudatur. 763.b
Marcus martyr Roma cum Timotheo sub Marco Impera-
toe. 155.a
Marcus martyr Centumcellis sub Diocletiano. 690.b
Mardonius martyr Nicomedia sub Diocletiano. 702.a.b.
c.d. 713.c
Marcotis locus Egypti exilio Dionysij nobilitatum. 537.e
Margarita maior Alutinenfis martyr sub Dioclet. 742.a
Maria Virgo Dei genitrix apparet Gregorio Thaumaturgo.
Vide, Virgo Maria.
Maria Virginis partui dicat a ecclesia à Callisto Papa. 337.d
Maria puella baptizata à Stephano Papa. 527.d
Maria ancilla martyr sub Pio. 101.e
Mariani & Iacobi martyrii Acta: passi sunt in Numidia sub
Valeriano. 569.e. & seq.
Mariani cruciatus horrendi. 570.c
Mariani matris ingens animus. 572.e
Mariano ostensa prior visio. 570.e
Mariano martyri ostensa visio de clade Romani exercitus.
573.a
Marianus lector martyr Roma sub Decio. 649.d
Martini militis in Palaestina pro fide certamen. 578.e.
& seq.
Martinus Episcopus Traditor. 732.d
Martinus Senator passus Roma sub Numeriano. 649.e
Martinus senex passus in Cilicia sub Diocletiano. 655.a
Maris vasta exundatio tempore Gallieni. 584.d
Maris reflexus ad sepulchrum Clementis. 12.e
Martium equè ac uxorem teneri lege Iulia de adulterio.
137.e
Martinus cum Martia ac filiis martyr sub Claudio. 609.d
eorumdem corporum inuentio. 610.a
Martinus Maximus historicus. 141.c
Maro cum Eutycha martyr sub Traiano. 5.e
Marsilius Columna Archiepiscopus Salernitanus. 86.d
Marsilius Ficinus quid de Plotino. 400.e
Marsippus philosophus vnus ex iudicibus inter Manerem &
Archelaum. 631.c
Marta cultrix sanctorum martyrum. 529.b
Martibus & Marthana femina haeretica. 25.c
Martialis Episcopus Asturicensis. 511.e
Martialis mart. in Portu Romano sub Alexandro. 347.e
Martialis martyr in Africa sub Decio. 422.d
Martialis martyr sub Marco. 192.b
Martialis filius Marcelli Centurionis martyr. 688.e
Martialis cum sociis martyr Casaraugusta sub Diocletia-
no. 765.c
Martina virgo martyr Roma sub Alexandro. 345.c
Martinus martyr Alutinenfis sub Diocletiano. 742.a
Martis templum Via Appia. 530.d
precibus Stephani Papae concessum. 533.b
Martyres diuersarum prouinciarum
& temporum.
Martyres Egyptij sub Senero. 296.a
Martyres Egyptij à concubis necati sub Philippo. 408.e.
409.a. sub Decio. 435.b. & seq.
sub Valeriano. 539.a. & seq.
in persecutione Diocletiani. 720.e. & seq.
Martyres Armeni vndecim mille sub Traiano. 27.a
Martyres Asiani sub Pio Imp. 130.c. 167.c.
sub Marco. 174.e. sub Decio. 446.b. & seq.

I N D E X

Martyres Africani sub Severo. 303. b. & seq. sub Decio. 433. d. & seq. sub Valeriano. 560. c. d. 563. c. 568. c. d. e
Martyres Athanacensis sub Marco. 223. d. e
Martyres Brixiani sub Hadriano. 76. b
Martyres Cappadoces sub Diocletiano. 788. d
Martyres Edesseni sub Traiano. 26. d
Martyres Galliarum sub Marco Imp. 166. c
sub Aureliano. 625. e. sub Diocletiano. 763. e
Martyres Itali sub Traiano. 49. d. e. 59. e. sub Hadr. 101. d
sub Numeriano. 649. e. d. sub Diocletiano. 761. c. & seq.
Martyres Lugdunenses sub Marco. 223. c. & seq.
Martyres Hispani sub Valeriano. 574. b. & seq.
sub Diocletiano. 765. a
Martyres milites sub Diocletiano. 680. e. usque ad 685.
Martyres Nicomedienfes incensi in ecclesia sub Diocletiano. 703. a
Martyres Palestini sub Decio. 441. c. sub Valeriano. 539. b
sub Aureliano. 627. a. sub Diocletiano. 798. d
Martyres viginivres sub Diocletiano. 760. c
Martyres Pergameni sub Marco. 167. c
Martyres Philadelpheni sub Marco. 165. c
Martyres Philippenses sub Traiano. 37. d
Martyres passii Romae sub Traiano. 5. e. 23. e
Martyres vires Romani Romam ad martyrium amanda-
bantur. 23. e
Martyres Romae sub Hadriano. 62. d
Martyres Romae passii sub Marco Imp. 191. e. 192. a
sub Commodio. 248. & seq. sub Alexandro. 341. d
sub Decio. 416. e. sub Valeriano. 531. e. & seq. 573. d. e.
sub Claudio. 609. e. sub Numeriano. 649. c
sub Diocletiano. 760. b
Martyres Scyllitani sub Severo. 298. a. & seq.
Martyres Smyrneses. 161. b. d. sub Decio. 446. c. & seq.
Martyres Syri sub Valeriano. 539. c. d
Martyres Tarsenses sub Diocletiano. 789. c
Martyrium Acta.
Martyrium Acta scribi solita usq; ad verbum unum. 391. a
Martyrium Acta perdit, atque eorum nomina. 24. a
Martyrium Acta depranata à Donatistis. 741. o
Martyrium Acta colligendis qui laborarint. 390. a. b
Martyrium dixerunt Acta. Vide, e Acta.
Martyrium Acta in Ecclesia publicè legi solita. 165. c
Martyrium Acta non ut Evangelium legentur in Ecclesia. 727. a
Martyrium agones & numerus.
Martyrium omnium consimile fuisse certamen. 568. e. 589. a
Martyres alacriter se offerebant martyrio. 722. c
Martyres ibi martyrii subire soliti, ubi magis cogniti. 688. a
Martyres aliquando pœnam non sentiebant. 567. a
Martyrium numerus præter spem Gentilium auctus. 148. e
Martyrium multumdo arguit Ecclesiam Catholicam. 565. c. d
Martyres provocabant in se bestias. 672. a
Martyrium numerus qui vno mense passii sunt tempore Dio-
clitiani. 710. e. 719. e
Martyrium tormenta. 719. d. 723. c
Martyrium cultus.
Martyrium cineres, ne eos collectos venerarentur Christiani,
proiecti sunt à persecutoribus in Rhodanum. 210. c
eorum reliquias impense colebant Christiani. 609. e. 610. e
Martyrium preces ad Deum pro nobis eos interpellantibus.
290. a
Martyrium sepultura diligenter curari solita. 419. d
prope eos sepeliri optasse Fideles, ut eorum precibus inua-
rentur. 344. c. d. 672. d
Martyres morientes in carcere, eodem honore habitii ac illi
qui gladio necari essent. 419. d
Martyrium dies natalis in tabulis Ecclesiasticis adscriben-
das. 419. d. e
Martyrium dies natalis celebratus. 165. b
Martyrium dies natalis anniversaria oblatione celebrandus.
419. d. 432. a. 625. a
Martyrium littere quanti faciendæ. 433. b
Martyrium natalitia Cyprianus celebrat, reddita pace Ec-
clesiæ. 461. c. d
Martyrium natalitia celebrat Gregorius Thaumaturgus,
reddita pace Ecclesiæ. 461. e. eadem festinè celebravi
suis permisit. ibid.
Martyrium cultus in univèrsa Ecclesiâ Catholica semper
idem. 461. d
Martyribus erigi solita altaria, & ecclesiæ. 559. c. 640. d
Martyres damnatos in exilium, illic obeuntes celebrat Eccle-
siâ in verè martyres. 569. c
Martyrium reliquæ vino ablute. 576. d
Martyres sepeliendi cum dalmatica, vel colobio. 647. c
eorumdem corpora unguentis delibata. 760. d
Martyrium reliquiarum cultum invident Gentiles Chri-
stianis. 711. e. 712. a
Martyres sepeliri permisi ex edicto Diocletiani. 712. a
Martyrium reliquæ distrabebantur Tarso. 789. d
Martyris nomen.
Martyres qui verè sint, ab Episcopis probandi. 155. d
eorumdem antiqua canonizatio. 155. d. 731. c
Martyres quibus distincti sint à confessoribus. 423. a. 657. a
Martyres nominis gloriam quidam affectantes sese conicie-
bant in vincula. 751. c. d
Martyres coronati martyrio dicebantur interdum etiam vi-
uentes. 423. a
Martyr esse quis non potest extra Ecclesiam. 561. a
Martyribus obsequia exhiberi solita.
Martyres cibari consueverunt in carcere agape Christiano-
rum. 281. a
Martyrium propensorem curam gerendam tempore persecu-
tionis, Clerus Romanus datus litteris monet Fideles. 418. a
Martyres in carcere positi, magna frequentia à Fidelibus vi-
sitari soliti. 419. a
Martyres cohortantes, facti & ipsi martyres. 436. b
Martyres positi in carcere frequentabantur à lapsis. 423. c
Martyres in carcere magno honore colebantur ab Episcopis.
424. c
Martyribus in carcere constitutis à sacerdotibus celebrari
consueverunt clandestinè sacrificium Missæ. 419. b
Martyrium gloria à Cypriano predicata litteris ad ipsos scri-
ptis. 542. c. & seq.
Martyrium virtus.
Martyrium charitas erga lapsos. 218. d. 222. c
Martyrium vera humilitas. 221. e
Martyrium reverentia erga Romanum Pontificem. 228. c
Martyres commiserantes lapsis, pro pace ipsorum scribebant
libellos ad Episcopos. 422. e
Martyres in sine soliti pace Ecclesiæ, & charitate erga fra-
tres, sua consignare martyria. 565. e. 567. e
Martyres Commodi stultitiam irrident. 248. d. e
Martyrium constantia, cum eorum dextera igni superposita
cremaretur. 795. c
Martyrii desiderio flagrabant Christiani. 31. b. 77. d
Martyrii tormenta quo modo martyres aliquando non sen-
tiant. 567. b
Martyrio se offerre, vetitum. 541. a. 552. b
Martyrio se non ingerant Fideles, cum confiteri & non pro-
fiteri debeant. 552. d
Martyrio coronati dicebantur aliquid passii fidei causa. 423. a
Martyrium improbabant Basilides & eius sectatores. 65. a
eadem Gnostici. 74. a. alijq; heretici. 110. d
Martyrium appetebant Marcionitæ. 119. a
Martyrium redimere licere pecunia. 794. e. aliter visum
Hispanis Episcopis Concilij Eliberini. 797. b
Martyrium extra Ecclesiam non corona, sed potius pœna
perfidie. 490. c
Marty-

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

Martyrium fugere, vel redimere licere. 302. c
Martyrium affectabant Marcionitæ. 301. c
Martyrium affectantes, seque offerentes peccant, nisi Deus
inseverit. 301. b. c
Martyrium esse donum Dei, non humana facultatis opus.
497. c
Martyrium suadebant Montanista, ut nec fugere licere, nec
se redimere, dicerent. 184. b. 301. d. e. 302. a
Massa Candida in Africa. 560. d
Massa Candida in Hispania. 765. e
Maistor servus Hadriani Imp. 98. a
Materna martyr sub Marco. 223. d
Maternus Episcopus martyr. 762. c
Maternianus Urbis Praefectus sub Caracalla. 328. e
Mathematici publicè Romæ profitebantur sub Alexan. 345. a
Mathesti intendens Aquila, ab Ecclesiâ pellitur. 95. b
Matrone due martyres Alutinenfes sub Diocletiano. 742. a
Mattarij disci Manichæi. 632. d
Matthæi Evangelium repertum in India à Pantano. 242. b
Matthias Episcopus Ierosolymitanus. 52. e
Maturnus martyr Lugduni sub Marco. 215. d. 223. d
Maulis Adrumeticus martyr sub Severo. 292. a
Maura cum Timotheo marito martyr in Thebaide sub
Decio. 437. a
Maura nutrix martyr Rheunna sub Decio. 454. b
Mauritania Ecclesiâ sub Severo dirè vexantur. 293. c
Mauritius cum focus martyr Agam sub Dioclet. 682. d.
& seq.
Maurus & Papias martyres Romæ sub Diocletiano. 759. e.
760. a. & seq. eorum corporum inuentio, 611. b
translatio eorumdem. ibid. & seq.
Maurus Episcopus martyr in Apulia sub Traiano. 59. e
Maxentius martyr in Gallia sub Dioclet. 763. a
Maxima martyr in Africa sub Valeriano. 588. d
Maxima & Iulia martyres Olyssipone sub Dioclet. 766. b
Maximilla pseudoprophetissa Montani. 175. e. relinquens vi-
rum, Montano adhaesit. 179. c. obfessa à demone. 181. d.
laqueo se suspendit. 181. d. eius obitus tempus. 182. a
Maximianus, sive Maximus, Alexand. Episcopus. 603. e
Maximianus Alutinenfis martyr in Numidia sub Diocle-
tiano. 742. a
Maximianus Galerius. Vide, Galerius.
Maximianus Hercules collega Imperij à Diocletiano assu-
mitur. 656. b
Maximianus Herc. lustrat exercitum. 681. e
legionem Thebanam Christianam occidit. 682. d. & seq.
Maximianus Herc. illicitum iuramentum exigit à Christia-
nis militibus. 682. a
Maximianus Herc. quibus moribus compositus. 685. c
qualis vultu. ibid.
Maximianus Herc. à Iuliano Apostata sugillatur. ibid.
Maximianus Herc. conatur perdere omnes milites Christia-
nos. ibid. e
Maximianus Herc. adificat sibi Thermas in Africa. 688. e
& Diocletiano Romæ. ibid.
Maximianus Hercules damnat milites Christianos ad opus
Thermarum. ibid.
Maximianus Herc. cum Diocletiano deponit Imperium.
770. d. & seq.
Maximianus Hercul. cum Maximiano Galerio sepè con-
funditur. 776. d. e. 781. e
Maximianus Antiochenus Episcopus. 237. c
eius obitus. 247. a
Maximini duo interdum confusi. 389. d
Maximianus senior Imperator: eius genus & mores. 389. a. b. c
Maximianus persequitur Christianos. ibid.
occidi iubet Pontianum Papam. 388. d
Maximianus immensa crudelitate praditus. 389. a
quibus nominibus ea de causa fuerit appellatus. ibid.
Maximianus sicut in Romanos. 389. a. b
Maximianus allegit filium collegam Imperij. 389. d
Maximianus à Senatu declaratur hostis Reip. 391. c
Maximianus ob civile bellum cessat à persecutione Fideles.
391. e
Maximianus quando diem obiit. 392. e. 393. a
quot annis imperavit. 392. e
Maximianus cum Severo Caesar à Galerio Maximiano Imp.
creatur. 799. d
Maximus acolythus ligatur à Cypriano ad Confessores.
544. c
Maximus Alexandrinus Episcopus, sive Maximianus.
603. e. 655. d
Maximus Bostrensis Episcopus interfuit Concilio Antioche-
no contra Paulum. 600. e
Maximus Commentariensis simulat se Christianum. 527. d
corripitur à demone 527. d. curatur à Christiano. ibid. e.
credit in Christum, & baptizatur à Stephano Papa. ibid.
Romæ paritur sub Valeriano. 527. e. 528. a
Maximus Consul à demone correptus interit. 530. d
Maximus Diocletiani amicus, sive Christianus. 677. c. d
erogat se in pauperes. ibid. e
Maximus Dux millenarius Christianus adscriptus Therman-
rum operi. 689. e. centum viginti milites conuertit. ibid.
martyrio coronatus. 690. a
Maximus Ierosolymitanus Episcopus. 133. d
alius Maximianus iunior eiusdem sedis Episcopus. 243. a
Maximus legatus in Africa. 468. b
Maximus presbyter martyr Romæ sub Diocletiano. 728. d
Maximus martyr Ephesi sub Decio. 452. d. e. 453. a
Maximus presbyter martyr Oria sub Alexandro. 347. d
Maximus Olyssipone Episcopus consecrat Dionysium Papam.
551. c
Maximus Praefectus cubiculi Imp. martyr Romæ sub Alex-
andro. 372. e
Maximus presbyter Romanus confessor cum sociis. 416. d
Maximus presbyter Romanus & alij confessores scribunt è
carcere ad Cyprianum. 427. a. 429. d. idem seducti à
Nomariano, in schisma prolapsi. 464. d. postea pœnitent-
tes restituti à Cornelio Papa. 472. c. & seq.
Maximus presbyter Alexandrinus, postea Episcopus eius-
dem Ecclesiæ. 539. a
Maximus monachus inuehitur in Eusebium. 44. d
Maximus Papienus Imperator. 394. a
occiditur cum Clodio Balbino à militibus. ibid.
Maximus Praeses in Cilicia persequitur Christianos. 668. b
Maximus persecutor Christianorum in Mysia. 345. d
Maximus schismaticus in Africa. 478. e
Maximus scriptor Ecclesiasticus sub Severo. 254. c
Mazabanes Episcopus Ierosolymitanus creatur. 441. c
moritur. 603. e
Megethius hereticus ad fidem conuersus. 332. b
Melanius Episcopus Rothomagensis creatus à Stephano Pa-
pa. 533. d
Melchisedech Papa calumniam patitur à Donatistis. 725. b
Melchisedech quosdam parentes habuit. 256. e. 257. a
Melchisedech diversimodè creditus. ibid.
Melchisedechiani heretici. 256. c
Meletius Episcopus in Ponto magni nominis. 655. b
Melitina martyr Marcianopolis sub Pio. 130. d
Melitenses martyres sub Diocletiano. 712. b
Melito eunuchus Episcopus in Asia. 174. e. 268. c
Melito Episcopus scripsit defensionem pro Christianis. 173. c
cetera eius scripta. 174. b
Melitonis nomine apocryphum de Assumptione Virginis.
174. e
Melitonis laudes & sepultura. 175. a
Membranarum usus. 107. b
Memoria idem quod ecclesiâ. 26. b
Memo-

I N D E X

<i>Memoria differt à templo.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Salvius sub Diocletiano.</i>	690.c.d
<i>Memoria, locus ubi Acta publica afferuntur.</i>	745.a	<i>Milites viginti martyres Roma sub Diocletiano.</i>	689.e
<i>Memoriales littere quae.</i>	106.b	<i>Milites triginta martyres sub eodem.</i>	760.e
<i>Memoria Apostolorum semper illibata servata.</i>	319.e	<i>Milites damnari ad opus & metalli non licere.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Memoriae Porruenses.</i>	612.d. & seq.	<i>Milites Christiani habiti loco transfugarum à Gentilibus, eorumdemq; poena puniri.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Menelaus Episcopus in Africa Traditor.</i>	732.a	<i>Milites veteri subici questionibus.</i>	669.d
<i>Memignus fullo martyr sub Decio.</i>	453.e	<i>nec affici vilioribus poenis iure poterant.</i>	669.d.e. 689.b
<i>Mensurae mulieres superstitiosè exclusae ab ecclesia.</i>	603.c	<i>Milites proicientes arma, graui poena affecti.</i>	688.c
<i>Mensurinus Episcopus Carthaginiensis.</i>	559.e	<i>eadem milites desertores.</i>	687.d
<i>in locum Luciani suffectus.</i>	750.e	<i>fugitiui non gaudent privilegio militum.</i>	689.b
<i>Mensurinus Carthag. Episcopus non recipiebat inter martyres obtrudentes se martyrio.</i>	731.c	<i>Milites Volontarij, & Obsequentes.</i>	168.b
<i>quos praeterèa reiecerit.</i>	751.d.e	<i>Militibus aere erecta à Traiano, diuino sic honore affectis.</i>	20.e
<i>Mensurinus Carth. Episcopus, calumniam patitur à Donatistis ex deprauatis Actis martyrum.</i>	747.b.c	<i>Militibus Christianis referta legiones.</i>	682.d. 685.e
<i>Mensurinus Carthag. Episcopus supponit comburenda scripta hereticorum.</i>	751.c. ab eo res gesta.	<i>Militibus Christiani occasione cepta est persecutio sub Sennero.</i>	277.e
<i>Mensurinus quando diem obiit.</i>	752.a	<i>Millenariorum error quando ceptus.</i>	58.c
<i>Mensurae sportula quae.</i>	427.e	<i>qui eandem sunt sectati sententiam.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Mercatores Africani emunt Tarsi corpora martyrum.</i>	789.d	<i>Millenariorum error diu toleratus.</i>	594.b
<i>Mercuria martyr Alexandria sub Decio.</i>	435.d	<i>Millesimus annus Urbis quando contigit, & quo modo celebratus.</i>	403.a
<i>Mercurius auctor magiae.</i>	202.b	<i>Miltiades Papa. Vide, Melchiades.</i>	
<i>Mercurius martyr sub Decio quid in Persas.</i>	453.c	<i>Miltiades scriptor Ecclesiasticus impugnator Montani dogmatis.</i>	180.c. eius scripta.
<i>Meretricum ac lenonum uectigal in sacrum ararium inferri vetuit Alexander.</i>	344.e	<i>Mimi vehementissimi in actionibus.</i>	761.c
<i>Meretrix calumniatur Gregorium.</i>	375.d.e. arripitur à demone.	<i>Mimi duo illudentes mysteriis Christianorum subdit fiunt.</i>	<i>ibid.</i>
<i>curatur precibus Gregorij.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Christiani & martyres.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Mesopotamia illustrata martyribus.</i>	787.a.b	<i>Misyrus martyr Florentia sub Decio.</i>	454.b
<i>Metallum Sigenfe, ad quod damnati Fideles, ubi.</i>	542.b	<i>Minutij Felicij locus elucidatus.</i>	313.e
<i>Metamorphoses Valentinij.</i>	110.c	<i>Minutius Felix agit causam Christiana religionis.</i>	313.a
<i>Methodius Episcopus Constantinop. scriptor vitæ Dionysij Arcopag.</i>	39.d	<i>Minutius Fundanus Proconsul in Asia.</i>	80.d.e
<i>Methodius Episcopus Tyri.</i>	718.a	<i>ad eum scribit Hadrianus Imp. pro Christianis.</i>	81.a
<i>Metianus Iureconsultus sub Alexandro.</i>	339.d	<i>Miracula ex aqua benedicta.</i>	86.c.d.e
<i>Metra martyr Alexandria tempore Philippi Imperatoris.</i>	409.a	<i>Miracula falsa tributa Hadriano.</i>	98.b
		<i>Miracula falsa tributa Esculapio.</i>	99.d
		<i>Miracula falsa affectant Gentiles, ut superstitionem collabentem instaurant.</i>	98.d. 99.d.e
<i>Metrodorus Marcionita pseudomartyr.</i>	451.d	<i>Miracula Rome sub Caio Papa.</i>	657.e
<i>Mexentij scitiam imitatur Macrinus.</i>	329.e	<i>Miracula sacra Eucharistia, tempore persecutionis Decij.</i>	461.a.b
<i>Michaël Imp. peruestigauit Acta Dionysij Arcopag.</i>	39.e	<i>Miraculorum gratia ingis in Ecclesia.</i>	232.a
<i>Michaël Syngellus qualis.</i>	39.e	<i>Miraculum Clementis de aqua fonte scaturiente.</i>	5.c
<i>scripsit Arcopagiticæ.</i>	38.d. 39.e	<i>Miraculum Narcissi Episcopi Ierosolymitani.</i>	275.d.e
<i>Migdonius martyr Nicomediae, sub Diocletiano.</i>	702.a	<i>Miraculum in sepulchro S. Clementis.</i>	12.c.d
<i>Militare non licere Christiano, affirmabat Tertullianus.</i>	284.a	<i>Miraculum in sepulchro S. Ioannis.</i>	9.a.b.c
<i>id ipsum Manichei.</i>	635.c	<i>Miraculum de pluuia & salmine in bello Marcomannico.</i>	202.d.e. & seq.
<i>Militare iuramentum prestari solitum à Christianis, quale.</i>	682.b	<i>Miraculum de libris incendio traditis.</i>	742.b
<i>Militares missiones quot & quales.</i>	666.b.c	<i>Miraculum perenne de sanguine S. Iannarij.</i>	788.c
<i>Militares leges late ab Aureliano.</i>	614.a	<i>Miraculum de fonte scaturiente in martyrio S. Iulittæ.</i>	786.a
<i>Miles Christianus sine corona procedens ad donatium, concitat turbas.</i>	277.e. grauiter punitus.	<i>Miron martyr in Achaia sub Decio.</i>	453.c
<i>eius causa exaete discussa.</i>	277.d. & seq.	<i>Misithers sacer Gordiani Imp. Praefectus Prae.</i>	395.c
<i>Milites Christiani precibus pugnant in bello Marcomannico.</i>	201.a. 202.a. & seq. 204.a	<i>Philippi arte sublati.</i>	396.d. eius consilio multa salubria à Gordiano facta atque statuta.
<i>Milites undecim mille sub Traiano in exilium missi.</i>	27.a	<i>Missæ est memoria Christi passionis.</i>	86.a
<i>tandem interempti.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Missæ idem quod Collecta, sine Dominicum.</i>	742.d
<i>Milites custodes Ignatij quales.</i>	29.d	<i>Missæ Clementis Papa.</i>	19.b
<i>Milites hortantes Christianos, facti sunt ipsi martyres.</i>	436.a	<i>Missæ aqi solite persecutionis tempore in domibus priuatis.</i>	741.e. & seq.
<i>Milites laureati suscipiunt donatium.</i>	277.d	<i>Missæ nec persecutionis tempore à Fidelibus praetermissæ.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Milites martyres Roma sub Claudio.</i>	608.e. 609.a. 610.c	<i>Missæ à Pontifice Romano interdum agebantur in cryptis.</i>	489.a
<i>Milites martyres Roma sub Aureliano.</i>	625.c	<i>Missæ agebantur in carcere.</i>	419.b
<i>Milites martyres in Portu Romano sub Aureliano.</i>	625.d	<i>Missæ non dicebantur ante horam tertiam matutinam, & cur.</i>	130.a
<i>Milites legionis Thebanæ martyres sub Maximiano in Gallia.</i>	680.e. & seq.	<i>Missæ dicebantur etiam noctu, ex decreto Theophori Papa.</i>	130.a
<i>Milites martyres cum Gereone.</i>	684.d.e	<i>Missæ in Euprepia Titulo Romæ.</i>	154.e
<i>Milites Africani passi in Gallia sub Maximiano.</i>	685.b	<i>Missio militaris honesta quoto anno dari solita.</i>	666.c
<i>ab quoque milites Christiani ab eodem ubique exagitati.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>ibid. c. 783.d.e</i>			
<i>Milites Christiani damnati ad opus Thermarum.</i>	689.b		
<i>Milites decem mille cum Zenone uocati Romæ ad Aquas</i>			

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

<i>Missiones militares multiples.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Montes delignant sibi schismatici.</i>	456.a
<i>Mnestheus Aurelianum prodidit.</i>	640.b	<i>Mores animi cognosci ex habitudine corporis.</i>	659.d
<i>Modestia sanctorum Patrum in tractandis diuinis Scripturis.</i>	178.b	<i>Mores corruptissimi omnium gentium à Christianis emendari.</i>	197.a
<i>Modestinus I. C. sub Alexandro.</i>	339.d	<i>Mores bene institutos plurimum conferre etiam Gentilibus ad acquirenda rerum dominia.</i>	386.a
<i>Modestus martyr cum Vito & Crescentia.</i>	762.a	<i>Mortis diuersa genera excogitata contra Christianos. Vide, Cruciantorum genera.</i>	
<i>Modestus martyr cum Florentia in Gallia tempore Diocletiani.</i>	764.e	<i>Mortuus legendos non esse, sapè admoet Cyprianus.</i>	497.e
<i>Modestus scriptor Ecclesiasticus.</i>	175.c	<i>Mortuus reuocatus ad vitam ob testimonium verae fidei.</i>	665.b
<i>Modestia crimen apud Montanistas sine poenitentia.</i>	321.a	<i>Mortuus reuocatus ad vitam temporibus Irenæi.</i>	231.e
<i>Modestia poenitentia sanctis parca Ecclesia Catholica.</i>	321.b.d	<i>Moytes presbyter Romanus confessor, diu in carcere.</i>	416.d
<i>Moles Hadriani.</i>	100.e	<i>eius littere ad Cyprianum.</i>	427.a. 429.e
<i>Monachi qui se castrarunt, excommunicati, & ab omnibus Ecclesijs reiecti.</i>	350.b.c	<i>aduersatur Nouatiano schismatico.</i>	466.d.e
<i>Monachorum pallium.</i>	263.d.e	<i>fauet Cornelio Papa.</i>	464.d
<i>Monastica cognitiouis auctor.</i>	73.d	<i>martyrium egregie consummauit.</i>	466.d.e
<i>Monasteria antiquitus in Ecclesia. Vide, Asceteria.</i>		<i>Mugnas, locus in Numidia.</i>	569.b
<i>Montani etas.</i>	176.a.b	<i>Mulier Pythias suffocata à demone.</i>	3.b
<i>Montani heresis magna tentatio in Ecclesia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Mulieres pseudoprophetae. Vide, Montani prophetissa.</i>	
<i>quæ ab eo disseminata.</i>	182.d. 183.a.b	<i>Mulieres seductæ à Marco. Vide, Marcus heresiarcha.</i>	
<i>Montani hereses à Patribus impugnatae.</i>	187.b	<i>Mulieres heresum fauetrices.</i>	121.a
<i>Montani larua fides Catholica.</i>	178.a.b	<i>Mulieres. Vide, Femine.</i>	
<i>Montani leges de martyrio nou fugiendo.</i>	184.b.c	<i>Manatus Felix, persecutor in Africa, inquit de libris Christianorum.</i>	733.e
<i>Montani ieiunia noua.</i>	183.c	<i>Mandi finem instare, sapè creditum.</i>	585.c
<i>Montani ieiunia longe dissimilia à ieiunijs monachorum.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Mandi finem minatus impostor Romæ.</i>	213.b
<i>Montani ieiunia quasi à Paraclito imperata vniuersæ Ecclesie.</i>	183.e	<i>Mundum creatum ab Angelis, heretici qui dixerint.</i>	68.b.c
<i>Montani ieiunia resuit Ecclesia.</i>	184.a	<i>Mundum hunc esse infernum, dicebat Hermogenes.</i>	171.a
<i>Montani femine agebant sacra.</i>	228.b	<i>Munera Gallieni Imp. ad Claudium ducem exercitus in Dacia.</i>	607.c.d
<i>Montani femine quid de anime qualitate.</i>	184.d	<i>Muro Britannia sapè diuisa 238.e. 312.e. Vide, Britannia.</i>	
<i>Montani femine intendebat Tertullianus.</i>	184.d	<i>Musanus scriptor Ecclesiasticus.</i>	175.c
<i>Montani ordo hierarchicus.</i>	184.e	<i>Musca infesta exercitui Romanorum.</i>	54.c
<i>Montani origo & studia.</i>	178.d	<i>Muscarum aculeis expositi Christiani.</i>	437.e
<i>Montani prophetia ex coniectura tantum, sed fallaces inuenta.</i>	236.c.d	<i>Muscarum occasione homo leuis factus est Manichæus.</i>	639.c
<i>Montani prophetisse arreptitia.</i>	178.a. eademque meretricis.		
<i>Montani sectatores arreptitij.</i>	179.a		
<i>Montani sectatores pugnant pro spiritu nequam.</i>	178.d.e		
<i>Montani sectatores nullam à Gentilibus persecutionem passi.</i>	181.c		
<i>Montani sectatorum securitas.</i>	184.c		
<i>Montaniste affectabant martyrium.</i>	301.d.e		
<i>Montanista patriarcha Nomatianorum.</i>	474.c		
<i>Montanistarum monstra.</i>	186.c		
<i>Montanistarum mysteria execranda.</i>	185.a		
<i>Montanistarum secta latius propagata.</i>	186.c		
<i>Montanistarum sectæ diuersa.</i>	185.e. 186.e		
<i>Montanistas Zephyrinus Papa excommunicat.</i>	320.b		
<i>Montano quando absque culpa potuit quisque communicare.</i>	177.b		
<i>Montanus eunuchus fuit.</i>	177.e		
<i>Montanus primatus ambitione excidit ab Ecclesia.</i>	179.b		
<i>Montanus quando progressus.</i>	175.e		
<i>Montanus aliquatenus rectè sensit de fide Catholica.</i>	177.d		
<i>Montanus quibus artibus suos decepit.</i>	177.d. 179.b.c		
<i>Montanus quid senserit de Trinitate.</i>	182.d.e		
<i>Montanus quo modo appellatus est Paraclitus.</i>	182.e. 183.b		
<i>quo modo dicebat se Deum Patrem.</i>	182.d.e		
<i>Montanus Romana Ecclesia communionem tenuit subripere.</i>	176.e. 181.b		
<i>Montanus Sabellij erroris auctor.</i>	182.d		
<i>Montanus suspendit se laqueo.</i>	181.c.d		
<i>Montanus martyr in Africa sub Valeriano.</i>	562.d		
<i>viso illi ostensa diuinitus.</i>	564.d. eius constantia in subeundo martyrium, & eiusdem admonitio.		
<i>565. d. idem praenuntiator martyrij Flauiani, cui fasciam reliquit.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Montenium prima origo.</i>	456.e		
<i>Montes exilium confessorum.</i>	449.a		

N.

<i>Nasiani Gnostici.</i>	74.a
<i>Nabor martyr cum Felice Mediolani sub Diocletiano.</i>	762.d
<i>Nabor martyr cum Nazario Roma sub Diocletiano.</i>	760.e
<i>Narcissus athleta strangulæ Commodum Imperatorem.</i>	251.b
<i>Narcissus Episcopus Gerundenses conuertit Afram meretricem.</i>	763.b. martyrium subit.
<i>Narcissus Episcopus Ierosolymitanus quando.</i>	273.b
<i>Narcissus Episcopus Ierosolymitanus calumniam passus, recedit.</i>	273.b.c
<i>eius persecutores quæ passi sint.</i>	273.d.e
<i>Narcissus Episcopus Ierosolymitanus conuertit aquam in oleum.</i>	273.c
<i>Narcissus Episcopus Ierosolymitanus in desertum locum se subduxit.</i>	274.a

Narcissus Episcopus Ierosolymitanus quando rediit, & quantum vixit.	274.a.c	Niger tyrannus innadit Imperium.	252.a
Narces sine Narsaeus Rex Persarum victus à Diocletiano.	693.d	Nigidius discipulus Hermogenis.	170.c
Narzalis martyr Carthagine sub Senero.	289.b	Noctus magister Sabellij.	547.a
Nasus hieroglyphicum indicij.	186.d	Noctus dicebat se esse Moysen.	547.d
Natali Domini occisi martyres Nicomedienfes.	703.a	Nomades populi facti Christiani.	102.b
Natali Domini occisi martyres Nicomedienfes.	130.a	Nomen Christianum in culpa absque alio delicto.	223.e
Natalis confessor lapsus in haesim, conuersus agit exomologesin Roma sub Zephyrino Papa.	307.c	284.e. Vide, Christianum nomen.	
Natalis admonitus visione diuina atque plagis respiciit.	307.e	Nomina portentoza ab hereticis excogitata.	64.a. & seq.
Natalis dies martyrum celebrari solitus in Ecclesia.	165.b	Nomina Apostolorum soliti imponere Fideles suis filiis.	43.c
419.e. 432.a		Nominis mutatio in Baptismo fieri solita.	527.e
Vide, Martyrum cultus, Dies, Festa.		Nominis mutatio apud Christianos.	448.c
Natura quod est inustum homini, peccatum non esse, dixerunt Basilidani.	67.a.b	hoc permissum lege civili.	666.b
Naualis martyr cum Agricola Raenoma sub Diocletiano.	762.c	Nonnus Episcopus Berceusis.	694.b
Naves Manentis phantastica.	636.c.d	Nonnus idem quod monachus.	347.b
Naxarius cum Nabore martyr Roma sub Dioclet.	760.e	Nonnus dictus Hippolytus Episcopus Portuenfis.	348.a
Negans Christum obmunit.	460.c	Notarum inuentores.	390.b
Negantes Christum dira passi. Vide, Lapsi.		Notarij scribentes Acta Conciliorum & Collationum quales.	390.a
Nemesianus Episcopus damnatus ad metallum.	542.c	Notarij septem à Clemente Papa delecti ad scribendas res gestas martyrum.	390.a
Nemesius martyr Alexandria sub Decio.	435.e. & seq.	non tantum res gestas, sed & verba illorum scripserunt.	390.a. 533.a
Nemesius martyr Roma sub Hadriano.	96.d	Notarij septem Origeni suppeditati.	332.d
Nemesius Tribunus martyr Roma cum suis sub Valeriano.	530.d. & seq.	Notariorum in scribendo pernicitas admiranda.	390.c.d
Neon laicus homo docuit in Ecclesia.	349.d	Notariorum alij Ecclesia, alij Proconsulum.	390.b
Neon martyr cum sociis in Pamphilia sub Dioclet.	790.e	Notario libenter carebat Ambrosius suo utens chirographo.	333.a.b.c
Neon martyr Roma sub Valeriano.	527.d. & seq.	Notarium suum erubescat aliquando Hieronymus.	332.e
Neon scriptor Aetorum martyrum, & ipse martyr.	224.c	Notarius vnus plus satis singulis sanctis Patribus.	332.e
Neon, Claudius, & Asterius martyres in Lycia sub Diocletiano.	652.b. & seq.	Notaria, siue Notoria.	566.e. 567.a
Nepos Episcopus Aegypti, defensor Millenariorum sententia.	593.b	Notantium blandiloquentia.	633.a. 634.b
scriptor sacrorum hymnorum.	ibid.e	Notantium Iconoclastarum patriarcha Manus.	635.d.c
eius liber apocryphus.	594.e	Notas editiones Scripturae diuinae edere, & antiqui non acquiescere, haeticorum est.	367.e
Nepotiana crypza, in qua Stephanus Papa persecutionis tempore colligebat Fideles.	530.a	Notatiani, siue Nouatianenses non ex Nonato, sed ex Nouatiano schismatico.	463.a.b
Neraius Priscus I. C. sub Hadriano.	76.a	Notatiani atque Nouati penes Graecos confusa sunt nomina.	463.a
Nerei & Archillei corpora inuenta.	610.e	Notatiani haereses qua.	474.a.b
Nereus martyr cum Archilleo sub Traiano.	5.c	Notatiani periurium.	465.a
Nerna Imp. diem obiit.	1.e. 2.a	eiusdem veruscia & male artes.	464.e
Nestor Episcopus Pergensis martyr sub Decio.	452.b	eius ignauia tempore persecutionis.	465.e
Nestor martyr Thessalonicus sub Dioclet.	781.e	Notatiani vita, mores, & institutio.	465.d.e
Nestorius haeresis accusatus.	597.c	eius factus atque superbia.	467.b. & seq.
Nicanor martyr cum Marciano Venasii sub Diocletiano.	762.a	eius scripta.	561.b
Nicephori Callisti error de tempore martyrij Onesimi.	48.e	Notatiani scilicet quidam negabat Petrum & Apostolum baptizatum.	474.e
alius eiusdem de Cypriani lapsu.	515.b	Notatiani se Catharos dicebant.	474.e
item de Apollonio.	245.e	Notatiani negabant clauis Ecclesia.	474.e. 475.a
Nicephorus martyr in Aegypto sub Numeriano.	650.a	Notatiani Synodi Romana auctoritate excommunicati.	476.c.d
Nicephorus martyr Antiochia sub Valeriano.	539.c	Notatiani infestant Gallias.	512.e
Nichorei libri.	400.d	Notatiani loco poenitentiae, quam negabant, secundo baptizabant.	516.b
Nicolaus Gnostici.	69.a	Notatianorum rebaptizantium occasione exorta iterum.	513.d. & seq.
Nicomas Episcopus Iconij.	600.d	quaestio de Baptismo haeticorum.	513.d. & seq.
interfuit Synodo Antiochena contra Paulum Samosatenum.	ibid.	Notatianorum rebaptizantium consilium.	516.a.b
Nicomedienses martyres, & eorum Acta.	674.d. & seq.	Notatianum schisma magna tentatio in Ecclesia.	467.e
Nicomedienses martyres in ecclesia combusti.	703.a. & seq.	Notatianus & Nonatus quando schisma confluxerunt.	392.a.b.c
alij rursum postea.	711.a	Notatianus à Nonato seducitur.	462.e
Nicomediensis Regia conflagrauit.	ibid.e	Notatianus quid aduersus Cornelium molitur.	462.e
Nicopolis in Palaestina restituta.	335.b	& seq.	
Nicopoli apud Aetium inuenta editio Sexta.	350.e. & seq.	Notatianus ex improviso apparuit Episcopus.	465.a.b.c
Nicostratus confessor Roma in carcere.	416.d. 427.a	Notatianus baptizatus in lecto.	465.e
Nicostratus legatus Nouatiani, homo scelestissimus.	471.e	Notatianus ex philosopho Stoico factus presbyter, dispensante Pontifice.	466.a.b
Nicostratus martyr Roma cum sociis sub Dioclet.	761.a	Notatianus suos sibi adstringit iuramento.	466.d.e
Nicostratus Primsicrinus credit in Christum.	650.d.c	Notatianus legatos mittit ad diuersas Ecclesias.	467.e

Nonatianus scribit ad Ecclesiam Alexandrinam.	467.d	Oblationibus Fidelium ditatae ecclesiae.	ibid.e
Nonatianus à Dionysio Episcopo Alexand. corripitur.	ibid.e	Obsequentes milites qui dicti erant.	168.b
Nonatianus legatos mittit ad Cyprianum.	468.b	Occidua libra quae.	724.c. & seq.
Nonatianus Stoicam philosophiam conatus in Ecclesiam introducere de equalitate peccatorum.	474.b	Occisione occasione fugentium Christianorum, non adscribendi culpe eorum.	795.b.c
Nonatianus Montanizatus.	ibid.c	Oceanus martyr in Lycia cum sociis sub Diocletiano.	790.e
Nonatianus Symbolum Apostolicum adulterat in illis verbis, Remissionem peccatorum.	474.e	Ocellianus martyr cum sociis Taurini sub Dioclet.	681.a
Nonatianus à suis falso predicatus martyr.	560.e	Ocellianus dictus liber Minatij Felicitis.	313.d
Nonatianus scripsit commentarium de Trinitate, qui falso tribuitur Tertulliano, vel etiam Cypriano.	619.a	Ocellianus, locus martyrij militum legionis Thebanae.	681.e
Nonati fratris Prudentiana obitus.	138.c	Ocellia ab Origene composita.	351.c. & seq.
Nonati Prudentis Senatoris filij domus hospitium erat Christianorum.	151.a.b	Odenati coniux Zenobia.	596.d
Nonatus filius Prudentis, & eius sorores, se suaq; omnia officij pietatis manciparunt.	151.b	Odenato vincente triumphat Gallienus.	ibid.c
Nonatus & Nonatianus quando schisma fecerunt.	392.a.b.c	Odenatus obtinet Imperium Orientis.	ibid.
Nonatus cur desecuit ab Ecclesia.	462.d	Odenatus vincit Persas.	ibid.
Nonatus à Felicitissimo schismatico ducit originem.	457.a	Oedipodis concubitus infamati Christiani.	71.e. Vide, Callumnia.
Nonatus Nonatianum seducit in schisma.	462.e	Officia Palatina ab Adriano mutata.	101.c. 142.d
Nonatus ordinator Felicitissimi.	457.a. 462.b	Officij Stator, seu Serator qui.	554.e
Nonatus cur Romam venit.	457.d	Officium Palatinum, seu Curiale.	555.a
Nonatus scelestissimus omnium hominum.	457.a	Olei fons in Taberna meritorij illustratus ecclesia.	337.c. d. e
Nonatus cum suis legatus mittitur in Africam.	471.e	vigex miraculum.	ibid.
Nonatus quo Roma est operatus.	462.e. 463.c	Oleum ex aqua factum à Narcisso Episcopo Ierosolymitano.	273.c
Nonatus Urbem deserit facta tunc quies in Ecclesia.	472.b	Olympius Tribunes sit Christianus, & frangit idola.	531.c. d
Nonatus ab Urbem deserit facta tunc quies in Ecclesia.	472.b	baptizatur cum alijs à Stephano Papa.	ibid.c
Nonatus ab Urbem deserit facta tunc quies in Ecclesia.	472.b	Martyr Roma cum uxore & filio sub Valeriano, conuenitque Acta.	531.c. & seq.
ibid.		Olympiades martyr in Umbria sub Diocletiano.	762.b
Numerianus pro Numerio.	441.e	Onesimus in locum S. Iohannis Euangelista substituitur.	11.c. d
Numerianus Caesar dictus.	645.b	Onesimus Episcopus Ephesus, legatus ad Ignatium.	30.b
Numerianus creatur Imperator post patris obitum.	648.a	Onesimus Episcopus Ephesus, martyr Romae.	48.e
Numerianus occisus ab Apro.	ibid.	eius reliquiarum translata.	ibid.
Numerianus persecutus ne sit Ecclesiam.	649.b	Onesiferus magister Cornmodi.	229.c
Numerius dux exercitus, persecutor sub Decio.	442.a	Onychites depictus à Gentilibus Deus Christianorum.	281.a. & seq.
Nunide martyres sub Valeriano.	568.d.e. 569.a	Onufrij error de patria Traiani Imperatoris.	2.a
Numidiam incursum barbari, & captiuos ducunt Christianos.	475.a	Vide, Panuinius.	
Numidicus confessor ordinatur à sancto Cypriano.	433.e	Ophiani, siue Ophite haetici.	113.a
& seq. eius martyrium.	ibid.	Ophiani prodire ex schola Valentini.	ibid.
Numisma cum Graecis Latinisq; litteris, & alijs diuersis figuris testantibus Antinomum deum consecratum.	88.a	Ophiani quando emerere.	ibid.
Numisma Hadriani porcum continens cum porcellis fugentibus vbera.	93.b	Ophiani dicebantur etiam Gnostici.	ibid. d
Numisma Antonini Pij.	180.b	Ophiani citò extincti.	ibid.
Numisma ab una parte continens Senecum cum coniuge, ab altera Antinomum & Getam.	310.e	Ophianorum praestigia.	ibid. c
Numisma Antonini filij Seneci.	311.e	Ophianorum haereses.	113.a. b. c
Numismata Traiani varia.	24.c. 25. e. 53. d. e	Opilius Macrinus Imperator. Vide, Macrinus.	
Numismata Hadriani in quibus Africa est expressa.	79.c	Opinantes, sic dicti haetici.	247.d
Numismata alia Hadriani.	60.e. 61.d. e	Optatus ordinatur sebediaconus à Cypriano ex certa causa.	427.b
Numismata Hadriani insigni notata in inscriptione.	75.e	Optatus mart. cum sociis Caesar augusta sub Dioclet.	765. e
Numismata Seneci Imper.	277.c. 307.a. 311.b	Optimus Proconsul in Asia sub Decio.	452.d
Numismata Elagabali.	330.b. c	Oracula edi ab idolis deserunt.	2. d. e. 3. a. & seq.
Numismata Philipp. Augg. millesimo anno Urbis cusa.	403.c. d	Oracula Christianorum vera.	54.b
Nun Basilidis.	64.c	Oracula confecta ab aruspibus.	641.e
Nundinarius exceptor Aetorum Cirtenfium.	733.e	Oracula Gentilium ex malo demone prouenisse.	3.b. & seq.
Nundinarius obtulit libellum de traditione facta à Siluano Episcopo Cirteni.	734.a	Oracula prouentia venturae persecutionis.	487.e
Nuptias damnat Saturninus.	68.c. item alij. Vide, Marcion, Manes.	Oraculum Iouis Ammonis quando contigerit.	2. d. e
Nympha Catabassi vbi.	610.d	Oraculum nouum ex commentitio Desculapio.	114.a
Nympha vbi Petrus baptizauit.	760.a	Oraculum Ponticum quid respondit in Christianos.	114.a. b
		Oraculum Ponticum eleuit Severianum de promissa victoria.	114. a. 140. e
		Oraculum Ponticum posuit iterum in discrimen Romanum exercitum.	172. c
		Oraculum de probitate Christianorum.	706. e
		Oraculum de fide Christiana propaganda.	336. e
		Oraculum de restitutione & augmento Romani Imperij mendax.	641. d. e
		Oraculum de clade Romani Imperij à martyribus prouentiatum.	584. e
			Ora-

Oblatio pro defunctis. Vide, Defuncti, Missae, Sacrificium.
 Oblationes haeticorum respuit Ecclesia. 157.d. e
 Annal. Eccl. Tom. 2.

I N D E X

Oraculum de Vrbis annis ex Varrone Cenforinus recenset.	440.a
642.a	
Orare pro nobis Sanctos in celis, ex Cypriani doctrina.	490.d
Orare solios Christianos apud reliquias martyrum.	679.c
& seq. Vide, <i>Martyrum cultus.</i>	
Orandem non esse, dicebant Gnostici.	74.a
Oratio & dictio simplex semper placuit sanctis Patribus, quod & divino oraculo est comprobatum.	368.b.c.d
Ordinandi non nisi dignissimi.	431.a. & seq.
Ordinatio clericorum mature admodum & magna ex causa facienda.	427.b
Ordinationes à Cypriano quanta circumspectione celebrata.	431.a. & seq.
Ordinationes facta à Romanis Pontificibus cur recensentur.	130.b
Ordinatio Numidici facta à S. Cypriano.	432.e. & seq.
Ordinatio Optati facta à S. Cypriano.	427.b
Ordinatio Saturni facta à S. Cypriano.	432.d
Ordines sacri in Ecclesia à temporibus Apostolorum.	28.a. & seq.
Ordines Ecclesiasticos ex dispensatione conferre, quam periculofum.	466.c
Ordinis & dignitatis inacturam patiantur lapsi.	511.b
Ordinum Ecclesiasticorum legitimus ascensus.	680.a
Orestes martyr in Cappadocia sub Diocletiano.	786.d
Origenes ætas, & vitæ institutio.	
Origenes puer. 296.b. & seq. eius recta vitæ institutio, & flagrans ardor martyrii.	296.c
Origenes scribit ad patrem epistolam hortatoriam.	396.d
eius eminentissimum ingenium.	296.d.e
Origenes æqualis Ammonij.	381.d
Origenes an fuerit auditor Ammonij.	ibid.
Origenes à patre reprimatur.	296.e
Origenes qua etate parente orbatus.	297.a
Origenes quando docere cepit Alexandria.	260.b.298.b
Origenes quo modo à virgine locuplete adiuuatur.	299.a
Origenes linguam Hebraicam didicit.	331.e
Origenes excellit in omnibus scientiis.	332.b.c
Origenes ab Ambrosio adiuuatur. ibid. d. septem ei Notarii suppeditantur, & alia.	ibid.
Origenes ordinatur presbyter.	348.e
Origenes impugnatur à Demetrio Episc. Alexandrino. ibid. & seq. in quibus ab eo iuste accusatus.	349.e
Origenes à Demetrio rursus exagitatus.	370.a. & seq.
Origenes discipuli martyres.	299.c. & seq.
absque his alij eiusdem discipuli præstantissimi.	578.e
Origenes castratio, & vita mollis.	
Origenes quando se ipsum castravit.	309.a
Origenes perperam interpretatus Evangelium de eunuchis. ibid. a.b	
Origenes semper in gynæceo cum puellis.	420.e
Origenes in seruiant puella in scribendo.	332.d
Origenis castratio à Demetrio Episcopo Alexand. diuulgatur.	309.b.349.a
Origenis castratio facta pharmaco.	349.e
Origenis castratio occasione dedit secta dicta Eunuchorum.	350.c.d
Origenis confessio.	
Origenes quid tempore persecutionis.	298.d. & seq.
Origenes sæpe lapidibus impetitus à Gentilibus, & questus ad necem.	298.d. & seq.
Origenes subducens se à periculis querit latebras.	299.a.b
delituit apud Iulianam virginem.	ibid.
Origenes, fugiendum tempore persecutionis, disertis verbis docet.	300.e. & seq.
Origenes quo passus Alexandria ab Ethnicis.	371.a
Origenes vindicatur à calumnia de thurificatione.	439.a. & seq.
Origeni falsò adscriptus turpis lapsus.	440.a
confutatur fabula de Æthiope.	439.a.b
Origenis gloriosa confessio.	370.e
Origenis defensionem qui scripserunt.	503.e. & seq.
Origenis confessio sub Decio.	438.d.e
Origenis labores in diuina Scriptura.	
Origenes quando interpretatus est Cantica canticorum.	309.e
Origenes quando scripsit Commentarios in Ioannem.	370.a
Origenes qua scripsit Alexandria sub Alexand. Imp. ibid. c	
Origenes amulatione Longini philosophi scripsit Periarchon.	370.e.371.e
Origenes epistolas circulares scripsit pro sua defensione.	371.e
eius nomine multa fuisse vulgata.	372.a. & seq. falsò ei adscribitur liber de Singularitate clericorum.
420.e	
eius scripta corrupta ab hereticis.	372.c.d
Origenes quando de martyribus scripsit.	389.c. eius scripta sub Gordiano Imp.
594.e	
Origenes quando & quo impellente scripsit contra Celsum.	395.e
Origenes scripsit ad Philippum Imp. & ad Severam Augustam.	399.b
Origenes scripsit professionem suæ fidei ad Fabianum Papam.	401.b
Origenes cogitat de editionibus diuina Scripturæ collendis.	308.e
Origenes quarit editiones diuina Scripturæ.	329.c.331.e
Origenes inuenit Sextam editionem.	350.e.351.a
Origenet componit Hexapla & Octopla.	351.b.c.d.353.b.c
Origenes quo ordine disposuit editiones.	353.b.c
Origenes optime meritis de editione Septuaginta.	353.a. & seq.
Origenis editiones due Communes.	363.b
Origenis dialogus cum quinque hereticis, quos vicit.	332.a.b
Origenis Pœnitentia, liber inscriptus, falsò illi tribuitur.	439.e
Origenes immensum studium collatum in cognoscendis & disponendis editionibus commendatum à Patribus.	351.e. 352.a
Origenis labores contra hereticos.	
Origenes conuertit Ambrosium Marcionitanum.	332.a
alios quoque hereticos plures conuertit.	ibid. a. b
Origenes reuocat Berillum ab heresi.	349.c
Origenes quid passus Ephesi ab hereticis.	372.c
eius scripta corrupta ab hereticis.	ibid.
eius nomine multa vulgata ab hereticis.	ibid.
Origenes superat quinque hereticos.	332.b
Origenes disputat cum hereticis, arbitro Gentili philosopho.	332.b
Origenis fama celebris.	
Origenem magnopere reueritus est Plotinus.	401.e
Origenes à Mamaa Alexandri matre accersitur.	331.c.d.e
Origenes laudatus à Longino atque Porphyrio, alijsq; philosophis Gentilibus.	381.c.d
Origenes oratione laudatus à Gregorio Thaumaturgo.	606.b.c
Origenes excellentia in omnibus scientiis.	332.b.c.d
Origenis præconia mirifice extolluntur.	504.e. & seq.
Origenes hereticus habitus.	
Origenes excusatur frustra.	372.d
aperitè conuinci potest hereticus.	ibid.
Origenes viuens mortuusque damnatus.	504.d.e
Origenes excommunicatus à Demetrio Episcopo Alexandrino.	371.e
Origenes excommunicatus ab Anastasio Papa.	504.c
Origenes ubi bene, nemo melius; ubi male, nemo potius.	505.d.e.506.a
Origenes viuens contestatur se fidem Catholicam semper sectaturum.	370.e
Origenis librorum occasione multa funera in Ecclesia.	505.e
Origenis lapsus magna tentatio in Ecclesia.	504.e
Orige-	

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

Origenis defensiones temerè recens à multis sunt. scripta.		Palmatus Consularis martyr sub Alexandro.	341.e
ibid. c. d		Palmireni populi.	624.a
Origenis librorum lectio nunquam vetita penitus.	ibid. d	Pameli error de tempore conversionis Tertulliani.	261.c.d
Origenis Apologia à Pamphilo an verè scripta fuerit.	503.e.	eius dispositio epistolarum Cypriani quibus & creaturam.	430.b.0
& seq.		Pammachius hospitalium domum ad se in Portu Romano.	612.d.e
Origenis Apologia ab Eusebio potius elucubrata.	504.b	Pamphili martyris primum certamen.	799.a
Origenis Apologia scripta à Rufino. Vide, Rufinum.		Pamphilus martyr an scripserit Apologiam pro Origene.	503.e. & seq.
Origenes peregrinatio.		Pamphilia illustrata martyribus.	790.c
Origenes vocatur in Arabiam.	349.c	Pancratus martyr Rome sub Diocletiano.	761.c
Origenes proficiscitur in Palestinam, inde reuersus Alexandriam.	369.e	Pancade in Phœnicia purgata ab illusionem demonum.	579.e
Origenis peregrinationes diuersæ in unum collectæ.	ibid.	Panem manducaturi Manichæi, creatorem & creaturam, execrabantur.	632.e.633.a
Origenes rursus proficiscitur in Palestinam.	374.c	Pannoniam depopulantur Sarmatæ.	585.c
Origenes secedit Tyrum.	ibid.	Pantæon iustum fulmine.	52.c
Origenes fugit Cæsaream.	ibid.	Pantæon à Seuera resarcitur.	298.a
Origenes cupidissimus inuisenda Romana Ecclesia.	331.d	Pantæus philosophus Christianus proficiscitur ad Indos.	242.a. omnium eruditissimus.
Origenes sub Zephyrino Papa venit Romam.	ibid.	Pantæus reperit apud Indos Evangelium Matthei.	242.b
Origenes iterum venit Romam sub Fabiano Papa.	401.e	Pantæus docuit Brachmanas.	ibid. c
Origenes venit Romam dicturus causam coram Fabiano Papa.	ibid. d	Pannini error de patria Traiani.	2.a
Origenes Romæ dum esset, adiit Plotinum publicè profitentem.	401.e	Panninus parum fidelis in Chronico.	410.d
Origenes duo ne fuerint, an vnus tantum.	506.b.c	Papa electio qualiter olim fieri solita.	48.c
Origenis obitus & etas.	503.e	Papa titulus Pontifex Max. Episcopus Episcoporum, ambobus simul.	104.d.e.321.c
Origenista Turpes dicti qui fuerint.	506.a	Papa summa auctoritas. Vide, Pontifex Romanus.	
Origenista simpliciter, qui.	506.b	Papa vetus nomen Romani Pontificis.	104.d.e
Ornatus corporis arguitur in viro Christiano.	659.c	Papa nomen commune ceteris Episcopis.	153.b
Orontius cum sociis martyr Ebrudani in Gallia.	763.e	Papa nomine aucupantur calumniis heretici.	104.d.153.a.b
Orosius historicos erroris arguitur.	314.e	Papa, nomen proprium viri.	153.b
Osculari soliti Fideles pedes Romani Pontificis.	677.c	Papa Romanus calumniam passus occasione Montani.	321.c.d
676.e.677.e. etiam presbyterorum.		Papias auditor Ioannis discipuli, non Apostoli.	582.d. & seq.
Osculum solum impertiri cognatis etiam feminis.	676.d	Papias Theologus antiquus, auctor Millenariorum opinionis.	58.c. eius laudes & scripta. 58.d. & seq. quos habuit sectatores. ibid. traditionum explorator.
Osculum mysticum post preces.	677.c	Papias martyr in Ægypto sub Numeriano.	650.a
Osius Episcopus Cordubensis, egregius confessor in persecutione Diocletiani.	767-a.796.b	Papias martyr Pergæ sub Decio.	452.b
Osius Episcopus Cordubensis interfuit Concilio Eliberino.	796.b	Papias & Maurus martyres Rome sub Diocletiano.	759.e.
Ostiensis Ecclesia sub Alexandro vexata.	347.d.e	760.a. eorundem corpora quando inuenta.	611.b. & seq. & quo translata.
Ostensi fuerunt ab Aureliano constructum.	627.b	Papinianus Iureconsultus persecutus Christianos occiditur.	318.e. eius discipuli.
Ostiensis Episcopus consecrat Romanum Pontificem.	551.c	Papylus martyr Pergami cum sociis sub Nerco Imperatore.	167.c
Quintus Camillus occisus sub Alexandro.	341.d	Papylus antiquus Theologus in Asia claruit.	268.c
		obseruauit Pascha ex præscripto Evangelij decimoquarto die Lune.	ibid.
		Parabola Evangelij à Marcione perperam explicata.	117.e
		Paracletus se esse Montanus dicebat, quo modo.	182.d. & seq.
		id ipsum Manes de se aiebat.	630.e.632.d.632.a
		Paracodus Episcopus accipit litteras à Victore Papa de Paschate celebranda.	271.c
		Paradysum visibilem ex Platone Hermogenes docuit.	171.a
		Paramon & socij martyres sub Decio.	453.e
		Paraphrases Ionathæ credus Theodotionis.	241.d
		Parmenas diaconus martyr Philippis sub Traiano.	37.e
		Parmenio martyr Persa sub Decio.	453.d
		Parochiarum diuisio iterum facta ex qua causa.	613.b
		Parthenius martyr cum Calocero Rome sub Decio.	417.a
		Parthi incurfant Syriam.	595.e
		Parthicum bellum absolutum.	160.d
		Pascha temporis occasione aborta in Ecclesia controversa.	158.b
		Pascha temporis occasione aborta controversa ut componeret, Polycarpus venit Romam.	ibid.
		Pascha tempus legitimum quando à Petro stabilitum.	134.e. & seq.

I N D E X

Pascha tempus definitum traditum à Marco Ecclesia Alexandrina. 135.a
Pascha tempus etiam à Ioanne Apost. statutum die Dominico. Vide, Ioannes.
Passionis Christi memoria agenda in Missa. 86.a
Passionis Christi die omnes ecclesia edicto Dioclet. ubiq. prostrata. 710.b
Pastor cognomen Romane familia. 137.a
Pastor presbyter Rom. Tivulium erexit in Viminali. 155.d
quando. 138.a
Pastor presbyter Romanus sub Claudio. 610.a
Pastor presbyter, cum Mario & uxore eius, sepelivit corpus Quirini martyris. ibid.
Pastor Senator in Vrbe. 137.a
Pastoris presbyteri Romani sub Pio Papa obitus. 136.d
eius Alla. 138.b
Pastoris epistola ad Timotheum. 138.b
Pastoris Euangelici super humeros ouem portantis imago expressa egregie in vasis sacris. 136.c
Pastoris libri diuersi tituli. 136.b
Pastoris scripta diuersa. ibid.c
Pastor & Iustus pueri martyres in Hispania. 766.e
Pastorales littera qua. 106.c
Paterinus Proconsul in Africa persecutor Fidelium. 540.e
mittit S. Cyprianum in exilium. 539.e
Patriarche nomen antiquum. 50.b
Patriarche nomen displicet Nonatoribus. ibid.
Patriarcha Hagiomachorum Manes. 635.d.e
Patriarchales sedes iras. 50.b.c
Patriciani heretici. 294.a
Patroclus martyr in Gallia sub Aureliano. 625.e
eius martyrium & sepultura. 640.c
Patroni regionum in Vrbe magistratus sic dicti. 658.b
Patropassiani heretici ex Praxeae ducunt originem. 258.b
Patropassiani heretici quando innotere. 547.b
eorum heresis. ibid.
Patrum modestia in tractandis rebus Ecclesiasticis. 178.a.b
Pattalorincha heretici. 186.e
Paula & Eustochij à Portu Romano soluentium memoria. 613.a
Paulina martyr Roma cum suis sub Valeriano. 528.c
Paulina martyr cum Candida & Arthemio sub Diocletiano. 727.e
Paula trophaea Romae integra. 26.b.334.a. & seq.
Vide, Apostolorum trophaea.
Pauli epistola à Marcione decurtata. 118.b
Pauli statua supra colennam Antoninam sita. 209.d
Paulinus Episcopus Iconij. 349.d
Paulus Concordia quid accepit à notario S. Cypriani. 325.a.b
Paulus confessor cum Dionysio Alexandrino. 538.d
Paulus Episcopus Cirtensis in Numidia Traditor. 733.d
Paulus Inreconsultus sub Alexandro. 339.d
Paulus martyr in Africa cum Successo. 567.c
Paulus martyr cum Iuliana in Palaestina sub Aureliano. 627.a
Paulus martyr cum Reueriano Augustoduni sub Aureliano. 623.b
Paulus martyr in Africa sub Decio. 425.c
Paulus Samosatensis, magister Zenobie Reginae. 596.e
Paulus Samosat. Episc. Antiochie heresiarcha. 577.a
Paulus Samosatensis quo tempore vixit, & quas hereses propalauit. 597.a
Paulus Samosatensis in priori Concilio Antiocheno simulat respicientiam. 602.c
Paulus Samosatensis se iuramento pargat. 603.a
fructu illi Zenobia Regina. ibid.
Paulus Samosatensis damnatur in Concilio Antiocheno posteriori. 615.d

Paulus Samosatensis obscenissimus: scelera eius immanie singula narratur. 616.c.617.a.b.c
Paulus Samosatensis damnatus ab Episcopis, expellitur ab Aureliano Imp. 619.c
Paulus Samosatensis Sabellianus ex parte. 597.b
Paulus Samosatensis sacramentum Eucharistiae quomodo predicaret. 597.c. & seq.
Paulus Samosatensis Cantum Ecclesiasticum abrogare nisus. 617.a
Paulus Thebeus primus erevita sub Decio caput. 437.b
quo anno solitudinem ingressus. 437.d. & seq.
eius atas. 438.c
Pauli Apostoli in trandspasas sententia. 6.e.7.a
Pauperes exercebantur Manichaei, vetantos illis dari eleemosynam. 635.d
Paupertas in Ecclesia longe dispar ab affectata paupertate hereticorum. 548.e.549.a
Pauperum as alienum Cyprianus dissoluit. 456.c.d
Pauperum cura adhibenda, praecipue tempore persecutionis. 419.a
Pauperum captiuorum redemptio. Vide, Cyprianus.
Pausippus martyr sub Hadriano. 101.d
Pausis martyr in Palaestina sub Dioclet. 754.a
Pax dari solita à martyribus & confessoribus. 565.c.567.e.
568.a. ipsos eam vicissim accipere à Catholicis. 567.e
Pax Ecclesia diuturna occasione militis prostrata. 277.c. & seq.
Pax Ecclesia reddita ab Antonino Pio. 130.e
à Marco pariter. Vide, Marcus.
Pax Ecclesiae Afrisana reddita citius tempore Decij. 457.b.c
Pax Ecclesiae reddita à Commodo Imp. & ex qua causa. 236.e
Pax Ecclesiae post obitum Seneci Imp. diuturna contra prophetas Montani. 317.e
Peccata laudata à Carpocrate. 68.e
Peccata omnia ab hominibus consummanda, ut salutem assequerentur homines, Carpocrates impie aiebat. ibid.
Peccantibus indulgentia praestanda, sed magna circumspectione. 484.a
Peccantibus verè poenitentibus indulget Ecclesia. ibid.
Peccantium occaecatio quo modo à Deo fieri dicitur. 631.e. & seq.
Peccatorum remissio falsa ab Helcesaitis promissa. 404.c.
Peccatorum remissio in Ecclesia non sine satisfactione. Vide, Satisfactio.
Peccatorum remissionem ab Ecclesia auferit Nonatianus. 474.e
Peccatorum diuersorum poenitentia diuersa. 585.e. & seq.
Vide, Canones poenitentiales.
Peccatorum aequalitatem ex Stoica disciplina Nonatianus predicat. 474.b.c
Peccatum unde ex Basilidis sententia. 67.a
Pedes Pontificis & aliorum sacerdotum poenitentes Fideles osculabantur. 324.b.676.e. Vide, Osculari.
Pedibulum quid. 574.e.575.a
Pedibus Pontificis se sternerant Fideles. 324.b.676.e.677.d
Pedo Consul terramotu obrutus. 49.d.56.c
Pedonis Consulatus quando contigit. 49.d.e.57.b
Pelagius martyr Constantia in Gallia sub Numeriano. 650.a
Pelagius martyr Alutinenfis in Numidia sub Diocletiano. 742.a
Pentapolitani Episcopi in Egypto contra Dionysium Episcopum Alexandrinum insurgunt. 587.e
Peou martyr Roma cum sociis sub Marco. 150.c
Pepuz. a vicus in Phrygia, ubi Montanus docebat. 179.c.d
Pepuzeni nominati sunt Montanista. 535.d
Pepuzenorum baptisimus cur minus subsistat. ibid.
Peregrina iudicia quando adendum in causis Ecclesiasticis. 481.e.482.a

Pere-

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

Peregrina religio verita antiquitus in Vrbe. 144.c
Peregrinatio Ierosolymitana. 274.e
Peregrini Syri Roma hospitari soliti in Esquilis, vel in Viminali. 136.e
Peregrinus Episcopus Antisiodorensis. 107.c
missus in Gallias à Sixto Papa martyrium patitur. ibid.
Peregrinus martyr Roma cum sociis sub Commodo. 248.e
Perennius, siue Perennis, Praefectus sub Commodo. 245.c
summam rerum administrat. 246.a
Perennius damnat Apollonium Senatorem Christianum. 245.c.246.a. eius nequitia. 246.a.d
Perennius à Commodo iubetur occidi. ibid.
dat poenis de suo sanguine Christiano. ibid.
Perennius alius sub Gordiano persecutor Christianorum. 396.a
Perennis Senatus littera. 452.c
Perennius martyr Aretij sub Decio. 454.b
Perpetua & Felicitas martyres in Africa sub Senero. 303.e
& seq. earum corpora translata Carthaginem. 304.d
Perse domiti à Traiano. 53.a
Perse quando primam seruierunt Romanis. 385.b.c
Perse à Gordiano superati. 396.b
Perse bello vexat Diocletianus. 692.b
Perfarum Regis filius, Manetis culpa moritur. 631.a
Perfarum Reges Sapores Senior sub Decio, Narses sub Diocletiano, postea Hormisda, cui successit Sapores Iunior tempore Constantini. 693.d
Persecutio sub Antonino Pio gravis admodum. 107.e. & seq. 130.c
Persecutio sub Alexandro ex populi furore. 408.e.409.a
Vide, Alexander.
Persecutio sub Aureliano. 621.d. & seq.
Persecutio sub Claudio. 609.c
quid in milites Christianos. ibid.a
eius edictum in Christianos. ibid.c. Vide, Claudius.
Persecutio sub Decio quando capta. 411.c. quibus praemonstrata est visio. 412.c. eius ingens sanctia. 413.b.c.
acriter sauii Alexandria. 433. & seq. credita hac persecutio omnium saeuissima. 437.c. exagitauit Ecclesias Ponticas. 442.c.d
Persecutio sub Diocletiano & Maximiano capta ab exordio ipsorum Imperij. 652.b.c.697.b.706.b.c.707.b.
denu concitata. 704.e. in milites grassata. 685.e. & seq. eius apparatus. 695.e. quo anno indicta. 696.e. 697.a. in Circo Romae primum acclamata. 697.b. decreta Romae ex Senatusconsulto. 697.c. & seq. creditum à Gentilibus Christianam religionem penitus esse deletam. 771.b.c. eius acerbitatis testes columbae incise litteris. 771.c.d. alia testimonia. 710.a. & seq. eadem persecutio in Occidente duobus tantum annis durauit ab ultimis promulgatis edictis. 774.a. in Oriente decem. 774.a.803.a
Persecutio sub Galerio Maximiano in Oriente dire sauii. 776.d.e. Vide, Galerius.
Persecutio sub Gallo & Volusiano. 477.c. eadem una cum peste sauii. 487.b. quando capta est. 487.d. oraculis antea praenuntiata. 488.a
sepius nomine Decij recensita. ibid.b
Persecutio sub Hadriano. 62.b.77.c.d. an ex eius edicto prodierit, & quo modo. 62.c. & seq. eadem postea aucta magis. 78.e.79.d. qua occasione sedata fuerit. 80.d
Persecutio sub Marco Aurelio ex populi tumultu concitata. 143.d.e. quando capta. 149.e. acriter sauii. 160.e. 173.c. rursus instauratur. 213.d. durauit usque ad finem Imperij eiusdem. 227.e
Persecutio sub Maximiano. Vide, Persecutio sub Dioclet.
Persecutio sub Maximino. 387.b
eadem sexta numerata. 387.d. acriter sauii. 388.d. & seq. quieuit. 391.e

Annal. Eccl. Tom. 2.

Persecutio sub Numeriano. 694.b. & seq. Vide, Numerianus.
Persecutio sub Senero qua occasione capta. 277.d.394.c.d
eadem à Plantiano excitata & aucta. 288.d
Africanam quando inuasi. 291.c
quid in Egypti Ecclesiam. 296.a. & seq.
Persecutio sub Traiano qua occasione capta. 3.d.4.e. & seq.
eadem acriter sauii, & durauit etiam post eius reuertum. 23.c. & seq.
Persecutiones tres usque ad Traianum. 3.d
Persecutio sub Valeriano quando capta. 507.b.526.b.c.
quantum durauit. 526.b. Africanam Ecclesiam inuasi. 542.a. iterum recruduit. 549.c. & seq. 562.b.c.
sauii potissimum in ministros Ecclesiae. 568.c
Persecutionem redimere licere, contra Montani & Tertulliani, & aliorum sententiam. 301.d.302.b. & seq.
Persecutiones sine edicto saepe excitata. 61.c
Persecutionibus Ecclesia magis crescit. 128.e
Persecutionis signo dignosca Catholicos ab hereticis. 417.b. & seq. 490.a. & seq.
Persecutionis tempore iubentur Fideles vacare orationi atq; ieiuniis. 421.c.d. e.490.d
Persecutionis tempore Episcopi extorres incogniti Romanam se conferebant. 482.e
Persecutionis tempore Fideles non praetermittant sacras Synaxes & Sacrificium Missae. 741.a. & seq. 745.c. & seq.
Persecutionis tempore etiam agi consueuisse Concilia. Vide, Concilia.
Persecutionis tempore non intermissa celebratio dierum festorum. Vide, Dies festi, Festa.
Personarum distinctio in Trinitate, & confusio. Vide, Sabellius, Patropassiani, Paulus Samosatensis, Praxeas.
Personatos quo tempore Romanis licebat incidere. 240.b
Perinax Imp. 251.e. occiditur. ibid.
Pescennius Niger initiatus sacris Isidis. 138.c
Pescennius Niger inuadit Imperium. 252.a.253.a
Pestis decennalis per uniuersum Orbem quando expleta. 599.e
Pestis ingens in Africa. 496.c. & seq.
Pestis ingens Alexandria. 584.c
Pestis sub Gallo quo anno capta. 487.b.c. decennalis. ibid.c.
capta una cum persecutione. ibid.d. ingravescit. 495.a. & seq. unde progressa. 495.d
Pestis sub Marco unde exorta, & quam dira. 167.d.e
unde egressa. 168.a
Pestis in Ponto unde progressa. 495.c.d
specrum, eius praenuntia. ibid.e
eius occasione multi facti Christiani. 496.a.b
Pestis profusa Christianis. 497.c. & seq.
Pestis tempore quid Cyprianus erga suos. 496.c.d
Pestis tempore quid Gregorius Thaumaturgus. 495.b. & seq.
Pestis tempore quid Christiani Alexandria. 583.e. & seq.
Peste affectis ministrantes defuncti, ut martyres habiti. 584.a
Pestis tempore quid Christiani in Africa. 496.e. & seq.
Pestis tempore reuelationes diuinitus ostensa. 497.d
Petilianus calumniator Episcoporum Catholicorum. 725.b
Petra Scelerata, & alia loca sic dicta. 249.b.528.d
Petrus Alexandrinus confessor cum Dionysio. 538.d
Petrus Alexandrinus Episcopus quando creatus. 691.e
eius sententia de redemptione martyrij. 302.c.d.794.e. 795.a
Petrus Alexandrinus Episcopus scribit canones poenitentiales. 791.d. & seq.
eiusdem epistola Canonica dicta. ibid.
Petrus exorcista liberat Paulinam à demonio. 727.c
Petrus

I N D E X

Petrus exorcista conuertit, <i>Arthemium, Candidam, & Paulinam ad fidem.</i>	<i>Philosophi Christiani facti, nec deserentes philosophiam, enaserunt heresiarcha.</i>	73.d. 116.c
Petri exorcista & Marcellini Papa martyrium.	<i>Philosophi complures facti Christiani.</i>	84.d
Phalaridis supplicium.	<i>itemque heretici.</i>	84.d. 400.d
Pharus apud Alexandriam locus ubi editio Septuaginta elaborata est.	<i>Philosophi amore puerorum infames.</i>	88.d.e
Phaedimus Episcopus Amasenus in Ponto.	<i>Philosophi Platonici vel ad Christianam fidem conuersi, vel magia additi.</i>	382.b. 384.e
creat Gregorium Thaumaturgum Episcopum Neocaesareae.	<i>Philosophi minores, quam rudes ac simplices Christiani.</i>	384.a
Phoebus Clementis discipulus.	<i>Philosophi indigent, cicuta ut ad paucas horas casti sint.</i>	ibid.
Phibionita Gnostici heretici.	<i>Philosophi Roma à Marco Imperatore stipem accipiunt.</i>	145.d
Philadelphensium legatio ad Ignatium.	<i>Philosophia heresum officina.</i>	116.c
Philadelphenses martyres duodecim sub Marco.	<i>Philosophia quo modo uilis Christianis.</i>	382.a. & seq.
Phileas Episcopus in Aegypto martyr sub Diocletiano.	<i>Philosophia Aristotelis à Christianis publice lecta. Vide, Aristoteles.</i>	721.d.e
Phileas sua epistola cruciamenta sanctorum martyrum prosequitur.	<i>Philosophia Platonis est ueluti introductio ad fidem Christianam.</i>	ibid.e
Philenidia cantilena.	<i>Philosophia quo modo se habeat ad Theologiam.</i>	149.d
Philetus Episcopus Antiochenus creatur.	<i>Philosophia qui abutuntur, declinant in magiam.</i>	329.c
moriur.		348.e
Philetus cum sociis martyr sub Hadriano.	<i>Philosophia cum Christiana lege comparatio.</i>	101.d
Philippa cum sociis martyr Pergae sub Pio.	<i>Philosophia inopia & infelix conditio.</i>	130.d
Philippa martyr Thessalonica sub Diocletiano.	<i>Philosophiam cur discant & alios doceant Christiani.</i>	779.a.b
Philippenses excipiunt Ignatium. 32.b. curantq; eius epistolas. Vide supra, Epistole, Ignatius.	<i>Philosophiam addiscendo plerique facti sunt Christiani.</i>	32.b. curantq; eius epistolas. Vide supra, Epistole, Ignatius.
Philippopolis ciuitas à Philippo Imp. adificata.		404.a
Philippus Augustalis Praefectus in Aegypto Christianus.	<i>Philosophiam qui conati sunt introducere in Ecclesiam, quomodo facti sunt heretici.</i>	244.c. persequitur magos & Iudeos.
qua passus est.		295.d
Philippus diaconus unus ex septem, quo tempore celebrabat Pascha.	<i>Philosophus incognitus exclamat in theatro aduersus Perennium.</i>	268.b
Philippus Episcopus Gortyna in Creta, antiquus Theologus.	<i>Philosophus Nicomedia tempore persecutionis insultat in Christianam religionem.</i>	175.b
scripsit contra Marcionem.		ibid.c
Philippus Imperator genere Arabs, Misibicum sustulit.	<i>Philtomena Apellis heresiarcha scortum, & heresis administratrix. 120.e. eius immunditia atq; praestigia. 120.e. 190.b</i>	396.d. quando creatus Praefectus Praetorio.
eius ambitio, sanctitas, & ingratiitudo.	<i>Phlegon chronographus quando & qua scripsit.</i>	396.e. 397.a
affectat Imperium.	<i>Phlegontis Annales.</i>	ibid.
Gordianum Imp. occidi iubet.	<i>Phlegontis nomine uita Hadriani.</i>	397.d
Philippus Imper. nondum Christianus immanissima scelera perpetrat.	<i>Phocas Episcopus in Ponto martyr sub Traiano.</i>	397.d.c
Philippus Imp. quando factus est Christianus.	<i>Phorinus Episcopus Lugdunensis, martyr sub Marco.</i>	397.a
& seq. 399.b.c. 402.d		223.c
Philippus quando cepit imperare.	<i>Piaton martyr Tornaci sub Diocletiano.</i>	397.d
Philippus Imp. agit exomologesin.	<i>Pictura ex musiuo de Consulibus initiatis Isis sacris.</i>	398.d.e
Philippus Imp. cum Philippo Augustali confusus.	<i>Pictura sacra in uasis sacris quid mystice.</i>	398.e
399.a	<i>Pictura. Vide, Imagines.</i>	
Philippus Imp. quando Romam uenit.	<i>Pierius Alexandrinus presbyter. 655.b. pra doctrina excellentia dictus Origenes Iunior.</i>	400.b
Philippus Iunior Augustus creatus. 401.a. b. eius uita ac mores. 407.d. & seq. patrem redarguit cachinnantem. ibid. c	<i>eius scripta.</i>	ibid.c
à matre Seuera ad feneritatem compositus.	<i>Pigmenius martyr Roma sub Dioclet.</i>	402.d
ibid.		729.a
Philippus Imp. pius sanctusq; leges Christiano dignas Imperatore tulit. ibid. d. e. classes exoletorum uenit. ibid. d	<i>Pinianus Praefectus in Asia postea Christianus.</i>	728.d
poetas spreuit.	<i>Faltonius dictus cognomento.</i>	ibid.
Philippus Imp. celebrant ludos Seculares.	<i>Pinianus alter gener S. Albinae.</i>	ibid.e
Philippus Imp. adificat Philippopolim ciuitatem.	<i>Pinytus scriptor Ecclesiasticus.</i>	175.e
Philippus Imperator una cum filio occisus.	<i>Pinytus Episcopus.</i>	195.a
anni eius Imperij.	<i>eius studium erga suos.</i>	ibid.
amborum Philipporum monumentum.	<i>Pionius presbyter Smyrnenfis quo tempore passus sit. 167.a. b.</i>	410.e.d
Philippus Imperator relatus inter diuos.	<i>446.b. de eo Eusebij locus corruptus restituitur. ibid. d</i>	ibid.
Philippus martyr Roma cum sociis sub Marco.	<i>perperam ponitur sub Marco, ponendus sub Decio. ibid. c</i>	192.a
Philodiam heretici.	<i>eius martyrij Acta germana.</i>	446.b. & seq.
Philomenus martyr Ancyra sub Aureliano.	<i>Piony eiusdem socij in certamine.</i>	446.d.e
Philominus martyr in Gallia sub Marco.	<i>catenis cur se nectunt.</i>	447.b
Philoromus martyr in Aegypto sub Diocletiano.	<i>Pionius concionatur Smyrnenfisibus.</i>	ibid.
Philosophi de Deo disputant, & lapides colunt.	<i>damnatus à Proconsule, uisus comburitur, de castitate seruata ultimam elogiū.</i>	451.b.c. eius capilli ab igne illasi. 451.c. dies natalis.
Philosophi Cynici & Epicurici infestissimi Christianis.	<i>Piso Imperator acclamatur Thessalonica.</i>	446.d. 452.a
146.a	<i>Pithon discipulus Marcionis.</i>	578.a
		121.b
		Pius

I N T O M V M I I. A N N A L. E C C L E S.

Pius Imperator quid pro Christianis rescripsit. Vide, Antoninus.	<i>Plinius Iouis imago.</i>	208.b.c.d
Pius Papa creatur. 134.b	<i>Poenia nulla obest ei cui perna est conscientia.</i>	610.b
praecepsit Anicetum.	<i>Poenitentia agi solita in Ecclesia etiam pro lenioribus peccatis.</i>	423.c. & seq.
Pius Papa de Paschatis tempore decretum facit.	<i>Poenitentia praescribitur lapsis ab Ecclesia.</i>	423.c
Pius Papa inuist Nonatum fratrem S. Praxedis egrotum.	<i>Poenitentia Ecclesiastica diuersa.</i>	585.e. & seq.
138.b	<i>Poenitentiales canones Gregorij Thaumaturgi.</i>	ibid.
Pius Papa scribit epistolam ad Iustum Episcopum Diemensem.	<i>Poenitentiales canones Petri Episcopi Alexandrini.</i>	791.c. & seq.
Pius Papa praedicat suum martyrium. 155.d. quando passus est. 156.b.	<i>Poenitentes ante ostium Ecclesiae stare debent.</i>	587.b
eius sedis anni, decreta, & ordinationes.	<i>Poenitentiarius presbyter ecclesiae singulis quando datus.</i>	478.c
Pius Papa quid de Baptismo hereticorum.		478.c
Placidus siue Placidus magister equitum, sub Traiano.	<i>Poenitentibus omnibus Ecclesia indulget.</i>	321.a. & seq.
idem martyr sub Hadriano cum suis.	<i>Poenitentium loca & gradus, classeque diuersa.</i>	587.b.c.d
Platonis imago apud Carpocratem.	<i>Poenitentium recipendorum ritus.</i>	323.e
Platonica philosophia suauitas.	<i>Poeta Christiani magni nominis qui.</i>	594.d.e
Platonici philosophi conuersi ad Christum.	<i>Poeta ex numero bonarum artium professorum exclusi.</i>	402.e
alii qui reuelati sunt, euaserunt magi.		402.e
Plautianus relictus Roma Praefectus à Senero.	<i>Polemo Smyrnenfis adiuns, hostis Christianorum.</i>	447.d.
seuit in Romanos.		448.a.e
Plautianus quid in Christianos.	<i>Polis martyr in Mauritania sub Diocletiano.</i>	731.b
Plautianus persequitur Christianos in Africa.	<i>Polybius Episcopus Thallianus tempore Traiani.</i>	30.c
expilator bonorum Christianorum. 306.d. occiditur. 306.a	<i>missus Legatus à suis ad Ignatium.</i>	ibid.
eius factus & potentia.	<i>Polycarpus Episcopus Smyrnae.</i>	30.c
Plautianus uerè humana miseria exemplum.	<i>collegit epistolas Ignatij.</i>	32.e
Plautiani Christianorum hostis nomen abolitum & abrasum.	<i>eius epistola ad Philippenses.</i>	37.b
306.d	<i>expectat auidè scire finem Ignatij.</i>	48.a
Plautilla filia Plautiani relegata in insulam.	<i>Polycarpus quid in Marcionem sibi occurrentem.</i>	118.a
Plautus filius Plautiani relegatus.	<i>Polycarpus Romam ueniens plurimum profuit Ecclesiae.</i>	158.b
Plebs fidelis, corona Domini.		158.b
Plebs Romana quid in electione Romani Pontificis.	<i>Polycarpus susceptus ab Aniceto Papa.</i>	158.b
Pleroma Valentini.	<i>Roma rogatus sacrificare.</i>	158.c
Pliny Consulatus suspectus quando.	<i>Polyarpus queritur ad necem. 161.a. eius fuga.</i>	162.a
Pliny epistola ad Traianum de Christianis.	<i>uiso in latebris illi ostensa.</i>	ibid.
Plinius olim Augur.	<i>Polycarpus captus à militibus ducitur Smyrnam.</i>	162.b.c
Plinius Proconsul in Bithynia.	<i>eius martyrij Acta.</i>	162.d. & seq.
Plinius quid contra Christianos.	<i>Polycarpus quot annos uixit Christianus.</i>	163.a
Plinius in quo Christianos excuset.	<i>Polycarpus quid ad Proconsulem.</i>	162.e. & seq.
Plotini aetas.	<i>Polycarpus per ignem martyrium consummat.</i>	164.a
Plotini infelicis exitus causa.	<i>miracula in eius martyrio.</i>	ibid.c
Plotinus auditor Ammonij.	<i>eiusdem oratio.</i>	ibid.b
fidelis castus secretorum eius.	<i>eius reliquiae asseruatae. 164.e. 165.a. constitutus dies natalis celebratione anniuersaria recolendus.</i>	165.b
Plotinus cogitat erigere Platonopolim.	<i>eius scripta.</i>	165.d
Plotinus honorabatur à Gallieno Imp.	<i>Polycarpus quid cum Ecclesia Gallicana.</i>	ibid.
Plotinus quando Romam uenit.	<i>Polycarpus quid in hereticos.</i>	165.e. & seq.
Plotinus magie auscultat.	<i>Polycarpus magister Irenaei & Florini.</i>	165.e
in eum acclamatio Aegyptij cuiusdam.	<i>alii eius discipuli.</i>	166.c
Plotinus contubernalis feminarum.	<i>Polycarpus presbyter Romanus tempore Diocletiani sub Caio Papa. 650.d. eius res geste.</i>	650.d.e. 656.d
Plotinus cogitat in Perfidem proficisci.	<i>Polychronius Episcopus Babylonis.</i>	453.d
Plotinus discipulos habuit alios Christianos, magos uerò alios.	<i>martyr sub Decio.</i>	ibid.
Plotinus scripsit contra Gnosticos.	<i>Polycrates Episcopus Ephesus.</i>	248.a
Plotinus non abhorruit à Christiana religione.	<i>quid de tempore Paschatis.</i>	268.b. & seq.
Plotinus docebat Roma, cum eum Origenes conuenit.	<i>Polyeetus martyr Melitina in Armenia sub Decio.</i>	453.b
Plotinus moritur, ubi, quando, & quo morbo.	<i>Pompeia martyr in Gallia sub Marco.</i>	223.d
eius ultima uerba.	<i>Pompeianus dux exercitus sub Marco.</i>	207.b
eo moriente sub lecto peruerbat draco.	<i>idem Consul.</i>	210.b.c
quid draco iste significauerit.	<i>Pompey tumulus ab Hadriano instauratur.</i>	87.c.d
Plotarchi testimonium de oraculis mutis redditus.	<i>Pompeius Episcopus in Africa interfuit Rome electioni Cornelij Papa. 458.d. eius reditus in Africam.</i>	468.d
mirabatur de Pythiade.	<i>Pompeius martyr in Africa cum sociis sub Decio.</i>	433.d
Plotarchus de Iudaeis scribens, multa mentitur.	<i>Pomponia martyr Alutimensis in Numidia.</i>	742.a
Plotarchus discipulus Origenis sub Senero.	<i>Pomponius I. C. sub Alexandro.</i>	319.d
Plotina precibus Fidelium procurata in Africa.	<i>Pons Antonini Rome.</i>	529.b
& seq.		
Plotina solita à Deo impertiri precibus Christianorum, tributa diis Gentium.	<i>Pontianus Papa creatur. 374.c. mittitur in exilium.</i>	386.c
Plotina obtenta precibus Christianorum in Germania.	<i>martyrium subiit. 388.d. eius translatio.</i>	ibid.
207.b	<i>decreta ipsius, ordinationes, & alia.</i>	ibid.
Plotinus Iupiter dictus.	<i>Pontianus paralyticus sanatur.</i>	527.b.c
208.e		Pontia-

I N D E X

Pontianus martyr Spoleti sub Marco. 192.d
 Pontianus martyr Roma cum sociis sub Commodo. 248.e
 Ponti Ecclesia florens. 21.e
 à Decio exagitata. 442.c.d
 Ponti populos seducit impostor. 113.e. & seq.
 Pontici martyres divissima perpeffi. 783.c.d
 Ponticus martyr in Gallia sub Marco. 223.d
 Pontifex Max. & Episcopus Episcoporum dictus Papa antiquitus. 104.e. 321.c.d. Vide, Papa.
 Pontifex Romanus tantū damnat hereticos. 253.e. 308.a
 Pontifex Romanus calumniam patitur à Tertulliano iam heretico Cataphryga. 278.d. 302. a. b
 sed ab invito laudatur. 302.b
 Pontifex Romanus Concilia indicit. 268.a. 269.a
 Pontifex Romanus Antistes primarius totius Catholica religionis. 308.a
 Pontifex Romanus renocat datas à se litteras ad Montanum errore sarreptas. 176.d
 Pontifex Romanus decipi potest ex falsis relationibus rei gestis. 176.d. & seq.
 Pontifex Romanus cognitus ab omnibus Index omnium Episcoporum. 511.d. 547.a. 587.d
 ad Pontificem Romanum deferuntur hereses recens emergentes, & ipsarum auctores. 547.a
 Pontificem Romanum consecrat Episcopus Ostiensis ex antiquo usu. 551.c
 eius auctoritas super omnes Episcopos. 269.a
 Pontificem Romanum appellare solent alij Episcopi. 511.b
 Pontifices Rom. nouerunt scripta Dionysij Areopag. 45.c.d
 Pontifices Romani diuissimi, etiam tempore persecutionum. 193.b. & seq.
 Pontifices Romani, quos Donatista calumniati sunt. 725.b
 Pontifices Romani superstitionis Gentilicia concitare soliti Imperatores aduersus Christianos. 661.d
 Pontifices Romani Gentilicia superstitionis plures simul diuersi ordinis, eorumque nomina. 322.e. & seq.
 Pontificis Romani lapsus & prauis moribus nullum afferunt praedictum Catholicae veritati. 726.d.e
 Pontificis Rom. maiestas etiam hostibus reuerenda. 757.a
 laudantur ab iisdem qui eos calumniantur. ibid.
 Pontificis Romani esse, creare Episcopos, & mittere in diuersas provincias. 130.b
 Pontificis Rom. electio qualiter olim fieri solita. 458.c
 Pontificis Romani cura super omnes Episcopos. 269.a. & seq.
 Pontificis Romani pedes Fideles osculantur. 324.b. Vide, Osculari, Pedes.
 Pontificis Romani tantum esse muneris deponere Episcopos. 513.c
 Pontificis Romani tanta auctoritas, ut ipse solus reserat sententia omnium. 514.c
 Pontificis Romani auctoritas quanta sit, res à Stephano Papa gesta declarant. 524.a
 Pontificis Romani indumentum. 559.b
 Pontificis Romani summam auctoritatem nouit etiam Aurelianus Imperator. 619.e. 620.a
 Pontificis Romani auctoritate firmari res gestas in Synodis. 620.a
 Pontificis Romani collegas dici solere alios Episcopos, quo modo id accipiendum. 416.b.e
 Pontificum Romanorum series Eusebij vitiosa. 129.e
 Pontificum Romanorum chronologia per Consules qualis. 133.e. & seq.
 Pontificum Romanorum essusa largitas erga pauperes omnium provinciarum. 192.e. & seq.
 Pontificum Romanorum littera publice legi solere in ecclesiis. 194.a
 Pontificum Romanorum constantia in disciplina seruanda. 278.d
 Pontificum Romanorum decreta indici solita vniuersa Ecclesia. 321.b
 Pontificum Romanorum modestia in rogandis fratribus sententiis, nec sine illorum consensu quidquam audere, cum possent. 466.c
 Pontius diaconus, comes Cypriani exulis. 530.e. scripsit res ab eo gestas. 541.a. eiusdem dies natalis. 558.a
 Pontius martyr in Gallia, qui conuertit Philippum Imp. & filium eius. 399.d.e
 Popinarij Roma litigant cum Christianis de loco Taberna Meritoria. 337.b. & seq.
 Populi furore saepe exagitati Christiani. 408.e. 409.a. Vide, Gentiles.
 Populo Roma acclamante in Circo, decreta est persecutio in Christianos. 697.b
 Porca cum procellis in Hadriani numismate effigiata. 39.b.c
 Porcos à Iudaeis coli, opinatus est falsus Plutarchus. 284.d
 Porcus Iudaeis abominandus. 93.c.d
 Porcus insculptus porta Ierusalem. 92.e. & seq.
 Porcus quid in hieroglyphicis. 93.a
 Porcus insigne Romanorum. ibid.
 Porphyrij philosophi Platonici patria, mores, & nomen vnde. 716.b
 Porphyrij an fuerint plures. 717.a
 Porphyrium Patres fortissime redarguunt. 718.a
 Porphyrius versatus cum Ammonio & Origeno. 381.b. & seq. 440. d.e
 Porphyrius erroris redarguitur, dum ait Ammonium à fide Christiana descendisse. 381.d
 Porphyrius quando Romam venit, etasque eius. 595.d.e. 716. a
 Porphyrius Roma auditor Plotini. 716.d
 Porphyrius cepit scribere contra Christianos. 716.b
 Porphyrius natus in Iudaea, aliquando Christianus. ibid. b.c
 Porphyrius in iram preceps. ibid. c
 Porphyrius nominatus pater calumniarum. ibid. d
 Porphyrius in Sicilia diu versatus. ibid. e. 717. a
 Porphyrius postea à Constantino coercitus. 716.e
 Porphyrius uxorem Marcellam habuit. ibid.
 Portuenses martyres sub Alexandro. 347.c. & seq.
 Portuenses memoria. 612.d. & seq.
 Portus Romanus, à Claudio olim structus, demolitus. 612.e
 Postes coronare fronde, vetitum Christianis. 276.a
 Posthumus creatus Imperator in Gallia. 607.a
 occiditur. 223.d
 Potamia martyr in Gallia sub Marco. 731.b
 Potamia martyr Nicomedia sub Diocletiano. 299.d
 Potamia martyr Alexandria sub Senero. 119.e
 Potinus Marcionis discipulus. 130.d
 Potinus martyr in Sardinia sub Pio. 163.d
 Praconis voce interloqui Iudices. 653.d.e
 Praconis officium in causis capitalibus. 649.c
 Prædicatione in Ecclesia nihil vtilius. 551.e. 552.a
 studium Cypriani in ea re. 633.b
 Prædicatoribus sacris recenseri solita acta martyrum. 40.d
 Præfelli crudelissimi delecti ad carnisficinas martyrum. 698.b.c
 quam saeuissime se gesserint. 714.b
 Præfella Prætorio ius summum. 687.e
 Præfelli plures eodem tempore diuersi generis in Vrbe, quo modo id accidit. 651.b
 Præfectorum studium ut aliquem à fide diuellerent. 714.b.c
 Præfectura vniuersalis Ecclesie duplex. 243.d. & seq.
 Præfecturarum Vrbs chronologia haud constans. 627.d
 Præfectus legionis atque Legatus ius habent in milites. 687.e. 688. a

Præfectus

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

Præfectus Prætorio etiam Carthagine. 730.d.e
 Præpedigna cum Claudio & filiis baptizatur Roma à Caio Papa. 677.a
 Præpedigna martyr cum Claudio & filiis apud Ostiam sub Diocletiano. 678.a
 Præpon discipulus Marcionis. 121.b
 Prærogata dextera, vel sinistra. 316.a.b
 Præscriptio nulla aduersus veritatem. 41.e
 Præsidalia Acta que. 688.b
 Præsides provinciarum nullum ius habent in milites, sed eos delinquentes ad duces ipsorum mittunt. 687.e. 688.a
 Præsides sanctus in Christianos, nominantur. 292.d
 que mala passi. ibid.
 Præsides qui modestius se habuerunt, recensentur. 293.a
 que secerant in fauorem Christianorum. ibid.
 Prætoriani milites Romasurbas concitant. 391.d
 Prætaxas veniens Romam, detexit Montani fallacias. 176.d.e. 257.d
 Prætaxas confessor aliquando. 257.e
 Prætaxas hereticus. 257.d. 258.a.b.c. eius origo atque progressus. 257.c. & seq. defecit à Montano. 257.d
 Prætaxas damnatus Roma à Zephyrino Papa. 258.a
 Prætaxas occidit martyres. 149.e
 eius Acta scripta à Pastore. 136.d. 149.e
 Prætaxas obitus, & sepultura. 150.a
 Prætaxatur Sancti pro nobis in celo. 490.d. Vide, Cultus, Martyrum cultus, Intercessio.
 Præces dici solite in aduentu fratrum. 610.b. 677.c
 Præces dici solite à Romano Pontifice alios visitante. 677.c
 Præbyter pontificarius singulis præfectus ecclesie. 478.c
 Præbyteri interdum nominati Romani Pontifices. 269.c
 Præbyterium idem quod Consistorium. 472.e
 Prætilianus puer martyr Antiochie sub Decio. 442.a
 Prætilianus Alutius in Numidia sub Diocletiano. 742.a
 Prætilianus magister. 650.b
 Prætilianus martyr Cesaravugste sub Diocletiano. 765.e
 Prætilianus martyr, filius Marcelli Centurionis. 688.e. 766.b
 Prætilianus martyr Roma cum sociis sub Valeriano. 532.e
 Prætilianus martyr, filius Symphorofo, cum fratribus Tibure sub Hadriano. 96.d
 Prætilianus martyr in Numidia sub Valeriano. 562.d
 Prætilianus Episcopus Alexandrinus succedit Cerdoni. 49.a
 eius obitus. 75.d
 Prætilianus Episcopus Corinthiorum. 158.e
 Prætilianus & Felicianus martyres Roma sub Diocletiano. 760.e
 Prætilianus Strator, sine Strator. 555.a
 Prætilianus duo ex Cerdone. 115.e
 eadem ex Marcione. 117.d
 Prætilianus sine iniuria idem quod latrones in saltu. 128.b.c
 Prætilianus Prætilia vxor Prudentis Senatoris. 155.a
 Prætilia, seu Prætilia pseudopropheta Montani. 175.e. 178.a
 Prætilia & Maximilla opulente femina sancte & seducens. 178. a
 Prætilia mentiebatur se virginem. 179. d. Vide, Maximilla.
 Prætiliani heretici à Prætilia dicti. 186.d
 Prætilianus martyr Tornaci in Gallia sub Aureliano. 626. a
 Prætilianus martyr cum Malcho in Palestina sub Valeriano. 529. b
 Prætilianus defensor à Tertulliano derisus. 281.b
 Prætilianus littere que dicebantur. 107.a
 Prætilianus Episcopus Galatitanus. 642. d
 Prætilianus hereticus in Africa damnatus in Concilio Africano. 395.a
 eum esse cauendum Cyprianus monet. 427.e
 Romam se conferre, ut subripiat communionem Catholicam. 479. b
 venit in Synodum acturus in Cyprianum. 478.e
 colligit Carthagine schismaticos, & eligit Fortunatum pseudoepiscopum contra Cyprianum. ibid.
 Prætilianus ad Christum conuersus à Cullisto Papa. 341.e
 ulceribus plenus sanatur ab eodem. 341.e. 342.a
 martyr Roma sub Alexandro. 342.a
 Probus Imperator eligitur. 641.d. eius genus. 642.a. b
 Probus liberat Gallias. ibid. c. debellat Sarmatas. 643. c
 Gothos superat. ibid. d
 Isauricos latrones domuit. ibid.
 cum Parthis & Persis pacem composuit. ibid.
 Probus triumphat de Blemenis atque Germanis. 644.a
 Probus à militibus occisus. ibid. c
 eius sepultura & epitaphium. ibid.
 Probus quot annis imperauit: consutatur error malorum de annis eius. 644.d.e. 645.a
 Probus cum sociis martyr Tarsi sub Diocletiano. 665. e. & seq.
 Proclus, Vide, Proculus.
 Proconsularia Acta que. 652.b.c
 Proconsularia Acta traditionis librorum sub Zenophilo. 733.e. & seq.
 Proconsules absque edicto Imperatorum seuebant in Christianos. 142. b
 Proconsules in provincia idem ius habent, quod Pontifices Rome. ibid.
 Proconsules ipso ingressu in Provinciam visitant res sacras, & curant eas. 21. d
 Procopius martyr in Palestina sub Diocletiano. 723.a
 Proculus Episcopus Cyrenensis. 762. d
 Proculus martyr Bononia sub Diocletiano. 762. e
 Proculus Episcopus confessor sub Diocletiano. 762. d
 Proculus, sine Proculus Montanista. 186.a.b. 200. c
 Proculus, sine Proculus Siccensis. 186. b
 eius scripta. 200. c
 Proculus diaconus martyr sub Galerio. 787.c
 Proculus idem Proculus Platonius consutatur à Ioanne Philippomo. 186. c
 Proculus superatur à Caio Theologo. 186.b. 319. d
 Proculus procurator Eubodæ Christianus. 252. c
 curat Senecam Imp. egrotum olco. ibid.
 Proculus Cataphryga Tertullianum impulit in ruinam. 280.a
 Proculus idem & Proculus excommunicatur à Zephyrino Papa. 320. b
 Proculus Adamitarum auctor. 200. b
 Prodigia sub Senero. 292. a. b
 Prodigia sub Traiano. 54. c
 Prodigia uehementia ob persecutionem illatam Christianis. 292. a. b
 Prodigia perterrita Galerius, dum concionatur in Christianos. 295. b
 Prodigia multis præcognita. Vide, Miraculum, Visiones.
 Professio fidei Concilio Antiocheno contra Paulum. 619. b
 Professio schismaticorum coram Cornelio Papa. 473. a
 Professores Christiani persecutionis tempore deserunt scholas, fugam captantes. 296. d. e
 Professores scientiarum, licet semel probati, possunt adhuc reuocari. 396. d
 excluduntur à professorum privilegio poetæ. 401. e
 Promotus index Romæ quid in Christianos. 760. c
 Propheta amans aurum, falsus conuincitur. 179. c. & seq.
 Propheta affectans cultum corporis, falsus conuincitur. 180. b
 Propheta falsus Marcus. 198. a. Vide, Marcus.
 Propheta falsus Montanus. Vide, Montanus.
 Propheta falsus Marcianus. 200. a
 Propheta falsus & veri signa. 179. c. d. 180. b
 Propheta non sunt locuti in ecclesiis. 184. b
 Propheta Ecclesie qui & quales. 180. b
 Propheta

I N D E X

Propheta apud Gentiles qui dicebantur. 120.e
 Prophetas negabat Marcion. Vide, Marcion. 68.c
 Prophetia alia ab Angelis, alia à satana, ex sententia Sa-
 turini. 181.e
 Prophetia donum semper in Ecclesia. 177.b.c
 Prophetia falsæ Montanistarum. 181.e
 Prophetia spiritum dare Marcus haresiarca magia affecta-
 bat. 198.c. & seq.
 Prophetias apud Gentiles esse ad persuadendum magni pon-
 deris. 501.c. & seq.
 Prophetiarum lectio vetita ab Antonino Pio. 108.b
 Prophetissam agit femina arreptitia, & multos decipit. 388. a b
 Prophetissa Gentilium arreptitia. 3.b.c
 Prophetissa Montani. 178.a. 179.c
 Pseudo propheta. Vide, Propheta falsus. 180.b
 falsa predicant. 181.e
 Protasius martyr cum Gervasio sub Marco. 172.b
 Protus martyr Aquilæ sub Diocletiano. 762.e
 Protus martyr in Sardinia cum Iannario sub Diocletiano. 767. d
 Protus martyr Romæ cum Hyacinto sub Valeriano. 573.e
 Pronocandi sunt heretici ad Apostolicas antiquas sedes. 121. d. & seq. Vide, Heretici.
 Psalmorum editione Septuaginta vitur Romana Ecclesia. 365. d
 Pseudopropheta. Vide, Propheta falsus.
 Psychici qui sunt appellati, & unde nomen deductum. 279.a. 280.a
 Psychici à Montanistis appellati sunt omnes qui non receperunt eorum Paracletum. 280.e
 Psychici nominati sunt homines animales. 320.e
 Ptolemaeus catechista Roma martyr cum Lucio. 148. b. c. & seq.
 Ptolemaeus martyr Alexandria cum sociis sub Decio. 436.a
 Ptolemaei Philadelphi bibliotheca incensa. 360.c. & seq.
 Ptolemaei Philadelphi diuinam Scripturam transfrendam curauit. 355.b. & seq.
 Ptolemaeus Valentini discipulus. 112. a
 Publius Episcopus Ierosolymorum. 133.d
 Publius Gentilis, uxorem suam, quod Christiana esset, male tractat. 692.b. eius legatio ad Persas. ibid.
 Publius martyr Casar Augusta sub Diocl. 765.e
 Pudens Presbiter bene habuit Christianos. 293.a
 Pudens Senator Christianus, eiusque domus in Viminali. 136. d.e
 Pudenciana & Praxedes se suaque omnia pietatis officiis manciparunt. 151.b
 Puella Origenis emanuenses. 332.d
 Pueri in eccliam rapti visiones vident. 423.d
 Puerorum trium reliquie inuenta. 610.e
 Pulpitus in Ecclesia locus, ubi legitur Euangelium. 432.b
 Pupianus qui aduersatur Cypriano. 501.e
 Pupienus Imperator. 394.a. occiditur à militibus. ibid.
 Purgatorium Manetis quam stultum. 636.a
 Purpurinus Episcopus Limatenfis Traditor & homicida. 732.a. quid in conuentu Cirtenfi aduersus Secundum Primatem Numidie. ibid. e
 Pythagore imaginem venerantur Carpocratiani. 73.b
 Pythagore silentium affectant Basilidiani heretici. 64.a
 Pythia afflata à malo demone. 3.b. c. d
 Pythiadis interitus ex demone. ibid.

Q.

Quadragesimale ieiunium ab Apostolis traditum Ecclesie. 92. b. & seq.
 Quadragesimas plures excogitauit Montanista. 183. e. & seq.
 Quadragesima Regularium diuersa ab eis. ibid.

Quadratus Episcopus Atheniensis succedit Publio. 78. e. 79. a
 dedit Apologiam Hadriano pro Christianis. 79. a. 80. a. b
 persecutionem cohibuit. ibid. c. eius etas. 80. a. b. c
 Quadratus martyr Nicomedia sub Decio. 453. b
 Quadratus Propheta. 180. d
 Questio in Ecclesia de Baptismo hereticorum diu agitata. 513. d. & seq.
 Questio in iudicio incipi debet à debiliore. 666. a
 Quarta martyr in Gallia sub Marco. 223. d
 Quartullosa martyr in Africa sub Valeriano, & visio ei ostensa. 563. e
 Quartodecimani heretici. 186. c
 tenacissimi sue ipsorum sententia. 270. c
 à Victore Papa damnati. 266. b. & seq.
 non amplius tolerandi. 270. c. & seq.
 Quartodecimorum defensor Blastus. 270. c. & seq.
 Quartus martyr cum Sixto Papa Roma sub Valer. 549. e
 Quatuor coronati quando passi. 761. a
 Quintus martyr in Africa cum sociis sub Decio. 433. e
 Quinque presbyteri coniurant in Cyprianum. 417. c
 Quinta editio diuina Scriptura quando inuenta. 329. c
 Quintilianus martyr Casar Augusta sub Diocl. 765. e
 Quintilianus Proconsul in Asia sub Decio. 450. e
 Quintilius Marcellus, vir optimus. 339. d
 Quintilla pseudoprophetissa. 186. d
 Quimillus frater Claudij Imperatoris. 608. b. 613. c
 incisus sibi met. moritur. 613. e
 Quintinus martyr in Gallia sub Diocletiano. 764. c
 Quintus martyr Alutinenfis in Numidia sub Diocletiano. 742. a
 Q. Serenus Samonicus antiquus Medicus, Basilidis sectator. 66. d
 Quiriacus Episcopus Ostiensis martyr sub Alexandro. 342. a. 347. c
 Quirinus mittit subsidia ad martyres damnatos ad metalla. 545. a. d
 Quirinus Tribunus militum fit Christianus & martyr. 85. d. e
 eius filia Balbina iudem. ibid.

R.

Acematio Seneri qua. 275. d. 281. e. 297. d
 Radore caput feminis, magna ignominia. 654. c. Vide, Femina.
 Rebaptizandi ne sint baptizati ab hereticis, diuitius altercatum. 513. d. & seq.
 Rebaptizationem vehementer exhorruit Ecclesia. 519. b
 Recognitiones Clementis quales. 18. d
 duplicia eorum volumina. 19. a
 Redemptio captiuorum sollicitè à Cypriano curata. 475. c
 Redemptio martyrij à Montanistis improbata. 301. c. d. e. 414. e
 Reges subiecti Episcopis esse debent. 35. c
 Regio Vrbs dicta Caput tauri. 75. a
 Regiola martyr Alutinenfis in Numidia sub Diocletiano. 742. a
 Regionis patronus, nouus magistratus contra Christianos institutus. 658. b. & seq.
 Relatio hominum in deos quomodo fieri solita. 104. a. b. 315. e. 316. a
 Reliquari solitos Christianos in montes. 449. a
 Religio Christiana magno fuit adiumento Romano Imperio collabenti. 172. e
 Religio Christiana tempore Traiani iam repleuerat Orbem. 2. c
 quam latissime propagata postea. Vide, Christiana religio
 Religio Christiana obmutescere fecit idola. 2. d
 Religio Christiana infamata sceleribus hereticorum. 70. b. & seq.

Religio

I N T O M V M I I. A N N A L. E C C L E S.

Religio Christiana quo magis atteritur, eò magis crescit. 73. a
 Religio Christiana stabilis & inconcussa. 90. d
 Religio peregrina Rome antiquitus vetita. 19. e. 144. c
 Reliquia Cypriani vsque ad guttam vnam sanguinis collecta. 556. e. 557. a
 Reliquia Fructuosi Episcopi diligenter collecta, & honore habita. 576. d. e
 Reliquia Ignatii translata Antiochiam. 47. d. & seq.
 Reliquia Onesimi translata. 48. e
 Reliquia Polycarpi asseruata diligenter ab Ecclesia Smyrnenfi. 165. a
 Reliquia S. Ioannis Euangelista. 9. a
 Reliquia trium puerorum Hebraorum inuenta. 610. e
 Reliquia SS. Marij & Marthe Romam translata. ibid.
 Reliquie SS. Hadriani, Flaminij Domitille, cum aliis inuenta, & honorifice condita. ibid.
 Reliquie S. Bonifacij translata Tarso Romam. 790. b
 Reliquie martyrum custodite à maioribus. 679. c
 Reliquie martyrum magno honore haberi solita à Christianis, testimonio etiam Gentilium. 609. e. 610. a
 Reliquie martyrum ab hostibus in flumen proiecta. 220. d
 Reliquie martyrum in honore habitæ, ac etiam instrumenta ipsa carnicum quibus cruciati sunt. 249. d
 Reliquie martyrum magna estimationis apud Fideles. 556. e
 Reliquia Sanctorum inferri solita in loca Deo dicanda. 51. c
 Reliquiarum martyrum cultus ex traditione Apostolorum. 164. d. e
 Reliquiarum martyrum cultus semper in Ecclesiis. 165. a
 Reliquiarum cultum execrabantur Mænicæ. 635. d. e
 Gentiles quoque indignè seiebant. 711. e. & seq.
 Reliquiarum colligendarum mira Fidelium sollicitudo. 576. e
 Reliquias martyrum vendebat Simplicius Proconsul aurius. 789. d
 Remedium contra omnes hereses. 121. c. & seq.
 Remedium adhiberi solitum febribus vetitum à Caracalla. 328. c
 Renus martyr in Africa sub Valeriano, & visio illi ostensa. 562. d. 563. b
 Reo dicenti causam tempus certum prefixum. 390. d. & seq.
 Reparata martyr Casarea in Palestina sub Decio. 441. d
 Repostus schismaticus in Africa. 478. e. 479. a
 Rescriptum Antonini Pij pro Christianis. 130. e
 Rescriptum Aureliani Imp. contra Christianos. 622. d
 Restituta martyr Sora sub Aureliano. 625. d
 Restituta martyr Alutinenfis in Numidia sub Diocletiano. 742. a
 Restitutus martyr Rome. 697. d
 Restitutus Episcopus Carthagenfis. 751. a
 Resuscitatur mortuus in testimonium vera fidei. 665. b
 Resurrectionem negantes heretici. 68. e. 69. a
 Resulatio facta Cypriano de iustè electis sacerdotibus à Deo defendendis. 502. b. c
 Resulatio facta Cypriano de fuga sua. Vide, Cyprianus.
 Resulatio facta Cypriano de pace ventura. 421. d. e
 Resulationes que precesserunt persecutionem Decij. 417. c
 Resulationes. Vide, Visiones
 Reuerianus Episcopus Augustoduni sub Aureliano. 623. b
 Reuocatus martyr in Africa sub Senero. 304. a
 Rhodani discipula Origenis, martyr sub Senero. 299. d
 Rhodanus martyr sub Marco in Gallia. 223. d
 Rhodanus heres femina seducta à Marco. 198. e. 199. a
 Rhodon Asianus venit Romam, ut audiret Tatianum. 187. d. e. 190. d. eius scripta. ibid.
 Rhodanus Praes in Gallis sanctissimus persecutor. 764. d
 eius interitus miserandus. 764. e
 Ritus effusus Senatorum de amentia Commodi. 248. d
 Ritus Ecclesiastici precedentes Baptismum. 527. c. 530. b
 Ritus Ecclesiastici sepeliendi defunctos. 557. b.
 Ritus quibus Imperatores referbantur inter deos. 315. e. 316. a

Ritus recipiendi poenitentes. Vide, Poenitentes.
 Rodopianus martyr in Caria sub Dioclet. 790. e
 Rogata martyr in Gallia sub Marco. 223. d
 Rogatianus presbyter legatus S. Cypriani. 456. a
 Rogatianus Episcopus in Africa in Synodo expositus de diacono contumelioso. 509. d
 Rogatianus confessor in carcere, ad quem scribit Cyprianus. 546. a
 Rogatianus à Fructuoso baptizatus in carcere. 575. b
 Rogatiani duo martyres Alutimenses in Numidia sub Diocletiano. 742. a
 Rogatianus cum Donatiano martyr Numete in Gallia sub Diocletiano. 764. c
 Rogati duo martyres Alutimenses in Numidia sub Diocletiano. 742. a
 Roma aucta mœnibus ab Aureliano. 639. b. 661. a
 Roma afflictata cladibus ob necem martyrum. 167. e. 168. a
 Rome patebantur omnes civitate donati, licet essent peregrini. 23. e
 Romam mittebantur insigniores ad pœnas. 25. e. 28. e. & seq.
 Rome millesimus annus quando. 402. c
 Rome anni ex antiquo oraculo. 642. e
 Rome habitata disputatio inter Caium antiquum Theologum, & Proclum Montani sectatorem. 319. c. & seq.
 Rome incendium sub Commodò. 350. b. & seq.
 Romana Concilia. Vide, Concilia.
 Romana Ecclesia prima omnium experiri solita persecutiones Gentilium. 4. e. & seq.
 Romana Ecclesia mirifice laudatur ab Ignatio. 31. c. d
 Romana Ecclesia quid senserit de Dionysio Areopagita & eiusdem scriptis. 41. d. e
 Romana Ecclesia palam solita Sacra conficere: ratio huius rei. 111. c. d
 Romana Ecclesia impolluta semper ab omni sorde hereticorum. 112. e. 132. e. & seq. 159. c. 328. c
 Romana Ecclesia omnes damnat hereses & haresiarchas. 111. e. & seq.
 ipsa tantum reconciliat haresiarchas poenitentes. 133. a. 157. c. & seq.
 Romana Ecclesia norma credentium, cuius sola auctoritate hereses omnes confutantur. 122. b. & seq.
 eius esse, hereses disquirere atq; improbare. 132. e. & seq.
 Romana Ecclesia vexata ab hereticis. 132. b. b
 Romana Ecclesia apud Gentiles infamata ob scelera Gnosticatorum. 157. a. & seq.
 Romana Ecclesia stabilis & inconcussa. 157. c. 634. e
 Romana Ecclesia cui communicat, monstrat esse Catholicam. 157. e
 hinc multi haresiarcha suffragari conati sunt ab ea communicationem. 157. c. d. 479. b
 Romana Ecclesia interdum decepta falsis rerum gestarum relationibus. 176. e. & seq.
 Romana Ecclesia inconsulta, nihil desiniri solitum in Conciliis. 181. b
 Romana Ecclesia diuissima, & munificentissima erga pauperes, etiam longè postea. 192. & 193. c. d. e
 Romana Ecclesia consulti solita in ambiguis. 229. a
 Romana Ecclesia traditiones illibatas custodit. 229. a. b
 Romana Ecclesia citatur à Catholicis aduersus hereticos. 319. e
 Romana Ecclesia indicit leges vniuersa Ecclesia. 428. d. 429. b. c
 Romana Ecclesia tenacissima antiqua discipline. 428. a. & seq. 727. a
 Romana Ecclesia à Neonato schismate scissa. 457. d. 466. c
 Romana Ecclesia quem morem seruauit in eligendo Pontifice. 458. c
 Romana Ecclesia verè Catholica, sine cuius communionem Catholicus. 430. a. b. 464. a
 Romana

Romana Ecclesia quibus ministrorum ordinibus constaret. 465. c
Romana Ecclesia dicta semper cathedra Petri, & Ecclesia principalis.
Romana Ecclesia sola iudicat & deponit Episcopos. 513. c
Romana Ecclesia reddi certior solet, cum nona oboritur heresis. 546. e. & seq.
Romana Ecclesia tribunal primum in uniuersa Ecclesia. 592. b
Romana Ecclesia auctoritas probe cognita omnibus Episcopis. 511. e. eadem super omnes. 515. b. c
Romana Ecclesia auctoritatis exemplum patefactum in rebus à Stephano Papa gestis. 524. a
Romana Ecclesia à Deo non sine in errorem labi. 176. d. & seq.
Romana Ecclesia reuerentus est Credo, & alij heresiarcha. 132. c. d
Romanam Ecclesiam deserere, idem est quod profiteri se esse hereticum. 482. e. & seq.
Romana editio diuina Scriptura excellens, quae praefertur alijs omnibus Latinis. 364. b
Romana Sedis vacatio ultra annum post obitum Fabiani. 411. b. c. 454. d
Romani cives Christiani ex prouincijs Romae plebendi mittebantur. 22. a
Romani nobiles complures facti sunt Christiani tempore Commodi. 237. d
Romani presbyteri deserunt Marcellinum. 724. b
Romani Gentiles.
Romani dii subsiciuntur deo Etzagabalo. 330. d. e
Romani Gentiles colunt sacra Aegyptiorum saepe reiecta. 126. c. & seq.
Romani Gentiles porco uti soliti in signis militaribus. 93. a
Romani Gentiles decepti ab Alexandro impostore. 113. e. & seq.
Romani grauior vexati à Commodo ob fusum sanguinem Christianorum. 236. b. c
Romani male habiti à Maximino. 389. a. & seq.
Romani quo tempore incidebant personati. 240. a. b
Romani complures occisi ob necatos ab illis Christianos. 318. e. & seq.
Romani redacti sub tributo à Scythijs in ultionem occisorum Christianorum. 487. d. e
Romani legibus viuendam omnibus ex edito perpetuo Saluij Iuliani. 91. b
Romani legibus antiquis exagitati sunt Christiani. 144. c. & seq.
Romanum Imperium sub Marco triplici clade affectum ob fusum sanguinem Christianum. 229. c. d. e
Romanum Imperium ob persecutionem Christianorum dirissima passum post Decium. 487. d
Romanum Imperium vexatum peste, fame, & bello sub Gallo ob necem Christianis illatam. 498. d. & seq.
Romanum Imperium bene vel male se habuisse, prout Imperator de Christianis meritus est. 487. d. e
Romanum Imperium duris cladibus exagitantibus ob fusum sanguinem, martyri praemonstratum in Numidijs. 572. a. b. 573. a. b
Romanum Imperium quibus afflictatum sit cladibus sub Gallico. 573. a. b. & seq.
Romanum Imperium à barbaris deuastatum. 584. d. & seq. Vide, Clades.
Romanum Imperium propagandum, ex oraculo commentio praeclara. 641. d. e. & seq.
Romanum Imperium peccatum sub Diocletiano. 674. c
Romanum Imperium diuisum inter Galerium & Constantium Imp. 772. b. c
Romanus Clerus, Senatus pauperum à Pio dictus. 155. d. e
Romanus Clerus nequaquam fuit in culpa ut Tertullianus recederet ab Ecclesia. 278. e. & seq.

Romanus Clerus curat uniuersam Ecclesiam Catholicam Se de vacante, scribit litteras Circulares, praescribit leges, audit Ecclesiarum controuersias, cogit Concilia, & alia. 416. a. 417. d. & seq. 418. a. & seq. Vide, Clerus Romanus.
Romanus exercitus ex falso oraculo impostoris in discrimen adductus. 172. c. & seq.
Romanus exercitus obsessus à barbaris, & siti enectus, liberatur precibus militum Christianorum. 203. a. & seq.
Romanus martyr Antiochia sub Diocletiano. 723. b. c
Romanus Pontifex. Vide, Pontifex Romanus, Papa.
Romanus portus à Claudio olim structus, demolitus. 612. e
Romulus subdiaconus martyr in Palestina sub Diocletiano. 754. a
Romulus Praefectus domus Traiani martyr sub eodem. 27. a
Rosula martyr in Africa sub Valeriano. 560. b
Ruffina & Secunda martyres Romae sub Valeriano. 533. e
Ruffinus Aquileiensis band satis dignè excusat Dionysium Alexandrinum. 590. b
idem erroris arguitur. 515. c
eius impostura de Sixti Pape & martyris libris. 105. a. & seq.
omnibus suis scriptis praefationem apposuit. 13. c
Ruffinus Proconsul in Africa sub Senero persecutor. 303. b
Ruffinus Rhetor Smyrnae quid in Pionium martyrem. 450. c
Rufus Indae Praefectus Iudeos exagitat. 83. a
Rufus martyr Capuae sub Diocletiano. 762. a
Rufus martyr cum Zofimo Philippis sub Traiano. 37. d. e
Rufus martyr Romae sub Diocletiano. 761. c. 762. a
Rusticus martyr cum Firmo Verona sub Dioclet. 762. d
Rusticus Praefectus Vrbs damnat Iustinum philosophum Christianum. 150. d
Rutilianus dux exercitus decipitur falso oraculo impostoris. 114. a
Rutilius martyr sub Senero. 302. a

S *Abbate ieiunium Marcionis.* 118. e
Sabbati magni mentio. 446. d. 447. d
Sabbatius martyr cum Trophimo in Phrygia sub Probo. 643. a
Sabelliana heresis ex Hermogene. 171. a
Sabelliana heresis quae. 546. d. & seq.
Sabelliana heresis antiqua vestigia. 547. b
Sabellij error reperitur in Montano. 182. d
in Praxeas, 258. c. in Aeschyne. 280. a
Sabellius heresiarcha quando prodit, & ex qua schola. 547. b. & seq.
Sabina martyr Romae sub Hadriano. 76. c
Sabina uxor Hadriani Imp. ab ipso occiditur. 97. b
Sabina dicta Theodota, passa sub Gordiano Smyrnae, iterum confessa sub Decio. 447. b. 449. a
Sabinianus martyr in Gallia sub Aureliano. 626. a
Sabinianus tyrannus compressus. 394. d
Sabinus Augustalis Praefectus in Aegypto sub Decio persecutor. 434. a. b
Sabinus Episcopus Spoletinus martyr sub Diocletiano. 697. b
& seq. 762. b
eius martyri Acta. 697. b. & seq.
Sabinus Praefectus Vrbs sub Maximino. 389. d
occiditur. 391. c. d
Sabinus Episcopus in Hispania suffectus in locum Episcopi lapsi. 511. d
Sacerdotes omnes à Deo eliguntur, à quo & ira manat in illos qui eos contemnunt. 502. b. c
Sacerdotio iniitandorum atas ex Lege veteri. 10. c. & seq.
Sacerdotum uita tempore Maximiani dissoluta. 706. d
Sacra-

Sacramenta negantes haeretici quinam fuerint. 199. e. & seq.
Sacramenta non reperiri apud haeticos, definitum in Concilio Africano. 516. d. e. & seq.
Sacramentarij haeretici ab Ascodytis & Archonticis prodierunt. 199. e. & seq.
Sacramentarij haeretici illi tantum olim, qui Christi carnem negabant. 598. & seq.
Sacramentum Eucharistia. Vide, Eucharistia.
Sacrificium Missae adiuncta memoria passionis Christi. 85. e. 86. a
à Domino institutum. 508. e. & seq.
ex uino & aqua. 508. e
Sacrificium Missae offerri solitum in nataliis martyrum. 559. c. & seq.
Sacrificium Missae, omnibus spectantibus Romae offerri solitum. 111. d
Sacrificium Missae offerri solitum pro defunctis. 510. a. b
Sacrificium Missae iugiter offerebat Cyprianus. 502. b
Sacrificium Missae offerri solitum in carcere, in quo confessores detinerentur. 419. b. & seq.
Sacrificium offerri non sanctis hominibus, sed Deo in honorem Sanctorum. 568. d. 679. c
Sacrificium Eucharistia. Vide, Missae.
Sacrificium Gnosticum obsecrum. Vide, Gnostici.
Sacrificium Montanistarum quale. 184. e. & seq.
Sacrificia Genitium intermissa panem exolerentur sub Traiano. 22. c
Sacrilegium immanius scelus quam crimen maiestatis: idcirco Christiani sanius habiti. 144. d. & seq.
Secula Valentini phantastica. 110. b
Seculares Iudi sub Senero. 306. e. & seq.
sub Philippo. 403. e. 404. a
Sagaris Episcopus in Asia, martyr sub Marco. 174. b
175. a
Salem dux in Palestina. 257. a. & seq.
Sallustia paralytica curatur à Cornelio Papa. 592. b
baptizatur ab eodem. ibid. e
eius martyrium. ibid.
Salomonis sepulchrum quando concidit. 91. e
Saluianum edictum perpetuum. 91. b
Saluius Iulianus fureconsul. 76. a
Sama & Guria martyres. 691. b. & seq.
Sampsoc haeretici. 404. d
Santa Nympha, locus. 612. b
Sanctorum pro nobis apud Deum intercessio. 490. d. 626. e. & seq. Vide, Martyrum cultus.
Sanctorum cultum execrabantur Manichei. 635. d. e
Sanctorum cultus celebris in Ecclesia testificatione Genitium. 658. d. 672. b. c. Vide, Martyrum cultus.
Sanctorum Acta quomodo solita legi in Ecclesia. 727. a
Sanctorum martyrum Acta. Vide, Acta Martyrum.
Sanctis non templa, sed memoriae excitamus. 26. b
Sanctorum memoria quam celebris in Ecclesia. 386. e. & seq.
Sanctus diaconus martyr Lugduni sub Marco. 216. e. & seq.
Sanctus, tertio iteratum repeti in sacrificio Missae. 107. b
Sanctus, quid apud Gentiles. 537. a. b
itemque Sanctissimus, quibus competat eiusmodi titulus. ibid.
Sanctissimos iure dici omnes Episcopos. 537. b
Sandrin, ipsum Concilium seniorum interpretatum est diuinam Scripturam. 355. d. e
Sanguinem Christi bibunt, ut sanguinem suum fundant Christiani. 477. c. d
Sanguis Christianorum vindictam clamat. 585. b. & seq.
Sanguis martyrum usque ad guttam unam, cum liceret, colligebatur à Christianis. 556. e. & seq.

Sapores Rex Persarum aduersus Gordianum copias ducens. 395. c
Sapores occupat Syriam, & capit Antiochiam. ibid. d
Sapores vincitur à Gordiano. 396. c
Sapores debellat & captiuum ducit Valerianum Imp. eoque usus suppedaneo confensus equum. 577. d
Sapores Iunior quando vixit. Vide, Persarum Reges.
Sapricius Iudex persecutor. 533. a
Sapricius Praefes in Cappadocia sub Diocletiano persecutor. 786. a. b
Sapricius presbyter Antiochenus apostata. 539. d
Saraceni captiuos ducunt Christianos. 436. c. d
Sarbelius martyr Edessa sub Traiano. 26. d
Sardinia insula illustrata martyribus. 767. d
Sarmaticum bellum sub Senero. 272. b
Satis factio quae iniungenda haeticis penitentibus, ut recipiantur. 158. a
Satisfaciendum Ecclesia pro quolibet peccato: quod semper in usu fuit. 423. d. 461. b. c. 467. a. 481. b. & seq. 502. a. b
Satis factio necessaria unicuique penitenti. Vide, Lapsi.
Saturni vicus prope Carthaginem. 554. e
Saturnillus idem cum Saturnino haeresiarcha. 68. a
Saturnina martyr Alutinenis. 742. a
Saturninus haeresiarcha quando prodit. 68. b
genere Antiochenus. ibid. a
Saturnini haereses quae. 68. b. & seq.
Saturninus acclamatus Imperator, & paulo post necatus. 595. a
Saturninus in Aegypto tyrannus. 644. a
Saturninus seu Saturnus confessor, cuius modestia commendatur à Cypriano. 425. c
lector ordinatus. 427. c. 432. d
Saturninus martyr cum socijs in Africa sub Senero. 304. a
Saturninus martyr in Portu Romano cum socijs sub Alexandro. 347. e
Saturninus martyr cum socijs Tolosa sub Decio. 454. c
Saturninus martyr cum socijs Romae sub Valeriano. 574. a
Saturninus senex martyr Romae cum Sisinio. 689. d. 759. b. & seq.
eorum corpora colliguntur & sepeliuntur à Thrasone & Ioanne presbyteris. 759. e
Saturninus & Successus, & alij martyres in Africa sub Dioclet. 731. e
Saturninus cum socijs martyribus Alutinenis in Numidia sub Diocletiano. 742. b
Saturninus iunior martyr Alutinenis sub Diocletiano. 743. d. & seq.
Saturninus martyr in Sardinia sub Diocletiano. 767. d
Saturninus Proconsul in Africa. 289. a
poenas dedit de fusis sanguine Christiano. 290. c
Saturnini quatuor martyres Caesar Augusta sub Diocletiano. 765. e
Satyrus mart. cum socijs in Africa sub Senero. 304. a
Sauciolum Praetorij atrium apud Carthaginem. 557. c
Scantinia lex. 6. d
Scapula Proconsul in Africa sauit in Christianos. 291. c
senectus eius conatur Tertullianus retundere ad eum scribens. ibid. d
Schisma in Africa, auctore Felicissimo. 455. b
Schisma primum in Romana Ecclesia, auctore Noniano. 457. d. 463. a. 466. c
Schismata unde exoriri solita. 471. d
Schismata duo eodem tempore inter se contraria. 480. d. e
Schisma Donatarum in Africa acceptum tempore persecutionis Diocletiani. 732. e. & seq.
Schisma rursus Carthagine in Cyprianum. 478. e. & seq. 501. d. e

I N D E X

Schismatici confessores lapsi penitentes restitui. 472. b.
473. d. & seq.
Schismatici deliquit Fortunatum Episcopum Carthaginen-
sem contra Cyprianum. 478. e. & seq.
Schismatici venientes Romam contra Cyprianum à Cornelio
reverti. 479. c.
Schismatici falsas afferunt litteras contra Cyprianum.
482. d. e.
Schismatici quo modo dicantur à Basilio esse in Ecclesia.
522. d.
Schismaticorum Montensium prima vestigia. 456. e. & seq.
Schismaticorum provocacia in Cornelium. 479. d. e.
Schismaticorum nullum est tribunal. 483. a.
Schismaticorum legatio ad Cornelium Papam. 479. b.
Schismaticos à Catholicis etiam Gentiles discriminarunt.
490. b. c.
Scientie seculares utiliter addiscuntur. 382. a. b. 383. a.
& seq.
Scientie seculares quo modo se habeant ad Theologiam.
383. b. & seq.
Scorpiacum Tertulliani unde eiusmodi nomen accepit. 302. e.
Scriptores Ecclesie celeberrimos exortis sunt tempore persecutio-
nis. 175. b. & seq.
Scriptorum antiquorum qui texere catalogum. 451. c.
& seq.
Scripturae divinae exemplar non unum tantum apud Esdram
remanst. 234. c.
Scripturae divinae prima interpretatio quanam fuerit.
240. c. d.
Scripturae divinae interpretatio prima fuit Septuaginta inter-
pretum. 353. c. e. & seq.
Scripturae divinae interpretatio facta à Symmacho, Quarta
cur dicta, cum fuerit Tertia. 241. b.
Scripturae divinae interpretatio facta à Theodotione, quan-
do innotuit. 240. c.
Tertia cur dicta, cum sit Quarta. 241. b.
Scripturae divinae interpretationes ab Origene dispositae.
351. c. & seq. Vide, Editio.
Scripturae divinae simplicitatem venerati sunt Patres. 367. a.
& seq.
cuiusmodi simplicem dictionem contempserunt Gentiles &
haeretici. 367. e. & seq.
eius humile dicendi genus est ex Spiritu sancto. 368. b.
& seq.
Scripturae divinae interpretationes novae improbantur. 367. e.
Scripturae divinae interpretatio quanto tempore ante Christi
adventum facta. 355. c. diuina in ea re consilium.
395. d. e. & seq.
Scripturae divinae editiones diuersae. Vide, Editio.
Scripturae divinae ex Hebraico saepe translatae, & deprauatae
ab haereticis. 367. c. d.
Scripturae divinae quo modo & quando per Esdram dicatur
restituta. 232. c. & seq.
Scripturae divinae omnis Legis nomine continetur. 358. d.
Scripturae divinae utiliter à S. Hieronymo translatae. 363. c.
& seq.
Scipturam diuinam adulterarunt haeretici. 255. d. & seq.
Vide, Haeretici.
Scripturam diuinam ad libitum interpretari, magna temeri-
tas. 308. b. & seq.
Scripturam diuinam reuerti sunt etiam Gentiles. 354. a.
& seq. qui ea abusi sunt, diuinam mox vtilitatem sensere.
ibid.
Scyllitani martyres passi in Africa sub Senero, eorumque
Acta. 289. a. & seq.
Scythae iam Christiani esse cepti sub Pio Imp. 102. e.
Scythae occupant Asiam, & exurunt templum Dianae Ephe-
siae. 584. e.
Scythianus magister Maneticus. 629. e. 630. a.

eius patria, institutio, scripta, & obitus. ibid. & seq.
Sebastianus miles Christianus. 650. c.
eius res gestae. 657. b.
confessio & martyrium. 661. b. & seq.
apparet in somnis Lucinae, & ab eadem sepeliitur. 661. e.
662. a. eius insignis Memoria. 662. a.
Secreta mysteria Basilidianorum. 67. a. b. c.
Secunda martyr cum aliis in Africa sub Senero. 289. b.
Secunda martyr cum. Rufina Roma sub Valeriano.
533. e.
Secunda cum Donatilla martyr in Africa sub Valeriano.
568. d.
Secunda martyr Alutensis. 742. a.
Secunda martyr cum Maximo viro & filiis Roma sub Dio-
cletiano. 690. b.
Secundiani Gnostici haeretici. 74. b.
Secundianus Afferor martyr Roma cum sociis sub Decio.
417. a.
Secundianus Praefectus Vrbs sub Valeriano persecutor.
528. e. & seq.
Secundina martyr Anagnina sub Decio. 454. b.
Secundulus martyr cum sociis in Africa sub Senero. 304. a.
Secundus cum Alexandro Thebae legionis miles martyr sub
Diocletiano. 683. e.
Secundus Tigistanus Episcopus Traditor. 732. c.
quid in Concilio Cirtensi. ibid. & seq.
scribit ad Mensurum Episcopum Carthaginensem de
martyribus. 733. c.
Secundus Valentini discipulus, ex quo Secundiani.
197. b.
Secundus martyr sub Diocletiano. 762. b.
Secures Consulium & Proconsulium insignia. 341. e.
Securis & gladij usus in neco hominum quo modo se habue-
rit. ibid.
Sede Petri vniuersa compaginatur Ecclesia. 471. d.
Sede vacante summum ius Ecclesiae Catholicae residet penes
Romanum Clerum. 416. a. Vide, Clerus Romanus.
Sedes Patriarchales tres, omnesq; Petri. 50. c.
Sedia vacatio post Fabianum anno vno & amplius. 411. b. c.
454. d.
Seleucus haeresarcha. 171. b.
Sempronius martyr Roma sub Valeriano. 531. a. & seq.
Senatores omnes probitate antecellunt Ecclesiarum Episcopi.
78. c. 338. d.
Senatores plures facti sunt Christiani. 237. d.
Senatorum Christianorum qualis causa erat. 245. a.
Senatus Acta de Censura Valeriani. 445. b. & seq.
Senatus Commodi turpiter adulatur. 248. d.
ibid.
Senatus cogendi ritus & locus. 249. a.
Senatusconsultum de persecutione indicta sub Diocletiano.
697. b. c.
Senatus de eadem scribit ad Praesides. ibid.
Senatus pauperum, dictum collegium clericorum Romana Ec-
clesiae. 155. d. e.
Seneca Episcopus Ierosolymitanus. 79. d.
Sennen cum Abdone martyr Roma sub Decio. 453. d.
Sententia capitis ferenda ritus. 653. c.
Sententia ex tabella recitari solita. 290. a.
Sepeliendi defunctos antiquus ritus Ecclesiae. 557. b.
Sepeliri Fideles cum Gentilibus nefas. 511. e. 512. a.
Sepeliri iuxta martyres, Fidelibus optatissimum. 344. c. d.
640. d. 672. d.
Sepeliri nefas intra Urbem antiquitus. 342. e.
Sepeliri solitos martyres cum dulmatica vel colobio.
647. d.
Sepulchra Christianorum à Gentilibus dissipata. 292. d.
Sepulchra Christianorum fieri solita in cryptis atq; speluncis
ex antiquo instituto. 342. e. & seq.
Sepul-

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

Sepulchra Sanctorum quam preclara in Ecclesia. 386. e.
& seq.
Sepulchrum S. Iohannis Euangelistae ubi. 9. a. & seq.
Sepulchrum Salomonis quando cecidit. 91. e.
Sepultura martyrum sollicitè à Cypriano curatur. 419. d.
Sepultura negari non poterat iure martyribus ex rescripto
Diocletiani. 712. a.
Septem dormientes martyres. 453. b.
Septimus lector martyr in Apulia sub Diocletiano. 731. a.
Septuaginta interpretes, idem seniorum Concilium Saeculum
nominatum. 355. d.
Septuaginta interpretes multa ex traditione à Moyse accepta
vertunt. 356. a. in Pharo positi sunt interpretati di-
uinam Scripturam. ibid. c. d. an in singulis cellulis.
357. b. & seq. afflato esse diuino numine. 356. e. 357. a.
multa propheticè. 359. c. d. an integram diuinam Scri-
pturam transtulerint. 358. b. & seq.
eius rei gestae narratio. 353. d. & seq.
Septuaginta interpretum translatio ab Aquila Pontico de-
prauata. 95. b. ab Origene disposita non corrupta, sed
notata obelis & asteriscis. 352. b. c. & seq. eius usus
semper viguit in Ecclesia. 353. b. ea vsi sunt Apostoli.
359. a. 362. c. & seq. Iudei antiquiores itidem, eademq;
legi solita in synagogis. 359. d. 360. e. & seq.
Septuaginta translatio originalis reposita in Serapio. 360. a. b.
an ea perierit omnino. 361. e. & seq. quot annis ante Chri-
stum facta. 355. b. c. praesantior ceteris ex sententia
Origenis. 356. a. b. quo modo cepta est deprauari. 361. b. c.
à quibus emendata diuersis temporibus. 361. c. d.
eadem dicta Communis. 362. e. à S. Hieronymo in Lati-
num conuersa. 363. a. b. ab Antonio Carafa Cardina-
li Bibliothecario restituta, & in lacem edita. 366. a.
& seq. Vide, Editio.
Seraphia martyr sub Hadriano. 76. d.
Serapidis cultus à Romanis saepe reiectus & acceptus. 126. d.
& seq.
Serapidis vniuersa oblata Origene. 371. a.
Serapidis templum quando combustum. 360. b. c.
Serapion Episcopus Antiochenus. 317. c.
Serapion martyr Alexandria sub Philippo. 409. c.
Serapion martyr in Aegypto sub Numeriano. 650. a.
Serapion martyr in Aegypto sub Senero. 304. e.
Serapion scriptor Ecclesiasticus celebris. 180. e.
Serapionis scripta. 247. b. & seq.
eius sententia de apocryphis. ibid. c. d.
Serapion senex mori non potuit, nisi accepta Eucharistia.
485. b.
Serena Augusta uxor Diocletiani. 678. d.
curat corpus Susanna. 679. b.
Serenianus vir Consularis laudatus. 339. d.
Serenianus Praes in Cappadocia diuus persecutor. 387. e.
& seq.
Serenianus Granianus Proconsul in Asia quid pro Christia-
nis. 80. d.
Serenus martyr discipulus Origenis. 299. c. d.
Serenus Vicarius sub Diocletiano. 727. c. d. e.
Sergius confessor cum Rogatiano in carcere, ad quos scribit
Cyprianus. 546. a. & seq.
Serpentes colunt Ophite haeretici. 113. c. & seq.
Serpentes colunt Gentiles pariter & haeretici. 113. e.
Serpentem colunt in serpente coli querit. ibid.
Sernandus martyr in Hispania, filius Marcelli Centurio-
nis. 688. e.
Sernandus martyr cum Germano in Hispania sub Dioclet.
766. e.
Serni militiae adscripti à Marco Imp. 168. b.
Serni torti contra Christianos. 72. b. 215. b.
Sernianus Praefectus Augustalis in Aegypto. 89. a.
occiditur ab Hadriano. 97. a. b.

Sernilianus & Sulpitius martyres Rome sub Traiano. 5. e.
Sernianus martyr Tergeste sub Numeriano. 650. a.
Sestertium, vel sestertium nummum, vel sestertij. 475. e.
Seibianus haeretici. 115. a. & seq.
eorum dogmata & scripta. ibid.
Seuera Augusta, uxor Philippi Imperatoris, Christiana.
402. d.
Seuera Augusta Philippum filium qualiter educavit. ibid.
Seuera virgo & martyr apud Centumcellas sub Diocletiano.
690. b. & seq.
eius insigne monumentum. ibid. b.
Seueriani haeretici à Senero quodam denominati. 190. a. b.
Seuerianus dux exercitus decipitur ab impostore. 114. a.
140. e.
Seuerianus martyr cum sociis Roma sub Dioclet.
761. a.
Seueri Pij numismata. 277. c. 307. a.
Seuerus Cordubensis Episcopus. 613. b.
ad eum scribit Dionysius Papa. ibid.
Seuerus dux ex Britannia in Palaestinam aduersus Iudeos
vocatus. 91. d.
Seuerus haereticus Encratita, ex quo Seueriani. 190. a.
Seuerus imperat. 252. a. dicitur Perinax. 275. b.
eius genus antiquum. 252. b.
olim legatus in Gallia. 305. a.
Seuerus Imperator egrotans à Christiano curatur. 252. e.
erga Christianos propensor. ibid.
abstinuit à persecutione Christianorum. 288. e. 291. c.
Seuerus Imp. erga Albinum studia simulat. 253. a.
Seuerus Imp. expugnat Byzantium. 260. c.
depellat populos Orientis, & solus imperat sine collega. ibid.
quando sibi filios collegas adsciuit. 269. c. & seq.
Seuerus Imp. creauit Albinum Caesarem. 260. c.
Seuerus Imp. tranquillam ac floridum reddit Imperium.
263. c.
quot barbarorum nationes deuicit. 262. b. c. 271. d.
Seuerus Imp. auxit legionum numerum. 262. c. 311. e.
Seuerus Imp. triumphat de barbaris Orientalibus. 271. d.
Seuerus Imp. Iudeos exagitat. 272. b. & seq.
de illis triumphat. 272. e. solo omnes expulsi. 273. a.
vertit Iudeos circumcidi. 294. e.
Seuerus Imp. rediens ex Gallia Romam, viso Albino, se-
mit in ciues. 275. b.
dictus Sylla Punicus. ibid. c.
eius vacatio à Plantiano curata. 275. c. d. e.
Seuerus Imp. retulit Commodum inter deos. 275. b.
Seuerus Imp. dat donatium militibus. 277. b.
proficiscitur in Orientem, relinquens Rome Plantianum.
282. d. e.
Seuerus Imp. de castitate seruanda leges senecas tulit. 285. b. c.
nocet mactos. ibid.
Seuerus Imp. conficit bellum Parthicum. 272. b.
Seuerus Imp. persequitur Christianos. 291. d. & seq.
prodigia qua tunc acciderunt. 292. b. eius edictum con-
tra Christianos. 294. c. quid in Philippum Praefectum
Augustalem in Aegypto Christianum. 294. e. & seq.
rursus Romam scripsit aduersus Christianos. 297. d.
Seuerus Imp. Praefecturam Augustalem Equitibus con-
ferri solitam, Senatoribus confert. 295. e.
Seuerus Imp. instituit Consulatus suffectos cum ordinariis
adnumerari. 297. e.
Seuerus Imp. triumphat de Parthis. 248. a.
celebrat Decennalia: arcus illi erectus. ibid.
Seuerus Imp. restaurauit Pantheon. ibid.
Seuerus Imp. occidi iubet Plantianum. 305. a. 306. a.
Seuerus Imp. coiret Britannos. 312. d. muro diuidit. ibid.
propagant Imperium. 311. d. e.
Seuerus Imp. à filio saepe petitus ad necem. 314. d.
eius status infelicissimus post persecutionem illatam Chri-
stianis. ibid.

I N D E X

Senecus Imp. multa largitur Tripolitani & aliis Africa- nis.	311.a	idem libellus de martyribus.	167.c
Senecus Imp. obiit in Britannia.	315.a	Smyrrensi clades sub Marco Aurelio Imp.	142.b
Senecus Imper. filium Antoninum à recta institutione mo- rum detraxit.	315.b. & seq.	Socrates historicus confutatur de presbytero penitentiario.	478.c
ob id meritas pœnas dedit.	ibid.	Sodalitas à Traiano prohibita.	4.b.c
Senecus relatius inter duos.	315.d. & seq.	Sodomiticum scelus ante Christi aduentum longè lateq; dif- fusum.	88.e
Senecus cum Maximino Caesar creatur.	799.d	Solis defectus prodigiosus sub Senero.	292.b
Senecus martyr cum sociis Roma sub Dioclet.	761.a	Soli struxit templum Aurelianus Imp.	627.a.b
Senecus historicus erroris arguitur à martyribus Gallica- nis.	224.c	Solon Procurator Fiscalis persecutor in Africa.	562.c
Seneca celtio ab Origene inuenta.	350.e. 351.a	Solonis & Draconis leges restituta per Hadrianum Imper.	78.b
Sextus scriptor Ecclesiasticus.	254.c	Solutor martyr cum sociis Taurini sub Diocletiano.	684.a
Sextus, sive Sexti, dictus locus martyrii Cypriani.	554.a	Solutor martyr Ravenna sub Diocletiano.	762.c
Sibyllina oracula de Antinoo.	87.e	Sophia cum filiabus martyr Roma sub Hadriano.	76.c
Sibyllina oracula de Christianis.	108.c.d	Sofius diaconus martyr Puteolis cum aliis sub Galerio.	787.c
Sibyllina oracula legi vetata ab Ant. Pio Imp.	108.b	Sotadia cantilena.	149.c.d
Sibyllina carmina consulenda scribit Aurelianus ad Sena- torem.	620.b	Sotas Episcopus quid in Montanum.	181.a
Sigense metallum, ad quod Christiani damnati sunt.	542.b	Soter Papa creatur.	191.c
Signa Romanorum porco effigiata.	93.a	pauperum ubique agentiam curam suscipit.	192.e
Signum cognoscendi Catholicos ab hereticis.	121.c. & seq.	laudatur à Dionysio Episcopo Corinthiorum.	ibid.
Vide, Ecclesia Catholica.		martyrio coronatur sub Marco Imp.	227.e. 228.a
Sila propheta laudatur.	180.d	ordinationes ab eo facte, anni sedis, & sepultura.	228.a. & seq.
Silentium quorundam hereticorum affectatum.	187.a	Soteris virgo & martyr Roma sub Diocletiano.	775.d
Silvanus Episcopus Cirtensis in Numidia, Traditor.	733.a.	Sotto diaconus contubernalis S. Ignatii.	30.c
734.a. b. c		Sozons martyr in Cilicia sub Diocletiano.	790.d
Silvanus Episcopus martyr in Palestina sub Diocletiano.	798.e	Spartianus erroris arguitur.	140.a
Silvanus martyr cum fratribus Roma sub Marco.	192.a	Spartianus historicus in Christianos parum aequus.	141.c.d
Silvester Papa calumniam patitur à Donatistis.	723.b	Spartianus quando vixit.	772.a
Silvanus martyr cum sociis in Gallia sub Marco.	223.d	Speſſacula Christianis illicita.	71.e. 227.c. 286.e. 307.b
Simonis fratris Domini Episcopi Ierosolymitani martyrium.	27.d. atas.	Vide, Christiani.	
27.d. atas.	28.a	Speſtrum pestis prænuntium in Ponto.	495.c. & seq.
Simonis accusatores male habiti.	ibid.	Specus subterranei à Iudeis excavati ob munitionem.	82.a
Simonem Cyrenensem crucifixum pro Christo, blasphemabat Basildes.	64.d	Speratus martyr cum sociis in Africa sub Senero.	289.b.
Simplicitas sancta Christianorum.	111.c	& seq.	
Simplicius martyr cum aliis in Africa sub Decio.	433.c	Speusippus martyr cum sociis.	224.a
Simplicius martyr Roma sub Diocletiano.	728.a. 761.a	Spiridion Episcopus quid redarguit in Tripollio.	368.b
Simplicius Senator martyr Roma cum sociis sub Alexandro.	341.e	Spiritum nequam inhabitare semper in homine quo modo di- cebat Valentinus.	111.d
Simplicius Proconsul ananus vendebat reliquias martyrum.	789.e	Spiritus nequam in Montano ac sociis.	178.e. & seq.
Simulacra quinque virginum martyrum conflata cum cine- ribus carum.	58.a	Spiritum Paracletum quo modo Montanum esse dicebant Montanista. Vide, Montanus.	
Sinistra dignior dextra in rebus sacris.	316.a. & seq.	Spiritum Paracletum se esse dicebat Manes. Vide, Manes.	
Sisinnus diaconus cum Saturnino sene ministrat confessoribus in Thermis. 689.d. idemq; martyr.	759.c.d	Spiritus sanctus à Patre Filioque procedens asseritur in fessione fidei reuelata Gregorio Thaumaturgo.	378.a.
Sisinnus diaconus cum Maximo martyr apud Auximum sub Diocletiano.	728.e	& seq.	
Sixtus Papa primus creatur. 87.c. eius martyrium.	104.c	Spiritus sanctus negabatur à Baslide.	64.b
anni sedis. ibid. & alia ab eo gesta.	105.a. & seq.	Spiritus sanctus existimatus Melchisedech.	257.c
eidem falsò adscripti à Ruffino libri Sixti Pythagori- ci. 105.a. & seq. quid idem statuit de Formatis.	105.c	Sportula clericorum ab Episcopo dari solita quotibet mens. 432.c	
alia ab eo statuta. 107.c. ubi sepultus.	ibid.	Sportulantes clerici dicti qui eis accipiebant.	ibid.
Sixtus Papa secundus creatur. 533.e. monetur de heresi Sabellij in exorta. 546.d.e. martyrio coronatur.	550.a	Statens martyr cum sociis Tibure sub Hadriano.	96.d
an affixus cruci. 550.b. passus in cœmeterio.	ibid. a	Statio pro ieiunio.	575.b
causa eius martyrii.	ibid. b	Stationarij milites qui.	570.c
eius sedis tempus.	551.a	Statinus poeta quid de Septimio Senero.	252.b
Sixtus Papa quintus super columnas coelides Traiani po- suit statuas Apostolorum Petri & Pauli.	26.a. 200.d	Statores Officij qui.	554.d
Smaragdus Christianis in Thermis laborantibus ministrat.	689.d	Statuarij facti Christiani, & statuarum ars collapsa.	761.b
Smyrnienses exceperunt Ignatium.	29.e. & seq.	Statua Taciti Imperatoris iſte fulmine: quid ridiculum ex- cogitatum ab aruspibus.	641.d.e
Smyrniensis Ecclesia littera de martyribus ibi passis.	161.b.	Stephanus archidiaconus Romanae Ecclesie, postea Papa.	507.d
& seq.		Stephanus Episcopus Salomitanus.	14.e

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

Stephanus Papa excommunicat Asianos Episcopos bap- tizantes baptizatos rite ab hereticis.	514.e	Symmachus hereticus Ebionita.	ibid.
Stephanus Papa non admittit legatos Orientalium Episco- porum.	ibid. d	Symphorosa martyres sepeliit.	96.d
Stephanus Papa conuictis urgetur à Firmiliano Episcopo.	514.d.e	Symphorosa longè diuersa à S. Felicitate: eius nomen vnde.	192.b 193.b.c
quàm aequior Stephani causa, quàm Firmiliani.	ibid.	Symphorosa alia uxor Claudi sub Diocletiano claruit.	650.e
Stephanus Papa accipit litteras ex Concilio Africano.	517.d	Symphorosa martyr Roma sub Diocletiano.	761.a
quid ipse ad Africanos Episcopos rescripserit.	519.e.	Symphorianus martyr in Gallia sub Aureliano.	622.c.
& seq.		& seq.	
Stephanus Papa carpitur nonnihil à Cypriano.	520.b.	à matre egregiè exhortatur ad martyrium.	623.a
& seq.		eius martyrii Acta.	ibid.
Stephanus Papa promulgat decretum de non rebaptizando baptizatos ab hereticis.	ibid. b	Symphorianus martyr Roma cum sociis sub Diocletia- no.	761.a
quid de eo Augustinus.	ibid. d	Synagoga omnes libros diuinae Scripturae habebat.	233.e
multi Episcopi eidem assentiuntur.	523.c	eademq; editionis Septuaginta.	359.e
Stephanus nihil innovandum statuit.	524.a	Synadenſe Concilium in Asia.	515.a
Stephanus Papa laudatur etiam à Donatistis.	ibid. c. d	Synaxes Dionysius Alexandrinus ubique celebrat.	537.c
Stephanus Papa colitur à Latinis pariter & Græcis.	ibid. e	Synaxes nec tempore persecutionis intermissa. Vide, Misa.	185.a
eidem tandem assentiuntur omnes Episcopi.	525.a	Synaxis Montanistarum.	
Stephanus Papa à Gentilibus tenetur, confitetur, & marty- rium patitur sub Valeriano.	523.a. & seq.	Synaxis Gnosticorum. Vide, Gnostici.	
eius Acta.	526.d. & seq.	Synodus. Vide, Concilium.	
eius martyrium & mirabilia quae tunc acciderant.	533.a. & seq.	Synodica littera quae. 106.b. Vide, Littera.	
Stephanus Papa sacrficans occiditur.	ibid. c	Synodica littera ex Concilio Africano ad Cornelium Pa- pam.	470.e. 477.a. & seq.
sedis tempus, & ordinationes ab eo facte.	ibid. c. d	Synodica littera ex Concilio Africano ad Stephanum Pa- pam.	517.e. & seq.
Stephanus Papa quintus sub Ludonico Imp. transfert rei- quias Dionysij Romam.	40.d	Synodica littera ex Concilio Antiocheno ad Dionysium Pa- pam.	615.e. & seq.
Stercarius martyr in Hispania cum sociis sub Diocletiano.	766.d	Synodica littera ex Concilio posteriori Antiocheno, ad Ro- manum Pontificem, & alios Episcopos.	616.d
Stipendia clericorum mensura qua.	432.c		
Stoica philosophia sectator Nonatianus, quam in Ecclesiam introducere conatus est.	474.d		
Stratonicus heretici Gnostici.	74.a		
Stratonicus carnisifex martyr in Palestina sub Aureliano.	627.a		
Styli simplicitas in historia commendatur.	159.d		
Subdiaconus etiam calebs esse debet.	797.e		
Succellus & Paulus Episcopi martyres in Africa sub Au- reliano.	567.c		
Succellus cum Saturnino martyr in Africa sub Diocletiano.	731.e		
Succellus martyr CasarAugustæ sub Diocletiano.	765.e		
Suidas temporum ignorans.	97.b.c		
redarguitur erroris de aetate Gregorij Thaumaturg.	604.c		
Suis imago insculpta portis Ierusalem.	92.e		
in militaribus signis Romanorum.	93.a		
Sulpitius & Seruilianus martyres sub Traiano.	5.e		
Supplices Christianorum.	675.a		
Supplicia diuersa in Christianos solita irrogari.	285.e.		
& seq. Vide, Cruciantia, Tormenta, Martyres.			
Supplicium horrendum ab Aureliano excogitatum.	614.b		
Susa à Traiano expugnatur.	54.a		
Susanna martyr, eiusque res gesta.	675.d. & seq.		
quaesita coniux Galerio Maximiano.	676.a		
eius animus infractus.	678.b.c		
capite truncatur.	679.b		
sepulta à Serena Augusta.	ibid.		
sanguine aspersum.	ibid. c		
eius Ecclesia Titulus & manasterium.	ibid.		
Suspensionis censuram Cyprianus comminatur.	423.e		
Syllogismi Aristotelici vitabantur Theodosiani heretici.	308.b		
Symbola Carpocratianorum secreta.	68.c		
Symitrius cum sociis martyr Roma sub Marco.	149.e		
Symmachi editio quando prodit in lucem.	293.e. 294.a		
Symmachiani heretici qui.	293.a		

I N D E X

Tation martyr in Isauria sub Diocletiano.	790.d	librumque ibi scripsit de Corona militis.	277.c. & seq.
Taurica Chersonesus trans Pantum.	5.b	Tertullianus Montanizare cepit.	278.c
Telophorus Papa creatur.	107.c	Tertullianus carpere incipit Romanam Ecclesiam, eiusque Pontifices.	ibid.d.e
Telophorus Papa confirmat ieiunium Quadragesime.	924.b. 130.a.b	Tertullianus cur & quando ab Ecclesia Romana excommunicatur.	278.e. 279.a. 320.b
Telophorus Papa martyrio coronatur.	129.e	Tertullianus quantum aliis detulerit Romane Ecclesie.	279.c
eius sedis tempus, decreta, & ordinationes ab eo facta.	129.e. & seq.	Tertullianus agebat Censorem Ecclesie.	281.a
Telluris sine Telluris templum Roma, ubi sepe cogebatur Senatus, & causa indicabantur.	492.a. 528.c	Tertullianus ambitione abducitur.	279.d
Templa que proprie dicta essent, & quamdiu Christiani cavere templis.	313.d. & seq.	amulus victoris Papa.	ibid.
Templa ab Hadriano erecta Ierosolymis.	94.a. & seq.	Tertulliani lapsus quando contigit.	279.a.b
Templa Gentilium Crucis illatione dicata.	516.c	seducitur a Proclo.	280.a
Templum idoli ingressus Gregorius, illud conticere fecit.	443.e. & seq.	Tertullianus nimia austeritate corrumpitur.	ibid. b.c
Templum Serapidis quando combustum.	360.b.c	Tertullianus facilis in credendo, & tenax in retinendo.	ibid. d
Templum Diana Ephesia combustum a barbaris.	584.e	Tertullianus intentus muliercularum visionibus.	280.c. d
Templum Vestis incensum sub Commodo.	250.b.c	Tertullianus inuehitur in agapen Catholicorum.	281.a
Templum Solis adificatum ab Aureliano Imp.	627.a.b	Tertullianus traditionibus nititur.	282.b
Temporaria ratio precipue attendenda in historia veritate.	628.c. 629.a.b	Tertullianus Romam recedens rediit Carthaginem.	291.d
Vide, Chronica		lunc ad Scapulam libellum scripsit.	ibid.
Tempus felicissimum quod a Tertulliano appellatum.	311.a	Tertullianus ex schola Montani negat fugiendum in persecutione.	301.e
Tentatio gravis in Ecclesia lapsus Origenis & Tertulliani.	324.c.d. 504.d.e. 505.a	quando scripsit Scorpiacum.	302.e
Tentatio magna in Ecclesia fuit Traiani felicitas.	53.e	Tertullianus quando & qua occasione scripsit librum de Spectaculis.	307.b
Tentatio magna in Ecclesia questio de Baptismo hereticorum.	514.a	quando scripsit contra Marcionem.	309.d. & seq.
Terebinthus Scythiani discipulus impius.	630.a	& de Resurrectione carnis.	310.a
Terentianus Episcopus martyr Tuderti sub Pio.	101.d	& quando adversus Iudeos scripsit.	311.d
Terentianus martyr cum sociis in Africa sub Decio.	433.d	Tertullianus omne enomuit virum contra Romanam Ecclesiam.	321.b.c.d
Terentianus cum sociis martyr Tuderti sub Diocletiano.	762.b	Tertullianus impugnator bigamia, & nonorum ieiuniorum promulgator.	320.d. 321.a
Terebintus Prefectus Augustalis in Agypto post Philippum hominem Christianum.	295.d	Tertullianus reicit lapsas, quantumlibet penitentes.	321.a. b
Terebintus martyres in Gallis sub Marco.	224.a.b	Tertullianus qua occasione scripsit de Pudicitia.	321.b
Terebintus adscripti Christianis, quod non colerent deos.	389.d. & seq. 395.d. e	Tertullianus in quibus lapsus est, eius errores omnes collegit Pamelius.	324.b
Terramotus Antiochenus sub Traiano.	55.e. 56.a	Tertullianus a fide Catholica excidens, magnum intulit Ecclesie scandalum.	324.c. & seq.
Terramotus Antiochenus sub Leone Imp.	57.b	eius laudes recenset Vincentius Lirinensis.	324.c.d
Terramotus in Asia sub Pio Imp.	130.d.e	Tertullianus ut recederet a Catholica Ecclesia, nulla fuit culpa Romani cleri.	278.d
Terramotus Roma sub Alexandro.	345.c	Tertullianus multa scripsit, eademque magno pretio apud Catholicos sunt.	324.c. & seq.
Terramotus granissimi sub Gordiano.	395.d	legebat assidue ea Cyprianus.	325.a
Terramotus immensis sub Gallieno.	584.d	Tertullianus conspiravit in sententiam Agrippini de Baptismo hereticorum.	326.c. & seq. 515.a.b
Terramotus in Oriente sub Maximino.	387.d	quando de Baptismo scripsit.	326.d
Terramotus immanis in Ponto sub Anastasio Imperatore.	604.b	Tertullianus a traditionibus declinans, pariter a fide Catholica excidit.	326.e. & seq.
Gregarii ecclesia ab eo immunis.	ibid.	Tertullianista ex Tertulliano heretici quamdiu perduraverunt.	324.e
Tertullianus quando ad fidem conversus.	261.b	Tertullianus baptizatur a Stephano Papa.	532.e
causa eius conversionis asserta.	265.d	idemque martyr.	533.a
Tertullianus quo tempore pallium suscepit.	261.b. 264.c	Tertullus clericus Ecclesie Carthaginensis.	479.e
locus eiusdem Tertulliani difficillimus explicatur.	261.c. & seq.	Tertullus Scapula Proconsul in Africa persecutor Christianorum.	291.c
Tertullianus apprimè eruditus.	264.b	eius sententiam conatur Tertullianus retundere.	ibid. d
eiusdem primordia.	265.d. & seq.	Tessara militaris que.	555.d
Tertullianus quando Catholicus, & hostis Montani.	176.c	Tesserarij qui dicebantur.	ibid.
Tertullianus a muliercula seductus.	184.c.d	Tessaredecarie heretici.	186.c
eius lapsus causa.	278.e. 279.a	Testamenti Novi editiones.	366.b. & seq.
Tertullianus inuehitur in Consularem virum apostatam.	230.c. & seq.	Vide, Editio.	
Tertullianus quando scripsit de molestis nuptiarum.	265.d	Testamentum an & quando fuerit restitutum per Esdram.	233.a. & seq.
Tertullianus quando scripsit de Prescriptione.	ibid. e	Testamentum Vetus a Septuaginta interpretibus in Græcum vertitur, atque id factitatum a multis. Vide, Editio.	
Tertullianus unius Romæ agebat tempore Seneri.	271.e		
Tertullianus Romæ scripsit Apologeticum.	276.d. 288.a		
Tertullianus Romæ agens suscepit patrocinium militis coronam abueniens.	277.c		

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

Testes contra Marcellinum Papam.	724.c	Theogenes martyr Episcopus Hipponensis.	368.c
Testes Episcopo assistant diaconi.	51.d	Theogenus cum Bassa martyr Edesse sub Galerio.	787.b
Testimonium de Deo, iuxta illud: Tres sunt qui testimonium dant in celo, & in terra.	24.e	Theognostus antiquus Theologus ab Eusebio dolose pretermisus. 44. b. idem assertor Consubstantialitatis Filij Dei.	44.b. & seq. ibid. b.c
Tetraptla Origenis.	353.b	Theonius martyr cum sociis in Cilicia sub Diocletiano.	790.d
Tetricus Imp. appellatus in Gallia.	607.a	Theonius Episcopus Alexandrinus.	655.b.c
Thamelus martyr sub Pio.	101.d	Tharacius cum sociis martyr in Cilicia sub Dioclet. & seq.	665.e
Thamuz Incus.	94.c	Thaumaturgus cognomen Gregorij. Vide, Gregorius Thaumaturgus.	
Thebes legio militis martyres.	681.e. & seq.	Thebeus hereticus factus ob repulsam Episcopatus.	28.d
Thebulus hereticus factus ob repulsam Episcopatus.	28.d	Thecla martyr cum Agapio in Palestina sub Diocletiano.	754.a
Theca martyr cum Agapio in Palestina sub Diocletiano.	754.a	Thebica martyr Alutensis in Numidia sub Diocletiano.	742.a.d. & seq.
Thebica martyr Alutensis in Numidia sub Diocletiano.	742.a.d. & seq.	Themison seditator Montani.	179.d. 181.e
Themison seditator Montani.	179.d. 181.e	eius auaritia & procacia.	179.d
eius auaritia & procacia.	179.d	Themistocles martyr in Lycia sub Decio.	453.b
Themistocles martyr in Lycia sub Decio.	453.b	Theophilus Episcopus Cesaree.	349.d
Theophilus Episcopus Cesaree.	349.d	Theodorus Pauli Apostoli auditor.	63.b
Theodorus Pauli Apostoli auditor.	63.b	Theodorus poeta abusus diuina Scriptura, a Deo percussus.	314.b
Theodorus poeta abusus diuina Scriptura, a Deo percussus.	314.b	Theodorus martyr in Creta sub Decio.	453.c
Theodorus martyr in Creta sub Decio.	453.c	Theodorus martyr cum Eusebio Rome sub Hadriano.	85.e
Theodorus martyr cum Eusebio Rome sub Hadriano.	85.e	Theodorus martyr sub Pio.	101.d
Theodorus martyr sub Pio.	101.d	Theodora martyr cum Flauia Domitilla sub Traiano.	5.e
Theodora martyr cum Flauia Domitilla sub Traiano.	5.e	Theodora Maximiani filia iuncta Constantio Imp.	674.a
Theodora Maximiani filia iuncta Constantio Imp.	674.a	Theodora illustris femina curat corpora martyrum.	760.d
Theodora illustris femina curat corpora martyrum.	760.d	Theodora dicta Sabina, Smyrne Christum constitetur sub Decio.	449.a
Theodora dicta Sabina, Smyrne Christum constitetur sub Decio.	449.a	Theodorus Episcopus Synadorum.	349.d
Theodorus Episcopus Synadorum.	349.d	Theodorus dictus postea Gregorius Thaumaturgus venit ad Origenem.	374.d.e
Theodorus dictus postea Gregorius Thaumaturgus venit ad Origenem.	374.d.e	Theodorus martyr in Africa sub Decio.	433.d
Theodorus martyr in Africa sub Decio.	433.d	Theodorus martyr Roma cum sociis duodecim sub Valeriano.	532.e
Theodorus martyr Roma cum sociis duodecim sub Valeriano.	532.e	Theodorus martyr cum sociis octodecim Roma sub Valeriano.	574.a
Theodorus martyr cum sociis octodecim Roma sub Valeriano.	574.a	Theodorus martyr in Ponto sub Diocletiano.	783.c
Theodorus martyr in Ponto sub Diocletiano.	783.c	combussit eadem Matris deum Amasee.	ibid.
combussit eadem Matris deum Amasee.	ibid.	Theodorus martyr in Lycia cum sociis sub Dioclet.	790.e
Theodorus martyr in Lycia cum sociis sub Dioclet.	790.e	Theodorus martyr sub Pio.	101.d
Theodorus martyr sub Pio.	101.d	Theodorus presbyter scripsit defensionem pro libris Dionysij Areopagite.	45.e
Theodorus presbyter scripsit defensionem pro libris Dionysij Areopagite.	45.e	Theodora martyr Tyri sub Dioclet.	798.c
Theodora martyr Tyri sub Dioclet.	798.c	Theodosius martyr Roma sub Claudio.	609.a
Theodosius martyr Roma sub Claudio.	609.a	Theodotiani heretici, 253.c. & seq. eorum calumnie in Diocletio Papam.	254.b. c
Theodotiani heretici, 253.c. & seq. eorum calumnie in Diocletio Papam.	254.b. c	depravant diuinam Scripturam.	308.b
depravant diuinam Scripturam.	308.b	ubi syllogismus Aristotelicus.	ibid.
ubi syllogismus Aristotelicus.	ibid.	Theodotus diuinam Scripturam in Græcum vertit: quando eius editio innotuit.	240.c. dista Tertia editio.
Theodotus diuinam Scripturam in Græcum vertit: quando eius editio innotuit.	240.c. dista Tertia editio.	secta fuit Marcionita, sive Ebonita.	ibid. e
secta fuit Marcionita, sive Ebonita.	ibid. e	geneve Ephesus, vel Ponticus.	ibid.
geneve Ephesus, vel Ponticus.	ibid.	Theodotus editio recepta ab Orientalibus.	241.c
Theodotus editio recepta ab Orientalibus.	241.c	translata in linguam Syriacam.	241.d
translata in linguam Syriacam.	241.d	credita esse paraphrasi Ionathæ.	ibid. e
credita esse paraphrasi Ionathæ.	ibid. e	Theodotus dux quid in Aemilianum tyrannum.	581.c. & seq.
Theodotus dux quid in Aemilianum tyrannum.	581.c. & seq.	Theodotus coriarius heresiarcha, eiusque genus.	254.a
Theodotus coriarius heresiarcha, eiusque genus.	254.a	hereses.	253.d. e. & seq. 255.d
hereses.	253.d. e. & seq. 255.d	Theodotus seditator Montani.	176.b. 181.d
Theodotus seditator Montani.	176.b. 181.d	Theodotus Melchisedechianus.	356.a.b
Theodotus Melchisedechianus.	356.a.b	Theodotus seducit Natalium confessorum.	307.d.e
Theodotus seducit Natalium confessorum.	307.d.e	Theodotus martyr Roma cum sociis sub Valeriano.	531.e
Theodotus martyr Roma cum sociis sub Valeriano.	531.e		
		Theodotus Lector martyr Thessalonica sub Dioclet.	781.b.c

I N D E X

<i>Timolauus filius Zenobia Regina.</i>	624.c	<i>Traianus aggressus est persequi Christianos.</i>	3.d
<i>Timolauus martyr in Palestina sub Diocletiano.</i>	754.a	<i>ubi suscepit Imperium. ibid. eius prima edita.</i>	4.b
<i>Timorem inferebant Christianam Gentilibus inculeando Dei iudicium & penas aeternas.</i>	213.a	<i>quod tulit aduersus Christianos quale.</i>	ibid.
<i>Timothei plures discipuli Apostolorum.</i>	44.d	<i>Traianus diis addictissimus.</i>	4.b. & seq.
<i>Timothei epistola ad Pastorem.</i>	138.d	<i>Traianus vetat conuentus.</i>	4.b.c
<i>eius martyrium sub Marco.</i>	155.a.b	<i>Traianus quid rescripserit in Clementem Papam.</i>	5.b
<i>Timotheus natus ex Pudente Senatore.</i>	43.c.d	<i>Traianus dictus optimus, reuera turpissimus.</i>	4.a.6.a.
<i>se suaq; omnia pietatis officijs mancipauit.</i>	151.b	<i>& seq. Domitiano aliqua parte deterior.</i>	6.b
<i>Timotheus discipulus Pauli quando martyrio coronatus est.</i>	43.a	<i>Traianus finit Gentiles sponte saure in Christianos.</i>	6.a.
		<i>& seq.</i>	
<i>Timotheus martyr in Thebaide sub Decio.</i>	437.a	<i>Traianus vinosus, & maledictus infamissimus.</i>	6.c.d
<i>Timotheus cum sociis martyr in Mauritania sub Diocletiano.</i>	731.b	<i>Traianus laudis cupidissimus diuinitatem affectat.</i>	7.a.b
<i>Timotheus Gazensis martyr sub Diocletiano.</i>	753.e	<i>Traianus in celo etiam suspectus vitij nefandi quid de eo fingit Iulianus apostata.</i>	7.b.c. de eius anima in calum recepta commentum expulditur.
<i>Timotheus Praefes Campania sub Dioclet. persecutor.</i>	787.d	<i>Traianus superstitiosissimus.</i>	7.a.b
<i>per cussus caecitate, & sanatus a S. Ianoario.</i>	788.b	<i>Traianus quando in Urbem rediit ex Dacia.</i>	8.a.b
<i>Timus Rufus in Iudaea Praefes.</i>	91.d	<i>Consulatum adiit: eius modestia in eo suscipiendo commendatur.</i>	19.e
<i>Titus diaconus martyr Aquileia sub Numeriano.</i>	650.a	<i>Traianus qua fecit laude digna.</i>	8.b
<i>Tituli vnde, & quales.</i>	50.d.e.51.a	<i>Traianus puerorum pauperum curam suscepit.</i>	ibid.
<i>Tituli Roma anti.</i>	50.d. & seq.	<i>Traianus agens aduersus Christianos, pie sancteq; sibi agere visus est.</i>	19.e
<i>Tituli Romanorum Pontificum quinam antiquitus fuerint.</i>	104.e.321.c.657.a. Vide, Pontifex Romanus.	<i>commendatur eius equitas.</i>	ibid.
<i>Titulis consuetis apud Magistratus vsi sunt fratres exemplo Pauli Apostoli.</i>	537.a.b	<i>Traianus iterum aduersus Decebalum proficiscitur.</i>	20.e
<i>Titulos diuisit Euaristus.</i>	50.d	<i>24. d. eius studia erga milites.</i>	20.b
<i>Titulus Corinae regia.</i>	51.a	<i>pontem fabricat super Istrum.</i>	24.b
<i>Titulus Euprepiae Roma.</i>	50.e	<i>Traianus ad Plinium quid de Christianis rescripserit.</i>	23.a
<i>Titulus Fiscalis qui, qualisue.</i>	50.e.51.b	<i>Traianus superato Decebalis, rediit in Urbem.</i>	25.d
<i>Titulus Pastoris.</i>	50.e	<i>legati ex India ipsum conueniunt.</i>	ibid.
<i>Titulus crucis signum.</i>	51.b.c	<i>eius forum & columna cochles in eo posita.</i>	ibid.
<i>Titulus non imponendus rebus Ecclesiasticis.</i>	51.b	<i>Traianus Armenos ac Parthos subiicit Imperio.</i>	26.d
<i>Titulus inscriptio.</i>	51.b	<i>Traianus amicum excipit Abagarum Regem Edeffe.</i>	ibid.
<i>Titus martyr in Gallia cum sociis sub Marco.</i>	223.d	<i>aliisque plures gentes in fidem recepit.</i>	ibid.e
<i>Tobias Episcopus Ierusalem.</i>	52.e	<i>eius victoria.</i>	53.a. & seq.
<i>Toparcion Christianus oleo sanauit Senerum Imp.</i>	252.c	<i>eius felicitas, magna Fidelium tentatio.</i>	ibid.e
<i>Tormenta saeuissima martyrum. 339.e. 570. c. 719.d. & seq. 762.e. & seq. 783.c.d.e. 786.e</i>		<i>Traianus lustrans exercitum, Christianos milites ut sacrilegos relegatos tandem neci tradi iussit.</i>	27.a
<i>Tortoria instrumenta.</i>	422.c.437.c.719.d. & seq.	<i>Traianus in magnum discrimen positus ex terramoto Antiocheno.</i>	56.a. & seq.
<i>Torquatus apostata ex quibus delectus.</i>	659.c	<i>Traianus persequens Ecclesiam, Episcopos a suis sedibus expulit.</i>	48.d. & seq.
<i>Torquere vsque ad mortem lege vetitum.</i>	691.c.d	<i>Traianus triumphum agit, demictis complaribus gentibus.</i>	53.a. eius arcus triumphalis.
<i>Traditio Apostolica de ritibus & carimoniis Ecclesiae.</i>	43.a		53.b
<i>Traditio Apostolica de cultu reliquiarum martyrum.</i>	26.a		ibid.
<i>Traditio de SS. Eucharistia.</i>	35.a	<i>Traianus instaurat persecutionem in Christianos.</i>	58.a
<i>Traditiones Apostolicae ex epistolis sancti Ignatii recte eliciuntur.</i>	33.c. & seq.	<i>quid Antiochia in virgines Christianas.</i>	ibid.
<i>eademq; appellata promptuarium traditionum.</i>	34.e	<i>eius felicitas in contrarium mutata.</i>	54.b
<i>Traditiones Apostolicae Romae optime conseruatae.</i>	229.a.b	<i>Traianus tandem pro Christianis rescripserit.</i>	58.b.c
<i>Traditiones Ecclesiae a Tertulliano recensita.</i>	282.a. & seq.	<i>qui martyres tunc passi.</i>	59.e
<i>Traditiones standum esse, monet Ignatius.</i>	34.c	<i>Traianus quando obiit: eius aetas, sepultura.</i>	60.b.c
<i>Traditionis antiqua quanta vis sit.</i>	34.c.523.e. & seq.	<i>relatus inter duos.</i>	ibid.c
<i>causa de Baptismo haereticorum vniuersae Catholicae Ecclesiae demonstrauit.</i>	524.a	<i>refellit commentum de retento vidua filio obfide, & alia fabulosa.</i>	60.d.e
<i>Traditionum promptuarium, epistola Ignatii.</i>	34.e	<i>Traiana cognomen Theopiste uxoris Eustachij martyris.</i>	62.e
<i>Traditionum contemptores haeretici qui.</i>	34.b	<i>Tranquillinus martyr Roma sub Diocletiano cum aliis.</i>	650.e.658.e. & seq.
<i>Traditionum utilitas & excellentia.</i>	59.a	<i>Transfugarum poena.</i>	688.a
<i>Traditionum Papias explorator.</i>	58.e. & seq.	<i>Transfugarum loco habitu Christiani milites.</i>	ibid.
<i>Traditores sacrorum librorum.</i>	708.d.710.a. & seq.	<i>Translatio diuinae scripturae. Vide, Editio.</i>	
<i>eorum res gesta.</i>	733.a. & seq.	<i>Translatio reliquiarum sancti Ignatii Romae Antiochiam.</i>	47.d. & seq.
<i>Traditores qui ex Episcopis Africanis, isdemq; schismaticis.</i>	732.a	<i>Translatio reliquiarum sancti Onesimi Romae Ephesum.</i>	48.e
<i>Tractoria, & Tractatoria littera quae.</i>	106.e	<i>Translatio SS. Papiae & Mauri martyrum.</i>	611.b.c
<i>Traianus imperat.</i>	2.a	<i>eorum translationem qui inter fuerint.</i>	ibid.e
<i>eius aetas, & patria.</i>	ibid.	<i>Translatio reliquiarum SS. Marij & Marthe Romae.</i>	610.e
<i>Traianus Turditanus, non Tuderinus.</i>	2.a		
<i>Imperij eius tempus.</i>	ibid.		
<i>cur illi a Deo collatum Imperium.</i>	2.a.b		
<i>olim in bello Iudaeo insignis.</i>	ibid.		
<i>eius clementia affectata.</i>	4.a		

Transla-

I N T O M V M I I . A N N A L . E C C L E S .

<i>Translatio reliquiarum sancti Bonifacii martyris Tarso Romanorum.</i>	790.b
<i>Translatio corporum defunctorum lege Romanorum vetita.</i>	48.e.49.a.168.d.e
<i>Trafcodrugite haeretici.</i>	186.c
<i>Trebilianus ab Isauris creatur Imperator.</i>	594.e
<i>Trebilius Pollio historicus quando claruit.</i>	772.b
<i>Trebonianus Gallus proditor Decij.</i>	459.e
<i>Imperium accepit. 461. e. Vide, Gallus.</i>	
<i>Treueris delecta ad carnificinam martyrum sub Dioclet.</i>	762. e. 763.a
<i>Tribulatio licet eadem communis sit Christianis atque Gentilibus, non parum tamen effectum parit utrisque.</i>	497.a. & seq.
<i>Tribunitia potestas, ratio optima ad numerandos annos Imperatorum.</i>	128.d.171.e.628.a
<i>Tributum Romani pendunt Scythia post Decij Imperium.</i>	487.e
<i>Tributa libentissimè pendebant Christiani.</i>	287.a
<i>Triphon desertor contempte fidei.</i>	54.a.b
<i>Trinitatem contraherat in vnam personam Basilides.</i>	64.b
<i>Vide, Haeretici Patropassiani.</i>	
<i>Trinitatis mysterium ab ipso Apostolorum exordio explanari consueuissè accedentibus ad fidem.</i>	86.e.87.a
<i>Trinitatis mysterium reuelatum Gregorio Thaumaturgo.</i>	378.a. & seq.
<i>Triphillus Ledrensis Episcopus orator redarguitur à Spiridione.</i>	368.e
<i>Tripolitani à Seuero Imp. donati pacis & abundantia bonis.</i>	311.a
<i>Tripas martyr Roma sub Aureliano.</i>	625.c
<i>Trisagium cantus.</i>	107.b
<i>Trium puerorum reliquia inuenta.</i>	610.e
<i>Triumphus Seueri.</i>	271.e.272.a
<i>Troade exceptus Ignatius.</i>	31.d.e
<i>inde scripsit ad Philadelphos.</i>	ibid.
<i>Troadius martyr in Ponto sub Decio.</i>	443.d
<i>Trophaea Apostolorum Roma conspicua.</i>	319.e. & seq.
<i>Trophimus martyr in Gallia sub Marco.</i>	223.d
<i>Trophimus Episcopus lapsus restitutus in Ecclesiam cum suis ad laicam communionem.</i>	463.e.d
<i>Trophimus & Sabbatius martyres in Phrygia sub Probo.</i>	643.a.b
<i>Trophimus & socij martyres in Lycia sub Diocletiano.</i>	791.a
<i>Tryphon martyr Thicae sub Decio.</i>	453.c
<i>Tryphon Origenis auditor. 378.e. eius scripta.</i>	ibid.
<i>Tryphon philosophus Platonicus.</i>	378.e
<i>Tryphon presbyter quid cum Manete.</i>	632.b
<i>Tryphonia cum filia Cyrilla incarcerata à Claudio, moritur.</i>	608.a
<i>Tuburbin Africa qui passi sunt martyres.</i>	303.e
<i>Tudertina cum Tarditana ciuitate confusa.</i>	2.a
<i>Turditana ciuitas patria Traiani.</i>	ibid.
<i>Turcius, seu Turpius, Apronianus Praefectus persecutor Christianorum.</i>	760.d
<i>Turris lignae adhiberi solita in funere Imperatorum.</i>	316.d
<i>Tutor effici quod non possit clericus, statutum fuit in Concilio Africano iamdudum.</i>	518.e. & seq.
<i>Tutorem nominans clericum ex testamento, post mortem excommunicatur.</i>	510.b
<i>Tutele pupillorum magnopere prospectum est ab antiquis.</i>	510.c.d
<i>Tymium vicus in Phrygia, ubi Montanus docebat.</i>	179.b.c
<i>Tyrannio Episcopus Tyri.</i>	691.e
<i>martyr sub Diocletiano.</i>	ibid.
<i>Tyrannus Episcopus Antiochenus post Cyrillum.</i>	691.e
<i>eius martyrium.</i>	ibid.
<i>Tyri Origenes confedit ad lucubrationem editionum.</i>	351.b
<i>& seq.</i>	
<i>Tyriorum chronologia.</i>	642.e

V.

<i>Valentiniani haeretici Gnostici affines.</i>	74.b
<i>eisdem coniuuati.</i>	111.a
<i>eorundem turpituudo, ac arcana sacra execrandi.</i>	ibid.c
<i>vescebantur idololhytis.</i>	ibid.a
<i>Valentinianorum procacitas & obstinatio.</i>	112.c.d
<i>qui & se praeserunt Christo.</i>	112.d. & seq.
<i>quibus armis sint expugnati.</i>	ibid.
<i>qui scriptores aduersus eos egerint.</i>	112.b. & seq.
<i>Valentinus philosophus Platonius, factus haeresarcha.</i>	109.e. & seq.
<i>Valentinus factus haereticus, quia reiectus est in petitione Episcopatus.</i>	110.a. eius fabula superant omnes alias.
<i>110.b. & seq. eiusdem scripta.</i>	111.e. eiusdem assertio de tribus generibus hominum.
<i>110.d. quo tempore idem.</i>	109.e
<i>Valentini Romam aduentus.</i>	132.b. itidem sub Aniceto Papa.
<i>ac etiam sub Eleuthero.</i>	231.c
<i>eiusdem Valentini discipuli.</i>	113.a.127.b. & seq.
<i>Valentinus presbyter illuminat caecam filiam Asterij, & coronatur martyrio sub Claudio.</i>	610.b
<i>Valentinus magister militum, martyr sub Diocletiano.</i>	762.c
<i>Valentinus miles Thebae legionis, martyr sub Diocletiano.</i>	762.c. alius.
<i>ibid.</i>	
<i>Valentinus martyr Raouenna.</i>	ibid.
<i>Valentinus martyr Viterbij sub Diocletiano.</i>	762.b
<i>Valeria filia Diocletiani, ueneta coniugio Galerio Maximiano.</i>	674.b. eadem defuncta, ab eaque nominata provincia Valeria in Pannonia.
<i>675.e</i>	
<i>Valerianus Censor cum amplissima potestate.</i>	445.a. & seq. eius praedicata laudes in Senatu.
<i>ibid.</i>	
<i>Valerianus Censor leges promulgat aduersus Christianos.</i>	445.e
<i>Valerianus anita superstitionis tenacissimus persequitur Christianos.</i>	445.e
<i>Valerianus imperare coepit.</i>	503.e.506.d.e.508.a
<i>Valerianus aliquamdiu benemeritis de Christianis.</i>	508.b
<i>Valerianus quando aggressus est persequi Christianos.</i>	508.b.526.b
<i>Valerianus deprauatus à mago Aegyptio.</i>	508.c
<i>Valerianus quid in Christianos statuit.</i>	536.a
<i>prohibet Christianorum conuentus, adireque coemeteria.</i>	541.a
<i>eiusdem edictum de exilio Episcoporum.</i>	540.d.e
<i>Valerianus rescripsit ad Praeserum Proconsulem in Africa de persecutione Fidelium.</i>	ibid.
<i>eius persecutio in Africa.</i>	542.a.b
<i>Valerianus rescripsit ad Senatum de persequendo Christianos.</i>	549.c. de nece etiam Episcoporum & clericorum omnium.
<i>542.d. eiusdem noua edita.</i>	562.b
<i>Valerianus dat poenas sanguinis Christiani, cum capitur à Persis.</i>	573.a.b.577.e
<i>Valerianus factus suppedaneum conscendenti equum Regi Persarum.</i>	577.d
<i>quid in eum Constantinus Imp.</i>	ibid.e
<i>Valerianus excoriari iubetur à Rege Persarum.</i>	ibid.
<i>Valerianus derelictus precibus Christianorum, omnium malorum damnus incurrit.</i>	595.b
<i>Valerianus Germanus sine filius Imperatoris.</i>	579.a.607.a
<i>Valerianus sponsus S. Ceciliae, ab eadem conuertitur ad Christum, & baptizatur ab Urbano Papa.</i>	372.e.373.a
<i>martyr cum sociis Roma sub Alexandro.</i>	372.e.373.a
<i>Valerius Episcopus CaesarAugustanus Confessor.</i>	766.a
<i>seruatus incoluimus ad tempora Constantij.</i>	696.c.767.b
<i>interfuit Concilio Eliberano.</i>	796.c

f 5

Vas

I N D E X

Vasa aurea & argentea in Ecclesia etiam tempore persecu-
tionis erant. 373.d. & seq. 734.a. 751.c
Vasa sacra non tangenda ab aliis quam à sacris ministris.
105.b
Vaticana sepulchra demolita ab Elagabalo. 334.a
Vaticinia Christianorum venuta ab Imp. Marco Aurelio.
212.e. & seq.
Vaticinia martyris de clade Romani Imp. 573.a.b
Vaticinia falsa Montanistarum. 182.a
Vaticinia. Vide, Prophetia, Visiones.
Vedigal lenonum & meretricum vetuit Alexander inferri
in sacrum ararium. 344.e
Vedigalia libenter persolvebant Christiani. 287.b
Vela ludicum. 653.c
Vela, Titulus. 51.a
Velatas solere incedere feminas Christianas. 753.d
Velum Susanne martyris sanguine aspersum asseruatum
à Serena Augusta. 679.c
Venantius martyr Camerini, sub Decio. 454.b
Venerarium templum Ierosolymis. 94.d
Veneris simulacrum in Gogotha ab Hadriano positum.
ibid.
Ventus martyr in Africa sub Decio. 422.d
Venusianus persecutor, deinde martyr sub Diocletiano.
697.c.e
Verbi Dei predicatio in Ecclesia utilissima. 551.e. & seq.
Verborum ornatum dedita opera contempserunt Patres.
367.a. & seq.
Verianus martyr Roma sub Decio. 417.a
Verinus & Armentarius apostata. 533.e
Verinus scriptor actorum martyrum. 649.b.c
Verissimus Imp. qui dictus est. 139.e
Verissimus martyr Vlyssipone cum sociis sub Diocletiano.
766.b
Veritas nullo umquam præscribitur tempore. 41.d.e
Veritas gaudet testibus. 52.a
Veritatis Catholica norma. 121.b. & seq. 125.a.b
Veritatis amatores, sic inscriptus liber contra Christianam
religionem. 715.e
Veritatis certum argumentum. 618.a
Verus Imp. quinam eo nomine intelligatur. 139.e. & seq.
143.c
Verus pro Seneca interdum. 143.c
Verus Viennensis Episcopus Apostolorum discipulus. 155.e
eiusdem ad Deum transitus. ibid.
Vespronus Candidus Proconsul bene habuit Christianos.
293.a
Vesta templum incensum sub Commodo. 250.b.c
Vesta sacra propbanata ab Elagabalo. 330.e. 331.a
Vestes Episcopales quales olim essent. 556.e. & seq. 559. b
Vestes Christianorum quales luctus tempore. 596.a. & seq.
Vestes Christianorum eadem cum Gentilibus esse solita.
262.e. 263.a
Vestes Christianorum arctiorem vitam prostentiam. Vide,
Pallium.
Vestes pulle religiosorum tantum. 263.c. & seq.
Vestes candidas feminis in funere penes Romanos vsui fuisse.
498.a
Vestes nigras habebant viri Romani in funere. ibid.
Vestigia Apostolorum, locus sic dictus. 662.a
Vestina martyr Carthagine cum sociis sub Senero. 289.b
Vestis candida Aegyptii Christiani in vsu. 498.b
Vestis candida in sacris Gentilium adhiberi solita. ibid.
Vestis Christianorum communis qualis esse solet. ibid.
Vetus Episcopus martyr cum sociis Lugduni sub Marco
Imperatore. 224.d. & seq.
Vetus magister militum, persecutor Christianorum sub
Diocletiano. 685.d
Via regia in Ecclesia que sit. 506.d

Vibius Passienus Proconsul in Africa. 594.e
Vicarius & successor idem apud Cyprianum. 566.c
Victima arte demonis evanescent, precibus Asterij super-
natat. 579.d.e
Victor Episcopus Capuanus errat de Harmonia Ammonij.
188.d
Victor Episcopus in Africa damnatus ad metalla. 542.e
Victor Episcopus Rufficadiensis, Traditor. 732.d
Victor historicus hallucinatur de patria Traiani. 2.a
Victor martyr Ravenna sub Diocletiano. 762.c
Victor martyr in Africa sub Decio. 422.d
Victor martyr Roma cum sociis sub Valeriano. 574.a
Victor martyr in Aegypto sub Numeriano. 650.a
Victor martyr Solodori sub Maximiano. 683.e
Victor martyr cum sociis in Gallia. ibid.b
Victor alius cum Gereone & sociis in Gallia sub Diocletiano.
684.e. & seq.
Victor Maurus martyr Mediolani sub Dioclet. 762.d
Victor martyr Emerita cum fratribus. 766.d
Victor Papa creatur. 251.b
Victor Papa damnat Theodorum coriariam heresiarcham.
253.d
Victor Papadefenditur à calumniis aduersariorum. 254.c.e
Victor Papa questionem de tempore Paschatis terminat.
266.d. & seq.
Victor Papa scribit ad Theophilum Episcopum Casarien-
sem de cogendo Concilio in Palestina. 266.d. & seq.
Victor Papa excommunicat Quartodecimanos Asianos. 269.a
perperam eius severitas redarguitur. 269.b.c. 270.a
Victor Papa scribit ad Desiderium Episcopum Viennensem
de Paschate celebrando. 270.e
& ad Paracodam Episcopum. 271.c
Victor Papa tentatio Tertulliani. 279.d
Victor Papa ordinat Felicianum Episcopum Fulginatensem.
291.a
eiusdem Victoris Papa martyrium. ibid.
anni sedis eius, decreta, & ordinationes. 290.e. 291.a
Victoria martyr cum Anatolia apud Lacum Felinum sub
Decio. 416.e
Victoria martyr Alutinenfis sub Diocletiano. 742.a
743.c. 746. b. c. d
Victoria negans, repetito certamine sit extorris. 426. b
Victoria de Marcomannis precibus Christianorum obtenta.
201.a. b. 202. a. & seq.
Victorinus martyr Alutinenfis. 742.a
Victorinus confessor in Africa sub Valeriano. 562. d
Victorinus martyr cum Tusciano Ambiani sub Diocletiano.
763.e
Victorinus martyr Alutinenfis. 742.a
Victorinus cum sociis sub Numeriano in Aegypto. 650.a
Victorinus acclamatus Imp. in Gallia. 607.a
Victorinus hereticus Praxeanus. 257.e
Victorinus martyr Roma sub Traiano. 5.e
Victorinus martyr in Africa sub Decio. 422.d
Victorinus in Gallia martyr sub Valeriano. 574.b
Victorinus cum sociis martyr Roma sub Senero. 761. a
Victorinus Ravenna martyr sub Diocletiano. 762.c
Victorinus Episcopus Pictaviensis martyr sub Diocletiano.
763.c. d. perperam positus sub Silvestro Papa vixisse.
763. d. e. additus Miltenariis. ibid.
Victorinus filius Marcelli Centurionis, martyr in Hispania
sub Diocletiano. 688.e
Viduitas in Ecclesia habita magno pretio. 36. b
Viennensis ciuitas Senatoria dicta. 154. e.
Viennensium & Lugdunensium martyrum epistola. 214. a
Vigellius Saturninus Proconsul in Africa persecutor quid
passus. 290.c
Viminalis collis hospitium Christianorum. 136. e.
Vincentius martyr Alutinenfis sub Diocletiano. 742. a
Vincen-

I N T O M V M I I. ANNAL. ECCLES.

Vincentius martyr Ebraduni cum sociis sub Diocletiano. 763. e
Vincentius diaconus martyr Valentia sub Diocletiano. 766. a
Vincentius martyr cum sociis Roma sub Commodo. 248. e
Vincula Ignatij gloriosa. 31. e. & seq.
Vincula. Vide, Catena.
Vindicta de sanguine Christiano qua lance pensata. 130. a. b.
236. b. & seq. 318. e. 500. c
Vinum conditum propinari solitum damnatis. 281. b.
575. d
Vinum sacrificij miscetur aqua. 87. b. 508. e. & seq.
Vinum ex magia Marcus heresiarcha mutare videbatur
in sanguinem. 198. a
Virgines Antiochena martyres sub Traiano: quid de earum
cineribus. 58. a
Virgines Deo dicatae captivæ ductæ ac redemptæ. 475. b
Virgines Christiana damnata ad lapinam divinitus liberata.
700. e. 701. a
Virgines sacra simul degentes in Asceteriis. 700. c
Virgines sacra in persecutione Maximiani hinc inde diffu-
gunt. 700. c. d
à Deo illibata servata. ibid.
Virginitas frequens tempore S. Ignatij. 36. a. b
Virginitas ab Elxai heresiarcha explosa. 25. e
Virginitas à Manete diversa ratione culta. 638. c
Virginitas voto coniuncta. 260. a
Virginitatis votum simplex dispensat Cyprianus. 421. b
Virgo incontinens nuptui tradenda. ibid.
Virgo Maria apparet Gregorio Thaumaturgo.
eiusdem parvis erecta Roma ecclesia. 377. e
377. d
Visio ostensa Emiliano martyri. 571. c. d
Visio ostensa Agapio martyri. 572. a. b
Visio ostensa Cirthenisibus martyribus. 570. e. & seq.
Visio ostensa Flavianis martyri. 567. b. c
Visio divinitus ostensa Gregorio Thaumaturgo, & revelatio
summæ doctrinæ. 377. c. & seq.
Visio Cypriano ostensa de pace ventura. 421. d. e
Visio Cypriano ostensa de sacerdotibus à Deo defendendis.
502. b. c
Visio ostensa Cypriano de tempore sui martyrij. 541. c. & seq.
Visio ostensa Dionysio Alexandrino de legendis libris hereti-
corum. 535. b
Visio ostensa Iacobo martyri. 571. a. b
Visio ostensa Mariano martyri. 570. e
Visio ostensa martyribus de clade ventura Romano Imperio.
573. a. b
eius euentus. 584. d
Visio ostensa Montano martyri. 564. d
Visio ostensa Perpetua & Felicitati. 303. d
Visio ostensa Quartulose martyri. 563. c
Visio ostensa Reno confessori. 563. b
Visio ostensa sacerdoti tempore pestis. 497. d. & seq.
Visio ostensa Victorii martyri. 563. c. d
Visiones portentose Mauctis. 637. b
Visiones ostensa pueri tempore Cypriani. 423. e
Visiones ante persecutionem à Domino ostense. 41. 2. d
Visionibus muliercularum intentus Tertullianus seducitur.
280. c. d
Visionibus admoniti multi facti sunt Christiani. 300. c.
& seq.
Visitare confessores in carcere positos magno studio curabant
Christiani. 419. a. & seq.
Vitalianus Prefectus Prætor. sub Maximino occisus. 391. c
Vitalis martyr in Campania sub Diocletiano. 761. e
Vitalis martyr Bononie sub Diocletiano. 762. c
Vitalis martyr in Gallia sub Marco. 223. c
Vitalis martyr Roma sub Marco. 192. a
Vitalis martyr sub Decio in Cappadocia. 453. d

Vitellius Tribunus militum, minister impietatis sub Commo-
do. 249. a
Vitis insignis & gestamam Centurionis. 578. e. 687. b
Vitulum Apum colebant Aegyptij. 76. d. e
Vivus puer cum Madoesto & Crescentis martyr sub Diocle-
tiano. 762. a
Vlpianus I. C. sub Alexandro hostis Christianorum. 339. e.
& seq.
eius lib. de Offic. Proconsul. 339. e
Vlpianus occisus. 340. d
carnifex Christianorum. 342. a. 347. c. & seq.
Vide, Domitius Vlpianus.
Vlpianus martyr Tyri sub Diocletiano. 778. d
Vlpianus martyr in Gallia sub Marco. 223. c
Vngere mortuos oleo Heracleon heresiarcha docuit suos.
197. d. e
Vnitas Ecclesia in Episcopo uno. 501. & seq.
Vniversalis titulus quo modo aliis quam Romanis Pontifici-
bus inditus videtur. 243. d. & seq.
Voces populi non audiendas in Theatro iniusta petentes ro-
scripsit Diocletianus. 697. d
Voces antiquo vsu in Ecclesia receptæ, licet impropria videan-
tur, hard facile mutanda. 367. a. & seq.
Vologesus Rex Parthorum victor de exercitu Romano.
140. e
ciuitatibus Syria formidolosus. ibid.
Voluntarij sine Volones milites. 168. b
Voluntas libera, non fatum urget aliquem. 195. c. d
Volusianus Imp. cum Gallo. 461. e
ambo quando occisi. 502. d 508. a
tempus eorumdem Imperij. 502. e
Vopiscus historicus in Christianos insensus plura mentitur.
644. a. b
Votum continentia Christianis peculiare, Deo, ut donum se-
lectissimum, ab illis offertur. 67. a. b
Votum continentia simplex dispensat & relaxat Cyprianus.
421. b
Vrbanus Papa creatur. 344. d
Vrbanus Papa baptizat Valerianum atque Tiburtium.
372. e
Vrbanus Papa edificat ecclesiam in domo S. Cecilia. 373. b
sepelit illam in cœmeterio Callisti. ibid.
Vrbanus Papa martyrio coronatur. ibid. d
fecit vasa aurea & argentea. 373. & seq.
eiusdem sedis anni, ordinationes, & sepultura. 374. b. c
Vrbanus Pontifex Louis Capitolini, quid cum Marcellino
Papa. 724. a
Vrbanus presbyter Rome, comes Marcellini Papa. ibid. b
Vrbanus Præf. in Palestina persecutor. 753. e
Vrbanus presbyter schismaticus. 464. d. e
respiciit. 472. c. & seq.
Vrbanus puer cum sociis martyr Antiochia sub Decio. 442. a
Vrbanus, & Vitalis, & alij Roma baptizati tempore Cypri-
ani. 650. e
Vrbanus martyr Casar Augusta sub Dioclet. 765. e
Vrbicus Præf. Vrbis, persecutor sub Marco. 147. d
Vrbis Millestimus annus quo modo celebratus. 402. c
Vrbis Præf. quo modo Roma se-mel plures essent. 651. b
Vrsus & Victor milites legionis Thebaea, martyres sub Dio-
cletiano. 683. e
Vulgata editio Septuaginta quoniam fuerit. 353. a. b.
363. a. b
Vulgata plures. 363. a. b
Vulgata prior quo modo excoluit. 364. c. & seq.
Vulgata recentior ex veteri & nova conflata. 364. d
Vulgata editio Testamenti Novi probatur esse S. Hierony-
mi. 367. a. & seq.
quo modo, quando, & à quibus restituta. 369. b. & seq.
Vxor iuste accusare potest virum suum adulterij. 147. d. e
Vxor uia

INDEX IN TOM. II. ANNAL. ECCLES.

Vxorum communitas ex Platone, quam ab eo est mutatus
Epiphaneus hæresarcha. 73.d
Vxorum communitas penes hæreticos turpissimos Gnosticos.
69. d. e

X.

X *Enodochium* Pamphili in Portu Romano. 612.d
Xystus. Vide, Sixtus.

Z.

Z *Acchæi* Gnostici hæretici. 74.a
Zachæus Episcopus Ierosolymitanus. 52.e
Zachæus martyr in Palestina sub Dioclet. 723.b
Zacharias Episcopus Viennensis martyr sub Traiano. 51.e
Zacharias presbyter martyr in Gallia sub Marco. 223.c
Zama Episcopus Bononiensis. 620.d
Zambæus Episcopus Ierosolymitanus. 680.d
imbui fide Christiana, & baptizati Thebaos milites.
681. d
Zebinus aliàs Zebennus Episcopus Antiochenus creatur.
348. e. moritur. 394.c
Zeno martyr in Africa sub Decio. 433.d
Zeno martyr in Egypto sub Decio. 436.a
Zeno Tribunus militum cum sociis martyr Roma ad Aquas
Salvias sub Dioclet. 690.c
Zenobia Regina, genere Indæa, malè instituta à Paulo Sa-
mosatenso. 596. d.e
eadem discipula Longini philosophi. ibid.
Zenobia post viri obitum imperat. 624.b
Zenobia vincitur ab Aureliano Imp. ibid.
qualis quantà ve fuerit femina. ibid.d
ducta Romam in triumphum ab Aureliano. ibid.b
Zenobia in suburbio agit. ibid..c
ad meliorem frugem reddita. ibid.
eius castitas coniugalis predicata. ibid.
quot qualèsve filios habuerit. ibid.
Zenobia familia. ibid.b
Zenobius Episcopus Florentinus. ibid.

Zenobius Episcopus in Cilicia, & Zenobia soror, martyres sub
Diocletiano. 654.d
Zenophilus Consularis in Africa cognovit causam Tradito-
rum & Cæcilian. 733.d. & seq.
Zephyrinus Papa creatur. 291.b
Zephyrinus Papa damnat Montanistas. 320.b
Zephyrinus Papa damnat Tertullianum. ibid.
Zephyrinus Papa quale edictum de recipiendis lapsis peni-
tentibus promulgavit. 321.c.d
Zephyrinus Papa damnat Praxeam hæresarcham. 258.a
Zephyrinus Papa recipit Natalium hæreticum peniten-
tem. 307.e. & seq.
Zephyrinus Papa egregiè laborat contra hæreticos. 312.d
Zephyrinus quando martyr, quantum temporis sedit, eius or-
dinationes, & sepultura. 333.d.e
Zetarij qui dicebantur. 657.d
Zetus Episcopus scelestissimus conspirat cum Novatiano.
472. a
Zoi Nicestrati vxor baptizatur à Polycarpo. 650.e
eius scitè dictum. 658.e
martyr Roma sub Diocletiano. 658. d. e
Zoi's martyr in Phrygia cum sociis sub Pio. 101.e
Zoroastris nomine libri consulti à Gnosticis. 73.e. 400.d.e
Zosimus Comes historicus hand fidelis in recensendis rebus à
Philippo Imp. gestis. 403. e. 404. a
erroris arguitur de Consulatu Chilonis & Libonis.
769. d. e
Zosimus publicus minister Thessalonica sub Dulceto præ-
sede. 780. d. e
Zosimus martyr in Portu Romano cum sociis sub Aurelia-
no. 625. d
Zosimus martyr Philippis sub Traiano. 37. d.
Zosimus miles martyr sub eodem Imp. ibid. e
Zosimus martyr in Gallia cum sociis sub Marco. 223. d
Zostriani nomine consilia revelationes. 400. d
Zoticus, martyr in Gallia cum sociis sub Marco. ibid.
Zoticus Otrenus Episcopus impugnat emergentem tunc
Montani hæresin. 178. c. 180. c. 181. e
passus sub Severo. 304. d

CHRISTOPHORO PLANTINO
ARCHITYPOGRAPHO REGIO S.



VM nostrorum Annalium Tomi primi secundam editionem per-
necessariam meditaremur, in te ipsum, mi Plantine, solum, inter tot
celebres sæculi nostri typographos, coniecimus oculos; quippe qui
inter omnes eniteas facile princeps; utque id præstares, decreuimus
omnino. Quamobrem quod nostrorum partium fuit, & in prima editione sumus
polliciti, nostrum studium impigè laboravit, ut primum Annalium Tomum à
nobis recognitum, emendatum, quam plurimis auctum ac locupletatum accipe-
res. Quod igitur litteris Apostolicis, absque assensu nostro, facere vetitum est
aliis, ut tibi vni liceat licentiam libenter ac liberaliter impartimur. Accipiant ita-
que abs te nostrorum Annalium primi Tomi secundam editionem omnes trans
montes sitæ prouinciæ, in quas aut nulla aut pauca primæ editionis volumina pe-
netrarunt, ac denique vniuersus Christianus Orbis vbique diffusus. Habeant &
te ducem quem sequantur ceteri qui in posterum, nostro tamen consensu, eum-
dem sunt edituri Typographi. Sciat & Lector, omne esse adulterinū & spurium,
quod huic secundæ abs te curandæ editioni non fuerit consentaneum. In opus, te
rogamus, inuigila; te ipsum in hoc Plantinum exhibe, te imitare, atque te ipsum,
Plantine, supera, si licet. Vale. Datum Romæ, x. Kal. Febr. M. D. LXXXIX.

Tui studiosissimus Casar Baronius, Presbyter
Congregationis Oratorij.


CÆSAR BARONIUS
IOANNI MORETO,
TYPOGRAPHO ANTVERP. S. P.



MAGNA quidem iacturâ bonarum litterarum ex hac vitâ sublatum esse
D. CHRISTOPHORVM PLANTINVM, dignæ memoriæ virum,
eruditorum eadem est sententia, & par omnium lamentatio: sed id accidisse
non leui nostrorum lucubrationum detrimento, nobis amplius dolendum fuit.
siquidem Annales nostros, quos cudendos acceperat, ardentiori complexus studio (quod com-
mune sit senibus, partus senectutis vehementi amore prosequi) propensiori fouere cura, &
solicitori curare cœperat industria; cum inopinatò, licet matura senectute, ex hac vita ad
præmia æterna à Deo vocatus excessit. Sed leuius ex parte dolorem, audisse inter omnes ip-
sius alumnos te delectum, probatumq; eius calculo dignum Typographiæ Regiæ successorem;
nec id pridem, vel ultimo tantum elogio, sed diu ingenij tui vires, & solertiâ in rebus agendis
expertum, ad hoc te aluisse, instituisseque, atque etiam fœdere nuptiarum sibi arcto vinculo
deuinxisse: vnde ob eam quoque causam contigerit ipsi letior ex hac vita discessus, cum vi-
deret in te, alterum se relinquere. Sequimur, mi Morete, per libenter sociari tui de te iudicium,
tibi que perinde ac ipsi viuenti editionem Annalium nostrorum concedimus. tuarum modò
partium est, id præstare, ne quid desiderari possit in te, quod omnes expectabamus ab illo:
cui sicut magnæ fuit laudi, ea in re à nemine superari, ita maiori ipsi cedit gloriæ, à te vno
vinci, quem à se eruditū atque probatum honestissimæ functionis reliquit heredem. Vale.

SVM-

FINIS.



S V M M A P R I V I L E G I I
P R I N C I P V M B E L G A R V M.

ALBERTVS & ISABELLA CLARA EVGENIA Archiduces Au-
striae, Duces Burgundiae, Brabantiae, &c. Serenissimi Belgarum
Principes, Diplomate suo sanxerunt; nequis CÆSARIS BARONII
SORANI *S. R. E. Presb. Cardinalis Annalium Ecclesiasticorum*
Tomos, præter Balthasaris & Ioannis Moretorum fratrum volunta-
tem, vilo modo imprimat, aut alibi terrarum impressos, in has Infe-
rioris Germaniæ ditiones importet, venalesve habeat. Qui secus faxit,
confiscatione librorum & alia graui poena mulctabitur, vti latius pat-
tet in litteris datis Bruxellæ, xvii. Ianuarij, M. DC. XI.

Signat.

S. de Grimaldi.

Et in Concilio Brabantiae,

I. de Buschere.

Series Chartarum.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv
Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp
Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx.

a b c d e f.

Omnes sunt Terniones, præter † & f Quaterniones.

